

318
 4
 318

Sed animo, valiori, virtuti. Audi Naciancenum Posthumio de orat. ad
 Principem, quae situm famem, Insublime (inquit) euectuses, Poph.
 Insuper hanc potestatem, tanquam virtutis praemium adde-
 tus es, ut ipsa redderetur gloriosior. Habenas tibi creditas
 Indignos eadem diuitijs beat.
 Insuper illa viros, paupertie grauat,
 Fortuna inuisos, claudibus afflicta.
 Fortuna immeritos augec honoribus,
 Ne cuiquam hoc fortuna adscribendum: nam ut Poeta canit.
 Et sacros merito, ornant diademate crines.
 Reumque tibi commendat habenas
 Rex, summus ecclesiae Antistes, quilibet
 concedatur. Nam si Amoritana familia, Catholici Hispania
 dico a fortuna: Absit, quod in re aliquid fortuna videatur, vel
 expectandum: quo ceteris non longe praesantius habeatur. Quod
 arte desisse, quod vel a natura, vel a virtute, vel a fortuna si
 uaria praecognita recolare voluerit, facile intelliget, nil tibi illa ex
 am. Nam quaeunque euectiga, et summa illius vitam laudamus
 vitam quiritatis statum Evangelicam reformasti. Cetera omni-
 o alter Bernardinus de Senis, sine tertio secundus, qui ad pris-
 tus de Senis fuit Ordinis reformator primus excelsus: in ve-
 milibus, nunquam sancti finem factum: nam si Divus Bernardi-
 num, et quotidie faceret illam expectas. Laudat iterum, et
 nfas quadraginta novum Minorum Canonizationem illis-
 dem nunc, apud Sanctissimum P. N. Urbanum Octavum,
 nam, et viginties Martyres Iaponenses simul denique. Lan-
 Dr. Petrus de Alcantara, D. Elisabetha Portugallia Regi-
 amum, D. Iacobum de la Marca, D. Conradum,
 dedisti quatuor, D. Margaritiam de Corona, D. Ioan-
 ma, quae principio habent. Viginovam illi
 e, videtur) plura in Calo Emperore resuscitare sydera mi-
 lantat Minorum Religio bilis commensura, eo quod
 immunitate

Regil. de
 fortuna.

Alfonsi à Castro, Zamorensis,


Ordinis Minorum regularis Observan-
 tia, Prouinciae sancti Iacobi, aduersus omnes
 Hareses, Libri. XIII.

OPVS HOC NVNC POSTREMO AB
 AVTHORE RECOGNITVM EST ET TAM

multis ab eo locis super omnes priores editiones auctum atque
 locupletatum est, ut merito nouum opus censeri possit,
 prout auctor ipse in Epistola Nacupatoria a-
 pertè demonstrat: quae addita sunt, pa-
 gina septima per breuem epi-
 istolam reperies.

Salon. 2º
 Ep. 2º
 Cap. 6º
 Ind. 766

3
 8-167



Corregi esse libro conforme el a
 Examinacion del año de 1632
 y Gordonab Zapata por comission
 de su Magestad de Valladolid
 a 13 de Mayo de 1632


Paulo de la Cruz

y conforme el del año de
 1690. Salvo don. 12.
 de 1690.

Del casto de la Compañia de Jesus de Oviedo. Dize
 el Sr. Diego Salazar. ora go. y de su libreria

ANTVERPIÆ.
 In adibus vidue & heredum Ioannis Stelfij. Anno.
 M. D. LXX.

Cum Gratia & Priuilegio.



EL REY,



PO R quanto por parte de vos Iuan Steelfio Libroero, vezino de la nuestra villa de Anuers nos ha sido fecha relacion, que Fray Alonso de Castro, de la orden de sant Francisco, nuestro Predicador, ha compuesto de nuevo vna addicion en la obra que hizo intitulada, *Aduersus omnes hæreses*: que es tan grãde casi como la mitad della, y querias des imprimirla, en lo qual seos ofrece mucha costa, y nos supplicastes y pidistes por merced, os diessemos licencia y facultad, para que vos, y no otra persona alguna, lo podays hazer en los nuestros Reynos y Señorios de Castilla, por el mas tiempo que fuessemos seruido, o como la nuestra merced fuesse: Y nos acatando lo susodicho, y por ser la obra tan vil y prouechosa a la republica Christiana, y la cõsta que en ello se os ofrece, lo haue-mos tenido por bien. Porende por la presente damos licencia y facultad, a vos el dicho Iuan Steelfio: y mandamos que vos, o la persona, o personas que vuestro poder para ello houieren, y no otra alguna, puedan imprimir y vender, y impriman y vendan el dicho li-bro en los dichos nuestros Reynos y Señorios de Castilla, por tiempo de seis años prime-ros siguientes, que se cuentan desde el dia de la fecha desta nuestra cedula en adelante, so pena que qualquier persona o personas, sin tener para ello vuestro poder, lo imprimiere, vendiere, o hizieren imprimir o vender, pierdan toda la impressiõ que hizieren, y los moldes y aparejos dello, y mas incurra cada vno en pena de cinquenta mill maravedis, por cada vez que lo contrario hiziere: la qual dicha pena, sea la tercia parte para la per-sona que lo acusare, y la otra tercia parte para el juez que lo sententiare, y la otra tercia parte para nuestra camara y fisco, y que cada pliego de molde de la dicha addicion se venda al precio, que por los del nuestro Consejo fuere cassado y moderado: Y mandamos a los del nuestro Consejo, Presidentes y Oydres de las nuestras Audiencias, Alcaldes, Alguaciles de la nuestra Casa y Corte y Chancillerias, y a todos los Corregidores, As-sistente, Governadores, Alcaldes, Alguaciles, Merinos, Pròbostes, y otras qualesquier Justicias y Justicias de los dichos nuestros Reynos y Señorios, que guarden y complan, y hagan guardar y cumplir esta nuestra Cedula, y lo en ella contenido, y contra ello no vayan ni passan, ni consentan yr ni passar, por alguna manera: so pena de la nuestra merced y diez mill maravedis para la nuestra Camara, a cada vno que lo contrario hiziere. Dada en Brusselas a. xxij. dias del mes de Abril, de mill y quinientos y cinquenta y seys años.

Yo el Rey.

Por mandado de su Magestad Real.
Francisco de Erasso.

Simili Priuilegio cautum est, ne quis præter Ioannem Steel-sium Librarium à Cæs. Maiest. admissum, in vniuerso Reg. Ma-iest. dominio Alfonso de Castro contra omnes hæreses impri-mat, vel alibi impressum distrahat, sub pœnis in Priuilegio Re-gio contentis & subsignatis.

P. de Lens.

SERENISSIMO ET CATHO- LICISSIMO PHILIPPO HISPANIÆ,

ANGLIÆ, FRANCIÆ, ET HYBERNIÆ RE-
gi, Ecclesiæ defensori, Frater Alfonsus à
Castro, ordinis Minorum, om-
nem optat felicitatem.



AN T A est, Serenissime & Catholicissime Rex, hæretico-
rum improba nocendi cupiditas, tantaq; rabies ad per-
dendas animas, pro quibus Christus mori dignatus est,
vt ipse idem Christus summa Dei sapientia illos luporū
nomine appellare voluerit, vt hoc nomine oues suas co- Mat. 7:
geret ab illorum consortio diligentissimè cauere. Attendite, inquit
ille, à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouiuū, intrin-
secus autè sunt lupi rapaces. Admonuit quidem his verbis oues suas
Saluator noster, vt sibi ipsis cauerent ab hæreticis, qui sub nomine
Christiano tanq; sub ouina quadam pelle latitantes, in oues Domi-
nicas furiunt, & illas prorsus perdere tam obstinato animo nituntur,
vt nihil intentatū relinquunt, quousq; illas, si possint, suæ doctrinæ
veneno interimant. Sacrarum scripturarum catalogum detruncant
& mancum faciunt, detrahentes ex eo quicquid pestiferæ illorū do-
ctrinæ cõtradicit, ne habeant Catholici testimonia quibus illos con-
tincere possint. Ipsas scripturas, quas negare non audent esse sacras,
in alienum sensum detorquent. Sanctos scripturæ diuinæ interpre-
tes, quos Catholica Ecclesia tanq; quosdam Dei prophetas semper
venerata est, contemnunt: & illis nō solum pares se facere, sed impu-
dentissima temeritate præferre audent, vt hac ratione simplici & pa-
rùm cauto populo persuadeant, doctrinam suam non tanq; huma-
nam sed tanq; diuinam esse suscipiendam. Mille mendacia confin-
gunt, vt populum ad se trahant, & sibi propitium reddant. Regum &
Principum fauorem anxia solitudine quærūt, vt eorum auxilio &
potentia populum cõtradicentem coërcere valeant. Vt autem hunc
fauorem venari facilius possint, eisdem regibus & principibus blan-
diuntur & applaudunt, dicentes illis licere quicquid liberit. Nul-
lum deniq; non mouent lapidè, vt sua venenosa doctrina oues Do-
minicas inficere, & sic illas perdere valeāt. Tamet si hæretici tam ver-
suti & solliciti sint, & tam feroces ad perdendas animas, vt tanq; lupi
ouibus, sic illi animabus semper insidiantur: Deus tamen, qui illarū
est optimus pastor, & illas intimo quodã affectu diligit, noluit prorsus
hos lupos delere, vt hac ratione homines Christianos ad maio-
rem cautelam & vigiliam cogeret, & sic illis maioris meriti occasio-
nem præberet. Nam qui hostes se habere agnoscunt, cautius eos viuere
oportet, q̃ quibus nemo inuidet. Et ciuitates, quæ sunt hostibus
finitimæ, magis munitas & maiori diligentia custoditas esse conue-
nit, ne

nit, ne fortè hostium præda fiant. Destructis olim Carthaginensibus, Græcisq; subiectis, cum quidã in Senatu dixisset res Romanas iam esse in tuto, Scipio Nasica, Plurarcho authore, respondit: Immo verò nunc in magno periculo sumus, quia non habemus quæ timeamus. Ne igitur Christiani hostibus fidei carentes, ocio torperent, & in eadem fide tepescerent, pietissimus Deus permisit, ut in Ecclesia sua post prædicatum Euangelium & fidem susceptam, vix vnq̄ deesset hæreticus qui illam vexaret. Nam à Christi Saluatoris nostri- in cœlos ascensione ad hunc vsque diem, nullum fuit seculum in quo non fuerint nouæ ortæ hereses aut veteres renouatæ. Hoc enim nostro seculo, ut alia priora nunc omittam, cum respirationem aliquã ab hæreticorum infestationibus Ecclesiæ datam esse arbitrabatur omnes, ne hæretici qui in alijs multò fœlicioribus seculis fuerant, huic nostro seculo tot vitijs referto deessent, ecce repente Lutherus prodit, omnem ferè post se trahens damnatarum hæresum catenam. Nam cum alij hæretici singula sibi genera quæstionum intricata & cauillosa proposuerint, de quibus contra Ecclesiæ Catholicæ fidem sentirent atque docerent, iste vniuersa ferè hæreticorū dogmata iam denuò ab Ecclesia reiecta reuocauit, ita ut varijs hinc inde ascitis heresibus, factus sit ipse tanq̄ alueus quidã latè patens, per quem omnium hæresum colluuius flueret ac laberetur. Vix enim est vna & altera hæreticorū familia, præsertim ex ijs quæ circa mores errarunt, cum qua non habeat aliquid cõmune Lutherus. Sollicitat enim ille antiquus humani generis hostis, ut nunq̄ æui senio hereses moriantur, nullaq; sit tam noxia doctrina, quæ aut temporibus obriatur, aut obliuione sepeliatur. Nec prodijt Lutherus solus, tanta est huius seculi infelicitas, sed multorum hæreticorum agmine, ceu quodam satellitio stipatus processit, qui illū expectasse videntur, ut sub illius vexillo postea militarent. Illi enim nomina dederūt Philippus Melancthon, Fabritius Capito, Lambertus, Conradus Pellicanus, Andreas Osiander, Martinus Butzerus, multiq; alij progressu temporis cateruatim se illius familiæ inferuerunt. Prodierunt etiam alij, qui etsi in multis heresibus Luthero subscripserunt, sub illius tamen vexillo militare dedignati sunt, & ideo alias finxerunt hereses, de quibus inter eorū quemque & Lutherum minimè conueniret, ut vel hoc nomine eorū quilibet propriam constitueret aciem, cuius ipse dux haberetur. Fuit enim semper, atque est omnibus ferè hæreticis insita quædam popularis gloriæ cupiditas, quæ improbè eos sollicitat nouam aliquam confingere doctrinam, ut rei nouitate alios in sui admirationem trahant. Oecolampadius à Luthero diuiditur, Zuinglius ab utroq; separatur. Ioannes Calvinus his omnibus in multis contradicit. Anabaptistæ denique omnium pestilentissimi, omnibus aduersantur. Tot certè ac tanta hoc nostro seculo nata sunt hæreticorum mōstra, ut nouo quodam Hercule monstrorum domitore esset nunc opus, qui illa omnia ex

orbe

orbe Christiano profligaret. Quorum omnium hæreticorum sibilis serpentinis q̄ totius Ecclesiæ diuinis vocibus magna Germaniæ pars obedire mallens, in varias hæreticorū factiones diuisa est. Et vti nam pestis hæc intra solos Germaniæ fines se cõtineret, & non in reliquas Christiani orbis partes tam sæuè atque potenter grassaretur, ut iam rara sit Christiani nominis prouincia; in qua desint qui publicè aut latenter Lutheri aut aliorum eiusdem farinae errores amplexentur. Ut ergo huic tam latè grassanti morbo vel aliqua ex parte, qua possem, mederer, ante viginti duos iam elapsos annos, anno videlicet tricesimo quarto supra millesimum quingentesimū, opus quoddam ædidi quatuordecim partitum libris, in quo omnium hæresum, quæ post Christi in cœlos ascensionem in Ecclesia fuerunt ortæ, certissimam primò reddere rationem curavi: deinde contra illas omnes singillatim pugnaui, ut vel hac via apertissimè demonstrarem, omnes istos recentes hæreticos à fecibus iam olim ab Ecclesia reiectis suas hereses hausisse: & si quisque tantò facilius venenosa illorū dogmata fugeret, quantò apertius cognosceret, illa fuisse velut talia ab Ecclesia damnata. Quod opus, Deo fauente, causamq; (ut Christianè loquar) suam agente, ad eorū Catholicorum omnium oculos placuit, ut infra hos viginti duos annos elapsos fuerit iam plusquam decies in Gallia, Germania, & Italia typis excusum. Quæ res vehementer animum meum stimulauit ad opus hoc iterum diligentissimè reuiscendum, ut siquid fortè deesse conspicerem, addere curarem, Recognoscere quid em opus hoc iam semel & iterū, & quicquid tunc deesse cõperi, supplere: & quæ minus bene disposita esse censui, emendare. Nunc denique, ut postremam huic operi imponere manū, tertio illud diligentissimè reuisi, & meo periculo didici posteriores curas semper esse meliores. Nam aliquot hereses deesse intellexi, quarū aliquas prudens omiseram, propterea q̄ tunc non plenè mihi cõstabat illas esse hereses, & nolui in re tam seria temerè quicquam definire. Alias autem hereses aliud agens inueni, cum plurimos euolueret authores, quos intentis semper in hanc rem oculis lego. Alias deniq; hereses post priores huius operis additiones, in publicū prodierunt. Deinde circa priores illas hereses, quas in alijs huius operis additionibus descripseram, multa quæ ad ipsarū hæresum pleniorè cognitionem aut faciliorem expugnationem mihi visa sunt necessaria, addidi: alia prorsus de leui, ut plura & meliora pro illis ibidè collocare. Tot itaq; ac tantà post omnes priores huius additiones nunc addita atq; permutata in illo sunt, ut nouū opus iam meritò censei debeat, quod nouū etiam pariter desideret patronū. Quem etiã si summo studio cogitabundus inuestigassem, nullus alius præter te, Serenissime & Christianissime Rex, mihi occurrere potuisset, cuius tutelæ ego iustius cõmendare debuisssem. Nam cum opus hoc de fide Catholica disserat, & contra omnes hereses pugnet, neminem feruentiori affectu maiorique conatu fa-

a ij uorem

uorem & auxilium illi daturum credere oportebat quàm tu, qui hæreditario quodã iure à parentibus tuis Hispaniæ regibus longa successione deriuato perpetuum & irreconciliabile cum hostibus fidei Catholicæ bellum geris. Nullus maiori obligatione deuinctus est ad fidem Catholicam protegendam quàm tu, qui titulo regis Angliæ Ecclesiæ defensor diceris. Non posses autem verè dici Ecclesiæ defensor, nisi fidem Catholicam super quam Deus ipsam Ecclesiam fundauit, totis defenderes viribus. Quàm integrè & ex animo huius tituli obligationi satis feceris, præclarissima illa facinora, quæ in eodem Angliæ Regno per te pridem gesta sunt, tam apertè testantur, vt nemo, etiã si Zoilo inuidiosior sit, inficiari audeat. Nam postq̃ Serenissimam Angliæ Reginam Mariam duxisti vxorem, & ob eam causam Regni illius gubernacula suscepisti, eueftigò, ne inane sine re nomen ampullosa & iactabunda vanitate gestare videreris, anxia sollicitudine curasti, vt Regnum illud, quod plusquàm viginti annos à fide Catholica defecerat, ad eandem reduceretur. Deus autem pietissimus, qui renes & cor tuum scrutatus est, & te virum desideriorum velut alterum Danielem esse intellexit, non passus est te fraudari à desiderio tuo, aut longo tempore esse suspensum, sed breuissimo tempore elapso, te tui voti compotem fecit. Nam tanta sedulitate & prudentia huic negotio incubuisti, vt post elapsam à nuptijs celebratis solum quadrimestre temporis spacium, Deo Anglorum corda emolliente, totius Regni primores in publicis comitijs apud Londinum congregatis, suo & totius Regni nomine obedientiam, quam Romano Pontifici detraxerant, illi vtrò præstiterint: & fidem Catholicam, quam antea reiecerant, se deinceps recepturos, & in ea constantes futuros promiserint. Cui promissioni tam plenè hætenus ferè omnes illi respondent, vt nos omnes, qui rem ipsam proprijs cõspeximus oculis, meritò speremus totum illud Regnum ad illam Christianæ religionis puritatem & synceritatem, quam ante defectionem retinebat, breui fore reducendum. Opus igitur hoc, quod contra omnes hæreses ædideram, & nunc in Regno Angliæ tibi in publicis concionibus & fidei negocijs seruiens, tuoq; amplissimo congiario nutritus, locupletatus, tibi Regi Catholicissimo, fideiq; Catholicæ vindici atq; protectori, cui multis nominibus debebatur, dicare curauit: vt, quoniam se tueri non valet, tui saltem nominis vmbra protegatur. Maieftatem & celsitudinem tuam supplex oro, vt pro tua Regia benignitate illud suscipere & fouere digneris, tanquam militem quendam sub tuo vexillo pugnare cupientem. Vale

Rex Christianissime, & Christianæ religionis
decus & ornamentum. Datis Antuerpiæ,
vigesima die Maij, Anno
Domini. 1556.



VT BENE INTELLIGAS, CANDIDE

Lector, quantum hæc, quam nunc tibi offerimus, præsentis operis vltima editio reliquas omnes priores antecellat, volo tibi velut indice quodam breuissimo ostendere, non quidem omnia, sed sola rerum capita, quæ in hac nostra editione nunc ab autore addita sunt, & in alijs omnibus editionibus desiderantur. Additi sunt imprimis quatuor hæresum tituli, videlicet Adulteriũ, Certitudo, Consilium, Fiducia, qui in nulla alia editione habebantur, neq; aliqua erat hæresis in hoc opere recensita, quæ ad aliquem istorum titulorũ spectaret. Præterea, in quibusdam ex prioribus titulis additæ sunt aliquot hæreses, cõtra quas autor doctissimè disputat. In titulo de baptismo inuenies additas tres hæreses: In titulo de Euangelio, vnam: In titulo de Fide, vnam, In titulo de Nuptijs, duas: In titulo de Operibus: In titulo de Peccato, tres: In titulo de Præcepto, tres: In titulo de Voto, vnam. Deinde, in illis hæresibus, quæ fuerant in alijs editionibus enarratæ, multa & doctissima addita sunt ad illarum falsitatem apertius conuincendam. Quod cum ferè in omnibus recentibus hæresibus autor abundè fecerit, in aliquibus tamen vbi maius conspexit esse periculum, aded longam protraxit disputationem, vt earum quælibet satis esse posset ad vnius libri complementum. Si huius rei periculum facere vis, lege in titulo de Gratia, hæresim tertiam, vbi Autor disertissimè & copiosissimè disputat contra certitudinem gratiæ à Lutheranis falso proclamata. In titulo de Missa exactissimè pugnat pro excellentissimo Missæ sacrificio. In titulo de Sacerdotio, & in titulo de Satisfactione, & in titulo de Virginitate, & in titulo de Voto, multa & varia doctrina referta contra recentes hæreticos addita sunt: & illic Autor subdolis illorum, præsertim Ioannis Caluini argumentationibus doctissimè respondet. Deniq; vt nihil iam in hac editione desiderari posset, omnia decreta Consilij Tridentini ad fidem spectantia, addita sunt, & suis quæq; locis, vt oportebat, sunt ab autore distributa. De his omnibus, Candido Lector, vt tibi consulerem, admodum te voluit: tu igitur vicè mihi reddens, meis laboribus & expensis consule.

Vale.

Index titulorum sub quibus continentur omnes materiae, circa quas versantur omnes haereses, quae in hoc opere recensentur, & confutantur.

| | | |
|-------------------------------------|-----------------------------|---|
| Adoratio, lib.2.folio.39.a | Fides, 1.7.f.197.b | Ordo, sacramē. 1.11.f.336.b |
| Absolutio, li.2.fol.43.b | Fiducia, li.7.f.213.b | Papa, 1.12.f.338.c |
| Adam & Eua, li.2.fol.46.c | Fornicatio, li.7.f.216.b | Paſcha, 1.12.f.343.b |
| Adulterium, li.2.f.54.c | Futurū cōtīgēs, 1.7.f.216.c | Paupertas, li.12.eodem |
| Angelus, li.2.f.54.d | Gratia, lib.7.fo.216.a | Peccatum, li.12.f.345.b |
| Anima, lib.2.f.55.b | Haereticus, li.7.f.237.b | Peregrinus, lib.12.f.355.c |
| Animus, 1.2.f.62.c | Horae canonicæ, 1.7.f.238.a | Pœnitentia, li.12.fo.356.b |
| Apostoli, 1.2.f.62.d | Idololatria, 1.8.f.239.c | Potestas, lib.12.f.363.d |
| Aqua, 1.2.f.65.b | Ieiunium, 1.8.f.240.b | Præceptum, lib.12.f.364.d |
| Baptismus, li.3.f.67.c | Imago, 1.8.f.244.a | Prædestinatio, 1.12.f.374.d |
| Beatitudo, lib.3.f.88.a | Indulgentia, 1.8.247.a | Prædicatio, lib.12.f.379.a |
| Bellum, 1.3.fo.99.b | Infernus, lib.8.eodem,d | Præſcientia, lib.12.f.380.d |
| Benedictio, li.3.f.101.b | Inimicus, lib.8.fol.249.a | Propheta, lib.12.f.381.b |
| Bestia et brutum, 1.3.f.101.c | Iniuria, li.8.eodem,c | Purgatorium, li.12.f.382.a |
| Calceamentum, 1.4.f.105.a | Ioan. Baptista, 1.8.eodē,d | Regnum Dei, li.13.f.386.a |
| Cantus, li.4.fo.eodem,c | Iudas, lib.8.f.250.b | Reliquiæ ſctōrū, lib.13.e.o. |
| Caput, 1.4.f.105.a | Iudicium, 1.8.eod. & | Restitutio, 1.13.f.388.d |
| Charaſter, lib.4.eodem | Iudex, 1.8.f.251.b | Reſurrectio, 1.13.f.389.b |
| Caro & corpus humanum, li.4.f.106.b | Iuramentum, 1.8.eodē,d | Sacerdotium, lib.13.f.391.d |
| Certitudo, lib.4.fol.107.b | Iuſtus, 1.8.f.253.d | Sacramenta, 1.13.f.405.a |
| Cibus, 1.4.eodem | Labor, lib.9.f.255.a | Sancti, 1.13.f.406.a |
| Circumciſio, 1.4.f.110.c | Lex, li.9.f.258.d | Satisfactio, 1.13.f.408.c |
| Chriſtus, li.4.eodem | Libertas, lib.9.f.261.b | Scriptura ſacra, 1.13.eodem |
| Concilium, lib.4.f.124.d | Lingua, 1.9.f.266.c | Scientia, 1.13.f.410.b |
| Coitus, lib.4.f.127.a | Malū & Malitia, 1.10.f.268 | Sepultura, 1.13.eod. d |
| Confefſio, lib.4.f.129.a | Maria virgo, lib.10.f.270.a | Silentium, 1.13.f.411.c |
| Confirmatio, lib.4.f.133.b | Martyrium, 1.10.f.272.a | Simonia, 1.13.f.eodem.d |
| Contritio, lib.4.f.135.c | Matrimonium, 1.10.f.273.a | Spes, 1.13.f.412.c. (d.) |
| Correſtio, lib.4.f.137.b | Melchifedech, 1.10.eodem | Studia generalia, 1.13.f.413. |
| Creatura, lib.4.eod. | Mendacium, 1.10.f.274.b | Subditus, 1.13.f.415.a |
| Crux, 1.4.f.138.b | Mendicitas, 1.10.f.275.c | Suffragia defunctorum, 1.13.eodem.c |
| Decimæ, lib.5.f.138.c | Meritum, 1.10.f.276.d | Templum, lib.14.f.417.c |
| Deus, lib.5.f.139.c | Miraculum, 1.10.f.277.c | Tentatio, 1.14.f.418.b |
| Diabolus, lib.5.f.151.b | Miſſa, 1.10.f.278.b | Terra, li.14.f.419.a |
| Eccleſia, li.6.f.152.c | Monachatus, 1.10.f.299.d | Timor Dei, lib.14.eod.c |
| Eleemoſyna, li.6.f.158.a | Mulier, lib.10.f.300.c | Tyrannus, lib.14.f.421.c |
| Epiſcopus, li.6.eodē.c | Mundus, 1.10.f.301.b | Verecundia, 1.14.f.422.c. |
| Euangelium, li.6.f.162.b | Nuditat, lib.11.f.303.c | Vinum, li.14.f.423.a |
| Euchariftia, li.6.f.164.c | Nuptiæ, lib.11.eod.d | Virginitas, 1.14.eodem.c |
| Eunuchus, li.6.f.190.b | Obediencia, lib.11.f.321.b | Vnctiois extremæ ſacramentum, 1.14.f.429.b. |
| Excōmunicatio, 1.6.f.191.a | Occidere, 1.11.eodem,c | Vorum, 1.14.f.424.b |
| Exorcifmus, lib.6.f.193.d | Opera, li.11.f.322.b | Vſura, 1.14.f.443.b |
| Fatum, lib.7.f.196.a. | Oratio, 1.11.f.333.d | |

F I N I S.

Index autoritatum ſacræ ſcripturæ, quæ ab Authore in hoc opere declaratae ſunt.

| | |
|-----|---|
| | Genesis. |
| 10. | Benedixit illis ac dixit. Crescite & multiplicamini. Libro.11.folio.307.a. |
| 11. | Crescite & multiplicamini; libro.14.folio.426.b. |
| 11. | Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, libro.2.folio.55.d. & fol.57.c. |
| 20. | In quacunque die comederis, morte morieris, lib.2.fol.50.d. |
| 20. | Adhærebit homo uxori ſuae, lib.11.fol.309.a. |
| 20. | Aperti ſunt oculi eorum, libro.2.fol.51.b. |
| 30. | Reſpexit dominus ad Abel, & ad munerum eius, libro.2.fol.63.c. |
| 40. | Sub te erit appetitus tuus, lib.9.fol.261.d. |
| 16. | Manus eius contra omnes, lib.1.fol.18.d. |
| 19. | Pluit dominus ſuper Sodomam & Gomorram ſulphure & igne à Domino de celo, 1.5.folio.143.b. |
| 21. | Eijce ancillam & filium eius, lib.1.fol.7.b. |
| 22. | Benedicentur in ſemine tuo omnes fines terræ, lib.11.fol.322.c. |
| 32. | Vidi dominum facie ad faciem, lib.3.fol.89.a. |
| | Exodus. |
| 40. | Ego indurabo cor Pharaonis, lib.10.fol.268.c. |
| 70. | Deuorauit virga Aaron virgas eorum, lib.6.fol.174.a. |
| 14. | Quid clamas ad me, lib.11.fol.334.b. |
| 20. | Non occides, lib.11.fol.322.a. |
| 24. | Hic eſt ſanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiscum, lib.10.fol.296.b. |
| 28. | Legitimum ſempiternum erit Aaron & ſemini eius poſt eum, lib.9.fol.259.c. |
| 30. | Miſſa aqua lauabunt in ea Aaron & filij eius manus ſuas & pedes, quādo ingreſſuri ſunt tabernaculum, lib.6.fol.180.d. |
| 33. | Non videbit me homo & viuet, lib.3.fol.88.d. |
| | Leuiticus. |
| 18. | Sororem uxoris tuæ in pellicatum eius non accipies illa viue, lib.9.fol.259.c. |
| 19. | Non morabitur apud te opus mercenarij, libro.3.fol.96.b. |
| | Deuteronomium. |
| 15. | Omnino egens & mendicus non erit inter vos, libro.10.fol.276.c. |
| 17. | Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris, & c. li.1.fol.15.d. & 20.d. |
| 21. | Si habuerit homo uxores duas, vnā dilectam & alteram odioſam, & c. lib.11.f.310.d. |
| 25. | Non alligabis os boui trituranti, libro.1.fol.7.c. |
| 32. | Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, lib.1.fol.18.d. |
| | Primus Regum. |
| 17. | Dauid lapides ex torrente ſumpſit, quibus ſuperbum Goliath proſtrauit, lib.1.f.2.d. |
| 17. | Dauid interfecit Goliath, gladio illius, libro.1.fol.32.a. |
| | 3. Regum. |
| 8. | Cōuertit rex Salomon faciem ſuā, & benedixit omni Eccleſie Iſrael, lib.1.folio.14.a. & fol.14.d. |
| 8. | Non eſt homo qui non peccet, lib.12.fol.345.c. |
| 18. | Clamate voce maiori, & c. lib.4.fol.104.c. |
| 19. | Helias operuit vultum ſuum pallio, lib.5.fol.139.c. |
| | 1. Paralipomenon. |
| 29. | Tua ſunt Domine omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi, 1.10.f.297.a. |
| | Tobias. |
| 12. | Ego cibo inuiſibili, qui ab hominibus videri non poteſt, vtor, lib.3.fol.90.d. |
| | Iob. |
| 30. | Qui radebant in ſolitudine, lib.1.fol.29.a. |

b

Milina

INDEX AVTHORITATVM

7. Militia est vita hominis super terram, & sicut mercenarij dies eius, libro. 12. fol. 412. d.
 8. Interroga generationem pristinam, libro. 1. fol. 18. d.
 14. Regnare facit hypocritam propter peccata populi, lib. 12. fol. 364. b.
 27. Nec lingua mea meditabitur mendacium, lib. 10. fol. 274. d.
 28. Abscondita est ab oculis omnium virtutum, lib. 3. fol. 88. d.
 30. In desertis habitabant torrentium, libro. 1. fol. 36. c.
 30. Derident me iuniores tempore, lib. 1. fol. 10. d.
 30. Radix iuniperorum erat cibus eorum, lib. 1. fol. 29. c.
 Psalterium.
 5. Introibo in domum tuam, & adorabo ad templum sanctum tuum, lib. 2. f. 42. a. b.
 5. Perdes omnes qui loquuntur mendacium, lib. 10. fol. 274. d.
 17. Cum sancto sanctus eris, lib. 1. fol. 31. a.
 17. Saluum me fecit, quoniam voluit me, lib. 11. fol. 330. b.
 18. In custodiendis illis retributio multa, libro. 11. f. 330. a.
 18. Timor Domini sanctus permanet in seculum seculi, libro. 14. fol. 421. a.
 21. Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terre, libro. 2. fol. 42. b.
 26. Adiutor meus esto, ne derelinquas me, libro. 9. folio. 262. b.
 31. Pro hac orabit ad te omnis sanctus, libro. 12. folio. 351. a.
 32. Qui finxit sigillatim corda eorum, libro 2. folio. 38. b.
 32. Quia rectum est verbum Domini, & omnia opera eius in fide, libro. 7. fo. 198. d.
 32. Cantate canticum nouum, libro. 4. folio. 103. d.
 33. Benedicam Dominum in omni tempore, libro. 11. fol. 334. c.
 35. Homines & iumenta saluabis Domine, lib. 12. folio. 378. b.
 36. Non vidi iustum derelictum, nec semen eius querens panem, lib. 10. fol. 276. d.
 43. Nec enim in arcu meo sperabo, lib. 11. folio. 333. d.
 50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, lib. 12. f. 345. c.
 54. Qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus eum consensu, li-
 bro. 6. folio. 152. a.
 66. Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines
 terre, libro. 5. folio. 143. d.
 68. Ascendisti in altum cepisti captiuitatem, libro. 3. fol. 95. b.
 68. Deleantur de libro viuentium, & cum impijs non scribantur, libro. 3. fol. 74. c.
 73. Gloriat sunt qui oderunt te, in medio solennitatis tue, lib. 10. folio. 280. d.
 74. Nolite extollere in altum cornu vestrum, libro. 11. folio. 313. c.
 84. Iustitia & pax osculate sunt, libro. 3. folio. 100. c.
 86. Diligit Dominus portas Syon super omnia tabernacula Iacob, libro. 3. folio. 74. c.
 69. Adoratis eum omnes angeli eius, libro secundo. folio. 41. c. & folio 43. a. & libro. 5. fo-
 lio. 146. b.
 98. Adorate scabellum pedum eius, libro. 2. folio. 39. c.
 101. Vclut amictum mutabis eos, lib. 10. folio. 302. a.
 102. Qui replet in bonis desiderium tuum, lib. 3. fol. 93. c.
 103. Qui facit angelos suos spiritus, libro. 2. folio. 55. a.
 104. Verbi quod mandauit in mille generationes, lib. 3. f. 91. c.
 109. Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech, lib. 10. fol. 282. a.
 115. Quid retribuam Domino pro omnibus que retribuit mihi, lib. 10. fol. 297. b.
 118. Anima mea in manibus meis semper, lib. 9. fol. 262. a.
 131. Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius, lib. 2.
 folio. 39. c.
 132. Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron, libro. 1. fo-
 lio. 13. a.
 138. Mirabilis facta est scientia tua ex me, libro. 2. fo. 55. b.
 140. Elevationo manuum mearum sacrificium vespertinum, lib. 10. folio. 285. d.

Non

SACRÆ SCRIPTURÆ.

142. Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine, quia non iustificabitur in conspe-
 ctu tuo omnis viuens, libro. 11. folio. 324. a.
 144. Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum, libro. 11. folio. 400. b. & libro 14. fo-
 lio. 427. c. d.
 149. Gladij accipietes in manibus eorum, ad faciendam vindictam in nationibus, libro. 13
 folio. 413. d.
 Prouerbia.
 1. Vocauit & renuistis, libro. 9. fo. 265. d.
 3. Ne imitaris prudentie tue, libro. 1. fo. 18. d.
 6. Conserua fili mi precepta patris tui, & ne dimittas legem matris tue, libro. 6. fol. 155. a.
 9. A qua furtiue dulciores sunt, libro. 1. fo. 25. a. & fol. 36. c.
 22. Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui, libro. 6. folio. 155. a.
 23. Ne imitaueris vinum quando flauescit, libro. 1. folio. 31. c.
 27. Ne glorieris in crastinum, ignorans quid super uentura dies pariat, libro. 12. fo. 377. d.
 28. Qui sperat in Domino saluabitur, & qui confidit in corde suo, stultus est, libro. 11. fo-
 lio. 333. d.
 31. Confidit in ea cor viri sui, libro. 1. fol. 9. b.
 Ecclesiastes.
 6. Quodcunque potest manus tua statim operare, & c. libro. 12. fol. 383. d.
 7. Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum & non peccet, libro. 11. fol. 323. d.
 11. Ad quancunque partem lignum ceciderit, siue ad austrum, siue ad aquilonem, ibi
 manebit, lib. 3. fol. 70. a. & lib. 12. fol. 377. a. & fol. 383. d.
 Cantica canticorum.
 4. Turris David cum propugnaculis munita, libro. 1. fol. 2. d.
 4. Dentis tui sicut greges tonsarum, lib. 1. fol. 8. b.
 5. Ego dormio & cor meum uigilat, lib. 1. fol. 334. b.
 6. Que est ista que progreditur quasi aurora, lib. 1. fol. 3. e.
 6. Vna est columba mea, lib. 1. fol. 11. d.
 8. Vinea mea coram me est, lib. 4. fol. 126. a.
 Sapientia.
 1. Os quod mentitur occidit animam, lib. 10. fol. 272. b.
 3. Iustorum anima in manu Dei sunt, lib. 3. fol. 92. b.
 3. Tentauit eos Deus, & inuenit eos dignos se, lib. 11. fol. 330. e.
 4. Cani sunt sensus hominum, lib. 6. 161. b.
 5. Iusti in perpetuum uiuent, & apud Dominum est merces eorum, lib. 3. fol. 92. b.
 11. Qui amat animas conseruans, lib. 2. fol. 60. a.
 11. Deus creauit hominem inextermabilem, lib. 2. fol. 51. a.
 16. Homo per malitiam occidit animam suam, lib. 12. fol. 330. c.
 Ecclesiasticus.
 12. Spiritus reuertetur ad Dominum suum, qui dedit illum, lib. 2. fol. 58. b.
 36. Da mercedem sustinentibus te, ut prophete tui fideles inueniantur, lib. 12. fol. 385. b.
 40. Graue iugum super filios Adam, a die exitus de ventre matris eorum, lib. 12. f. 345. d.
 Eliaas.
 4. Abluit Dominus sordes filiarum Syon in spiritu iudicij, lib. 3. fol. 79. d.
 6. Exccecauit oculos eorum, libro. 1. folio. 28. b.
 6. Expectaui ut faceret viuas, & fecit labruscas, lib. 9. fol. 262. b.
 7. Quasi pannus menstruate, uniuersa iustitia nostra, lib. 11. fol. 324. a.
 11. Egredietur uirga de radice Iesse, lib. 4. fol. 123. c.
 14. Quomodo condisti Lucifer, libro quinto, folio. 151. c.
 28. Conquirens quere, & apud me habita, libro. 1. fol. 26. b.
 28. Quem intelligere faciet auditum, lib. 1. folio. 29. d.

b ij

Cor

INDEX AVTORITATVM

29. Cor eorum longè est à me, lib. 3. fol. 82. b.
 30. Luna fulgebit vt Sol, lib. 10. fol. 202. a. b.
 34. Dies vltionis in corde meo, libro 5. fol. 147. b.
 42. Legem eius in insula expectabunt, libro 6. folio. 163. b.
 45. Ego Dominus & non est alter, formans lucem & creans tenebras faciens pacem, & creans malum, lib. 12. fol. 380. d.
 56. Dabo eis in domo mea & in muris meis locum & nomen melius à filijs & filiabus, l. 3. fol. 99. a.
 56. Ecce ego creo caelos novos & terram nouam, libro 10. fol. 302. c.
 58. Me etenim de die in diem querunt, & scire vias meas volunt quasi gens qua iustitiã fecerit, libro 1. fol. 28. d.
 65. Antequam clamant, ego exaudiam, libro 10. fol. 271. b.
 Hieremias
 11. Pastores multi demoliti sunt vineam meam, lib. 1. fol. 33. c.
 31. Dabo legem meam in visceribus eorum, libro 6. fol. 163. b.
 51. Calix aureus Babylon, lib. 1. fol. 31. b.
 Treni.
 4. Paruuli petierunt panem, libro 1. fol. 34. a.
 Ezechiel.
 2. Patres eorum prauaricati sunt pactum meum, & filij dura ceruice & indomabili corde sunt, libro 1. fol. 24. b.
 14. Ego Dominus respondebo ei in multitudine immundiciarum suarum, li. 1. fol. 28. c.
 14. Ego decipiam prophetam illum, libro 10. fol. 268. c.
 28. Tu signaculum similitudinis Dei, lib. 5. fol. 152. c.
 33. Inter sanctum & prophanum non habuerunt distantiam, libro 1. fol. 17. c.
 36. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, libro 3. fol. 85. c.
 Daniel.
 4. Peccata tua elemosynis redime, libro 10. fol. 356. d.
 12. A tempore quum ablatum fuerit iuge sacrificium, dies mille ducenti, lib. 10. fol. 286. b. c. d. & ibidem declaratur totum caput 12. Danielis.
 Amos.
 4. Venite ad Bethel & impiè agite, & sacrificate de fermento laudem, lib. 10. folio. 285. c.
 Ionas.
 3. Vidit Dominus opera eorum, quoniam conuersi sunt de via sua mala, & miseratus est Deus super maliciam, quam locutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit, lib. 12. fol. 380. d.
 Micheas.
 7. Deponet iniquitates vestras, & proiciet in profundum maris omnia peccata, libro 3. fol. 85. b.
 Aggæus.
 2. Magna erit gloria domus istius noni sima, plusquam prima, libro 1. fo. 15. d. & f. 32. d.
 Zacharias.
 4. Equabitur gratiam gratiæ, libro 11. fol. 332. d.
 Malachias.
 1. Non est mihi voluntas in vobis dicit Dominus, lib. 10. fol. 287. d.
 Machabæorum.
 2. Phinees pater noster zelando zelum Dei accepit testamentum sacerdotij æterni, lib. 10. fol. 296. d.
 Matthæus.
 1. Non cognouit eam Ioseph, donec peperit filium suum primogenitum, l. 10. fol. 270. d.
 Progenies

SACRÆ SCRIPTURÆ.

33. Progenies viperarum quis monstrauit vos fugere à ventura ira, lib. 1. fol. 9. d.
 31. Ipsi vos baptizabit in spiritu sancto & igne, lib. 3. fol. 67. c.
 5. Qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, iam machatus est in corde suo, lib. 3. folio. 83. c.
 5. Non occides, libro 11. fol. 322. a.
 5. Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno caelorum, lib. 12. fol. 254. a.
 5. Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio, lib. 12. folio 319. b. & folio 351. b. d.
 5. Non veni soluere legem, sed adimplere, lib. 12. folio 364. d. & 365. a.
 6. Nolite solliciti esse vt crastinum, libro 2. fol. 6. a. & lib. 9. fo. 256. a.
 6. Clauso ostio ora patrem tuum in abscondito, lib. 4. fol. 104. c.
 6. Te autem faciente elemosynam nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, libro 11. folio. 33. d.
 7. A fructibus eorum cognoscetis eos, libro 1. folio. 2. a.
 7. Nolite sanctum dare canibus, lib. 1. fol. 34. d.
 6. Non potest arbor bona fructus malos facere, libro 7. folio 222. a.
 9. Non est opus bene valentibus medico, libro 12. folio. 363. a.
 10. Nolite portare aurum neque argentum, lib. 2. fol. 63. c. & lib. 12. folio 244. a.
 10. Non portabitis per am in via, neque duas tunicas, neque calcamenta, li. 1. fo. 102. b.
 10. Dignus est enim mercenarius cibo suo, libro nono, fol. 257. b. & lib. 13. folio. 412. d.
 11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos, libro 3. foli. 72. c. & libro 13. fol. 400. a.
 11. Qui minor est in regno caelorum, maior est illo, libro 3. fol. 98. d.
 11. Nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quis nouit nisi filius, lib. 5. fo. 148. a.
 22. Quicumque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra spiritum sanctum, non remittetur ei in hoc saeculo neque in futurum, li. 12. fo. 47. d. & fo. 52. a. & fo. 382. d.
 23. Simile est regnum caelorum sagine misse in mare, li. 23. c. & lib. 6. folio 151. c. d.
 23. Dum dormirent homines, inimicus homo super seminauit zizania in medio tritici, libro 1. folio 33. c.
 24. Modica fidei quare dubitasti, lib. 1. fol. 25. d.
 15. Cor eorum longè est à me, libro 3. fol. 72. b.
 15. Quod intrat in os non coinquinat hominem, lib. 4. fol. 10. a.
 16. Tu es Petrus & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, libro 15. folio 339. a.
 16. Porte inferi non praualebunt aduersus eam, lib. 4. fol. 126. a.
 17. Vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem qui primus ascenderit, tolle, libro 12. folio 340. b.
 19. Non legistis, quia qui fecit ab initio, masculinum & feminam fecit eos, li. 2. fo. 49. d.
 19. Sinite paruulos venire ad me, lib. 03. fol. 72. c.
 19. In regeneratione, quum sederit filius hominis in sede maiestatis, & cetera, libro tercio, folio 85. c.
 20. Pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & æstus, lib. 3. fol. 99. b.
 20. Voca operarios & redde illis mercedem, li. 10. folio 277. b. & libro 11. folio 329. a.
 20. Tolle quod tuum est, & vade, libro 11. fol. 329. b. & lib. 13. fo. 412. d.
 22. Ex abundantia cordis os loquitur, lib. 1. fol. 29. a.
 22. Reddere quæ sunt Cæsaris, Cæsari, lib. 3. fo. 100. a.
 22. In resurrectione neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut angeli Dei, l. 3. f. 90. d.
 23. Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos sub alis & nolisti, lib. 9. fo. 262. d.
 24. Tunc apparebit signum filij hominis in caelo, lib. 2. fo. 40. d.
 24. Cum audieritis abominationem desolationis, lib. 10. fol. 287. a.

INDEX AVTHORITATVM

24. Cælum & terra transibunt, libro 10. fol. 302. a.
 24. De die autem illo vel hora nemo scit, libro 5. folio. 147. b.
 25. Simile est regnum cælorum decem virginitibus, lib. 1. folio 23. c.
 26. Hoc est corpus meum, libro 6. folio 173. c.
 27. Ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi, libro 1. folio. 9. & folio. 11. a.
 Marcus.
 13. De die autem illo vel hora nemo scit, neque angeli in cælo, neque filius, nisi pater, libro. 5. fol. 147. b.
 14. Hoc est corpus meum, libro 6. folio. 173. c.
 16. Qui verò non crediderit, condemnabitur, libro 3. folio. 25. a.
 16. Ite, dicite discipulis eius & Petro, quia præcedet vos in Galileam, lib. 12. fol. 341. a.
 16. Profecti prædicauerunt vobis que Domino cooperante, & sermonem confirmanste sequentibus signis, lib. 1. folio. 37. b.
 Lucas.
 1. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco, lib. 1. fol. 26. a.
 1. Spiritus sanctus superueniet in te, & c. lib. 4. fol. 116. c.
 1. Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me, lib. 4. fol. 11. b. & fol. 116. d.
 2. Pastores erant in regione eadem vigilantes, lib. 1. fol. 33. a.
 9. Sine mortuos sepelire mortuos suos, lib. 2. fol. 91. b.
 10. Martha sollicita es, & turbaris erga plurima, lib. 9. fol. 256. a.
 10. Videbam Sathanam sicut fulgur de cælo cadentem, lib. 5. fol. 151. b.
 11. Cum fortis armatus custodit atrium suum, lib. 2. folio. 47. c.
 11. In quamcumque ciuitatem intraueritis, & susceperint vos, manducate que apponuntur vobis, lib. 4. fol. 11. d.
 11. Quod superest date elemosinam, & ecce omnia munda sunt vobis, libro duodecimo, folio. 356. d.
 13. Nisi poenitentiam egeritis, omnes simul peribitis, libro 3. folio 80. b.
 16. Omnis qui dimittit uxorem suam, & alteram ducit, mæchatur, & qui dimissam à viro ducit, mæchatur, lib. 1. fol. 312. a.
 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, lib. 11. fol. 325. b.
 17. Cum feceritis que præcepta sunt vobis, dicite: serui inutiles sumus, lib. 11. fo. 332. d.
 18. Fides tua te saluum fecit, lib. 11. folio. 330. d.
 18. Oportet semper orare, & non deficere, libro 11. fol. 334. c.
 22. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, lib. 3. folio 91. a.
 22. Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: Hoc facite in meam commemorationem, libro 10. folio 289. b.
 22. Ego rogavi pro te Petre, vt non deficiat fides tua, libro 12. fol. 340. a.
 Ioannes.
 1. Hic est qui baptizat in Spiritu sancto, libro 3. folio 76. b. & lib. 10. folio. 292. c.
 1. Verbum caro factum est, lib. 4. folio 115. a.
 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, lib. 9. folio. 263. a. & fol. 266. b.
 1. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipsa factum est nihil, lib. 5. fol. 145. b. & fol. 147. b.
 3. Qui credit in me, habet vitam æternam, lib. 3. folio 93. b.
 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnũ Dei, libro tertio, folio. 71. b. & folio. 72. a. & fol. 79. b. & fol. 82. a. & fol. 85. c. & lib. 12. folio. 365. c.
 3. Nemo ascendit in cælum nisi qui descendit de cælo filius hominis qui est in cælis, libro 4. folio. 116. d.
 5. Scrutamini scripturas, quia ille testimoniũ perhibent de me, l. 1. f. 20. d. & l. 4. f. 124. c.
 Operamini

SACRÆ SCRIPTURÆ

5. Operamini non cibum qui perit, lib. 9. fo. 255. c. & fo. 256. a.
 6. Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eum, lib. 9. fo. 265. c.
 6. Ego sum panis vite, lib. 6. fo. 173. d.
 6. Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem: & qui manducat me & ipse viuat propter me, lib. 6. fo. 178. b.
 8. Vos ex patre diabolo estis, lib. 2. fo. 59. d.
 8. In veritate non stetit, quia non est veritas in eo, lib. 5. fo. 151. b.
 8. Ille homicida est ab initio, lib. 5. fo. 151. d.
 9. Venit nox quando nemo potest operari, lib. 3. fo. 70. b. & lib. 12. fo. 384. a.
 10. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, lib. 11. fo. 325. d.
 10. Ego & pater vnus sumus, lib. 5. fo. 143. c. & fo. 145. c.
 13. Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis, lib. 10. fo. 291. d.
 13. Vos mundi estis, sed non omnes, lib. 12. fo. 377. c.
 14. Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, lib. 1. fo. 17. c. & lib. 2. fo. 64. a.
 14. Alium paracletum dabo vobis qui suggeret vobis omnem veritatem, lib. 1. fo. 9. a.
 14. In domo patris mei mansiones multe sunt, lib. 3. fo. 98. b.
 14. Qui credit in me, opera que ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet, lib. 10. folio. 278. a.
 14. Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam, lib. 4. fo. 112. d.
 15. Sine me nihil potestis facere, lib. 9. fo. 265. a. & lib. 11. fo. 329. a. & fo. 333. a.
 16. Non enim loquetur à semetipso, sed quecumque audiet loquetur, lib. 5. fo. 149. d.
 20. Noli esse incredulus, sed fidelis, libro 1. fo. 25. c.
 20. Quorum remiseritis peccata, remissa erunt, libro 2. fo. 46. c. & lib. 4. fo. 129. d. & l. 10. fo. 300. d. et lib. 12. fo. 347. d.
 21. Pasce agnos, & pasce oues meas, libro 12. fo. 340. a.
 Actus Apostolorum.
 2. Poenitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in remissionem peccatorum, libro 3. fo. 71. b.
 5. Non es mentitus hominibus, sed Deo, libro 5. fo. 149. a.
 8. Baptizati erant in nomine Iesu, lib. 3. fo. 68. c.
 20. Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos posuit Spiritus sanctus regere Ecclesiam suam, libro 1. fo. 14. a. b.
 Ad Romanos.
 1. Qui factus est ei ex semine David, libro 4. fo. 114. a. & fo. 116. d.
 2. Si præputium legis iustitias custodiat, nõnne præputium illius in circumcissionem reputabitur, lib. 3. fo. 83. b.
 2. Secundum duritiam tuam, & impetens cor thesaurizas tibi iram, lib. 12. fo. 365. d.
 3. Omnes peccauerunt, & egent gratia Dei, lib. 12. fo. 345. d.
 3. Nunquid incredulitas illorum fidem Dei euacuat? lib. 7. fo. 199. a.
 4. In repromissione etiam Dei non hesitauit dissidentia, lib. 1. fo. 25. d.
 5. In quo omnes peccauerunt, lib. 12. fo. 345. b. c. d.
 5. Vbi abundauit delictum, super abundauit & gratia, lib. 3. fo. 85. d.
 5. Gloriamur in tribulationibus, scientes quòd tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, lib. 13. fo. 413. a.
 6. Consepulti sumus cum Christo per baptismum in mortem, lib. 3. fo. 71. b. c. & fo. 77. b. & fo. 85. d. & lib. 12. fo. 362. a.
 6. Vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruat corpus peccati, lib. 3. fo. 80. a.
 6. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, lib. 6. fo. 185. d.
 7. Lex peccatum est? Absit, libro 9. fo. 259. d.

INDEX AVTHORITATVM

7. Non quod volo bonum hoc facio, sed quod nolo malum, lib. 3. fo. 87. b.
 7. Video aliam legem in membris meis, & c. Ibidem, c.
 7. Que sub viro est mulier, viuentem viro alligata est legi, libro. 11. fo. 316. c.
 7. Si autem quod nolo malum, hoc facio, iam non ego operor illud: sed quod habitat in me peccatum, lib. 12. fo. 374. a.
 8. Qui in carne sunt, Deo placere non possunt, lib. 2. fo. 63. b.
 8. Si secundum carnem vixeritis, moriemini. Ibidem.
 8. Nihil damnationis est ijs, qui sunt in Christo Iesu, libro. 3. fo. 86. b.
 8. Prudentia carnis inimica est Deo, lib. 3. fo. 87. c.
 8. Non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam, qua reuelabitur in nobis, libro. 11. fo. 328. b.
 8. Lex enim spiritus vite in Christo Iesu liberavit me à lege peccati & mortis, libro. 3. fo. 86. b. & lib. 6. fo. 163. d.
 8. Certus sum quia neque mors, neque vita poterit nos separare à charitate Dei, libro. 7. fo. 224. b.
 9. Non est volentis, neque currentis, sed Dei miserentis, lib. 9. fo. 265. d.
 9. An non habet potestate figulus luti ex eadem massa facere aliud vas in honorem, aliud verò in contumeliam? lib. 10. fo. 268. c.
 10. Emulationem Dei habent sed non secundum scientiam, lib. 1. fo. 32. b.
 10. Corde creditur ad iusticiam, ore autem confessio fit ad salutem, lib. 3. fo. 83. b.
 10. Quomodo predicabunt, nisi mittantur? lib. 12. fo. 379. a.
 12. In vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, libro. 1. fo. 13. b.
 12. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos, lib. 1. fo. 8. d.
 17. Omne quod non est ex fide, peccatum est, lib. 7. fo. 199. b.
 Prima ad Corinthios.
 7. Sermo meus & predicatio mea non in persuasibilibus humane sapientie verbis, li. i. folio. 1. b. & fo. 21. d.
 3. Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus, lib. 3. fo. 76. b.
 3. Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est Christus Deus noster, lib. 12. fo. 340. d.
 4. Nihil mihi conscius sum, sed neque in hoc iustificatus sum, lib. 2. fo. 44. d.
 6. Qui adheret meretrici, vnum corpus efficitur cum ea, lib. 2. fo. 50. c.
 6. Glorificate & portate Deum in corpore vestro, libro. 5. fo. 148. d.
 7. Præterit figura huius mundi, libro. 10. fo. 302. a.
 7. Mulier alligata est legi, quanto tempore vir eius viuit, li. 11. fo. 304. c. & fo. 316. c.
 7. Mulier sui corporis potestatem non habet, lib. 11. fo. 308. b.
 7. Vnusquisque suam uxorem habeat, lib. 11. fo. 309. d. & lib. 12. fo. 401. b.
 7. Præcipio, non ego, sed Dominus, uxore à viro non discedere, lib. 11. fo. 316. b. & fo. 317. b.
 7. De vniuersis præceptum Domini non habeo, consilium autè do, lib. 12. fo. 369. b.
 7. Si nupserit virgo, non peccat, lib. 14. fo. 436. b. & fo. 439. b.
 7. Empti estis precio magno, nolite fieri serui hominum, lib. 6. fo. 155. b.
 8. Esca non commendat nos Deo, lib. 4. fo. 110. a.
 9. Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat, lib. 9. 257. d.
 9. Nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris, lib. 10. fo. 286. a.
 10. Omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari, lib. 3. fo. 74. a. & fo. 85. b.
 10. Petra autem erat Christus, lib. 6. fo. 167. d.
 11. Oportet hæreses esse, lib. 1. fo. 8. c.
 11. Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, lib. 6. fo. 180. b.
 12. Si totum corpus oculus, vbi auditus? lib. 1. fo. 15. a.

SACRÆ SCRIPTURÆ.

13. Caritas nunquam excidit, lib. 7. fo. 222. a.
 15. Stimulus mortis peccatum est, lib. 2. fo. 47. b.
 15. Quid facient qui baptizantur pro mortuis, si mortui non resurgunt? lib. 3. fo. 69. c.
 15. In Christo omnes viuificabuntur, vnusquisque in suo ordine, lib. 3. fo. 98. c.
 15. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo celestis, lib. 4. fo. 115. d.
 Secunda ad Corinthios.
 3. Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, ædificationem ex Deo habemus domum non manu factam, sed æternam in cælis, lib. 3. folio. 95. c.
 3. Epistola nostra a vos estis, libro. 4. fo. 112. a.
 3. Vbi spiritus Domini, ibi libertas, lib. 9. fo. 261. c. & lib. 12. fo. 367. a.
 3. Idoneos nos fecit ministros noui testamenti, lib. 13. fo. 396. b.
 4. Id enim quod in præsentem est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum æternum pondus gloriæ operatur in nobis, lib. 11. fo. 330. d. & fo. 331. a.
 5. Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, lib. 12. fo. 374. a.
 8. Si enim voluntas prompta est secundum id quod habet, accepta est, non secundum id quod non habet, libro. 3. fo. 83. c.
 9. Vnusquisque prout destinauit in corde suo, non ex tristitia aut ex necessitate, libro. 9. folio. 263. b.
 11. Respondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo, libro. i. fo. 11. d.
 Ad Galatas.
 2. Si quæ destruxi, iterum hæc ædifico, præuicatorem meipsum constituuo, lib. 1. fo. 27. a.
 2. Per legem enim legi mortuus sum, lib. 6. fo. 163. d.
 3. Quicumque in Christo baptizati estis, Christo induistis, lib. 3. fo. 71. c. & fo. 86. c.
 3. Lex pedagogus noster fuit, lib. 9. fo. 260. d. & lib. 7. fo. 199. c.
 3. Christus nos redemit de maledicto legis, libro. 12. fo. 366. c.
 4. Misit Deus filium suum factum ex muliere, lib. 4. fo. 114. c.
 4. Estote sicut ego: quia ego sicut vos, lib. 11. fo. 313. d.
 4. Dies obseruatis, & mensis, & tempora, lib. 12. fo. 343. c.
 4. In similitudinem hominum factus, libro. 4. fo. 116. a.
 5. In libertatem vocati estis fratres, lib. 12. fo. 366. d.
 5. Si spiritu ducimini, non estis sub lege, lib. 6. fo. 155. b.
 Ad Ephesios.
 2. Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam, lib. 1. fo. 13. c.
 4. Vna fides vnum baptisma, libro. 1. fo. 19. d. et. lib. 3. fo. 77. b.
 4. Ascendisti in altum cœpisti captiuitatem, lib. 3. fo. 95. b.
 4. Nolite contristare spiritum Dei, in quo signati estis, lib. 4. fo. 105. b.
 4. Donec occurramus omnes in vnitatem fidei in vnum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, lib. 13. fo. 391. b.
 4. Nolite locum dare diabolo, lib. 14. fo. 441. c.
 5. Tradidit semetipsum, vt exhiberet se gloriosam Ecclesiam non habentem maculam neque rugam, lib. 6. fo. 154. a. & lib. 12. fo. 382. b. c.
 6. Gladium spiritus, quod est verbum Dei, lib. 13. fo. 413. d.
 Philippenses.
 1. Cupio dissolui, & esse cum Christo, lib. 3. fo. 95. d.
 Colossenses.
 1. Videte ne quis vos decipiat per philosophiam, libro. 1. fo. 30. d.
 2. Nemo vos decipiat in sublimitate sermonis, lib. 1. fo. 31. a.
 2. In quo & circumcisi estis circumcissione non manu facta, lib. 3. fo. 74. b.
 3. In quo sunt omnes thesauri sapientie, & scientia, lib. 5. fo. 147. b.
 3. Induit nouum hominem, qui renouatur in agnitionem, secundum imaginem eius qui creatur

INDEX AVTORITATVM

creavit illum, libro. 2. fo. 49. a.

Prima ad Tefſalonicenſes.

4. Ne quis ſuper grediatur, neque circumueniat in negotio fratrem, lib. 11. fo. 308. c.

5. Sine intermiſſione orare, lib. 11. fo. 334. c.

Secunda ad Tefſalonicenſes.

3. Si quis non vult operari, nec manducet, lib. 9. fo. 258. b.

Prima ad Timotheum.

1. Iuſto non eſt lex poſita, libro. 12. fo. 367. a.

1. Fidelis eſt ſermo, & omni acceptione dignus, libro. 7. fo. 198. d.

2. Radix omnium malorum cupiditas, lib. 1. fo. 29. c.

2. Mulierem docere non permitto, lib. 2. fo. 46. b. et. lib. 13. fo. 396. a.

2. Adam primus formatus eſt, deinde Eva, libro. 2. fo. 52. a.

3. Oportet Episcopum eſſe vnius uxoris virum, lib. 13. fo. 152. b.

4. Noli negligere gratiam quae in te eſt, quae data eſt tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyteri, lib. 11. fo. 336. b.

5. Manus cito nemini impoſueris, lib. 11. fo. 336. c. d.

5. Adoleſcentiores viduas deuota. & ca. habentes damnationem quia primam fidem irritam fecerunt, lib. 7. fo. 199. a. & lib. 14. fo. 435. c. et. fo. 436. a.

6. O Timothee depositum coſtodi deuotans prophanas vocum nouitates, lib. 1. fo. 37. a.

6. Qui habitat lucem inaccessibilem, libro. 3. fo. 89. a.

2. ad Timotheum.

1. Admoneo te vt reſuſcites gratiam Dei, quae in te eſt per impositionem manuum mearum, lib. 11. fo. 336. c.

2. Labor autem agricolam oportet primam de fructibus accipere, libro. 9. fo. 257. d.

2. Labora ſicut bonus miles Chriſti Ieſu, libro. 9. fo. 256. d.

2. In magna domo non ſolum ſunt vaſa aurea, & argentea, libro. 6. fo. 157. c.

3. In nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculosa, & erunt homines ſeipſos amantes, libro. 1. folio. 26. c. d.

3. Mali homines & ſeductores proficient in peius, libro. 1. fo. 38. b.

4. Bonum certamen certavi, curſum conſummaui, & ca. libro. 13. fo. 413. b.

Ad Titum.

1. Huius rei gratia reliqui te Cretae, vt ea quae deſunt corrigas, & conſtituas per ciuitates presbyteros, lib. 13. fo. 392. c.

Ad Philemonem.

1. Sine conſilio tuo nihil volui facere, vti ne velut ex neceſſitate bonum tuum eſſet, ſed voluntarium, libro. 9. fo. 263. b.

Ad Haebreos.

1. Adorent eum omnes angeli Dei, libro. 2. fo. 41. c. & fo. 43. a.

5. Omnis pontifex ex hominibus aſumptus, pro hominibus conſtituitur, lib. 10. fo. 298. a.

6. Reuſus ſibimet ipſi crucifigentes filium Dei, libro. 3. fo. 77. c.

7. Tranſlato ſacerdotio neceſſe eſt, vt legis tranſlatio fiat, libro. 10. fo. 281. a.

7. Qui non habet neceſſitatem quoidie, quemadmodum ſacerdotes prius pro ſuis delictis hoſtias offerre, deinde pro populi, libro. 10. fo. 293. c.

9. Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata, lib. 10. fo. 293. c.

10. Vna oblatione conſummauit in ſempiternum ſanctificatos, Ibidem.

10. Dabo legem meam in viſceribus eorum, lib. 6. fo. 163. c.

11. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo, libro. 9. fo. 261. a.

11. Fides eſt ſperandarum rerum ſubſtantia, libro. 7. fo. 197. b.

13. Obedite prepoſitis veſtris, lib. 1. fo. 33. b.

Iacobi.

1. Si quis veſtrum indiget ſapientia, poſtulet à Deo, libro. 1. fo. 25. a.

SACRAE SCRIPTURAE.

1. Poſtulet in fide nihil haſitans, libro. 1. fol. 25. b.

1. Omne datum optimum & omne donum perfectum deſiſum eſt, deſcendens à patre luminum, libro. 11. fol. 332. b.

1. Vniſquiſque tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus & illeſus, lib. 1. fo. 372. c.

2. Fides ſine operibus mortua eſt, libro. 7. folio. 200. d.

3. Demones credunt, & contremiſcunt, libro. 2. folio. 43. d.

3. In multis offendimus omnes, lib. 12. fo. 352. d.

5. Infirmatur quis in vobis inducant presbyteros Eccleſiae, & orem ſuper eum ungentes eum oleo in nomine Domini, libro. 14. folio. 43. a.

Prima Petri.

2. In quem deſiderant angeli proſpicere, lib. 3. fo. 89. b.

2. Chriſtus pro nobis paſſus eſt, nobis relinquens exemplum, lib. 12. fo. 359. c.

2. Vos eſtis genus electum, regale Sacerdotium, lib. 13. fo. 395. b.

2. Vt viret eues annuncietis eius, qui de tenebris vocauit vos in admirabile lumen ſuum, libro. 13. fo. 396. c.

3. In arca Noe octo animae ſaluae factae ſunt per aquam, & c. libro. 3. fo. 73. c.

5. Paſcite qui in vobis eſt gregem, libro. 1. fo. 4. a. & fo. 34. a.

2. Petri.

1. Sat agite vt per bona opera certam vocationem & electionem veſtram faciatis, lib. 7. folio. 226. a.

Prima Ioannis.

1. Nunc filij Dei ſumus, ſed nondum apparuit quid erimus, ſcimus autem quoniam quae apparuerit ſimilis ei erimus, quia videbimus eum ſicuti eſt, lib. 2. fo. 97. a.

2. Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, lib. 11. fo. 323. d.

3. Hic eſt qui venit per aquam & ſanguinem, libro. 3. fo. 79. d.

3. Tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, libro. 3. fo. 80. a.

3. Omnis qui in Deo manet, non peccat, lib. 11. fo. 322. d.

3. Omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat, libro. 7. fo. 21. d.

3. Omnis qui odit fratrem ſuum homicida eſt, libro. 3. fo. 83. c.

4. Omnis ſpiritus qui ſoluit Ieſum, ex Deo non eſt, libro. 4. fo. 118. a.

4. Deum nemo vidit vnquam, libro. 3. fo. 88. d.

4. Perfecta Charitas foras mittit timorem, libro. 4. fo. 123. c. d.

5. Mandata eius graui non ſunt, libro. 12. fo. 372. c.

Apocalypſis.

5. Vicit Leo de tribu Iuda, lib. 1. fo. 1. d.

6. Data ſunt illis ſingulae ſtole albae, libro. 3. fo. 95. d.

13. Agnus qui occiſus eſt ab origine mundi, lib. 6. fo. 164. b.

20. Vixerunt, & regnauerunt cum Chriſto mille annis, lib. 3. fo. 91. b.

21. Vidi caelum nouum & terram nouam, libro. 10. fo. 302. c.

12. Murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, lib. 11. fo. 340. d.

21. Vidi ciuitatem ſanctam Etier uſalem nouam deſcendentem de caelo, lib. 3. fo. 394. c.

INDEX RERVM AC SENTEN- TIARVM IN HOC OPERE CONTEN- TARVM COPIOSISSIMVS, SVMMAQVE CVM DILIGENTIA ELABORATVS, AC ORDINE ALPHABE- tico digestus.

¶ De litera A.

Abraham dicendo vxorem esse sororem suam non est mentitus, sed verum occultauit. Lib. 10. f. 274. c.

Abraham & reliqui patres quare plures habuerunt vxores. l. 11. f. 310. c.

Abbatem errasse cōiunctur manifestē. l. 1. fo. 22. a.

Absolutionem non habere efficaciam, nisi quia creditur, hæresis est Lutheri. l. 2. fo. 43. b.

Absoluendi & remittendi peccata potestas à Deo collata est Sacerdoti. l. 2. fo. 43. d. 44. a. & fo. 47. a.

Absolutum esse quempiam, quid est dictū. l. 2. f. 44. d.

Absolutio Sacramentalis actus est iudicialis. l. 2. f. 45. c.

Absolvere posse puerum ac mulierem, sicut Papa, hæresis est Lutheri, & impugnat lib. 2. fo. 45. c. d.

Abstinerē à carnibus debet homo propter scandalum vitandū in proximo. l. 4. fo. 107. d.

Abstinerē à suffocato & sanguine quare ab Apostolis fuit prohibitum. l. 4. fo. 18. a.

Abstinentes ab esu carniū in veteri lege meritorie abstinebant. l. 4. f. 109. b.

Absinentia aliquorum ciborum laudatur in veteri testamento, ibidem.

Abstinerē à pluribus cibis à primordijs nascens Ecclesiæ consuetudo fuit, ibidem.

Abstracta nec inconcreta nomina diuersarum naturarum dicuntur de se inuicem, nisi illę duæ nature insint eidem supposito. lib. 4. fo. 117. c.

Abdicationem veram Christus monuit verbis illis adolenscenti dictis, si vis perfectus esse. &c. l. 12. fo. 368. c. d.

Ablutionem pedum propter quid Christus commendauit. l. 6. f. 187. d.

Ablutione pedum non vitur Ecclesia sicut olim in vsu habuit, & quare, 187. d.

Actus baptizandi per verbum indicatiui vel alterius modi insinuandus est. lib. 3. folio. 68. d.

Actus baptismi cuiusmodi verbo sit insinuandus nondum Ecclesia definiuit, ibi. a.

Acceptiones plures notantur de hoc nomine beatitudo, l. 3. fo. 92. d. & 93. per totum.

Adam & Euam damnatos fuisse propter eorum primum inobedientie peccatum hæresis fuit Tatiani. l. 2. f. 46. c.

Adam & Euam non fuisse damnatos ostenditur. l. 2. fo. 47. a. b. c.

Adam & Euam puniuntur à Deo, non tamen maledicuntur vt serpēs, & quare. lib. 2. folio. 47. c. d.

Adæ & Euę signa penitentię notantur, ibidem. d.

Adam post peccatum perdidisse imaginem Dei, hæresis est dicere, quæ Origeni tribuitur, 48. a.

Adā & Euam quomodo vna caro dicuntur. l. 2. f. 50. a.

Adam & Euam si permississent in statu innocentię, non coituos vnquam, hæresis est Armenorum, quæ conuincitur. l. 2. f. 49. c. d. 50. a. b.

Adam moriturum fore etiam si non peccasset, & quod mortuus est non ex culpa demerito, sed ex conditione nature hæresis est Pelagij monachi. l. 2. f. 50. c. d.

Adam si non peccasset minimè moriturus ostenditur, ibidem, 2. & 51. a.

Adam peccati pœna mortem incurrit corporalem. 51. a.

Adami & Euę oculos post peccatum apertos fuisse, quomodo intelligitur, ibidem. b.

Adam fuit de limo terra formatus & Euam de eius costa. l. 2. f. 51. c.

Adamus nomē imposuit mulieri. l. 2. f. 52. c.

Adæ verò non inueniebatur adiutor similis eius, exponitur. l. 2. f. 52. d.

Adam si in iusticia permanisset quomodo immortalis diceretur. l. 2. f. 60. b.

Adulterium comittit aduersus Christum virgo quæ post omnium virginum votum nubit. l. 14. f. 436. b. c.

Adulterium. l. 2. f. 54. c.

Adorationis traditio notatur. l. 1. f. 12. b.

Adoratio. l. 2. f. 39. a.

Adorandam non esse dominicam Crucem hæresis fuit Claudij episcopi Taurinensis, quæ conuincitur, ibidem. a. b.

Adorandam esse crucem Dominicam in qua pependit Christus probatur manifestē, ibidem. c.

Adoratio exterior, vt quęque alia exterior operatio talem sortitur bonitatem vel maliciam, qualem habet actus interior à quo deriuatur. l. 2. f. 40. b.

Adorandam non esse Eucharistiam hæresis fuit Ioannis Oecolampadij quæ impugnat & conuincitur apertissimè. lib. 2. fo. 41. a. b. c.

Adoratio latria quę soli Deo debetur non est exhibenda Christi humanitati absque diuinitate considerata. lib. 2. folio. 42. b. c.

Adoratio latria quomodo exhibenda est Christi humanitati ostenditur, ibi. c. d.

Adorandi Christum præceptum notatur. l. 2. fo. 41. c. d.

Adulti & paruuli differenter ad Christum veniunt. l. 3. fo. 72. d.

Adulti quia propria fide ad Christum veniunt maiorem quam paruuli, in baptismo gratiam consequuntur. l. 3. f. 73. a.

Adultis prædicandum fore euangeliū præcepit Christus. l. 3. f. 75. b. c.

Adultum non posse saluari absque baptismo in actu quantocumque in voto habeat, hæresis est dicere. l. 3. f. 82. d. 83. a.

Adultum saluari posse absque baptismo, cum ipsius integra fide & voto quando facultas non adest baptizandi sanctorum testimonij & conciliorum definitionibus ostenditur ibidem, fo. 84. b. c. d. etc.

AER in

IN HOC OPERE CONTENTARVM.

AER in sacris literis spiritus appellatur. lib. 2. fo. 56. a.

Aequalitas diuinarum personarum ex literis sacris ostenditur. l. 5. f. 145. a.

Affectum Deus acceptat quem operis exequutio haberi nequit. l. 3. f. 83. b. c.

Affectus interior voluntatis prohibetur in præcepto, Non concupisces. l. 12. f. 374. a.

Afflictiones à Deo inflicte, in sacris literis mali nomenclaturam sæpe sortiuntur. lib. 10. fo. 269. a. b.

Affinitas etiam oritur ex coitu fornicario. l. 2. f. 50. c.

Agnus paschalis typum gessit sacrificij corporis Christi. l. 10. f. 285. a. b. c.

Agnus occisus ab origine mūdi, quare Christus dicitur. l. 6. f. 164. b.

Allegantur Doctores dicentes Euam formatam fuisse de costa Adami. l. 2. f. 52. d.

Alere tenentur prædicatores ipsi auditores verbi Dei. l. 9. f. 255. b. & f. 257. b. & 258. b.

Altare custodienda eucharistia. l. 6. f. 184. a. b.

Amor sui radix prima est hæresum. libro 1. f. 26. c.

Ambitio multarum hæresum parens est. libro 1. f. 30. a.

Ambrosium cautè legendum, circa expositionem, dicti Pauli, 1. Corinthiorum. 7. in materia diuorij: nā plura sunt ibi addita indigna quidem vt tanta tribuantur viro. li. u. fol. 315. per totum.

Ambrosij dictum, nempe Quod omnia peccata mortalia sunt venialia fuerunt penitentiam, quomodo intelligitur. l. 12. f. 350. d.

Amici Dei qui appellantur. l. 13. f. 406. b.

Animas in purgatorio existentes posse mereri & demereri, hæresis est Lutheri quæ conuincitur ex literis sacris. l. 12. f. 383. d.

Animas in purgatorio certas esse de sua salute ostenditur. l. 12. f. 385. a.

Animas purgatorij per hoc quoddam exofas habeant pœnas peccare, hæresis est Lutheri, quæ etiam conuincitur. l. 13. f. 385. b.

Anima inter illa quæ sub cœlo nobis incognita sunt, magis innoscitur. l. 2. f. 55. b.

Animam rationalem, quatenus rationalis est, non esse formam corporis humani, error fuit Petri Ioannis, qui impugnat & conuincitur. l. 2. f. 55. b. c.

Animam de nihilo creat Deus. l. 2. f. 56. a.

Anima in sacris literis spiritus appellatur. ibidem. a.

Anima non creatur antequam corpus formetur. l. 2. f. 56. d. contrariū fuit hæresis cuiusdam Ioannis Episcopi Hierosolimitani. ibi. c.

Animam esse ex Dei substantia error fuit Gnosticorum. l. 2. f. 67. b. & conuincitur. ibidem. c. d.

Animam filij esse ex anima patris, error fuit Tertulliani, & impugnat. 58. a.

Animas creati à Deo immediatè contra plures hæreticos ostenditur. l. 2. f. 56. a. b.

Anima valde mutabilis. ibi. a.

Animam non esse ex anima ingeniosè probatur. l. 2. f. 58. d. 59. a.

Animam esse corpus error Tertulliani qui & impugnat. l. 2. f. 59. a. b.

Animam creatam esse à Deo scripturæ sacre testimonij ostenditur. ibi. b. c.

Animas sceleratorum hominum post mortem conuerti in demones & in quacunque animalia bruta suis meritis congrua dicere, hæ

resis est, quæ & impugnat. ibi. c.

Animam corrumpi simul cum corpore huius morte hominis, hæresis est in duas partes diuisa. 60. a.

Animam esse immortalem ostenditur. l. 2. fo. ibidem. b. c.

Animas transire de corpore in corpus hæresis est albanensium, post Pythagoricos, & conuincitur etiam philosophicè. l. 2. f. 61. b. c.

Animas ante intuitionem corporis peccasse & in penam peccati in corpora, tanquam in carcerem fuisse inclusas, error fuit Origenis qui & impugnat. ibi. f. 61. d. 62. a.

Animam intra mortale corpus existentem, non posse videre Deum ostenditur. l. 3. f. 88. d.

Animæ cibis Deus est. l. 3. f. 90. d. 91. a.

Animam nullam ante diem iudicij fuisse beatam, hæresis est Armenorum quæ conuincitur. l. 3. f. 94. b.

Animas purgatas statim beatificari definitionibus conciliorum ostenditur. l. 3. f. 97. d. & testimonij scripture. l. 3. f. 95. b. c.

Animæ nomine in literis sacris sæpe totus homo intelligitur. l. 4. f. 118. a.

Animalia bruta, ita intelligere ac ipse homo, hæresis est quæ conuincitur. l. 3. f. 101. c.

Animalia quatuor in Ezechielij quatuor Euangelistarum typum gerunt. l. 6. f. 162. c.

Antequam aduerbium, in literis sacris sæpe ponitur vt nullum ad futura respectum dicat. l. 10. f. 271. a.

Antiphonæ & Responsoria quæ cantantur in Ecclesia vnde initium sumptere ostenditur. l. 4. f. 104. b.

Angelorum malorum peccatum à nullo alio demone processit, sed à suo libero arbitrio. l. 12. fo. 95. a.

Angelos non fuisse siue bonos siue malos à Deo creatos, hæresis est quæ conuincitur. lib. 2. f. 54. d. 55. a.

Angeli desiderant videre faciem Dei non quod non videant, sed videndo videre desiderant & desiderantes vident. l. 3. f. 89. b.

Angelici spiritus non omnes eiusdem sunt conditionis nec meriti, lib. 3. f. 99. a.

Angelica vita status virginitalis est, libro 14. f. 428. d. & fo. 429. a.

Analogia pulchra de Ecclesię congratulatio nē, l. 1. f. 15. c. d.

Analogia, vnde veritas aliqua habeat quod sit catholica, l. 1. f. 21. c. d.

Analogia vel similitudo vnde scriptura sacra postquam nobis esse sacram consulerit credenda sit, ibi. d.

Analogia pulchra de adoratione humanitatis Christi cum diuinitate, l. 2. f. 42. c.

Analogia pulchra de hæretico & apostata libro 1. fo. 24. a.

Annus, l. 2. f. 62. c.

Annorum numerus millenarius in sacris literis pro vniuersitate capitur. libro 3. folio 91. c.

Annunciare in sacris literis pro laudare aut gratias agere sæpe sumitur, l. 13. f. 396. c.

Apostoli arcanæ Dei cognouerunt quæ populo nunciare non licebat. l. 12. f. 339. c.

Apostolos fundamenta fuisse Ecclesię, l. 12. f. 340. d.

Apostoli itari ad prædicandum, Christus præcepit eis nihil in via portare. l. 12. f. 344. a.

Apostoli plura de Ecclesię regimine dixerunt quæ non scripta manserunt, sed ab ore in

os ad nos sunt delata. lib. 1. fol. 12. c.
 Apostolos non prædicasse euangelium spiritaliter sed literaliter, error fuit Abbatis Ioa-chimi. li. 2. fo. 62. d.
 Apstolos prædicasse euangelium secundum spirituales intelligentiam, ostenditur. libro 2. fo. 63. d.
 Apostolos non habuisse nec recepisse pecunias, neque in crastinum aliquid seruasse, neque hoc eis licuisse, error fuit Pseudoapostolorum. l. 2. f. 64. a.
 Apostolos pecunias habuisse & secum portasse ex literis sacris ostenditur, ibidem b. etiam aliquid in crastinum seruasse. b. c. 4.
 Apostolis multa prohibita vno tempore fuere, quæ alio licere, ibid. c. d.
 Apostolis prohibitum fuit aliquando pecunias portare, ibi. d.
 Apostoli quare baptizabant nomine Iesu, & non nomine Trinitatis patris & filij & spiritus sancti, quæ est vera baptismi forma, l. 3. f. 68. c. d.
 Apostolis plura præcepit Christus, non in perpetuum obseruatura. li. 3. f. 102. b.
 Apostoli iuste prohibere potuerunt esum suffocati & sanguinis. l. 4. f. 109. b.
 Apostolis quando fuit interdicta pecunia, l. 10. f. 275. d.
 Apostoli bonam partem ceremoniarum missæ instituerunt, l. 10. f. 278. d.
 Apostoli plura instituerunt quæ in sacris literis non reperiebantur, li. 6. fo. 156. d.
 Apostolus Iacobus per illa verba, Informatur quis in vobis &c. non instituit sacramentum extremæ Vnctionis cum proprium fuerit Christi, sed præco illius extitit. l. 14. f. 431. b.
 Apostolos emisisse votum castitatis ostenditur, lib. 14. fo. 435. c.
 Apostolos baptizatos fuisse ante Christi mortem ostenditur, li. 13. f. 392. c.
 Apostolorum quatuor genera, ex beato Hieronymo, l. 12. f. 379. d.
 Apostolorum neminem (postquam ab Apostolatus manus assumpti fuerunt) nouam duxisse uxorem, ostenditur. li. 13. fo. 404. b. c.
 Apostolica sedes, post Generalia Concilia in fidei causâ potestatem habet iudicandi, libro 1. fo. 20. b.
 Apostolica sedes quæ sit, ibi. c.
 Apostolica sedes errare non potest, ibidem.
 Apostolicam sedem approbare scripturam alicuius Doctoris quid sit & ad quid se extendat huiusmodi approbatio. libro. 1. folio. 17. b.
 Apostata omnis hæreticus est non tamen è contra omnis hæreticus est apostata, libro 1. fo. 10. d.
 Apostasia species est infidelitatis sub hæresi, l. 1. f. 24. a.
 Apum more in florum electione libri gentilium legendi sunt, l. 1. f. 32. a.
 Apocalypsim conscriptam fuisse à beato Iohanne euangelista ostenditur. libro 13. folio 160. b. c.
 Approbare apostolicam sedem scripturam alicuius Doctoris quid sit, ad quid se extendat huiusmodi approbatio ostenditur. l. 1. f. 32. a.
 Aquam non esse à Deo creatam, sed esse illi coeternam, hæresis est dicere, & conuincitur ex literis sacris. l. 2. f. 65. b. c.
 Aquam benedictam maiorem habere virtutem, quam non benedictam, ostenditur contra hæreticos. l. 2. f. 65. d. & 66. a. b.
 Aqua benedicta non ab ipsa benedictione

suam obtinet virtutem, sed ab ipso Deo assistente & operante verbis super aquam dictis, ibi. b.
 Aquæ benedictæ & aquæ baptismatis differentia, ibi. b.
 Aquæ benedictæ mira virtus exemplo monstratur. ibi. c. d.
 Aquam esse apponendam in calicis consecratione, ostenditur, l. 6. fo. 177. a.
 Arca veteris instrumenti quare tot ei fuere impensi honores. l. 13. f. 387. d.
 Arca Noë typum gelsit Ecclesiæ. l. 6. f. 154. a.
 Arca Noë typum Baptismi gelsit. l. 3. f. 73. c.
 Argumentum pulchrum, quo statemur, sanctis viris magis credendum quam alijs est multo doctioribus. l. 1. f. 29. a.
 Argumenta hæreticorum contra bonorum operum meritum diluuntur, libro 11. folio. 331. c. d.
 Argumentum ingeniosum contra Lutherum notatur, l. 1. f. 37. c. d.
 Argumentum contra hæreticos quando ex mystico scripture sacre sensu sumi potest, l. 10. fo. 281. d.
 Argumentum efficax est, ad hæresim conuincendam sanctorum Doctorum de vna re cõcors sententia, l. 1. f. 17. d.
 Argumenta hæreticorum facta contra missæ sacrificium diluuntur, l. 10. f. 291. c. d. & folio 292. & 293.
 Argumenta hæreticorum contra vnitatem vxoris in matrimonio facta diluuntur, libro 11. fo. 310. c.
 Argumenta facta pro diuortio causa fornicationis ingeniose diluuntur, libro 11. folio. 319. b. c.
 Argumenta hæreticorum, soluuntur facta contra calibatam, l. 14. f. 438. & 439. per totum.
 Armis quibus vtendum est ad hæreses expugnandas, l. 1. f. 2. c. & l. 13. f. 413. d.
 Arrogans censendus est qui sacrorum doctorum posthabita sententia propria adheret, l. 1. f. 18. c. d.
 Articulus Parisiensis non transire montes quare dicitur, l. 1. f. 19. d.
 Articulus fidei Ecclesiam de nouo non posse condere manifestè ostenditur, l. 1. f. 21. b. c.
 Arrius voraginem cupiditatum & ambitionum suarum non potes implere, sacerdotes æquales Episcopis dixit, l. 1. f. 30. a.
 Arriani detrahunt Christi laudibus in ecclesia decantatis, l. 4. f. 102. c.
 Ara Dei ecclesia dicitur, l. 3. f. 95. d.
 Augustinus Ecclesiastici librum inter canonicos recenset, l. 11. f. 324. d.
 Augustinus perperam à Gratiano citatur, l. 1. f. 6. a.
 Augustini sententia exponitur de autoritate Decretalium & epistolarum summorum Pontificum. l. 1. f. 6. a. b.
 Augustinus optat suorum operum lectoris non esse eius dicitis prorsus deditum, libro 1. folio 16. d.
 Augustinum non fuisse autorem Libri de Ecclesiasticis dogmatibus ostenditur, libro 3. folio 84. c. d.
 Augustinum non fuisse autorem libri de questionibus noui & veteris instrumenti, licet eius nomine circumferatur, ostenditur, lib. 10. f. 273. a.
 Augustini & Ambrosij dictum nempe omnia peccata mortalia venialia fieri per penitentiam

tentiam, quomodo debet intelligi, l. 12. f. 98. d.
 Autoritatem Pontificiam pendere à sanctitate & bonitate Pontificis hæresis est dicere, l. 12. f. 343. a.
 Autoritate propria non licet vasallo interficere tyrannum. l. 14. f. 422. a.
 Autores Euangeliorum qui fuerint traditione Ecclesiæ constat, l. 1. f. 11. a.
 Autor istius operis adfuisse publicæ concioni cuiusdam prædicatoris (qui suum supra modum cupiens institutum extollere) dixit, quod quicumque suæ religionis semel induerit habitum in fide minime possit errare, faretur, lib. 1. fol. 23. a.
 Autoris modestia nolentis prodere cuius fuerit instituti ille, qui supra dictam ausus est prædicare blasphemiam, notanda est, ibi. a.
 Autor disponit ordinem hoc in opere dicendorum, l. 1. f. 38. c.
 Autoris prudentia nolentis præcipitare sententiam, quid de Origene eiusque doctrina sentiat, sed Ecclesiæ sententia se totus committit notatur, l. 2. f. 49. b.
 Autoris intentio æqua nemini hæreticorum parcere, est si sui instituti, l. 1. f. 23. b.
 Aurium officio funguntur subditi, libro. 1. f. 15. a.
 Auxilio Dei quonam pacto homo potest omnia, ostenditur, l. 14. f. 427. b. c.
 De litera B.
 Baptizatos fuisse Apostolos ante Christi mortem ostenditur, lib. 12. fol. 377. c.
 Baptismus, de quo plura credere oportet, l. 3. f. 67. c.
 Baptizare in igne & non in aqua hæresis fuit Galatorum, ibidem c.
 Baptismus debere in aqua fieri, ex literis sacris conuincitur, ibidem d.
 Baptismi varias formas confingunt hæretici, l. 3. f. 68. a. b.
 Baptismi vera forma quæ, ibidem b.
 Baptismo quare trina sit missio, ibi. b.
 Baptismus verus est, absque illa trina missione, ibi. c.
 Baptismus fit in Hispania vnica missione, & quare, ibi. c.
 Baptismi forma tria requirit, ibi. b. c. d. & folio. 69. b.
 Baptizabant Apostoli nomine Iesu & non nomine trinitatis, & quare, 68. c. d.
 Baptizandi actus per verbum indicatiui vel alterius modi, insinuando est, ibi. d.
 Baptizant Græci, insinuando actus baptismi per verbum imperatiui, & ab Ecclesiâ permittuntur sic baptizare, 69. a.
 Baptismi actus cuiusmodi verbo fit insinuandus nondum Ecclesiâ definiti, ibidem a.
 Baptismi forma ab Alexandro tertio per scripta declaratur, ibi. a.
 Baptizare mortuos hæresis est, & conuincitur, l. 3. f. 70. a. b.
 Baptismus in aqua exhibitum nihil salutis adferre hæresis est Manichæorum & conuincitur, l. 3. f. 71. a. b.
 Baptismus vis pluribus hæresibus detrahitur, ibidem a. b.
 Baptismus vim habet saluandi hominem, ibidem b.
 Baptismus confert fidem & gratiam, ibid. b.
 Baptisma non prodest paruulis vsu rationis carentibus hæresis est quæ conuincitur libro 3. f. 71. d. 72. a. b. & c.

Baptismus figuratus fuit in mare rubro, lib. 3. f. 73. d. 74. a. & f. 85. b.
 Baptismus in circumcisione figuratur, lib. 3. f. 74. b.
 Baptizatus semel iterum rebaptizandus hæresis est, & conuincitur, l. 3. f. 75. c. d.
 Baptizatus à Iudæo vel Pagano rectè verba profert & intentione faciendi quod Christi Ecclesiâ facit, verè baptizatur, libro 3. folio 76. d.
 Baptizari non licet, citra necessitatis causam ab hæretico ministro, ibi. & 77. a.
 Baptismi vnitatis ex sacris literis ostenditur, 77. b. c.
 Baptismus quadam figura est mortis Christi, ibi. c.
 Baptismus longè ante sacramentum Eucharistiæ fuit institutus, l. 3. f. 78. a.
 Baptismus non exigit Christum, quamuis in ipso apponatur, ibi. a.
 Baptismo non egere paruulos, hæresis est Pelagij, & conuincitur, libro. 3. folio. 78. d.
 Baptismus lauacrum est regenerationis, 71. c. d.
 Baptismus martyrium appellatur, lib. 3. folio 83. 84.
 Baptismi tria genera, l. 3. f. 84. b.
 Baptismus non delere omne peccatum hæresis est Lutheri, & conuincitur, lib. 3. folio 85. per totum.
 Baptismus omne peccatum delere, ostenditur, ibi. & li. 12. f. 374.
 Baptismo imprimi characterem testimonij sanctorum & conciliorum ostenditur, libro 4. f. 105. a. per totum.
 Baptismus ianua est sacramentorum, lib. 11. fol. 306. c.
 Baptismi præceptum notatur, libro. 12. folio. 365. c.
 Babilonia ciuitas quare sic appellata, lib. 9. fol. 267. b.
 Beatos non videre essentiam Dei, sed claritatem quandam illius essentia hæresis est Armenorum & conuincitur, lib. 3. fol. 88. a.
 Beatitudo nihil coinquatum complectitur, lib. 12. f. 382. b. c.
 Beatitudo quæ, l. 3. f. 88. a.
 Beatitudinem consistere in carnis delicijs, hæresis fuit Corinthi quæ conuincitur, 89. b. c.
 Beatitudinem ac miseriam non esse perpetuam, hæresis fuit Origenis quæ impugnatur, l. 3. f. 92. a.
 Beatitudinem esse perpetuam sacrarum literarum testimonijs ostenditur, ibidem a. per totum.
 Beatitudinis nomen plures sortitur significaciones in sacris literis 92. d.
 Beatitudinis potiorem partem esse Dei visionem quam eiusdem dilectionem asserentes falso fundamento intantur, 93. a.
 Beatitudo æterna quid sit ibidem c. d.
 Beatitudinem perfectam, homo in hac vita habere non potest, ibi. d.
 Beatos esse pares in gloria & damnatos in pœnis, & iustos hac in vita in meritis, hæresis est Iouinianæ quæ impugnatur, lib. 3. fol. 98. b. c. d. per totum.
 Bernardus, sermo. 3. in festiuitate omnium sanctorum, & ser. 4. eiusdem festiuitatis caute legendus est, li. 3. f. 94. d.
 Bellum, l. 3. f. 99. d.
 Bellum gerere Christianis non licere hæresis est quæ conuincitur testimonijs sacrarum literarum, ibi. d.

Bellum non gerendum aduersus turcas, eod quod flagellum Dei fit, hæresis Lutherana est, quæ impugnatu apertissimè, libro 3. f. 100. c. d. **Bellum vt iustum fit causa exploranda est**, ibidem c. **Bellum indicere non ad quemuis spectat**, ibidem c. d. **Bellum quare in sacris literis malum appellatur**, li. 12. f. 380. d. **Benedictio quæ**, l. 3. f. 101. b. **Benignitatem, potentiam & sapientiam omnibus tribus personis in diuinis conuenire ostenditur**, l. 5. f. 150. d. 151. a. b. **Bigamus sacerdotio non est dignus**, libr. 13. fo. 402. b. **Bonos, in Dei Ecclesia, minimè communicio ne malorum inquinari ostenditur contra Donatistas & reliquos hæreticos**, libro 6. fo. 154. b. **Bonis operibus ex parte confidendum scriptura sacra docet**, l. 13. f. 413. c. **Bonis operibus certa efficitur vocatio nostra**, l. 9. f. 266. a. **Blasphemia notam incurrit ille, qui dixit, habitum suæ religionis quisemel induerit non posse in fide errare**, l. 1. f. 23. a. **De litera C.** **Canonicilibri recensentur iuxta concilium Laodicenum**, l. 1. f. 3. b. **Canonicorum librorum collectio iuxta concilium Carthaginense**, ibi. f. 4. a. **Canonicorum librorum collectio iuxta decretum Innocentij papæ**, ibi. a. **Canonicorum librorum collectio iuxta beatum Augustinum**, ibi. b. **Canonicorum librorum collectio ex concilio Florentino**, ibi. d. **Canonicorum librorum collectio ex concilio Tridentino**, l. 1. f. 5. a. **Canones Apostolorum post sacram scripturam primum obtinent locum**, ibi. b. **Canonistarum munus non est de hæresi aut de fide iudicare sed Theologorum, quibus ius diuinum committitur**, l. 1. f. 22. a. **Canonistarum partes quæ sint**, ibidem a. **Cantus Ecclesiæ conformis est literis sacris**, l. 4. f. 103. a. b. **Cantasse Christum hymnū ostē**, l. 4. f. 103. d. **Characterem imprimunt hec tria sacramenta. Nempè Baptismus, Confirmatio & Ordo, ideo sunt initerabilia**, libro 3. folio 77. c. & li. 4. folio 105. b. c. d. **Character quid sit**, l. 4. f. 105. a. **Charitas perfecta quæ sit**, l. 11. f. 322. d. **Cain mors qualiter à Deo prohibita fuit**, libro 5. f. 142. c. **Calceamenta non portare bonum est & meritum**, l. 4. f. 102. a. **Calceamenta portare non licere homini Christiano hæresis est & conuincitur**, ibi. a. b. **Calceamenta portare non licet citra necessitatis causam ijs qui ad hoc per votum se obligarunt**, ibid. b. **Calicem Christi esse nonum testamentum quomodo intelligitur**, l. 10. f. 296. a. **Calicis consecratione non esse apponendam aquam, hæresis est, quæ conuincitur**, libro 6. folio 177. a. per totum. **Calicis consecratione non esse apponendum vinum sed solam aquam, hæresis est, & conuincitur**, l. 6. f. 176. c. d. **Clamore orans æquè auditur, ac basse orās, & e contra**, l. 4. f. 104. d.

Caput Ecclesiæ Christus, l. 1. f. 13. b. **Caput Ecclesiæ visibile est**, ibi. c. **Caput li. 4. f. 105. a.** **Caput mulieris virum esse quomodo intelligitur**, l. 11. f. 315. c. **Captiuitas quadam, erant iusti in sinu Abrahamæ detenti**, l. 3. f. 95. b. **Carolus quintus Imperator & Hispaniarū Rex, bis concilium vniuersale congregare fecit Tridenti**, l. 1. f. 25. a. **Carnales illecebræ hæreses pululant**, libro 1. f. 29. d. **Carnis prudentia quæ sit**, l. 3. f. 87. c. **Carnales deliciae non erunt in futuro regno**, l. 3. f. 90. c. d. **Carnem Christus non traxit de caelo contra plures hæreticos, licet sit homo celestis**, lib. 4. f. 115. d. **Carnem veram Christum assumpsisse ex virgine Maria**, libro 4. folio 113. d. & folio 114. per totum. **Carnis concupiscentia non est in præcepto**, l. 12. f. 373. d. **Carnes manducare non licet quando scandalum imminet proximi**, libro 4. folio 107. d. **Carnes manducauit Christus**, libro 4. folio 108. a. **Carnem hominis Deus fecit, contra plures hæreticos, qui à diabolo factam dixerunt**, l. 4. f. 106. c. d. **Carnibus vesci licere ex literis sacris ostenditur contra plures hæreticos**, libro 4. folio 107. c. d. **Carnibus vesci diebus prohibitis ab Ecclesia, minimè licet, contra Lutheranos, & Erasmanos**, l. 4. f. 108. c. d. **Carnes non comedentes in veteri testamento, meritorie faciebant**, l. 4. 109. b. **Carnibus vesci tempore quadragesimæ concilium Toletanum octauum prohibuit**, ib. c. d. **Chananeæ fides, propria etiam sufficit filix**, l. 3. f. 75. b. **Castello Emaus Christum suum corpus sacramentaliter communicasse duobus discipulis, probabile est**, l. 6. f. 159. a. **Castitas cum Dei adiutorio bene custoditur**, l. 14. f. 427. b. & l. 13. f. 399. b. **Castitatem calibum meliorem esse quam castitas nuptiarum ostenditur**, l. 11. f. 428. b. c. **Castitatem seruare, omnibus potentibus & orantibus auxilium diuinæ gratiæ ad eius obseruationem datum est**, li. 13. fol. 400. & 401. a. **Causæ nomen sæpè in sacris literis effectui tribuitur figura sine doches**, l. 3. f. 87. b. **Causa propter quam quis iuste potest bellare, est iustitiæ executio**, l. 3. f. 100. c. **Causæ plures, propter quas licitum est aliquando vxorem dimittere, quod ad thorum**, l. 11. f. 317. per totum. **Causæ propter quas decimæ sunt soluendæ assignantur**, l. 1. f. 138. c. d. **Causæ, quare modo non licet sub vtraque specie communicare, recensentur**, l. 6. f. 188. d. **Cæli nomine in sacris literis aer etiam intelligitur**, l. 10. f. 302. b. **Cælum & terra quo pacto mutabuntur**, libro 10. f. 302. per totum. **Cælum castitatem meliorem esse quam nuptiarum ostenditur**, libro 14. folio 428. b. c. **Cælibatum sacerdotum antiquissima ecclesiæ consuetudine obseruatum fuisse ostenditur**, libro 13.

l. 13. f. 397. d. & 398. per totum. **Censura Ecclesiæ vel concilij vel sedis Apostolicæ, de rebus fidei non facit assertionem aliquam esse hæresim, sed quia fidei catholicæ repugnat**, l. 1. f. 21. b. **Censere de hæresi non est potestas in aliquo inferiore Episcopo**, l. 1. f. 19. c. **Certitudo**, li. 4. f. 107. b. & quid sit, lib. 7. folio 224. a. **Certitudo triplex**, ibi. c. **Certum neminem esse posse de sua salute ostenditur**, lib. 7. folio 223. d. & 224. per totum, & 226. a. **Certitudo fidei catholicæ & certitudo scientiæ quomodo differant**, lib. 7. fol. 225. a. b. **Certus vt quis dicatur de aliqua re duplicem certitudinem habere debet, ibidem b.** **Certus nemo dicitur de aliquo futuro contingenti, ibidem b.** **Certitudo scientiæ & certitudo fidei, quo pacto altera altera maior, ibi. b.** **Certitudo fidei humanæ quæ sit, ibidem.** **Certam debet homo facere suam vocationem nauando bonis operibus**, lib. 7. f. 226. a. **Certum aliquid esse reuelatione quid sit ostenditur**, li. 12. f. 376. c. d. **Cemiterij nocturnis assistere vigilijs per concilium Elibertinum prohibitum**, l. 1. folio 35. d. 36. a. **Cæremonia missæ minimè contemnendæ sunt, nam bonam illarum partem Apostoli in situerunt**, l. 10. f. 278. d. **Circumcisio gratiam ex pacto diuino auferbat**, l. 3. f. 74. c. **Circumcisio figura fuit Baptismi**, libro 3. folio 74. b. **Circumcisio id prestabat quod modò baptisimus, aliqua tamen differentia, ibidem.** **Cibus animæ, Deus est**, l. 3. f. 90. d. 91. a. **Cibus**, l. 4. f. 107. b. **Cibus immunus vocatur ab Apostolo commune**, ibidem, d. **Ciborum delectum nullum docuit Christus & quare**, l. 4. f. 100. b. **Ciborum delectio per ecclesiasticas censuras sancita est**, l. 4. f. 109. a. b. contra hæreticos. **Cypriani dictum de virginibus vouentibus virginitatem, & declaratur contra Caluinum hæreticum**, l. 4. f. 441. c. **Cognitio qua Deum hac in vita cognoscimus qualis sit, ostenditur**, l. 12. fo. 372. b. **Christus caput Ecclesiæ**, libro 1. folio 13. b. **Christus mittens apostolos ad prædicandum præcepit eis nihil in via possidere, & quare**, li. 12. folio 344. a. **Christus plura dixit quæ in sacris literis scripta non sunt**, l. 1. f. 11. b. c. **Christum transfiguratum quomodo discipuli viderunt**, l. 1. f. 13. d. **Christus quare non contraxit originale peccatum**, l. 12. d. f. 345. d. **Christus qua occasione prohibuit demonia clamantia**, l. 1. f. 27. c. d. **Christi scabellum crux eius fuit**, libro 2. folio 39. c. **Christi scabellum triplex**, ibi. c. **Christi humanitas quo modo latræ adoranda est**, l. 2. f. 42. c. **Christum & Apostolos aliquid in crastinū seruasse ostenditur, ex Euangelio**, libro 2. folio 64. c. **Christi vaticinium, pseudos surgendos fo-**

re Prophetas impletum est, & indes impleri vidimus, l. 3. f. 65. b. **Christi mortis baptisimus quadam figuratio est**, l. 3. f. 77. c. **Christus quomodo venit in aqua & sanguine**, l. 3. f. 79. d. **Christi regnum temporaliter in hoc mundo futurum nō est**, libro 3. folio 88. per totum, & 89. a. b. **Christus qua ratione prohibuit multiloquium in oratione**, l. 4. f. 104. d. **Christus quare nullum docuit ciborum delectum**, l. 4. f. 110. b. **Christum esse Deū & hominem ostenditur contra Ebionem hæreticum**, l. 4. f. 110. d. 111. a. **Christum esse verū Dei filium ex sacris literis constat**, l. 4. f. 111. a. per totum. **Christus prædestinatus filius Dei, ibidem, & f. 112. per totum.** **Christus surrexit virtute propria, ibidem, f. 111. d.** **Christus iudex viuorum & mortuorum, ibi. d.** **Christi epistolam esse ipsos Corinthios ait Apostolus**, l. 4. f. 112. a. **Christum verè esse hominem ostenditur contra Cerdonem hæreticum**, l. 4. f. 113. c. **Christus rogat patrem vt homo**, libro 4. folio 113. b. **Christum habuisse eandē nobiscum naturā ostenditur contra Valentinū hereticū**, l. 4. f. 113. d. **Christus idem Deus qui & crucifixus**, li. 4. f. 116. c. **Christum carnem veram ex virgine Maria & non aliunde assumpsisse ex literis sacris ostenditur**, l. 4. f. 113. c. d. & 114. per totum. **Christus homo celestis appellatur secundum naturam diuinam**, l. 4. f. 115. b. **Christum vnicam tantum habuisse personam diuinam in duabus naturis ostenditur ex literis sacris, contra plures hæreticos geminam ponentes personam in Christo**, lib. 4. f. 116. b. c. & f. 116. per totum. **Christus etsi literis sacris sæpè nomine vnius nature appelletur, non ex hoc excluditur re liqua**, li. 4. f. 117. d. **Christum duas habere naturas ex literis sacris ostenditur**, libro 4. folio 118. d. & 119. & 120. per totum. **Christum habuisse corpus & animam contra Arrium ostenditur**, libro 4. fol. 121. a. b. **Christi figuram gelsit Melchisedech**, libr. 10. f. 273. c. **Christum negare tempore persecutionis est crimen hæresis**, l. 10. f. 272. a. **Christum minimè negandum tempore persecutionis, scriptura docet**, ibi. b. **Christus cur gratias reddebat Deo**, li. 10. folio 273. d. **Christū mendicasse non patet ex literis sacris**, l. 10. fo. 275. d. **Christum missam instituisse, nempè ipsam consecrationem Eucharistiæ testimonijs sanctorum probatur**, l. 10. f. 278. c. d. & 279. per totum. **Christus venit vocare peccatores ad poenitentiam**, li. 12. f. 363. a. **Christus verus est medicus qui sanat omnes infirmitates**, ibi. b. **Christus quomodo legem impleuit**, lib. 12. f. 365. a. **Christus redemptor fuit & legislator, ibidem, a. b.**

Christus pauper fuit quatenus homo, l. 32. f. 371. c. d.
 Christus filius Dei & filius mulieris, l. 4. folio 117. b.
 Christus passus fuit in humanitate & non in diuinitate, l. 4. f. 120. b.
 Christus quomodo profecit sapientia & gratia, l. 4. f. 121. b.
 Christum duas habere voluntates ostenditur, ibi. c. d.
 Christus secundum humanitatem factus obediens patri vsq; ad necem, l. 2. a.
 Christum verè fuisse passum ostenditur contra Basilidem hereticum ibi. c.
 Christum fuisse verum humani generis redemptorem ostenditur, ibidem d. & folio 123. a. b.
 Christum habuisse spiritum timoris Dei ostenditur, l. 4. f. 122. c. d.
 Christi latus post mortem eius lancea perforatur, l. 4. f. 124. b.
 Christum verè resurrexisset ostenditur, contra Corinthum hereticum, ibi. b. c.
 Christus quomodo occisus agnus ab origine mundi dicitur, l. 6. f. 164. b.
 Christum consecisse Eucharistiam in pane azimo ostenditur, ex Euangelio contra Graecos, l. 6. f. 165. a.
 Christus quare panis appellatur in sacris literis, l. 6. f. 173. d.
 Christus quare discipulorum pedes lauit an tequam eis tradat suum corpus, libro 6. folio 180. d.
 Christus in secundo mense accubitu corpus suum discipulis præbuit, libro 6. folio 183. per totum.
 Christum totum integerrimè sub qualibet sacramento specie contineri ostenditur, lib. 6. folio 185. d. & 186. a.
 Christus non in omnibus peragendis misterijs Eucharistia ab Ecclesia imitatur & quare, l. 6. f. 187. c. d.
 Christus quare vsque ad tricesimum sue ætatis annum predicare renuit.
 Christus in nouissima cœna Apostolos sacerdotes ordinauit nempe dando eis potestatem conficiendi corpus & sanguinem suum, l. 13. f. 395. d. & 396. a.
 Christus carnes comedit, l. 4. f. 108. a.
 Christum esse petram quomodo intelligitur, l. 6. f. 168. a. b.
 Coitus cum iumento lege naturali & diuina prohibetur, l. 4. f. 127. c.
 Christianus quo pacto relinquere debet patrem & matrem & reliqua temporalia notatur, l. 12. f. 34. a. a.
 Christianissimus cuius rei gratia in pulcherrimum hæresum scissuras diuisus fuit, libro 1. folio 15. c.
 Christiano viro impingere hæreses notam turpissima contumelia est, l. 1. f. 22. c.
 Christianissimus purior qualis est, libro 4. folio 110. d.
 Christiani quare sic appellantur, libro 6. folio 160. d.
 Christianus quilibet non potest absolueri, contra Lutherum, l. 2. f. 46. a.
 Christiana libertas in quo consistat, l. 14. folio 44. b.
 Christianos omnes esse sacerdotes quomodo intelligatur, l. 13. f. 395. c.
 Chrística plures datur, & quid eius vnctio

in Baptismo significet, cum in ipso misceri debet, l. 3. f. 73. b. c.
 Collegium totum Cardinalium in rebus fidei Deus non permittet errare, libro primo, folio 20. c.
 Commune appellat Paulus cibum immundum l. 4. f. 107. d.
 Communicandum esse necessariò sub vtraque specie hæresis est & conuincitur, l. 6. f. 185. b. c. d. & 186. per totum.
 Communicandi sub vtraque specie non est datum præceptum aliquod à Christo, l. 6. f. 186. b. c.
 Communicandi sub vna specie tantum antiquissimus ecclesie mos, l. 6. f. 189. b. c. d.
 Communio sub vtraque specie quare fuit abolita, l. 6. f. 188. d.
 Conciliorum decreta firmissimam habere auctoritatem ostenditur, l. 1. f. 5. b.
 Conciliorum decreta, neque apostolorum canones pro scripturis diuinis habendi sunt, ibi. b.
 Conciliorum generalium ritè congregatorum definitiones maioris sunt auctoritatis, quam illæ quæ à solo Pontifice definitæ sunt, ibi. c.
 Concilium generale maiorem habet auctoritatem quam summus Pontifex, ibi. d.
 Concilium generale ritè congregatum vniuersalem representat Ecclesiam, libro 1. f. 15. a. c. & 4. f. 126. a.
 Concilio nõ est vocanda plebs aut promiscua multitudo, contra Lutherum, sed maiores Ecclesie, l. 1. f. 15. b. c. & l. 4. f. 126. c. d. & l. 4. f. 130. c.
 Concilium celebrandi egregia regula, lib. 4. f. 126. c. d.
 Concilia à quo tempore congregari cœperunt, l. 1. f. 15. c.
 Conciliorum traditiones esse recipiendas vnde colligitur, l. 1. f. 15. c.
 Concilia prouincialia non habent integram & plenam auctoritatem definiendi in negotio fidei, l. 1. f. 19. d.
 Concilia prouincialia, in re fidei errare possunt, ibi. d. & l. 4. f. 125. a.
 Concilia citra Papæ auctoritatem congregata irrita sunt, l. 1. f. 20. a.
 Conciliorum prouincialium auctoritas ad quid se extendat, ibi. a.
 Concilium Lateranense immortalitatem animæ definiuit, l. 2. f. 60. d. 61. a.
 Concilium generale ritè congregatum non posse in fide errare ostenditur, l. 4. f. 125. a.
 Concilium generale locum obtinet iudicij, ibi. d.
 Concilium generale quando ritè congregatum dicitur, l. 4. f. 126. b.
 Concilium habet plenam potestatem definiendi in causa fidei, l. 1. f. 20. b.
 Concupiscentiam carnis non esse peccatum contra Lutherum ostenditur, libro 3. folio 85. b. & l. 12. f. 374. c.
 Concupiscentia appellatur à beato Paulo peccatum, non quia peccatum sit, sed quia à peccato originatur, l. 3. f. 87. c.
 Concupiscentia quare appellatur à Paulo lex peccati, ibi. b. c.
 Concupiscentia manet post baptismum in homine ad eius exercitum, libro 12. folio 361. d.
 Concupiscentia carnis in Christo non fuit & forte nec in eius sacratissima matre, libro 12. f. 373. d.
 Concupiscentia carnis non est in præcepto, l. 12. f. 374. a.

Con-

Concupiscentiam carnis esse peccatum quo pacto intelligi habet, ibidem. a.
 Concubitus promiscuus lege diuina prohibetur, l. 4. folio 128. b. c.
 Confidere in bonis operibus qualiter liceat l. 11. f. 333. d.
 Confusio duplex, l. 1. f. 27. b.
 Confessio, l. 4. f. 129. a.
 Confessionis plures notantur errores, ibidem. a. b. c.
 Confessionem esse necessariam & à Christo institutam gratiamque conferre ostenditur, l. 4. f. 129. & 130. & 131.
 Confessionem esse clanculariam non est de necessitate Sacramenti penitentie, quamuis perperam ageret qui publicè confiteretur, l. 4. f. 129. d. 130. a.
 Confessionem tempore Apostolorum fuisse in vfu ostenditur, l. 4. f. 130. b.
 Confutenda esse omnia peccata mortalia, ostenditur, l. 4. f. 131. b.
 Confessionis decretum, à Sixto quarto editum, ponitur, l. 4. f. 131. d.
 Confessionem esse necessariam etiam si ad fit contritio, ostenditur, l. 4. f. 132. d.
 Confutenda sunt peccata venialia, libro 4. f. 133. a. b.
 Confiteri Christum tenentur Christiani tempore persecutionis, libro 10. folio 272. per totum.
 Confirmationem esse sacramentum gratiamque conferre, ostenditur, l. 4. f. 133. d.
 Confirmandus chrismate vngendus, ibi. d.
 Confirmationis sacramentum non potest conferri nisi ab Episcopo, 105. d. & f. 134. a. & l. 6. f. 169. b.
 Confirmationis sacramentum character impunitur, 105. d.
 Confirmatio quid sit, l. 4. f. 133. c.
 Coniunctiones, quibus hæreticus deprehenditur tres, l. 1. f. 26. c. d. vsque ad 38. d.
 Coniugum duplex & mutua inter ipsos notatur obligatio, l. 11. f. 319. d.
 Coniugium ex institutione diuina non obesse sacerdotio ostenditur, l. 11. f. 404. c.
 Concilia plura sunt in lege euangelica, nec omne quod nobis commendatur est præceptum contra Lutherum, libro 12. folio 367. b. c. d. & 368. c.
 Concilium quid sit, l. 12. f. 368. b.
 Concilia plura data sunt sub verbo imperatiui modi quæ non præcepta sed cõsilia sunt, l. 12. f. 370. b. c.
 Concilia quibus modis à præceptis discernantur, ibidem. c.
 Consulendi minimè sunt hæretici, libro 1. folio 29. a.
 Consulendi sunt apostolis, de non portanda pecunia, l. 2. f. 61. c.
 Consecratione facta Eucharistie nihil panis ibi manere ostenditur, l. 6. f. 173. b.
 Contritione exortam propter odium gehennæ (licet meritoria non sit) non esse malam ostenditur, l. 4. f. 135. c. d.
 Contritio peccatorum quo pacto per discussionem, collectionem & detestationem peccatorum paranda est, libro 4. folio 136. c. d.
 Continentiam seruare esse impossibile hæresis Lutheri, quæ apertissimè conuincitur, l. 14. f. 427. b.
 Corrigrere superiores non est datum subdi-

tis pro suorum arbitrio, lib. 4. f. 137. b.
 Correctio, ibidem.
 Cornelius antequam Petrum videret iustificatus fuit, l. 3. f. 81. d. 85. a.
 Corpus Helicæ mortuum prophetauit, nõ tamen illud inanime corpus dicendum erat propheta, lib. 12. folio 381. d.
 Corpora sanctorum veneranda sunt, lib. 13. folio 386. & 387. per totum.
 Corpora post resurrectionem esse palpabilia & visibilia ex literis sacris ostenditur, l. 13. f. 390. a. b.
 Corpus Dominicum templum sanctum est l. 2. f. 42. b.
 Corpus Dominicum suprema est oblatio, ibidem. b.
 Corpus vestis est animæ libro 2. folio 62. b. 2
 Corpus, l. 4. f. 106. b.
 Corpus suapte natura malum non est, contra hereticos, ibi. d. b. c. d.
 Corpus humanum à Deo factum fuisse scriptura sacra testatur, ibidem.
 Corpus Christi verum à sacerdote offertur in missa Deo patri, lib. 10. f. 281. d.
 Corporis vita anima est. Animæ verò deus ipse, lib. 12. folio 350. c.
 Corpus Christi verum contineri in Eucharistia ex literis sacris ostenditur, l. 6. f. 168. d. 169. a. b. & dicitur etiam sanctorum comprobatur, ibi. c. d. per totum.
 Corpus Christi non esse in Eucharistia nisi tantum in vfu, hæresis est nefanda Lutherianorum & conuincitur, l. 6. f. 184. a.
 Corporis Christi contactus & feminis & laicis interdictus est per consilium Remense, l. 13. folio 395. a.
 Costa de qua Eua formata fuit de eiusdem Adami perfectione fuit, & non superflua, l. 2. f. 53. c.
 Circumstantia quæ necessariò consideranda, l. 4. f. 133. a.
 Cras aduerbium in sacris literis pro toto tempore futuro ponitur, lib. 2. folio 85. a. & l. 12. folio 377. d.
 Creaturæ per hominum benedictiones meliores redduntur, quam à Deo creatæ fuere per naturam: hoc tamen non ab ipsis fit hominibus, sed à Deo propter merita benedictionum & orationum præcedentium, libro 2. folio 67. a. b.
 Creatura nulla ex se mala est, contra plures hæreticos asserentes aliquas creaturas ex se malas esse, l. 10. f. 168. d.
 Creaturæ factæ sunt à Deo optimo maximo, & non à malo Deo, contra plures hæreticos hoc asserentes, libro 4. folio 137. b. c. d.
 Creaturas esse bonas ex se & generatione sua ostenditur contra Manichæos, l. 4. f. 138. a. factas autem fuisse in die qua creauit Deus cœlum & terram quomodo intelligitur.
 Credens Deo, sanctis etiam credere debet, lib. 2. f. 54. a.
 Credere tenemur ex fide verum Petri successorem esse, supremum totius Ecclesie pastorem, libro 1. folio 23. d.
 Creditum quid verè dicitur, libro 12. folio 376. c. d.
 Credere non omnes æqua lance tenentur in docti sicut & docti, lib. 1. f. 24. b. c.
 Crucem Dominicam adorandam esse ostenditur contra hæreticos hoc negantes, l. 2. f. 39. a. per totum.
 Crux Christi quam intentione adoranda

est, lib. 2. fo. 408. c.
 Crux Christi, eius nobis passionem ad memoriam renocat, ibid. d.
 Crux Christi quare dicitur signum ibid. d.
 Crux Christi, libro. 4. fo. 138. b. & quomodo scabellum ipsius fuit, lib. 2. fo. 39. c. d.
 Cupiditas gloriæ vanæ radix, & fomentum est hæresum, lib. 1. fo. 26. d.
 Cupiditas gloriæ inanis fallaciâ iudicij paritur, lib. 1. fo. 28. b.
 Cupiditas radix est malorum omnium, l. 1. fo. 29. c.
 ¶ De litera D.
 David quando fuit filius perditionis & quâdo ad vitam æternam prædilatatus, ostenditur, libro. 12. fo. 375. b.
 David perfectam habuit Dei dilectionem, libro. 12. fo. 373. c.
 Daniel propheta est parvulus rectè quæ vaticinatus est intellexit, lib. 12. fo. 382. a.
 Danielis propheta de cessatione sacrificiorum quomodo est intelligenda, l. 10. f. 286. c. d.
 Debitore se Deus suæ gloriæ nobis fecit sua misericordia, lib. 10. fo. 277. a.
 Decimæ soluendæ sunt, & quibus rationibus, nec earum quantitas iure diuino taxata est, lib. 5. f. 138. c. d. & 139. a. b.
 Decretales post conciliorum definitiones primum obtinent locum, lib. 1. fo. 5. b.
 Definiendi in fidei negotio potestas in ecclesia vniuersali est, & per consequens in concilij vniuersalibus, lib. 1. fo. 13. per totum.
 Definiendi in causa fidei sedes Apostolica potestatem habet, ibid.
 Definitio Evangelij ab hæreticis assignata prorsus inutilis & inanis est, libro. 6. folio. 163. b. c. d.
 Definitionem Ecclesiæ audiens obtemperare ei debet, l. 1. fo. 24. d.
 Defensores hæreticorum si personam tantum defendant & non ipsam hæresim non sunt censendi hæretici, lib. 1. f. 23. d.
 Deleri de populo Dei quid sit ostenditur, l. 3. fo. 74. b.
 Deliciæ carnales non erunt in futuro regno, l. 3. fo. 90. c. d.
 Demonio clamantia quare ne loquerentur Christus prohibuit, lib. 1. f. 27. c. d.
 Demon diuersos hominibus tentationum parat laqueos iuxta eorum qualitates & complexiones, l. 14. f. 418. c.
 Demones cum mille habeant nocendi modos etiam per lapidum contactus tentant, ibidem. c.
 Demonum afflictiones, quibus homines affligunt, per rerum sensibilibus applicatione sæpè mitigantur, ibidem. c.
 Denarius numerus aliquando in sacris literis pro vniuersitate capitur, l. 3. f. 91. c.
 Denarius numerus radix est millenarij, ibi. c.
 Denarius diuinus quis sit, & quo pacto omnibus æqualiter impartitur, l. 3. f. 99. b.
 Desiderare angelos faciem Domini videre, cum perpetuo & æternaliter videant, quo modo intelligitur, l. 3. f. 89. b.
 Deus creat malum pœnæ, sed non malum culpæ, l. 12. f. 130. a. & l. 10. f. 269. a. b.
 Deus prescius est omnis mali, & culpæ & pœnæ, ibidem. b.
 Dens quare propter alterius peccatum alterum temporaliter castigat, l. 12. f. 94. c.
 Deus Ecclesiæ suæ contulit Doctores lib, 1,

f. 17. d.
 Deus quando se fecit debitorem sibi & nobis, l. 11. f. 329. c. & l. 10. f. 277. a.
 Deus sæpè errare permittit hominem non solum propter propriam iniquitatem, sed etiam propter iniquitatem interrogantis aut discipulis, l. 1. f. 28. c.
 Deus quare petitiones nostras donare differt, l. 1. f. 32. c.
 Dei pedes qui sint, l. 2. f. 42. a.
 Deo credere non poterit nisi prius quis crederit de sanctis eius vera esse quæ scripta sunt, l. 2. f. 53. a.
 Dei viæ quæ sint, l. 2. f. 54. d.
 Deus angelos creauit siue bonos siue malos contra hæreticos hoc negantes, ibidem. d.
 Deus vtrum sufflans in Adam animam fecit, an quam fecerat animam corpore dando potius insufflauit, vide, l. 2. f. 56. a.
 Dei proprietates notantur, l. 2. f. 57. d.
 Deus quo immortalis dicitur, l. 2. f. 60. b.
 Deum non videri ab aliquo quomodo intelligitur, l. 3. f. 88. d. 89. a.
 Deum hac in vita plures vidisse sacra testatur scriptura, & quomodo intelligitur, ibi.
 Deus cibus animæ est, l. 3. f. 90. d.
 Dei Ara Ecclesiæ dicitur lib. 3. f. 95. d.
 Deum & hominem esse Christum, ex literis sacris contra hæreticos ostenditur, l. 4. fo. 111. a. per totum.
 Deus nouam sponfam sibi desponsando sanctam Ecclesiam sinagoga sepulta fuit, libro. 9. f. 259. c.
 Deum facere mala, hæresis est, l. 10. fo. 268. b.
 Deum aliquid permittere, id ipsum agere sacra scriptura refert, & fo. 15. c. ibid. c. & folio. 269. d.
 Deum facere vasa in contumeliam quomodo intelligitur, lib. 10. fo. 268. d.
 Deum facere malum non est aliud quam permittere illud malum, l. 10. f. 268. per totum.
 Deus minimè nobis præcepit impossibilia obseruati contra Lutherum, l. 12. f. 372. b.
 Deum ex toto corde diligere quo pacto intelligendum venit, ibi.
 Deum assistere Concilij generalibus ritè congregatis ostenditur, l. 4. f. 125. d.
 Dei vnitas ex literis sacris ostenditur, lib. 5. f. 140. b. contra hæreticos plures.
 Deos constituentes, l. 5. f. 139. d.
 Deum corporeum non esse ostenditur, ibid. f. 141. c. d.
 Deum esse Trinum in personis ostenditur, l. 5. f. 143. a. b.
 Deus cum incorporeus sit quare scriptura sacra corporea membra ei tribuit, lib. 5. folio. 142. a.
 Deum esse veracem ex literis sacris ostenditur, ibid. b. c.
 Dei auxiliò omnia potest homo, libro. 14. f. 427. b. c.
 Deus verè innocens semper adest, ibidem. c.
 Deus qualiter inuenitur, libro. 12. folio. 373. d.
 Deus mutare nouit sententiam si peccator suum noscit mutare delictum, libro. 12. folio. 375. a.
 Deus non quibuslibet vitam æternam promittit, sed bene finaliter perseverantibus, l. 12. f. 377. a.
 Deus omnes ad se vocat, l. 3. f. 72. c.

Dei

Dei iudicia nobis maximè latent, l. 12. f. 376. b.
 Diaconi ministerium quid significat, lib. 6. fol. 161. c.
 Diuina lux quomodo inaccessibilis sit ostenditur, l. 3. f. 89. a.
 Diuinitas in Christo varijs testimonijs scripturæ sacre ostenditur, contra hæreticos illam negantibus, l. 4. f. 111. 112. 113. per totum.
 Diuinitas passa in Christi passione non fuit, fide tamè tenendum est Deum fuisse crucifixum, l. 4. fo. 120. d.
 Dies in sacris literis presens notatur vita, l. 12. f. 33. c. & l. 3. f. 70. b.
 Diem vltimum scire Christum, ita sicut pater, ostenditur, l. 5. f. 147. b.
 Diem iudicij, filium Dei nescire quomodo intelligitur, ibid. c.
 Diabolus ante Christi aduentum ius quoddam in homine habebat, l. 4. f. 122. d. 123. a.
 Diabolus è sua natura non esse malum, sed creatum fuisse in veritate ostenditur, lib. 5. fo. 151. b. c.
 Diabolus in sua creatione innumeris fuit insignitus virtutibus & donis, l. 18. ibidem.
 Discipulorum plurimorum intelligentia vnde sumenda est, l. 1. f. 6. b.
 Dicta sanctorum non parui pendenda sunt, lib. 1. f. 17. b.
 Differentia veniendi ad Christum paruulorum & adultorum ponitur, l. 3. f. 72. d. & de differentia legis & scripturæ, l. 6. f. 163. c.
 Dilectio inimici in præcepto est, libro. 12. fo. 367. d.
 Dilectio dei perfecta hac in vita ex mandatorum dei plena obseruatione colligitur, l. 12. fo. 373. a.
 Dilectio proximi qualiter implenda, ibi. a.
 Dilectio dei, quæ in hac vita implenda nobis præcipitur quæ sit, ibid. a.
 Dilectio dei quæ expectatur in præmium qualis sit, ibid. b.
 Dilectio Dei qua Dauid deum dilexit ostenditur, ibid. c.
 Dimittere vxorem in Euangelio, non significat dimissionem quo ad vinculum, sed quo ad thorum, libro. 11. fo. 320. c.
 Discipuli tres Christum transfiguratum viderunt, l. 1. f. 13. d.
 Discipulorum pedes quare Christus lauabat, l. 6. f. 180. d.
 Discipulis duobus in Emaus Castello Christum suum corpus sacramentaliter in illo pane, in cuius fractione ipsum cognouerunt, tradidisse ostenditur, licet autor nihil definiat, l. 6. fo. 189. a.
 Discrimen inter sacerdotis veteris ac nouæ legis ponitur, lib. 2. f. 44. b.
 Discalciatus incessit seraphicus Franciscus, & sic incedere suis præcepit fratribus citra necessitatis causam, l. 4. f. 102. a.
 Discalciatos incedere, bonum est & meritorium, ibi. a.
 Diuortium nouæ legis in quo differt à repudio veteris legis, l. 11. f. 320. b. c.
 Docti & prelati qualiter quæ fidei sunt credere debent, lib. 1. fo. 24. c.
 Doctrinam nouam volens inducere efficacissimis & euidētissimis argumentis eam probare peropus est, lib. 1. fol. 37. a.
 Doctrinam euangelicam volens inducere Christus miraculis eam confirmat, ibid. a. b.
 Doctrina Lutheri noua, hæretica & execranda,

omnino fugienda, ibid. c. d.
 Doctores dedit Deus ecclesiæ suæ, l. 17. d.
 Doctorem sanctorum dicta, haud parui facienda sunt, magnam enim habent auctoritatem, l. 1. f. 17. c.
 Doctorem sanctorum de aliqua re concors omnium sententia minimè retraganda est, ibidem. d.
 Doctorem sanctorum parui faciens sententiam Ismaële figuratur, libro. 1. fo. 18. d.
 Doctores omnes ecclesiæ de eadem re concorditer diffinientes nunquam errarunt, nec Deus errare permittit qualitercunque sint dati à Deo, ex Paulina sententia notatur, ibidem. d.
 Doctorem sanctorum concors adducitur sententia quod Christus verè & realiter in Eucharistia continetur, libro. 6. folio. 169. c. d. & 170. per totum.
 Docere omnes in Ecclesia non conuenit, varia enim sunt munera, l. 4. f. 126. b. c.
 Dogma quodcumque falsum hæresis non est quantumcumque falsum existat, libro. 1. fo. 2. b.
 Dominum vineæ fecisse pares mercenarios in mercedis solutione quomodo intelligitur, l. 3. f. 99. b.
 Dominicæ diei solemnitas in sacris literis non inuenitur in præcepto, sed præcepto Ecclesiæ obseruatur, l. 6. f. 156. a.
 Donum & meritum nihil est in causa quod non possint esse idem, eademque res, libro. 11. f. 332. b.
 Donum spiritus sancti per baptismum recipitur, libro. 3. fo. 71. b.
 Donec aduerbium in sacris literis sæpè nullum temporis finem dicit, l. 3. f. 91. d. & lib. 10. fo. 271. a. b.
 Domus Iacob quæ, libro. 3. folio. 98. b.
 Domus patris quæ, ibid. b. c.
 Dubitata olim multa fuerè quæ modò minimè dubitare licet, l. 1. f. 3. d.
 Dubius in fide non credit quæ fidei sunt, & vt hæreticus dicatur quid amplius debet habere ostenditur, libro. 1. fo. 25. b. c. & d. et lib. 8. f. 225. c.
 Dubius fuit beatus Thomas in Christi resurrectione, ibi. c. d.
 Dubitare licitum est de intelligentia alicuius rei spectantis ad fidem, lib. 1. f. 26. a.
 De litera. E.
 Ecclesia pro his, qui in purgatorio agunt, orat, l. 12. f. 383. c.
 Ecclesia de exterioribus iudicat, lib. 1. f. 2. a.
 Ecclesia semper proficit, nec semper in ad discendo in vno fuit statu, l. 1. f. 3. c.
 Ecclesia aurora assimilatur, & quare, ibidem. d.
 Ecclesia est quæ auctoritatem habet sacras interpretandi literas, l. 1. f. 9. a.
 Ecclesia falli non potest, l. 1. f. 10. b.
 Ecclesia vnica tantum est, l. 1. f. 11. d.
 Ecclesiæ obseruationes plures notantur, l. 1. f. 12. b. c.
 Ecclesiæ traditiones tantam habent auctoritatem ac scriptura ipsa, ibidem. d.
 Ecclesia catholica visibilis est, omniumque sensibus obiecta, libro. 1. folio. 13. b. c. & lib. 6. f. 154. a.
 Ecclesia militans quæ sit, lib. 1. fo. 13. b.
 Ecclesia aliquando vocatur grex, lib. 1. f. 13. d. et l. 14. a.
 Ecclesiæ caput visibile est, libro. 1. f. 13. c. Ecclesiam

Ecclesiam alicubi iam congregatam & aliquando congregabilem esse, quantumlibet late pateat probatur, lib. 1. f. 14. b. c.

Ecclesia vniuersalis in consilio legitime congregato representatur, ibid. b. c.

Ecclesiam aliquid definisse, quando dicitur, lib. 1. f. 15. a.

Ecclesia non potest nouum fidei articulum condere, lib. 1. f. 21. b. c.

Ecclesia in definitionibus fidei quid faciat, lib. 1. f. 21. b.

Ecclesia vnio duplex, lib. 1. f. 23. c.

Ecclesia comparatur lagenæ missæ in mare & decem virginibus, ibid. & lib. 6. folio. 153. c.

Ecclesiam aliquando condere articulum fidei quomodo intelligitur, lib. 1. fol. 22. b.

Ecclesiæ vel alicuius sanctæ communitatis venustas non minuitur ex hoc quod ex ipsa hæretici & pessimi homines exierunt, ibid. a.

Ecclesiæ definitione audiens ei obtemperare tenetur, lib. 1. fol. 24. b. c.

Ecclesiæ calamitates viri sancti deplorant, lib. 1. fol. 32. d.

Ecclesiæ triumphante non omnes æquales in gloria, lib. 13. f. 394. b.

Ecclesiæ traditio de crucis adoratione in die parasceuæ, lib. 2. f. 39. d. 40. a.

Nec per hoc Ecclesiam idolatrare ostenditur, ibid. b.

Ecclesia quomodo ornata & honorata sicut paradysus, lib. 3. f. 86. c.

Ecclesia Dei ara dicitur, lib. 3. fol. 95. d.

Ecclesiæ cantus sanctus est, & literis sacris conformis, 103. d. 104. a. b. per totum.

Ecclesia gradus intra se habet, nec omnes in ea sunt æquales, lib. 6. f. 159. a. b.

Ecclesia iuste prohibere potest esum carniū, lib. 4. f. 109. b. c.

Ecclesiam, ad quam primò sacratus est episcopus non debet dimittere, & aliam accipere absque inuitabili necessitate, libro. 11. fo. 318. a. b.

Ecclesias ad adorandum & ad sacrificia Deo offerenda deputare & instruere vetustissima fuit consuetudo, lib. 14. f. 418. a.

Ecclesia Dei sine macula & ruga, l. 4. f. 126. b. ipsamque esse columnam firmissimam ostenditur, ibi. b.

Ecclesiæ nominis ethimologia notatur, l. 6. fo. 152. c.

Ecclesia bonos & malos amplectitur, lib. 1. f. 153. b. c. d.

Ecclesia corpus quoddam est, cuius caput Christus, fideles membra, ibid. d.

Ecclesia fratrem in nos peccantem corrigit, l. 6. f. 153. c. d.

Ecclesia errare potest in his quæ nec ad fidem nec ad mores spectant, nempe in his quæ sunt facti, lib. 6. f. 154. c. d. a. in alijs verò rebus errare non potest, ibidem.

Ecclesiam posse condere leges quibus omnes Christi fideles obedire teneantur, ostenditur, l. 6. f. 155. a.

Ecclesiæ præceptum est diem dominicam obseruare, l. 6. f. 156. a.

Ecclesiæ præcepta declaratiua sunt præceptorum Dei, ibidem. c.

Ecclesia tantam modò habet potestatem quantum tempore Apostolorum, ibidem. d.

Ecclesia quare censuit in pane azimo fore consecrandam Eucharistiam, l. 6. f. 166. a. b.

Ecclesiam habere potestatem excommuni-

candi ex literis sacris ostenditur, l. 6. fo. 191. et. 192. et. 193.

Ecclesiæ Exorcismos bonos esse contra hæreticos ostenditur ex literis sacris, lib. 6. fo. 193. d. et. 194. per totum.

Ecclesia non potest instituire sacramentum aliquod, lib. 14. fo. 431. b.

Ecclesia errare non potest in suscipiendis fidei sacramentis, l. 13. f. 405. c.

Ecclesiasticos viros pauperes esse debere sola contentos elemosyna, hæresis est & impugnatur, l. 12. f. 345. a. et. lib. 6. fo. 157. a. b.

Ecclesiastici liber, ex sententia Sixti Papæ Salomoni ascribitur, & quomodo illius decretū intelligatur, lib. 11. fo. 325.

Effectus Sacramenti extremæ Vnctionis principalis gratia est, non tam sanitas corporalis, licet sæpè per receptionem illius conferatur, lib. 14. fo. 433. b.

Ego pronome, non est de necessitate baptismi forma, lib. 3. f. 69. a. b.

Elisei corpus, vide corpus Elisei.

Elegantia sermonis cauenda, ne in hæresim ruere faciat, lib. 1. fo. 30. d.

Elemosynis redimere peccata quid sit, l. 12. fo. 356. d.

Elemosyna, vide lib. 6. fo. 158. a.

Elemosynam facere solum, vt restitutionis obligatio dirimatur, error est Erasmi, libro. 13. f. 388. d.

Epistolam Christi, vocat Paulus, ipsos Corinthianos, lib. 4. f. 112. a.

Episcopis æquales posuit Arrius sacerdotes, ductus voraci ambitione, l. 1. f. 30. a.

Episcopi nominis Etymologia, l. 1. fo. 33. b.

Episcopum non debet primam ecclesiam ad quam primò est consecratus absque inuitabili necessitate dimittere: ideo quam perperam faciunt, qui propter maus lucrum primas dimittunt ecclesias perspicuum est, l. 11. f. 318. a. b.

Episcopum esse superioris sacerdotis dignitate, ostenditur, lib. 6. f. 158. d. 159. a. & libro. 13. fo. 404. d.

Episcopi locum obtinent Apostolorum, sacerdotes verò Discipulorum, ibidem. b. c. d.

Episcoporum nomine, in Paulinis epistolis, aliquando presbyteri intelliguntur, licet non idem, lib. 6. fo. 161. a.

Episcopi & presbyteri nomina antiquitus confusa, ab ecclesia distincta & diuisa sunt, ibidem. c. d.

Episcopi dispensatores, non domini rerum ecclesiasticarum sunt, libro. 14. fo. 440. c.

Episcopus quare quis non ordinatur ante tricesimum ætatis annum, l. 12. f. 380. b.

Episcopum oportere esse vnus vxoris virum quomodo intelligitur, l. 13. fo. 402. a. b.

Episcopatus & presbyteratus gradus distincti diuina institutione & non ecclesiæ ordinatione, lib. 6. fo. 158. et. 159. et. 160. et. 161.

Erasmus sentire videtur, non fore necessariam restitutionem quo minus vita æterna non sequatur, sed solum Elemosynam sufficere, lib. 13. fo. 388. d.

Erasmum male sensisse de peccato originali, ostenditur, l. 12. f. 345. b. c.

Erasmi error dicentis matrimonium posse solui quo ad vinculum propter adulterium, lib. 11. f. 311. b.

Error quilibet non est hæresis, lib. 1. f. 2. b. & lib. 2. f. 58. d.

Error Gratiani notandus, lib. 1. f. 5. d.

Error

Error Abbatis annotatur, libro. 1. fol. 22. a.

Error in fide sine pertinacia non est hæresis, lib. 1. f. 24. a. b.

Error Ioannis vicesimi secundi, l. 3. f. 94. b.

Error Erasmi sentientis licitum fore comedere carnes diebus prohibitis ab Ecclesia, l. 4. f. 108. c. d.

Error Pharisorum, l. 1. f. 29. c.

Error Castrani & Erasmi dicentium matrimonium posse solui quo ad vinculum, propter adulterium, lib. 11. fo. 311. b. c.

Errare an possit ecclesia, vide in verbo Ecclesia.

Error Castrani dicentis, neminem quantumuis confitum de leali crimine teneri confiteri iure diuino ante Eucharistiæ receptionem, l. 6. f. 179. d.

Error quid sit, l. 13. f. 410. b.

Errare primitiue deus doctorem non solum propter propriam iniquitatem, sed propter iniquitatem interrogantis aut discantis, lib. 1. fo. 28. c.

Essentiam Dei videre beatos testimonijs scripturæ probatur contra Armenos hæreticos, l. 3. fo. 88. a. b. c.

Essentiam Dei Paulum vidisse quomodo intelligitur, ibid. d.

Euidencia quotuplex sit, libro. 7. folio. 224. c. d.

Euidencia certitudo, & certitudo fidei catholice quomodo differunt, libro. 7. folio. 225. a.

Eunuchorum tres species, l. 12. f. 118. a.

Eunuchi, quos Christus in Euangelio commendat, qui, l. 6. f. 190. d.

Eunuchum necessarium fore ad bene Deo seruiendum hæresis est, & conuincitur, libro. 6. fo. 190. b. c. d.

Eunuchi varij sunt, l. 14. f. 424. b.

Euam non fuisse formatam de costa Adami error fuit Caietani, l. 2. f. 51. c. qui & declaratur & impugnatur, ibid. d. et. 52. per totum.

Eucharistia olim sancta laicis dabatur in manus domum asportanda, quod iam minime licet, lib. 1. f. 36. a.

Eucharistia latriæ adoranda, contra Oecolampadium hæreticum, libro. 2. folio. 41. b. & fo. 42. d.

Eucharistia figura, ex qua conuincitur in ea corpus Christi verum Deo patri offerri, lib. 10. fo. 281. c.

Eucharistiæ Sacramenti typum gessit Paschalis agnus, lib. 10. fo. 285. et. 286. per totum.

Eucharistiam esse verum sacrificium corporis & sanguinis Christi ostenditur, lib. 10. f. 287. et. 288. et. 289. et. 290. per totum.

Eucharistia Dei donum est & oblatio, l. 10. fo. 297. a.

Eucharistiam esse testamentum quo pacto dicere possumus, l. 10. fo. 296. d.

Eucharistia, l. 6. f. 164. c.

Eucharistiam conficiendam esse in pane azimo ostenditur ex literis sacris, contra Græcos in pane fermentato conficentes, libro. 6. f. 165. per totum.

Eucharistiam conficiens pane fermentato verè conficit, peccat tamen mortaliter, libro. 6. fo. 166. a. b.

Eucharistia varie recensentur hæreses, ibid. per totum.

Eucharistiam continere verum Christi corpus ostenditur, libro, 6. folio, 168. d. et. 169.

a. b.

& vltra sacre scripturæ dicta, sanctorum doctorum adducuntur authoritates, libro. 6. fo. 171. et. 172.

Eucharistiæ sacramentum in memoriã Dominicæ mortis sit, libro. 6. folio. 177. a.

Eucharistiæ sacramentum gratiam conferre innumerisque adferre veritates ostenditur, libro. 6. folio. 178. a. b. c. d. et. 179. a.

Eucharistiæ Sacramentum non maiorem habere virtutem per hoc quod die cenæ Dominicæ consecratur, quam alio quocunque die, ostenditur, libro. 6. folio. 179. b. c.

Eucharistiam recipere tam bonos quam malos (in æquali tamen sorte) ostenditur contra hereticos asserentes solos bonos illam recipere, l. 6. f. 182. d. 183. per totum.

Eucharistiam sumendo sub specie panis tantum, carnem Christi manducatur & sanguinem bibit, libro. 6. folio. 185. c. d. et. deinceps.

Eucharistiam in altari seruandam pro iminentibus necessitatibus, manet enim ibi, Christi corpus, lib. 6. fo. 184. b. c. d.

Euangelica doctrina non ab homine prodita, lib. 1. fo. 1. a.

Euangelicam doctrinam certissimis miraculis Christus confirmauit, libro. 1. folio. 37. a. b.

Euangelium predicatum fuit ab Apostolis secundum spiritalem intelligentiam, libro. 2. folio. 63. d.

Euangelium perpetuum esse ad finem vsque seculi duraturum ostenditur ex literis sacris, lib. 6. fo. 162. b. c. d.

Euangelium esse legem ostenditur contra hereticos, lib. 6. fo. 163. b. c. d.

Euangelista in illis quatuor animalibus Ezechielis figurantur, lib. 6. fol. 162. c.

Euangelij definitio ab hæreticis assignata insufficientissima est, lib. 6. fo. 162. a.

Euangelia sacra à pluribus sunt reiecta hæreticis, qui impugnantur, libro. 13. folio. 159. c. d.

Euangeliorum autores qui fuerint ex ecclesie traditione constat, lib. 1. fo. 11. a.

Exponitur illud Lucae, Quomodo fiet istud, lib. 1. fo. 26. a.

Etimologia Episcopi nominis ostenditur, lib. 1. fo. 33. b.

Excommunicandi potestatem habere ecclesiam ex literis sacris ostenditur, lib. 6. fo. 191. et. 192. per totum.

Excommunicationis effectus notantur, l. 6. fo. 193. a. b.

Exercitum congregandi potestas & autoritas non cuiuslibet data est, libro. 3. folio. 100. c. d.

Exorcismos Ecclesiæ esse bonos ex literis sacris, contra hereticos ostenditur, lib. 6. f. 194. per totum.

Extrema vnctio est verum Sacramentum & à Christo institutum ostenditur, lib. 4. f. 175. et. 176. et. 177. a.

Extremæ Vnctionis sacramenti solus sacerdos ex Dei institutione minister est, libro. 6. fo. 175. d.

Extrema Vnctio propter quid datur ijs de quorum desperatur salute & non in leuibus infirmitatibus, & quare haec sibi fortia est nomenclaturam vt extrema vnctio appellatur, lib. 14. fo. 433. c.

Extremam Vnctionem gratiam conferre fa-

crig

erg scripturę testimonio comprobatur. l. 13. fo. 433. a.
 Exemplum notandū perperam se excusantium cōtinēciam non posse seruare. l. 13. f. 400. b. c.
 Elementorum materiam ex qua mundus factus est à Deo factam contra hereticos ostēditur. lib. 10. fo. 301. b. c.
 ¶ De litera F.
 Cato non imputandas hominum conuersiones contra hereticos ostenditur. lib. 7. fo. 196. c. d. per totum.
 Falsum dicere & verum occultare maximē distant. lib. 10. fo. 274. c.
 Fœmineum sexum manere etiam post resurrectionem, nec in virilem mutandum, ostēditur contra hereticos ex sacris literis. lib. 13. fo. 391. a.
 Fœminis non tradenda sacra scriptura in lingua vulgari ostenditur. l. 1. fo. 35. c.
 Fœdera cum hostibus facta seruanda esse ostenditur. lib. 14. fo. 421. d.
 Ferdinandi & Elisabete Hispaniarum Regū zelus vtique laudandus, libro 1. folio 34. d.
 Fides catholica (quam indubiē oportet tenere) qua sit. lib. 1. fol. 2. b.
 Fides vt verē sic appelletur de aliqua re certitudinem & firmitatem exigit. lib. 1. fo. 25. b.
 Fides & opinio de eadē re minimē possunt esse simul, ibidem. b.
 Fides charitate formata est, quę hominem iustum reddit: in formis verō minimē, demones enim credit & cōtermscunt. lib. 2. fo. 43. c. d. et. l. 3. f. 83. b.
 Fides sola non absoluit hominem peccatorem à peccatis. l. 2. f. 43. d.
 Fides vita aeterna appellatur & quare. l. 3. fo. 93. a.
 Fidei mensura non est vna omnium credētium. l. 3. fo. 98. c. d.
 Fides non intra nostri intellectus angustissimos angulos claudenda est hereticorū more, qui nihil credunt nisi quod ratione comprobatur. libro. 7. folio. 197. b. c. d.
 Fides habet etiam suum quoddam lumen, ibidem. d.
 Fidem solum iustificare hæresis est à Luthero suscitata. 198. per totum.
 Fides varias habet acceptiones, ibidem. c. d.
 Fidem solum non semper iustificare peccatorem ex literis sacris ostēditur. li. 7. fo. 199. 200. 201. per totum.
 Fides quo pacto aliquam dubitationem admittit. l. 7. fo. 225. b.
 Fides integra cum voto baptismi quando eius non adest facultas supplet vicem illius. l. 3. f. 83. b.
 Fides Cananex filia: proprię sufficiens fuit. l. 3. fo. 75. b.
 Fidelium congregatio est Ecclesia. lib. 1. fo. 13. b.
 Fideles membra sunt corporis ecclesie. l. 6. f. 153. b.
 Fiduciam in Deo habendam esse ostenditur. l. 13. f. 399. d.
 Figura hyperbole nuncupata sæpē sacris in literis reperitur. l. 11. f. 334. d.
 Figuratur per pulchre Eucharistię sacramētum. lib. 10. fo. 282. a.
 Figuratur Baptismi sacramentum. lib. 3. f. 73. c. d.
 Filium Dei esse orandum ex literis sacris cō-

stat. lib. 5. fo. 146. b. c.
 Filium Dei esse verbum patris ex literis sacris ostenditur contra Alogianos hereticos. l. 5. fo. 147. a.
 Filius Dei æqualis est patri sapientia potentia &c. ibid. a.
 Filium Dei ignorare vltimum diem qualiter intelligitur. ibid. b. c. d.
 Filium Dei cognoscere patrem ex literis sacris contra Origenem ostenditur. libro. 5. fo. 148. a.
 Filius Dei quare panis appellatur in sacris literis.
 Flatus quem spirauit Deus in Adam à statu quem Christus in Apostolos insufflauit quomodo differt, libro secundo, folio. 56. b.
 Formatur Eua verē de costa Adę qua formatio non parabolice intelligenda est. l. 2. f. 52. c. d.
 Forma corporis humani anima est, etiam in quantum rationalis est. l. 2. f. 55. c.
 Forma quid sit. ibid. b.
 Forma consecrandi Eucharistię ex literis sacris ostenditur. l. 6. f. 166. c.
 Forma vera baptismi qua. libro. 3. folio. 68. b.
 Formas varias baptismi confingunt heretici, ibid. a. b.
 Forma baptismi tria requirit. libro. 3. folio. 69. b.
 Forma baptismi ab Alexandro tertio declaratur, ibidem. a.
 Forma baptismi qua Romana vtitur ecclesia verissima est. libro. 3. fo. 77. a. b.
 Forma baptismi qua vtuntur graeci declaratur. l. 3. fo. 68. d.
 Fomes seu cōcupiscentia carnis quare peccatum appellatum, cum nihil minus sit. lib. 12. f. 374. c.
 Fornicationem simplicem esse lege diuina prohibitam ostenditur. libro. 4. folio. 128. a.
 Fornicationis nomen non semper in literis sacris pro fornicatione in genere accipitur, ibid. b.
 Futura contingentia non possunt euidenter cognosci. libro septimo, folio. 225. b.
 Fratrem in nos peccantem Ecclesie est corrigere. libro. 6. folio. 153. d. et fol. 155. b. c.
 Fructus penitentię qui. li. 12. fol. 356. et. 357.
 Fratres noui scripturę appellare cōsanguineos. l. 10. fo. 270. b.
 Fundamenta Ecclesie fuisse Apostolos ostēditur. li. 12. fo. 340. d.
 ¶ De litera G.
 Gaetani error de formatione Eue declaratur & impugnatur. libro secundo, folio. 51. c. d.
 Gaetani rationes pro suo errore adductę facile soluuntur. l. 2. f. 53. b. c.
 Gaetanum errasse conuincitur. libro. 3. fo. 79. b. c. d.
 Gaetani & Erasmi error dicentium matrimonium propter adulteriū dissolui posse quo ad vinculum, quod nihil minus. l. 1. fo. 31. b. c.
 Gaetanus erroneē sentit non esse prohibitū lege diuina duas simul habere uxores matrimonio copulatas. libro. 11. folio. 309. d.
 Gaetani error dicentis, vt qui letalis criminis conscius est, non esse iure diuino necessarium, se per confessionem preparare ad Eucharistię assumptionē, qui conuincitur. f. 6. f. 179. d.
 Gaetani error dicentis, legem de vinitate uxoris non esse in sacris literis scriptam. lib. 11. fol. 307. d.

fo. 307. d.
 Gelasij papa dictum de approbatione scripturarum plurimarum sanctorum, quomodo accipiendum sit, & ad quid se extendat colligitur. l. 1. f. 17. a.
 Gentilium libri non omnino spernendi: ad plura enim eorum conducit lectio. libro 1. folio 31. c. d.
 Genera tira baptismi. l. 3. f. 84. b.
 Genus omne mendacię à Deo prohibetur. libro 10. f. 274. b. c.
 Glossatoris voluminis Decretorum ineptia, vel eius irridenda notatur audacia, libro 1. folio 17. a.
 Glorię inanis cupiditas radix est hæresum. l. 1. f. 26. d.
 Glorię vanę cupiditas fallacię iudicię gignit. l. 1. f. 28. b.
 Gloriam esse debitam homini iusto ex pacto diuino & Christi meritis ostenditur, libro 13. folio 412. d.
 Gloriari nemo debet in futurum tempus, l. 12. f. 377. d. & 378. a.
 Gloria merces est nostrorum operum, vt sacra testantur literę, l. 11. f. 329. c.
 Gratianus perperam citauit Augustinum, volens ex illius sententia Decretales & epistolae Pontificum inter diuinas literas annumerare, l. 1. f. 6. b. c.
 Gratium nihil esse Deo nisi quod ab eo mandatum atque præceptum, hæresis est Lutheri, l. 12. f. 370. d.
 Gratiam primam vnus non potest alteri remeri. l. 3. f. 80. b.
 Gratiarum actiones Christus reddebat patri propter populum circumstantem, libro 10. f. 273. d.
 Gratiam non conferri sacramentum matrimonij hæresis est Lutheri, l. 11. f. 305. a.
 Gratia diuina sicut exigitur ad boni operis inchoationem, ita etiam requiritur ad prosecutionem. 11. f. 323. d.
 Gratia quę in sacramento Eucharistię confertur non tam virtute signi, quam virtute signati confertur. l. 6. f. 186. a. b. c.
 Gratiam in Baptismo semel receptam amitti non posse hæresis est, l. 7. f. 221. a.
 Gloria in sacris literis retributionis nomine appellatur. l. 11. f. 330. a.
 Gregorij dictum, libro 9. moralium cap. 1. de Iob concipiente omne meritum virtutis nostrę esse viciū, exponitur ingeniosē, li. 11. f. 324. c.
 Greci quo tempore ab ecclesie obedientia recesserunt, l. 12. f. 86. b.
 Greci licet baptizando non insinuent actum baptismi per verbum indicatiui modi, ab Ecclesia tolerantur, l. 3. f. 68. d.
 Greci quare iudicantur heretici, & scismatici. l. 3. f. 69. a.
 Greci verē baptizant vtentes baptismi forma, peccant tamen quod Ecclesie Romana subesse contemunt, ibidem b.
 Greci heretici dicuntur, non quia in fermē tato consecrant, sed quia sic consciētes putant in azimo non posse confici, libro 6. folio 166. a.
 Giezi lepra percussus, quia recepit pecuniam pro sanitatis beneficio collato à Domino suo Heliseo Naamano leproso, libro 13. f. 412. a.
 De litera H.

Habitum alicuius instituti qui semel induerit, dicere non posse in fide errare blasphemia est quemadmodum quidam religiosus extollens supra modum suum institutum, prædicauit. l. 1. f. 23. a.
 Herbas aliquas continere virtutem ostenditur. l. 14. f. 418. c.
 Hebraica lingua & sola vsi sunt homines vsque ad ædificationem Babilonicam, libro 9. f. 266. d.
 Hyperbolica locutione scriptura sacra sæpē vtitur. l. 11. f. 334. d.
 Historias gentilium plurimum conferre ad scripturę intelligentiam, l. 1. f. 31. c. d.
 Hispaniarum aliquibus partibus superstitiones vigent prædicationis defectu, & prælatorum negligentia, l. 1. f. 34. b.
 Hieronymi sententia quod presbyter est idem quod episcopus, non tenetur, libro sexto folio 160. b. c. ideo caute legendus est super ad Titum. 1.
 Hymnus quid sit, Hymnū cantasse Christum ostenditur. l. 4. f. 103. d. 104. a.
 Hæresis ethymologia. l. 1. f. 2. a.
 Hæresis nomen Theologis infame est. ibidem b.
 Hæresis definitio secundum rem. ibid. d.
 Hæresis non est opus absque intellectu, ibidem, & sine illius errore non fit hæresis. libro 1. f. 2. a.
 Hæreses iuxta Pauli sententiam oportet esse & quare, l. 1. f. 8. c. d.
 Hæresis suspensione omni caret, qui dicit sancti Thomæ non acquieuit, l. 1. f. 16. c. d.
 Hæresis ideo hæresis est, quia fidei catholicę repugnat, non tamen quia Ecclesia definiuit illam esse hæresim, l. 1. f. 21. b.
 Hæresis & schisma in quo differunt, lib. 1. f. 23. c.
 Hæresim esse nouam quomodo intelligitur, l. 1. f. 22. b. c.
 Hæresum radix prima amor sui est. libro 1. f. 26. c. d.
 Hæresum fomes delicię carnis sunt de quo varia ponuntur exempla, libro 1. folio 29. d. 30. a. b.
 Hæresum fomentum assidua est lectio prophanorum & gentilium authorum. libro 1. folio 30. c. & etiam indiscretus zelus, libro 1. folio 32. a. b. c.
 Hæresi vt quis non polluat quid faciendum. l. 1. f. 33. a.
 Hæresis suspensione non caret qui prædicat seu docet res nouas parum aut nihil conducentes, libro 1. folio 28. d. nec ille etiam qui prædicando quę fidei sunt magnam partē fert libertatem. libro 1. folio 38. a. similiter & ille qui sui erroris correctionem impatienter fert, ibid. a. b.
 Hæresis Manicheorum vnde auspicata fuit. l. 2. f. 57. b.
 Hæresis omnis error est. non tamen ecclē, l. 2. f. 58. d.
 Hæreses quę sacramentorum vim detrahunt impugnantur, l. 3. f. 71. per totum.
 Hæresis Lutherana vnde caritas susceperit vires. l. 14. f. 414. a.
 Hæresum causa defectus est etiam prædicationis. l. 1. f. 34. a.
 Hæreticorum analogia psychica. libro 1. folio 27. b.
 Hære-

Hæretici ac fideles vario modo diuersaque intentione suas proponunt quæstiones, li. 1. folio 26. b.

Hæretici censentur qui ceremonias Iudæorum vel Sarracenorum obseruant & quare, li. 1. f. 1. d.

Hæretici suos nouerunt errores confirmare ex literis sacris perperam intellectus, libro 1. f. 9. c.

Hæreticorum dogmata, quæ testimonio scripturarum refelli non valent, vniuersalis Ecclesiæ traditionibus prostranda sunt, libro 1. fo. 10. c. d.

Hæretici plura loca sacræ scripturæ perperâ intellecta citant, li. 1. f. 21. a.

Hæreticorum fautores & defensores si personas tantum, & non hæresim defendant, non sunt censendi hæretici, li. 1. f. 23. d.

Hæreticus non est iudicandus qui monitus & conuictus palinodiam cantare non erubescit, li. 1. f. 22. d.

Hæreticus vt quis censetur quæ requiruntur, li. 1. f. 22. c. d. 23. 24. per totum.

Hæreticus & Apostata à fide, idem potest esse, li. 1. f. 23. d.

Hæreticorum pertinacia notatur, 24. a.

Hæreticus est qui cum pertinacia in fide dubitat, li. 1. f. 25. b. & d.

Hæretici non sunt consultandi & fugienda eorum scripta, nec quidquam expositionis scripturæ ab ipsis petere, li. 1. f. 27. c. & 29. a.

Hæretici libros Ecclesiæ comburendos disposuit, li. 1. f. 27. c.

Hæretici pollutantur falso Christianitatis nomine & quo pacto à catholicis discernantur ostenditur, li. 1. f. 36. c. d.

Hæreticorum mores annotantur, ibi. d.

Hæreticus quibus coniecturis deprehenditur, ibi. d.

Hæretici varias confingunt formas sacramenti Baptismi, li. 3. f. 68. a. b.

Hæreticus non facile quis iudicandus est, li. 5. f. 141. a.

Hæretici falsè tribuunt beato Ignatio inter viros coniugatos beatum Paulum annumerari, li. 14. f. 427. a.

Hominem non debere extolli in bono quopiam opere ostenditur, li. 11. f. 333. b.

Homines quotquot à viuis discesserunt ante Christi passionem non fuerunt damnati; plures enim salui facti sunt, contra plures hæreticos, li. 12. f. 346. b. c.

Homo cuius rei gratia imago Dei dicitur, li. 2. f. 55. c.

Homo non potest alteri mereri primam gratiam, li. 3. f. 80. b.

Homo saluari potest absque Baptismo, quando eius non adest facultas si ad Deum se totum conuertat, libro tertio, folio 83. a. b.

Homines vocare solet Scriptura sacra omnes qui secundum carnem viuunt, libro 3. folio 89. a.

Homo dum in viuis agit non potest esse perfectè beatus.

Hominem & Deum Christum fuisse ex sacris literis ostenditur, libro 4. folio 110. c. d. & 111. & 112.

Homo cælestis appellatur Christus secundum naturam diuinam, li. 4. f. 115. d.

Homo nulla alia lege quantocunque bene operetur saluari poterit, nisi in lege euangelica,

li. 9. f. 161. per totum.

Hominis liberum arbitrium ex literis sacris ostenditur, ibidem c. d. & folio 262. per totum.

Hominem esse prædestinatum signis & coniecturis scire potest, li. 12. f. 378. d.

Homo nescit qualem finalem habebit perseverantiam, li. 2. f. 377. c. d.

Homo sine Dei gratia nihil potest facere, quid sit hoc nihil, li. 9. f. 265. a. b.

Homo amissa Dei gratia bene potest moraliter agere contra Lutherum, li. 9. f. 266. b.

Hominem nullum quantocunque perniciosum reipub. non posse iuste occidi, hæresis est quæ impugnatur, li. 1. f. 321. c. d.

Hominis opera omnia non esse peccata, contra Lutherum & illius affectus ex literis sacris ostenditur, lib. 11. f. 322. c. d. Item Homo vide obligari.

Homo Dei auxilio omnia potest, lib. 14. folio 427. b. c.

Hominis imago non semper tribuitur in scriptura sacra nudæ naturæ hominis, libro 2. f. 49. a.

Homo primo fuit creatus de limo terræ, potest verò spiraculum recepit vitæ, libro 2. folio 56. d.

Humanitas Christi seorsum à diuinitate cõsiderata non adoranda latræ, li. 2. f. 42. b. & quo pacto adoranda sit, ibi. c.

Humanitatem Christi adorandi præceptum, li. 2. f. 41. c. d.

Humanæ naturæ veritas in duabus consistit substantiis, nempe corpore & anima rationali, li. 4. f. 113. d.

Hominem iustificari per gratiam & per Christum quomodo intelligitur, libro 7. folio 201. d.

Hominem iustificari per fidem quomodo intelligitur, 202. a. b.

Homo quantocunque iustus sine Dei reuelatione non potest esse certus quòd sit in gratia neque de sua salute, li. 7. f. 222. b.

Hominum bona opera esse Deo grata habent ex merito Christi, li. 11. f. 326. d.

Humilitatis iusti in bonis operibus qualis, libro 11. f. 333. b.

Humilitatis causa minimè mentendum, libro 10. f. 275. b.

Hominis quantumlibet docti & sancti testimonium non est efficax ad hæresim conuincendam nisi ex sacris literis aut Ecclesiæ definitione vel traditione id constituerit, li. 1. f. 16. a.

De litera I.

Iacob non est menturus quando patri suo dixit se esse Esau, li. 10. ff. 275. b.

Iacobus apostolus per illa verba, Infirmitur quis in vobis, &c. non instituit sacramentum extremæ vnctionis, li. 14. f. 431. b.

Iacobi apostoli epistolam esse canonicam ostenditur, li. 13. f. 409. c.

Ieiunus debet esse ordinans & ordinandus in collatione sacrorum ordinum, libro 11. folio 336. c.

Idolatra non sunt censendi sanctorum reliquias venerantes, li. 13. f. 387. & 388.

Idolis immolata comedere qualiter licebat, li. 4. f. 108. b.

Ignatius non annumerauit beatum Paulum inter viros coniugatos cū virgo perpetuè fuerit, li. 14. f. 427. a.

Implere potest homo omnia Dei præcepta cum ipsius adiutorio, li. 12. f. 372. b.

Imaginem Dei non perdidit Adam post peccatum contra Origenem hoc sententem, lib. 2. f. 48. b.

Imago hominis quomodo accipiatur in sacris literis, li. 2. f. 49. a.

Imago & similitudo differunt, li. 2. f. 48. c.

Imago Dei, li. 4. f. 107. a.

Inferni nomine in sacris literis purgatorii & limbus intelligitur, li. 12. f. 385. a.

Infernalem poenam esse æternam ex literis sacris ostenditur, li. 3. f. 92. b.

Infidelitatis tres species notantur, li. 1. f. 24. a.

Infirmitas monachus non tenetur ad laborem, li. 9. f. 252. a.

Infidelium matrimonia non æquanda Christianorum matrimonijs, li. 11. f. 306. b. c.

Inquisitores hæreticæ prauitatis non facile de hæresi pronunciare debent, libro primo, folio 21. b.

Inquisitorum munus non est de hæresi iudicare ibidem b.

Inquisitorum munus notatur, ibi. b.

Iniuriæ aut damni reparationem non querere coram iudice est in consilio, non in præcepto, li. 12. f. 367. d.

Inimici dilectio est in præcepto, libro 12. folio 367. d.

Intellectus noster inuestigare quæ fidei sunt minimè potest, li. 1. f. 3. a.

Intelligentia dictorum ex causis dicendi sumenda est, li. 1. f. 6. c.

Intellectum verum sacræ scripturæ Ecclesiæ est quæ docet, li. 1. f. 9. b.

Inuentum in sacris literis id etiam dicitur, quod nunquam fuit quæsitum, li. 2. f. 53. d.

Inuenitur Deus & qualiter, li. 12. f. 373. d.

Ioannem Baptistam fuisse Hellam quomodo intelligitur, li. 6. f. 17. d.

Ioannis 22. Error notatur, li. 3. f. 94. b.

Ioannis dictum, Nisi manducaueritis carnem filij hominis &c. quomodo intelligitur, libro 6. fo. 186. b. & illud ante diem festum Paschæ, li. 6. f. 165. b. c.

Ioannes Baptista, etsi in vtero sanctificatus, non ausus est predicare quousque à Deo mandatum accepit, tanta est dignitas prædicationis verbi Dei, li. 12. f. 379. b.

Intentio qualis in oratione habenda, lib. 4. f. 103. c.

Ireneus in calce libri quinti cautè legendus est, li. 3. f. 94. c.

Iudam damnatum fuisse sacræ testantur scripturæ, li. 10. f. 272. c.

Iudam recepisse corpus & sanguinem Domini sicut reliquit Apostoli ex sacris literis ostenditur, 6. f. 182. d. & 183. per totum.

Iugum seruitutis & maledictum quid sit, li. 12. f. 366. d.

Iudith mendacium quod Holoferno dixit scripturæ sacra non laudat, sed eius virilem animam, li. 10. f. 275. b.

Iudex Christus est viuorum & mortuorum, li. 4. f. 116. a.

Iustitia bellandi pendet ex eius causâ, lib. 3. f. 100. c.

Iustitia pacem conseruat ibidem.

Iustitia semel accepta ab illa potest homo excidere, li. 12. f. 377. b. c.

Iustificatus erat Cornelius antequam ad Petrum accessisset, li. 3. f. 84. d.

Iustificari hominem per gratiam &c. & iusti

ficari per Christum quomodo intelligitur, li. 7. f. 201. d.

Iustificari hominè per fidem quomodo intelligi habet, li. 7. f. 202. a.

Iustificari nemo potest sine gratia Dei quantocunque bene moraliter operetur, libro 7. folio, 218. 219. & 220. a. b. testimonijs conciliorum probatur, 220. c. d.

Iusti quando in sinu Abrahæ detenti erant, quædam eis erat captiuitas, li. 3. f. 95. b.

Iustorum merita & premia varia, libro 3. folio 98. c.

Iustos Paulus vocat stellas, ibid. c.

Iustus absque adiutorio diuino non potest omne vitare peccatum, libro vndecimo, folio 323. d.

Iustus dum in viuis agit, personam mercenarij gerit, li. 13. f. 412. d.

Iudicia Dei occulta nimis, libro 12. folio, 376. a.

Iudicium temerarium est iudicare de se vel de alijs quales futuri sint, libro duodecimo f. 378. a.

Iudæis permixtum fuit vsus petere ab alieno ob ingentem eorum cupiditatem voraginem, li. 14. f. 443. b. c.

De litera L.

Laborare manibus licitum est monachis etiam sustentandæ vitæ causâ, cuius oppositum dicere est hæreticum, li. 9. f. 255. a. b.

Laborare manualiter quinam monachi tenentur, li. 9. f. 258. c.

Laborare manibus prædicatores non debent compelli, li. 9. f. 257. d.

Laborare debent monachi exemplo sanctorum ostenditur, li. 9. f. 255. c. d.

Laicos cõmunicare sub vtraque specie antiqua fuit consuetudo quæ modò minimè expedit, li. 6. f. 188. c. d. & 189.

Lapides aliquos magnam continere virtutem ostenditur, li. 14. f. 418. c.

Lateranense Concilium notandum circa animæ immortalitatem, li. 2. f. 60. d. & 61. a.

Latus Christi fuit perforatum lancea militis post eius mortem, li. 4. f. 124. b.

Latronem bonum fuisse baptizatum ante mortem eiusdem non constat, constat tamen fuisse saluum, libro tertio, folio 84. a. & folio, 95. c.

Lauacrum regenerationis baptismus est, li. 4. f. 81. a.

Lex peccati ab apostolo ipsa appellatur concupiscentia, & quare, li. 3. f. 87. c.

Lex quid, li. 9. f. 258. d.

Lex vetus non est seruanda iuxta omnia illius præcepta simul cum noua lege, & oppositum est hæresis, ibi. d. & f. 259. c.

Legem veterem esse malâ hæresis est, & conuincitur, li. 9. f. 259. d.

Lex peccatum non est sed per legem peccatū dignoscitur, ibidem.

Lege nulla alia, quàm euangelica homo potest saluari, li. 9. f. 261. a.

Lex quodammodo est frenum ad cohibendum homines a peccata, f. 260. b.

Lex euangelica quare appellatur testamentum, li. 10. f. 295. c.

Lex aliqua est in libris canonicis scripta non sit, non sequitur in illam non esse diuinam, li. 11. f. 307. d.

Leges multæ naturalis iuris quæ meritò dicitur

uinae censendae sunt, ibi. d.
Lex diuina de vxoris vnitate est sacris literis contenta, ibi. & l. 11. f. 309. a.
Leges posse ecclesiam condere, quibus omnes Christiani obedire teneantur ostenditur. l. 6. f. 155. a.
Legis nomine sacrae literae appellare nouerunt quicquid nos ad aliqua agendum compellit, l. 6. f. 164. a.
Legem esse ipsum Christi Euangelium ex ipsius legis definitione conuincitur, ibidem.
Lex qua sacerdos ad communicandum sub utraque specie deuinctus est, assignatur, l. 6. folio 187. b.
Lege veteri viros plures habuisse vxores, ex diuina dispensatione ostenditur, libro 11. folio 310. d.
Libros haereticorum comburendos iuste ecclesia disposuit, l. 1. f. 27. c.
Libri poetarum qualiter legendi, l. 1. f. 31. a.
Libri gentilium non omnino spernendi, ibidem. c. d.
Libri gentilium apud more in floribus electione legendi, l. 1. f. 32. a.
Librum de ecclesiasticis dogmatibus beato Augustino tributum non esse suum conuincitur, l. 3. f. 84. c.
Libros Machabeorum esse canonicos ostenditur, l. 13. f. 409. a.
Libros quos haeretici reiecerunt à canonicis quia eorum dicta non fauebant haeresibus videre liceat, l. 13. f. 409. & f. 410.
Libellus repudij in veteri lege separabat coniuges quo ad thorum, non autem quo ad vinculum, l. 11. f. 319. d.
Librum qui intulatur de quaestionibus noui & veteris testamenti, non esse Augustini ostenditur, l. 10. f. 273. a.
Libellus repudij ob duritiam Iudeorum fuit eis permissus, l. 11. f. 319. c.
Libertas nimia in pronuntiando quae fidei sunt, haud paruam haeresis suspicionem parit, l. 11. f. 38. a.
Libertas quae, l. 9. f. 261. b.
Libertatis nominis plures acceptiones, ibidem. c. d. & f. 262. per totum.
Libertas Christiana quae sit ostenditur, l. 12. f. 115. b. per totum. & l. 14. f. 441. b.
Libertas liberi arbitrij ex literis sacris ostenditur, l. 9. f. 262. & 263. per totum.
Literalis sensus scripturae sacrae, qua regula dignoscitur, l. 1. f. 7. d.
Liberum arbitrium hominis etiam testimonijs sanctorum doctorum ostenditur, libro 9. f. 263. c. d. & 264. per totum.
Liberum arbitrium sine gratia Dei quid possit ostenditur, l. 9. f. 265. a. b.
Liberum arbitrium semel accepta gratia, non posse peccare amplius, haeresis est Iouinianij, l. 6. f. 266. c.
Lingua siue idioma vnum erat ante Babel aedificationem, l. 9. f. 266. d.
Lignum ubi ubi siue ad austrum, siue ad aquilonem ceciderit, ibidem manere, exponitur, l. 12. f. 377. a. b.
Literalis sensus sacrae scripturae quo pacto inquirendus & deprehendendus est, libro 1. folio 7. d.
Literalis sensus sacrae scripturae quis, libro 1. f. 7. c.
Literales sensus plures eadem litera capere potest, l. 1. f. 8. a.

Lutherus quare primatum summi Pontificis negat, l. 1. f. 20. c.
Lutherus sacrae scripturae constituit iudicem pro lite circa fidem dirimendam, & nihil minus ut patet, ibidem. d.
Lutherani pharisaico more nobiscum agunt, l. 1. f. 21. a.
Lutheri satanica astutia, & pertinacia, notatur, l. 1. f. 24. d. & 25. a.
Lutherus impacientissimè suorum errorum correctionem recepit, l. 1. f. 38. a. b.
Lutheri venenata origo narratur.
Lutherus scholasticos Theologos sophistas vocat, cum ipse ipsum sophistam agat, imò re vera sit.
Lutheranorum haereses de estu carniū diebus ab Ecclesia prohibitis profertur, libro 4. f. 108. c. d. & 109. per totum.
Lutheri inconstantia notanda, libro 12. folio 372. d.
Lutherum praecipuum de dilectione Dei perperam intellexisse ostenditur, ibi. d.
Lutherus filius abortiuus fuit religionis Eremitarum sancti Augustini, libro 14. folio 424. a. per totum, & vnde eius haeresis tantam accepertunt vim notatur, ibidem. a.
Lutherus quare epistolam Iacobi apostoli reiecit, l. 13. f. 409. c.
Lotione pedum discipulorum Christi vbinam figurata fuerit ostenditur, l. 6. f. 180. d.
Lotione pedum Apostolorum more Ecclesiam modo non vitur, & quare, libro 6. folio 187. d.
Lux diuina quomodo est inaccessibilis, l. 3. f. 89. a.
Luxuriae incitamenta vitanda, l. 13. folio 400. c.

De litera M.

Malum omne & culpe & poenae Deus ab aeterno praesciuit, l. 12. f. 381. a.
Malum & malicia, l. 10. f. 268. a.
Malum seu malicia varia in sacris literis significat, ibidem. a.
Malum duplex, culpe & poenae, l. 10. folio 268. a. & l. 12. f. 380. d.
Malum poenae Deus facit, vt sacrae testantur literae, l. 10. f. 269. a. b.
Mala in sacris literis afflictiones missae à Deo vocantur, ibidem.
Malum saepe permittitur minus, vt maius euitetur, l. 11. f. 320. b.
Malicia ministri sacramenti baptismi non minuit eius veritatem, l. 3. f. 76. b. c.
Manicheorum haeresis vnde orta fuit, lib. 2. folio 57. b.
Manere in Deo quid sit, lib. 9. folio 265. b. c. & l. 11. folio 322. d.
Mandata minima quae sunt ostenditur, l. 12. folio 354. b.
Mandati, duplex forma, l. 12. f. 369. d.
Manus nomine in literis sacris potestas designatur, l. 5. f. 145. d.
Manna in sacris literis quare appellatur panis, l. 6. f. 173. d.
Marię perpetua virginitas Eccl. traditione recipitur, l. 1. folio 12. d. & l. 10. f. 270. b. c.
Maria virgo vere fuit mater Dei, libro 10. f. 271. d. a. & verbo Christus, haeresis 3. libro 4. f. 116. d.
Maria virgo omni caruit peccato, & originali & actuali, l. 12. f. 349. c.
Mariam virginem votum emisisse perpetuae virginitatis licet scriptura sacra expressè non dicat, ex ipsa tamen colligitur, & sanctorum doctorum testimonij comprobatur, li. 14. folio 435. a. 442. b.
Marię virginis excellētia super omnes alios sanctos ostenditur, l. 12. f. 374. b.
Marię virginis dubitatio, Quomodo fiet istud? qualis nam fuerit ostenditur, libro 1. folio 26. a.
Marci Emilij ad Quirites interrogatio pulchra, l. 1. f. 19. b.
Mare rubrum figura Baptismi, libro 3. folio 73. d. 74. a. & f. 85. b.
Martyrium loco baptismi ad salutem valet, l. 3. f. 82. b. c.
Martyrium, l. 10. f. 272. a.
Martyr Græcè, Latine testis dicitur, ibid. b.
Martyres minimè dicendi sunt, qui propter peccatum se interimunt, contra plures haeticos, ibi. c.
Martyres minimè dicendi, contra plures haeticos qui vtronei patiuntur mortem siue à se siue ab alio, ibi. c.
Martyrium appellatur baptismus, lib. 3. folio 83. & 84.
Materia sacramenti baptismi est, aqua vera & naturalis, l. 3. f. 68. a.
Materia elementorum & qua mundus formatus est non fuit coaeterna ipsi Deo, cōtra plures haeticos, l. 10. f. 301. b. c.
Materia sacramenti extremae vnctionis oleum est oliuæ per Episcopum benedictum, libro 14. f. 432. a.
Matris filiorum Zebedaei petitio: Dic vt secedant &c. vnde prouenit, l. 3. f. 89. b.
Matrimonium, l. 10. f. 273. a.
Matrimonium esse sacramentum ex literis sacris ostenditur, libro vndecimo, folio 305. per totum.
Matrimonia infidelium non æquanda matrimonijs Christianorum, non enim sunt verū sacramentum, li. 11. f. 306. b. c.
Matrimonium Christianorum non est carnalis pollutio censendum, l. 11. f. 306. d.
Matrimonij sacramentum gratiam conferre ostenditur, ib. & fo. 307. per totum.
Matrimonium quando fuit datum in officio, quando verò in remedium ostenditur, l. 11. f. 307. b.
Matrimonium dicere posse solui propter ad ulteriorum quò ad vinculum haeresis est & conuincitur, l. 11. f. 311. & 312. bene tamen posse dissolui quo ad thorum ostenditur, lib. 11. f. 317. per totum.
Matrimonium Patriarcharum in lege naturae verum fuit sacramentum, l. 11. f. 306. a.
Matrimonium contrahere iam nullus tenetur, satis superque enim genus humanum propagatum videmus, l. 14. f. 426. d.
Matrimonium non obesse ex diuina institutione sacerdotio ostenditur libro decimotertio, f. 404. c.
Maxillam percutienti præbere quo pacto intelligitur, l. 3. f. 100. b.
Melchisedech, l. 10. f. 373. a. qui & purus fuit homo contra haeticos plures.
Melchisedech figuram Christi gessit et quare dicitur fuisse sine patre & sine matre, lib. 10. f. 274. a.
Melchisedech figuram gessit sacerdotij Euangelicæ legis, l. 10. f. 282. a.
Melchisedech sacerdos fuit sicut sacrae testat

tur litera, l. 10. f. 283. per totum.
Melchisedech panem & vinum obtulit Deo iuxta sacerdotij ordinem sui, vt sacra testatur scriptura, l. 10. ibid. per totum.
Melius, in sacris literis sepe accipitur pro hoc quod est minus malum, vt illud. Melius erat etiam natus non fuisset homo ille, libro 14. folio 439. a.
Mendacium quod Iudith dixit Holoferno, non laudat scriptura sacra, sed eius vitilem animam, l. 10. f. 275. b.
Mendacia à patribus dicta si qua fuerunt in literis sacris laudata, vt B. Augustinus dicit, iuxta mysterium latens aestimanda sunt, non iuxta literarum corticem, ibi. b.
Mendacium dicere etiam inimico inimicè licet, bene tamen licitum est occultare veritatē, l. 14. f. 421. d.
Mentiri licere pro saluanda vita hominis error fuit Casiani, l. 10. f. 274. d. qui quidem ex sacris literis, minimè licere, conuincitur, lib. 10. f. 275. a. b.
Mendacium esse malum testimonij sanctorum & Ethnicorum ostenditur, libro 10. folio 275. a. b.
Mentitus non fuit Iacob dicendo patri suo se esse Esau, ibi. b.
Mensura fidei non est vna omnium, ideo apostoli orabant, adauge nobis fidem, l. 3. f. 38. d.
Mendicitas, l. 10. f. 275. c. d.
Mendicitatem non esse licitam, haeresis est VViclef & Lutheranorum, ibi. c. d.
Mendicasse Christū ex literis sacris non constat, ibid. d.
Mendicantem efficitam, Euangelicam & meritoriam ex literis sacris ostenditur, l. 10. folio 276. per totum.
Mendicare quid sit, ibi. a.
Mereri vitam aeternam propter bona opera, quomodo intelligitur, l. 11. f. 331. c. d.
Merito Christi datum est nobis vt nostris operibus aliquid mereri possimus, lib. 11. folio 332. a.
Meritum omne nostrum, miseratio Christi est, ibid.
Meritum & donum, idem possunt esse, li. 11. f. 332. b.
Merita nostra dona Dei sunt, & primum respondens meritis ex Dei misericordia, ibidem. c.
Meritum bonorum operum, duplex, lib. 11. f. 327. c.
Meritum de condigno quid sit, ibi. c.
Merita iustorum non sunt æqualia, l. 3. f. 98. b. c.
Meritum nullum esse in ciborum delectu & abstinentia à carnibus, haereticè docet Erasimus l. 4. f. 108. c. d.
Meritum bonis & malis operibus tribuitur l. 11. f. 327. b.
Meritum nullum esse in homine quo mereatur vitam aeternam, haereticè docet Lutherus, ibi. a.
Mereri posse hominē vitā aeternā ex sua virtute naturali sine Dei auxilio haeresis abominanda est Pelagij, l. 10. f. 277. c.
Mereri & demereri animā in purgatorio nō possunt, lib. 12. f. 333. 383. d. & folio 384. per totum.
Mersio in Baptismo quare trina, libro 3. folio 68. b. c.
Merces bonorum operum gloria est, vt sa-

eræ testantur literæ. l. 11. f. 329. c. d.
 Mercenarij merces non est differenda. lib. 3. f. 56. b.
 Millenarius numerus in sacris literis, pro vniuersitate capitur. l. 3. f. 91. d.
 Ministri sacramenti Baptismi malicia non minuit eius virtutem & veritatem. libro 3. folio. 76. a. b.
 Minister sacramenti exteroræ vnctiois solus sacerdos est ex Christi institutione. lib. 14. f. 432. a.
 Minimus qui estimatur in regno cœlorum. l. 12. f. 354. a.
 Miraculum quid sit. l. 10. f. 277. d.
 Miracula plura fecit Deus in veteri testamento, & in nouo. l. 10. f. 287. b. c.
 Missæ nomine quid intelligitur. libro 10. folio. 278. c.
 Missæ ceremoniarum bona pars ab Apostolis instituta. l. 10. f. 278. d.
 Missam à Christo fuisse institutâ prout nomine missæ ipsa consecratio intelligitur, contra hereticos ostenditur, ibi. a. & 279. per totum.
 Missam esse verum sacrificium corporis & sanguinis Christi, ex literis sacris, contra hereticos hoc negantes ostenditur, l. 10. f. 287. 288. 289. 290. per omnia.
 Missa iuxta veram definitionem testamenti à Jurisconsultis assignatam, non est dicenda testamentum, l. 10. f. 293. a. b.
 Missam esse testamentum, figurata quadam locutione dicere possumus. l. 10. f. 296. c.
 Missa diuersis respectibus dicitur testamentum & sacrificium, ibi. d.
 Missam offerri posse pro peccatis pro viuis atque defunctis, ex literis sacris ostenditur contra Lutheranos. l. 10. f. 298. per totum.
 Misericordiam infernalē, nec beatitudinem non esse perpetuam hæresis Origenis. l. 3. f. 92. a.
 Misericordiam præsentis vite. l. 3. f. 92. a. b.
 Mitri ad prædicandum quid sit. libro. 12. folio 379. b.
 Monachis licitū esse laborare manibus etiam causa sustentandæ vitæ contra hereticos ostenditur. l. 9. f. 255. a. b.
 Monachos plures non teneri ad laborem ex doctrina Christi & apostolorum ostenditur. l. 9. f. 2. & fo. 3. per totum.
 Monachos omnes sine discrimine teneri ad laborem hæresis est. ibi. l. 9. f. 256. c. d.
 Monachi qui delicatè in sæculo nutriti fuerunt ex sententia beati Augustini non sunt ad laborem compellendi. l. 9. f. 257. a.
 Monachi qui laborare tenentur qui sunt. l. 9. f. 258. a.
 Monachatus institutio non fuit vt quis in ocio viuat. ibidem. a.
 Monachatus, l. 10. f. 299. d.
 Monachatus seu virginitatis status quo patet vita angelica appellatur. l. 14. f. 428. d.
 Monachi tempore beati Hieronymi, voto se astringebant, contra Erasmus. libro 14. folio. 438. a.
 Monastica professionis qualis ab Apostolis in Ecclesia seruabatur ritus, notatur ex beato Dionysio, l. 14. f. 437. d.
 Monachorum bonorum typus ostenditur. l. 14. f. 438. c. d.
 Monachus ad Episcopatum assumptus non absoluitur à paupertatis voto. libro 14. folio. 440. c.
 Monachus ad Episcopale munus assum-

ptus ab omnibus illis absoluitur votis, quæ cum ipso Episcopali munere pugnant, ibidem. c.
 Monumenta passionis Christi adoranda sunt. l. 13. f. 386. b. c.
 Mos scripturæ sacræ notandus. libro. 2. folio. 56. d.
 Mores hæreticorum assignantur libro 1. folio. 36. c. d.
 Mors in sacris literis nox appellatur, libro 12. folio. 384. a.
 Mortuos baptizare hæresis est & conuincitur. l. 3. fo. 69. d. & 70. a. b.
 Morte acta, nō est tempus bene vel male operandi. l. 3. f. 70. a.
 Mortis Christi baptismus figura est. libro 3. fol. 79.
 Mors duplex. l. 3. f. 91. b.
 Mors quam Deus primis parentibus minatus fuit, quæ fuit. l. 12. f. 350. c.
 Moyses in negotio illo, de repudio vxoris, tria fecit. l. 11. f. 320. b.
 Multiloquium quare Christus in oratione prohibuit. l. 4. f. 104. d.
 Mulieribus non fidenda scriptura sacra veraculæ lingua. l. 1. f. 35. c.
 Mulierem docere prohibet beatus Paulus, ibidem. d. & l. 13. f. 39. 6. a. b.
 Mulier prægnans orare debet pro fetu, & oblationes pro eo offerre, vt Deus incolumem vsque ad baptismum seruet. libro 3. folio 82. d.
 Mulieres subditæ debent esse viris. li. 10. folio 300. c. d.
 Mulieres vt plurimum imprudentes. li. 10. f. 301. a.
 Mulieres à natura inconstantes & fragiles, ibidem. a.
 Mulieres dicere ad sacerdotium iuste posse promoueri, hæresis est. l. 10. f. 300. c. d.
 Manus inquisitoris quid sit ostenditur, lib. 1. f. 2. 1. a. & Munus prælatorum, lib. 1. f. 33. a.
 Mundi huius delicæ & diuitiæ non sunt aestimandæ, li. 11. f. 325. c. d.
 Mundus quandiu creatus. l. 3. f. 62. c. d.
 Mundus non finiendus hæresis est, li. 10. folio. 301. c. ipsumque esse ab angelis & non à Deo creatus, est hæresis, & c. ibidem.
 Mundus post resurrectionem vniuersalem mutandus contra plures hereticos, hoc negantes, itaque erit cœlum nouum & terra noua, l. 10. f. 301. d. & 302. a. b.
 ¶ De litera N.
 Natura intellectualis seipsa non est beata naturaliter, libro 3. f. 94. a.
 Natura ipsa docet nos humanum arbitriū esse liberum. l. 9. f. 264. d.
 Naturas duas esse in Christo ostenditur. l. 4. f. 117. b. c. d.
 Natura vna nominata in Christo ambæ dicitur intelligi, ibi. d.
 Naturæ diuinæ proprietates ostenditur, li. 4. f. 116. d.
 Negligentia prælatorum, exemplo notando ostenditur, l. 1. f. 33. c. d.
 Negligentia prælatorum hæresum causa est, ibidem. a.
 Necessarium à voluntario distinguit beatus Paulus, l. 9. f. 263. a. b.
 Nihil in sacris literis appellatur illud, quod vitæ æternæ non est meritum. libro. 9. folio. 265. b.

Noticiam proximè intuitiuam habuerunt propheta eorum rerum quas prophetarunt. l. 12. f. 382. a.
 Nomen nouum nunquam alicui Deus dedit quem non magnis ditasset beneficijs. lib. 12. fo. 339. a.
 Nomine animæ in sacris literis sæpè totus insinuat homo. l. 4. f. 118. a.
 Nomina diuersarum uacurarum non dicuntur de se inuicem in concreto nec in abstracto nisi illæ duæ naturæ in sint eidem personæ vel supposito. l. 4. f. 117. c.
 Nomina hæc presbyter & episcopus, antiquitus confusa erant, ab Ecclesia verò dispartita & distincta sunt. l. 6. f. 161. c.
 Nouam condere hæresim quomodo intelligitur. l. 1. f. 22. b.
 Nouitates vocum fugiendæ sunt. libro. 1. folio. 37. a.
 Noua doctrina disciplinam adfert, lib. 2. fo. 53. a.
 Nox in sacris literis ipsa est mors. libro. 12. folio. 384. a.
 Nox in sacris literis, quid sit. libro, tertio. folio. 70. b.
 Numerus millenarius in literis sacris pro vniuersitate capitur. l. 3. f. 91. d.
 Numerus denarius sæpè etiam pro vniuersitate capitur, ibidem. d.
 Nuditatem omnimodam esse bonam & honestam hæresis est. l. 11. fo. 303. c.
 Nuptias esse illicitas, hæresis est. ibidem, d. cuius oppositum ex literis sacris ostenditur. l. 11. fo. 304. b.
 Nuptiæ secundæ licitæ sunt, contra plures hereticos hoc negantes, l. 11. f. 304. c.
 Nuptias non esse sacramentum, hæresis est. lib. 11. fo. 305. a.
 Nuptiarum leges variæ apud gentiles. lib. 11. folio. 306. a. b.
 Nuptiarum præceptum non obligat iam genus humanum satis propagatum. libro. 14. folio. 426. b.
 Nuptiarum generale præceptum, non fuit datum per illa verba, Crescite & multiplicate, hoc est, non fuit datum pro omni tempore per illa verba. ibidem.
 De Litera O.
 Oblatio dominici corporis, potior & excellentior est, omnibus alijs oblationibus. lib. 2. fo. 42. b.
 Obligari hominem ad aliquid agendum vltra id quod Dominus nobis præcepit illicitum esse, hæresis est, etiam post alios, Lutheri. lib. 10. fo. 300. a. & conuincitur. ibidem. b.
 Obligatio mutua & gemina est inter coniuges. l. 11. f. 319. d.
 Obedientia. l. 11. f. 321. b. c.
 Obediendum non esse prælati Ecclesiæ, hæresis est & conuincitur, lib. 6. fo. 155. a. b. c. d.
 Obedientia quid sit. l. 4. f. 122. a.
 Obedientia quando sub præcepto, & quando sub consilio. l. 14. f. 440. d.
 Obediendum esse præceptis Ecclesiæ. lib. 6. fo. 155. a.
 Oculorum officio funguntur prælati in Ecclesiæ corpore. l. 1. fo. 14. a.
 Oculi primorum parentum apertos fuisse post illorum peccatum quomodo intelligitur. l. 2. f. 51. b.
 Occultare veritatem sæpè licitum est, ini-

mico maximè, minimè tamen ei mendacium dicere. l. 10. fo. 274. c.
 Occidere hominem iuste minimè licere, est hæresis & conuincitur. l. 1. f. 68. b.
 Occidere tyrannum autoritate propria, non licet vasallo. l. 14. f. 421. d.
 Occidere te volenti, licitum est obuiare. l. 3. f. 100. c.
 Offertorium defunctorum misse: Domine Iesu Christe etcetera, exponitur libro. 12. folio. 385. a.
 Offeritur missa à sacerdote Deo patri verum Christi corpus. l. 10. f. 281. c. d.
 Officium sacerdotis ostenditur. l. 10. f. 300. d. & l. 12. f. 352. b. & officium prælatorum. lib. 11. fo. 33. a.
 Oleum sacrum in baptismo miseri debet contra VValdenses hereticos: antiquissima enim est consuetudo. l. 3. f. 78. b.
 Olei sancti vnctio in baptismo quid significat, ibidem.
 Oleum in sacris literis sæpè misericordiam significat, ibidem. c.
 Oleum extremæ vnctiois Pontificali benedictione consecrandum esse, antiquissima Ecclesiæ consuetudine comprobatur. libro. 14. folio. 431. a.
 Omnia quæ sunt necessitate absoluta fieri, neque posse aliter fieri quàm sunt: vnde nihil prodesset orationem, hæresis est Lutheri & conuincitur. l. 11. f. 335. a. b.
 Opera nostra bona, quod sint Deo grata, ex merito passionis Christi habent. libro. 11. folio. 331. d.
 Opera nostra bona, donum sunt Dei & meritum apud ipsum. l. 11. f. 332. b.
 Opera nostra non esse condigna ad futuram gloriam quomodo intelligitur. l. 11. f. 329. a. b.
 Opus sine intellectu non est hæresis. lib. 11. folio. 1. d.
 Opus bonum factum precibus & nullo alio intuitu, quàm spe vitæ æternæ, licet non sit malum, non tamen est meritum. libro. 11. folio 325. d.
 Opus factum spe vitæ æternæ non esse malum ex literis sacris ostenditur. libro. 11. folio. 325. b.
 Opus factum spe vitæ æternæ si elicium est à charitate meritum est, & ea dignum. l. 11. f. 325. d.
 Opera bona tantùm imperfectis viris & non perfectis esse necessaria hæresis est & conuincitur. l. 11. fo. 326. a. b.
 Opus quantumlibet bonum non esse meritum vitæ æternæ hæresis est, & conuincitur. l. 11. f. 326. b. c. d. & f. 327. per totum.
 Operare nemo potest post mortem bene vel malè. l. 3. f. 70. a.
 Operibus bonis vocatio nostra certa fit. lib. 9. f. 266. a.
 Opus nullum nostrum quantumcunque bonum, & meritum, minimè ex se tale est, quod equari possit premio gloriæ æternæ. l. 10. fo. 277. a.
 Opus meritum geminam habet qualitatem respectu gloriæ. ibidem. a.
 Opera bona nostra licet ex se supràque natura non sunt digna gloriæ, ex parte tamen diuino efficiuntur digna vitæ æternæ. ibidem.
 Opera hominis quantumlibet recta, esse peccata,

Peccata, heresis est Lutheri. libro. 11. f. 322. b. & conuincitur ibidem. c. d.
 Opera bona hominis lux appellantur in sacris literis. l. 11. f. 323. b.
 Opera bona vnde Deo placent. ibi. b. c.
 Operibus bonis ex diuinis permissionibus debetur præmium, & malis pœna. libro. 11. folio. 323. c.
 Opus omne nostrum esse vicium & malum quo pacto intelligitur. ibidem. d. & 324. a.
 Opera laboriosa quando valent ad pœnitentiam. l. 12. f. 357. b. c.
 Opera multa sunt quæ à Deo non sunt præcepta, quæ quidem gratissima sunt deo, lib. 12. folio. 371. a.
 Opera bona esse necessaria ad hominis iustificacionem ostenditur. libro. 7. folio. 198. 199. 200.
 Opera bona esse à Deo sint, quo pacto etiam nostra dicuntur. l. 7. f. 220. c.
 Opera ex voto facta maioris meriti sunt quam si sine voto fierent, de quibus pulchra figura notatur. l. 14. f. 437. d.
 Oratio. l. 11. f. 333. d.
 Orationem solam sufficere ad vitam æternam consequendam heresis est, ibidem. d.
 Oratoriū semper insistendum heresis est. l. 11. f. 334. a. b.
 Orat semper qui in omnibus operibus suis Dei memoriam habet & ad eius gloriam omnia operatur. l. 11. f. 334. c.
 Orare semper & sine intermissione quomodo intelligitur. ibi. c.
 Orationem esse inutilem heresis est. ibidem. d. cuius contrarium ex literis sacris ostenditur. l. 11. f. 335. a. b.
 Oratio prodest ad salutem animæ & corporis consequendam. ibi. c.
 Orandum non esse pro particulari persona, eo quod oratio pro vna persona sola non plus prodest illi quam alijs, heresis est. ibidem. d. & f. 336. a.
 Orationes parentum & oblationes non sufficiunt vt paruuli absque baptismo vel martyrio saluentur, quid autem illis profint, notatur libro tertio, folio. 80. c. & fo. 82. d.
 Oratio duplex, publica & priuata. libro. 4. fo. 102. d.
 Oratio vocalis optima & literis sacris conformis. l. 4. f. 103. a. b.
 Oratio publica quæ sit, & quod clamosa sit ostenditur. ibi. a. b.
 Orationis intentio qualis. ibi. c.
 Oratio publica in illis verbis, Intra in cubiculum tuum etc. non prohibetur à Christo, sed intentio. l. 4. f. 104. b. c.
 Orare pro defunctis vetustissima fuit consuetudo. l. 13. f. 416. c.
 Orandum esse ad Dei filium ostenditur ex literis sacris. l. 5. f. 146. c.
 Orare debemus Deum pro virtutibus acquirendis. l. 13. f. 400. a. b.
 Orare sanctos meritum esse ostenditur. l. 13. f. 406. d.
 Ordo sacer, vnum de sacramentis septem Ecclesiæ gratiam conferens est, libro. 11. folio. 336. b. c.
 Ordinantem & ordinandum ieiunios debere esse in ordinis sacri collatione ostenditur vetustissima Ecclesiæ consuetudine. ibidem. c.
 Ordines omnes non esse inter se pares ostenditur. l. 11. f. 337. b.

Ordines minores plures Theologos non admittere intra sacramentorum numerum annotatur, ibi. c.
 Ordinem in hoc felicissimo opere dicendorum disponit autor, libro primo. folio. 38. d.
 Ordinis sacramento character imprimitur, l. 4. f. 105. d.
 Ordine sacro suscepto nunquam licuit alicui uxorem sibi matrimonio copulare, lib. 13. folio 398. a. b.
 Origenes damnatus saluū fuisse controuersa apud viros graues est: autor autem nihil definit. l. 2. f. 48. a. b.
 Origenem sensisse hominem per peccatum aliquid de substantia sua perdidisse ostenditur: an hoc fuerint qualitates animæ alique dubiū est auctori, ibi. b.
 Origenem sensisse filium in diuinis esse minorem patre Augustinus refert. libro quinto. f. 144. c. d.
 Osculum qualiter est peccatum ostenditur. l. 4. f. 128. d.

De litera P.

Panis cum de sua natura bonus sit non indiget aliqua purificatione vt ex eo Eucharistia conficiatur, lib. 6. f. 164. c. d.
 Panem manere in Eucharistia post eius consecrationem heresis est dicere, lib. 6. f. 172. d. & 173. a. b. per totum.
 Panis nomen clatura appellatur in sacris literis omne illud, quod comedi quouismodo potest. l. 6. f. 173. d.
 Panem verti in corpus Christi in consecratione dictis sanctorum & conciliorum definitionibus ostenditur, libro 6. folio. 174. & 175. & 176 per totum.
 Panis species in Eucharistia licet totū Christum contineat, solum corpus tamen significat, sicut species vini solum sanguinem representant, l. 6. f. 187. b.
 Pactum cum hostibus factum seruandum esse, ostenditur. l. 14. f. 421. d.
 Papa, l. 12. f. 338. c.
 Papæ seu pontificis nomen inane esse & nihil aliud quam regnum Babylonis, heresis est, post Græcos Lutheri. ibi. d.
 Papæ primatus ex literis sacris ostenditur, libro, 12. f. 339. a.
 Papam seu Pontificem summum omnes Episcopos tam quam superiores reuereri debere testimonijs conciliorum ostenditur, lib. 12. f. 342. b. c. d.
 Papam per peccatum mortale amittere potestatem pontificiam heresis est, libro 12. folio. 343. a.
 Papa solus absque aliquo consilio definiendo quæ fidei sunt iuxta multorum Theologorum sententiam errare potest, libro primo. f. 5. c.
 Papæ solius autoritas minor est, quam concilij, legitime congregati. ibidem. c. & folio. 20. d.
 Papas plures in negocijs fidei errasse dignoscitur, l. 1. f. 9. a.
 Papa potestatem habet iudicandi in causa fidei. l. 1. f. 20. b.
 Papa non potest cui libet Christiano, vt sit

fit minister sacramenti extremæ vnctionis, concedere libro. 14. f. 431. d.
 Partes pudende quare magis rebelles sunt homini, quam reliquæ ipsius corporis partes lib. 14. f. 422. c. d.
 Parentes & reliqua temporalia quo pacto relinquenda sunt quod ad effectum. libro. 12. fo. 344. a.
 Parentes primi etiam peccare potuerunt, nulla profus demonis persuasione precedente. l. 12. f. 347. b.
 Parentes primos, non propter eorum primum inobedientiam peccatum, nec propter aliud, fuisse damnatos ostenditur, contra Tactianum hereticū asserentem fuisse eos damnatos. l. 2. f. 46. c. d. & 47. per totum.
 Parentes primos cecos fuisse ante peccatum ac tunc primò eos videre cepisse, quum de ligno vitico comederunt, error est qui conuincitur. l. 2. f. 51. b.
 Parentes seu curatores tenentur paruulos portare, vel portare facere ad baptismum. l. 3. f. 73. c. Et si negligentia illorum sine baptismo discedit paruulus, eis imputabitur non parua culpa. ibidem. c.
 Parentum orationes siue oblationes non sufficiunt vt paruulus sine baptismo discedens saluetur & ad quid profint, ostenditur. lib. 3. f. 80. c.
 Paruuli qualiter instruendi sunt circa lectiōnem librorum potestatum. l. 1. f. 31. a.
 Paruuli, quibus Deus sua reuelat mysteria, qui sunt. l. 1. f. 35. c.
 Paruuli quancumque rationis expertes, capaces sunt vite æternæ, contra hereticos dicentes, eis non prodesse baptismum. libro. 3. folio. 73. a. b.
 Paruulos non prohiberi ad Deum venire, quid sit. l. 3. f. 73. b. c.
 Paruuli non eodem modo quo adulti ad Deum veniunt. l. 3. f. 72. d.
 Paruulus aliena fide ad Christum venit ibidem. d.
 Paruulos esse baptizandos cisque ad salutem conferre baptismum, definitionibus Conciliorum probatur, l. 3. f. 74. d.
 Paruuli post baptismum fidem habent. l. 3. f. 75. b.
 Paruulos non egere baptismo heresis fuit Pelagi. l. 3. f. 78. d. & 79.
 Paruulos posse saluari sine baptismo vel martyrio, heresis fuit Ioannis VViclef. ibidem. 79. a.
 Paruulos posse saluari per orationes parentum, & baptismum, in voto eorum quando baptizandi non adest facultas, error Ioannis Gerson & Cætanii. ibidem. a. b.
 Paruulos non posse saluari sine baptismo vel martyrio ostenditur, ibi. b. c. per totum.
 Paruulus in utero matris periclitans non saluatur. l. 3. f. 80. c. d.
 Parabola de rege volente rationem ponere cum seruis. l. 14. f. 170. b.
 Parabola seminanti zizania in medio triciti exponitur. l. 1. f. 33. c.
 Parabolicè minimè est intelligenda Eux formatio, vt Cætanus arbitratur. lib. 2. folio. 52. d.
 Parabola in literis sacris. l. 1. f. 8. a. b.
 Pascha die dominico, in memoriam Domini

nice resurrectionis, celebrandum instituit Ecclesia. l. 12. f. 343. b.
 Pasche nomine quid intelligitur apud Ioannem. l. 6. f. 165. c.
 Pastoris est pascere oues, sic Prælati docere subditos. l. 1. f. 15. a.
 Pasca ouium verbum. Dei est. lib. 1. f. 34. a.
 Passionis & mortis Christi virtus minimè minuitur per hoc, quod missam sacrificium appellamus. l. 10. f. 293. b. c.
 Patriarcharum matrimonia verè fuerunt sacramentum. lib. 11. f. 306. a.
 Patres in Ecclesia qui vocentur. lib. 1. folio. 18. a.
 Paupertate sola omnia peccata consumi hæresis est. l. 12. f. 344. b.
 Paupertas spiritus non patitur peccatum mortale secum, eo quod habeat secum tanquā illi annexam charitatem. ibi. b.
 Pauper bene potest esse peccator. ibi. c.
 Paupertatem esse noxiam & malam heresis est. ibi. c.
 Paupertatis excellentia. ibi. d.
 Paupertatem esse necessariam ad salutem, itaque sine illa nemo saluari potest, heresis est quæ conuincitur. l. 13. f. 343. d. & f. 344. a.
 Pauperes debere esse Ecclesiasticos omnes, heresis est, & conuincitur. l. 12. f. 345. a.
 Paupertas seruare propria electione, gratissimum est Deo, vt sacra testantur literæ. l. 12. f. 371. b. c.
 Pacem iusticia conseruat. l. 3. f. 100. c.
 Paulus Apostolus sepe senu mystico vsus est ad sua dogmata confirmanda. l. 1. f. 7. b.
 Paulus Apostolus quoniam pacto vidit Dei essentiam. l. 3. f. 88. d.
 Paulus Apostolus proprijs laborauit manibus. l. 9. f. 255. b.
 Paulus Apostolus, sepe Euangelium ipsum legem appellat. l. 6. f. 163. d.
 Paulus Apostolus persentor Ecclesiæ Dei, post vas electionis effectus. l. 12. f. 375. b.
 Paulus Apostolus propter bona quæ fecit beatitudinem sperat. l. 13. f. 413. b.
 Paulum perpetuum seruasse virginitatem ostenditur. l. 14. f. 427. a.
 Peccator manens in voto peccandi quamuis sacerdos verbum absolutionis proferat, non manet absolutus. l. 2. f. 44. c.
 Peccat quisquis contra necessitatem ab heretico ministro baptizatur, baptismus verò validus est. l. 3. f. 76. d.
 Peccatum omne deleri in baptismo ex literis sacris ostenditur. l. 3. f. 85. & 86. per totum.
 Peccator statim post mortem punitur. li. 3. f. 96. b. c.
 Peccator bene potest moraliter operari. l. 9. f. 265. a. b.
 Peccatores membra sunt Ecclesiæ, putrida tamen & foetida. l. 6. f. 153. b.
 Peccantem in nos fratrem ad Ecclesiam spectat corrigere, ibidem. d.
 Peccatores accedentes ad tremendum sacramentum altaris corpus dominicum recipiunt sed ad suam funditis damnationem, vt sacre testantur literæ. lib. 6. fo. 182. d. & deinceps per totum.
 Peccator sua voluntate in peccatum precipitatur, minimè tamen sola voluntate & sine Dei auxilio potest reuocare gradum, libro. 7. fo. 220. c.

Peccatum minimè tollit liberum arbitrium, bene tamen inhabilem ad bonum reddit. ibidem. c.

Peccat grauius ille qui omittit quod ex voto tenebatur, quam qui, sine voto. libro. 14. folio. 439. a.

Peccati nominis in literis sacris multiplex acceptio. lib. 12. fo. 374. a.

Peccatum non debere regnare in nostro mortali corpore est quod prohibetur: non autem habitare. ibidem. b.

Peccatori quantocūque magno si pœnituerit via sibi salutis patet. l. 12. f. 375. b.

Peccator timore Dei seruilis excitatur sœpè ad veram pœnitentiam. lib. 4. fo. 135. d.

Peccatum originale nullum esse, hæresis est, cuius oppositum ex literis sacris ostenditur. l. 12. f. 345. b. c.

Peccatum Adami vnum est, origine & propagatione, non tamen imitatione transfusum, & omnibus inest vnicuique proprium. lib. 12. fo. 346. b.

Peccatum à libero arbitrio est hominis, & non à demone, vt plures heretici dicunt, vt ex sacris literis ostenditur. l. 12. f. 347. b. c.

Peccatum nihil de natura hominis subtrahit. lib. 2. f. 48. c.

Peccata in sacris literis tenebræ appellantur, quæ quidem minime Deo placent. libro. 11. folio. 323. b.

Peccatum non imputari homini habenti fidem, hæresis est Lutheri & impugnatur. lib. 12. f. 347. c.

Peccatum finalis impœnitentiæ, non est remissibile. ibidem. d.

Peccatum omne in spiritu sanctum non est irremissibile. ibidem. d.

Peccare in patrem, filium & in spiritum sanctum quid sit. l. 12. f. 348. a.

Peccatum vel malum permittere gratia vitandi maius licitum est, contra plures hæreticos hoc negantes. ibidem. b. per totum.

Peccata esse æqualia, hæresis est & conuincitur. lib. 12. fo. 349. a.

Peccatum nullum aliud esse præter incredulitatis, hæresis est, & conuincitur. libro. 12. folio 349. d.

Peccatum mortale à veniali non differre, hæresis est & conuincitur. l. 12. f. 350. a. b.

Peccatum mortale quid sit. ibidem. c.

Peccatum veniale multipliciter dicitur veniale. ibidem. d.

Peccatum mortale mors est animæ. ibid. c.

Peccata mortalia fieri venialia per pœnitentiam, iuxta sententiam beati Ambrosij & Augustini quomodo intelligitur. ibidem. d.

Peccatum veniale propriè dictum quid sit. lib. 12. f. 351. a.

Peccatum veniale esse ex literis sacris ostenditur. ibidem. b. c.

Peccatum consummatum, & non consummatum quid sint. lib. 12. f. 352. c.

Peccata venialia in alio seculo dimittuntur. lib. 12. fo. 352. a.

Peccatum fugere propter metum gehennæ stat dupliciter. l. 4. f. 135. c. d.

Peccati pœna Adam mortem incurrit corporalem. l. 2. f. 51. a.

Pecunia habuisse Apostolos & secum potasse ostenditur ex Euangelio. l. 2. fo. 64. a.

Pecunia quando fuit Apostolis interdicta ostenditur. l. 10. fo. 276. d. & libro. 2. fo. 64. d.

Pedes Dei qui, & quid significent, libro. 2. fo. 42. a.

Pedes discipulorum lauare Christum antequam eis suum in sacramento traderet corpus, quid innuit. l. 6. f. 180. d.

Percutienti alteram ei maxillam porrigere: quomodo intelligendum. l. 3. f. 100. b.

Perfectum virum non debere manibus laborare, hæresis est. l. 9. f. 255. a. b.

Peregrinus impendendum esse humanitatis officium ex literis sacris ostenditur. l. 12. f. 355. d. & f. 356. a.

Petrus quare sic appellatus à Christo. l. 12. f. 339. b.

Petrus constituit Christus petram & fundamentum super quod suam fundauit Ecclesiam. ibidem. b.

Petrus prælati fuit super reliquos Apostolos. ibidem. d.

Petro commisit Christus curam suarum ouium. l. 12. f. 340. a.

Petrus quare pro se & Christo tributum soluit. ibidem. b.

Petrus non est caput æquale Christo, sed est caput Ecclesie sub Christo. ibidem. c.

Petrus esse Ecclesie fundamentum quomodo intelligitur. ibidem. d.

Petri plura notanda opera quibus primatū super reliquis Apostolos habere ostenditur. l. 12. f. 340. 341. & 342.

Petrus negat Christum: post vero Ecclesie fundamentum constituitur. l. 12. f. 375. b.

Petrus Apostolus quando & quare vocatus fuit Satanas à Christo. l. 12. f. 375. b.

Petram esse Christum iuxta dictum Paulinum quo pacto intelligitur. l. 6. f. 168. a.

Pertinacia in errore fidei hæresis est. libro. 1. fo. 24. a.

Pertinacia hæreticorum quanta est notatur. ibidem. b.

Pertinax quis est censendus, ibidem. c.

Perseuerantiam finalē neminem certè scire ostenditur nisi ex diuina reuelatione. libro. 12. folio 378. a.

Permissio Dei in sacris literis actio eiusdem nominatur. l. 10. f. 268. c.

Permittitur licitè malum vt maius euitetur. l. 11. f. 320. b. & l. 12. f. 348. b. c.

Persona vnica & diuina tantum fuit in Christo vt sacre testantur literæ contra hæreticos plures personas in Christo ponentes. l. 4. f. 116. b. c. d. per totum.

Personarum diuinarum trinitas & æqualitas ex literis sacris ostenditur. l. 5. f. 143. a. b. & 145. a.

Petitio matris filiorum Zebedei à Christo vnde auspicata fuit. l. 3. f. 89. b.

Per præpositio varias habet significationes. l. 7. f. 201. d.

Perseuerare in bono nemo potest siue Dei auxilio, nec vltimam in bono perseuerantiam scire potest sine speciali Dei reuelatione. lib. 12. fo. 378. a.

Philosophorum sectæ sine opinionēs vnde hæreses appellatæ sunt. l. 1. f. 1. a. Vnde verdè una nascuntur ostenditur. l. 1. f. 29. a. b.

Plebs indocta quomodo adorare debet: quæ adoranda sunt. l. 1. f. 245. b.

Pluralitas vxorum iure diuino prohibita est. l. 2. fo. 53. b. & l. 11. f. 208. per totum.

Pœnarum diuersitas iuxta peccatorum diuersitatem insiguitur. l. 3. f. 98. a. b.

Pœni

Pœnis vitæ præsentis propter Deum tolerantis patienter, pœnæ alterius vitæ redimuntur, libro. 12. f. 357. c. d.

Pœnam aliquam manere post dimissum per contritionem peccatum iuxta mensuram delicti & temporis à Deo decretari, ostenditur libro. 12. f. 356. c.

Pœnitentiæ Sacramenti non esse tres partes, hæresis est Lutheri & conuincitur. lib. 12. f. 356. b.

Pœnitentiam propter metum gehennæ esse malam hæresis Lutheri, quæ impugnatur. l. 12. f. 362. b.

Pœnitentia vera veniam peccatorum promeretur. l. 12. f. 362. b. c. d.

Pœnitentiam esse in præcepto ostenditur. lib. 12. f. 365. c. d.

Pœnitentia fructus qui. libro. 12. fo. 357. a. & fo. 357. d.

Potestas de hæresi iudicandi non residit in aliquo Episcopo inferiore, aut in collegio cui præest. libro. 1. fo. 19. c.

Potestas de hæresi iudicandi est in tota Ecclesia & per consequens in generalibus concilijs. lib. 1. fo. 20. b.

Potestas remittendi peccata solis Sacerdotibus collata est. libro. 13. fo. 343. d.

Potestatem omnem tam licitam quam Ecclesiasticam per peccatū amitti, hæresis est dicere & conuincitur. libro. 12. fo. 363. d. libro. 13. fo. 397. b.

Potestas in sacris literis nomine designatur. l. 5. f. 145. d.

Potestatem maiore esse in Episcopis quam in reliquis Sacerdotibus vnde etiam colligitur lib. 6. fo. 161. d.

Portæ inferi peccata mortalia sunt. libro. 4. fo. 126. a.

Puritatis quæ ante Eucharistiæ sumptionem habenda est, figuratur. l. 6. fo. 181. c.

Purgatorium esse ostenditur, tum rationibus tum testimonijs sacre scripturæ. libro. 12. fo. 352. a. & 382. & 383.

Punit Deus filium propter peccatum patris temporaliter, non autem æternaliter. libro. 12. folio 346. d.

Prædestinatio. l. 12. fo. 374. d.

Prædestinatio & reprobatio ex mera Dei est voluntate. lib. 9. fo. 265. d.

Prædestinatio diuina nullam in nostris operibus infert necessitatem, aut in aliquo arbitrij nostri libertatem minuit. libro. 9. folio. 266. a.

Prædestinatorum omnia peccata esse venialia, & reprobatorum omnia mortalia, hæresis est, & conuincitur. lib. 12. fo. 354. d.

Prædestinatum posse damnari ostenditur, id est, ille qui prædestinatus est si malè operetur, damnabitur, contra hæreticos hoc negantes. lib. 12. fo. 374. d.

Prædestinationem non esse alicui hominū notam ostenditur. libro. 12. fo. 378. a.

Prædestinatum esse hominem conijcere potest, minimè tamè scire, nisi ex Dei reuelatione. l. 12. fo. 378. d.

Prædestinationes signa plura notantur à Doctoribus. ibidem. d.

Præuia iustorum varia. lib. 3. fo. 98. b.

Præscitum quocumque bene viuat non posse esse membrum Dei, hæresis est, & conuincitur. lib. 12. fo. 375. a.

Præscitum seu reprobatum posse saluari, ex

literis sacris ostenditur. ibidem. a. b.

Præscientia diuina nullam prorsus ponit in rebus necessitatem. ibidem. a.

Prælati oculorum funguntur officio in corpore Ecclesie. l. 1. fo. 15. a.

Prælatorum negligentia causa est hæresum. lib. 1. fo. 33. a.

Prælatorum munus ostenditur. ibid.

Prælati quomodo quæ fidei sunt credere tenentur. lib. 1. fo. 24. c.

Prælatorum negligentia insigni exemplo declaratur. lib. 1. f. 33. c. d.

Prælatorum est pascere oues, illuminare populum, quorum etiam multorum culpa populis prædicatione verbi Dei caret. libro. 1. folio. 34. a.

Prælati & superioribus obediendum esse ostenditur. lib. 6. fo. 155. & 156.

Prædicatio. l. 12. f. 379. a.

Prædicationis defectus hæresum causa est. l. 1. f. 34. a.

Prædicare Euangelium omni creaturæ, quomodo intelligitur. l. 3. f. 75. b.

Prædicatores Euangelij quales, ostenditur. lib. 4. f. 109. d.

Prædicatores alere tenentur illi quibus ipsi prædicant. l. 9. f. 255. b. & f. 257. b. c.

Prædicatores non sunt compellendi ad manuum laborem. l. 9. f. 257. a.

Prædicationem liberam esse cuique Christiano, quantocumque à superiore prohibeatur, hæresis est & conuincitur. libro. 12. folio. 279. a.

Prædicationis officium nemo sibi vindicare debet, exemplo Ioannis baptista, nisi ad ipsum fuerit vocatus. ibidem. b. c.

Prædicatio verbi Dei pluribus è causis prohiberi licitè potest. l. 12. fo. 379. d. & 380. a.

Prædicator publicè peccator prohibendus est à superiore ne prædicet. libro. 12. fo. 380. a.

Prædicare quare rennuat Christus vsque ad tricimum suæ ætatis annum. ibidem. b.

Prædicare neminem minorum fratrum audere, nisi à suo prælato ministro generali fuerit examinatus & approbatus & ab eo sibi officium prædicationis concessum, instituit seraphicus Pater Franciscus. ibidem. c.

Prædicare verbum Dei cui est proprium. lib. 13. f. 395. d.

Prædicare non iniuriè prohibet mulierem beatus Paulus & quare. l. 13. f. 396. a.

Præcepta plura data Apostolis, non in perpetuum obseruanda. l. 4. f. 102. b.

Præceptum adorandi Christi humanitatem vbi. l. 2. f. 41. c. d.

Præceptum nullum esse in Euangelica lege, hæresis Lutheri, & conuincitur. l. 2. f. 364. d.

Præceptum de fide. ibi. f. 365. c.

Præceptum de baptismo. ibidem, & de pœnitentia. ibidem.

Præcepta decalogi pertinere ad Christianos sicut ad Iudeos ostenditur. l. 12. f. 366. b. c.

Præceptum nihil à concilio differre hæresis est Lutheri, & impugnatur. libro. 12. folio. 367. b. c.

Præceptum quid sit. l. 12. f. 368. b.

Præcepti multipliciter sumitur. l. 12. f. 368. a. b.

Præcepta omnia cum Dei adiutorio implere potest homo. l. 12. f. 372. b.

Præcepta diuina iugū suauē & onus leuē. ibi. c.

Præceptum de Dei dilectione, sicut ipse Deum

Deum non diligebat, sic perperam intellexisse ostenditur. *ibidem*. d. & quomodo illud præceptum sit intelligendum optimè declaratur. *ibidem*. & f. 373. a.

Præceptum esse diuinum de soluendi decimis ostenditur. l. 5. f. 138. c. d.

Præceptis Ecclesie obediendum esse ostenditur, quæ quidem expressiua & declaratiua sunt mandatorum Dei, libro. 6. folio. 155. a. & 156. b. c.

Præcepto de non concupiscendo quid prohibetur. l. 12. fo. 373. d. & 374. a.

Præceptum de sumptione Eucharistiæ sub vtraque specie nullum esse datum à Christo, ostenditur contra hæreticos Lutheranos. l. 6. folio. 185. d. & 186. per totum.

Præceptum nuptiarum, generaliter & pro omni tempore non fuit datum in illis verbis, Crescite. & cæc. libro. 14. folio. 426. a. b. & modo quare non obligat ostenditur. *ibidem*. b. c.

Præcepta varia sunt varièque obligant. *ibidem*. c.

Preparatio ad sumptionem Eucharistiæ quam requiritur. libro. 6. folio. 180. per totum.

Presbyteri nomine sæpè in literis sacris Episcopus intelligitur, licet non sint idem iure. l. 6. f. 158. d. & 161. a. b.

Presbyteri quare sic appellati. libro. 6. folio 161. b.

Primatus summi Pontificis ostenditur ex literis sacris. l. 12. f. 339. a. b.

Primus aut primogenitus in sacris literis non semper dicitur per comparisonem ad secundum. l. 10. fo. 271. c.

Provincialia concilia non habere integrum ius ad quæ sunt fidei indicandi, errareque posse eiusque autoritas ad quid se extendat, ostenditur. l. 1. f. 19. b. c. d. 20. a. b.

Procedere ab alio in diuinis quid sit. lib. 5. f. 149. c. d.

Pronomen demonstratiuum hoc, in consecratione Eucharistiæ corpus Christi verum ostendit. l. 6. f. 173. b.

Probare seipsum homo ante Eucharistiæ sumptionem quid sit. lib. 6. f. 180. b.

Proximi dilectio qualiter implenda. lib. 12. folio. 373. a.

Promissio diuina. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, nullus potest esse certus de sua prædestinatione. l. 12. f. 277. a.

Promisit Deus vitam æternam non quacunque mandatorum impletione, sed pro illa qua finaliter perseveratur. *ibidem*. a. b.

Prudentia carnis quæ sit. libro. 3. fo. 88. d.

Prophetia. l. 12. f. 381. b.

Prophetia Danielis de cessatione sacrificiorum explanatur. libro. 10. folio. 286. d. & 287. a. b. c.

Prophetia quæ de Christi passione præcesserunt, de passione in carne loquuntur. lib. 4. fo. 120. b.

Prophetas dei spiritu inspiratos verasque effatos fuisse ex literis sacris ostenditur, contra hæreticos hoc negantes. libro. 12. folio. 381. b. c. d.

Prophetæ quare appellati sunt videtes. *ibidem*. d.

Prophetæ notitiam proximè intuitiuam earum quæ prædixerunt rerum habuerunt. l. 12. f. 382. a.

Prophetarum testimonia vnde habent ve-

ritatem. libro. 1. fo. 2. d.

Prophetas falsos fugiendos præcepit Christus. libro. 1. fo. 36. c.

Prophetas pseudos resurrecturos prædixit Christus, quod iam impletum est & indices impleri videmus. libro. 3. fo. 75. d.

Prophetæ non auti sunt populo prædicare, quousque mandatum de prædicatione à deo acceperunt, tanta est dignitas prædicationis: vnde qui se prædicationibus ingerunt, falsi merito prophetæ censendi sunt. l. 12. f. 379. b.

Prophetare quid sit ostenditur. libro. 13. folio. 396. d.

De litera. Q.

Questio anceps fidei non ad plebem aut ad Reges aut Duces esse ducenda, sed ad maiores Ecclesie. libro. 1. f. 15. d.

Questiones asidue scholasticorum theologorum quomodo sunt interpretandæ. libro. 1. folio. 26. a. b.

De litera. R.

Racha vox in Euangelio quid innuit. lib. 12. folio. 351. d.

Rabbini apud Iudeos qui fuere ostenditur. lib. 13. fo. 414. b.

Radix heresum, cupiditas est inanis gloriæ. lib. 1. fo. 26. d.

Radix heresum peculiare vitium est in quo à natura quisque procliuus est. lib. 1. fol. 29. a. b.

Radix omnium malorum cupiditas. *ibidem*. c.

Redemptio nostra per Christum fuisse ex literis sacris ostenditur. libro. 4. folio. 123. per totum.

Regnum Dei. l. 13. fo. 386. a.

Regnum Christi in hunc mundum temporaliter non est futurum. l. 3. f. 90. & 91.

Regno Dei futuro nulla prorsus carnales dominabuntur delicta, contra plures hæreticos ostenditur. l. 3. f. 90. c. d.

Regni cælorum nomine Ecclesia designatur in sacris literis. l. 6. f. 153. b. c.

Regis malos, aut pseudopphetas esse à Dei iussione, heresis est & conuincitur. li. 10. folio. 269. c. d.

Reges malos regnare à sua ipsorum voluntate & ambitione & non à diuina iussione sacræ testantur literæ. *ibid.* c. d.

Reges malos & prælatos malos permittit Deus propter populi peccata. *ibid.* c. d.

Reges sacrilegos extimandos, qui bona Ecclesiarum sibi viurpare non verentur. libro. 6. folio. 157. c.

Regula insignis pro literalis sacræ scripturæ venando sensu. l. 1. f. 8. a.

Regula pulcherrima concilium celebrandi, l. 1. f. 15. b. c.

Regulis Aristotelicis non alliganda est diuina scriptura. l. 4. f. 116. a.

Reliquias sanctorum esse aliqua veneratione dignas ostenditur. l. 13. f. 386. c.

Reliquias sanctorum venerandas esse, exemplis scripturæ sacræ ostenditur. libro. 13. folio 387. d.

Religionem aliquam seu institutum volens laudare, quo pacto laudare debet ostenditur. l. 1. f. 23. a.

Religiosos ac religiones detrahentes qui sint ostenditur. l. 10. f. 300. a.

Relationibus oppositis exceptis in diuinis omnia quæ de vna persona dicuntur, dicuntur etiam de alijs. l. 5. fo. 150. d.

Remedia

Remedia contra luxuriam recensentur. l. 14. f. 427. c.

Reprobatio & prædestinatio ex mera voluntate proficitur diuina. l. 9. f. 265. d.

Reprobatio duplex negatiua & positiua, quarum illa nullis de meritis nostris, hæc verò propter demerita nostra. l. 9. f. 266. a.

Reprobatorum omnia peccata esse mortalia, & electorum venialia, hæresis est dicere & conuincitur. l. 12. f. 354. d.

Repromissiones non accepisse sanctos, quomodo intelligitur, eam quidem sacra scriptura earum plena sit. l. 3. f. 96. c.

Reptidium veteris legis in quo differt à diuortio nouæ legis ostenditur. l. 11. f. 320. b. c.

Respublica typum humani corporis gerit, cuius caput rector seu dominus est. lib. 11. folio 321. d.

Responsorio & Antiphonæ quæ in Ecclesia cantantur vnde auspiciata sunt, ostenditur. l. 4. f. 104. b.

Restitutio. l. 13. f. 388. d.

Restitutionem non esse necessariam ad consequendam vitam æternam hæresis est: quæ conuincitur ex literis sacris, contra Erasmus, qui hæc etiam amplexus est sententiam. l. 13. folio 388. d. & 389 per totum.

Resurrectio. l. 13. f. 389. b.

Resurrectionem mortuorum non esse futuram, hæresis est & conuincitur ex scriptura, *ibidem*, b. c.

Resurrexisset Christum die sabbati, hæresis est dicere quæ manifestè conuincitur. lib. 13. folio 390. d.

Resurrecturos omnes in sexu virili, nullumque sexum femineum futurum fore post resurrectionem, hæresis est, & conuincitur. li. 13. f. 391. a.

Resurrectio prima quæ. l. 3. f. 91. b.

Resurrectio autem secunda, quæ etiam sit. *ibidem*.

Resurrexisset Christum propria virtute ostenditur contra Cerinthum hæreticum, libro 4. folio 124. b. c.

Res eadem in sacris literis aliquando diuersa, aliquando opposita representat. l. 1. f. 7. d.

Res plures in sacris literis eandem sortiuntur nomenclaturam, quæ antea alia res ex quibus factæ sunt habebant, sic coluber ex virga, virga appellatur. Exodi. 7. l. 6. f. 173. d. 174. a.

Reuelatione aliquid esse certum quid dicitur. l. 12. f. 376. c.

De litera S.

Sacerdotes esse omnes Christianos hæresis est Lutheri, & impugnatur. libro 13. folio. 341. d. & 395. b.

Sacerdotium veteris legis non omnibus sine discrimine creditum fuit. l. 13. f. 341. d.

Sacerdotium magna veneratione habendum esse ostenditur. lib. 13. f. 392. b. & f. 344. d.

Sacerdotium nouæ legis quando fuit initium. *ibid.* c.

Sacerdotium gentilium sacrilegum & superstitiosum est. l. 13. f. 343. a.

Sacerdotis labia scientiam custodire debent. l. 1. f. 15. a.

Sacerdotes æquales esse Episcopis flagranti ambitione ductus asseruit Arius. l. 1. f. 30. a.

Sacerdos absolutus & remittit peccata per potestatem sibi à Deo collatam, vt ex scriptura patet & sanctorum testimonijs comprobatur. l. 2. f. 43. d. 44. a.

Sacerdotis veteris ac nouæ legis assignatur discrimen. *ibidem* b.

Sacerdos nouæ legis longè amplius operatur circa penitentiam, quam olim circa leprosum, Sacerdos veteris legis operabatur, *ibidem*, c.

Sacerdotes omnes quantum ad culpæ absolutionem, parè habent cum Papa potestatem, non tamè quantum ad pœnæ absolutionem. li. 2. f. 45. & l. 13. f. 393. c. d.

Sacerdotij Euangelicæ legis typum gessit Melchisedech, & præstantius esse Sacerdotio legis Mosaicæ ostenditur. li. 10. f. 282. b.

Sacerdotis partes quæ. li. 10. f. 300. d.

Sacerdos veteris legis peculiari vestimento utebatur, quando sacrificare debebat. lib. 11. folio 303. c.

Sacerdotis officium, libro 12. fo. 352. b. & l. 13. f. 395. b.

Sacerdotes moderatas posse habere diuitias contra hæreticos ostenditur libro sexto, folio 157. b. c.

Sacerdoti & Episcopatus non sunt distincti ordinis, licet in gradibus dignitatibus bene distinguantur. l. 6. f. 158. d.

Sacerdotes locum discipulorum Christi tenet. l. 6. f. 159. b.

Sacerdos Eucharistiam consciens quare sub diuersis speciebus eam sumere tenetur. lib. 6. fo. 186. d.

Sacerdotes quare Presbyteri vocantur, hoc est seniores. l. 14. f. 433. d.

Sacerdotium quomodo Christus perfecit.

Sacerdos per peccatum mortale non amittit dignitatem sacerdotalem, contra Lutherum, li. 13. f. 397. b.

Sacerdotem esse coniugatum duobus modis intelligi potest, *ibidem*, c.

Sacerdos cælebs esse debet, vt vetustissima consuetudine obseruatum vidimus, *ibidem*, c.

Sacerdotem ordinatum nunquam licitum impudè fuisse vxorem sibi matrimonio copulare, ostenditur. l. 13. fo. 398. a. b.

Sacerdotis continentia qualis esse debet ostenditur *ibid.* c. d.

Sacerdotes quando ad sacerdotium promoti fuerunt calibatum promiserunt. Vnde sequitur, non tam ab ecclesia, sed præcipuè à Deo sibi prohibitum fuisse vxores ducere, libro 13. folio 403. c. d.

Sacramentum Baptismi, Sacramentum penitentiae excellit. l. 12. f. 361. c.

Sacramenti ordinis, vnus ordo est dignitate & potestate maior alio. li. 11. f. 337. a. b.

Sacramentalis absolutio conferre iustificatio nis. l. 2. f. 45. c.

Sacramenta nullam actus gratiam, hæresis est Lutheri & conuincitur. l. 3. f. 71. a.

Sacramenta nouæ legis, longè maioris virtutis sunt, quam sacramenta & sacrificia veteris legis. l. 3. f. 86. a.

Sacramenta quæ imprimunt characterem notantur. l. 3. f. 77. c. & l. 4. f. 105. d. quæ non iterantur sicut illa quæ characterem non imprimunt. l. 4. f. 105. & 106. a.

Sacramentum confirmationis non nisi ab Episcopo potest conferri. li. 4. fo. 105. d. gratiaque conferre. l. 4. f. 133. d.

Sacramentum verum fuit matrimonium Patriarcharum in lege naturæ, libro vndecimo, f. 306. a.

Sacramentum matrimonij gratiam conferre ostenditur, l. 11. f. 305. per totum.

Sacramentum poenitentiae est in praecepto, l. 12. f. 366. a.

Sacramentum Eucharistiae non minorem conferre gratiam virtute Sacramenti fumentis sub vna specie, quam fumentis sub vtraque, ostenditur, l. 6. f. 185. d. & 186.

Sacramentum extremae vnctionis non nisi sacerdos ministrare potest, libro 14. folio. 431. d. & 432. a.

Sacramentum non potest Ecclesia instituire l. 14. f. 431. b. c.

Sacramenti extremae vnctionis materia & minister, & effectus, & decretum super eum concilij Tridentini notatur, libro 14. folio. 432. per totum.

Satisfactionem esse vnam de partibus poenitentiae, & necessariam ex literis sacris ostenditur, l. 12. f. 356. d.

Satisfactionis vocabulum vbi inuenitur, libro 12. f. 360. d. vide & de satisfactione, li. 13. folio 408. c.

Sacrificia semper fuerunt in omni lege. libro decimo, folio. 281. a. & quid sit sacrificium, ibidem.

Sacrificiorum Iudaicorum cessationem perpetuam Daniel prophetauit libro decimo, folio 286. c.

Sacrificij natura ostenditur, libro 10. folio. 297. c. d.

Sacrificia veteris legis quae holocausta dicebantur, omnia igne comburebantur, ibidem. d.

Salus aeterna acquiri non potest sine Baptismo, in actu vel voto, quando eius non adest facultas, libro tertio, folio 71. per totum, & folio 81. c. d.

Salus spiritualis à Deo nobis collata per lacrum regenerationis, libro 3. f. 79. c.

Salus corporalis saepe confertur per receptionem sacramenti extremae vnctionis, l. 14. f. 433. b. c.

Saluari nullus potest nisi in lege Euangelica, l. 9. f. 261. a.

Satanas quare à Christo fuit Petrus appellatus, l. 12. f. 375. b.

Sanctorum reliquias esse venerandas, & eorum corpora locis honorabilibus collocanda, ostenditur, lib. 13. folio. 386. per totum, & folio, 406.

Sanctorum dicta quali veneratione habenda, l. 1. f. 16. c. d. 17. a. b. c.

Sanctorum dicta magnam habent autoritatem, l. 1. f. 17. c.

Sanctos nondum accepisse repromissiones, quomodo intelligitur, l. 3. f. 96. c. d.

Sanctos esse dignos vitae aeternae scriptura sacra testatur, l. 11. f. 330. c.

Sanctorum venerationi aliquos fuisse dicatos dies vetustissima Ecclesiae est consuetudo, ipsosque orare meritorium est, libro 13. folio. 406. c. d.

Sancti pro nobis Deum orantes exaudiuntur, & quare, l. 13. f. 406. d. & 407. a. b.

Sancti in concionibus quomodo sunt extollendi, l. 1. f. 23. a.

Sagena missa in mare typum gerit Ecclesiae, l. 6. f. 157. c.

Sapientia quomodo proficiebat Christus, cum esset ipsa sapientia, libro 4. folio, 121. a. b.

Sapientia, potentia, benignitas in diuinis per

sonis, omnibus aequaliter conueniunt, libro 5. f. 150. d.

Sapientis diligentia, ex Cyrillo notatur, l. 1. f. 26. b.

Sensus quadruplex scripturae sacrae quarum literatus efficax est ad haereticos conuincendos, l. 1. f. 6. d. & f. 7. a.

Sensus mysticus sacrae scripturae aliquando admittitur ad comprehensionem alicuius dogmatis, sic Paulus mystico sensu sepe vsus est, l. 1. f. 7. b. & l. 10. f. 281. d.

Sensus literalis quis sit, & quomodo cognoscitur, ibidem c. d.

Sensus parabolicus intra literalem includi potest, l. 1. f. 8. a.

Sensus literales plures eidem literae accommodari possunt, ibidem, a. b.

Sensus scripturae verus à concilijs & doctoribus deprehenditur, quia non ex contextu literae neque grammaticali contextura est sumendus, l. 1. f. 9. d. & 10. a. & l. 4. f. 128. a.

Sententia sanctorum Doctorum de vna re concors efficax argumentum est ad haeresim conuincendam, quae quidem pro definitione Ecclesiae tenenda est, l. 1. f. 17. d. 18. a.

Sedes Apostolica quid comprehendit, quae quidem errare non potest, l. 1. f. 20. c.

Sepultura, l. 13. f. 410. d.

Sepultura locus & si non profit animae ad gloriam, vel poenam remittendam, aliam tamē habet nequaquam contemnendam utilitatem, l. 13. f. 411. per totum.

Sepeliendi corpora semper religio fuit, & quo loco sepelienda, vetustissima obseruatio, ibidem, b.

Sepelire corpora iuxta sanctorum cadauera, optimum fore antiqui censuerunt patres, l. 13. f. 411. c.

Silentium, vide, l. 13. f. 411. c.

Simonia, vide ibi, d.

Simoniacus quare censetur haereticus, li. 1. f. 2. a.

Simonis nomē quare in Petri nomē à Christo mutatur, l. 12. f. 339. a.

Synagoga sepulta est quando Deus sponsam nouam Ecclesiam sibi desponsauit, libro nono, f. 259. c.

Similitudo & imago differunt, libro 2. folio, 48. b.

Similis vocat scriptura sacra illa quae sunt eiusdem speciei, libro quarto, folio 116. a.

Signum aliquod sensibile exterius esse in ordinis sacramento ostenditur, libro 11. folio. 336. c. d.

Signum filij hominis Christi crux dicitur, l. 2. f. 40. d.

Signo cui non adest diuina promissio de gratiae collatione sacramentum dici non potest, l. 14. f. 433. a.

Signa praedestinationis assignantur, lib. 12. f. 378. d.

Sollicitudo quae à Deo hominem separat fugienda est, hanc enim prohibet Christus, & non laborem, libro secundo, f. 65. a. b. & lib. 9. f. 256. a.

Superbire non debet homo in bonis operibus, fuge itaque illam, nam multarum haeresum etiam parens est, libro vndecimo, folio. 333. b.

Subdiaconatum non esse sacramentum censet Hugo de sancto viatore, libro 11. folio 337. c.

Subditi in corpore Ecclesiae, aurium funguntur officio, l. 1. f. 15. a.

Subditi non debent iudicare de vita pastoris l. 13. f. 415. a. b.

Summum Pontificem in fidei negotio oportet consulere Cardinales, libro primo, folio 20. d. nec nouum articulum posse condere ostenditur, l. 1. f. 21. b. c. d.

Substantia & subsistentem quo pacto differunt, l. 5. f. 142. d.

Suffragia defunctis in purgatorio existentibus maximè conferre ostenditur contra haereticos, l. 13. f. 415. c. d.

Scriptura sacra & Ecclesiae definitionibus contradicens spiritui sancto contradicit, libro 1. folio 1. c.

Scripturae sacrae in linguam vulgarem translatio parens haeresim est, libro primo, folio 34. c.

Scriptura sacra nomen causae saepe effectui tribuit, l. 3. f. 68. a. b.

Scriptura sacra diuinam permissionem actionem Dei appellat, l. 10. f. 268. d.

Scriptura sacra quo pacto significant aduerbia haec nempè, donec, vsque, primò, lib. 10. folio 271. b. c. d.

Scriptura sacra, vna eandemque litera multiplicem patitur intelligentiam, in literali etiā sensu, hoc est, eadem litera plures habet literales sensus, l. 1. f. 6. d.

Scripturae sacrae epetita, l. 1. f. 2. c. quae quidem primae inuenitur veritati, quapropter falsa esse nequit, ibid. c.

Scripturam sacram vellet conuincere esse veracem rationibus naturalibus, summa dementia, ibid. f. 3. a.

Scripturae sacrae sensus mysticus, admittitur saepe ad confirmationem alicuius dogmatis, sic Paulus facit, l. 1. f. 3. b.

Scripturae sacrae sensus literalis est efficax ad haereses conuincendas, ibid.

Scripturae sacrae non pro vnus cuiusque arbitrio interpretanda, sed ab ipsa Ecclesia, à concilijs, à Doctoribus sanctis sensus petendus est, l. 1. f. 9. a. b.

Scriptura sacra plura recitat esse inuenta, quae tamen nunquam fuerunt quaesita. Cuius quidem mos maximè notandus est, lib. 2. f. 53. d. & 54. a. b. Aduerte etiam plenam esse metaphoris l. 2. f. 59. d.

Scriptura sacra testatur plures in hac vita Deum vidisse & quomodo intelligitur, libro 3. f. 88. d. & 89. c.

Scriptura sacra quos nouit secundum carnem viuere, homines appellat, libro tertio, folio. 89. a.

Scriptura sacra saepe illud appellat nihil, quod non est meritorium vitae aeternae, libro 9. f. 265. b.

Scriptura fratres appellat, qui sanguine iuncti sunt, l. 10. f. 271. d.

Scripturae sacrae litera qua recitat, plures viros plures habuisse uxores quo pacto intelligenda est, l. 11. f. 311. a.

Scriptura nulla cuiuslibet hominis docti & sancti est efficax ad haeresim conuincendam nisi id constiterit & literis sacris & Ecclesiae definitionibus, l. 1. f. 16. a.

Scripturae alicuius sancti viri & docti approbatio per sedem Apostolicam, vt fuit doctrina Alexandri Alenfis, & sancti Thomae Aquinatis quae sit & ad quid talis approbatio se extendat,

notatur, l. 1. f. 17. a. b. c.

Scriptura sacra quare mittit nos ad alios vt ab eis doceamur, l. 1. f. 18. d.

Scriptura sacra in negotio fidei non est iudex sed testis personam agit, libro primo, folio 20. d. & l. 4. f. 125. c.

Scriptura sacra non vulgari lingua traducta, & scripturae & sanctorum ostenditur testimonij, l. 1. f. 34. c. d.

Sensus verò illius vnde saepe pendeat ostenditur, l. 3. f. 69. a.

Scriptura sacra non arcanda regulis Aristotelicis, l. 4. 116. a.

Scriptura sacra saepe loquitur de reditione gloriae, nomine retributionis vitur, libro vndecimo, f. 329. c. d.

Scriptura sacra quare Deo tribuit corporea membra, cum nihil minus, l. 5. f. 142. a.

Scripturae sacrae loca quibus iustificacionem soli fidei tribuere videtur, quomodo intelligenda sunt, l. 7. f. 221. per totum.

Scientiam exquirat Deus à sacerdotibus, l. 1. f. 15. a.

Scientia ex modo tendendi in obiectum certior est fide, l. 7. f. 225. d. vide etiam de Scientia, l. 13. f. 410. b.

Schisma absque errore intellectus non est haeresis, quare verò Schismaticus appellatur haereticus vide, l. 1. f. 23. c.

Schismaticus ex solo Schismate non est censendus haereticus; in quo verò Schisma ab haeresi differat vide, ibi, b.

Schisma olim per quadraginta annos in Ecclesia Dei, ibi, c.

Scripturae apud Iudaeos qui fuere, libro 13. folio. 414. b.

Spe vitae aeternae opera facta esse bona ex facris literis ostenditur, l. 1. f. 4. d.

Spes illorum vana est qui sine meritis sperant vitam aeternam, l. 13. f. 413. c.

Spes quid sit ex beato Anselmo, libro 13. folio 413. b.

Spes nostra licet ex Christi meritis precipue procedat, etiā ex nostris procedere debere ostenditur, l. 13. f. 412. c. d.

Species per formas substantiales distinguitur, l. 2. f. 55. b.

Species panis in Eucharistia totum Christum vitium cum sanguine continent, sicut species vini totum etiam Christum cum corpore viuo continent, libro sexto, folio 185. 186.

Species panis in Eucharistia licet totum Christum contineant, solum tamen corpus significant, sicut vini species solum sanguinem repraesentat, l. 6. f. 187. b.

Spiraculum spiritum à Deo in Adam an fuit ipsa anima, libro secundo, folio, 55. d. & 56. a. b.

Spiritus nominis multiplex acceptio in facris literis, l. 2. f. 56. b. c.

Spiritus sanctum assistere concilio generali ritè congregato ostenditur, libro quarto, folio 125. d.

Spiritus sanctum habere eandem aequalitatem & eandem substantiam cum patre & filio ostenditur ex literis sacris, libro quinto, folio 148. d.

Spiritus sanctum procedere à patre & filio ostenditur ex scriptura sacra, ibidem b. & non esse animam mundi contra Abailardum haereticum ex facris literis ostenditur, ibidem d.

Spiritus viuificare, carnem vero nihil potest

desse quomodo intelligitur. libro 4. folio 186.
 Spiritus sanctus quare in die resurrectionis datur Apoftolis. l. 13. f. 393. c.
 Spiritualia non sunt precio vendenda vt simonia vitium declinetur, & quia gratis recepta sunt gratis elargienda esse debent. l. 13. f. 412. per totum.
 Status tres inuenti ab Abbate Ioachimō impugnantur, libro secundo, folio 63. per totum.
 Stellam ab stella in claritate differre quomodo intelligitur. l. 3. f. 98. c.
 Studia generalia valde necessaria in Dei Ecclesia, libro decimotercio. folio. 414. per totum.
 Stephanus pro persecutoribus veniam deprecatur. l. 13. f. 407. a.
 Status virginitatis siue continentia angelica nuncupatur vita, l. 14. f. 428. d.
 Delibera T.
 Tributum soluere quare Christus potius precepit Petro, quam alicui alij apostolo, li. 12. f. 340. b.
 Tributa nō debere soluere sacerdotes ex factō Pharaonis constat. l. 13. f. 393. a.
 Tempus a quo Concilia celebrari cōperunt notatur. l. 1. f. 15. c.
 Testimoniū, vt nos cogat ad alicui rei fidem prestandam, quale oporteat esse, ibid. d.
 Testes tres sunt qui reddunt testimonium animā a fordibus peccatorum esse absolutam & quomodo, l. 3. f. 80. a.
 Testamentum esse sanguinem Christi quomodo intelligendum. l. 10. f. 296. a.
 Testamentum vtrumque ab vno esse Deo ex literis sacris ostenditur contra Manichæum. l. 3. f. 140. c.
 Testamentum aeternum quare appellatur Euangelium, l. 6. f. 162.
 Testamenti vtriusque narratur excellentia l. 6. f. 163. c. d.
 Tenbræ appellantur peccata in sacris literis lux verò, opera bona. l. 11. f. 323. b.
 Templum sanctum corpus Domini est, l. 2. f. 42. b.
 Templorum fabricatio maximè placet Deo, l. 14. f. 417. c.
 Templura deputandum ad adorandum & ad sacrificia Deo offerenda vetustissima fuit cōsuetudo, l. 14. f. 418. a.
 Tentatio tribus modis agitur, l. 12. f. 352. c. vnde etiam, l. 14. f. 418. b.
 Tentationes qua primi parentes tentati sunt describitur ordo, l. 14. f. 418. c.
 Tentationum varia genera, ibi. d.
 Terram non esse Deo coeternam, contra hereticos ex literis sacris ostenditur. libro 14. f. 419. b.
 Terra & cœlum quo pacto mutabuntur, l. 10. f. 302. a.
 Traditiones Ecclesie vniuersalis eiusdem sunt autoritatis, cum literis sacris, quamuis in ipsis non contineantur, libro primo, folio 10. d. & f. 12. a. & 15. c.
 Traditio de Adoratione notatur, libro 1. folio. 12. b.
 Traditio de perpetua virginitate virginis Mariæ, ibid. d.
 Traditio Ecclesie de crucis adoratione, feria sexta parasceue, li. 2. f. 39. d.
 Translatio sacrarum literarum in linguam vulgarem, hæresum origo est, libro, 1. fo. 34. c.

Tertullianum beatus Augustinus ab Hæresos macula conatur liberare, in hoc quod dixit Deum habere corpus. l. 5. f. 141. a.
 Trinitas in diuinis personis ex literis sacris ostenditur, l. 7. f. 143. per totum.
 Timor Domini multiplex est, libro 4. folio. 123. d.
 Timoris Domini spiritus in Christo etiam requiritur, l. 4. f. 112. a. a.
 Timor seruilis qualis, l. 4. f. 123. d. & fo. 135. d.
 Timorem Dei seruilem esse inutilem, & noxium, hæresis est Lutheri & conuincitur, li. 4. f. 135. d.
 Timor seruilis vnde oritur & a quibus causis generetur, l. 14. f. 419. c.
 Timori seruili adaptatur parabola de rege volente rationem ponere cum seruis, ibidem d.
 Timorem seruilem esse bonum ostenditur ex literis sacris, ibidem d. & folio 420. per totum.
 Timor castus quid sit, libro decimo quarto. f. 421. a.
 Timorem Dei permanere in futuro sæculo ostenditur, vbi Angelos Deum timere ostenditur, ibid. a.
 Timoris nomine ipsa reuerentia appellatur in sacris literis ibidem b.
 Timor duplex, ibi. b.
 Tyrannus quis sit dicendus, libro 14. folio 421. c.
 Tyrannū occidere propria autoritate nō licet vasallo, vide occidere.
 Tribulationibus probatus, sp̄e habet vitæ æternæ, l. 13. f. 413. a. b.
 Tribulationum duplex genus, ibi. b.
 Theophilactus, super illud ad Hebræos 11. Et hi omnes testimonio fidei probati, & cate. & super illud Lucæ 23. Hodie mecum eris in paradiso, cautè legendus est & attentè, lib. 3. folio. 94. c.
 Thomæ de Aquino sententię non acquiescēt minimè (vt alicui dicunt) de hæresi suspectus censendus est, l. 1. f. 16. c. d.
 Thomas Apoftolus, de Christi resurrectione dubius fuit, l. 1. f. 25. c.
 Thomas Apoftolus, licet non erat cum reliquis Apoftolis quando venit Iesus, nihilominus potestatem tunc recepit remittendi peccata sicut & ceteri. l. 13. f. 393. d. & 394. a.
 Thomæ Aquinatis dictum, quo insinuare videtur legem de vnitare vxoris non esse expressam in literis sacris, quomodo intelligi debet. l. 11. f. 310. b.
 Theologorum assiduæ quæstiones quomodo intelligenda. l. 1. f. 26. a. b.
 Theologi scholastici perperam allegant locū Ioannis, Hæc est vita æterna, & cat. ad probandum precipuam beatitudinis partem esse Dei visionem minorem autem dilectionem, eum nihil minus. l. 3. f. 93.
 Turcas debellare exquisitum est, li. 3. f. 100. c. d. & 101. a.
 De litera V.
 Vasa sanctuarij veneranda sunt, libro 12. folio 392. b.
 Vasa facere Deum in contumelia, nempe homines damnandos, quo pacto intelligitur. l. 10. f. 268. d.
 Valentinum consequutum fuisse gratiam sine baptismo in actu, beatus facitur Ambrosius. l. 3. f. 84. a.

Venire

Venire ad Deum quid sit. l. 3. f. 72. b. c.
 Veritas omnis non appellatur fides, libro 1. fo. 2. b.
 Veritas aliqua quod sit catholica vnde proveniat, l. 1. f. 21. d.
 Veritas quid sit, l. 10. f. 274. d.
 Verum occultare sepe licitum est, mendacium verò dicere nunquam, lib. 10. f. 274. c. & l. 14. f. 421. d.
 Verum occultare & falsum dicere maximè differunt, ibid. c.
 Verba consecrationis Eucharistia perperam exponunt hæretici, lib. 6. folio. 167. & folio 173. a. b.
 Verba consecrationis Eucharistia nō figuratiuè sunt intelligenda. l. 6. f. 167. d.
 Verbum substantiuum est, non debet in verbis consecrationis exponi per hoc verbum significat. l. 6. f. 168. a. b.
 Verbum Dei qualiter est cibus animæ, lib. 6. f. 169. b.
 Verba consecrationis Eucharistia explanantur catholicè, l. 6. f. 165. b.
 Verbum Dei multis modis contigit, vt conueniatur. l. 12. fo. 380. a.
 Vesca carnis licere ex literis sacris constat. l. 4. f. 107. c.
 Vestimento peculiari utebantur sacerdotes veteris legis cum offerre debebant, libro 11. folio 303. c.
 Veterem legem non esse seruandam iuxta omnia illius præcepta simul cum noua, conuincitur ex literis sacris, libro 9. folio 259. per totum.
 Vnum baptisma sicut vna Christi mors debet esse, li. 3. f. 77. b.
 Videre Deum neminem posse quomodo intelligitur, l. 3. f. 88. d.
 Vidisse Deum plures testatur scriptura & quomodo: ibid. d.
 Videre faciem Dei quo pacto angeli desiderant, l. 3. f. 89. b. c.
 Viduam emissio voto continentia, si nubat, damnationem habere, vt Paulus ait, quomodo intelligitur. l. decimo quarto. f. 436. a.
 Vniuersitas siue Academia non habet potestatem de hæresi iudicandi, ita quod eius censura omnes obtemperare teneantur, libro 1. folio. 19. d.
 Vinæ laboratores in Euangelio circa solutionem mercedis pares factos quomodo intelligitur, li. 3. f. 99. b. c.
 Vinculum matrimonij non soluitur pro coniugum arbitrio, etiam si sit in causa adulterium l. 11. f. 311. & 312. & f. 316. per totum.
 Vindicta appetitus prohibitus est lege diuina. l. 12. f. 367. d.
 Vinum temperatè bibere non est malum, sed bonum esse ostenditur cōtra hereticos hoc negantes. l. 14. f. 423. a. b.
 Via Dei quæ sint ostenditur, libro. 2. folio 54. d.
 Violentia violenti res tuas rapere licitum esse resistere. l. 3. f. 100. c.
 Vita præsens in sacris literis dies appellatur, l. 12. f. 384. a. b.
 Vitam æternam mereri per bona opera quomodo intelligitur, l. 11. f. 331. c. c.
 Vita æterna solum finaliter bene perseuerantibus promittitur, l. 12. f. 377.
 Viuere legi quid sit ostenditur, libro 6. folio. 163. d.

Viri nomine sacra scriptura & masculinum & femineum sepe intelligit. l. 13. f. 391. b.
 Vir simplex & sanctus aliquando nūcia ve-rriora, quam vir doctus & circumspectus. lib. 10. f. 283. c.
 Virum perfectum non debere manibus laborare hæresis est & conuincitur, libro 9. folio. 255. a. b.
 Vir quomodo debet diligere vxorem, lib. 11. f. 305. b.
 Virum & vxorem æqualem & mutuam habere inter se corporum suorum potestatem ostenditur, li. 1. f. 50. a. b.
 Virum esse capti mulieris quomodo intelligitur, l. 11. f. 315. c.
 Virgo semel emissio virginitatis voto si nubat damnationem incurrere ait Paulus, libro 14. fo. 426. b. c. in Christumq; adulterium committit. ibid.
 Virginitatem perpetuam custodisse virginem Mariam: vide Maria.
 Virginitas commendatur a Christo maioris enim meriti existimatur, quam coniugium. libro 14. fo. 423. c. d. & plura de virginitate vide ibid. l. 14. f. 424.
 Virginitatē siue castitatem esse impossibile seruare hæresis est Lutheranorum, qui nunquā eam nouerunt, l. 14. f. 424. b.
 Virginitas vel continentia cum Dei auxilio faciliter obseruatur, ibid. b.
 Virginitas præstantior est matrimonio lib. 13. f. 150. & 151. a.
 Vri carnis concupiscentia, non est qui a carne tentatur, sed illi solum vri dicuntur, qui a carnis concupiscentia superantur & prosternuntur, l. 13. f. 149. a.
 Virtutes ad virginitatis & continentia custodiam plures requiruntur, & quæ lib. 14. folio. 424. d.
 Virtutis obiectum est bonum difficile. l. 14. f. 425. d. & acquiritur, l. 14. f. 428. a.
 Vim seu virtutum baptismi varijs maculare hæresibus molitur hæretici, l. 3. f. 70. d. 71. a.
 Vique aduerbium in sacris literis quomodo significet ostenditur, l. 10. f. 271. b.
 Vfusas petere ab alieno permissum fuit Iudæis ob suam ipsorum ingentem cupiditatem voraginem. l. decimo quarto, folio 443. b. c. & eas esse peccatum ex literis sacris ostenditur, ibidem.
 Vocationem nostrā certam facere per bona opera fatagere debemus, l. 7. f. 226. a.
 Votum semel emissum perpetuè seruadum esse ex literis sacris ostenditur, l. 14. f. 434. c. d.
 Votum testimonij sanctorū, & definitionibus conciliorum comprobatur, li. 14. f. 436. & 437.
 Vota tria nempe castitatis, paupertatis, & obedientia tribus mundi concupiscentijs aduersantur ibid. f. 437. b.
 Voti emissi adimpletio ex iure diuino est, l. 14. f. 441. b.
 Vouere potest homo quod Deus non precepit, contra Lutheranos dicentes nihil posse vouere nisi quod a Deo præceptum est, libro 14. f. 442. per totum.
 Voluntas quando pro facto reputanda meretur. l. 3. f. 83. c.
 Voluntarium a necessario distinguit Paulus l. 9. f. 263. b.
 Voluntates duas habere Christum ostenditur, l. 4. f. 121. c.

Vxorum pluralitas iure diuino est prohibita, l. ii. f. 59. b.

Vxor quomodo diligenda est à viro suo. l. ii. fol. 305. b.

Vxores duas licitum esse matrimonio copulari sibi, & copulatas simul habere, hæresis est dicere. libro ii. folio 307. c. & conuincitur, ibid. f. 307.

Vxor em & virum mutuum & æqualem inter se suorum corporum habere potestatem ostenditur, l. ii. f. 308. a. b.

Vxores plures habuerunt patriarchæ Abraham & Iacob, & c. & quare, l. ii. f. 310. b. c. d.

Vxores plures habuerunt homines in lege veteri cuius intelligentiam vide. l. ii. f. 311. a.

Vxorem non demittendam fore etiam propter fornicationis causam testimonijs scripturæ & sanctorum ostenditur, libro ii. folio 316. per totum.

Vxor & vir pares sunt in causa diuortij. l. ii. f. 315. & 316. & 317.

Vxorem dimittendi ob fornicationem, continentiam perpetuò seruare (vel vxori recôcilietur) non debet esse durum. l. ii. f. 319. b. c.

Vxorem repudiandi in veteri lege nõ licebat absque peccato aliam ducere, licet permittebatur ob eorum duritiam. l. ii. f. 320. b.

Vxorum dimittendi quo ad thorum plures possunt concurrere causæ. ibidem d.

Vulgus parabolas scripturæ sacræ & metaphoras quibus plena est intelligere non valet ideo scriptura suo idiomate minimè tradenda est. lib. i. f. 35. a.

De litera z.

zelus indiscretus parens hæresum est. lib. i. fo. 32. a.

zelus indiscretus Lutheri, quo inuehit in clerum & monachatum quomodo obuiandus erat. ibid. b.

zelus virorum bonorum Deo rem perditam curandam committit. ibid. c.

zizanix parabola declaratur, l. i. f. 33. c.

F I N I S.

INDEX HÆRETICORVM
OMNIUM, QVORVM HÆRESES IN HOC

opere recententur: per quem indicem quilibet facillimè reperire poterit cuiuslibet hæretici rationem, ita videlicet, vt sciat quifnam fuerit hæreticus ille, & quot, qualesque hæreses docuerit.

A Chatius, in titulo de Deo, hæresi. vi.
Acephali, titulo de Christo, hæresi. iiii.
Adamiani, titulo de nuditate, hæresi. i. & titulo de nuptijs, hæresi prima.
Adamita, titulo de coitu, hæresi. i.
Adelphius, titulo de baptismo, hæresi. iiii. & titulo de oratione, hæresi prima.
Aerius, titulo de cibo, hære. i. et titulo de episcopò, hære. i. & titulo de ieiunio, hæresi. iij. & titulo de nuptijs, hære. i. & titulo de sacerdotio, hæresi prima.
Aetius, titulo de Deo, hære. sexta. & titulo de peccato, hæresi. v.
Albanenses, titulo de anima, hære. viij. & titulo de baptismo, hære. iiii. & titulo de Deo, hæresi. i. titulo de inferno, hæresi. i. et titulo de iudicio, hæresi. ij. et titulo de iuramento, hære. i. & titulo de libertate arbitrij, hære. i. & titulo de mundo, hæresi. i. & ij. et titulo de peccato, hæresi. i. & titulo de præscientia, hære. i. & ij. & titulo de resurrectione, hæresi prima, et titulo de scriptura sacra, hæresi prima.
Albigenses, titulo de anima, hære. vij. & titulo de baptismo, hære. iiii. et titulo de cibo, hære. i. & titulo de Deo, hære. i. et titulo de resurrectione, hæresi. i.
Almaricus, titulo de Adam & Eua, hæresi. iij. et titulo de beatitudines, hære. prima. et titulo de eucharistia, hæresi. iij. et titulo de inferno, hæresi. i. et titulo de resurrectione, hære. i.
Alogiani, titulo de Deo, hære. vij. et titulo de scriptura sacra, hæresi. viij.
Anabaptistæ, titulo de baptismo, hæresi quinta.
Andiani, titulo de anima, hæresi quarta.
Andreas Osiander, titulo de missa, hæresi secunda.
Angelici, titulo de idololatria, hære. prima.
Antidicomaricæ, titulo de Maria virgine, hæresi. i.
Anthropomorphitæ, titu de Deo, hæresi. ij. et titulo de ecclesia, hæresi. iiii. et titulo de imagine, hæresi. prima. et titulo de pascha, hæresi. i.
Apelles, titulo de Christo, hæresi. ij. et. xij. et titulo de Deo, hære. i. et titulo de prophetis, hæresi. prima, et titulo de resurrectione, hæresi. i.
Apocaritæ, titulo de anima, hæresi tertia.
Apollinaris, titulo de Christo, hæresi. ij. et ij.
Apostolici, titulo de apostolis, hæresi. ij.

et titulo de iuramento, hæresi. ij. et titulo de paupertate, hæresi. i. & titulo de purgatorio, hæresi. i.
Aquarij. titu. de Eucharistia. hære. vi.
Armachanus. titu. de sacerdotio, hæresi quinta.
Arabici, titu. de animo, hæresi. vi.
Armeni, titulo de Adam & Eua, hære. iij. & tit. de baptismo, hære. iij. & v. & vi. & vij. & ti. de beatitudine, hæresi. i. & vi. & x. titu. de Deo, hære. ij. & xij. & titulo de Eucharistia har. ij. & iiii. & vij. & viij. & titulo de inferno, hære. ij. & titulo de iudicio, hæresi. iij. & titulo de nupt. har. iij. & iiii. & titu. de papa, hære. i. & titu. de peccato. hære. i. & ij. & iij. & viij. & x. titu. de purgatorio, hære. i. et titulo de resurrectione, hære. iij. et. v. et titulo de sacramentis, hære. i.
Archontici, tit. de mundo, hære. iij. et titulo de resurrectione, hæresi prima.
Arnoldus Brixientis, titu. de beatitudine, hæresi. i.
Arrius, titulo de de Christo, hæresi. v. et titulo de Deo, hæresi. vi. et. x.
Artemon, titulo de Christo, hæresi prima.
Ausentius, titulo de virginitate, hæresi prima.
B Aiolenses, ti. de iuramento, hæresi. i.
Balthasar, titulo de baptismo, hæresi. v. et titulo de imaginibus, hæresi. i.
Bardesanes, titulo de fato, hæresi. i. et titulo de libertate arbitrij, hæresi. i.
Basilides, titulo de Christo, hære. vij. et titulo de martyrio, hære. i. et tit. de resurrectione, hære. i. et titulo de virginitate hæresi prima.
Bassus, titulo de Christo, hæresi octaua.
Begardi et Beguinæ, titulo de beatitudine, hære. iiii. et. v. et titulo de coitu, hære. iij. et titulo de eccle. hære. iij. et titulo de ieiunio, hæresi. iij. et titulo de obedientia, hære. i. et titulo de operibus, hære. iij. et titulo de peccato, hæresi nona.
Berengarius, titu de Eucharistia, hære. iij.
Blastus, titulo de malo, hære. i. et titu. de pascha, hæresi. i.
Bohemi, titulo de eucharistia, hæresi vltima, et titulo de sanctis, hæresi. i.
Borboriani, titulo de iudicio, hæresi. i.
Brachitæ, titulo de anima, hæresi. iij.
Bugarius de monte falcone, titulo de operibus, hæresi. ij.
Caiani,

CAiani, titulo de idololatria, haeresi. i. & titulo de Iuda, haeresi. i. & titulo de lege, haeresi. ij. & titulo de resurrectione, haeresi. i.
Chaldæi, titulo de Iuda, haeresi. i.
Carolostadius, titulo de imaginibus, haeresi prima.
Carpocratæ siue Carpocratiani, titulo de Christo, haeresi. i. & titulo de mundo, haeresi. iij. & titulo de resurrectione, haeresi. prima, & titulo de scriptura sacra, haeresi. i.
Cathari, qui & Nouatiani, vide in dictione Nouatiani.
Catharistæ, titu. de cibo, haere. i. & titulo de Eucharistia, haeresi. i. & titulo de iuramento, haeresi. i. & titulo de sacramentis, haeresi. i.
Cataphryges vel Cataphrygi, titu. de baptismo, haeresi. ij. & iij. & titulo de nuptiis, haeresi. ij.
Celestinus, titulo de gratia, haeresi. prima.
Cerdon, titulo de Christo, haeresi. ij. & titulo de Deo, haeresi. i. & titulo de lege, haeresi. ij. & titulo de malo, haere. ij. & titu. de scriptura sacra, haere. i. & iij.
Circuitores, titulo de martyrio, haeresi. iij.
Circuncelliones, titulo de ecclesia, haer. i. & titulo de martyrio, haeresi. iij.
Claudius Taurinensis, titulo de Adoratione, haer. i. & tit. de baptismo, haer. vi.
Cerinthus, titulo de beatitudine, haere. ij. & titulo de Christo, haeresi. i. & titulo de lege, haeresi. i. & titulo de mundo, haeresi. iij. & tit. de scriptura sacra, haeresi. iij. & v.
Coluthiani, titulo de malo, haeresi. iij.
Constantinus quintus Imperator Constantinopolitanus, titulo de imaginibus, haeresi. i.
Constantinus sextus imperator, titulo de imaginibus, haeresi. i.
Cozocenses, titulo de iuramento, haeresi. prima.
Cyprianus, titulo de baptismo, haeresi. quinta.
DAdoes, titulo de baptismo, haeresi. iij.
Decartitæ, titulo de anima, haeresi, quarta.
Deliderius Longobardus, titulo de paupertate, haeresi. ij.
Diofcorus, titulo de Christo, haeresi. iij.
Diotrophes, titulo de peregrino, haeresi. i.
Discalceati, titulo de calcamento, haeresi. prima.
Donatistæ, titulo de baptismo, haere. v. & titulo de ecclesia, haeresi. i.
EBion, à quo Ebionitæ, titulo de Christo, haeresi. i. & titulo de lege, haeresi. prima, & titu. de scriptura sacra, haeresi.

iiij. & vi.
Elcesai, siue Elcesaitæ, titulo de lege, haere. i. & tit. de martyrio, haere. i. & titulo de scriptura sacra, haeresi. sexta.
Eluidius, titu. de Maria virgine, haere. i. & titulo de virginitate, haeresi. i.
Eucratitæ, vide in dictione Tatianus. Nam Encratarum princeps fuit Tatianus.
Ermigildus, tit. de Deo, haeresi. sexta.
Euchitæ & Enthusiastæ, vide in dictione Messaliani.
Eunomius, titulo de Deo, haer. vi. & x. & titulo de fide, haeresi. secunda.
Eustachius, titulo de sanctis, haer. i. & titulo de templo, haere. prima.
Eutyches, titulo de Christo, haeresi. iij.
Eurychius, titulo de resurrectione, haeresi. secunda.
FAustus, tit. de anima, haeresi. quarta.
Felix, tit. de anima, haere. iij. & titulo de imaginibus, haeresi. prima.
Felix alius, titulo de virginitate, haeresi. prima.
Felix alius, titulo de terra, haeresi. prima.
Felicianus, titulo de Deo, haeresi. sexta.
Flagellantes, titu. de aqua, haere. ij. & tit. de baptismo, haer. ix. & titulo de Evangelio, haeresi. prima, & titulo de iuramento, haeresi. ij.
Florinus, à quo Floriani, titulo de coitu, haere. i. & titu. de iudicio, haere. i. & tit. de malo, haere. i.
Geminator, titulo de virginitate, haere. prima.
Genialis, titulo de virginitate, haeresi. i.
Gnostici, titulo de anima haeresi. iij. & titulo de bestiis, haeresi. i. & titulo de creatura, haeresi. i. & titulo de Deo, haeresi. i. & titulo de iudicio, haeresi. i. & titulo de malo, haere. ij.
Gothi, titulo de Deo, haeresi. sexta.
Græci titulo de beatitudine, haere. vi. & titulo de cibis, haeresi. i. & titulo de coitu haeresi. i. & titulo de Deo, haeresi. xij. & titulo de Eucharistia, haeresi. ij. & septi. & ix. & xij. & titulo de inimicis, haere. i. & titulo de nuptiis, haeresi. ij. & iij. & titulo de papa, haere. ij. et titulo de purgatorio, haeresi. i. & titulo de restitutione, haeresi. i. & titulo de suffragiis, haere. i. & titulo de vnctione extrema, haeresi. i. et titulo de usura, haeresi. prima.
Guilielmus Antuerpiensis, titulo de paupertate, haeresi. secunda.
Guilielmus de sancto amore. Vide infra in dictione Vvillelmus.
Heraclionitæ, titulo de vnctione extrema, haeresi. prima.
Heliognosti, titulo de idololatria, haeresi. i.
Hermannus Riswich, titulo de angelis, haeresi.

haeresi. i. titulo de anima, haeresi. vi. & titulo de inferno, haeresi. i. & titulo de mundo, haeresi. prima.
Henricus, titulo de baptismo haeresi. v.
Hermias, titulo de anima, haere. iij. & titulo de baptis. ha. i. & iij. tit. de malo, ha. i. & titulo de mundo, haeresi. prima.
Hilarius titulo de cantu, haeresi. prima.
Hymeneus, titulo de resurrectione, ha. i.
Hierachitæ, titulo de resurrectione, ha. i.
Iacobellus, titulo de Eucharistia, haeresi. vltima.
Iacobitæ, titulo de confessione, haeresi. i.
Ianuarus, titulo de virginitate, haeresi. i.
Ignoitæ, titulo de Deo, haeresi. octava.
Ingeniolus, titulo de virginitate, haere. i.
Ioachim Abbas, in titulo de Apostolis, haeresi. prima, & titulo de Evangelio, haeresi. secunda.
Ioannes Brentius, titulo de baptismo, haere. si vdecima.
Ioannes Caluinus, titulo de missa, haeresi. ij. titulo de operibus, haeresi. iij. titulo de peccato, haere. x. & xi. titulo de precepto, haeresi. ij. titulo de sacerdotio, haeresi. iij. titulo de gratia, haeresi. ij. titulo de virginitate, haeresi. i. titulo de voto, haeresi. prima & secunda.
Ioannes Oecolampadius, titulo de oratione, haeresi. ij. & titulo de bello, haeresi. i. & titulo de Eucharistia, haere. iij. & titulo de libertate arbitrii, haeresi. i. & titulo de sanctis, haeresi. prima.
Ioannes Huf, titulo de Ecclesia, ha. i. & tit. de Eucharistia, haer. vltima. & titulo de excommunicatione, haere. i. & titu. de oratione, haer. iij. & titu. de papa, ha. i. & titulo de potestate, haer. i. & titu. de predestinatione, ha. i. & titu. de sanctis, haeresi. i.
Ioannes de Rokefana, ti. de ecclesia, ha. i.
Ioannes Spagebergus, titu. de operibus, haeresi. iij. titulo de preceptis, haere. iij. titulo de fide, haeresi. prima, titulo de gratia, haeresi. tertia.
Ioannes de Vvesalia, titulo de aqua, haere. ii. & titulo de ecclesia, haeresi. ij. & iij.
Ioannes Vvicleph, titulo de adoratione, haeresi. prima, & titulo de baptismo, haeresi. vij. titulo de benedictione, haeresi. i. titulo de cantu, haer. i. titulo de confessio ne, haeresi. i. titulo de confirmatione, haere. prima, & titulo de decimis, haeresi. i. & titulo de ecclesia, haeresi. iij. & iij. & titulo de elemosyna, haeresi. i. & titulo de episcopis, haer. i. & ij. & titulo de eucharistia, haer. iij. & v. titulo de excommunicatione, ha. i. titulo de exorcismo, haer. i. titulo de futuro contingente, ha. i. titulo de horis canonicis, haere. prima,

titulo de ieiunio, haer. prima. & ij. titulo de imaginibus, ha. i. titulo de indulgentiis, haer. prima, titulo de labore, haeresi. ij. titulo de libertate arbitrii, haer. prima. titulo de mendicitate, haer. prima, titulo de missa, ha. i. titulo de monachatu, haere. i. titulo de oratione, haere. iij. & iij. titulo de Papa, haer. prima, titulo de potestate, haere. i. titulo de predicatione, haeresi. prima, titulo de reliquiis, haere. i. titulo de sacerdotio, haeresi. ij. & v. titulo de sanctis, haeresi. prima, titulo de voto, haeresi. prima.
Iouinianus, titulo de cibo, haere. ij. titulo de beatitudine, haere. vij. titulo de gratia, haeresi. ij. titulo de ieiunio, haeresi. i. & ij. titulo de libertate arbitrii, haere. iij. titulo de Maria virgine, haere. prima. titulo de peccato, haere. viij. & ix. titulo de virginitate, haeresi. prima.
Iulianus episcopus, titulo de gratia, haere. i.
LAmperiani, titulo de voto, haeresi. prima.
Leo tertius Imperator Constantinopolitanus, titulo de imaginibus, haeresi. i.
Leo quartus Imperator, titulo de imaginibus, haeresi. prima.
Lollardi, titulo de aqua, haere. secunda.
Luciferiani, titulo de anima, haere. v.
Lutherus, titulo de absolutione, haere. prima & secunda, titulo de bello, haere. secunda, titulo de caractere, haere. prima, titulo de cibo, haer. secunda, titulo de concilij, haere. prima, titulo de confessione, haere. prima, titulo de confirmatione, haeresi. prima, titulo de contritione, haeresi. prima, titulo de ecclesia, haeresi. prima & tertia & quarta, titulo de Eucharistia, haere. quinta & decima & vltima, titulo de excommunicatione, haer. prima, titulo de fide, haer. secunda, titulo de gratia, haeresi. iij. titulo de ieiunio, haeresi. i. & ij. titulo de indulgentiis, haeresi. i. titulo de iniuria, haeresi. i. titulo de labore, haeresi. ij. titulo de libertate, haeresi. i. & ij. titulo de mendicitate, haeresi. i. titulo de merito, haeresi. i. titulo de missa, haeresi. ij. & iij. titulo de monachatu, haeresi. i. titulo de muliere, haeresi. i. titulo de nuptiis, haeresi. iij. titulo de obedientia, haeresi. i. titulo de operibus, haeresi. i. & ij. titulo de oratione, haeresi. iij. titulo de ordinis sacramento, haeresi. i. titulo de papa, haeresi. i. titulo de peccato, haeresi. iij. & v. titulo de penitentia, haeresi. i. & ij. titulo de preceptis, haeresi. i. titulo de purgatorio, haeresi. i. & ij. & iij. & iij. titulo de sacerdotio, haeresi. i. & iij. titulo de sacramentis, haeresi. i. & ij. titulo de sanctis, haeresi.

- haresi. i. titulo de fatiſ factione, haresi. i. titulo de ſcriptura ſacra, haresi. vij. titulo de ſcientia, haresi. i. titulo de ſpe, haresi prima.
- M**acedonius, titulo de Deo, haresi decima.
- Macharius, titulo de Chriſto, hare. vi.
- Manichaeus, titulo de anima, har. iij. titulo de bello, hare. xi. titulo de beſtijs, hare. i. titulo de carne hu. hare. i. titulo de cibo, haresi. i. titulo de Chriſto, hare. ij. titulo de creatura, hare. i. & ij. titulo de Deo, hare. i. titulo de diabolo, haresi. i. titulo de euchariftia, haresi. i. titulo de Ioanne Baptiſta, hare. i. titulo de iudicio finali, hare. i. titulo de lege, hare. ij. titulo de libertate, hare. i. titulo de malo, hare. ij. titulo de nuptijs, hare. i. titulo de peccato, haresi. i. titulo de ſcriptura ſacra, haresi prima.
- Marcus, à quo Marcita, titulo de baptiſmo, hare. ij. titulo de Chriſto, hare. vij. titulo de reſurrectione, haresi prima.
- Marcionita, titulo de baptiſmo, haresi. iij. titulo de Deo, hare. i. titulo de lege, haresi. ij. titulo de nuptijs, hare. i. titulo de reſurrectione, haresi. i. titulo de ſcriptura ſacra, haresi tertia.
- Martianus, titulo de virginitate, hare. i.
- Martinus Butzerus, titulo de baptiſmo, hare. xi. titulo de peccato, haresi. x. titulo de ſacerdotio, haresi. iij. titulo de gratia, haresi tertia.
- Marſilius Paduanus, titulo de eccleſia, haresi. iij. titulo de epiſcopis, haresi. i. titulo de papa, haresi. i. titulo de ſacerdotio, haresi. ij.
- Maximilla, titulo de baptiſmo, haresi tertia.
- Maximinus, titulo de Deo, haresi ſexta.
- Melchifedeſchiani, titulo de Melchifedeſch, haresi prima.
- Menander, à quo Menandriani, titulo de creatura, haresi prima, titulo de mundo, haresi tertia.
- Meſſaliani, titulo de anima, haresi. iij. titulo de baptiſmo, hare. quarta, titulo de Euchariftia, hare. viij. titulo de labore, hare. i. titulo de oratione, haresi prima & ſecunda.
- Metangiſmonita, titulo de Deo, hare. vi.
- Monothelita, titulo de Chriſto, hare. vi.
- Montanus, titulo de baptiſmo, haresi. iij. titulo de nuptijs, haresi. ij. & iij. titulo de penitencia, hare. iij. titulo de prophetis, haresi ſecunda.
- Muſorita, titulo de idololatria, hare. i.
- N**azarai, titulo de lege, hare. prima.
- Nestorius, titulo de Chriſto, hare. iij. titulo de Euchariftia, hare. iij. & vltima, & titulo de Maria virgine, haresi ſecunda.
- Nicolaus Gallectus, titulo de occiſione, haresi prima.
- Nicolaita, titulo de coitu, hare. prima, titulo de mundo, hare. tertia.
- Noëtus, à quo Noëtiani, tir de Deo, ha. v.
- Nouariani, titulo de nuptijs, ha. ij, titulo de penitencia, hare. tertia.
- O**phite, titulo de idololatria, hare. prima, titulo de reſurrectione, haresi prima.
- Origenes, titulo de Adam & Eva, hare. ij. titulo de anima, hare. vij. titulo de beatitudine, hare. iij. titulo de Deo, haresi. vi. & ix. titulo de diabolo, haresi. ij. titulo de inferno, hare. ij. titulo de reſurrectione, hare. i. & iij.
- P**atentius, titulo de Deo, hare. ſexta.
- Paterniani, titulo de carne humana, hare. prima.
- Patritiani, titulo de carne humana, hare. prima.
- Pattalorinchita, titulo de ſilentio, har. i.
- Paulus Samofatenus, à quo Paulianiſta, titulo de baptiſmo, hare. ij. & titulo de Chriſto, hare. prima.
- Pauperes de Lugduno, vide in diſtione V valdenſes.
- Pelagius, titulo de Adam & Eva, haresi. quarta, titulo de baptiſmo, haresi. viij. titulo de gratia, hare. prima & ſecunda, titulo de libertate, hare. tertia, titulo de merito, hare. ſecunda, titulo de oratione, hare. tertia, titulo de peccato, hare. i. & ix.
- Pepuſiani, titulo de muliere, hare. prima.
- Petilianus, titulo de martyrio, haresi ſecunda.
- Petrus Abailardus, titulo de beatitudine, hare. i. titulo de Chriſto, haresi. viij. & ix. titulo de Deo, haresi. vi. xi. & xij. titulo de fide, haresi. i. titulo de futuro contingenti, haresi. i. titulo de libertate arbitrij, haresi. i. titulo de oratione, haresi. iij. titulo de tentatione, haresi. i. titulo de timore Dei, haresi. ij.
- Petrus de Bruis, titulo de baptiſmo, haresi quinta.
- Petrus Ioannis, titulo de anima, haresi. i. titulo de Apoſtoliſ, har. i. titulo de baptiſmo, haresi. iij. titulo de Chriſto, haresi. x. titulo de Euangelio, haresi. ij.
- Petrus Drefenſis, titulo de Euchariftia, haresi vltima.
- Petrus Gnaphaus, titulo de Chriſto, haresi tertia.
- Philippus Melancthon, titulo de baptiſmo, haresi. xi. & in titulo de libertate, hare. i. titulo de operibus, hare. iij. titulo de peccato, hare. x. titulo de praeceto,

- pto, haresi. i. & ij. titulo de Euangelio, haresi. iij. titulo de fide, haresi. i. titulo de gratia, haresi tertia.
- Photinus, titulo de Chriſto, haresi prima.
- Picardus, titulo de coitu, haresi decima.
- Plotinus, titulo de virginitate, haresi. i.
- Prædeſtinati, titulo de prædeſtinatione, haresi prima.
- Prifcillianus titulo de anima, haresi. vij. titulo de cibo, haresi. i. titulo de creatura, haresi. ij. titulo de Deo, haresi. v. titulo de diabolo haresi. i. titulo de fato, haresi. i. titulo de iuramento, haresi. ij. titulo de nuptijs, haresi. i. & iij. titulo de prophetis, haresi. ij.
- Prifca, titulo de baptiſmo, haresi tertia.
- Proclianita, titulo de Chriſto, haresi. ij. titulo de iudicio finali, haresi. i. titulo de reſurrectione, haresi prima.
- Pſalliani, vide in diſtione Meſſaliani.
- Pſeudapoſtoli, titulo de Apoſtoliſ, haresi. ij. titulo de decimis, haresi. i. titulo de eccleſia, hare. iij. titulo de iuramento, haresi. i. titulo de obedientia, haresi. i. titulo de papa, haresi. ij. titulo de templo, haresi. i. titulo de voto, haresi. i.
- R**hetorii, titulo de haereticis, hare. i. Rogatiani, titulo de eccleſia, haresi. i. Rutedi, titulo de euchariftia, haresi. ij.
- S**abas, titulo de baptiſmo, haresi. iij.
- Sabellius, titulo de Deo, haresi quinta.
- Samſei, titulo de lege, haresi prima.
- Saturninus, titulo de coitu, ha. i. titu. decreata, hare. i. titulo de mundo, her. iij. Seleucus, à quo Seleuciani, titulo de anima, haresi. iij. titulo de baptiſmo, haresi prima, titulo de malo, hare. i. titulo de mundo, haresi. i. titulo de reſurrectione, haresi prima.
- Sethiani vel Sethoita, titulo de idololatria, haresi prima.
- Seuerus, à quo Seueriani, titulo de Adam & Eva, haresi. i. titulo de reſurrectione, haresi. i. titulo de ſcriptura ſacra, haresi prima & quinta & ſexta, titulo de vino, haresi prima.
- Symeones, titulo de baptiſmo, hare. iij.
- Simon Magus, titulo de coitu, hare. i. tit. de creatura, hare. i. titulo de mundo, haresi. ij. titulo de reſurrectione, haresi. i. titulo de ſimonia, haresi prima.
- T**alcodrogita, titulo de anima, haresi quarta.
- Tatianus, titulo de Adam & Eva, hare. i. titulo de cibo, hare. i. titulo de nuptijs, haresi prima, titulo de ſcriptura ſacra, haresi ſexta, titulo de vino, haresi prima, Tſalite titulo de anima, haresi. iij.
- Teffareſcedecatita, titulo de Paſca, haresi prima.
- Terrullianus, titulo de anima, haresi. v. & vi. titulo de Deo, haresi. ij. titulo de nuptijs, haresi ſecunda.
- Tetradite, titulo de anima, hare. iij.
- Thaborita, titulo de templo, haresi. i.
- ~~T...~~
- Turrelupini, titulo de verecundia, haresi prima.
- V**Adiani, vide in diſtione Antropomorphite.
- Valentinus, titulo de Chriſto, hare. ij. titulo de Deo, haresi prima, titulo de peccato, haresi. iij. titulo de reſurrectione, haresi prima.
- Valeſij, titulo de ennu, haresi prima.
- V**aldenſes, titulo de baptiſmo, hare. vij. titulo de benedictione, hare. i. titulo de decantu, hare. i. titulo de cibo, hare. ij. titulo de coitu, hare. prima, titulo de confessione, hare. prima, titulo de confirmatione, her. prima, titulo de eccleſia, ha. iij. & iij. titulo de epiſcopis, hare. i. & ij. titulo de euchariftia, hare. iij. & ix. titulo de exorcifmo, hare. i. titulo de horis canonicis, hare. i. titulo de ieiunio, hare. i. & ij. titulo de imaginibus, hare. prima, titulo de indulgentijs, hare. prima, titulo de iudice, haresi. i. tit. de iuramento, her. i. titulo de labore, hare. prima, titulo de miraculis, har. i. titulo de monachatu haresi. i. titulo de obedientia, haresi. i. titulo de occiſione, haresi. i. titulo de peccato, haresi. vij. titulo de papa, haresi. i. titulo de poteſtate, haresi. i. titulo de predicatione, haresi. i. titulo de purgatorio, haresi. i. titulo de ſacerdotio, haresi. ij. & iij. titulo de ſanctis, haresi prima, titulo de ordinis ſacramento, haresi prima, titulo de ſepultura haresi prima, titulo de vnctione extrema. haresi prima.
- Varimandus, titulo de Deo, haresi ſexta.
- Venuſtiani, vide in diſtione Paterniani.
- Vigilantius, titulo de ſanctis, haresi. i.
- Vicleph, vide in diſtione Ioannes Vicleph.
- Villelmus de ſancto Amore, titulo de labore, haresi. ij. titulo de monachatu, haresi prima, titulo de paupertate, haresi tertia.
- Virtembergenſes, titulo de miſſa, haresi ſecunda.
- Z**vinglius, titulo de miſſa, haresi ſecunda.

F. ALFONSI DE CA-

STRO ZAMORENSIS, OR-

dinis Minorum, in. XIII. Libros,

quos aduersus omnes

Hæreses ædi-

dit,

PRÆFATIO.

INTER plurima & varia scelera, quæ humanum genus omne, potissimum Christi-
anum, inuadunt atque deuiant, hæresis vnum est, eo ceteris peius, quod cum sit pestilen-
tissimum, latius se diffundit, acutius penetrat, tenacius adheret, atque ideo difficilioris ca-
ratur. Quantum enim noxium sit, inde potest conseri, quod fundamentum impetii totius
pietatis, sine quo nihil sint reliqua omnia profutura. Sine fide namque (vt ait Paulus) im-
possibile est placere Deo. Per hanc sancti vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repropromis-
siones, obtinuerunt ora leonum, eximerunt impetum ignis, effugauerunt aciem gladij, conuenerunt de in-
firmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum. Hæc est vaticum via huius, sicut Pro-
pheta inquit: Ex fide iustus vinit. Hæc est deniq; (sicut dicebam modò) basis & fundamentum totius Chri-
stianæ structure, super quam, velut super firmissimam quædam petram, Deus fundauit ecclesiam suam.
Super quam & nos omnes fundari precipit Paulus, vt stabiles & immobiles simus à spe. Euangelij quod
audiuimus. Quapropter si ex huius bonitate, hæreses malitiâ metiri cõuenit, dicemus ex opposito hæresim
pestimã esse vitium. Tanti enim (iuxta August. sententiam) aliquod malum est peius malũ, quantum ma-
gis adimit de bono. Hinc patet quã malè de Republica Christiana merentur ij qui fidẽ oppugnant, qui hæ-
reses vel inuehant, vel illatas inuentur: quoniam destructo fundamento, necesse est vt quicquid superedi-
ficatum fuerat, decidat. Hæretici autem fundamentum hoc quod à Christo ipso iactum, & ab Apostolis
eius mundo ostensum est, eruere conantur: quoniã etsi alijs in rebus sepe numero inter se dissentiant, in hoc
tamen vnum omnes conuenerunt, vt aduersus Christi & Apostolorum doctrinam crisis erigant. Nec
qui hoc agerent pauci fuerunt quod est imprimis dolendum & graue, siquidem egressi à nobis. Quos namque
barbara nationes aduersus filios Israël olim commotæ sunt, tot, imò plures, contra fidem catholicam & do-
ctrinam euangelicam insurrexerunt. Nec adhuc cessauit hæc oppugnatio. Multa siquidem hostium castra
in circuitu eius posita sunt, vallauerunt eam vndique, vt ad terram prosternerent. Ab Oriente, Simon,
Mondax, Valentinus, Manes. Ab Occidente, Priscillianus, Vigilantius, Petrus Abailardus. A Me-
ridie, Tertullianus, Novatus, Donatus. A Septentrione, vnde panditur omne malum, Pelagius, Ioa-
nes Vicleph, Iohannes Huss, Martinus Lutherus. Concussa est igitur à quatuor angulis, machinè ex om-
ni parte contra eam admotæ sunt. O quot sophisticæ collectiones, quot fallaciæ, quot scripturarum tortiones
atque dilaniationes oppositæ sunt, vt hoc quod Christus iecit fundamentum, videlicet fides, rueret! Verũ
post tot bellorum incursiones, post tot iacta aduersus illud tela, fixum & immobile ad finem vsque secun-
di permanet fundamentum: quoniam Dominus promisit se rogaturum pro Ecclesia, vt eius fides non desice-
ret. At qualiter desicere poterit, illo pro ea rogante, qui semper exauditur? Adiuuat ergo eam Deus vultu
suo. In medio eius stat, vt non commoueat. Quid sit, vt nusquam hæreticorum acies aduersus Ecclesiam
preualere possint, aduersus quam (Domino teste) nec inferorum portæ preualerunt. Nec ante hæc in-
festatione ideo abstinerunt hæretici, aut in posterum vniquam abstinuerunt. Oppugnant etenim semper,
quamuis nunquam expugnare valent. Sicut namque Iebuseus olim semper mansit inter filios Israël, in
ipsa etiam Hierosolyma, nec vsquam deleri potuit, Deo ita aut permittente aut disponente ad Indæorum
ignauiam repellendam, vt videlicet scirent inter eos habitare, quos timere, & propter quos vigilare eos
oporteret: ita etiam nunc, quantumlibet Ecclesia ab hæreticis expurgetur, semper ad nostrum exercitium
Iebuseus erit in medio. Oportet hæreses esse (ait Paulus) vt qui probati sunt, manifesti fiant. Quia
ergo semper futuros hæreticos præuidit Apostolus, ideo omni qua potest sedulitate ac sollicitudine admo-
net, vt eos denitemus, & ab eorum commercio abstineamus: quoniam quoniam sciebat quantum nocimenti habitus
eius communitio posset adferre. Sermo enim eorum vt cancer serpit. Hæc de causa plures ecclesiastici scri-
ptores moti, anxie laborauerunt in inquirendis hæreticis, eorumq; erroribus, vt eos nobis describerent: vt
inde post-

2. Tim. 2 inde postmodum forent alijs vel sic noti ij quos iuxta Pauli preceptum denotare oportebat. Inter quos primus ex his qui extant, est Irenæus Lugdunensis episcopus, Apostolorum temporibus valde vicinus. Hic elegans opus de hæresibus composuit quinque partitum libris, in quorum primo omnes hæreses & illarum autores enumerat, quæ ad suum usque tempus ecclesiam oppugnaverant. In alijs vero libris aduersus aliquas illarum disputat. Post hunc eodem ferme tempore Tertullianus extitit, qui quantum ipse postmodum hæreticus, prius tamen cum catholicis esset, librum composuit de præscriptionibus hæreticorum, cuius appendix est libellus alter de hæresibus. In quo breui compendio hæreticorum omnium qui ante illum fuerat, nomina & hæreses pandit: quantum non omnes illorum errores descripsit. Philaster Brixiensis episcopus, quem B. Augustinus testatur se Mediolanicum B. Ambrosio vidisse, maiusculum opus de hæresibus edidit, nec illas omittens, quæ ante Christi aduentum apud Indæos olim fuerant. Hoc ferme tempore Epiphanius Cyprus episcopus volumen de hæresibus Græcè scripsit, sex libris, ut August. testatur, distinctum, opus tamen eodem Augu. teste, satis paruum. In quo octoginta duntaxat enumerantur hæreses, adiunctis etiam eis quæ olim apud Indæos fuerant exortæ. Abistorum duorum Episcoporum libris hauriens August. præcibus, Quod vult Dei impulsus, opus de hæresibus ad eundem, Quoad vult Deum edidit. In quo eas duntaxat descripsit, quæ post Christi in caelos ascensionem ecclesiam inuaservant. Quapropter à Simone illo Mago, de quo in Actis Apostolorum fit mentio, suam auspiciatur historiam. Post illos omnes egyptios viros, Guido de Perpignano Carmelitani instituti, & postea Elnensis episcopus, librum de hæresibus composuit, in quo illas hæreses addidit, quæ post Aug. fuerunt exortæ, nec illas omittens quæ olim apud Indæos fuerant. Verum hic non contentus est hæreticorum nudam narrare historiam. prout Augustinus & Philaster facere: sed cū singulis hæreticis manus cõserere tentavit, & quasi ad singulas provocat certamen. Quam rem adeo infeliciter agit, ut sepe numerò veritatem dicere succumbere, si ex illius pugna censura dicenda sit. Omitto quòd in ipsa etiam historia narratio deficit. Velut enim parum diligens historicus inquisitor, multas hæreses omisit, etiam ex his quæ circa tempora sua pullulare cõperunt, cuiusmodi sunt Albigenis, Flagellantes sese, Petrus Abailardus, Henricus Tolosanus, Almaricus, Durandus de Vallach, alijs, multi hæretici, quorum errorum nusquam Guido meminuit. Aliquando hæreses commutat, tribuens huic quæ sunt illius. Aliquando etiam errores ex diametro oppositis pugnantes eidem factioni tribuit, ut facile est apud eum invenire, cum de erroribus Armanorum loquitur. Denique post istos omnes, quidam frater Bernardus de Lutsemburgo, omnium hæreticorum catalogum descripsit, opus certè laboriosum, quantum in illo sepe hallucinetur, multos ibidem recensens qui meliori lapille fuisse notandi, ut est Papiæ, & alij de quibus inferius dicemus. Alios etiam plures ibi dè miscet, qui nullo pacto ad hæreticorum familiam spectare videntur, quoniam Christum per baptismum nunquam fuerunt induti, ut est Auceina & Auerois, qui cum nunquam Christo nomina in baptismo dederint, nullo pacto fieri potest, ut hæretici dicantur. Nam aliqui omnes gentiles Philosphi forent hac ratione sub hæreticorum nomine scribendi. Hi ergo omnes qui hæreticorum historiam texerunt, in hoc unum laboraverunt, ut hæreticorum factiones describerent, & sic velut indice alijs ostendisse viderentur hostes fidei, & quorum communionem abstinere oportebat. Quæ labor non parum ecclesie catholice hucusque profuit, & nunc indices plus prodest: quoniam primus gradus ad omnem virtutum capessendam, ut regius Prophetæ ait, est declinare à malo. huic autem proximus est, facere bonum. Arator etenim prius agrum à spinis aut quibuscumque noxijs herbis expurgat, sic terra ex acceptis postmodum seminibus segetes producit. Ad hunc modum medicus præscribens leges infirmo, quibus incolamitatem & assequi & tueri possit, prius illi docet cibos à quibus est illi abstinendum. In omni etiam doctrina non minus laborandum est, ut errores extirpentur, quam ut veritas doceatur. Nam extirpatis erroribus, veritas clarius agnoscitur, agnita ardentius amatur, amata denique vehementius defenditur, & cautius custoditur. Quod si hoc in qualibet doctrina observatur, multò salubrius id fiet in Theologia, hoc est, in doctrina Evangelica, in qua (ut est apud August.) nullibi periculosius erratur, aut fructuosius aliquid invenitur. Bene ergo nostris commodis prospexerunt, qui hæreticorum historiam texerunt, ut inde cognosceremus eos à quorum commercio nos abstinere oportebat. Verum etiam si hic eorum labor vitiosus valde fuerit, multò tamen magis mea sententia nostræ utilitati consulissent, si plus laborassent ut ostenderet hæreses & errores, à quibus erat præcipue abstinendum, quam hæreticorum nomina qui illarum hæresum fuerunt autores. Nam ex hæresi cognita facillime quisque cognoscat pertinacem eius autorem aut factorem esse aut fuisse hæreticū. At hæretico proscripto, & velut tali diffamato, non sic cognoscitur quid vitandum sit in eo. Plerique etenim norunt Arrium, Sabellium & Nestorium fuisse hæreticos, & velut tales ab ecclesia communionem ecclesie atque damnos: non tamen perinde Arrianos, Sabellianos, aut Nestorianos agnoscunt, quia videlicet ignorat quid fuerit in causa, ut Ecclesia Arrium, aut Sabellium, aut Nestorium tali inuenerit nota. Omitto quòd in Catalogo plures hæretici nomine describuntur, quorum tamen nulla citatur hæresis propter quam conflaret eos merito sic fuisse notatos, ut sunt Adelbertus Gallus, Clemens Scotus, Petrus Constantinopolitanus, Petrus Olerij, Valdemarius, Nicostriatus, Euagrius Ponticus, alijsque multo plures. Quid quæso iussit scire hos fuisse olim hæreticos, ignorata causa propter quam tam tristis sit in eos dicta censura, præcipue cum istorum libri non extant, qui hac occasione forent ab idiotis vitandis? Cuiusmodi vitandis quam quisque

Atto. 8.

Esal. 33.

quisque docet aut tenet, sic hæreticus vitandus, & non vice versa propter hæreticum hæresis ab eo conferta: videntur mihi (quod citra invidiam & eorum suggillationem dixerim) cõsultius illi fuisse facturi, si plus laborassent in hæresibus prodendis, quam in hæreticorum nominibus recensendis. Quia in venemine hucusque, ex his quos legi, video ex parte laborasse: quoniam eisi Augustinus, aut Philaster, aut Tertullianus, aut Guido, aut Catalogus, omnium hæreticorum factiones descripsissent, nullus tamen eorum omnes cuiuslibet hæretici errores recensuit, imò eorum quilibet plures omisit. Aliquis siquidem tribus hæreses Cathaphrygibus aut Gnosticis Philaster, quarum nec meminit Augustinus de eisdem hæreticis loquens. Aliquis item Augustinus impingit Marcobais, quas nullo pacto commemorat Philaster. Guido autem cum Aug. sequi videatur, nec alium præter Augustinum circa veteres hæreticos enarrandos cum vidisse appareat, cum de qualibet hæreticorum factione differit, non plures illi errores impingit, quæ apud August. legit: quantum ad alios autores, si eos legisset, potuisset plures reperire. Unde aperitissimè cõvincitur eos in hoc tantum laborasse, ut hæreticos nobis velut indice ostenderent. Quæ omnia mihi profuit inveniendi, visum est opus aggredi, in quo non tantum studebo ut omnes recenseam hæreticos, quantum ut omnes describam hæreses, quæ ad nostrum usque tempus, scriptorum, quos potui habere, memoria conservantur, suppletis ex uno, quod alium omisisse video. Quo facto, fiet una omnium hæresum congeries, à qua quemlibet catholicum abstinere oportebit. Et sic facile quisque agnoscat toxicum quod vitandum est, & semitam à qua declinare debet. Ve autem ex hoc nostro labore facilius quilibet proficere valeat, hæreses ipse non iuxta tempora in quibus ortæ sunt, disponentur, sed iuxta verum materias circa quas versantur. Quapropter res ipsa de quibus tractant, per dictiones iuxta alphabeti ordinem digestas distribuentur. Sub qualibet vero dictione hæreses illæ disponentur, quæ ad rem per dictionem illam significatam spectare videbuntur. Quo ordine observato, facillimum cuique erit, propostæ semel quacunque materia, scire hæreses quæ iam circa illam exortæ sunt, & quas vitare oportet. Cum vero unamquamque hæresim pertractabo, huic tenebo ordinem. Primum post enarratam hæresim, hæresiarcham prodam, velut illius factionis duxem: qui postmodum sub eo ducem militauerunt: qui etiam deinde errorem iam emortuum ab inferis renocauerunt. Tum contra ipsum errorem aliquibus argumentis, eisdem brevisimè, disputabo, quibus hæresis (quæ quidem sententia) renunci possit. Exsequantur hoc alij doctiores fortius & efficacius, ego pro modulo meo præstabo quod potero. Nolui fusius spaciari, quamquam forsân sæpe id agere facillimè potuissem, in campo laetissimè patienti, sed in arbitrium omnia congesi, strictius omnia expendi, consulit fore indicans, pauca id mea adferre, quàm multorum animos loquacitate mea prægnari. Quòd si de omnibus hæresibus esset late disputandum, foret necessarium, ut modum unius voluminis etiam in agni, nostrum excederet opus: quoniam nec in tribus aut quatuor voluminibus, ne dicam in uno, possunt omnes hæreses coacervari. Idcirco brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, & in compendij formam omnia redigere. Quæ vero restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittam, unde uberius haurire quisque possit. Postremo si quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definitur, definitionem & decretum subinjanam. Quantum autem hæc brevitati studeo decrevi, &

A **F. ALFONSI DE CASTRO, ZAMOREN. MINORITAE, ADVERSUS HÆRESIS, Liber Primus.**

¶ Quid sit hæresis, Cap. I.

DE hæresibus tractaturus, ab hæresis definitione auspicandum censui. Prius enim oportet, iuxta Aristotelis præceptum, hæresis definitionem statuere, ad quam velut ad gnomonem sit quæuis assertio de hæresi examinanda. Hæresis iuxta nominis veram & integrâ significationem electio dicitur, quod scilicet eam vnusquisque eligat disciplinam, quam putat esse meliorem: venitque à verbo Græco *ἀρεσκῶν*, quod Latine sonat eligo. Inde philosophorum sectæ aut opiniones, hæreses appellatæ sunt. Ex qua vocis significatione alicui fortasse videretur doctrinam Euangelicam hæresim fore appellandam, cum eam plurimi errores alios deferentes, sibi eligant, eò quod existiment esse veriore. Verùm hoc statim dissoluet quisque, si consideret Euangelicam doctrinam non ab homine proditam, aut aliqua humana ratione inuentam, sed sola Dei inspiratione & reuelatione agnitam, ac ideo non ex nostra electione obuuisse alicui, sed sola Dei voluntate eam manifestante. Nullus enim suæ tantum innixus prudentiæ, illi assentire possit. Quò fit, vt prius à Deo edoctum esse oporteat, quisquis hanc verè & tenaciter (vt decet) amplectatur disciplinam. Sic enim dicit ipse veritatis magister: Nullus venit ad me, nisi pater meus traxerit illum. Ioan. 6. Quapropter iuxta vocis proprietatem quantumlibet extensa dictione, minimè hæresis appellari potest. Cui sententiæ fauet Theophylactus super illud ad Coloss. secundæ: Videte ne quis vos seducat per philosophiam & inanem fallaciam secundum traditionem hominum, sic enim ait: Vides quemadmodum per varia humana quædam hominum sensus & cogitatus, captiones eiusmodi emanarint. Eoq; hæreses dicuntur, quòd hominum sint varieg sentientium opinionones. Sed Christianorum hæc fides nequaquam humano aliquo sensu vel iudicio constat, & ideo nec nomē aliquod sortita est istiusmodi, vt hæresis diceretur. Hæc ille. Sententia ergo quam pro suo arbitrio sibi quisq; eligit, hæresis appellatur. Hinc (mea sententia) viri catholici nomen hæreseos contrahentes, assertionem à vera fide deuiantē hæresim appellauere, quasi non à Deo habitam aut reuelatā, sed hominum electione inuentam, nec sacris literis conformem, sed veritati fidei repugnantem. Omnis enim veritas ad fidē spectans, cui credere tenemur lege diuina, à Deo ipso reuelata est, nec ex hominum electione pendet. Alioqui si ex hominis electione penderet, quisque impunè illi dissentire valeret: cui manifestè obuiat Paulus, qui in prima ad Corinth. epist. 1. Cor. 1. cap. secundo, sic ait: Sermo meus & prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis, vt fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei. Si ergo aliquid humana ratione inuentum est, illud minimè fides est. Quò fit, vt si res se offerat, ad cuius alteram ex oppositis partem tuendam fides nos cogat, ibi assertionem cōtrariam, hæresim appellemus. Sic igitur euenit, vt hoc nomen hæresis, quod Ethnicis promiscuum est, omni opinioni, siue veræ, siue falsæ, Theologis, qui eo paulo contractiore significato vtuntur, sit infame, eò quòd in fide, in qua oportet captiuare intellectum in obsequium Christi, proprii iudicii sententia præfertur

facris literis, aut Ecclesiae definitioni, aut Conciliorum traditionibus. Qui autem facris literis, aut Ecclesiae definitionibus contradicit, spiritui sancto huius rectori & illarum auctori contradicit: Qui vos inquit Christus, spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eum qui misit me. Et alibi: Qui spernit me, & non accipit verba mea, habet qui iudicet eum. Qui ergo ecclesia cõtempta, aut facris literis posthabitis, soli suae prudentiae innititur, adeo arrogans est, ut huic verè tribui possit quod dicit Paulus: Qui extollitur supra omne quod dicitur Deus. Quam superbiam idem gentium doctor alibi clariùs exprimit, dicens: Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, & e, iqua secundum pietatem est, doctrinae, superbus, nihil sciens, sed languens circa quaestiones & pugnas verborum. Nolle etiam acquiescere (ut est in primo Regnorum) quasi peccatum ariolandi est. Grauiissimum ergo peccatum est, propriae sententiae adeo tenaciter adherere, ut praeter illa quis ecclesiam cõtemnat, quae a Deo regitur. Vnde Greg. Cum nequissimi spiritus vniuscuiusque animam in prauis operibus inuoluunt, sed integritatem fidei vitare non possunt, quasi adhuc inferiora membra polluunt. Qui autem in fide corrumpuntur, usque ad verticem constuprantur. Malignus enim spiritus ab infimis membris quasi ad summa pertingit, cum actiuam vitam polluens, castam castitudinem fidei, diffidentiae morbo corrumpit. Haec ille. Vides hic, ut quemadmodum fides est basis totius christianae virtutis, ita haeresis sit totius nequitiae complementum. Hac ergo de causa, non immerito, haeresis nomen Christianis famosum est, quod Ethnicis est promiscuum: quod apud hos liberum sit cuique pro suo iudicio sentire: apud illos verò, quantumlibet rationes urgeant, nunquam licebit aliud quam ecclesia sentire. Ostensa ergo nominis ratione, superest ut rei definitionem statuamus. Haeresis est dogma falsum fidei orthodoxae repugnans. Dicimus hic dogma falsum omnè enunciationem falsam, siue illa quis dogmatizet, siue illam secum tacitus affirmet. Nam vtrumque haeresis esse potest. At praeter enunciationem haeresis nequit inueniri. Sola enim res effecta, absque iudicio intellectus definiens peccatum esse potest, haeresis autè minime. Qui enim furatur, etsi contra scripturam id fieri verantem agat, non est haereticus, nisi credat furum non esse peccatum. Fornicatione sacra scriptura prohibet, at qui fornicatur, nisi hoc impunè fieri credat, non est censendus haereticus. Opus ergo solum sine intellectus errore, haeresis non est, quantumlibet opus sit ex scriptura prohibitum. Propter quod admonere oportuit, ut cum simoniam aliquando haeresim appellari audieris, intelligas, non opus ipsum quo simonia committitur, esse haeresim, sed errorem quo credit spiritualia esse venalia. Sic enim vocatur à Gregorio Nazian. in fragmento quodam à Gratiano positum, 1. quaest. 1. cap. Qui studet. Sed obstabit quispiam, si res acta, intellectu minime circa eam errante, haeresis non est, quare deprehensus in exercitio Iudaicae caeremoniae, aut alicuius ritus Sarracenorum, ut puta quia sabbatum obseruat, aut agnum Paschale comedit, velut haereticus punitur? Quod si ex facto dicas suspensionem oriri, ut id quod facit, ita esse faciendum credat: cur non eadem ratione fur aut fornicator anam suspensionis praestat, ut suspicemur illum sic facere, quia sibi licere credit? Cui obiectioni respondetur, magnum esse inter haec & illa discrimen. Sunt enim aliqua peccata, ad quae homines sunt natura procliuēs, ut sunt carnis illecebrae, auri sacra fames, honoris appetitus. Haec ergo cum talia sint, ut in illa praecipites feramur, etiam repugnante conscientia agimus. Sunt alia peccata, quae secus se habent, ad quae voluntas non fertur, eò quod nihil habent quo possint allicere voluntatem: quapropter cum ad illa voluntas indifferens ac dubia sit, intellectum consulit, ut sciat quid facto opus sit: neque in his repugnante conscientia aliquid agere tenet. Est enim intellectus volutati à consilijs. Saepenumero autem accidit, ut rex, inconsultis omnibus, imò omnium

A nium consilio posthabito, in id, ad quod pronus est, praecipit ruat, & quod libuerit agat: cum tamen sapissimè in reliquis consulentibus cedat, & ex eorum consilio fieri omnia praecipiat: in his ergo ad quae voluntas non est prona, nunquam intellectus iudicio spreto aliquid operatur. Ad caeremonias autem has vel illas obseruandas, nulla est à natura pronitas in voluntate, nisi fortè ex consuetudine exequendi eas, quae altera est natura. Idcirco vehementer est suspicio, ut ibi voluntas regatur ab intellectu, ita ut quod facit, sic credat esse faciendum. Sic enim Saluator ait: A fructibus eorum cognoscetis eos. Nam (ut Aristoteles tertio Ethicorum ait) qualis est vnusquisque, talia dicit & operatur. Ex hac sola (ut opinor) ratione simoniacus appellatur haereticus à Gregorio. in Registro dicente: Quisquis per pecuniã ordinatur, ad hoc ut haereticus fiat ordinatur. Nam ex hoc quod improciabile licetur, verisimile est eum malè sentire de sanctitate Ecclesiae, quasi credat eam velle spiritualia liceri, quae tamen Ecclesiam credere tenetur sanctam immaculatam, sine macula & sine ruga. Ecclesia igitur de his quae foris patent iudicat, quae non est dubium esse mala. An autem intellectus sit concors operi, nec ne, Deus nouit qui intuetur cor. Homines autem nesciunt nisi quae foris patent: quanquam vehemens est suspicio, ut in illis magna sit intellectus ad opus conuentio. Et hac de causa punitur ex facto istorum velut haereticus, qui propter alia opera, quantumlibet per sacram scripturam prohibita, minime ut talis punitur, eò quod ibi suspicari non liceat, ut quod facit, sic credat esse faciendum. Ut ergo ad propositam haeresis definitionem redeamus: colligamus, nullibi haeresim reperiri posse sine errore intellectu, omnis enim haeresis dogma falsum est: at non omne dogma falsum haeresis est: cum multi sint errores, in quibus (etsi pertinacia adesset) nullum peccatum est. Fuisset tamen graue peccatum (ut iam diximus) si haeresis esset. Non est ergo omnis error censendus haeresis: quia nec omnis veritas ad fidem catholicam pertinet. Non enim exigitur à Christiano, ut sciat numerum & vim elementorum, motum & ordinem & effectus siderum, naturas animalium, fructicum, fontium, lapidum, & alia innumera: quae etsi Christianus ignoret, aut circa illa erret, falsum pro vero asserendo, nullum peccatum est. Vnde August. in Enchiridio, cap. 12. In his atque huiusmodi falsitatibus, salua fide quae in Deo nobis est, fallimur: & via non relicta quae ad illum nos ducit, erramus. Qui errores etiam si peccata non sunt, tamen in malis huius vitae deputandi sunt, quae ita subiecta esse vanitati, ut approbentur hic falsa pro veris, respuantur vera pro falsis, teneantur incerta pro certis. Quamuis enim haec ab ea fide absint, per quam ad veram certamque atque aeternam beatitudinem tendimus, ab ea tamè miseria non absunt in qua adhuc sumus. Haec August. Iam vides qualiter non omnis error appellandus est haeresis, sicut nec omnis veritas fides appellatur. Error ergo ille qui fidei catholicae obuiat, haeresis dicitur. Merito ergo haeresim superius definiuimus quod sit dogma falsum, fidei orthodoxae repugnans. Propter quod merito quaerendum erit, quae sint illa quibus fidem adhibere tenemur. Opposita enim ex mutua collatione facilius cognoscuntur. Sic enim postquam cognouerimus quae sint illa quae ad fidem catholicam spectant, manifestè colligitur, ut omne quod illis repugnare certo sciuerimus, haeresim esse decernamus. Inde etiam ostendetur, quibus armis vtendum erit ad haereses expugnandas. Fides autem catholica, quam indubiè tenere oportet, est ea quam sacrae literae produnt. Et non solum haec, sed quicquid (etiam sine facris literis) sancta mater Ecclesia vniuersali traditione nobis credendum proponit. Si ergo quodlibet horum diuina lege credere tenemur: sit necessariò, ut quicquid alicui horum repugnat, haeresis esse credatur. Ideo oportet ut singula haec capitulis descriamus. Et primò quae sunt scripturae, quae pro canonicis habendae sunt, inquiramus.

¶ De scripturis canonicis, quibus hæreses reuincendæ sunt,

Cap. II.

QUum ergo aduersus hæreticos sit nobis pugna designata, expediens mihi videtur vt arma quibus dimicandum erit, prius assignentur. Sic enim in carnali militia videmus, vt prouocanti ad singulare certamen & prouocato simillima sint arma. Non enim fas est cuique pro libito armis uti, sed ea oportet vtrique esse paria simillimaque. Quod fit, vt ante congressum prodantur arma quibus certaminis periculum subeundum est: in qua re sæpenumerò euenit, vt non modica sit ante pugnam de telis eligendis dissensio, cum inter eos de hac re non conuenit. Neque multum ab hoc instituto distat disputandi ratio. Sunt enim in vnaquaque scientia principia in ea notissima, tanquam communia omnibus arma, quibus sublatis (vt Aristoteli placet) nullus disputationi relinquatur locus, nullumque telum quo configere possis aduersarium. Ne ergo in posterum pluries disceptandum esset de scriptura, oportuit primùm statuere quæ canonica sit, cui credere quisque teneatur. Nam sicut in alijs scientijs, prima earum principia, nullus qui eas profiteretur, negat: ita in negotio fidei, pro vnico & iddubitato principio, à quolibet qui se pro Christiano gerit, haberi debet, verum esse quicquid in sacris codicibus continetur. Credi enim par est non solum à Christiano, verum & ab Ethnico vel mediocriter pio & de Deo ea solum quæ naturali ratione haberi possunt, sentienti: Deum aded veracem esse, vt mentiri nequeat. Si ergo Deus mentiri non potest, scriptura ab eo condita, falsa perinde esse nequit. Et quicquid per aliorum ora Deus nobis insinuare voluit, erit perinde verum, ac si ab ore ipsius Dei prodijisset. Locutus est nanque dominus Deus Israël (vt ait Zacharias apud Lucam) per os sanctorum qui à seculo sunt prophetarum eius. Et Propheta regius testatur linguam suam calamum esse scribæ velociter scribentis. Hoc epitheto spiritum sanctum designans, cuius gratia (ex Ambrosij sententia) tarda molimina nescit. Hoc etiam vel ipsorum prophetarum testimonio euidenter patere potest, cum solenne sit apud eos hæc addere, Hæc dicit Dominus Deus. Cui sententiæ ad stipulatur Paulus: Multifariam, inquit, multisque modis olim loquens Deus patribus in prophetis, nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio. Ecce qualiter Pauli testimonio Deum ore prophetarum locutum fuisse constat. Et beatus Petrus eandem sententiam docet, dicens: Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirante locuti sunt sancti Dei homines. Et ipse dominus Deus cuidam prophætæ dicit: Si separaueris speciosum à vili, quasi os meum eris. Denique Dominus in Euangelio, cum discipulos ad prædicandum mittit, fiduciam eis quasi parum ad loquendum audacibus præbens, dicit: Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Ex quibus omnibus manifestè colligitur scripturas aliquas diuinas esse, illas. scilicet quas homines aliqui Deo inspirante scripserunt: imò (vt veriùs dicam) quas Deus ipse manibus hominum scripsit. His omnibus fidem integram præstare debemus, nec eis magis quam Deo illarum autori refragari licet. Harum ergo scripturarum testimonia, tanquam prima in hac scientia principia, & velut arma omnibus communia suscipienda sunt, quibus & hæreticum se tueri oportet, & nos aduersus eundem pugnare. Est enim sacra scriptura, turris David cum propugnaculis munita, ex qua mille clypei pendent, omnisque armatura fortium. Hæc est etiam torrens vnde David lapides sumpsit, quibus superbum Goliath prostravit. Arma Saulis, quæ

magis grauant quam iuuant, ratiocinationes sunt ex humana prudentia manantes. Nam (vt dicit Hieronymus in epistola ad Theophilum Alexandrinum) fides pura, aperta confessio, non querit strophas & argumenta verborum. Vnde patet miserè errasse Felicianum hæreticum Arrianum dicentem, in causâ fidei magis rationibus, quam scripturarum testimonijs vtendum esse. Illa enim circa quæ nostra fides versatur (vt aliàs longiori tractatu differemus) supra omnem rationem sunt, nec ad ea inuestiganda nostri intellectus lucernula sufficit lumen effundere sufficiens. Vnde Basilius in expositione Psal. 115. sic ait: Denique in quolibet studio, quod ordine in finem procedit, impossibile est primorum subiectorum demonstrationes inquirere, sed necesse omnium artium, quæ probatione nituntur, principia sine investigatione aut ratione posita, reliqua quæ deinceps sequuntur, cum ratione ostendere. Sic & Theologicæ mysterium ex fide minimè rationibus probata ædificium querit. Hæc Basilius. Velle igitur rationibus conuincere, sacram scripturam esse veracem, tanta mihi videtur dementia, ac si quis vellet rationibus fulcire prima alicuius scientiæ principia. Sacram scripturam esse veracem axioma est cui libet se pro Christiano gerenti, contra quem solum arma sumpsimus. Non enim aduersus Ethnicos & Saracenos est nobis sermo, sed aduersus eos qui se Christianos iactant, cum nihil minus sint. Qui omnes velut primum in hac disciplina principium credere tenentur, sacram scripturam esse veracem. An verò talis scriptura diuina sit vel humana, quispiam fortè vertet in dubium. Idcirco videndum est quinam sint hi libri qui pro canonicis habendi sunt: quorum dictis velut diuino oraculo refragari non licet, & quorum testimonio reuincendi sunt hæretici. Vt ergo sciamus libros quos pro canonicis habere oportet, audiamus quid in hac parte Concilium Laodicenum in suorum decretorum capite. 59. definierit. Concilium Laodicenum. Non oportet ab idiotis psalmos compositos & vulgares in Ecclesijs dici: neque libros qui sunt extra canonem legere, nisi solos canonicos noui & veteris Testamenti. Quæ autem oporteat legi, & in autoritatem recipi, hæc sunt: Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iesu Naue, Iudicum, Ruth, Regum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Esdræ, Liber psalmorum numero centumquingenta, Prouerbia Salomonis, Ecclesiastes, Cantica canticorum, Iob, Hester, Duodecim prophetarum libri, id est, Osee, & Amos, Ioël, Abdias, Ionas, Michæas, Naum, Abacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias, Esaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel. Noui Testamenti, id est, Euangelium secundum Matthæum, secundum Marcum, secundum Lucam, secundum Ioannem, Actus Apostolorum, Canonice epistolæ. Iacobi vna, Petri duæ, prima, & secunda: Ioannis tres, prima, secunda, & tertia: Iudæ vna: Epistolæ Pauli numero. 14. ad Romanos, ad Corinth. prima, & secunda, ad Galat. ad Ephe. ad Philippenses vna, ad Coloss. vna, ad Thessalo. duæ, prima & secunda, ad Timotheum duæ, prima & secunda, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebr. Hæc Concilium Laodicenum. Sed iam video quantum exultet hæreticus ex ratione librorum in hoc catalogo assignata, cum videat plerosque ibi omitti, qui passim pro canonicis habentur. Nam & hoc maxime cupiunt hæretici, vt omnes quot potuerint libri à canone auferantur, neque in catalogo sacrorum voluminum connumerentur. Vident enim non licere autoritati cuiuscunq; scripturæ sacræ repugnare: quapropter summopere nituntur scripturas minuere, ne arma habeamus quibus eos configere possimus. Cuius rei vel hoc testimonium efficacissimum esse potest, quod si fortè contra suam assertionem adferatur ex quopiam sacræ scripturæ libro locus aliquis tam apertus, vt non patiat adulterinam aliquam expositionem, sicque claudat hæreticum, vt nullam illi rimulam, qua elabi possit, relinquat, statim ad hoc eis commune asyllum

Enc. 1.
Psal. 44.

Heb. 1.

1. Pet. 1.

Hier. 15.

Mat. 10.

Can. 4.

1. Reg. 17.

Concilium
Laodicenum

confu-

confugiunt, vt non vereantur inficiari librum illum esse canonicum, aut vllō modo ad sacram scripturam pertinere. Dicit ergo hæreticus quispiam: Ecce Laodicenum Concilium in spiritu sancto cōgregatum de libris canonicis definit, nec tamen inter eos commemorat librum Tobia, aut Iudith, aut Sapientia, aut Ecclesiasticum, aut Machabæorum libros, aut Apocalypsim, non sunt ergo hi pro canonicis habendi. Hæc collectio cuiuscunque vel parum docto logico est infirma. Nam etsi sufficiens argumentum ad probandum aliquid sit, quia iste aut ille idem dicit, non tamen sufficiens est ad aliquid negandū, quia ille non dicit. Quò fit, vt ex hoc quòd libri præfati à Concilio Laodicensi prætermisisti sunt in ratione sacrorum librorum reddenda, non oporteat libros illos à sacro instrumento esse reiiciendos. Ceterum fieri potuit, vt tunc de libris illis fuerit ab eis dubitatum, & in re tam seria noluisse temerè quicquam definire, donec plenius fuissent edocti. Sed instat hæreticus. Si dubitatum est ab illis in spiritu sancto congregatis, qualiter nos audemus velut certi asserere, de quo illi dubij fuerunt? O forte argumentum. Quid cogit vt perpetuò dubitetur, quod semel dubitatum est? Respondeat vel parum eruditus logicus, sint ne sufficientes hæc collectiones? Olim dubitatum est de hac re, ergo nunc dubitatur: olim licuit vertere in dubium, nunc ergo licebit. Prima collectio clarè ostenditur infirma ex hominis profectu in addiscendo, vt continuò discendo proficiat, quòd fit vt plura nūc certò sciat, quæ olim vel sibi erant dubia, vel penitus ignota. Cur non idem dicendum de Ecclesia in membris eius? Eritne Ecclesia semper in eodem statu, vt nūquam proficiat? Absit. Proficit enim vt in virtutibus & bonitate, ita in scientia & doctrina, Deo eam quotidie plenius illustrante. Propter hoc in Canticis Ecclesia comparatur aurora. Quæ est ista, inquit, quæ progreditur quasi aurora consurgens? Aurora autem temporis successu magis splendet, vehemētius rutilat. Sic etiam si velimus Ecclesiam à calce (vt dicitur) ad carceres reuocare, quàm parua lux in principio nascentis Ecclesie? siue eam ad Abel vsque iustum referas, siue ad mortem Christi, quòd noua surgit è cœlo: tunc enim paucissimis notum mysterium illud absconditū. Illi etiam quibus nosse datum est (Apostolos excipio) non tam plenè & perfectè sicut posterī. Nimirum progreditur aurora, consurgitque sol, effunditque ob oculos nostros lucis suæ vberiores radios. Quò fit, vt multa nunc sciamus, quæ à primis patribus aut dubitata, aut prorsus ignorata fuerunt. Secunda collectio ostenditur debilis, imò inanis, ex mutatione rerum, ex qua oritur etiam decretorum variatio & mutatio: vnde euenit vt quòd olim licebat, iam non liceat. Ceterum cum res quæ ad fidem pertinent, nunc statæ sint & fixæ, neque ex hominum pendcant voluntate, in hac re (vt aliàs dicemus) decretorum innovationes non proueniunt ex nouitate rerum, sed ex noua illarum rerū scientia: quibus compertis, Ecclesia à spiritu sancto edocta definit. Qua definitione data, non licebit dubitare, de quo antea licebat. Beatus Cyprianus in epistola ad Donatum inter multa mala quæ numerat, hoc vnum auditu dignū est, fieri posse quòd factum est. A liquo si liceret omnia vertere in dubium, quæ olim dubitata sunt: licebit perinde dubitare an obligemur ad obseruantiam legitimum, an baptizati ab hæreticis, rebaptizandi sint. Nam hæc olim ab illustribus viris Ecclesie dubitata sunt. Nec tamen idèd nunc dubitare licet, Ecclesia illud fieri vetante. Ad hunc modum olim ab aliquibus dubitatum est de libro Sapientie, an esset Salomonis. Ab alijs de libro Tobia, an esset canonicus. Ab alijs de libro Iudith, eadem ratione. Ab alijs de libris Machabæorum simili de causa. Ab alijs de epistola ad Hebræos, an esset Pauli. Ab alijs de epistola quæ sub nomine Iacobi circumfertur, an sit eius. Ab alijs deniq; de libro Apocalypsis. Nunc verò iā nulli de hac re dubitare licet, quia Ecclesia postmodum diuino spiritu amplius illustrata, censuit libros præfatos meliore quàm antea lapil-

A te à lapillo numerandos, quod patet ex Concilio tertio Carthaginensi in suorum decretorum, capite. 47. sic definiente. Concilium Carthaginense. Item placuit vt præter scripturas canonicas nihil in Ecclesia legatur sub nomine diuinarum scripturarum. Sunt autem scripturæ canonicæ. Primus Genesis, Secundus Exodus, Tertius Leuiticus, Quartus Numeri, Quintus Deuteronomium, Sextus Iesu Naue, Septimus Iudicum, Octauus Ruth, Nonus Regum libri quatuor. Paralipomenon libri. 2. Iob vnus, Psalterium Dauidicum, Salomonis libri. 5. Libri duodecim prophetarum, Esaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, Tobias, Iudith, Hester, Esdræ libri duo, Machabæorum lib. 2. Noui autem Testamenti. 27. Euangeliorum lib. 4. Actuum Apostolorum lib. 1. Pauli Apostoli epistolæ. 14. eiusdem ad Hebræos. 1. Petri Apostoli. 2. Ioannis Apostoli tres, Iudæ Apostoli vna, & Iacobi vna, Apocalypsis Ioannis lib. 1. qui sunt vigintiseptem. Hæc Concilium Carthaginense tertium, cui interfuit beatus pater Augustinus. Vides hic nullum librum prætermisisti eorum qui in sacro volumine passim circumferuntur, præter duos Esdræ: reliquos autem omnes sacris scripturis connumeratos. Hanc eandem rationem sacrorum librorum reddit Innocentius Papa huius nominis primus, in epistola ad Exuperium Tolosanum Episcopum circa finem, quæ epistola habetur in libro conciliorum, sub hoc titulo, Decreta Innocentij Papæ. Is enim pontifex sanctus perinde ac doctus sic ait: Qui verò libri recipiantur in canone sanctarum scripturarum, breuis annexus ostendit. Hæc sunt ergo quæ desiderata moneri voce voluisti. Moysi lib. 5. id est Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, necnon & Iesu Naue, & Iudicum, & Regum libri. 4. simul & Ruth. Prophetarum lib. 16. Salomonis lib. 5. Psalterium. Item historiarum Iob. 1. Hester. 1. Iudith. 1. Machabæorum. 2. Esdræ. 2. Paralipomenon. 2. Item noui Testamenti, Euangeliorum lib. 4. Pauli Apostoli epistolæ. 14. Epistolæ Ioannis tres, Epistolæ Petri duæ, Epistola Iudæ, Epistola Iacobi, Actus Apostolorum, Apocalypsis Ioannis. Hæc Innocentius. Ecce eosdem libros à pontifice summo, sancto simul & docto, inter canonicos annumeratos, quos Concilium Carthaginense tertium illo fermè tempore sacros & canonicos censuit. Beatus Augustinus libro. 2. de doctrina Christiana, capite. 8. eundem etiam librorum catalogum recenset. Ex quo Augustini loco scrupulus tollitur, qui fortè quempiam vrgere poterat ex catalogo librorum sacrorum superius citato ex Concilio Carthaginense, & Innocentio papa. In vtroque, siquidem loco adscribuntur quinque libri Salomonis: quod fieri nequit nisi Ecclesiasticus tribuatur Salomoni, quem constat non esse Salomonis, sed Iesu filij Syrach. Verum hic scrupulus tollitur per ea quæ August. dicit illo octauo, cap. secundi libri de doctrina Christiana. Sic enim sacros libros enumerans ait, Salomonis tres, Prouerborum, Cantica canticorum, & Ecclesiastes. Nam illi duo libri, vnus qui Sapientia, & alius qui Ecclesiasticus inscribitur, de quadam similitudine Salomonis esse dicuntur. Nam Iesus filius Syrach eos scripsisse constantissimè perhibetur. Qui tamen quoniã in autoritatem recipi meruerunt, inter propheticos numerandi sunt. Hæc Augustinus. Verum de eo quòd dixit librum qui dicitur Sapientia, esse Iesu filij Syrach, postea recantat in secundo libro Retractionum, cap. 4. sic inquit: In secundo sanè libro de autore libri quem plures vocant sapientiam Salomonis, quòd etiam ipsum, sicut Ecclesiasticum, Iesus filius Syrach scripserit, non ita constanter sicut à me dictum est, postea didici, & omnino probabilius comperi non esse hunc eius libri auctore. Hæc August. Qui etsi dicat librum Sapientie non esse Iesu filij Syrach, nec tamen dicit esse Salomonis, nec etiã retractat id quod alibi dixerat, vtrunq; librum, Sapientiam scilicet & Ecclesiasticum, propter quadam similitudinem, cū libris Salomonis, dictos esse illius. Atq; ita siue Sapientia sit Salomonis, siue nō, intelligimus quo pacto fieri possit vt Salomonis libri

nis libri sint quinque, quemadmodum Concilium Carthaginense refert: quoniam Ecclesiasticus est sit à Iesu filio Syrach editus, tamen propter similitudinem cum alijs Salomonis libris, sæpe dicitur esse Salomonis. Et merito meo iudicio Salomonis dici potest, cum multa sint in libro illo ex Salomonis libris mutuata. Et iuxta hunc modum benignè interpretari oportet eos omnes doctores, qui citantes aliqua ex libro Ecclesiastici testimonio, citat illa sub nomine Salomonis, tanquam ille fuisset illius libri autor. Nam Sixtus papa huius nominis secundus, in epistola ad Gratium episcopum citat sub nomine Salomonis, illa verba quæ habentur in Ecclesiastico: Ego ex ore altissimi prodij primogenita ante omnem creaturam. Et Marcellinus Papa, in epistola ad Salomonem episcopum citat sub nomine Salomonis illa verba: Ego in altissimis habitavi, & thronus meus in columna nubis, quæ verba constat esse ex capite. 24. Ecclesiastici. Sed hæc eorum sententia benignè interpretanda est iuxta eum modum, quo Augustinum interpretari diximus, ita ut à Salomone dicta esse intelligamus, quia maximam habent cum dictis Salomonis similitudinem. Nisi fortè velimus dicere pontifices illos citando illa præfata sacra scripturæ testimonia, fuisse lapsos memoria, putantes ea quæ in Ecclesiastico sunt, contineri in prouerbij Salomonis. Nam hoc contigitse Ioanni Papæ huius nominis secundo, apertissime conuincitur ex epistola illius ad Valerium Episcopum, in qua citat sub nomine Salomonis hæc verba: Qui genuit me, requieuit in tabernaculo meo. Quæ verba continentur in illo præfato capitulo. 24. Ecclesiastici. Quod autem in citatione eorum verborum fuerit lapsus memoria, apertè conuincitur per verba illius quæ statim addidit. Nam post citationem illorum verborum, confestim subdit hæc verba. Et Ecclesiasticus, sicut est ab initio, ita vsque in seculum: nec adiectum est ei, nec minuetur illi. Ex qua citationum varietate constat illum posuisse discrimen inter Ecclesiasticum & libros Salomonis, & illum putasse primum testimonium ab eo citatum non esse ex Ecclesiastico, sed ex libris Salomonis. Deinde post multa tempora celebratum est Concilium Florentinum, in quo de libris Canonicis sacra scripturæ specialis ratio habita est, & de illis speciale datum est Decretum, sequentium verborum tenore. Septimò decernimus vnum atq; eundem Deum veteris ac noui Testamenti, hoc est, legis & prophetarum atq; euangelij profitemur authorem. Quoniam eodem spiritu inspirante vtriusq; Testamenti sancti loquuti sunt, quorum libros suscipit & veneratur Ecclesia, qui titulis sequentibus continentur. Quinq; Moyssi, id est, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium: Iosue, Iudicum, Ruth, Quatuor Regum, Duo Paralipomenon, Esdras, Nehemias, Thobias, Iudith, Ester, Iob, Psalmi David, Parabola, Ecclesiastes, Cantica canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Esaias, Hieremias, Baruch, Ezechiel, Dauid: Duodecim prophetæ minores, id est Oseas, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Michæas, Naum, Abacuch, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias: Duo Machabæorum: Quatuor euangelia, Matthæi, Marci, Lucæ, Ioannis, Quatuordecim epistolæ Pauli, Ad Romanos, Duæ ad Corinthios, Ad Galatas, Ad Ephesios, Ad Philippenses, Duæ ad Thessalonicenses, Ad Colossenses, Duæ ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos, Petri duæ, Ioannis tres, vna Iacobi, vna Iudæ, Acta Apostolorum, & Apocalypsis Ioannis. Hactenus Concilium Florentinum. In quibus verbis id potissimum annotandum est, nullum illorum librorum, qui in communibus Biblijs circumferuntur, hic fuisse omissum, imò potius additum esse librum Baruch, qui in nullo alio Concilio fuerat expressè nominatus. Hunc tamen idè ab alijs omissum fuisse puto, quod illum sub nomine Hieremiæ comprehendi posse censebant, propterea quod Baruch (vt ex ipsa sacra scriptura constat) scriba fuit Hieremiæ prophetæ. Denique, vt huic negotio finem imponamus, Concilium Tridentinum

Syrinus.

Eccle. 24.
Marcellinus.Concilium
Florentinum.

tinum sub Paulo tertio, & Carolo Cæsare huius nominis Quinto celebratum, me præfente, in quarta sessione eundem sacrorum librorum catalogum amplectarum est, sic inquit: Sacrorum verò librorum Indicem huic decreto adscribendum sacro sancta synodus celsit, ne cui dubitatio suboriri possit, qui nam sint, qui ab ipsa synodo suscipiuntur. Sunt verò infra scripti. Testamenti veteris, Quinq; Moyssi, id est, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iosue, Iudicum, Ruth, Quatuor Regum, Duo Paralipomenon, Esdræ primus, & secundus qui dicitur Nehemias, Thobias, Iudith, Ester, Iob, Psalterium Davidicum centum quinquaginta Psalmorum, Parabola, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Esaias, Hieremias cum Baruch, Ezechiel, Daniel, Duodecim prophetæ minores, id est, Oseas, Iohel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Naui, Abacuch, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias, Duo Machabæorum, Primus, & secundus, Testamenti noui, Quatuor euangelia, Secundum Matthæum, Marcum, Lucam, & Ioannem, Actus Apostolorum à Luca euangelista conscripti, Quatuordecim epistolæ Pauli, Ad Romanos, duæ ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, Duæ ad Thessalonicenses, Duæ ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos, Petri apostoli duæ, Ioannis apostoli tres, Iacobi apostoli vna, Iudæ apostoli vna & Apocalypsis Ioannis apostoli, si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia catholica legi consueuerunt, & in veteri vulgata latina editione habentur, pro sacris & canonicis non susceperit, anathema sit. Hucusq; Concilium Tridentinum. Quibus verbis nihil potest apertius pro confirmatione catalogi sacrorum librorum dici. Post istas iam enumeratas scripturas, non est alia quæ canonica scriptura aut diuina mereatur appellari. Nam quamuis alia multa sint quæ magnam habeant autoritatem, multò tamen prænumeratis imparent. Canones siquidem apostolorum numero quinquaginta per Beatum Clementem (vt dicitur) aut collecti, aut translati, primum post scripturas sacras tenent locum. Quapropter Beatus Damasceus in quarto libro de fide orthodoxa, recessit canonico librorum catalogo, continuo post subiungit & canones Apostolorum per Clementem: & Beatus Isidorus in eo volumine quo omnium conciliorum decreta congeffit, canones Apostolorum ante omnium conciliorum decreta locauit: non quod maior sit illorum autoritas, quam cuiuscunque generalis concilij vt decet congregati, sed propter Apostolorum, vt suspicor, maiorem reliquis omnibus & sanctitatem & dignitatem. Conciliorum siquidem omnium probè congregatorum decreta, vt postmodum ostendemus, firmissimam habent autoritatem, quibus nemini licet repugnare. Nec tamen idè conciliorum decreta, sicut nec apostolorum canones, pro scripturis diuinis habenda sunt, cum diuinas præceptiones nulli liceat euertere aut immutare apostolorum autem canones, & conciliorum decreta, nouis succedentibus causis in multis antiquata sunt. Post conciliorum decreta proximum locum tenent decretales epistolæ à summis pontificibus emissæ: longè tamen in his quæ fidem catholicam spectant, à conciliorum definitionibus earum autoritas abest. Sed quia ex hac mea assertionem quispiam fortè ansam suspicionis accipiet, me hoc loco velle docere papam esse concilio inferiorem, decreui hanc suspicionem tollere: quoniam cum de hac re veria sint Theologorum non infima fortis sententia, nolo in præfentiariū aut vni aut alteri subscribere. Non est enim intentionis meæ varias hominum opiniones in hoc opere discutere, in quo solam catholicam & sinceram fidem pertractandam suscepi. Siue igitur Papa sit superior reliquo Christianorum concilio, siue inferior, alijs & in alium locum disputandum relinquens, hoc vnum constanter asseuero, eas fidei definitiones, quæ à pleno & integro concilio, & rectè (vt decet) congregato datae sunt, hoc est,

Concilium
tridentinum.

B

qui-

quibus papa & reliqui in concilio congregati subscribere, maioris esse roboris & momenti, quam illas quas solus pontifex definiuit. Nam hoc concilium quod papæ autoritate & consensu rectè congregatum est, non posse in fide errare, ab omnibus veris Christianis firmissimè hucusque creditum est: & nos alibi, Deo duce, apertissimè ex sacris literis conuincemus. At papam solum absq; congregatione concilij posse in ijs quæ ad fidem spectat errare, multi non contemnendæ autoritatis Theologi asseruerunt: imò aliquos pōtiffices summos in fide errasse compertum est. Deinde si tanta esset solius papæ autoritas, quanta totius concilij plenè & rectè congregati, frustra tantus labor pro conciliorum congregatione sumeretur. At cum semper iudicatum fuerit conciliorum congregationes maximi esse momenti ad lites, quæ de rebus fidei emergere subinde contingit, tollendas: conuincitur inde aliquid magis esse autoritatis penes totum concilium rectè (vt decet) congregatum, quam penes solum pontificem. Vnde manifestè error Gratiani deprehenditur, qui in volumine decretorum in exordio distinctionis vicesimæ ita dicit: Decretales itaque epistolæ canonibus conciliorum pari iuri exæquantur. Hoc autem vel ex eo conuincitur esse falsum, quod nulla recta ratio patitur vt regula quæ à rectitudine deuiare potest, vllō pacto æquetur rectissimæ atque certissimæ infallibilique regulæ. Quod si fortè in Gratiani excusationem quis dixerit dictum illius ad solas causarum definitiones esse referendum, in quibus decernendis (excepta semper fidei causa) non minor est papæ potestas, quam totius concilij: hæc interpretatio est verum habeat sensum, nescio tamen an verè scriptoris mentem exprimat: quoniam idem autor distinctione decimanona eiusdem libri, capite in canonicis scripturis, dicit decretales epistolæ esse scripturis diuinis annumerandas, & in earum ordinem referendas: motus autoritate Augustini malè intellecta, corrupteque citata. Sic enim eam citat Gratianus. In canonicis scripturis ecclesiarum catholicarum quamplurimum diuinarum scripturarū solertissimus indagator autoritatem sequatur, inter quas sanè illæ sint quas apostolica sedes, & ab ea alij meruerunt accipere epistolæ. Hæc ibi. Quam literam si Augustinus legeret, validissimè oppugnaret: rātum abest vt sit Augustini. Ex ea enim plurima Christianæ fidei incommoda obuenirent. Primò vt litera illa habet, oportet diuinis scripturis annumerare nō solū epistolæ quas pōtiffices alijs dedere, sed quas ab alijs recepere. Hæc autè adeò manifesta est ineptia, vt non sit opus eam oppugnare. Quod autem ex ea litera hoc habeatur, quis non videt? Sic enim ait, Inter quas, scilicet scripturas diuinæ, sanè illæ sint quas apostolica sedes & ab ea alij meruerunt accipere epistolæ. Præterea decretales illæ epistolæ per alios posteriores pontifices, aut per eosdem à quibus missæ sunt, reuocari possunt, sicut de multis factū esse constat, pro qua re commune est eorum prouerbium: Par in parem non habet imperium. Quæ sententia significare volunt priorum pontificum decretis non teneri pōtiffices posteriores, quin liberum sit eis, cum viderint, ea reuocare. Quo solo argumento satis edocent eorum decretales epistolæ non esse scripturas diuinæ, cum has toti Ecclesiæ nedum pontifici nō liceat vllō pacto infringere. Rursus plurimæ pontificum epistolæ decretales per contrariam consuetudinē abrogantur, quod nullo pacto canonicis diuinæ scripturæ libris conuenire potest, cum illis nulla quantūlibet inueterata cōsuetudo obesse possit. Accedit huic, quòd magna ruditas est, eas epistolæ quas sæpe ob res temporales easq; parui momēti adite sunt, diuinis scripturis vel de longinquo conferre, tantum abest vt in earum ordinem referantur. Quod si fortè Gratianus decretales illas epistolæ cōmendare volebat, per vera testimonia, quæ nō desunt, eaq; efficacissima, id faciendum erat, nō per falsa: quoniam falsa & conficta testimonia plus autoritati derogant quàm arrogēt. Nam vt cæteras decretalium

episto-

A epistolarum laude prætereamus, quæ decimanona distinctione leguntur, vel ista sufficit, quòd vniuersalis Ecclesiæ consensu probantur: quoniam inter cæteros Ioannis Vvicleph errores condemnatos in cōcilio Constantiensi, sessione octaua, is vnus est, quo sic ait: Decretales epistolæ sunt apocryphæ, & seducunt à Christi fide, & clerici sunt stulti qui studēt eis. Verū vt dictis nostris pleniore quisq; fidè adhibeat, cognoscatq; Augustinum perperā à Gratiano intellectum, corrupteq; citatum, operæ precium est veram Augustini literam in medium adferre, eiusq; veram intelligentiam edocere. Is enim beatissimus pater in secūdo libro de doctrina Christiana capite octauo (nā ex eo libro sumptū est id fragmentum quod Gratianus citat) sic ait: In canonicis autè scripturis, Ecclesiarū catholicarum quamplurimum autoritatem sequatur, inter quas sanè illæ sunt quas apostolicas sedes habere, & epistolæ accipere meruerūt. Hæc Augustinus. Quæ longissimè distant ab his quæ Gratianus adducit. Nā eo loco B. pater Augustinus de libris canonicis scripturæ differens, hanc regulā nobis assignat, vt illi libri pro canonicis habeantur, qui à pluribus catholicis Ecclesijs recipiuntur, inter quas Ecclesijs Augustinus firmiter credit eas esse cōputandas, quæ apostolicas sedes habuerunt: de eis scilicet Ecclesijs intelligēs, quas apostoli velut earum episcopi rexerūt. Illas enim Augustinus præcipuas esse catholicas ecclesias credit, quæ epistolæ apostolicas accipere meruerunt, id est, quibus apostoli suas dederunt epistolæ, vt Romanæ Ecclesiæ, Corinthiorum, Thessalonicensium, Colossensium, Ephesinæ, Hierosolymitanæ, Antiochenæ, aut Alexandrinæ, quas omnes apostoli aut verbis docuerunt, aut scripto. Quare Augustinus putabat eas copiosius in fide illustratas esse oportere, quòd firmiore ac pleniore apostolicum habuissent sermonem. Nec immeritò tūc id credebat beatissimus pater, quoniā nondum ab hostibus Christianæ religionis prouinciæ illæ captæ populatæq; fuerāt. Putauit autè Gratianus illud pronomen relatiuū, videlicet quas, vbi dicitur, inter quas sanè illæ sunt, quæ, &c. ad scripturas debere referri: quod non ita se habet, sed ad Ecclesias referendū est: quod ex sequentibus maximè patet, quibus illa minimè coherere possunt: nā scripturæ diuinæ nō habuerūt sedes apostolicas, nec recipere possunt epistolæ apostolicas. Verū vt litera suo sensui coherere possit, literā Gratianus mutare decreuit, & loco alterius relatiui ab Augustino nominatiuo casu positi, sc. quæ, ille posuit accusandi casum, & dixit quas. vbi Augustinus dixerat apostolicas sedes in accusatiuo, ille dixit apostolica sedes in nominatiuo. Sed quoniā his permutatis literæ sensus adhuc minimè cōstabat, aliquid addere, aliquidq; minuere ei visum est. nā ex litera Augustini abstulit hoc verbū habere, addiditq; ex suo cerebro hæc tria verba, scilicet, ab ea alij. Atq; vt semel dicamus, vbi litera Augustini sic habet: Inter quas sanè illæ sunt, quæ apostolicas sedes habere, & epistolæ accipere meruerunt. Gratiani litera ad scripturas diuinæ relata sic habet: Inter quas sanè illæ sint, quas apostolicas sedes, & ab ea alij accipere meruerunt epistolæ. Quarū literarum differentiā facile quisq; agnosceret. Ex quo loco quisq; facile colliget quantum interfit vtrum ex ipsis purissimis fontibus aquā haurias, an ex turbulentis ritibus, aut putridis lacubus. Nā si Gratianus illum locum in Augustino legisset, vir alioqui (vt puto) doctus, clarè errorem deprehendisset, etiam si litera vitiosa fuisset in eo codice quo utebatur: præcipuè si considerasset beatum Augustinum, qui libros de doctrina Christiana se componere ob sacrarum literarum intelligentiam proficitur, nullo pacto de summorū pontificū decretalibus epistolis fuisse locutum, nec vllā ante illa verba aut postmodum de illis fecisse mentionē. Dictorum siquidem intelligentia (vt Beatus Hilarius. 4. de Trinitate docuit) ex causis dicendi sumenda est. Cum ergo Beatus Augustinus in toto illo tractatu de doctrina Christiana semper versetur circa doctrinæ diuinitus reuelatæ intelligentiam, vel inde

colligere potuisset literam illam nullo pacto ad decretales epistolas esse referendam. Hoc etiam ex ipsissimis verbis Augustini in eodem capite post relata verba subiunctis plenè cognoscere potuisset. Nā post assignatas iam regulas ad scripturas canonicas dignoscendas, deinde expressis omnes eas nominibus proprijs appellans, ait: Totus autem canon scripturarū in quo istam considerationem versandam dicimus, his libris continetur: quinque, Moyses, id est, Genesi, Exodo, Leuitico, Deuteronomio, & vno libro Iesu Naue. Atque ita per omnes libros, qui in communi Biblia deferuntur, discurrens, nullas recenset decretales pontificum epistolas, quum tamen illū dixerat esse totum canonem scripturarum, in quo capienda erat cauta illa quam prædixerat consideratio. Nec mirari quisquam debet quod pro hoc Gratiani errore conuincendo tantū sudauerimus, quoniam sermo erat de capite, & non de umbra (vt dicitur) asini. Nō est quidem res parui momenti, an talis scriptura pro diuina sit recipienda, an pro humana. Oportebat igitur hunc errorem omnibus palam facere, ne alijs deinceps errandi occasione præberet, prout hæcenus multis magni nominis viris præbuit, qui sola Gratiani autoritate freti, verba illa Augustini in suis scriptis citarunt corrupta & lacerata, quemadmodum in Gratiani decreto legerant. Nam Ioannes de Turre Cremata (vt alios multos præteream) hunc Augustini locū, prout Gratianus illum corruperat, citat libro quarto, de Summa Ecclesiæ parte secunda capite nono. Thomas de Vio Cardinalis Caietanus in libro de primatu Romanæ Ecclesiæ, capite decimo quarto, hæc Augustini verba, prout a Gratiano corruptè citantur, adfert ad probandum Romanæ Ecclesiæ Primatum. Si autem literā illam in ipso Augustino Caietanus legisset, vir certè longè doctissimus, & ingenij acumine præditus, facilè agnouisset nec verbum vllum illic Augustinum dixisse, quod Primatui Romani pontificis vtcunque fauere posset.

¶ Quòd solus librorum canonicorum sensus literalis efficax est ad hæreticos vincendos, & quis sit dicendus literalis sensus. Cap. III.

Cæterum hoc admonere oportet, sacram scripturam sæpenumero multiplicem pati intelligentiam in vna eademque litera. Est enim ibi historia, quæ res gestas loquitur, quam literalem sensum vsitato ac vulgari nomine appellant. Allegoria, in qua aliud ex alio trahentes, quid de diuinitate & humanitate, de Christo & Ecclesia sit credendum, ostenditur. Tropologia, in qua figuratiua quadam locutione de moribus ordinandis differitur. Anagogia, per quam de celestibus differentes ad superiora ducimur, gratia exempli: Si de Hierosolyma tractare velimus, dicimus iuxta historiam esse quandam ciuitatem in Iudæa sitam. Iuxta allegoriam ex nominis interpretatione dicimus significari Ecclesiā, propter pacem nimiam in ea existentē, quā Christo nato angeli nunciarunt, quā CHRIS TVS moriens discipulis obnixè commendauit, quā discipuli ipsi sic custodierunt, vt spiritu nondum recepto, in eius expectatione suspensi habuerint cor vnum, & animā vnā. Quid putas nunc post receptum spiritū, nisi id quod CHRIS TVS eis precatus est, vt vnum videlicet essent, sicut ipse & pater vnum sunt? Secundum tropologiam significat animam cuiuslibet iusti, cui bestiarum vitiorum pacificæ sunt, vt iam nihil sit in quo eum accuset conscientia, sed in pace sit tabernaculum eius, vt ait Iob. Denique iuxta anagogiam designat supernam illam Hierosolymam matrem nostram, quæ (teste Paulo) libera est: cuius pax tanta est, vt exuperet omnem sensum: quæ vtinam custodiat corda & corpora nostra à conturbatione hominum. Sunt & alia id genus tam multa in sacris literis, vt operosum esset, recensere, imò verius dixerim, mihi impossibile. Cum ergo tot possint eidem literæ

Iob. 5.
Galat. 4.

A literæ sensus accommodari, hoc aduertendum est, nullum eorum sensum in argumentationem adducendum, nisi qui verè & germanè literam explicat, quem literalem sensum (vt dixi) nostri Theologi appellant. Nam quum alij sensus intra literæ corticem magis lateant, oportet vt ratiocinatione & discursu, & per quasdam rerum similitudines deducantur. In quibus deducendis facilis est error, cum per humanam inquisitionem hoc fiat. Sic enim Donatus & ei succedens Rogatus, dicentes intra illos solos & eorum asseclas Ecclesiæ contineri, volentesque errorem suum sacræ scripturæ testimonio fulcire, adducunt illud Cantorum: Indica mihi vbi pascas, vbi cubas in meridie. Per hoc efficere volentes Ecclesiā ad solam Meridionalem plagam, quam ipsi incolabant, redactam esse. Futile satis argumentum, & ex falsā intelligentia, vt patet: nempe ex sensu mystico satis abstruso, & infideli minimè patenti. Sic etiā Lutherus volens ostendere omnem hominem cuiuscunq; status aut sexus esse sacerdotem, assumit illud: Vos autē genus electū, regale sacerdotium: &c. At li-
teralis sensus patentior est, cum ex vocum significatione aut ex eius coniunctissimo vicino hauriatur: quo fit vt solus sensus literalis efficax sit ad dogma aliquod destruendū aut fulciendū. Sic enim ait Augustinus in epistola ad Vincentiū Donatistam, quæ est in ordine. 48. Quis autem non impudētissimè n-
atur aliquid in allegoria positum pro se interpretari, nisi habeat & manifestissima testimonia, quorum lumine illustrentur obscura? Hæc ille. Beatus Hieronymus in 2. lib. commentariorum super Matth. pertractās de fermento à muliere absconso in farinae satis tribus, postquam rerulit quorundam expositionem applicantium parabolam illā ad Trinitatem personarum, & vnitatem es-
sentia, hæc verba subiungit: Pius quidem sensus, sed nunquā parabolæ, & dubia ænigmatum intelligentia potest ad auctoritatem dogmatum proficere. Hæc
ille. Huic sententiæ fauet Beatus Dionysius qui in quadam epistola ad Polycarpum ait. Mystica theologia non arguit, hoc est, non præbet sufficiens argumentum ad aliquid probandum. Sed hæc regula non est semper & vbique seruanda, vt nunquam sensus mysticus sacræ scripturæ sit ad comprobationem dogmatis alicuius admittendus. Nam si ex alijs scripturæ locis aperte constare poterit illam mysticam scripturæ interpretationem esse iuxta germanum & verum illius sensum tunc bene poterit ex illo mystico sensu sumi argumentum ad aliquam doctrinam stabilendam. Hoc enim aperte indicat Augustinus in illis verbis proximè citatis, vbi postquam dixerat impudentiam esse aliquid in allegoria positum pro se adducere, statim ab hac generali sententia particularem & specialem casum excepit, sic dicens: Nisi habeat etiam manifesta testimonia quorum lumine illustrentur obscura. In quibus verbis apertissimè docet bene posse sumi argumentum ex sensu mystico, quando aliunde constare potest talem sensum mysticum optime conuenire illi literæ, & esse verum illius sensum. Et hæc Augustini sententia apertissime probatur ex Paulo, qui sæpe ad sua dogmata comprobanda vsus est testimonijs veteris testamenti iuxta mysticum sensum intellectis. Nam volēs probare Galatis per aduentum legis euangelicæ esse abrogatam legem Mosaicam, adducit illud quod dixit Deus ad Abraham: Eijce ancillam & filiū eius, nō erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ. Quæ verba ille sic interpretatur, vt per ancillam intelligat legem veterem quæ in multis seruierat ceremonijs, & per filiū istius ancillæ populū Iudaicum. Per liberam verò, intelligit legem euangelicā ab omni illa seruitute liberā, & per filium huius liberæ intelligit populū Christianū. Quæ verborū interpretatio (vt satis cōstat) est mystica, & ipse Paulus fatetur, dicens illa esse per allegoriam dicta. Præterea, idem Paulus volens probare populum obligatum esse ex lege diuina ad alendum eos qui euangelium docent hæc ait: Nunquid secundū hominem hæc dico? An & lex hæc non dicit? Scri-

1. Cor. 9.
Deut. 25.

prum est enim in lege Moyfi: Non alligabis os boui trituranti. Nunquid de bobus cura est Deo? An propter nos utiq; hoc dicit? Nam propter nos scripta sunt: quoniam debet in spe qui arat, arare, & qui triturat, in spe fructus percipiendi. At per boues interpretari prædicatores verbi Dei, sensus est (vt apertissime constat) mysticus, & non literalis. Ex quibus omnibus conuincitur aliquando licere ex sensu mystico sumere argumentum ad dogma aliquod abiliendū, si aliunde possit apertè probari, quod talis sensus mysticus optime illi literæ conueniat. Sæper tamen sensus literalis primū locū in disputatione tenebit, & fortior erit ad doctrinæ cōprobationem. Cū ergo iste sit potissimum efficax ad hæreses conuincendas, operæ precium erit inquirere quis pro literalis sensu habēdus sit. Sensus literalis multiplici via habetur. Aliquando ex ipsa- rum vocū nuda significatione. Aliquando capitur nō ab ipsi vocibus, sed à re per voces significata. Nō enim fieri potest, vt semper iuxta primā vocū significationē sensus literæ capiatur: alioqui multa absurda, & quæ piæ aures horrēt, reperirentur in sacris codicibus, tā in nouo, quā in veteri instrumento: qualia sunt omnia illa quæ Deo mēbra corporalia videntur tribuere, aut cūm Deus dicitur agnus, leo, petra, vitis, vermis; & id genus plura, quæ omnia dicit Christus per similitudinē, nō per proprietatem. Et vt breuissimo cōpendio utar, vbi cunq; metaphora aut trāslatio aut figurata aliqua locutio inuenitur, ibi nō est dicendus sensus literæ, is quē voces prima significatione exprimunt, sed is qui deducitur ex similitudine quā res vocibus significata cum alia re habet: qualia sunt multa in nostra cōmuni locutione, vt si voracē aliquē appellare volueris, lupū dixeris: si auarū, talpā: non quod hæc sint verē, sed magis illa quorū dicuntur istæ similitudines. Augustinus lib. 3. de doctrina Christiana cap. 5. In principio cauendū est ne figuratam locutionē ad literā accipiamus. Et infra: Qui enim sequitur literā, translata verba sicut propria tenet, nec illud quod proprio verbo significatur, refert ad aliā significationem. Sed si sabbatū audierit verbi gratia: non intelligit nisi vnū diem de septē qui continuo volumine repetuntur. Et cūm audierit sacrificiū, non excedit cogitatione illud quod fieri de victimis pecorū terrenisq; fructibus solet. Ea demū est miserabilis animę seruitus, signa pro rebus accipere, & supra creaturā corporeā oculū mētis ad hauriendū æternū lumē leuare nō posse. Et in eodē lib. cap. 10. Huic autē obseruationi qua cauemus figuratā locutionē. i. translata, quasi propriā sequi, adiungenda etiā illa est, ne propriā quasi figuratā velim⁹ accipere. Demōstrādus est igitur prius modus inueniendę locutionis, propria ne an figurata sit. Et iste omnino mod⁹ est vt quicquid in sermone diuino neq; ad morū honestatē, neq; ad fidei veritatē propriē referri potest, figuratū esse cognoscas. Morū honestas ad diligendū Deū & proximū, fidei veritas ad cognoscendū Deū & proximū pertinet. Hæc Aug. Cū ergo iā cōstiterit de locutiōe figuratā esse, hoc cauendū est, ne præscriptū esse putetur, vt quod semel res aliqua per quādā similitudinē significauerit, hoc eā semper & in omni loco significare credatur. Vna siquidē & eadē res multis proprietatibus gaudet, propter quas pluriū rerū similitudinē, ac ideo significationem gerit. Quod fit vt eadem res aliquando diuersā, aliquando opposita representet, propter diuersas proprietates in ea repertas, per quas non tantum diuersis rebus, verum etiam oppositis, similis inuenitur. Leo enim propter constantiā & fortitudinem Christum representat, vt ibi: Vicit leo de tribu Iuda. Idem & propter voracitatem dæmonem significat, vt apud Petrum: Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret. De figuratis locutionibus satis me dixisse arbitror pro breuitate quam tenere decreui. Sit ergo ex ante dictis hæc regula: Eum esse literalem sensum, quem voces aut res vocibus expressæ significant. Nec tamē omnis talis, sed ille solus quem spiritus sanctus intendit. Quod vel ex eo manifestē colligitur, si recolamus id quod

Aug. 18.

Apocal. 5.
1. Pet. 5.

A quod paulō ante diximus, sacrorum scilicet librorum autorem esse spiritum sanctum. Ille enim verē germanus literæ sensus est, quem scriptor intendit. Ille verus vocis sensus, quem vocis prolator per eam intelligi voluit. Scripturis enim perinde ac vocibus affectus & cogitatus nostros testatur. Quum ergo spiritus sanctus sacre scripturæ sit autor, ille pro vero eiusdem scripturæ sensu haberi debet, qui à spiritu sancto intenditur. Verum enim alius adulterinus est, aut nothus. Vnde Hieronymus super epistolam ad Galatas: Quicumque scripturam aliter interpretatur quàm sensus spiritus sancti efflagitat, licet ab ecclesia non recefferit, hæreticus appellatur. Hæc Hiero. Ceterum de sensu parabolarum, qui eum intra literalem circumscribere voluerit, nō ab re faciet. Si autem nollet, non obsto. Verum circa parabolas ipsas quarum frequens est vsus in Euangelij, hoc admonendum censui, quod (vt August. dicit) sic accipiendæ sunt, nō vt essent, sed vt esse possent: vt cūm (gratia exempli) dicitur: Simile est regnum cœlorum homini patrifamiliās, qui exiit primo mane conducere operarios. Quod si fortē nusquam id contingit, vt per illas eisdem temporum vicissitudines iret atque rediret paterfamiliās, ociofosque quos semper inueniebat, in vineam suam mitteret, id tamen fieri potuisse nihil prohibet: quod satis est parabola. Sed quoniam sæpenumero contingit, vt eidem literæ plures accommodentur sensus literales, seclusis alijs qui de mystica rerum significatione hauriuntur: hoc casu cauendum est, ne vllus eorum rejiciatur, dummodo ex alijs sacre scripturæ locis testimonium habeat, voces illas alicubi, id quod nunc eis tribuitur, significare: & sensus qui ex tali vocum significatione illi literæ accommodatur, si veritati fidei catholice minimē obstat, vt quæ eorum tanquam germanus & verus literæ sensus censebitur. Quid enim obstat scripturam sacram esse adeo fertilem, vt binos foetus edat? Sic enim de ecclesiæ doctoribus qui sciunt quantumlibet abstrusos literæ sensus eruere, mystica significatione dicitur: Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis foetibus, & sterilis non est inter eas. Hoc autem testimonio B. Augustinus 3. lib. de doctrina Christiana cap. 27. comprobatur. Sic enim ait: Quando autem ex eisdem scripturæ verbis non vnum aliquid, sed duo vel plura sentiuntur, etiam si lateat quid senserit ille qui scripserit, nihil periculi est, si quodlibet eorum congruere veritati ex alijs locis sanctarum scripturarum doceri potest: id tamen eo conante qui diuina scrutatur eloquia, vt ad voluntatem perueniatur autoris per quem scripturam illam sanctus operatus est spiritus, siue hoc assequatur, siue aliam sententiam de illis verbis, quæ fidei rectæ non refragatur, exculpat, testimonium habens à quocunq; alio loco diuinorum eloquiorum. Ille quippe autor in eisdem verbis quæ intelligere volumus, & ipsam sententiam forsitan vidit. Et certē dei spiritus qui per eum hæc operatus est, etiam ipsam occursum lectori vel auditori sine dubitatione prouidit, imò vt occurreret, quia & ipsa est veritati subnixæ, prouidit. Nam quid in diuinis eloquijs largius & vberius potuit diuinitus prouideri, quàm vt eadem verba pluribus intelligantur modis, quos alia non minus diuina contestantia faciāt approbari? Hæc Augustinus. Et de hac re hæc dicta sufficiant.

Hierony.

Cant. 4.
August.

¶ Quod sacrarum scripturarum interpretatio, quam quisque fidelis amplecti tenetur, ad solam Ecclesiam pertineat.

Cap. IIII.

Quamquam regulam præscripsimus per quam cognosci valeat, quocunque sensu signato, sit ne verus sacre scripturæ sensus, an non, multi tamen illa abutuntur: libereq; ac pro libito scripturam interpretantur, vt

eam in sui erroris testimonium trahant. Vt enim inquit Aug. in lib. 83. quæsti-
 onum, quæstione sexagesimanona: Non potest error oriri palliatus nomine **C**
 Christiano nisi de scripturis nõ intellectis. Sic enim à principio nascentis ec-
 clesie vsque ad seculum nostrum factum esse reperimus. Nam & beatus Pe-
 trus testatur Paulinas epistolas ab aliquibus perperam intellectas, qui eas in
 suum errorem detorqueere conabantur. Sic enim ait: Sicut & charissimus fra-
 ter noster Paulus secundum datã sibi sapientiam scripsit vobis, sicut & in om-
 nibus epistolis, loquens in eis de his, in quibus sunt quædam difficilia intel-
 lectu, quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & cæteras scripturas, ad suam ip-
 sorum perditionem. Arius plures admodum sacre scripturæ locos in sui er-
 roris probationem attulit, omnes tamẽ male intellectos. Fecerunt & hoc
 ipsum Nouatianus, Donatista, Pelagiani, Nestoriani, & qui nõ? Omnibus enim
 hoc commune fuit, vt scripturis perperam intellectis, pestilenterq; expositis,
 suos tutati sint errores. Et hanc prohi dolor hodie incurfionem à Lutheranis
 patimur, quibus adeo frequens est Euangelium, & Paulinæ epistolæ, vt nihil
 aliud spirare videantur. Verum Deo immensæ agendæ sunt gratiæ, qui om-
 nes has ecclesiæ infestationes, ad suam & ecclesiæ gloriam vertit, quæ ictibus
 percussa, ad meliora prouehi cogitur. Nam huiusmodi hæreticorum causa fa-
 ctum est, vt relictis quibusdam nugis, quibus à trecentis annis hucusque ho-
 mines sese dedere, ad meliora studia se transfulerint. Quod fit vt multo plures
 viros doctos nunc ecclesia possideat, quàm à quadringentis retroactis annis
 hucusq; habuerit. Oportet enim (vt ait Paulus) hæreses esse, vt probati mani-
 festi fiant. Quod exponens Augustinus in libro super Genesim contra Mani-
 chæos, ait: Ideo diuina prouidentia multos diuini erroris hæreticos ipse per-
 misit, vt quum insultant nobis, & interrogant nos quæ nescimus, vel sic excu-
 riamus pigritiam, & diuinas scripturas nosse cupiamus. Propterea Apost. ait: **D**
 Oportet hæreses esse, vt probati manifesti fiant. Hi enim Deo probati sunt,
 qui bene docere possunt: sed manifesti esse hominibus nõ possunt, nisi quum
 docent: docere autem nolunt, nisi eos qui quærent. Multi autem ad quæren-
 dum pigri sunt, nisi per molestias & insultus hereticorum quasi de somno exci-
 tentur. Qui homines si bonæ sint fidei, non credunt hæreticis, sed quid illis
 respondeant, diligenter inquirunt. Nec eos deserit Deus, quin petentes acci-
 piant, & quærentes inueniant, & pulsantibus aperiatur. Hæc Augustinus. Si
 ergo hæreses sunt, & ex peruersa sacre scripturæ intelligentia (vt infra longius
 dicemus) oriuntur, oportet penes aliquem esse potestatem interpretandi sa-
 cram scripturam, cui interpretationi quilibet fidelis assentiri teneatur. Alio-
 qui nulla patet via conuincendi hæreticum, si cuique liceat pro suo arbitratu
 eam interpretari. Verum quia possibile est vt hoc ab aliquo negetur, sic ratio-
 nibus illud fulcire oportet, vt vel impudentissimus sit qui obstet. Qua de cau-
 sa vnum quemlibet hæreticum conuenio, & rogo an credat aliquem esse aut
 vsquam fuisse hæreticum à vera fidei regula deuiantem. Nullus (opinor) infi-
 ciabitur aliquem fuisse vsquam, qui à recta fidei regula discesserit, nisi forte
 ex secta Rhetoricorum fuerit: qui (vt Philastro placet) astimarunt omnes he-
 reses veras esse, hæreticosq; semper bene sentire. Quod adeo magna est de-
 mentia, vt August. lib. de hæres. cap. 72. impossibile videatur hominem vllum
 adeo stupuisse, vt hoc asseuerarit. Non dubito quin Arrianus hæreticum cen-
 seat Sabellium, Sabellius viceversa Arrianum. Pelagius si superstitis esset, iudi-
 caret Lutherũ à vera fide deuiare, Lutherus hoc idem impingit Pelagio. Sunt
 enim eorũ assertiones adeo pugnates, vt altera alteri minimẽ coherere que-
 at. Si ergo (vt par est) concedat aliquem fuisse hæreticum, percontabor tunc
 an pateat via qua homo ille doceri possit, vt nisi malitia obstet, excitari possit
 ab errore? Quod si abnuat, fateatur necesse est nullam culpã esse imputandã hæ-

August.

2. Pet. 3.

1. Cor. 11.
August.

A hæretico quod ab errore non discedat, vt pote qui a immedicabili ignorantia
 laborat. Dominus enim (vt ait Augustinus in quodã sermone) seruum pigrũ
 non damnaret, si ea quæ fieri nullo modo poterant, imperaret. Si verò conce-
 det aliquam viam patere qua homo ab errore auocari possit, doceriq; pepe-
 ram sacram scripturam intellexisse, quero à quo docendus erit? Nõ ab alio ho-
 mine, quia de quolibet homine causabitur illum decipi, nolletq; ob id inter-
 pretationem eius amplecti. Omnis enim homo errare potest in fide, etiã si pa-
 pa sit. Nam de Liberio papa refert Platina illum sensisse cum Arianis, & Ana-
 stasium secundum huius nominis pontificẽ fauisse Nestorianis, qui historias
 legerit, non dubitat. Cælestinum papam etiam errasse circa matrimonium fi-
 deliũ, quorum alter labitur in hæresim, res est omnibus manifesta. Neq; hic
 Cælestini error talis fuit, qui soli negligentie imputari debeat, ita vt illũ er-
 rasse dicamus velut priuatam personam, & non vt papam, qui in qualibet re
 seria definienda consulere debet viros doctos: quoniam huiusmodi Cælesti-
 ni definitio habebatur in antiquis Decretalibus, in ca. Laudabilem, titulo de
 Conuersione infidelium: quam ego ipse vidi & legi. Si ergo nulli homini iu-
 re tenemur in interpretatione sacrarum literarum credere, propterea quod
 quilibet homo solus errare potest, erit necessariò iudicium interpretationis
 penes totam ecclesiam, penes quam ius fuerat discernendi sacras scripturas
 ab humanis. Nam hæc errare nõ potest, cum à spiritu sancto sit edocta. Nul-
 lus enim verius scripturam aliquam interpretari potest, quàm qui mentẽ &
 spiritum scriptoris habet. At certum est ecclesiam spiritum dei habere. Sic
 enim Christus promisit: Alium paraclætum dabo vobis, qui suggeret vobis
 omnẽ veritatem. Et alibi de seipso dicit: Ego vobiscũ sum vsq; ad consumma-
 tionẽ seculi. Si ergo Deus ecclesiæ semper adstat, & ipiritus eius suggerit illi
 omnem veritatem, quĩ sit vt falli possit, aut scripturam interpretari nesciat,
 quæ ab autore scripturæ quotidie edocetur? Adde quod ecclesia sponsa est
B Christi, in qua cor viri eius maximẽ confidit, vt dicitur in li. Prouer. At non
 bene in ea confidere diceretur, si illi scripturas offerret, quarum clauces apud
 se retineret. Hoc autẽ eueniret si scripturis ecclesiæ traditis, earum intelle-
 ctũ nõ traderet, sed penes se retineret Deus. Nunquid calare poterit Abra-
 hã, ait Deus, quæ facturus sum? Si ergo Abraham Deus calare noluit, quæ fa-
 cturus erat, quãto minus calabit ecclesiã scripturarũ intelligentiã? Præterea
 ecclesia hoc habet, vt verbum Dei possit à verbis hominũ discernere: nã aliã
 nesciremus hoc esse Euangelium Matthæi, illud verò Marci vel Lucæ, nisi testi-
 monio ecclesiæ id asserẽtis didicissemus. Certum est autem hanc potestatem
 discernendi scripturas diuinas ab humanis ecclesiã nõ aliunde habere, quàm
 à Deo: nec ob aliam causam, quàm ne in his erraret ecclesia, in quibus nõ er-
 rare maximẽ oportebat. Vnde manifestẽ conuincitur, vt si penes ecclesiam sit
 discretio verborũ Dei à verbis hominũ, sit etiã penes ipsam ecclesiã potestas
 discernendi sensum diuinum ab humano. Alioquin enim nihil profuisset si ec-
 clesia Deo docente sacram scripturam veram discernat à falsã, & in scriptura
 vera nesciat falsum sensum à vero separare. Nõ enim minor erat iactura si fal-
 sum sensum ecclesia pro vero susciperet, q̃ si scripturas hominum pro diuinis
 amplecteretur. Hieronymus super epistolam ad Galat. Nõ putemus in verbis
 scripturarum esse Euangelium, sed in sensu: non in superficie, sed in medulla:
 non in sermonum folijs, sed in radice rationis. Hæc Hieron. Quod fit vt qua le-
 ge credimus ecclesiã dicẽti hanc esse scripturam diuinã, eadẽ lege credamus
 ei dicenti hunc aut illum esse sensum scripturæ diuinę. Nam parum referbat
 scripturas tenere, si vera earum intelligentia ecclesia fraudata esset. Nõ enim
 contentio est in verbis, sed in rebus. Cõstat alijs verbis Græcos vti, alijs Lati-
 nos. Aliud est Hispanis idioma, aliud Gallis, aliud Germanis, aliud Britãnis.
 Non

1. Cor. 14.
Matth. 27.

Prouer. 31

Gen. 28.

Hierony.

Non est terra iam vnus labij, cum tamen eadem sit res de qua loquuntur. Nihil interest an verba Christi hoc aut illo idiomate proferas, modo eundem referas sensum quem ille intelligi voluit. Ad eundem modum minimum refert eadem tenere verba, si oppositis secumque pugnantibus sensibus à diuersis exponantur. Nos etenim Christum adorantes, & coram eo proci dentes dicimus, Aue. Iudaei eidem illudentes dicebant, Aue. Verba sunt eadem: quis tamē nesciat inter nostra & illorum verba magnum esse discrimē ex vario sensu, variaque intentione? Iudaei enim illusionē, nos autem reuerentiam eisdem verbis significamus. Cum ergo tantum intersit, ut hoc aut illo sensu verba capiēda sint, maxime oportuit penes ecclesiam esse ius scripturas interpretandi, nō aliter quā diuinas scripturas ab humanis discernendi. Alioquin nulla pateret via qua heresis reuinci potest. Nam cum omnes haeretici (ut diximus) suos errores scripturis confirmēt, qui ex scriptura minime oriuntur, sed ex adulterino eius sensu: quo pacto sensus ille rejici poterit, si illum haereticus vel germanum literarum sensum recipere velit? Aut à quo rejicietur, si penes nullum sit autoritas sacram scripturam interpretandi? Dices fortē rationibus & argumentis & coniecturis, praecedentium & sequentiū verborum cōtextu, verum literarum sensum elici posse. Fateor hęc plurimū iuuare, nec tamen rē omnino absoluent: quoniam nec semper coniecturā cogunt, nec argumenta euidenter colligunt, praecipue in rebus fidei, vbi minima est argumentorū vis. Adde quod multa sunt quorum verus sensus longissimē à litera discedit, tantū abest ut ex ea conijci possit. Sed ecce dum ad bellum accingimur, & arma paramus ad cōgressum, signo adhuc minimē ad pugnam dato, inuadit nos vnus ex his quos expugnare decreuimus, nempe Luthē. Quisnam is sit, quum de haeresibus sigillatim agetur, enarrabimus. Is enim in suo libro de captiuitate Babylonica, quum de sacramento eucharistiae differit, sic ait: Verbis diuinis nō est faciēda vis, neque per hominem, neque per angelū, sed quantum fieri potest, in simplicissima significatione seruanda sunt: & nisi manifesta circumstantia cogat, extra grammaticam & propriam accipiēda non sunt, ne detur aduersarijs occasio vniuersam scripturam eludendi. Hęc Lutherus. O fomentum plurimarum haeresum. Iam Lutherum percontari vellem, an semper iuxta simplicissimā significationem, & iuxta solam grammaticam verba accipiēda sint, an aliquando licebit extra grammaticae limites diuagari? Quod si id licere neget, in vanū ergo laborauerunt tot illustres viri in eruēdis veris sacrae scripturae abstrusissimis sensibus: nec tantum oporteret circa eam laborē impendere, si sola grammatica sufficiat, & verborum simplicissima significatio. Adde quod multa tūc in sacris literis reperientur, quae vel parum pius homo aut rideret, aut abominaretur: quale est illud, ut vnum aut alterum ex multis adferā: Ego dispono vobis mensam, sicut disposuit mihi pater, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Cui alludere videtur illud Esaiæ, quum de retributione iuxta vniuersumque opera singulis donanda differens, ait his qui in luxu & fastu vitam hanc transegerunt: Serui mei comedent, vos autem esuriētis: serui mei bibēt, vos autem sitiētis, &c. Quae si iuxta solam verborum simplicissimam significationem (ut Lutherus ait) accipiēda essent, quis non videt ex hoc ansam praebere Cherinto fouendi suam impiam haeresim, qua ait in illa expectata beatitudine futuras esse carnis delicias? Omnibus etiā vel illud notissimū est quod Christus ait: Pater maior est me. Si nulla ibi requiratur interpretatio praeter illam quae ex verborum simplicissima significatione hauritur, certum est inde arma gratis donari Arrianis, quibus suam excitent iam diu sepultam haeresim. Si nulla alia expositio est adhibenda sacris literis praeter illam quae ex grammaticae regulis hauriri potest, satis exultabunt inde Marcion haereticus, & Manichaeus eius imitator, dicentes legem veterem fuisse malam: quoniam Pau-

Luth. 23.

Luth. 23.

Esai. 65.

Ioh. 14.

A Paulus ait: Lex autem subintravit, ut abundaret delictū. Et idem Manichaeus se triumphasse de catholicis credit, quum ait Prophetas omnes errasse, quoniam Christus ait: Quotquot ante me venerunt, fures sunt & latrones. Ex his ergo luce clarius ostenditur, ut si Lutherus nolit cōsentire Cherinto, aut fauere Arrio, interpretationē sacrarum literarum extra grammaticae alueum non solum admittat, verum etiam exigat. Quid, quod Lutherus sapissimē sui instituti immemor, sacram scripturam quae à catholicis obijcitur, expositione minimē regulis grammaticae conuenienti detorqueat, & in alienum sensum trahit: ut facile est videre quum verba Christi quibus panē in suum corpus vertit, dilacerat. Sic enim exponit, hoc, id est, hic panis, est corpus meum. Verum ut vbiq; tyrannidem exerceret, noluit legem quam tulerat pati. Vult enim Lutherus (ut verē se Pharisaeorum fermentum habere ostendat) nobis onera importabilia imponere, quum tamen ipse nec digito velit ea mouere. Quum enim prius legem statuisset de inhienda scripturae interpretatione, in eam quam vidistis expositionem prorupit, de qua infra in titulo de eucharistia differemus. Si ergo tibi Luthere tribuis potestatem sacram exponendi scripturam quae tibi obijcitur, cur non permittes tot sapientibus facultatem exponendi eas quas nobis obijcis auctoritates? Tibi temerē licebit pro tuo arbitrato deprauare scripturas, & catholicae Ecclesiae non licebit aliquid exponere? Vis enim has quibus inniteris auctoritates nō exponi, nec summis digitis tāgi, sed iuxta literā accipi: ne fasque esse ais à literae cortice vel tantillum discedere: cū tamē has, quae nobis & veritati fauent, mira libertate contrectes, detorqueas, alienes. Est ne fortē tibi alia scriptura quam nobis, ita quod illa exponenda non sit, haec autem etiam à canibus dilaniari permittatur? Aut si fortē tibi eadem est scriptura sacra, quae & nobis, vnde haec tibi & tuis complicitibus audacia, ut quam nobis adimitis interpretandi potestatem, vobis ipsis arrogatis? Est ne fortē à nobis ablatum regnū dei, ut daretur vobis? Si hoc ita esse asseritis, ostēdite vos esse eam gentē faciētem fructus, cui Christus regnū hoc se daturum spondit, & credo. Eos tamen fructus neque videmus, neque spero videbimus, nisi Deus sua benignissima pietate vestros miseratus errores, à tenebris in lucem vos aliquando reducat. Quod si fortē Luthero vexatio iam dederit intellectuū, ut nobis perinde ac sibi permittat sacras scripturas interpretari: hinc iam eueniet, ut quum inter nos & illū de vera literae intelligentia nō conueniat, sit penes alium iudicium, qui omni cōtentione sublata, verum & catholicum sensum ostendat. Is autem talis sit oportet, ut falli nequeat. At omnis homo falli potest, ut paulō ante ostendimus. Ecclesia autē falli nō potest, in his maxime in quibus multum interest non falli. Conuincimus ergo penes ecclesiam esse potestatem & discernēdi scripturas diuinas ab humanis, & in eisdem scripturis diuinis sensum diuinum ab humanis separandi, cuius discretioni & iudicio quilibet fidelis tenetur obtemperare in vno perinde ac in altero. Fortē aliquis nobis obijciet, ut nostrā hanc sententiā infirmet, & sic dicet: Si ecclesia est quae sola errare nō potest, & aqua verum & indubitatum sacrae scripturae sensum recipere debemus, nunquam aut salte difficillime poterit aliquis verum & certum sacrae scripturae sensum assequi, postquā de illo semel dubitare coeperit. Quoniam ecclesia quae per totum orbem diffusa est in nullo aliquo loco congregari potest, ut vnum aut alterū ignorantem docere valeat. Si dicas ecclesiam totā representari in generali concilio, & ab illo verum scripturae sensum esse perendū, oporteret tunc hac ratione fateri: difficillimum esse verum & certum scripturae sensum assequi: quia difficillimum esset pro quocunq; dubio scripturae sensu, generale concilium cōgregare. Fateor quidem rem fuisse semper difficilem, & nunc pro dolor, difficillimā generale congregari conciliū, atque ideo concedo non esse necessarium tale concilium con-

Mat. 23.

con-

congregari, vt per illud agnoscamus quid ecclesia doceat, de vero alicuius sacrae scripturae sensu. Nam sicut ad cognoscendum quam scripturam ecclesia reputat sacra, non solum attendimus conciliorum generalium definitiones, sed etiam (vt Aug. lib. 2. de doct. Christ. cap. 8. docet) sententiam in pluribus ecclesijs particularibus continua successione seruati: ita etiam ad cognoscendum quid pro vero scripturae sensu ecclesia teneat, recurremus ad sacros & sanctos doctores, qui nos praecesserunt: & qui ab illis continua successione & sine vlla controuersia habitus est semper pro vero scripturae sensu, illum sine dubio credamus esse sensum quem ecclesia catholica docet esse tenendum. Hoc enim docet sanctus Clemens martyr & Petri discipulus lib. 10. recognitionum sic inquit: Oportet ab eo intelligentiam discere scripturarum, qui eam a maioribus sibi traditam seruat. Hae ille. Non ergo a Luthero, aut Oecolampadio, aut Melanctone, aut Butzero, aut Zuinglio, aut quouis alio similis farinae homine discere oportet sacrae scripturae intelligentiam, quia nullus eorum tradit illam quae est a maioribus nostris seruata, sed quam quisque illorum pro suo libito confinxit. Clementi consentit Augustinus, qui in quadam epistola ad Paulinum haec ait: Eligo in his verbis (loquitur de quibusdam sacrae scripturae verbis) hoc intelligere quod omnis vel penes omnes frequenter ecclesia. Haec Aug. Praeterea, vsu perpetuo seruatum est hoc in ecclesia, vt si quando forte inter catholicos & haereticos fuisset orta controuersia de vero intellectu sacrae scripturae, semper in concilijs, quae ob hanc causam congregata essent, haberetur recursus ad sententiam patrum praecedentium vsque ad tempora Apostolorum, & quod ab illis continua successione traditum fuisse intellexerunt, illud censuerunt esse ecclesiae catholicae doctrinam necessario suscipiendam. Hoc tamen diligenter est aduertendum, quod de illorum patrum sententia solummodo fiebat inquisitio, qui ante controuersiam ortam sanctiores & doctiores habiti sunt, & qui de illa re non in alicuius hominis gratiam, sed solum ad Dei honorem scripserant. Sic enim legitur in historia tripartita li. 9. ca. 19.

¶ Quod aliqua sunt quibus ex vniuersalis Ecclesiae definitione fides integra adhibenda est, etiam si expressis sacrae scripturae testimonijs non valeant comprobari.

Cap. V.

AT multa sunt haereticorum dogmata, quae testimonio scripturarum minime refelli possunt, sed solum vniuersalis Ecclesiae traditione rejiciuntur. Hanc autem ecclesiae traditionem plurimi haereticorum subsannant, deridentque. Nam & caeae ab eis derideri queritur apud Iob, dicens: Nunc autem rident me iuniores tempore: quod exponens beatus Gregorius, ait: Omnes haeretici aetate vniuersalis ecclesiae comparati, iuniores tempore congrue vocantur, quia ipsi ab ea, non autem ipsa egressi sunt ab illis. Vnde recte quoque per Ioannem dicitur. A nobis exierunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum. Iuniores ergo tempore sanctam ecclesiam irident, quum huiusmodi ab ea egressi sunt, doctrinae eius verba despiciunt. Haec Gregorius. Ideo hoc faciendum est solidissimum fundamentum, quo tanquam firmissimo praesidio aduersus haereticos sapissime in posterum nos munire oportebit. Vniuersalis ecclesiae traditiones aut definitiones in his quae fidei spectant, etiam si aperta scriptura in earum comprobationem desit, non minoris sunt autoritatis quam ipsa sacra scriptura. Hanc autem assertionem, vt non facile ruat, pluribus oportet rationibus fulcire. Prima, quia non minus efficax est ad docendum fidem & mores vox docentis, quam scriptura: imo longe efficacior: quod vel autore Hieronymo in epistola ad Paulinum de omnibus sacrae scripturae libris satis constat. Sic enim ait: Habet nescio quid latentis energiae, viuuae vocis actus, & in aures discipuli de auctoris ore transfusa, fortius sonat.

Dic

A Dic ergo an debeas fidem Euangelij, eo quod ab hominibus scripta fuisse, an qui a Deo talis hominibus inspirata, qui & corda & manus eorum ad scribendum mouebat? Non dubito te hac ratione ad eorum fidem adduci, quod credis eos in scribendo diuino afflato spiritu. Quid ergo prohibet diuinum spiritum affare ecclesiae loquenti, perinde ac Euangelistae scribenti? Cum ipse dicat Apostolis: Non estis vos qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Nunquid destituit Deus iam ecclesiam suam spiritu suo, vt per os eius loqui dedignetur vt antea? Absit. Nam ipse dicit: Ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Si ergo credis scripturae diuinae per manus Euangelistarum & Apostolorum scriptae, cur non credis voci diuinae per os ecclesiae prolatae? At dicis forte te scire hanc scripturam esse diuinam, ac ideo te illi praebere aurem: nec tamen ita scis vocem illam esse diuinam, ac ideo non credis, crediturus autem si tibi aliqua ex parte innotesceret vocem illam ecclesiae hoc aut illud asserentis esse diuinam. Dic obsecro vnde scis hunc librum esse Matthei, illum Marci, illum vero Lucae, aut illum Ioannis. Num adfudisti scribentibus? Quod si dicis te hoc scire ex titulis quorum scriptis appositi sunt, erit hac ratione vt non tenacius adhaereas vt credas primum ex. 4. Euangelij esse Matthei, quam vt credas librum de ciuitate Dei, aut de trinitate esse Augusti. quod si annuis, certe vacillat fides tua, & baculo tenerrimo innititur. Quis enim nescit quam sapissime errent titulorum inscriptiones, adeo vt eundem librum duorum aut trium auctorum diuersis titulis inscriptionum reperias? Quod fit vt pro talibus inscriptionibus defendendis raro velim contendere. Ne autem negem primum euangelium esse Matthei, aut epistolam ad Romanos esse Pauli, ceruicem libentissime gladio opponam. Verum forte dices (vt par est) te credere hoc euangelium esse Matthei, illud vero Lucae, quia ecclesia ita testatur. Si ergo credis ecclesiae dicenti hoc euangelium esse Matthei, illud vero Lucae, quare res est tam seria; vt ex ea caetera ferme omnia pendant: cur non credas eidem ecclesiae dicenti reliqua, etsi scripturis ea minime confirmet? Nunquid vt crederes ecclesiae dicenti hoc euangelium esse Matthei, exis ab ea testimonium ex scriptura diuina, sine qua minime crederes? Nunquid oportuit vt Mattheus testaretur de Luca eum scripsisse euangelium, aut Lucae hoc idem testari per scriptum de Mattheo? Si hoc ita est, vt semper scriptura qualibet in sui probationem alterius scripturae testimonium exigit, quis non videt hac ratione abundum esse immensum sine fine? Quo fiet vt nunquam scire quis possit certo de scriptura aliqua, esset ne diuina, an humana. Si vero hoc non exigitur, cur ecclesiae absque vilo diuinae scripturae testimonio dicenti tibi hoc esse euangelium Matthei, credis: in alijs autem sine scripturae diuinae testimonio non vis credere? Nonne eadem est ecclesia quae hoc asserit & illud? Nonne scripturarum discretio est res adeo seria, perinde ac quaeuis alia? Ceterum vt fortius agamus, & clarius hominem conuincamus, hoc vnum gratis donamus, te absque scripturae sacrae & ecclesiae testimonio, sed sola sancti spiritus illustratione edoctum scire Euangelium esse huius vel illius, ac ideo dicas te credere illi: Dic ergo, cur credis Euangelistae, & non ecclesiae, cuius ipse Euangelista membrum vnum fuit, cum ecclesia tanto Euangelistae excellat, quanto integrum corpus singulis praestat membris? Si vni fidis, cur diffidis cunctis? Si membro tribuis tantum, cur toti nihil tribuis corpori? Praeterea non legimus Christum aliquid scripsisse, sed solum verbo docuisse, ex cuius verbis multa praeterierunt Euangelistae, quorum nullam prorsus fecere mentionem. Vnde Ioannes euangelista in vlt. euang. sui cap. ait: Sunt & alia multa quae fecit Iesus, quae si scriberentur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt libros. Pari ergo ratione credendum est, nec eos omnia quae Christus dixerit, scripsisse: quale est illud: Beatius est dare quam accipere: quod Paulus

C

testa-

testatur Christum dixisse, cum tamen nullus Euangelistarum illius memine-
rit. Et Lucas ca. 1. Actorum apostolicorum refert de Christo domino nostro, quod
post resurrectionem suam praeiuit seipsum discipulis suis viuum in multis argu-
mentis, per quadraginta dies apparens eis, & loquens de regno dei, ex quibus
verbis vix vnum & alterum scriptum reperies. Credendum est tamen apostolos
alijs verbo narrasse tam facta quam dicta, atque ita ex ore in nos, & ex pectore in pec-
tus transfusa, ad nos usque peruenisse sine alio quouis scripturae testimonio. In-
super multa fuerunt Apostolorum dogmata & praecepta de regimine ecclesiae,
quae scripto minime fuerunt mandata. Nam Actorum apostolicorum cap. 15.
dicitur, quod Paulus electo Sylla profectus est, traditus gratiae Dei à fratribus.
Perambulabat autem Syriam & Ciliciam confirmans ecclesias, praecipiens
custodire praecepta Apostolorum & seniorum. Et sequenti capitulo dicitur de
Paulo & eius discipulo Timotheo in hunc modum: Cum autem pertransirent
ciuitates, tradebant eis custodire dogmata quae erant decreta ab Apostolis &
senioribus qui erant Hierosolymis. Haec parum nostro proposito conducunt,
quonia Apostolorum canones reperimus quos ipsi ad regimen tunc nascens
ecclesiae ediderunt. Hos per quadraginta & octo capita digestos, Isidorus in prin-
cipio conciliorum collocauit. Quos à Clemente papa & martyre (vt dicitur)
translatos, Zepherinus & Leo summi pontifices & sexta synodus approbarunt.
Damasceus tantum illis tribuit, vt in fide. 18. cap. 4. libri de fide orthodoxa, vi-
deatur eos in numerum canonicorum librorum referre. Nam cum de canonicis
libris differit, eorum catalogo recensito, nulla prorsus distinctione facta, subne-
dit canones apostolorum per Clementem. Sed his dimissis, vel illud maxime
nostram assertionem confirmat, quod Paulus ait in secunda ad Thessalonicenses
epistola: Itaque fratres state, & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermo-
nem, siue per epistolam nostram. Et in secunda ad Timotheum epistola: Tu er-
go fili mi confortare in gratia quae est in Christo Iesu: & quae audisti à me per
multos testes, haec commenda fidelibus hominibus qui idonei erunt alios do-
cere. Ex quibus duobus locis satis clare ostenditur Paulum aliqua verbo solo
tradidisse, quae nusquam scripto mandauerat. Tunc peto an praecepta habeant
vim & robur suum à scriptura, an ab animo obligantis? Si ex animo solum
praecipientis pendent, quum voces aequè animi testentur, ac scripturae, qui
fit, vt verbo ab vno ad alterum transmissa, non habeant aequam vim obligandi
sicut scripturae? At dices verbis non esse tantam fidem adhibendam, quanta debe-
tur scripturis, eo quod verba citius faciliusque permutantur, minuuntur, augentur,
deprauanturque, quam scripturae. Esto, sed nunquid ideo semper diffidendum erit ver-
bis, vt nunquam alicui credatur, nisi scripturis comprobet? Absit. Hoc enim modo
omnis conuictus humanus peribit: non crederem me incepisse aliquando, non
crederem talem esse patrem meum, & talem matrem meam. Nulli credere, ac om-
nibus, summam dementiae est. Nonne testes sunt efficacissimi ad rei comproba-
tionem? In ore duorum vel trium, inquit Christus, stat omne verbum. Quis
autem efficacior testis esse potest, quam ecclesia, quae oculatus testis est, & spiritu ver-
ritatis afflata, mēdax esse nequit? Ecclesiam verò oculatum esse testem eorum
quae refert, sic conuincimus, quoniam Ecclesia ex omnibus fidelibus constat,
non solum presentibus, verum etiam praeteritis, & in posterum futuris. Alias tot
oporteret ecclesias fingere, quot secula fluxissent. Cui tamen sententiae mani-
feste ipse ecclesiae sponsus obuiat dicens: Vna est columba mea, vna est amica
mea. Et Apostolus: Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo.
Virginem dixit, non virgines. Si ergo vna est, fieri oportet vt haec eadem eccle-
sia quae nunc est, audierit Christum praedicantem, viderit morientem, congra-
tulata fuerit resurgenti, conspexerit in caelos ascendentem, assederit Euange-
listis & Apostolis scribentibus, asstiterit docentibus. Si ergo horum omnium eccle-
siae

2. Tim. 2.

1. Ion. 1.

Cant. 6.
2. Cor. 11.

A
cclesia est testis oculatus, erit per omnia ei credendum, cum certum sit eam neque
mentiri velle, neque ignorare quae asserit. Praeterea in primordijs ecclesiae nascentis,
cum primò oriebatur, post receptum spiritum sanctum aliquod temporis spa-
cium interiectum est usque ad primam euangelij conscriptionem: quo tempore nul-
li dubium quin credendum esset Ecclesiae circa credenda & agenda à Christo
mandata, etiam si tunc ecclesia omni scripturae praesidio careret. Erit ne forte di-
cendum vt breuior sit nunc ecclesiae autoritas, quam tunc: Aut detrudemus eccle-
siam in tam augustos limites, vt eam nunc ex scripturae testimonio pendere di-
camus, quae olim minime pendeat? Erit ergo sine vlla haesitatione tenendum,
vniuersalis ecclesiae traditionibus & definitionibus, etiam si haec nullis scriptu-
rae sacrae testimonijs comprobentur, tantam fidem esse adhibendam, quanta ipsi sunt
scripturis sacris debetur, quum illis lingua aequè nunc moueat spiritus sanctus
in locutione earum rerum in quibus nostra salus pendet, sicut olim mouit ma-
nus scriptorum ad scripturas sacras scribendas. Sed ne haec nostris solum ratio-
nibus ductus dixisse videar, expedit vt ostendam hanc eandem fuisse mentem pro-
batissimorum quorumcumque virorum qui de hac re fecere mentionem. Aug. in epi-
stola ad Ianuarium quae est in volumine epistolarum eius. 118. Illa quae non scri-
pta sed tradita custodimus, quae quidem toto orbe terrarum obseruantur, datur
intelligi vel ab ipsis apostolis vel plenarijs concilijs (quorum est in ecclesia saluber-
rima autoritas) commendata atque statuta retineri. Vnde haec quin ita facienda sunt
disputare, insolentissima infania est. Haec ille. Et in epist. ad Casulanum presby-
terum: In his rebus de quibus nil certi statuit diuina scriptura, mos populi dei &
instituta maiorum pro lege tenenda sunt. Et sicut praeparatores diuinarum legum,
ita contemptores ecclesiasticarum consuetudinum coercendi sunt. Haec Aug. Alia sunt
quam plurima eiusdem beatissimi patris huic proposito conducentia testimonia,
quorum omnium vel illud praecipuum est, quod aduersus Cresconium gramma-
ticum scribens ait: Proinde quamuis huius rei certum de scripturis non profes-
ratur exemplum, eandem tamen scripturarum etiam in hac re à nobis tenetur
veritas, quum hoc facimus quod vniuersae iam placuit ecclesiae, quae simul ipsa-
rum scripturarum commendat autoritas, vt quoniam sancta scriptura fallere
non potest, quisquis falli meruit huius obscuritate quaestionis, eandem eccle-
siam de illa consulat, quam sine vlla ambiguitate sancta scriptura demonstrat.
Haec Augustinus. Hoc etiam confirmatur testimonio Ioannis Damasceni, qui
in. 13. cap. 4. libri de fide orthodoxa, docet qualiter Deum adorare debeamus
ad orientem, dicit: Non scripta est autem haec Apostolorum traditio: nam mul-
ta sine scripto nobis tradita sunt. Idem quoque in. 17. eiusdem libri cap. Est au-
tem haec traditio non scripta, perinde ac adorationis ad orientem, adorare sci-
licet cruce, & alia plurima his quae dicta sunt similia. Haec Damascenus. Sed
Origenes etiam in hanc manibus (vt dicitur) ac pedibus intendentiam. Is enim
homilia quinta supra librum Numerorum sic ait: In ecclesiasticis obseruationi-
bus sunt nonnulla quae omnibus quidem facere necesse est, nec tamen ratio
eorum omnibus patet. Nam quod (verbi gratia) genua flectimus orantes, &
quod ex omnibus caeli plagis ad solam orientis partem conuersi orationem fun-
dimus, non facile cuiquam puto ratione comprehensum. Sed & eucharistiae siue per-
cipiendae, siue eo ritu quo geritur explicandae, vel eorum quae geruntur in ba-
ptismo verborum gestorumque & ordinum, atque interrogationum ac respon-
sionum quis facile explicet rationem? Et tamen omnia haec operata & velata
portamus super humeros nostros, quum ita implemus ea & exequimur, vt à
magno pontifice & eius filijs tradita & commendata suscepimus. Haec Orige-
nes. Vides hic qualiter Origenes testatur aliqua esse quae nobis facere est ne-
cessarium, etsi eorum nulla ex scripturis ratio pateat, sed sola ecclesiae obser-
uatio. Et idem docet in proemio libri periarcon. Irenaeus etiam Lugdunen-
sis epi-

August.

Damas.

Origenes.

Irenaeus.

sis episcopus & martyr, martyrisque discipulus, huic sententiae subscribit in cap. 4. tertij libri aduersus haereses, dicens: Tantae igitur ostensiones quum sint haec, non oportet adhuc quaerere apud alios veritatem, quam facile est ab ecclesia sumere, quum apostoli quasi in depositorium diues plenissime in eam contulerint omnia quae sunt veritatis, vt omnis quicumque velit, sumat ex ea potum vitae. Haec est enim vitae intriotus: omnes autem reliqui fures sunt & latrones. Propter quod oportet denotare quidem illos: quae autem sunt ecclesiae, cum magna diligentia diligere, & apprehendere veritatis traditionem. Quid enim? & si quando de aliqua modica quaestione disceptatio esset, nonne oportet in antiquissimas recurrere ecclesias, in quibus Apostoli conuersati sunt, & ab eis de praesenti quaestione sumere quod certum & rei liquidum est? Quid autem si neque Apostoli quidem scripturas reliquissent nobis, nonne oportebat ordinem sequi traditionis, quem tradiderunt his quibus committebant ecclesias? Haec Irenaeus. Huius autoritas non parui est momenti, nempe praeter sanctitatem & doctrinam qua polluit, discipulus fuit Polycarpi martyris, quem Ioannis euangelista discipulum fuisse plures testantur historiae. Abeant ergo Ioannes Vviclephus, & Ioannes Hus, & Martinus Lutherus, eorumque complices, & quibus volent suas iactent insanias, derogetque quantum voluerint ecclesiae autoritati. Nam mihi horum per tot secula probatissimorum virorum sufficisset autoritas, etiam si nulla ratione superius euicissem. Denique, ad completam huius sententiae confirmationem accessit concilium Tridentinum sub Paulo tertio celebratum, quod sessione quarta capite primo suorum decretorum legitimam me praesente protulit de hac re definitionem, sic inquit: Sacrosancta oecumenica & generalis Tridentina Synodus in spiritu sancto legitime congregata, praesidentibus in ea tribus Apostolicae sedis legatis, hoc sibi ante omnia perpetuo proponens, vt sublatis omnibus erroribus puritas ipsa Euangelij in Ecclesia conseruetur, quod promissum ante per Prophetas in scripturis sanctis Dominus noster I E S V S C H R I S T V S D E I filius proprio ore primum promulgauit, deinde per suos apostolos, tanquam fontem omnis salutaris veritatis & morum disciplinae, omni creaturae praedicari iussit, perspicens quod hanc veritatem & disciplinam contineri in libris scriptis & sine scriptis, traditionibus, quae ipsius Christi ore ab Apostolis acceptae aut ab ipsis Apostolis spiritu sancto dictante quasi per manus traditae ad nos usque peruenerunt, orthodoxorum patrum exempla secuta, Omnes libros tam veteris quam noui testamenti, cum vtriusque vnus Deus sit author, necnon traditiones ipsas tum ad fidem, tum ad mores pertinentes, tanquam vel oretenus a Christo vel ab spiritu sancto dictatas & continua successione in Ecclesia catholica conseruatas pari pietatis affectu & reuerentia suscipit & veneratur. Et post haec verba recenset concilium omnes libros totius sacrae scripturae tam veteris quam noui testamenti, quibus omnibus enumeratis statim haec quae sequuntur, subdit: Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in ecclesia catholica legi consueuerunt, & in veteri vulgata latina aditione habentur pro sacris & canonicis non susceperit, & traditiones praedictas sciens, & prudens contempserit, anathema sit. Haecenus Concilium Tridentinum. Dicamus ergo in omnibus, quae aut credenda aut agenda sunt, Ecclesia esse obediendum, etiam si scripturae autoritas desit, quamuis haec ei deesse non possit, quum hanc ei autoritatem ipsa scripturae tribuant. Nam alioqui qualiter asseremus Mariae perpetuam virginitatem, aut filium dicemus patri consubstantialem, quum haec minime in sacris literis reperiantur? Mariae siquidem perpetua virginitas in sacris literis nusquam clare inuenitur, nisi forte in figuris multis & aenigmatibus, quae (vt tertio cap. diximus) minime ad dogma aliquid adstruendum sufficiunt. Filij autem consubstantialitas etsi ex Euangelio conuincatur, nusquam

Concilium
Tridentinum.

A nusquam tamen (vt Arrius Athanasio opponebat) expressè in euangelio reperitur. Vtrunque tamen ecclesiae vniuersalis traditione tenemus, cuius firmissima est autoritas. Sunt & alia id genus multa quae operosum esset recensere: quae etsi non sunt scripturis expressa eorum tamen aliqua ecclesia spiritu sancto afflata ex collatione scripturarum colligit, alia per sola verba ab vno in alterum per tot secula transfusa retinuit: cui illud regij Prophetae alludere videtur: Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron, & in oram vestimenti eius. Ita vt a Christo capite in Apostolos transmissa verba, sint iterum ab ipsis Apostolis in vestimentum effusa, usque in oram vestimenti, id est, in finem usque ecclesiae, quae tunica est inconsutilis quam haeretici scindere conantur. Praeterea si nihil asserendum est nisi ex scripturis expressis probari possit, vt ait Lutherus, qualiter ipse testatur se credere purgatorium esse, quum tamen alibi dicat purgatorium non posse ex sacris literis probari? Verum nec mirum, quoniam Lutherus saepissime tanquam turdus (quemadmodum dicitur in prouerbio) sibi malum cacat.

¶ Quod Ecclesiam vniuersalem Concilia generalia rite congregata sufficienter expriment ac representent: quorum Conciliorum definitionibus & traditionibus ea erit praestanda fides, quae vniuersali Ecclesiae debetur.

Cap. V I.

B O stendimus satis (vt opinor) manifestè, vniuersalis ecclesiae traditionibus & definitionibus esse sine vlla haesitatione obtemperandum. At dubitabit quispiam fortè, vbi nam vniuersalis ecclesia vnquam congregata fuerit ad aliquid definiendum, aut quo pacto vnquam congregari possit, quum sit toto terrarum orbe diffusa? Nam haeretici quidam sunt, nempe Vviclephitae, Hussitae, Lutherani (horum historias enarrabimus cum inferius ad singulas eorum haereses deuentum fuerit) qui ne ecclesiam apertò Marte inuadere videantur, negant quicquam eam vnquam sanxisse, & ideo fingunt nobis quandam ecclesiam inuisibilem, vereque mathematicam, ab omni sensu abstractam. Quae etsi visibilis esset, nihil vnquam definire posset, quod quum tam late pateat, minime (vt dicunt) ad aliquid definiendum tota vnquam in simul congregari valuit. Et quoniam hoc est validissimum eorum scutum quo muniuntur, quum eis ecclesiae autoritas obijcitur, ideo ad eius extenuationem, imò verius dixerim destructionem, ante omnia annitendum erit. Nam in posterum quum aduersus singulas haereses pugnabimus, frequens nobis admodum erit ecclesiae autoritas, qua tanquam acutissimo telo haereticos cõstigemus. Quapropter vt nullum eis in hac parte reliquerimus scutum quo se tueri possint, hoc prius ostendendum fuit, ecclesiam visibilem esse, sensibusque hominum obiectam, alicubi iam saepe congregatam, saepeque olim congregabilem. Sed ante omnia prius oportebit iuxta Aristotelis praecipuum ostendere, quid sit Ecclesia, ne ex re perperam intellecta, vt saepe contingit, sit disceptatio. Ecclesiae de qua nunc agimus, quae militans dicitur, est fidelium omnium cõgregatio, quae corpus vnum est, cuius caput est Christus: nos autem singuli, alter alterius membra. Nam quod omnes nos vnum corpus sumus, cuius corporis caput est Christus testatur Paulus in epistola ad Rom. Sicut enim, inquit, in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo. Et iterum in prima ad Corinthios epistola idem confirmat dicens: Sicut enim corpus vnum est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa, vnum tamen corpus sunt: ita & Christus. Etenim in vno spiritu omnes nos in vno corpore baptizati sumus, siue Iudaei, siue Gentiles, siue serui, siue liberi. Iam vides quomodo ex Pauli sententia

omnes fideles qui semel Christo in baptismo dedicati sunt, vnum corpus efficiant, cuius ipse **C H R I S T V S** sit caput. Quod autem corpus ipsum ex omnibus fidelibus compactum sit ecclesia, testatur idem Paulus in epistola ad Ephesios, ubi loquens de Christo redemptore nostro ait: Et omnia subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam, quae est corpus ipsius, & plenitudo eius. Et iterum ad Colossenses quasi eandem repetit sententiam: Adimpleo, inquit, ea quae defunt passionum Christi in carne mea, pro corpore eius quod est ecclesia. Cum ergo singuli fideles, qui sunt velut membra corporis huius quod est ecclesia, visibiles sint, & oculis hominum obiecti atque patentes, qui sit ut ecclesia quae totum est corpus, inuisibilis sit? Non est enim verisimile, aut rationi consentaneum, ut id inuisibile sit, cuius omnes partes ex quibus coalescit, visibiles sunt & conspicuae. Verum iam video eos aduersus quos agimus, id negare quod assumpsimus, omnes scilicet huius corporis partes visibiles esse, quum caput ipsum, quod **C H R I S T V S** est, (vt ipsi asserunt) inuisibile sit. Sed hoc cauillum ita rejiciemus, vt nullus tergiversationi pateat locus. Nam siue loquaris de eo ante gloriam resurrectionis, siue postmodum, utrobique eum per carnis assumptae dispensationem visibilem reperies. Nonne Baruch Propheta de eo dicit: Post haec in terris visus est, & cum hominibus conuersatus? Si enim de eo cum doloribus & morti obnoxius erat, loquaris, quid prohibet vt qui esurit, sitit, lassatur, tristatur, crucifigitur, non etiam videatur? Nonne ad illud tempus refertur quod Esaias de eo ait: Vidimus eum leprosum, & cuius non erat aspectus. Si vero post susceptam immortalitatis stolam id dicas, vel illo solo Actuum Apostolorum testimonio conuinceris. Quibus & praebuit seipsum viuum post passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis. Qualiter autem potuit multis arguendis ostendere Apostolis se vitam recuperasse, nisi apostoli eum vidissent? Praeterea discipuli in castellum quod dicitur Emaus euntes (etsi oculi eorum tenebantur ne eum agnoscerent) nonne Christum viderunt? Insuper Thomae prius incredulo, postmodum vero fideli, dicit ipsummet caput iam glorificatum: Quia vidisti me Thoma, credidisti. Alij etiam condiscipuli dicunt eidem Thomae: Vidimus dominum. Et Paulus in 1. ad Cor. epist. testatur de pluribus qui Christum post resurrectionem suam viderunt. Sic enim ait: Visus est Cephae, & post hoc undecim. Deinde visus est plusquam quingentis fratribus simul, ex quibus multi manent usque adhuc, quidam autem dormierunt. Deinde visus est Iacobo, deinde apostolis omnibus. At dices forte tunc ideo visibilis fuisse, ideo quod suae claritatis radios continuerit, inuisibilis futurus si omnem glorificatae carnis splendor effudisset. Id esse falsum tribus testibus conuincitur, Petro, scilicet Iacobo & Ioane, vt in ore duorum vel trium stet omne verbum. His enim ab eo in motu excelsum ductis, transfiguratus est ante eos, & resplenduit facies eius sicut sol. Ipsum vero sic transfiguratum discipuli viderunt. Nam si non viderunt, quomodo postmodum testes eius rei esse possunt? Et si Petrus non vidit, quo ergo allelus dicit: Bonum est nos hic esse? Si ergo Petrus & alij duo Christum transfiguratum viderunt, qui sit vt nunc eum stola immortalitatis indutum videre non possumus, quantalibet claritate fulgeat? Nam transfiguratus symbolum quoddam futurae immortalitatis dedit, & in ea fuit resplendentia, in qua nunc ad dexteram patris residet. Sic enim ait Glossa comunis, quae Ordinaria appellatur, Marci nono. In ea fuit claritas in qua erit perfectio iudicio. Et Beda ibidem: Transfiguratus Saluator non substantiam veram carnis amisit, sed gloriam futuram vel suam vel nostrae resurrectionis ostendit. Qui qualis tunc apostolis apparuit, talis post iudicium cunctis apparebit electis. Haec Beda. Est ergo caput Ecclesiae **C H R I S T V S** omni tempore visibile, & quum de alijs Ecclesiae membris non sit qui dubitet ea esse visibilia, colligitur inde, totum corpus esse visibile. Adde quod eadem Ecclesia aliquando vocatur grex, iuxta illud Petri:

Ephe. 1.
Col. 1.
Baruc. 3.
Esa. 53.
Act. 10.
Ioh. 20.
1. Cor. 15.
Matth. 17.
1. Pet. 5.

A Pascite, qui in vobis est, gregem. Huius autem gregis oves singulae sunt singuli fideles, quos eidem Petro vt verbo & doctrina pasceret, commisit dominus dicens: Pasce oves meas. At quomodo erit grex inuisibilis, cuius omnes oves conspicuae sunt? Aut quomodo pastor pascet gregem quem non videt, nec eum illo modo cognoscere potest? Vt enim oportet pastorem vultum cuiusque pecoris sui cognoscere, ita etiam totum gregem, vt sciat suum gregem ab alieno discernere: oportet ergo vt grex qui a pastore debet pasci, sit ei visibilis: & corpus cuius singula membra sunt visibilia, ipsum quoque corpus integrum sit visibile. Nam quamuis fides qua ipsum corpus solidatur, & charitas qua viuificatur, & spiritus sanctus quo regitur, omnes inuisibiles sint, nihil tamen obstat, vt corpus ipsum sit visibile: quemadmodum nihil prohibet hominem visibilem esse, quamuis anima, qua corpus eius vegetatur, inuisibilis sit. Verum quia in causa fidei efficaciora sunt sacrae paginae testimonia (vt capite secundo diximus, & infra, in titulo Fides, longius differemus) quam omnes quantumvis urgentes rationes, ideo ad huius rei confirmationem aliqua adferam tam clara testimonia, vt nisi malitia eum iam excacauerit, aperte videat ea non nisi de visibili Ecclesia posse accipi. Cum sacra historia describit dedicationem templi a Salomone extructi, inter cetera ait: Conuertit rex Salomone faciem suam, & benedixit omni Ecclesiae Israel. Omnis enim Ecclesia Israel stabat. Sed si Ecclesia esset inuisibilis qualiter ad eam Salomone faciem suam conuertisset? Praeterea **C H R I S T V S** docens gradus per quos fraterna correctio debeat incedere, tertio loco iubet dicendum esse Ecclesiae. Si autem Ecclesia est inuisibilis nulla patet via vt quis Ecclesiam cognoscere valeat ad aliquid ei denunciandum. Huic accedit, quod Paulus maiores natu Ecclesiae Ephesi, Mileti cogregatos sic admonuit: Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos posuit spiritus sanctus regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Qualiter autem homo mortalis poterit regere id quod minimè videre potest? Rursum idem Paulus in prima ad Cor. epist. Ego enim sum minimus apostolorum, qui non sum dignus vocari apostolus, quonia persequutus sum Ecclesiam Dei. Et iterum ad Galatas: Audistis enim conuersationem meam aliquando, quoniam supra modum persequabar Ecclesiam Dei, & expugnabam illam. At minimè fieri potest vt corporalis persecutio, qualis illa erat, inferri possit in eum qui inuisibilis est. Quod si id fieri contendas per id quod **C H R I S T V S** eidem Paulolo dixit: Ego sum quem tu persequeris: nec tamen Paulus tunc ratione ab eo dictum qua alias dixerat: Amen dico vobis, quandiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis? Quam ergo persequutionem se Ecclesiae intulisset postmodum Paulus fatetur, hanc eandem se passum Christum queritur, ideo quod naturale est capiti, vt reliquis corporis membris compatitur. Satis iam pro hac re vtcumque paucis dixisse arbitramur: si quae forte dicenda restabant, inferius in titulo Ecclesia differuntur. Nunc ad reliquum accingamur, vt Ecclesiam videlicet quam iam visibilem esse ostendimus, alicubi iam congregatam, & aliquando congregabilem (quantumlibet late pateat) comprobemus. Hoc autem satis (vt existimo) comprobabitur, si ostederimus concilium generale rite congregatum sufficienter Ecclesiam vniuersalem representare. Nam eo ipso ostensum erit toties vniuersalem Ecclesiam in locum vnum coijisse, quoties generalis synodus Ecclesiae rite congregata fuerit. Quod autem concilium generale representet vniuersalem Ecclesiam, si ipsius concilij in hac parte valet testimonium, citò propositum nostrum efficiemus. Concilium nancque Constantiense, quod non dubito in spiritu sancto fuisse congregatum, vt rei exitus docuit, inter cetera quae quarta sessione definita sunt, hoc primum decernit: Et primo quod ipsa synodus in spiritu sancto congregata, legitime generaliter

A
B

1040. 210
3. Reg. 8.
1. Cor. 15.
Galat. 1.
Matth. 19.
Matth. 15.
Concilium Constantiense.

nerale concilium faciens, Ecclesiam catholicam militantem representans, potestatem à Christo immediate habet, cui quilibet cuiuscumque status vel dignitatis, etiam si papalis existat, obedire tenetur in his quae pertinent ad extirpationem dicti schismatis, & reformationem generalem Ecclesiae Dei in capite & in membris. Haec concilium. Ecce vides qualiter concilium constantiense testatur se representare Ecclesiam catholicam militantem. Verum scio non defuturos qui huic testimonio obijciant, id quod Pharisei Christo obiecerunt: Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum, quibus respondere idem concilium merito posset id quod CHRISTVS eisdem Phariseis respondit: Et si ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum, quia scio unde veni, & quod vado: vos autem nescitis vnde venio, aut quod vado. Vos secundum carnem iudicatis, ego non iudico quenequam, & si iudico ego, iudicium meum verum est, quia solus non sum, sed ego (CHRISTVS dixit) & qui misit me pater. Concilium autem dicere posset: Ego, & qui docet me spiritus sanctus, qui suggerit nobis omnem veritatem. Et in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est. Sed haec licet aduersarium non conuincant, bene tamen affectum docere possunt. Aliter ergo assertionem nostram firmemus. Primum sic, quia vsu communi & vniuersali hominum loquutione reperimus, ut quoties primates omnes alicuius reipublicae, quibus à populo ius decernendi commissum est, in vnumquemlibet conuenerint locum, dicamus rempublicam congregatam esse, eò quod ab his ceteri omnes pendent. Ad hunc inodum quum in concilio generali omnes Episcopi, quos solos Deus posuit regere Ecclesiam suam, conueniant, dicitur tunc reipublica Christiana, hoc est, catholica Ecclesia congregata. Hoc manifestè ostenditur in eo loco, 3. Regum, què superius alteri negotio aptauimus. Postquam enim sacra illa historia descripsit magnificam illam templi constructionem, sic ait: Tunc congregati sunt omnes maiores natu Israel cum principibus tribuum, & duces familiarum Israel ad regem Salomonem in Hierusalem, ut deferrent arcam foederis domini de ciuitate Dauid, id est, de Sion. Et postquam dixerat arcam illatam esse in oraculum templi, subiecit: Conuertitque faciem suam, & benedixit omni Ecclesiae Israel. Omnis enim Ecclesia Israel stabat. Haec ibi. Quo ex loco clarè patet conuentum illum in quo fuerant congregati maiores natu Israel, & principes tribuum, & duces familiarum, geminata vice appellari omnem Ecclesiam. Rursus concilio coacto Hierosolymis pro magna illa quaestione decidenda, an scilicet legitima essent simul cum Euangelio obseruanda: postquam dixerat conuenisse apostolos & seniores videre de verbo hoc, & in ea re definitum, dicit: Tunc placuit apostolis & senioribus cum omni Ecclesia eligere viros ex eis, & mittere Antiochiam. Vides hic iterum conuentum illum apostolorum & seniorum vocari vniuersam Ecclesiam. Et Beatus Gregorius hoc idem asserit, qui loquens de quatuor illis illustribus, nec vnquam satis laudatis concilijs, videlicet Nicæno primo, Constantinopolitano primo, Ephesino, & Chalcedonensi etiam primis, sic ait: Cunctas verò quas praefata veneranda concilia personas respuunt, respuo: quae venerantur, amplector: quia dum vniuersali sunt constituta consensu, se, & non illa destruit, quisquis praesumat absolueri quos ligat, aut ligare quos absoluunt. Haec ille. Ecce qualiter Gregorius asserit in concilijs decreta, vniuersali consensu esse constituta: quod minimè verum esset, nisi censeret idem beatissimus pater generale concilium vniuersam Ecclesiam representare: praecipue quum proprium episcoporum ac aliorum praelatorum munus sit docere, quod ad subditos minimè pertinet. Solis enim praelatis dicitur: Pascite qui in vobis est gregem. Et cum CHRISTVS Petrum reliquis omnibus praetulisset, nihil aliud dixit quam pascere oues meas. Praelatorum ergo est docere & iubere, subditorum

est discere & obtemperare. Pastorem oportet pascere oues, ouium autem solum est pasci. Hoc enim Malachias propheta testatur, qui ait: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exquirunt de ore eius: quia angelus domini exercituum est. Si ergo sacerdotes sunt à quibus scientia exquiritur, non autem subditi: non erit necessarium, ut in conuentum, qui fit pro re aliqua deferenda, subditi cum praelatis conuocentur. Quod si dicas subditos omnes esse membra huius corporis, & idè debere simul cum praelatis conuocari: respondetur per id quod ait Paulus in 1. ad Corin. epist. Et si dixerit auris, quonia non sum oculus, non sum de corpore: num ideo non est de corpore? Si totum corpus oculi, ubi auditus? Praelati siquidem, quorum partes sunt docere & regere, oculorum funguntur officio, quoniam hi pro reliquis membris vident, eaque quod mens voluerit, dirigunt. Subditi vero, quorum est obedire, aurium exercent officium quonia haec sunt per quas doctrina qualibet & fides habetur. Fides namque est ex auditu: Non ergo subditi excluduntur à corpore, eò quod ad id officium non admittuntur, quod non est illis in corpore dispensatum. Nonne dicimus corpus aliquod humanum videre si eius oculi videant, quamuis cetera membra non videant? Nunquid idè dicemus corpus non audire, quia multa in corpore membra non audiant, quamuis aures opus sibi commissum debite exequantur? Tunc enim re vera totum corpus id exequi dicitur, quum membrum id, quod sibi ex officio incumbit, operatur. Quo fit ut tunc Ecclesiam quae vnum corpus est, aliquid de finisse interpretemur, quum illud omnes illi ad quos spectat, congregati, atque consentientes decreuerint. At quum ij omnes ad concilium generale conuocentur, cosequens est, ut in ea re definienda dicamus generale concilium Ecclesiam vniuersalem representare, quum id agat quod ad nullum aliud spectare dignoscitur. Quod si adhuc forte contendas, fideles omnes ad eum conuentum esse conuocandos, in quo est aliquid de fide definitum, tam claris id scripturae testimonijs rejiciemus, ut nullus amplius scrupulum vrgeat. Primum enim concilium ab apostolis congregatum describitur Act. 6. In diebus autem illis, inquit, crescente numero discipulorum, factum est murmur Graecorum aduersus Hebraeos, eò quod despicerentur in ministerio quotidiano viduae eorum. Conuocantes autem duodecim multitudinem discipulorum, dixerunt: Non est equum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Considerate ergo fratres viros ex vobis, &c. Vides ibi minimè conuocari plebem, aut promiscuam multitudinem, sed praecise multitudinem discipulorum. Multò autem efficacius nostrum propositum confirmat id quod in 15. cap. eiusdem lib. scribitur, in quo nobis conciliorum effigies ad viuum depingitur. Sic enim ibi dicitur: Et quidam ascendentes de Iudaea docebant fratres, quia nisi circuncidamini secundum legem Moysi, non potestis saluari. Facta ergo seditione non minima Paulo & Barnabae aduersus illos, statuerunt ut ascenderent Paulus & Barnabas, & quidam alij ex alijs ad apostolos & presbyteros in Hierusalem super hac quaestione. Et parum infra: Conueneruntque apostoli & seniores videre de verbo hoc, &c. Et tandem inquisitione facta inter eos, lata est ab apostolis & senioribus sententia in hunc modum: Visum est spiritui sancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quam haec necessaria, ut abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione, à quibus custodientes vos bene ageris. Haec ibi. Ecce apertam celebrandi concilij regulam: ex qua, temporum successu, quum Ecclesia iam liberata esset à persecutione tyrannorum, reliqua generalia concilia modum & formam suae celebrationis sumpserunt. Vides tamen ibi minimè conuocari omnem populum Christiani multitudinem, sed solum apostolos & seniores conuenisse, diligentique examinatione ex collatione scripturarum facta, sententiam tulisse, quam vsque in hodiernum diem catholica Ecclesia amplexata est. Si ergo

go non oportet ad aliquid in fide definiendum promiscue plebis multitudinem conuocari, sed solum maiores Ecclesiae, quod hi sunt quorum interest in ea re definire, & qui ad eam rem agendam vniuersalem representant Ecclesiam, consequens est vt generale concilium, ad quod primores Ecclesiae omnes conuocantur, vniuersam etiam representet Ecclesiam. Ex quo etiam colligitur, conciliorum generalium rite congregatorum traditiones, tanquam ab vniuersali Ecclesia emanantes, esse ab omnibus recipiendas. Præterea si concilia generalia minimè vniuersam representarent Ecclesiam, ac ideo ab eis sustollatur potestas in causa fidei decernendi, omnia prorsus erunt in Ecclesia ambigua, nec via aliqua patebit qua hereses extirpari possint, imò inexhausta suggereretur fidei oppugnanæ materia, cuiuslibet liberit nouas excitare hereses, aut suscitare sepultas. Nisi enim publica assitisset Nicani concilij definitio aduersus Arium, & Constantinopolitanum aduersus Eunomium, & Macedonium, & Ephesini aduersus Nestorium, & Chalcedonensis aduersus Eutychem, adhuc eorum hereses viuerent, nec deessent qui sub earum autoribus militarent, quum quicquid eis ex scripturis obijceretur, praua interpretatione in alienum sensum detorquerent. Hac enim sola causa factum est, vt tẽpore illo quo Ecclesia tyrannorum rabiem perpessa est, Christianismus fuerit in plurimarum hæresum scissuras diuisus: qui a scilicet Episcopi catholici in vnum conuenire non poterant, vt eis obstant, vsq; ad tempus Constantini, à quo coeperunt concilia congregari, ex quorum frequentatione plurimis hæresibus itum est obuiam. Rursus de filiis Israël hoc legimus, vt quicquid inter eos dubitationis oriebatur, ad Moysen, vt ab eo decideretur, deuoluebatur. Deinde cum Moyses in montem subiit legem recepturus, si forte aliquid interea ortum fuisset, de remedio prouidit. Habetis, inquit, Aarõ & Hur vobiscum: si quid natum fuerit quæstionis, referetis ad eos. Insuper ne post eorum mortem Synagoga remedio careret ad quæstiones finiendas, vide qualiter dominus prouiderit. Sic etenim ait in Deuteronomio: Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perpexerit inter sanguinem & sanguinem, inter caussam & caussam, lepram & non lepram, & iudicium intra portas tuas videris verba variari, surge & ascende ad locum quem elegerit dominus Deus tuus, veniesq; ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tẽpore, quaresq; ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quodcumq; dixerint qui præsent loco quem elegerit dominus, & docuerint te iuxta legem eius: sequerisq; sententiã eorum, nec declinabis ad dexteram vel ad sinistram. Hac ibi. Vides igitur quæstionem dubiam minimè ad plebem esse deducendam, aut ad reges aut duces, sed ad sacerdotes Leuitici generis, quorum definitioni obtemperare præcipit. Vides etiam quantum Deus synagoge prospexit, qui in omnem euentum de remedio ei prouidit. Quod bene per Esaiam prophetam insinuat, dicens: Quid potui facere vineæ meæ, quod non feci? Quid ergo putas eum fecisse Ecclesiae suæ? Nonne credendum erit æquè prospexisse Ecclesiae ac synagogæ: Imò multo magis, quum de ea dicat alius Propheta: Magna erit gloria domus istius nouissimæ, plusquam primæ. Erit ergo dicendum perinde ac de veteribus patribus enerratum est: Si difficile atq; ambiguum iudicium esse perpexerit quispiam, veniat ad primores Ecclesiae, qui concilio coacto, reque, (vt decet) mature discussa, docebunt eum iuxta legem Dei, sequeturq; sententiã eorum, non declinans ad dexteram neq; ad sinistram. Hinc patet quam inani labore fatigatur Guido Carmelita, qui in suo primo libro de hæresibus inuertit se ad probandum ea quæ in quatuor illis primis Concilijs definita sunt: ad quem modum oportebat eum etiã probare omnia quæ in reliquis concilijs decreta fuere: quod opus fuisset immensum. Quapropter consultius esset conciliorum autoritatẽ, eorumq; in definiendo certitudinem comprobare: quo facto, breui cõpendio

om-

A omnes conciliorum definitiones roborantur.

¶ Quod aliorum hominum quantumlibet sanctorum scripturæ non sufficiant ad hæresim reuincendam. Cap. VII.

HActenus differuim⁹ de hæresi, & de his quibus hæresis reuinci potest: verum sunt multi qui alios habent gnomones quamuis fallaces, & ad minus id exequendum minimè certos, ad quos tamè voluit omnes assertiones de hæresi examinare, ac idèd facillimè de hæresi pronunciant, nulla prorsus habita ratione qua id euincere possint. Sunt enim plerique, qui sic afficiuntur aliquorum hominum scriptis, vt si fortè quempiam viderint qui vel digito transuerso ab eorum sententiã discedat (oculatus testis loquor) hæresim statim inclaiment. Quapropter hoc oportuit etiam ostendere, nullam videlicet scripturam, cuiuslibet hominis quantumlibet docti, quantumlibet etiam sancti, esse efficacem ad hæresim reuincendam, nisi ex sacræ scripturæ testimonio, aut ex Ecclesiae definitione id esse constiterit. Hoc autem facillè quisque perpendet, si prius hoc apud se discutiatur, quale oporteat esse testimonium, vt nos cogat ad fidem alicui rei præstandam. Nam id solum efficax erit ad rei reiicendum quicquid illi rei clarè dignoscatur repugnare. Huiusmodi verò testimonium quod nos alicui credulitati faciat obnoxios, oportet vt à tali persona habeatur, de qua cõstet eã nec posse falli, nec fallere velle. Quod si falli potest aut fallere, quocumq; eius testimonio adducto, citra fidei iniuriã aut hæresis labem reiiciet: causabitur enim statim eum in illa re deceptum, aut decipere voluisse: quod vtrunq; horum euenire poterat. Nam quid obstat, vt eum qui falli potest, falsum fuisse dicamus? At omnis homo ex peccato primorum parentum adeo obtusum traxit ingenium, vt ad verã rerum notitiã minimè penetrare valeat, quò fit vt sæpe in discernendo fallatur. Nã inter incõmoda quæ in hac vita patimur (teste Augustino) est fallax iudiciũ: Atq; ita propheta dixit, omnis homo mendax: & (vt est in proverbio) quandoq; bonus dormitat Homerus. Non est ergo æquum, aut rationi consentaneum, vt ei qui aut falli aut fallere potest, qualis est cuius purus homo, sub interminatione gehennæ credere teneamur. Nã inde eueniret vt sapissimè falsa pro veris recipere teneremur, & vera pro falsis: quod nefas est dicere. Præterea quum sæpe inter doctissimos atq; sanctissimos viros de eadẽ re nõ cõueniat, erit necessariũ ab aliquo eorum discedere, neq; tamè cum fidei iniuria, aut hæresis nota, cum id fieri nullo modo possit, vt oppositis secumq; pugnantibus assertionibus quis assentiat. Hieronymus ait Paulum simulatione tantum & non verè reprehendisse Petrum, Augustinus autè ait Petrum verè iusteq; à Paulo reprehensum. Hieronymus ait eum qui ante baptismum duas habuerit uxores, suscepto postmodum baptismum posse ad sacerdotiũ promoueri: cui assertioni refragantur Ambrosius, Augustinus, ceteriq; omnes. Augustinus, vniuersi mundi fabricam ait fuisse à Deo etiam quò ad varietates formarum vno eodemq; tẽporis momento extructam, nullãq; prorsus admittit in ea re tẽporis successione, sed illa dierum volumina interpretatur angelicæ cognitionis alternationes. Cui interpretationi adeo cõtradicitur, vt nullũ vnquam ex sacris scriptoribus viderim, qui illi in hac parte assentiat. Sunt & id genus multa. Quis ergo tam demẽs erit, vt ei qui alterutram partem harum assertionum amplecti velit, hæresis notam impingat, quod alicui doctiori sacro repugnet? Nõ erit ergo vnquam citra temeritatẽ aliquid appellandũ hæresis eò quod sanctorum dictis repugnat, modò nõ obuiet scripturæ sacræ, aut Ecclesiae definitioni. Vnde Augustinus in Epistola ad Hieronymum, quæ est in ordine aliarum epistolarum. 19. sic ait: Ego enim fateor charitati tuæ, Solis eis scripturæ libris, qui iam canonici appellatur, didici hunc

August.

ti-

timorem honoremq; deferre, vt nullum horum autorē scribendo errasse aliquid firmissimè credam, aut si aliquid in eis offendero literis, quod videatur contrarium veritati, nil aliud quàm mendosum esse codicem, vel interpretem non assecutum esse, vel me minimè intellexisse non ambigā. Alios autē ita lego, vt quantalibet sanctitate vel doctrina polleant, non ideo verum putē quia ipsi illa senserunt, sed quia mihi per alios autores canonicos, scilicet sacre scripturæ, aut probabili, id est euidenti ratione, quod à vero non abhorreat, persuadere poterunt. Nec te frater mi arbitror sic libros tuos legi velle, tãquam Prophetarum & Apostolorum, de quorum scriptis, quod omni errore careāt, dubitare nefarium est. Absit hoc de pia humilitate & veraci de temetipso cogitatione. Hæc Augustinus. Quare fateor me non posse cohibere iracundiã, quoties video aliquos ita addictos hominum aliquorum scriptis, vt impium aurument, si vel in modica re quis ab eorum sententia discedat. Volūt enim hominum scripta velut diuorum oracula recipi, illumq; honorem illis exhiberi, qui solis sacris literis debetur. Non enim iurauimus in verba hominis, sed in verba Dei. Ego enim miserrimam hanc dicerem seruitutem, sic esse humanæ sententiæ addictum, vt non liceat vllō modo illi repugnare: qualē patiuntur hi qui se tantum beati Thomæ, aut Scoti, aut Ocan dictis subiiciunt, vt ab eorum placitis, in quos iurasse videntur, nomina sortiantur, quidã Thomistæ, alij Scotistæ, alij Ocanistæ, appellati. Paulus quidem iussit captiuare intellectum nostrum, sed in obsequium Christi, non autem in obsequium hominis. Quò fit vt hi qui tam leuiter de hæresi pronunciant, non expendentes de qua se loquantur, sæpe sua ipsorum feriantur sagitta, incidantq; in eam foueã quam alijs parabant. Nam velle humanas scripturas in diuinarum ordinem connumerare, hoc verius ego dixerim hæresim: quod faciunt hi qui humanis scriptis dissentire impium autumant, perinde ac diuinis? quales ego vidi in tantam insaniam deuenisse, vt non sint veriti ad populum in publica concione hoc effundere: Quisquis à beati Thomæ sententia discesserit, suspectus de hæresi est censendus. O fortes verbi Dei, imò, verius dixerim, verbi Thomæ prædicatores. Erit ergo beatus Bonauentura suspectus de hæresi putandus, quod in multis obuiet beato Thomæ? Erit ergo beatus Anselmus suspectus de hæresi dicendus, quod contra beati Thomæ sententiam non putat amorem virginis, qui festum Conceptionis celebrare respuit? Nec tamen ista sic à me dicta velim, vt quispiam putet me his verbis omnes illius instituti aut ordinis homines velle mordere. Non enim ex eis plures doctos, & cordatos ac verè pios, quibus, cum ista aguntur, aut ab alijs vt plurimum indoctis dicuntur, valde displicent. Valde enim displicet etiam mihi, quod & nostrum sodalium in verba Scoti ferè iurasse videatur. Ego quidem beati Thomæ sanctitatem veneror, eius doctrinã multum tribuo, quod multum Ecclesiã illustrauerit: nō tamen puto adeo esse illi fauendū, vt per omnia oporteat cū illo sentire. Neq; hoc ego vnquam de beati Thomæ humilitate crediderim, vt velit quempiã suis dictis sic esse addictū, cū nec ipsemet eisdē adeo fuerit addictus, vt meliora ostendenti nō fuerit paratus obtemperare. Nā sæpe suam ipse reuocauit sententiam. Beatus namq; Augustinus optat suorum operū lectorem non esse dictis eius prorsus deditum. Sic enim ait tertio de Trinit. cap. 1. Sanè cum in omnibus literis meis non solum piū lectorem, sed etiam liberū correctorē desiderem, multò maximè, in his, vbi ipsa magnitudo questionis vtinã rã multos inuentiones habere possit, quàm multos cōtradiçtores habet. Verū tamen sicut lectore meum nolo mihi esse deditum, ita correctorem nolo sibi. Ille me non amet amplius quàm catholicã fidē. Ille se non amet amplius quàm catholicã veritatem. Sicut illi dico: Noli meis literis quasi scripturis canonicis inseruire, sed in illis & quod non credebas, quum inueneris, incunctanter

1. Cor. 10.

August.

A ter crede: in istis autem quod certū non habebas, nisi certum intellexeris, noli firmè retinere: ita illi dico: Noli meas literas ex tua opinione vel cōtentione, sed ex diuina lectione vel inconcussa ratione corrigere. Hæc Augustinus. Verū non est hīc prætermittendum quod glossator voluminis decretorū ait, vt saltem hac ratione vel illius ineptia misereamur, vel eius audaciam irideamus. Is enim exponens hanc proximè citatam Augustini autoritatem, quæ ponitur in eo libro distinctione, 9. cap. Noli, sic ait, Loquitur hoc secundū ea tempora quum adhuc scripta Augustini & aliorum sanctorum patrum non erant authentica, sed hodie iubentur teneri vsque ad vltimum iota, vt infra. 15. distinct. capite vltimo. Hæc glossator. Quis iam ferat vt hominem tam apertè mendacem non insectetur? Vbi nam. 15. distinct. cap. vlti. iubetur sanctorum patrum dicta vsque ad vltimum iota teneri? Aut qualiter præcipi potest, cum sanctorum patrum sententiæ sæpè (vt superius ostendimus) inuicem repugnent? Non potest certè Deus contradictoria præcipere, tantum abest vt papa præcipiat. Quod si omnia sanctorum patrum dicta iubentur vsq; ad vltimū iota teneri, quis non videt hac ratione contradictoria præcipi, cū illorum sententiæ inuicè contradicāt. Ecce quales sunt decretorū glossatores, quibus tanta fides adhibetur. Nūc etenim vel hoc solo argumēto apparet esse verū quod isti glossatori Ioānes Dunus Scotus imingit, dicēs: Mittuat & remittunt, & tan dē nihil ad propositū. Sed scio vndēnam bonus homo ansam erroris acceperit. Nā illo vltimo cap. 15. distinct. Gelasius papa, cuius est decretū illud, recensens libros catholicorum virorū qui legi possunt, illis annumerat epistolā Leonis summi pontificis ad Flavianum, in cuius commendationem talia subiungit verba: Cuius textum aut vnum iota si quisquam disputauerit, & non eam in omnibus venerabiliter receperit, anathema sit. Hæc ibi. Bonus autem glossator quod de sola illa epistola dictum est, parum rē circumspectiē, putant ad omnes iam enumeratos libros esse referendum. Quantū autē fallatur, vel grāmaticam sciens probè deprehendet. Colligamus quòd sanctorū Ecclesiæ doctorum scripta non sunt sic suscipienda, vt nobis liberum non sit aliter sentire quàm ipsi senserunt, præcipuè cū inter eos de re eadē non conuenit, aut aliunde illorum assertio non comprobatur. Quod verò in eodē loco Gelasius papa plurimorum sanctorum virorū scripta approbat, sic accipiendum est, vt intelligamus hac ratione probari, quod catholice fidei minimè repugnent, vt nihil scilicet in eorū scriptis reperitur quod à fide orthodoxa discedat: non tamen sic vt omnia illorū dicta pro lege suscipienda sint. Sunt enim multa quæ etsi fidei non repugnent, non tamē ad ea credēda catholica fides nos constringit: vt gratia exempli, quòd cœlum habeat materiam huic interiori simillimã, nec repugnat fidei catholice, nec etiam est fides catholica, sed liberum est cuiq; quā voluerit sententiam amplecti. Sic etiam illa sacrorum virorum opera quæ à Gelasio papa probantur, aut quæuis alia à quouis summo pontifice in posterum probata, probantur velut cum fide catholica conuenientia, quòd scilicet ab ea minimè discedant: nō tamen pro fide catholica nobis traduntur, aut pro fide à nobis suscipi illo pontificio decreto iubentur. Non est ergo scriptis cuiuscunque hominis, quantalibet sanctitate & doctrina pollentes, adeo tenaciter adherendum vt & si raro adfit, non liceat discedere. Nec tamen ideo illustrium virorū & per multa secula probatorum dicta sunt reiicienda aut floccipendenda. Nam hoc esset maximæ audaciæ atq; superbiæ, qualem se habere ostēdunt hoc nostro calamitoso tēpore Lutherani, & olim ostēderunt Viclephitæ, ac lōgè antè Petrus Abailardus, vt beatus Bernardus testatur in epistola 190. Hi enim nō erubuerunt, nec nunc erubescunt, omnium sanctorum dictis repugnare. Nam si obijciantur eis quorumcunque illustrium virorum, quātumlibet etiam sanctorum, testimonia, statim proclamant: Homines sunt ac nos.

D

Fateor,

Fateor, homines sunt, veruntamen homo homini nihi præstat? Nónne stulto intelligens aliquid interest? Nunquid non inter prophanum & sanctum erit aliquis ordo? Vide quid propheta Ezechiel reprehendat: Inter sanctum (inquit) & prophanum non habuerunt distantiam. Habenda est certè ratio vitæ perinde ac doctrinæ, quoniam (vt inquit Ecclesiasticus) anima viri sancti enunciat aliquando vera, magis quàm septem circumspectores sedentes in excelso ad speculandum. Et beatus Ioannes in epistola: Vnctio eius docet vos de omnibus. Est etiam aliquid deferendum antiquitati, non quòd velim rerum æstimationem à solis annis sumi, quoniam hoc stultissimum est, cum hac lege oporteret etiam vitæ comprobare, quæ antiquissima reperiuntur: sed quòd antiquitas vitæ & doctrinæ accedens, magnum pondus efficiat. Nam qui virum per multa secula laudatum contemnit, eo ipso contemnere visus est eos omnes à quibus ille laudatus fuit, & in precio habitus. Si ergo vni viro docto simul atque sancto, ac per multa secula probato, tantum tribuendum est, vt citra impudentiam non liceat ab eo, nisi ratione adducta, & hoc cum reuerentia, discedere, quantum erit tribuendum omnibus illis in eadem re consentientibus: Tunc certè temerarium erit aduersus omnes sentire, cum inter omnes de eadem re conuenit. Nam etsi errare & labi in aliquibus potuerunt, vt homines: in rebus tamen arduis ad fidem spectantibus vt concorditer errauerint, nunquam credam: quoniam hoc Christi pollicitationi & perpetuæ spiritus præsentia maximè repugnat. Ipsius enim Christi verba sunt hæc: Et ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, spiritum veritatis. Et infra: Paracletus autem spiritus sanctus, quem mitteret pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæ cumque dixerit vobis. Quòd si hæc ad solos apostolos dicas esse referenda, qualiter verum erit quod dicitur: vt maneat vobiscum in æternum? aut quare apostolis hæc promittuntur? Nunquid propter ipsos solos apostolos? Non certè, sed propter Ecclesiam, quæ tunc apostolorum doctrina illustranda erat. Si ergo propter Ecclesiam dicta illa, & promissiones illæ factæ, cum eadem sit nunc Ecclesia, quæ tunc, nec minùs etiam egens spiritu illustratore quàm tunc, sit vt Ecclesiæ omni tempore dati sint à Deo doctores, quos spiritus sanctus edocet omnia ad salutem necessaria, & suggerit illis interpretationem eorum quæ CHRISTVS dixit, vt istorum doctorum interpretationibus Ecclesia illustretur: sic, fiet, vt spiritus in ea maneat in æternum: quod etiam apostolus manifestè ostendit dicens: Et ipse quosdam quidem dedit apostolos, quosdam autem prophetas, alios verò euangelistas, alios autem pastores & doctores. Ecce qualiter præter apostolos dominum dedisse doctores & prophetas Paulus testatur. Prophetas autem beatus Ambrosius declarat esse sacrarum literarum interpretes. Verù si hoc neget Lutherus, de doctoribus nõ potest negare quin eos dixerit à Deo datos fuisse Ecclesiæ. Ad quid autem dederit, ipse apostolus declarat subiungens: Vt videlicet iam nõ simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento in nequitia hominù, in astutia ad circumuentionem erroris: veritatè autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus. Hæc Paulus. Si ergo ad hoc dati sunt, vt non circumferamur omni vento doctrinæ ad circumuentionem erroris, non est possibile vt omnes simul errauerint, qui vt nos non erraremus, missi sunt. Quapropter etsi vni aut alteri ex doctoribus sacris refragari liceat, omnibus tamen in eadè re concordibus contradicere minimè licebit. Quòd fit vt concurs omnium sacrorum doctorum tam præsentium quàm præteritorum de aliqua re sententia, æquè efficax sit argumentum ad hæresim reuincendam, sicut Ecclesiæ in concilio congregatæ definitio: quoniam nullo pacto credibile est vt Deus illos omnes errare permitteret: imò nõ est credibile eos in vnà eandemq; venisse sententiã, nisi

à spi-

A à spiritu sancto vno eorum omnium magistro fuissent edocti. Hoc enim argumento beatus August. lib. 18. de ciuitate Dei, cap. 41. probat scripturæ sacræ veritatè aduersus Ethnicos: quoniam in illa numerosa philosophorum multitudine vix reperietur vnum aut alterum dogma (evidentibus exceptis) quod inter omnes conuenit. Nam posteriores etiam præcessorum scripta perlegerint, illis tamen assentire cõtempserunt. Quòd factum est, vt priorum philosophorù discipuli inter se pugnaverint, & suorum magistrorù dogmate posthabito proprias sectas docere curauerint, quòd quisq; alio & sapientior & acutior videri posset. Aristotele s discedit à Platone, Plato à Socrate, Socrates à Pythagora. Hoc autem non alia ex causa venisse putandum est vt magistris discipuli repugnauerint, discipuli inuicè contenderint, nisi quia proprio ducebantur spiritu. Quapropter nisi spiritus ille sacer, qui vnus semper & ubiq; est, sanctorum virorum mentè mouisset, docuissetq;, fieri minimè poterat vt concorditer quicquã sentirèt, præcipuè cù ex his plures coeui, lógoq; terrarù spatio separati, idiómateq; diuisi fuerint, atq; aliorù libris minime lectis, sed diuino spiritu suggerente, eidè subscripserint sententiæ. Omnium ergo sacrorum doctorum de aliqua re ardua concurs sententia, cui nunquam ab Ecclesia, aut ab alijs viris catholicis impunè contradicendum est, pro vera Ecclesiæ definitione tenenda erit, atq; illi tanquã Ecclesiæ definitioni firmissimè credendum: quoniam Ecclesiæ corpus vnũ est, ex populo patribusq; collectum. Patres voco episcopos, pōtifices, ac alios quoscuq; præfules, & magistros aut doctores, qui nos fidè edocētēs, spiritualiter generant. Ad istos patres spectat docere plebè, è quibus aliqui nēpe præfules, ex officio id facere tenentur, alij à charitate vt id faciant impelluntur, velut reliqui doctores ac magistri. Ad plebem autem reliquam nõ spectat docere. Nam (vt dicit Apostolus) diuisiones gratiarum sunt: nunquid omnes apostoli? nunquid omnes prophetæ? nunquid omnes doctores? Si ergo homines quorum interest in Ecclesia docere, aliquam certam assertionem sine repugnantia docuisse constiterit, erit proculdubio talis assertio velut catholica etiã si scripturæ locus ad eius comprobationem deesset. Nam id quod inter omnes conuenit, etiam si locorum aut temporum spatijs distent, censendum est totius Ecclesiæ esse fidem. Non enim à plebe fides discenda est, sed à patribus. Ea ergo quàm omnes patres tradunt, fides catholica est iudicanda, quoniam id sonat catholica, græcè, quod vniuersalis latinè. Hoc autem expresse colligitur ex tertia synodo, quæ vna est ex his quatuor quas beatus Papa Gregorius fatetur se velut sancta quatuor Evangelia recipere. Illa namq; synodus quæ Ephesina prima est, in epistola à toto concilio ad Nestorium hereticum destinata, quæ antè eiusdem concilij decreta locata est, sic eidem Nestorio loquens ait: Non autem sufficit vel tuæ religioni tantummodo fidei symbolum confiteri, quod expositum est per idem tempus spiritu sancto largiente, & venerando & magno concilio apud Nicæam congregato. Hoc enim non intellexisti; nec rectè interpretatus es, quinimò perueris; licet sonò vocis eadem verba protuleris. Sed consequens est etiam iureiurando fateri te quòd anathematizes quidem tuam prophanam & pollutam dogmata, sentias autem & doceas quæ nos vniuersi per orientem seu occidentem episcopi & magistri præfulesq; populorum credimus & docemus. Hæc concilium. Quibus verbis nullam aliorum fecit mentionem quàm episcoporum, magistrorum, & præfulum, quorum fidem confer concilium esse necessario recipendam. Quòd si dicas illa verba esse referenda ad eos qui concilio congregato interfuerint: hæc adeò futillis est responsio, vt non esset opus aduersus eam pugnare, nisi aduersus homines ageremus quibus manifestissima etiam probanda sunt. Congregatio siquidem in vnum locum non exigitur vt vera dicatur Ecclesia, sed animorum adunatio per iuncturas charitatis, qualem habuerunt illi de quibus dicitur: Erat eorum cot-

D 2

vnum,

Act. 11.

vnum, & anima vna. Non enim Ecclesia ex loci vnitatem pendet, vt vna esse dicatur, sed ex animorum in Christo concordia. Hanc autem concordiam satis conuincitur esse inter eos, qui etsi locorum spatij & temporum intervallis separati fuerint, eidem tamen vnanimis subscribere sententiam. Quod si Vvicleph aut Lutherus, aut quiuis alius eorum in hac parte imitator, his rationibus non mouetur, vt credat se teneri ad sacrorum omnium doctorum concordem de fide sententiam amplectendam, etiam si expressius sacra scriptura locus illis minimè suffragetur, hoc saltem haud negare poterunt, illorum dicta pro hac re esse valida, vt ex illis constet illam esse Ecclesiae sententiam, quae per tot tempora penes illos sacros autores seruata reperitur. Nam si in re ardua Cyprianus errauit, correctus postmodum fuit ab Hieronymo, Augustino, ceterisque sequacibus. Hieronymus etiam in quibus hallucinatus est, à posterioribus notatur. Idem etiam contigit Augustino, sicubi lapsus est. At cum Cypriani sententiam confirmat Hieronymus, multo eo posterior eidem subscribit Ambrosius, eandem amplectitur Augustinus, eidem adhæret Beatus Gregorius, Cassiodorus, Beda, Bernardus: satis arguitur hinc, hanc fuisse Ecclesiae vniuersalis sententiam cum horum assertioni per tot secula protracta nunquam Ecclesia contradixerit. Satis enim re probat (de arduis loquor, in quibus nihil per indulgentiam præterire licet) qui non contradicit quum potest. Nunquam siquidem verius dici potest, vt qui tacet consentire videatur, quum cum res est adeo seria, vt tacere perniciosum sit: loqui verò, & vitale & necessarium. Si ergo Ecclesia ad illorum virorum communem sententiam per tot secula tacuit, certè vel hoc argumento visa est illorum omnium sententiam probasse, idemque cum illis sensisse. Eadem ergo ferè lege coercendus est, qui sacris doctoribus de re ardua sine vlla vnquam repugnantia concordibus contradicit, ac si vniuersalis Ecclesiae traditioni contradiceret. Arrogantissimus ergo iure censebitur, qui sibi tantum tribuit, vt tot sacris doctoribus post habitis, tot sapientibus, quorum doctrina fulget Ecclesia vt sol & luna, contemptis, propria hæreat sententia. Hunc enim talè in figura representauit Ismael ille haereticorum typis, de quo dicitur: Manus eius contra omnes, manus omnium contra ipsum. Merito enim omnium manus contra eum leuantur, cuius manus aduersus omnes insurrexerunt. Ideo dicitur à Salomone: Ne innitaris prudentiae tuae, & iterum: Ne sis sapiens apud temetipsum. Et beatus Paulus ait: Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Quod exponens Theophylactus ait: Hoc est, nolite vestrae prudentiae vel viribus ita confidere, vt existimetis nemine vos indigere consultiore, & quae recta sunt suggerente. Moses enim etsi Dei colloquio iuaretur, opus tamen habuit què consuleret socero. Hæc Theophylactus. Huic accedit, quod semper sacrae literae ad alios nos mittunt, vt ab eis doceamur. In Deutero. namque dicitur: Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: maiores tuos, & dicet tibi. Et apud Iob: Interroga generationem pristinam, & diligenter inuestiga patrum memoriam. Et in Actibus Apostolorum Paulo iam parato ad legem Dei suscipiendam, percontantiq; Dominum de sua voluntate, ac dicenti: Domine, quid me vis facere? responsum est à domino: Surge & ingredere ciuitatem, & dicetur tibi quid te oporteat facere. Et tandem mittitur ad eum Ananias, qui eum baptizet & doceat. Poterat quidem dominus suam per seipsum Paulo insinuare voluntatem, & de lege sua docere eum: noluit tamen, ne ex hoc ansa præberetur alicui sic superbiendi, vt ab alio doceri nollet, asserens se iam à domino edoctum. Hac igitur ratione & Paulum mittit ad Ananiam, & Cornelium ad Petrum. Non erubescit Paulus, vir alioqui doctus & cui dominus apparere dignatus est, ira ad Ananiam vt ab eo doceatur, & erubescet Lutherus ire ad Hieronymum, aut Ambrosium, aut Augustinum, vt ab eis aliquid discat? Libentissimè suscipit Paulus quae per Ananiam dicuntur, quamuis nihil ei de Anania dictum fuerit à domino: & Lutherus durissi-

Gene. 19.

Prov. 3. Rom. 18.

Deut. 32. Iob. 8.

Act. 10.

C

D

A

durissimum reputabit, Cypriani, Chrysostomi, Hieronymi, Augustini, Ambrosij, ceterorumque illustrium virorum suscipere doctrinam? Paulus post. 14. Galat. 2. annos à reuelatione suscepta ascendit Hierosolimam, vt conferret Euangelium quod prædicabat in gentibus, cum his signanter, qui videbantur aliquid esse: & hoc quidem, ne fortè in vanum curret, aut cucurrisset: & dedignatur Lutherus aut Vviclephus conferre Euangelium suum cum Hieronymo, Ambrosio, Augustino, Cypriano, Hilario: Nisi fortè Lutherus causetur certiozem se esse de suo quod prædicat Euangelio, quam Paulum de suo, ac ideò Paulo opus esse vt quærat cum quo Euangelium suum conferat, Luthero autem id facere non esse opus? Adde quod sacra concilia (quorum suprema est in Ecclesia post sacram scripturam circa fidem autoritas (non dedignantur in suarum definitionum robur, sanctorum patrum testimonio vti: & dedignabitur Vviclephus aut Lutherus omnibus viris clarissimis simul etiam in vnum consentientibus cedere: Concilium siquidem Toletanum quartum, in capite nono suorum canonum citat Cyprianum & Hilarium in sua sententia comprobationem: & concilium Constantinopolitanum, quod sexta synodus appellatur, in quo condemnatur Macharius episcopus Antiochenus, asserens in Christo esse tantum vnanimamque operationem, plurimum vti testimonij sanctorum virorum, scilicet Athanasij, Ambrosij, Cyrilli, Augustini, quibus plena est adhibita fides. Et cum expressa scripturae sacrae testimonia pro illa re deessent, visum est toti concilio sufficiens testimonium esse ad illam hæresim reuincendam concursus illorum sanctorum virorum testimonium. Quid ergo dicam, nescio, nisi quod Lutherus plus sibi tribuit quam omnibus concilijs, quum nolit his credere, quibus suprema concilia propter vitæ sanctitatem, & doctrinae eminentiam, integerrimam præstitere fidem. Quod si fortè Luthero aut Vviclepho non persuasero hunc honorem deberi sacris autoribus, & per multa secula laudatis, vt non facilè & pro libito liceat ab eorum sententia discedere, saltem his coram quibus causa agitur, satis esse persuasum arbitror. Neque his vltra aliquid dicam præter id quod M. Aemilius Scaurus dixisse narrat Valerius Maximus, quod huic proposito mihi maxime conducere videtur. Is enim vitæ clarissima & explorata probitatis vir, quum à Vario Sucronensi homine parum sincero accusaretur apud populum, & accusator oratione longa perorasset: ille maximo compendio vsus, eò quod sua & populi erat fretus conscientia, dedignatusq; oratione contendere, Quirites (inquit) Varius Sucronensis ait, Aemilius Scaurus negat: vtri potius credendum censetis? Quibus verbis applaudente populo, vir illustris furilem hominis accusationem euasit. Quæ percontatio nulli proposito mihi magis congruere visa est, quam huic. Nam si Lutherus ait, Cyprianus negat: Lutherus ait, Hieronymus abnuat: Lutherus ait, Augustinus contradicit: Lutherus ait, Ambrosius obstat: Luthetus ait, Gregorius repugnat: vtri parti potius credendum censetis? Non dubito vos tacitam pro his viris clarissimis latus sententiam, sicut & tunc pro Marco Aemilio lata est. Satis tamen hinc honoris habebit Lutherus. Nam etsi victus tandem, cum tot illustribus viris certasse diceretur.

Galat. 2.

Lib. 3. de fiducia sub.

B

¶ Quod ad solam sedem apostolicam aut generale concilium spectat de hæresi censere.

Cap. VII.

Quauis regulæ præscriptæ sint, sacra scilicet scriptura, & Ecclesiae definitiones, ad quas quæuis assertio de hæresi examinanda est, multi tamen in pluribus assertionibus conuient, nec sciunt discernere an sint hæreses, an non, quod sacram scripturam aut Ecclesiae definitiones non

integre retinent : aut si recordantur, non penetrant scripturæ sensum, ac ideo C
 minimè aliquid colligere possunt, vt ex ea hæresim conuincant. Nam cum va-
 rij sint hominum sensus, variè etiam iuxta ingenij sui qualitatem scripturam
 interpretantur. Quò fit, vt sæpè inter doctos ac pios viros non conueniat in
 re etiam valde seria : conueniret tamè si possent facillè regulis vti, casque cui-
 libet propositioni applicare. Cùm ergo sæpè tales contentiones conueniat,
 oportet vt penes aliquem sit iudicium qui in ea definiat, & lites tollat. Alio-
 qui dabitur ansa nouas pro libito excitandi hæreses, cùm non deficient scri-
 pturæ, etsi malè intellectæ, quibus innitantur, sicut nunquam defuere hæreti-
 cis. Pelagius enim dicit hominem sola liberi arbitrij potestate posse & vitare
 peccata, & gloriam mereri. Nam si non potest, inquit, vitare peccata, iam non
 sunt ei peccata, quia nullus peccat in eo quod vitare nō potest. Et iterum: De-
 dit eis patefactam filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Si ergo in no-
 stra est potestate filios dei fieri, filius autem non dicitur nisi ad hæreditatem
 spectet: in nostra ergo dicit esse potestate assequi illam æternam gloriæ hære-
 ditatem. At Hieronymus, & Augustinus, ceteriq; catholici obijciunt Pelagio
 ex innumeris sacræ scripturæ locis illud Pauli : Gratia enim saluati estis per fi-
 dem, & hoc non ex vobis, dei enim donū est, non ex operibus, ne quis glorie-
 tur. Ecce ergo causa agit, & non de umbra (vt dicitur) asini, sed de capite. Iu-
 dex ergo requiritur, qui sententiam dicat, cui obtemperare oporteat. Talis au-
 tem iudicandi potestas non est in aliquo inferiori episcopo, aut in collegio qui
 præest. Quòd vel inde manifestum euadet, si prius fidei, quam amplecti tene-
 mur, qualitatem & modum ostenderimus. Hoc autè est fidei peculiare, vt vna
 sit omnium vbique terrarum existentium. Non enim alia est fides ecclesiæ Sal-
 manticensis, nec alia permittitur ecclesiæ Zamorensi, aut alia ecclesiæ Barchi-
 nonensi. Sicut enim vna est vniuersalis ecclesia, ita vna omnium fides, Paulo
 teste, qui ait: Vna fides, vnum baptisma. Hinc fides, catholica dicitur, quod lati-
 nè sonat vniuersalis, quia vna est totius vniuersalis ecclesiæ. Quò fit, vt cau-
 sa quæ de fide ventilatur, res sit talis, quæ vniuersam tangat ecclesiam. Quod
 ergo omnium interest, ab omnibus approbari debet, vel ab eo qui omnium lo-
 co præest. Qualiter ergo inferior aliquis episcopus, aut totum collegium cui
 præest, poterit sententiam ferre in causa fidei, quæ est res talis, vt ei vniuersa ec-
 clesia sit obnoxia? Hac eadem ratione nec vniuersitas alicuius academix, quam
 talibet literarum eminentia polleat, potest sic de hæresi censere, vt eius censu-
 ra teneantur omnes obtemperare. Quamobrem rectè dici solet, articulos Pa-
 riensēs non transire montes. Non ideo assertio aliqua pro hæresi ab omnibus
 habenda est, quia hæc aut illa academia censuit esse hæresim. Nil enim obstat
 quin totus ille conuentus conuere possit, cū ille nō sit pro quo Deus rogauit
 vt fides eius nō deficeret. Hac etiā lege conuincimus provincialia concilia nō
 habere plenum & integrum ius definiendi in causa fidei, cū eorum sententiæ
 ceteri provinciales nō astringantur : præcipuè cū talia concilia possint etiā
 in fide errare, sicut de multis talibus concilijs errasse compertum est. Concilium
 nanq; Carthaginensē, in quo cū sancto martyre Cypriano. 80. episcopi conueni-
 entes cōcordi animo definiuerūt, hæreticos, & ab hæreticis baptizatos, fore, eū
 resipiscerēt, rebaptizandos : nullus est qui dubitet errasse. Hac tamen provin-
 cialia concilia siquādo cōtingat errare, per generalia cōcilia corriguntur. Vnde
 Aug. li. 2. contra Donatistas ait: Et ipsa concilia quæ per singulas regiones vel
 provincias fiunt, plenariorū conciliorum autoritati quæ sūt ex vniuerso orbe
 Christiano, sine vllis ambagibus cedere cū experimēto corū aperitur. Hæc ille.
 Cùm ergo errare possint provincialia cōcilia, quoniā ecclesiam vniuersalē nō
 repræsētāt, iustum est, & rationi cōsentaneū, vt penes ea nō sit potestas inte-
 gra, & fixa autoritas in re tam seria, qualis est fides, definiendi. Hoc ipsum pluri-
 ma pon-

Ioan. 1.

Eph. 2.

Eph. 4.

A ma pontificum decreta cōfirmat. Symmachus papa ait : Concilia sacerdotum
 ecclesiasticis legibus quotannis decreta per provincias quoniā presentia pape
 non habent, valetudinem perdidit. Er plurima alia decreta testantur con-
 cilia sine papæ autoritate congregata esse irrita, & nullius roboris, quæ pon-
 tificum in volumine decretorum dist. 17. Adde quòd omnia iura tam pontificum
 quàm generalium conciliorum, quæ provincialibus aut permittunt aut indi-
 cunt conciliorum celebrationem, ad hos tantum limites eam autoritatem ex-
 tendunt, vt scilicet ibidem similitates amputentur, querimonix audiantur, mo-
 res corrigantur, non tamen vt de fide ibidem aliquid decernatur. Concilium
 siquidem Nicænum sic ait de provincialibus concilijs: Habeatur semel conci-
 lium ante dies quadragesima, vt omnibus (si quæ sunt) similitatibus amputa-
 tis, mundū ieiunium & solenne Deo possit offerri. Hac ibi. Ceterum etsi epi-
 scopus aut collegium, aut provinciale concilium de rebus fidei iam definita
 definiat in his quæ merito dubitari possent: potest tamen in his quæ iam definita
 sunt, aut euidentissimis scripturæ sacræ testimonijs, absque vlla tergiversatio-
 ne deprehendi possunt ius dicere, & aduersus eiusdē assertionis pertinaces de-
 fensores animaduertere. Illud nanq; non est sententiam ferre, sed sententiam
 iam pridem latam exequi. Huc enim tendit id quod in ca. ad abolendam, dicitur,
 extra de hæreticis, excommunicatos esse omnes hæreticos, quos Romana
 ecclesia, aut episcopi in suis ecclesijs declarauerint hæreticos. Nā id de depræ-
 hensis in manifesta hæresi intelligendum est. Cum autem res fuerit dubia, ad
 sedem apostolicam est causa deuoluenda. Potest etiam episcopus aut provin-
 ciale cōciliū inhibere prædicationē, aut qualemcunq; publicā assertionem
 alicuius certæ propositionis propter suspicionem hæresis de tali propositione
 conceptam, aut propter scandalum quod ex tali prædicatione possit oriri.
 B Quòd si qui fortè huiusmodi prohibitioni rebelles fuerint, poterit eos (vt de-
 cer) pro criminis qualitate punire, non quidem quantum hæresis meretur, sed
 quantum id obedientia. Si ergo penes aliquem est iudicium in causa fidei, & nō
 penes singulos episcopos, nec penes provincialia concilia, eò quòd fides res
 sit omnibus cōmunis, quibus nec singuli episcopi nec provincialia cōcilia præ-
 sunt, consequens est vt talis potestas censendi sit penes totam ecclesiam. At
 cū generalia concilia (vt superius disseruimus) vniuersam ecclesiam repræ-
 sentent, colligitur illa habere potestatem definiendi in his rebus quæ ad fidē
 attinent. Sedes autem apostolica quoniā ecclesiam tanquam caput repræ-
 sentat, primum post generalia cōcilia in definiendo tenet locum. His ergo ex-
 ceptis, nulli permittitur ius definiendi de his rebus quæ ad catholicam fidem
 spectant. De concilijs generalibus neminem arbitror, cui præterita capita fue-
 rint explorata, dubitaturum. Superest ergo vt de sede apostolica disseramus.
 Hanc qui concesserit totius ecclesiæ esse caput, facillè erit ei persuasum. Nam
 quæ omnibus præest, omnes poterit iudicare, & de rebus quæ omnes tangūt,
 definire. Huius rei plurima sunt sanctorum patrum testimonia. Innocentius
 3. sic ait Maiores ecclesiæ causas, præsertim articulos fidei contingentes, ad Pe-
 tri sedem referendas intelligit, qui eum quærenti Domino quem discipuli di-
 cecerent ipsum esse, respōdisse notabat. Tu es CHRISIVS filius Dei viui, & pro
 eo Dominum exorasse ne deficiat fides eius. Hac ille. Et Pelagius papa scribēs
 episcopis qui conuenerant ad vocationem Ioannis Constantinopolitani, ferè
 eadem verba ait : Maiores verò, inquit, & difficiliore quæstiones (vt sancta
 synodus statuit, & beata consuetudo exigit) ad sedem semper referantur apo-
 stolicam. Innocentius primus: Quoties ratio fidei ventilatur, arbitror omnes
 fratres & coepiscopos nostros non nisi ad Petrum, id est, sui nominis & hono-
 ris autoritatem referre debere, vclut nunc retulit vestra dilectio, quod per to-
 tum mundum possit ecclesijs omnibus prodesse. Hac ille. Beatus Cyprianus

Dist. 1. 7
ca. ConciliaExtra de
hap. et eius
eff. ca.
Maiores
Dist. 17.
ca. Multis
24. 9. 1ca.
Cyprianus.

Cyprianus

in epistola ad Cornelium papam ait: Neq; enim aliunde hæreses obortæ sunt, aut nata sunt schismata, quam inde, quod sacerdoti dei nõ obtemperatur: nec vnus in ecclesia ad tēpus sacerdos, & ad tempus iudex vice Christi cogitur: cui si secundum magisteria diuina obtemperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersum sacerdotum collegium quicquam moueret: nemo post diuinum iudicium, post populi suffragium, post cōepiscoporum consensum, iudicem se nõ iam episcopi, sed dei faceret, nemo diffidio vnitatis Christi ecclesiam scinderet: nemo sibi placens ac tumens seorsum foris nouam hæresim conderet, Hæc Cyprianus. Vnde patere clarè potest Lutherum hac sola ratione primarum Romani episcopi negare, vt facilius ei pateret via ad hæreses introducendas. Et beatus Hieronymus ad Damasum papam: Hæc est, inquit, fides papa beatissime, quã in catholica didicimus ecclesia, quamq; semper tenemus: in qua si minùs peritè aut parùm cautè fortè aliquid positum est, emendari cupimus à te, qui Petri sedem & fidem tenes. Si autem hæc nostra confessio apostolatus tui iudicio comprobatur, quicumq; me inculpate voluerit, se imperitū, vel maleuolum, vel etiam non catholicum, sed hæreticum cōprobabit. Hæc ille. Huic accedit quod plurima sunt etiam sanctorum patrum testimonia asserentia sedem apostolicam nunquam à recta fidei regula deuiasse, quæ ponuntur in volumine decretorum. 24. q. 1. videat qui volet. Verùm hîc animaduertendum est nomen sedis apostolicæ non pro solo summo pontifice accipi, quum hîc in fide errare possit, vt superiùs de Liberio & Anastasio & Cylestino ostendimus sed sedes apostolica quæ nunq̃ errauit, comprehendit tã collegium cuius consilio iuatur pontifex, quàm ipsum pontificem. De hac autem sede non constat eam aliquando errasse. An autè totum collegium cardinalium errare possit, non dissero: tamen credo quod Dominus nunquam permittet totum collegiū hæresi maculari. Quapropter iustum est, vt in re tanti momēti, qualis est fides catholica, consulat fratrum suorum collegium antequam quicquam definiat: adiunctis etiam, si id possibile foret, viris alijs sanctitate perinde ac doctrina eminentibus. Lutherus tamè hîc cūm videat necessarium esse iudicem pro lite circa fidem orta dirimenda, dicit verum iudicem esse sacram scripturam, ad quam omnis prouocatio faciendæ est. At in veteri lege lex ipsa non erat iudex, sed solum sacerdotes Leuitici generis, quorum iudicio standum erat. Præterea si de ipsa scriptura est cōtentio, qualiter ipsa scriptura erit iudex? Vt gratia exempli, peto an Pauli epistolas recipias? Si eas negas esse Pauli, non est aliud quod scripturæ sacræ testimonium per quod reuinci possis. Rursum, Saluator noster ad scripturas sacras nos misit, vt ab illis peteremus testimonium, non autem iudicium. Scrutamini (inquit ille) scripturas, quia illæ testimonium perhibēt de me. In quibus verbis apertissimè docuit scripturam sacram officium testis apud nos agere. Ex quo apertè conuincitur illam in eadem causâ nõ posse esse iudicem: quia contra ordinem iustitiæ & contra æquitatem naturalem est, vt in eadem causâ in foro exteriori tractata idem sit testis & iudex. Deinde ipsi Lutherani omnes, quum contra alios huius temporis hæreticos, cum quibus velut ex diametro pugnant, de scripturæ intelligentia contendunt. Ecclesiæ iudicio sapissimè vtuntur, vt illo hostes suos de errore conuincant. Nam quum illi contra Anabaptistas pugnant, & de intelligentia sacræ scripturæ cōtendunt, ad communem ecclesiæ sensum, & ad doctrinam antiquorum doctorum confugiunt. De qua re testimonium sufficiens præbet nobis Ioannes Gæstius, & ipse lutheranus, in libro de erroribus Anabaptistarum, vbi recensens disputationem cum Anabaptistis Basileæ habitam, & respondens testimonijs scripturæ ab Anabaptistis pro confirmatione suorum errorum citatis, ad cōmunem ecclesiæ sensum cōfugit, vt per illum ostendat illorum scripturæ testimoniorum verum sensum non esse illum quem Anabaptistæ prætendunt. Nam il-

A li pro suis pessimis erroribus plurimam sacræ scripturæ loca perperam ab illis intellecta, citant. Contra baptismum paruulorum proferunt illud Saluatoris apud Marcum: Euntes in mundum vniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Ex quibus verbis colligunt paruulis nihil prodesse baptismum, propterea quia actu non credunt. Vt probent non licere ex quauis causâ occidere hominem, offerunt illud legis præceptum, Non occides. Vt autem probent propter nullam causam licitum esse iurare, proferunt illud Saluatoris: Ego autem dico vobis non iurare omnino neque per cælum neque per terram. His autem omnibus testimonijs sacræ scripturæ Lutherani respondentes dixerunt, & bene testimonia illa scripturæ non esse ita intelligendâ vt Anabaptistæ putant. Sed quia illi verum illorum testimoniorum sensum reijciunt, Lutherani vt persuaderent illis verum scripturæ sensum, nullam aliam viam inuenerunt nisi communem totius ecclesiæ consensum, qui solus factis superq; illis fuit visus ad conuincendos de suis erroribus illos Anabaptistas, quia cūm ecclesia sit spiritu diuino afflata, certum est, illam errare non posse. Et hinc apertè conuincitur Lutheranos iniquissimè & Pharisaico modo nobiscum agere, duras & intolerabiles leges nobis præscribentes, quas illi prorsus obseruare recusant. Nam quum nos aduersus illos contententes ecclesiæ iudicium imploramus, statim appellant ad scripturam, illi totam iudicij potestatem deferentes: quum verò illi contra Anabaptistas aut alios similes pugnant, quibus scripturæ testimonia iuxta literæ faciem fauere videntur, confestim ad iudiciū ecclesiæ appellant, vt ab illa verum scripturæ sensum postulent. Si semel illam in hac causâ iudicem esse fatentur, oportet vt nunquam illam recusent: quia cūm sit columna & (vt ait Paulus) firmamētum veritatis, & spiritu sancto afflata, certum est illam errare non posse. Hoc autem priuilegium certitudinis cum nulla particularis & priuata persona habeat, cōsequens est vt nulla talis sit in causâ fidei iudex, cuius iudicio & sententiæ omnes fideles catholici obedire teneantur. Cōueant ergo hæreticæ prauitatis inquisitores, ne faciliè de hæresi pronuncient. Si hæresis est iam olim damnata, aut euidētissimis scripturæ testimonijs deprehenditur, & nõ humano ratiocinio cui possit obuiari, tunc executores sunt vt exequantur id quod circa hæreticos decreta pontificum fieri iubent. Si autem res est dubia an sit hæresis, an non, non est eorum munus sententiam ferre, nec possunt censere de hæresi, cūm hoc sit solius summi pontificis. Hoc etenim casu illud eis incumbit ex officio, quod nomen eorum prætendit: inquirere scilicet de assertionem prædicata, aut quomodolibet publicata, qualiter ab asserente fuerit dicta, quibus verbis, qualiter ab eo intellectis, qua ratione fuerit motus ad id asserendum, aut quibus scripturæ testimonijs innitatur. Quibus actis, si euidētissimis testimonijs minimè conuinci potest, sed res manet dubia, & suspicionis labe maculata, consulenda est sedes apostolica, nec ea inconsulta (quantumlibet docti consulantur) licebit quicquam definire. Cūm autem sedis apostolicæ definitionem receperint, eis incumbet exequi id quod à pontifice summo decretum fuerit. Admonere tamen hic oportet, quod quauis apostolica sedes aut generale concilium de hæresi censere possit, non tamen ideò assertio aliqua erit hæresis quia ecclesia definiuit, sed quia fidei catholicæ repugnat. Ecclesia si quidem sua definitione non facit talem assertionem esse hæresim, cūm etiam si ipsa non definiuisset, esset hæresis: sed id efficit ecclesia, vt nobis per suam censuram pateat illud esse hæresim, quod antea nos latebat an merito hæresis dici posset. Ecclesia enim tota (secludo primum eius caput) nedum solus summus pontifex non potest nouum articulum fidei condere, posset tamen, si aliquam assertionem valeret hæreticam efficere. Ecclesiam autem non posse nouum

Hieron.

Deut. 17.

Ioan. 5.

Ioannes Gæstius.

Mar. 16.

Deut. 5.

Mat. 5.

1. Tim. 3.

nouum

nouum articulum fidei efficere, manifesta ratione conuincitur. Omnis nanq; assertio ideò catholica dicenda est, quia à Deo reuelata, vel quia in instrumento scripturæ diuinæ continetur, aut eò quòd vniuersalis ecclesia eam recipit. Quòd si nullum horum est, saltem euidenti deductione colligitur ex eorum altero, vel ex utroq; vel deniq; (vt nihil desit) quia eam summus pontifex approbat. Nec alia certè patet via qua aliquid possit dici catholicum. Si ideò dicatur veritas aliqua catholica, quia à Deo reuelata, cum reuelatio diuina nõ pendat ex pontificis arbitrio, aut ex ecclesiæ approbatione, quæ sit vt pòtificis approbatio faciat catholicum quod à Deo reuelatum est? Faciet quidem vt credamus illud esse reuelatum à Deo, quia cum angelus Satanæ transfiguretur sãpẽ in angelũ lucis, & immissiones fiant per angelos malos, dubitari posset fortè an Deus reuelet, an dæmon illudat. Decernit ergo ecclesia illã esse dei reuelationem, non tamen facit reuelatum esse verum. Si autem talis veritas catholica dicatur eò quòd in sacris literis continetur, cum talem veritatem cõtineri in sacris literis, non pendeat ex humana aliqua voluntate, sed ex solo Deo illarum scripturarum autore, constat etiam hac ratione, Ecclesiam nihil prorsus efficere posse vt veritas illa ad fidem pertineat. Hoc enim ex ecclesia habemus, vt sciamus quæ sit scriptura diuina, iuxta ea quæ cap. 4. superius disseruimus. At cum scripturam esse diuinam nobis cõstitit, iam ex seipsa habet vt ei per omnia credere teneamur: perinde ac si adducerentur testes ad comprobationem alicuius instrumenti quo Petrus tenetur reddere Ioanni centum aureos, hi testes non efficiunt Petrum teneri Ioanni, nam etsi Petrus negaret, & testes defuissent, reuerã Petrus erat debitor, sed id efficiunt, vt per scripturã conuincatur tanquam debito obnoxius. Quòd si dicatur veritatem illam esse catholicam, quia iam vniuersalis ecclesia recipit: tunc percontabor quo pacto ecclesia eam receperit, an quia illi à Deo fuerat reuelata, an quia in sacra scriptura reperta? neutrum autẽ horum pendere ex ecclesiæ arbitrio ostendimus: aut ecclesia recepit, quia per experientiam, aut per rationẽ naturalem eam cognoscit, quod nõ est aliquo modo tribuendum ecclesiæ, eò quòd tunc fides nostra soli experientia & rationi naturali inniteretur: cui manifestè repugnat Paulus dicens: Sermo meus & prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiaẽ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis, vt fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute dei. Quòd si alia ratione dicatur veritatem esse catholicam, quia ex reuelatis aut in scriptura contentis manifesta collectione deducitur, cum ecclesiæ definitio non efficiat collectionem esse firmam, vt notum est vel parum docto logico, consequens est vt neque in hoc casu ecclesia efficiat veritatem aliquam esse catholicam. Vltimum ego superest inuestigandum, si assertio dicatur catholica quia à pontifice determinata, tunc petam an pontifex sic definiens, alicui scripturæ diuinæ innitur, aut reuelationi diuinæ. & tunc cõstat iam esse catholicam ex scriptura diuina, aut reuelatione: aut innitur propriæ prudentiæ & voluntati, quo euentu constat non esse hac ratione tanquam catholicam recipiendam, cum fides nostra neque ex voluntate, nec ex sapientia hominum dependeat. Non est ergo veritas aliqua catholica censenda à sola pontificis aut ecclesiæ definitione: sed id quod erat catholicum, nõs tamen latebat, sit deinceps per ecclesiæ definitionem notum, esse catholicum: quemadmodum in lite super debitum, iudex ferens iustam sententiam, non facit eum debitorem, cum etiam ante iudicis sententiam verè, ille fuisset debitor ex re precaria quam denegat: sed iudex facit vt pateat esse debitum, quod prius fortè latebat, idq; iudicis sententia efficit, vt per eam pertinax reuincatur. Ideò enim iudex iuste dixit talem esse debitorem, quia verè erat debitor: & non ideò talis est debitor, quia iudex iustam sententiam protulit. Nam si ille non erat debitor, iniustam sententiã tulisset. Sic etiã ecclesia definiens

niens aliquid esse fidẽ tenendum, quauis certò definiat, nec falli possit, nõ tamen sua definitione efficit veritatem illam esse catholicam. Nam ideò certò definiuit veritatem illam esse catholicam, quia veritas illa catholica erat: quòd si catholica non fuisset, ecclesia definiens eam esse catholicam erraret, antè ergo erat catholica, quàm ecclesia censuisset. Nullo ergo modo id fieri potest, vt ecclesia nouum articulum fidei condat: sed id quod antè erat vera fides, nõs tamen latebat, ecclesia efficit vt per suam censuram nobis innotescat. Vnde pater miserè errasse dominum Abbatem, qui exponens ca. quod incipit, Cum christvs, quod in volumine Decretalium epistolarũ habetur in titulo de hæreticis, dicit papam posse condere nouum articulum fidei. Verũ parcendum est ei ignorantia, nec bene expendenti de qua re loqueretur: hoc solũ video esse illi impingendum, quòd vltra crepidam iudicauerit. Non enim est canonistarum munus de hæresi aut de fide iudicare, sed Theologorum, quibus diuinum ius committitur. Canonistarum partes sunt de iure pontificum disserere. Videant ergo ne dum vtraq; sella sedere cupiunt (vt est in proverbio) vtraque excludantur. Quòd suam sententiam colligunt ex illo capitulo Cũ Christus, nõ rectè faciunt. Nam Alexander tertius, cuius est illa sententia, non condidit articulum fidei, quia nec fecit talem propositionem, videlicet, Christus secundum quod homo esse aliquid, esse veram, nec per cõsequens catholicam, cum veritas à re ipsa pendeat, & non ex affirmatione pontificis. Propter nostrum enim affirmare vel negare nihil mutatur in re. Sed papa definiens fecit vt nõ liceat asserere aut opinari contrarium illius, cũ tamẽ antè pontificis determinationem fortè liberè quis asserere potuisset citra hæresis notam, eò quòd veritas illa non innotuisset (quanquam non video qualiter potuisset aliquem nisi prorsus indoctum aut male affectum latere) & ideò olim citra pertinaciã asserens oppositum non conseretur hæreticus, ac ideò nec excommunicationis reus. Sæpenumerò enim contingit, vt inter viros pios atque doctos nõ cõueniat de eadem re, in qua alterum eorum errare necessarium est, nec ideò tamen error ille statim hæresis censetur. Vt gratia exempli: Quidam dicunt personas diuinas constitui in esse (vt ipsi loquuntur) personali per respectiua, alijs affirmantibus constitui per absoluta. Alij rursus dicunt non constitui per aliqua, sed seipsis esse personas. Quis nõ videt aliquem horum errare, cum tamẽ quilibet eorũ suã adhæreat opinioni impunè, & sine hæresis nota? Nec tamẽ ideò talis error non est hæresis, quia ei non impingitur. Nam si omnis error catholice fidei obuians, hæresis dicendus est, iuxta id quod superius disseruim⁹, certum est talem errorem esse hæresim, quia oppositus veritati fidei catholicae quamuis nobis ignotæ. Veritas enim, cui error ille repugnat, necessaria est, nõs tamen latet an veritas sit, atq; ideò minimè obligamur ad assentiendum ei, nec ad dissentendum errori repugnanti. Quòd sit, vt liberum sit cuiq; suam tueri sententiam. Si tamen ecclesia à spiritu sancto edocta de illa re definirẽ, absq; vlla dubitatione ecclesia nõ efficeret sua definitione, vt persona sic aut sic constituat: sed doceret nos id quod etsi ab æterno verum fuerat, nõs tamen latebat. Postquam ecclesiæ definitionẽ iam nõ licebit asserere quod ante licuisset. Erit ergo necessariò vt sicut ecclesia sua definitione nõ efficit nouã fidei veritatem, ita nec oppositã esse nouam hæresim. Verũ quoniã aliquãdo ecclesia verbis claris & manifestis exprimit aliquã assertionẽ, quã ex alijs abstrusis recõditisq; scripturæ sacre locis elicit, etsi nullibi ita manifeste reperitur, hac ratione eueniet aliquãdo vt ecclesia dicatur cõdere articulum fidei, nõ quòd efficiat esse fidẽ quod nõ erat fides, sed quia id expressit aliquib⁹ certis verbis, quibus antè nusquã fuerat expressum: sicut dicimus Nicænũ conciliũ cõdidisse synbolum fidei, quia filij cõsubstantialitatẽ expressit, quam nusq; sacre literæ hoc noĩe expresserãt. Ad hũc modũ etiã dicitur hæresis aliqua esse noua, nõ quòd antè

antea non fuisset hæresis, sed quod nullus eam antea asseruerit. Hoc enim modo ait Gelasius papa: Achatius non fuit factus inuictor noui erroris, sed veteris imitator. Multi quidem sunt errores qui antequam habeant protectores, à doctoribus sacris reprobantur, ut præcaueat alijs: quod si quis iam eos defendere incepisset, dicerentur hac ratione noui errores. Sic enim in Actis Apostolicis refertur de quibusdam dicentibus de Paulo quod nouorum demoniorum annunciator esset. Noua quippe appellabatur dæmonia, eo quod à Paulo essent nouiter prædicata. Filius in hoc capite egimus, quod videbamus rem esse necessariam longa admonitione, ne quisque credat sibi esse commissum de hæresi pronuciare.

Quis sit dicendus hæreticus.

Cap. IX.

Qui huius capituli solam superscriptionem inspexerit, superfluum fortè ei videbitur quod hoc capite pertractandum est. Dicit enim apud se: Cum hæreticus is sit dicendus qui hæresi adhæret, quid autem sit hæresis, superius ostensum est, quid igitur de hæretico oportebat repetere sermonem? Quod non ita est ut primo obijciatur. Nam subinde euenit ut hæresim asserat, qui tamen verè catholicus dicendus est, ut de Cypriano & alijs dicemus. Quapropter vltiorem oportebit facere inquisitionem, ut cõperiamus quis merito hæreticus censendus sit. Quæ res cum non sit leuis, nec leuis etiã, inò natura exigitur examinatio antequam aliquid definiatur. Nam quum nomẽ hæreseos graue sit & inuisum Christianis auribus, turpe est id temerè cuiquam inpingere. Non enim est alia durior aut acerbior, quàm Christiano viro possis inferre, contumelia, quàm si eum hæreticum appelles. Sunt tamen multi nil magis habentes in promptu, quàm hæresim notã, quàm pro libito obijciunt, non expedientes de qua re, aut de quo loquãtur. E quibus multis non potui calamitatem temperare quin vnum fratrem Bernardum de Luzenburgo notare, qui in suo hæreticorum catalogo plures in hæreticorum numerum retulit, dignos qui meliore calculo numerarentur: quales sunt Papias Hieropolitanus episcopus, Præpositrius, Gilbertus cognomẽto Porretanus. Hunc autem cum ipse fateatur errori suo renũciasse, miror quid hominem impulerit ut illum hæreticorum catalogo inseruerit. Quis enim vnquam docuit eum esse dicendum hæreticum, qui errorẽ sic tenuit, ut monitus & cõuinctus non erubuerit palinodiam cantare? Taceo de Berengario, què postquam hæreticorum ordini intexuit, fateatur eum ab errore sic discessisse, ut nunquam ad eum redierit (quod quantum veritatis habeat, aliã differemus) ideoque dicit ibidem annuerat, non quod hæreticus fuerit, sed quod sententiam tenuerit aliquando hæreticam. At cum librum appellauerit nomine catalogi hæreticorum, quid cogit, ut qui semel alicui hæresi adhæserunt, hac nominis ratione in eundem alveum continentur cum cæteris qui pertinacissimè suos tutati sunt errores? Quod si hoc nomine illi proferendi erant, cur alios tam multos prætermisit? Nonne frater Matthæus Grabon hæresim sectatus est, cui in Constantiensis concilio, Ioãne Gersono teste, renũciante? Verum hic Dominicanuserat, què fortè (ut alios eiusdem instituti qui pertinaciter hæresi adhæserunt) sciens præterijt, ne Dñicano instituto, quod profitetur, contumeliã fecisse videretur: tanquam si aliquid deperisset de gloria ordinis prædicatorum, quod ex eo sodalitas vnus aut alter hæreticus prodierit. Non certè magis quam de illa sancta societate deperijt, de qua dicitur: Ex nobis prodierunt, sed ex nobis non erant. Nusquam enim ecclesia venusta diminuta est, aut color obfuscat, eo quod tot ex ipsa hæretici exierint. Propter quod non possum non stomachari in eos qui ut suum institutum laudent, non verentur coram populo iactare & dicere, eum qui semel habitum illius ordinis suscepit, non posse in fide errare aut deficere. Nonne hoc aperta est blasphemia, cum per hoc magis tribuere videatur habitui quo induitur, quàm fidei aut

Aut gratiæ dei? Est ne fortè potentior pannus ille, quàm dei gratia aut fides? Absit tanta demerita. At nec fides nec gratia in baptismo suscepta sic hominem seruat quin in hæresim labi possit. Qui fit ergo ut habitus seruet? Quod si hoc ad professionem quis referre velit, & non ad habitum, ut professio quæ de illo instituto emittit, hanc vim habere dicatur: quis non videt in baptismo omnes profiteri Christianissimum? nec tamẽ illa quæ tunc emissimus professionẽ, immunes nos ab hæresi reddit. Nec tamen vllus erit adeo impudens, ut neget illustriorem multo esse atque efficaciorẽ professionẽ illam, quàm quæuis alia postmodum facta. Abeant ergo & illas nãrias poetis cõtandas relinquãt, & populo meliora prædicent. Testor Deum, non mentior: nam me præsentẽ quidã in concione publica ad populum prædicãtis in die quo agitur solennitas sancti qui ordinem instituerat, dixit, fraternitatem suam ac societatem laudibus extollere volens, eum qui habitum illius ordinis semel induerit, non posse esse hæreticum. Et ab alijs pluribus accepi, se eadem verba audiuisse ab hominibus eiusdem ordinis quum de eadem re sermo populo fieret. Ego quidẽ quum audirem abominatus sum hominis audaciam atque impudentiam, execratus autem prælati patientiam, qui illa audiens tolerasset, minimeque punisset. Ob quam causam suspicio mihi non parua orta est, ut crederem ex eius mente verba prolata. Ne hoc toti ordini aut societati impegisse videar, nomẽ ordinis ex indultria subtriciui, ut magis admonere viderer prout christiana charitas postulat, quàm traducere prout inuidia suggerit. Libenter quidem audio sanctorum laudes, modò eos Deo non æquent. Gaudeo quum quis institutum quod professus est, laudat. Nam hoc symbolo demonstrat se à prima intentione minimè defecisse. Modus tamen est laudibus apponendus, ne quis conuentum aliquem partilarem illustriorem aut speciosiorẽ putet, quàm conuentus ille, qui ecclesia vniuersalis dicitur, quæ sine macula est: ex ea tamen quum multi hæretici exierint, nihil vnquam de eius pulchritudine perijt. Atque ideo Deum testor quod nemini in hoc libro parcã cuius hæresim alicubi reperero, etiam si Franciscani instituti fuerit, cui me à duobus & viginti retroactis annis astrinxi. Nam etsi beato Francisco tantquam patri tenear, & eius fraternitati velut matri quæ me aluit atque educauit, plus tamen me debere fateor Christo, qui pro me mortuus est, & verè omnium matri ecclesiæ catholicæ, in qua per baptismum renati sumus. Sed iam opus est ut ad nostrum scopum reuertatur oratio. Quum ergo res sit tam acerba quempiam hæretici nota inurere, anxie examinanda est, oportetque lapidem (ut dicitur) ad solum referre antequam censeamus, & non leuiter quicquam pronuciare. Plurima ergo exiguntur ut merito aliquis dici possit hæreticus. Primò, ut fidem catholicam semel in baptismo suscepit. Nam qui nunquam fuit Christo dedicatus, is infidelis, aut paganus, aut Iudæus, aut Saracenus, aut alio quouis nomine censebitur, non tamen dicitur hæreticus. Vnde patet miserè errasse Bernardum de Luzenburgo, qui hæreticorum catalogum deferens, aliquos ibidẽ recenset qui nunquam in fide catholica fuerunt initiati, atque ideo nec hæretici nominandi erant, quales sunt Auicenna & Auerois, quos hæreticorum catalogo inseruit, cum tamen nihil minus quam hæretici dei possunt. Constat siquidem eos sectam Mahumeticam fuisse amplexos. Quod si ideo inter hæreticos numerandi erant, quia fidei Christi aduersi fuerunt, cur non etiam apposuit Photinum, Libanium, Lucianum, Plutarchum, Apuleium, aliosque philosophos, qui fidei Christianæ maximè repugnant? Deinde post fidem susceptam requiritur error in fide, quod aliquam scilicet hæresim amplectatur. Propter quod schismaticus ex solo schismate non proprie hæreticus censendus est, nisi hæresim coningat propter quam ab ecclesiæ vnitãte diuidatur. Verum quia (August. teste) nullum schisma est nisi aliqua hæresim coningat, ut rectè videatur ab ecclesia discessisse, hinc est quod schismaticus appellari

folet hæreticus: non quòd schisma ipsum hæresis sit, sed quia disponit ad hæresim. Ut enim primo cap. differuimus, nunquam opus exterius dicendum est hæresis, nisi ei adiungatur credulitas intellectus. Ideò schisma hæresis dici non potest, nisi ei addatur error intellectus. Vnde Hieron. super epist. ad Gal. Inter hæresim & schisma hoc esse arbitror, quod hæresis peruersum dogma habet, schisma verò ab ecclesia pariter separat. Hæc ille. Verùm hic admonere oportet duplicem esse vniõnem. Vna quæ fit per charitatem; per quam tantum per iuncturas membra iunguntur, vt capiti suo. scilicet Christo: cohæreant, & per hanc constituitur corpus illud quod dicitur esse sine macula. Et hoc modo vnitatis ecclesiæ consistit in vnitatis charitatis, qua membra inuicem se diligunt, & Deum. Alia est ecclesiæ vniõ per fidem, per quam omnes fideles sunt grex sub vno pastore. Sic enim ait Hugo de sancto Victore, per fidem accipi vniõnem, per charitatem viuificationem. Hæc ille. Et hæc est illa ecclesia, quæ in euangelio aliquando comparatur sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Aliquando decem virginibus, è quibus quinque erant fatuæ, quinque prudetes. Schisma (quod latine sonat scissura aut diuisio) opponitur primæ vniõni, quæ fit per charitatem. Nam sæpenumerò euenit vt aliquis schismaticus dicatur, qui tamen ecclesiam credit esse omnium matrem, & fidem tenet; quæ catholica tenet ecclesia: sed sola hac ratione separatur, quod negat pontificem rectè, & (vt decebat) electum, atque ideò non vult ei subesse tanquam ei quem non credit verum esse pontificem: quale schisma historiæ recentes memorant per quadraginta ferme annos permansisse in ecclesia, quæ tres se pro pontificibus gerentes tunc passa est: quod in concilio Constantiensi sub Sigismundo Romanorū rege finitū est. Quis tamen hic audeat alicui eorum qui se pontifices dicebāt, aut eis qui illis parebant, hæretici nomen impingere, quum ipsum concilium nunquam alicui eorum hoc obiecit, nisi fortè Benedicto, qui reclamante concilio in scismate permansit. Quauis enim credere teneamur ex fide, verum Petri successorē esse supremum totius ecclesiæ pastorem, non tamē tenemus eadem fide credere Leonem aut Clemētem esse verum Petri successorē: quoniam non tenemus ex fide catholica credere eorum quilibet rectè & canonicè fuisse electum. Quò fit, vt qui obedientiā denegaret Clemēti aut Leoni hac ratione. scilicet quod dicit eum non fuisse rectè electum, etsi schismaticus dicendus sit, non tamen hæreticus censendus, cum per hoc nulli veritati catholicæ obuiet. Non enim ad fidem catholicam spectant ea, quæ ex facto nunc pendent, sed ea quæ ex iure. Alioqui si ea ad fidem catholicam pertinerēt, fieri oporteret necessariò, vt ecclesia aliquando in fide deciperetur, quod nullus sanæ mentis vnquam admitteret. Nò est ergo aliquis hæreticus censendus, nisi errorem in fide suscipiat. Quapropter hæreticorū fautores & defensores, etsi aliquando hæretici nominentur, si tamē solas personas defendunt, & nò errores, nò sunt hæretici censendi, poenis tamen canonicis subiacebunt.

Tertiò, vt quis verè dici possit hæreticus (iuxta quorundam opinionem) requiritur, vt non prorsus totam deserat fidem catholicam, sed aliquem duntaxat, aut aliquos illius articulos. Nam si vniuersam fidem desereret, dicunt illi nò hæreticum sed apostatam esse appellandum. Hanc sententiā docet Guido Carmelita in sua summa de hæresibus, qui hæreticum ab apostata hac ratione discernit, quod hæreticus aliquem particularem fidei articulum deserit, apostata verò toti fidei catholicæ contradicit. Eandem tuetur opinionem Ioannes de Turre Cremata, in summa ecclesiæ lib. 4. parte. 2. cap. 13. Idem docet Syluester de Priore in sua summa, in dictione, hæreticus. Et ego aliquando ita sensi, atque ita in prima huius operis editione docueram. Nam istorum doctorum vestigia secutus in eandem, in quam illi, cecidi foueam. Nunc igitur profundius (vt opus erat) rem contemplantus, deprehendi clarissimè illos & me errasse. Nò est enim

ratio-

rationi consentaneum, vt hæreticus hæreses augendo desinat esse hæreticus. **A** Quis sanæ mentis dicit hominem album, per albedinis additionem desinare esse album? Si albedo reddit hominem album, ne cessarium est vt quòd plus habuerit albedinis, eò albior fiat: tantum abest vt albus tun c desinare esse possit. Si ob vnã tantum rem furto sublatam, aliquis dicitur fur & latro, qui omnes aliorum possessiones furto surripuerit multò iustius censebitur latro. Ad eundem modum de hæretico mihi necessariò dicendū videtur, vt si articulus vnus fidei desertus sufficit illius desertorem reddere hæreticum, articuli omnes fidei deserti efficiant illorum desertorem non solum hæreticum sed hæreticissimum. Apostata igitur nò est aliquid ab hæretico sic separatum, vt idè non possit esse apostata & hæreticus, prout præfati doctores sentire videntur, sed apostatæ nomen est velut species quedam infidelitatis sub hæretici nomine contenta. Omnis itaque apostata est hæreticus, non tamen eccontrariò omnis hæreticus est apostata. Et hanc sententiã docet B. Thomas, qui in secunda secunda, q. 10. art. 5. solas tres dicit esse infidelitatis species, videlicet, Paganos, Iudæos, & hæreticos, & sub hæreticorū nomine contineri dicit quotquot à fide catholica quæ semel susceperūt, quomodolibet recedūt. Et expressius id docet eodè lib. q. 12. art. 1. in responsione ad tertium, vbi dicit quod apostasia nò importat aliquam speciem infidelitatis, sed quandã circumstantiã aggravantem. Eidem sententiæ subscribit Guillemus Ocham prima parte suorum dialogorum lib. 4. cap. 12.

Quod consummatum facit hæreticum, est, si errori adiungas pertinaciam. **Aug.** contra Manichæos: Qui in ecclesia Christi morbidum aliquid prauumque; quid sapiunt, si correcti vt sanum rectumque sapiant, resistunt contumaciter, suaque pestifera & mortifera dogmata emendare nolunt, sed defensare persequuntur, hæretici sunt. Hæc August. Sæpenumerò enim fit, vt quod semel vtcunq; prodiderit definitiõ temeritas, confirmet, imò augeat tuendi pertinacia. Quapropter optimè hæreticis dici potest id quod Dominus per Ezech. prophetã dicit: **Ezech.** Patres eorū præuaricati sunt pactum meum vsq; in diem hanc, & filij dura ceruice & indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te. Tãta est enim hæreticorū pertinacia, vt sæpè non dubitè caput opponere gladio, ne à suo errore discedat: quibus bene illud Pauli conuenit: Si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatè autè nò habuero, nihil mihi prodest. Pertinacia sublata quantumlibet quis erret, non est dicendus hæreticus. Vnde Augustinus in epist. ad Glorium & Eleusium, quæ in volumine eius epistolarum. 162. Qui sententiã suam quamuis falsam atque peruersam nulla pertinaci animositate defendunt, præsertim quam non audacia suæ præsumptionis pepererint, sed à seductis atque in errorem lapsis parentibus acceperunt, quærunt autem cauta sollicitudine veritatè, corrigi parati cum inuenerint, nequaquam sunt inter hæreticos deputandi. Hæc ille. Si enim aliquis idiota qui apud se firma voluntate decerneret eam fidem amplecti semper, quam ei sancta mater ecclesia insinuabit, audiret prædicatorem cui simpliciter animo afficeret, dicentem spiritum sanctum procedere à patre, non tamè à filio, & ei assentiret, nò idèd hæreticus censendus est: quia etsi erret, nò tamen ex malitia, cum paratus sit ecclesiæ monenti obedire. Idèd enim prædicatori credit, quia arbitratur prædicatorem ea dicere quæ à catholica ecclesia approbantur, non crediturus si aliqua ex parte illi innotesceret prædicatorem à vera fide deuiasse. Vnde Augustin. in lib. de Bapt. contra Donatum. Si aliquis hoc idem sentiat de Christo quod Forinus opinatus est, & in ecclesia catholica baptizatur, & hoc credit esse fidem catholicam, nondum dico esse hæreticū, nisi manifesta doctrina catholicæ fidei resistere maluerit, & illud quod tenebat elegerit. Hæc ille. Imò non solum hæreticus nò est, sed nec in hoc peccat, ignorantia eum excusante, quoniam sicut nesciebat, ita nec scire tenebatur. Non enim omnes æqua lege tenentur ad credendum. Plebi indoctæ satis est eos fi-

dei articulos tenere, qui in Apostolorum symbolo explicantur, paratę suscipere reliqua quę ei ecclesia credenda obtulerit. At non idem est in pręlatis & prædicatoribus, quos ignorantia non excusat, eò quòd tenentur scire ea quę ad officium suum pertinent, vt nihil prædicent quod non sit eis perfectè exploratū, ideoq; peccant si ignorant. Si tamē parati sunt corrigi cūm ecclesia aliud docuerit, quamuis peccant ignorantes quę deberent scire, non tamen hæretici sunt censendi magis, quam indoctum vulgus, eò quòd pertinaces non sunt. Pertinacem dicimus eum qui ad eò tenaciter proprię adhæret sententię, vt ecclesię quantumlibet monenti paratus sit resistere. Quę pertinacia etiam in his quę ambigua sunt, & vbi adhuc ecclesia nihil definiuit, tã peruersa est, vt ea sola sufficiat hominē hæreticum reddere. Si quis enim credat ignem inferni esse similem aut dissimilem huic quem apud nos hic cernimus, non censetur hæreticus, eò quod si est adhuc sub iudice. Quòd si alteram partē tali animo amplectatur, vt quamuis ecclesia oppositam definiret, sit paratus aduersus ecclesię censuram partem suam tueri, hæreticus censendus est: non quia hanc aut illam sententiam tuetur, quę fortè vera est, sed propter pertinaciam adiunctam, quę hoc efficit, vt quoniã paratus est ecclesię aliud doceri resistere, eo ipso credit ecclesiam errare posse: quod hæreticum est. Cæterum circa ea quę expressa sunt, & extra omnem controuersiam deducta, quę scilicet per ecclesiam semel definita sunt, hæc erit regulā tenenda. Qui in his expressis & semel definitis repugnat & contradicit, etiam si dicat se paratum corrigi per ecclesiam aut per concilium, hæreticus censendus est: quoniam eo ipso quòd ecclesię definitioni cognita contradicit, pertinax est. Nam etsi dicat se paratum corrigi, non tamen est ita. Qui enim fit, vt quis sit paratus corrigi ab eo quem tunc manifestè oppugnat? Atq; ideo ecclesia nō consueuit, quę semel definita sunt, iterum in questionem vertere. Quapropter qui ecclesiam definisse audit, obtemperare debet. Quòd si repugnat, pertinax merito censetur, atque ideo hæreticus.

Vnde Gelasius papa: Maiores nostri diuina inspiratione cernentes, necessariò præcauerunt, vt quod contra vnamquamq; hæresim coacta semel synodus profidei communionē & veritate catholica & apostolica promulgasset, non sine re tractationibus mutari, ne prauis occasio præberetur, quę medicinaliter fuerunt statuta, pulsandi, sed autore cuiuslibet insanix ac pariter errore damnato, sufficere iudicauerunt, vt quisquis aliquādo huius erroris communicator existeret, principali sententiā damnationis eius esset obstrictus. Sic Sabellianū damnauit synodus, nec fuit necesse vt eius sectatores postea damnarentur, sed pro tenore cōstitutionis antiq; qui vel prauitatis illius vel communionis extiterant participes, vniuersalis ecclesia duxit esse refutandos. Sic Arrium, sic Eunomium, Macedonium, Nestorium, synodus semel gesta condemnans, vltius ad noua concilia venire non sinit. Hęc ille. Et Felix papa: Achatus nō fuit noui vel proprii inuentor erroris, vt in eum noua scita prodirent, sed alieno facinori suā cōmunionē miscuit. Itaq; necesse est vt in illā recideret iusta lance sententiam, quā cū suis successoribus per conuentionē synodalem susceperat autor erroris. Hęc ille. Et Leo papa epist. 22. scribens Martiano Augusto de his quę in cōcilio Chalcedonensi tractanda erāt, sic ait: Per dominum nostrum Iesum Christum, qui regni vestri est autor & rector, obsecro clementiā vestram, vt in præsentī synodo fidem, quam beati patres nostri ab apostolis sibi traditā prædicauerunt, non patiamini quasi dubiam retractari: & quę olim maiorum sunt autoritate damnata, rediuis nō permittatis conatibus excitari. Hęc Leo papa. Et epist. 52. eadē scribit Leoni Augusto. Taceat ergo Lutherus, & erubescat cōciliij definitionē petere in reb; quę per multa cōcilia definita sunt. Nam cū cōstet eius errores ex officinis prodijisse Eriorum, Lamperianorum, Valdensium, Viclephistarum, Hussitarum, quos plura concilia

24. g. 1.

Felix papa

Leo papa

A consilia dānauerunt, quid nouas definitiones petit, vbi tot habentur antiquæ? Scit tamē callidus serpens quid agat. Nam quia difficilē sperabat his tēporibus propter simultates ingruētes cōciliū cōgregari posse, ad cōciliū appellat: cui, si cōgregaretur, minimē obtemperaturus esset. Et hoc fuisse vasfrum illius cōsiliū, ipse rei exitus postea apertissimē declarauit. Nam Carolus Cæsar huius nominis quintus, videns Lutherum ad cōciliū appellasse, & inde sperans cōgregato generali concilio Lutherum statim cessurum, anxia sollicitudine egit apud summum pontificem, vt generale celebraret concilium ad sedandos hæreticorum tumultus, & pacem ecclesię reddendam. At Lutherus hoc perspicuens, & timens se à generali concilio fore damnandum, continuò post cœpit libellis editis concilio generali detrahere, dicens illud posse errare, ac proinde protestari se nunquā concilij definitioni obtemperaturum. Quibus verbis palam ostendit hæc sola ratione ad concilium appellasse, quia credit illud minime cōgregari posse. Ecce quanta fuit Lutheri in sua sententiā pertinacia, vt totius generalis concilij definitioni nunquam obedire decreuerit. Nec mirum quòd sic tenaciter suo errori adhæreat, quoniam, vt ait Sapiens: Aquę furtiuę dulciores sunt. Nōne aquę furtiuę sunt hæreticorum placita atque errores? Sic enim alibi dicitur: Aqua profunda, sapientia in corde viri. Sed hæc furtiuā est, cū sacrę scripturę autoritate vitur contra intentionem & voluntatem sancti spiritus, eiusdem scripturę autoris. Sed hæc, quoniam furtiuę, dulcius eis sapiūt, q̄ si ab alijs medicassent, atq; ideo tenaciùs eis adhærent. Quilibet em̄ proprijs magis delectatur inuentis q̄ alienis. Hac ergo de causā monebat Iacobus apostolus, dicens: Si quis vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, q. d. Si ab alio q̄ à Deo cupit, furtiuę habebit, quoniam omnis sapiētia à domino Deo est, & cū ipso sui ante ænum.

Prou. 9.

Prou. 18.

Iaco. 1.

Eccle. 1.

B

¶ Quòd dubius in fide, dicendus sit hæreticus.

Caput X.

D E eo qui pertinaci animo suum errorē tuetur, proximo capite differimus. Superest vt de eo differamus qui nulli errori adhæret, sed tantum in fide hæsitat, ita quòd anceps est & dubius ad quā patrem se vertat, an talis meritò dici debeat hæreticus. Cui quæstioni faciliē responderetur, si prius attendatur qualem oporteat esse fidem, vt fides meritò dici possit. Vt enim aliquid fides verè applletur, certitudinem exigit & firmitatem in eo qui eam tenet: Alioqui si certitudo aut firmitas absit, & scrupulus aliquis viget, ea nō fides sed opinio aut dubitatio censetur. Hac enim sola ratione fides separatur ab opinione, q̄ qui credit, tenaciter adhæret: à nullo impellitur vt eum in oppositam partem deflectere valeat. Qui autem opinatur, sic accedit suę sententię, vt aliquantulum hæsitet, & mobili intellectu assentiat. Quòd fit, vt fides & opinio minimē in vnum coire possint: multò ergo difficiliùs coibunt fides & dubitatio, quum hæc magis pugent inter se. Ideò apostolus Iacobus ait: Postulatis autem in fide nihil hæsitans. Qui enim hæsitat, similis est fluctui maris qui à vento mouetur, & circumfertur. Non ergo existinet homo ille, quòd aliquid accipiat à domino. Colligitur ergo manifestè, eum qui dubitat, minimē credere. At in his in quibus oportet captiuare intellectum in obsequium Christi, nolle captiuari vt credat, est apertè pugnare aduersus fidem. Eum autem qui aperto Marte fidei repugnat proximo capite ostendimus esse hæreticum. Hæreticus ergo dicendus est, quisquis dubitat ea quę ad fidem spectāt. Vnde Step. papa ait: Dubius in fide, infidelis est. Huic accedit, quòd omnis in fide dubitans errat. At cū proximo capite ostenderimus omnem qui pertinaciter errat in fide, hæreticum esse dicendum, conuincitur ergo manifestè vt omnis qui in fide dubitat, hæreticus etiam dicatur. Quòd in fide dubi-

Iaco. 1.

Aug. tans erret, testimonio Augustini probatur, qui in Enchiridij cap. 17. sic ait: Er-
 rare est approbare falsa pro veris, aut improbare vera pro falsis, aut habere in-
 certa pro certis, aut certa pro incertis. Hæc ille. Eadē fermē verba repetit cap.
 19. Ea quæ ad fidem pertinent, certissima sunt. Quum autem illa quæ dubitan-
 tur, pro incertis teneantur, colligitur inde, eum qui in rebus fidei dubitat, erra-
 re: omnis autem pertinaciter in fide errans, hæreticus est: omnis ergo in fide
 dubitans, pari modo hæreticus cōfendus erit. Hoc etiā pluribus scripturæ tes-
 timonijs comprobatur. Nā post resurrectionem eū dominus apparuisset disci-
 pulis, tēpore quo Thomas ibidem non erat, quam ob causam cum credere idē
 Thomas noluisse, nisi prius missis manibus in fixuras clavorū, post dies octo
 dominus omnibus vndecim apparens dixit Thomæ: Infer digitum tuum huc,
 & vide manus meas: & adfer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse
 incredulus, sed fidelis. Ecce hic dominus impingit Thomæ incredulitatem &
 infidelitatem ob dubitationem, quam de resurrectione eius habuit. Quod autem
 Thomas dubitauerit, testatur Gregorius in Homilia huius lectionis, di-
 cens: Nunquid casu gestum creditis, vt electus ille discipulus tūc deesset; post
 autem veniens audiret, audiens dubitaret, dubitans palparet, palpans crede-
 ret: Non hoc casu, sed diuina dispensatione gestum est. Egit nanque miro or-
 dine superna clementia, vt discipulus dubitans dum in magistro suo vulnera
 palparet carnis, in nobis vulnera sanaret infidelitatis. Hæc Gregorius. Et Cy-
 rillus exponens eundem locum, libro scilicet. 12. Capite verò commentariorū
 suorum. 59. sic ait: Præ gaudio autem magis quam infirmitate mentis dubitasse
 Thomā diximus, quoniam & de alijs dixisse Lucam non ignoramus. Adhuc
 autem illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio. Verū cum visus omnē
 dubitationis causam tollat, rectē Thomas statim clamauit: Dominus meus &
 Deus meus. Hęc Cyrillus. Vides iā Thomam dubitantē, quem ob eā solā cau-
 sam dominus incredulum appellat. Præterea cū Petrus ex præcepto Christi su-
 per aquas ad eum iret, cœpissetq; mergi, auxiliumque imploraret diuinum, di-
 ctum est ei à domino: Modicæ fidei quare dubitasti? Quod exponens Theo-
 phylactus, ait: Non omnino autem dubitabat Petrus, sed secundum quid, hoc
 est, ex parte: nam iuxta id quod dubitauit, incredulus fuit, iuxta id autē quod
 clamauit: Domine serua me, curauit incredulitatem: idē parua fidei dicitur,
 non incredulus. Hæc ille. Et Paulus in epistola ad Romanos commendans
 eis fidem Abrahamæ, ait: In repromissione etiam Dei non hæsitauit dissidentia,
 sed confortatus est fide. Ex quibus verbis manifestissimè ostendit Paulus eum
 qui hæsitat, minimè fidem habere. Rursum Theophylactus exponens, illud
 ad Roman. 1. Iustitia Dei in eo reuelatur ex fide, sic ait: Cum enim ea quibus
 à Deo donati sumus, mortales nequeant cogitatione complecti, meritò nobis
 est fides hæc necessaria: quam si scrutari hæsitando cœperimus, omnium pro-
 culdubio patiemur iacturam. Hæc ille. Pro re ergo tam clara hæc sufficiat ad-
 duxisse testimonia. Sunt tamen hæc quæ diximus, ad eum solum referenda, qui
 pertinaci animo dubitat, quomodo superius diximus de eo qui pertinaciter
 dissentit. Nam si quis dubitat aut ex infirmitate quadam, velut cōtingit in pri-
 mis motibus, & in his qui à natura hoc habent vt sint in qualibet re ancipites,
 & assiduis vrgeantur scrupulis: aut si dubitat ex ignorantia, quia scilicet ne-
 scit tale aliquid pertinere ad fidem catholicam, paratus tamen vtroque euetu
 absq; vlla hæsitatione assentire, cum fuerit ab Ecclesia monitus aut edoctus,
 non erit talis dicendus hæreticus, ac idē nec excommunicationi, nec cæteris
 pœnis canonicis erit subiectus. Quod si ad eō pertinaciter dubitat, vt Ecclesiæ
 docenti noller assentire, iā hæreticus est duplici ratione: & quia dubitat de his
 quibus integram fidem & firmam præstare tenebatur, & qui Ecclesiæ monen-
 ti non credit: nam ex hoc suspicio oritur eum opinari de Ecclesia quod possit
 errare

A errare in fide: quod impium est. Verūm hīc admonendum censui, quod quam-
 uis non liceat alicui de rebus quæ ad fidem spectant, dubitare, licebit tamē de
 earum intelligentia dubitare. Sapissimè enim contingit, vt viri, quantumlibet
 docti & pij, circa plures sacræ scripturæ locos hæreant, dubitantes scilicet quid-
 nam sub illo verborum inuolucro lateat, quum tamen firmissimè credant ve-
 rum esse quicquid verbis illis Deus nobis insinuare voluit. Certissimè enim
 & absq; vlla hæsitatione credunt sensum illius literæ verum esse: quis autem sit
 verus illius literæ sensus, meritò dubitant. Ad hunc modū virgo deipara etī
 annuncianti angelo futurum conceptum credidit, modum tamen, quo id fieri
 possit, petit, & de eo dubitans interrogat: Quomodo fiet istud, quoniam virū
 non cognosco: Illa siquidem virginis aut quæstio, aut dubitatio nihil de eius
 integerrima fide minuit. Vnde beatus Ambro. exponens illud, ait: Quo ergo
 modo fieri possit vt Zacharias qui non crediderat, silentio condemnaretur,
 Maria autem si non credidisset, spiritus sancti infusione exaltaretur? Sed neq;
 non credere Maria, neq; tam temerè debuit vsurpare, nō credere angelo, vsur-
 pare diuina. Neq; enim facilè erat scire mysteriū absconditum à seculis in do-
 mino, quod nec superiores potestates scire potuerunt: & tamen non fidem re-
 nuit, nō officium refutauit, sed accommodauit affectum, sponsondi obsequiū.
 Etenim quum dicit, quomodo fiet istud, non de effectu dubitauit, sed qualita-
 tem ipsius quæsiuit effectus. Quanto temperatior ista responsio, quam verba
 sunt sacerdotis? Hæc ait: Quomodo fiet istud? ille respondit: Vnde hoc sciam?
 Hæc iam de negotio tractat: ille adhuc de iudicio dubitat. Negat ille se crede-
 re qui negat scire, & quasi fidei adhuc alium quærit autorem. Ista se facere pro-
 fitetur, nec dubitat esse faciendum, quod quomodo fieri possit inquit. Hæc
 Ambro. Ad hunc etiam modum interpretandæ sunt illæ scholasticorū Theo-
 logorum assidue quæstiones, quibus quærent, an Deus sit vnus: num plurali-
 tas illa personarū possit constare vnitati essentia: vtum spiritus sanctus pro-
 cedat à patre & filio. Non quod ita esse dubitāt, sed vt modum, quo id esse pos-
 sit, ostendant: de quo modò non video quin aliquis citra hæretis notam possit
 dubitare, modo id esse credat, sicut virgo deipara de modo quo Deum conce-
 ptura erat, dubitauit. Quærent etiam illa, & quæstiones excitant, vt exerceantur
 velut in palastra, vt promptiores postea inueniantur ad hæreticos debel-
 landos, vt parati scilicet sint reddere rationē de ea, quæ in illis est, fide. Aliter
 enim quærit Arrius, an filius sit patri per omnia æqualis, aliter quærit Thomas
 vel Scotus: aut alij Catholici. Ille nanq; quærit, quia non credit filium æqua-
 lem patri, quærit vt peruertat. Hi verò quærent vt conuertāt, quærent vt viam
 inueniant qua Arrianorum technas euadere possint: quærent vt ad veram fi-
 dei cognitionem perueniāt. Hoc autem ita fieri admonet beatus Cyrillus, tan-
 tum abest vt prohibeat. Is enim lib. 4. super Ioannem cap. 13. sic ait: Probus au-
 ditor ac sapiens, quæ intellexit, nulla intelligentia remoratus, mētis ea thesau-
 ro statim commendabit. Si qua verò ardua videntur, sapē ac multum inuesti-
 gans atq; interrogans tandē assequitur, venatrices apprimē canes imitat, quæ
 hue atq; illuc percurrunt feras quærentes. Sic affectum esse sapientē propheti-
 cus quoq; sermo denotat dicens: Conquirens quære, & apud me habita. Quæ-
 rendum enim ita semper est, vt apud eum habitemus, & ad alienas sententias
 non deferamur. Hæc Cyrillus. Vides hīc qualiter quærerere admonet, verū hoc
 sine, vt discant, vt veram fidem habeant, vt nō seducantur, & ad alienas à Deo
 sententias deferantur. Hæretici quærentes sunt velut Nicodemus dicens, Io-
 annis tertio: Quomodo hæc fieri possunt? & Iudæi Capernaitæ discipuli do-
 mini dicētes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandū?
 Hi quærent, quia non credunt: quod patet, quia abierunt retrosum. Catholici
 quæretes quærent velut virgo gloriosa, quæ credēs quærit vt doceatur. Hęc

ideo in medium ducere decreui, quod video quosdam sine causa hoc scholasticis doctoribus impingere, quod talia quarunt, in quibus hæsitare impium sit, ac si quotiescunque propanat aliquid per vtrum, credendum sit eos in ea re dubitare, nutantemq; fidem habere. Absit. Non attendunt quod licet effectum credant, de qualitate effectus, & de modo quo id fiat, merito dubitare possunt. Dubius ergo in his quæ ad catholicam fidem spectant, hæreticus censendus est, modò pertinaci animo dubitet, vt Ecclesia etiam monete & docete dubitare non desinat. Alioqui si cirra pertinaciam id faciat, hæreticus minime dicetur: quum etiam si illo modo dissentiret, nequaquam verè hæreticus appellari possit.

¶ De quibusdam causis, ex quibus hæreses oriuntur.

Cap. XI.

VT facilius hæresibus obuiari possit, ne (sicut dicit Apostolus (vt cancer serpent, causas & radices à quibus oriuntur, ostendere decreui, vt illis sublati citò hæreses submoueantur. Ad incolumitatem siquidem recuperandam is primus est gradus, cognoscere scilicet causam à qua orta est mala valerudo, quoniam vt medici dicunt, difficilius illis morbis mederi possumus, quorum causæ latentes sunt: his autem quorum causæ patent, etsi graues admodum morbi sint facilius potest occurri. Prima omnium hæresum radix est illa quam Augustinus dicit esse omnium malorum vnicam radicem: immodicus, scilicet amor sui. Nam hic Augustinus teste, ædificauit ciuitatem diabolici. Et Apostolus id clarissimè in. 2. ad Timoth. epistola exprimit dicens: Hoc autem scito, quia in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipso amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemii, parentibus nõ obediētes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, inimites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & voluptatum amatores magis quam Dei, habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes, &c. Cùm enim ibi Apostolus malorum chiliadem enumerare vellet, amorem sui antè omnia præmisit, vel hoc argumento ostensus cæterorū esse causam. Sic enim Theophylactus locum illū, scilicet seipso amantes, exponens, ait: Statim malorum omnium causam produxit in medium, quod suis quisque magis prospiciat quam proximi commodis. Ei nanque qui sui ipsius duntaxat trahitur charitate, accidit sæpè, vt nec ipsè se amet. Et exponens illud verbum, cupidi, ait: Quum malorum explicasset rationem, & ramos sigillatim enuenerat. Hæc ille. Ex hoc immodico sui affectu oritur, vt sua semper sibi placeat, proprijs inuētis delectetur, inde nascitur obstinatio & pertinacia, quæ portæ sunt latissimæ ad hæresim inducendam. Præter hanc principem omnium malorum radicem est alia peculiaris, omnibus tanè hæresibus communis, gloriæ scilicet cupiditas. Hoc enim est hæreticis omnibus genuinum, vt gloriam popularem capent, cupiantq; ab omnibus pro doctissimis haberi. At quum via regia gradientes hoc assequi nequeant, deuia quæq; requirunt vt ad scopum perueniant. Hoc ait Gregorius exponens illud Iob. 6. Respondete quæso absq; contentione. Neq; enim, inquit ille, hæretici inquisitionibus suis veritatē conantur assequi, sed victores videri. Cùmq; de foris ostendi sapientes appetūt, intus per stultitiam elationis suæ vinculis ligantur. Vnde fit vt contentionum certamina exquirant, & de Deo (qui pax nostra est) loqui pacificæ nesciāt, atq; ex pacis negotio rixæ inuētores fiant, quibus bene per Paulum dicitur: Siquis autem videtur esse contentiosus, nos talē consuetudinem non habemus, neq; Ecclesia Dei. Hæc Gregorius. Ex hac gloriæ cupiditate proximè oritur pertinacia, nusquam flexibilis, adedò etiam, vt cùm in certamine succubuerit, cedere

A dere tamen nolit. Malum enim cuiuscunq; doctrinæ euerfionem, quam fateri se victos: ne hac videlicet occasione vel minima pars gloriæ, quam captant, depereat. Vt autem non videantur populo in certamine succubuisse, apud quem & non apud Deum gloriam habere volunt, nihil intentatum relinquunt, adedò vt etiam ipsas sacras scripturas, quas suis assertionibus apertè repugnare cognoscunt, peruertant, deturpent, & mancas faciant: non tantum in alienū sensum detorquentes, sed radentes ex eis id quod propter clarissimū testimoniū nullam patiatur adulterinam expositionem. Hoc expressè afferit Eusebius Cæsariensis fecisse quondam Asclepiodotum, Theodotum, Apollonidem, Hermophylum, Artemonistas. Sic enim ait: Sed hæc faciunt, quia nec vicini facti sunt fidei. Propterea & diuinas scripturas absq; vllò timore contemnerant, & corruptentes eas emendare se dicunt, &c. Et idem de Nestorianis dicit Theophylactus, exponens illud ad Hebræos secundo: Vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortem. Sic enim ait: Nestoriani verò scripturam hanc Pauli deprauantes; non gratia Dei dicunt, sed sine Deo, id est, sine diuinitate pro omnium mortem gustaret: vt quod ipsi pessimè sentiunt, Christo scilicet cruci affixo diuinitatem astruant non adfuisse, vt potè quæ non substantialiter illi inesset, sed affectione quadam vnita. Hæc Theophylactus. Cùm ergo ad hoc deuentū sit, vt illud solum habeant asylum, scripturas radere, quibus conuincendi erant, vel hoc argumento conuincitur, propriam eorum conscientiam aduersus eos pugnare, apertèq; cognoscere sacram scripturam illis esse contrariam. Nam si non deprehenderent repugnantiam scripturarum manifestam, nunquam scripturas raderent, quas aliquo pacto in suum sensum trahere possent. Quare ergo non fatentur veritatem? Quare non cantant palinodiam, cùm scripturam deprehenderint quæ ad hoc faciendū eos cogat? Nil certè obstat nisi illa, quæ diximus, gloriæ cupiditas: Dicunt enim apud semetipso illud Pauli: Si enim quæ destruxi, iterum hæc ædifico, præuaricatorem meipsum constituo. Quæ si dici possent in eos qui respicientes veritatem, quam prius oppugnabant, prædicant, in ipsum Paulum primitus dicerentur, in quo Ecclesiæ Christi magnificabant Deum, audientes quod euangelizaret fidem, quam aliquando vastabat. Non enim possibile est vt ab errore ad veritatem, aut à graui peccato ad gratiam sine pœnitentia transeat: quam qui facere erubescit, hoc agit, vt dū erubescit corrigere errorem, non erubescat permanere in errore: quod magis erubescendum erat. De quo optimè dicitur per Ecclesiasticum: Est confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam. Confusio adducit peccatum, cū erubescit quisq; prauam mutare sententiam, ne aut in constants putetur, aut diu errasse se iudice teneatur. Confusio autem adducit gratiam, cùm erubescens de proprio errore, pœnitendo ad lumen veritatis se transfert. Ideò Apostolus volens Philippensibus persuadere veram fidei vnitatem, primum quod eis suggerit, est, vt ab omni inani gloria fugiant, quod hæc plurimū verè fidei possit obesse. Sic enim ait: Vnanimè id ipsum sentientes, nihil per contentionē, neq; per inanem gloriam. Vnde Augustinus in libro de vtilitate credendi: Hæreticus est qui pro alicuius temporalis commodi & maxime gloriæ principatusq; sui gratia, falsas ac nouas opiniones gignit vel sequitur. Hæc ille. Quibus verbis Augustinus magis hæresis causam quam definitionem explicat: Nam qui cupidus est gloriæ, quid pro hac assequenda facere non audebit? Ad illā metam omnes gressus dirigit, ad hoc loquitur, pro hac re scribit, hac de causa contentionem excitat. Quod si iam alia non patet via vt videatur, vt digito monstratur, vt vocetur ab hominibus rabbi, nouam oportet constringat doctrinam, vt rei nouitate alios in admirationem trahat. Quæ de causâ videntur nihil hæretici similes illi, qui eò quod obscurus esset, nec potens vt rebus magnificè gestis memoriam sui posteris relinqueret, pessimo facinore clarum se futurum

rurum sperauit, atq; idè templum Dianæ Ephesinæ, mirabili opificio extructum, igni succendere tentauit, quod & fecit. Sunt enim hæpissimè maiores hominibus vires ad vitium, quàm ad virtutem. Sic enim hæreticis contingit, qui cum in vera fidei regula manentes obscuri fuissent omnino, Ecclesiam Dei inuadere, & igni succedere non erubescunt, vt inde clarissimi euadant. Quae de causa iustum est vt eadem poenas luant, quas aduersus illum clarissimum facinorosum fuisse decretas historiae produnt: ne scilicet scriptor qui illud facinus memoriae commendaret, vllam de homine illo faceret mentionem, nomenq; illius nulli memoriae mandaretur. Sicq; euenit vt in eo puniretur, quod ei peccati materiam suggererat. Hoc etiam modo Ecclesia spiritu Dei afflata disponit vt hæreticorum libri igni comburendi tradantur. Iustum est enim vt eam gloriam inanem, quæ tanti facinoris genitrix & parens esse dignoscitur, libris combustis deperdat: nec sit vnquam qui eorum libros legat, vt eis neglectis, non sit à quo gloriam captare possit, quam vnice cupiebat. Idè de eis dici potest illud Pauli ad Rom. Euanuerunt in cogitationibus suis. Verùm obstabit aliquis hanc poenam minimè esse infligendam, hac ratione, quod illa punitio magis obest fidelibus, qui libris hæreticorum carent, in quibus etsi sint aliqua errata, sunt tamè alia multa egregiè dicta, quæ vix apud alios fideles reperiantur, quibus iniustum esset carere. Cui respondemus, quod timendū est ne amore eorum, quæ hæretici bene dicunt, allesti lectores, in subscriptionem trahantur cæterorum peruersè dictorum. Quapropter Ecclesia à spiritu sancto edocta satius existimat vtroque carere, quàm vtrunque glutire. Sic etiam legimus apud Lucam, quod cum dæmonia à corporibus hominum Christi virtute eiecta clamarent & dicerent: Quia tu es filius Dei, **CHRISTVS** increpans non sinebat ea loqui. Nonne vera dicebant? Vt quid ergo prohibet? Certe ne hac occasione iterum eis falsa dicentibus crederetur. Sic enim ait Beda: Quare autem dæmonia dominus de se loqui prohibeat, Psalmista manifestat: qui ait: Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas per os tuum? ne quis dum prædicantem audit, sequatur errorem. Improbis enim magister est diabolus, qui falsa veris sæpè permiscet, vt speciem veritatis testimonium fraudis obtexat. Hæc Beda. Si ergo dominus illa occasione prohibet dæmonia clamantia, quid obstat vt Ecclesia dæmoniorum progeniem prohibeat scribentem? Nonne æquè scripturæ possunt obesse vt voces? imò multò magis. Nam etsi verbum efficacius sit, tamen quum euolauerit, reuocare nequis: scriptura verò per multa secula durat, atq; idè pluribus aut obesse aut prodesse potest. Iustè ergo Ecclesia istorum scripturas vetat, & discerpit si haberi possint, sicut **CHRISTVS** illorum verba prohibuit, etsi vera erant quæ ab illis dicebantur. Ita etiã hæretici etsi multa vera & subtilia differant, tamen falsa admixta alijs veris fidem derogant. Vnde Greg. lib. 5. moralium exponens illud Iob: Et venit super me indignatio, sic ait: Habent quippe hoc hæretici proprium, vt malis bona permisceant, quatenus facilè sensui audiētis illudant. Si enim semper praua dicerent, citius in sua prauitate cogniti, quod vellent, minimè persuaderent. Rursum si semper recta sentirent, profectò hæretici non fuissent. Sed dū fallendi arte ad vtraq; deseruiunt, & ex malis bona inficiunt, & ex bonis mala vt recipiantur abscondunt: sicut qui veneni poculum porrigit, ora poculi dulcedinè mellis tingit, dumq; hoc quod dulce est, primo tactu delibatur, etiam illud quod est mortiferum, indubitanter absorbetur. Itaq; hæretici permiscēt recta peruersis, vt ostendendo bona, auditores ad se trahant, & exhibendo mala latentis eos peste corrumpant. Hactenus Grego. Prudenter ergo Ecclesia timens hæreticorum libros prohibet, ne id eueniat quod Sapiens ait: Qui terigerit picem, inquinabitur ab ea. Quod si aliqua fortè sunt quæ subtili indagatione apud eos digesta reperiantur, ea satius erit ab alijs orthodoxis requirere, quàm

Luc. 4.

Beda.
Eph. 49.Iob. 3.
Greg.

Eccle. 13.

quàm ab hæreticis. Quod si adhuc talia sunt, vt apud neminem orthodoxum inueniantur (quod vix credam) ea tamen semper mihi erunt suspecta, quod à tali homine. scilicet hæretico dicta. Sic enim refert Diogenes Laërtius in lib. de vitis philosophorum, quod cum ab Aristo. percontaretur quispiam quam mercedem haberet mendax, respondisse eundem ait: Vt cum vera, inquit, dicat, nulla ei præferatur fides. Cum ergo hæreticus semel aut iterum in hæresi deprehendatur, qui sit vt postmodum fidatur ei? Non est ergo æquum vt sacrae scripturæ expositionem ab hæreticis recipiamus, cum eam aliàs contemnerasse cõperimus. Nò auderes cibum corporeum sumere ex illius manu qui semel aut iterum venenum propinauerit, & vis doctrinam fidei ab hæreticis sumere, qui toties dogmata venenosa miscuerunt? Nullus vnquam ab inimico suo aut domini sui cibum recipit, nullus miles ab hostibus regis stipendium captat, nisi planè defertor & transfuga. Mulier illa apud Lucam dragmam querens, intra domum quærit, non extra. Sic etiam intra Ecclesiam querendum est, si quid inuenire cupis quod ad veram fidem pertineat. Qui panes petit apud Lucam vicini ianuam pulsat, nò alicuius extranei. A vero Christiano querenda est vera doctrina. Vicini siquidem omnes Christiani sunt, intra vnã eandemq; ciuitatem commorantes. Ab hæreticis autem, quod extranei sunt, nihil petendum. Si cum his (vt dicit Paulus) non licet nec cibum sumere, multò minus libebit ab eis cibum petere. Adde quod hæretici non habent ius sacras literas interpretandi, nec ad eos quouis pacto spectat de eis differere. Nam cum filij non sint quibus hæreditas in testamento legata sit, nullum prorsus habent ius inspiciendi testamenti paterni, quod sacra est scriptura. Si non erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ (vt ait Apostolus) multò minus erit hæres alienigena cum filio liberæ. Si ancilla cum filio suo eiicienda est, scilicet synagoga, multo fortius eiicienda erit Ecclesia malignantium cum filijs suis, scilicet hæreticis. Exclusis ergo hæreticis à testamento paterno, neque etiam illi ius habebunt inspiciendi testamenti, quod est sacra scriptura. Si ergo non habent ius inspiciendi, qui sit vt habeant ius interpretandi? Nullo ergo modo ab eis licebit sacrae scripturæ interpretationem recipere, nisi aliunde haberi possit. Vnde Tertullianus in libro de præscriptionibus hæreticorum ait: Nò Christiani nullum ius capiunt Christianarum literarum, ad quos meritò dicendum est: Qui estis, quando & vnde venistis? Quid in meo agitis, non mei? Quo denique Marcion iure syluam meam cædis? Qua licentia Valentine fontes meos tranuertis? Qua potestate Apelles limites meos commoues? Quid hic cæteri ad voluntatem vestram seminatis & pascitis? Mea est possessio, olim possideo, habeo origines firmas, & ipsi autoribus quorum fuit res. Ego sum hæres apostolorum, sicut cauerunt testamento suo, sicut fidei commiserunt, sicut adiurauerunt, ita teneo. Vos certè exhæredauerunt semper, & abdicauerunt vt extraneos & inimicos. Vnde autem extranei & inimici apostolis hæretici, nisi ex diuersitate doctrinæ, quam vnusquisque de suo arbitrio aduersus apostolos aut protulit, aut recepit? Illic igitur & scripturarum & expositionum adulteratio deputanda est, vbi diuersitas inuenitur doctrinæ. Hæc Tertullianus. Verùm quia ex occasione nobis oblata paululùm digressi sumus, opus est vt ad primū intentum nostra reuocetur oratio. Ex illa ergo pessima radice, gloria scilicet cupiditate, sicut oritur pertinacia, ita & iudicij fallacia, vt propter peccatum Deus permittat eos in errorem duci. Sic enim dicit Esaias: Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt non videant oculis & intelligant corde. Lumen veritatis, teste Gregorio, elatis mentibus absconditur, & omne peccatū cæcitas quædam est mentis, iuxta illud: Malitia eorum excæcauit eos. Et alibi dicitur: Ambulabunt vt cæci, quia domino peccauerunt. Et de superbis dicitur per Apostolum ad Rom. Obscuratū est insipiens cor eorum, dicentes enim

Luc. 15.

Luc. 11.

1. Cor. 5.

Galat. 4.

Tertul.

Versus
Homer.

Esa. 6.

Sapient. 11.
Sapient. 11.

Rom. 3.

Eph. 4.

scilicet

se sapientes, stulti facti sunt.

Beatus Anselmus exponens illud Pauli ex epistola ad Ephe. Vt non circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, sic ait: In nequitia hominum, dixit: quia hæresis non est nisi in anima subdita peccatis: quia peccata commissa sunt causa, vt Deus permittat eos errare in barathrum hæresis. Hæc ille.

Adde quod non propter solam iniquitatem propriam permittit Deus hominem decipi, sed etiam propter peccatum interrogantis aut discētis, doctorem alioqui bonum Deus permittit falli, vt inquirentem iniquum decipiat.

Ezech. 14. Sic enim legimus apud Ezechielem prophetam: Et factus est sermo domini ad me dicens: Fili hominis, viri isti posuerunt immunditias suas in cordibus suis, & scandalum iniquitatis suæ statuerunt contra faciem suam. Nunquid interrogatus respondebo eis? Propter hoc loquere eis, & dices ad eos: Hæc dicit dominus Deus: Homo, homo de domo Israël, qui posuerit immunditias suas in corde suo, & scandalum iniquitatis suæ statuerit contra faciem suam, & venerit ad Prophetam interrogans per eum me: ego dominus respondebo ei in multitudine immunditiarum suarum, vt capiatur domus Israël in corde suo, quo recesserunt à me in cunctis idolis suis. Propterea dic ad domum Israël: Hæc dicit dominus Deus: Cōuertimini, & recedite ab idolis vestris, & ab vniuersis cōtaminationibus vestris auertite facies vestras: quia homo, homo de domo Israël, & de profelytis quicumq; aduena fuerit in Israël, si alienarus fuerit à me, & posuerit idola sua in corde suo, & scandalum iniquitatis suæ statuerit cōtra faciem suam, & venerit ad Prophetam, vt interroget per eum me: ego Dominus respondebo ei per me, & ponam faciem meam super hominem illum, & faciam eum in exemplum & in prouerbium, & disperdam eum de medio populi mei, & scietis quia ego dominus. Et Propheta quum errauerit, & loquutus fuerit verbum, ego dominus decepi Prophetam illum: & extendam manum meam super eum, & delebo eum de medio populi mei Israël: & portabunt iniquitatem suam. Iuxta iniquitatem interrogantis, sic iniquitas Prophetæ erit. Hæc ibi. Ex quo scripturæ loco aperte colligitur populo iniquo propter sua de merita hæreticos doctores à Deo dari: vel, vt verius dixerim, permitti. Quod fortè hoc nostro tempore euenit in partibus Germaniæ, quibus factus est Lutherus Propheta falsus & pseudapostolus. Nam illorum manifesta sunt opéra carnis, quorum Deus venter est, atq; ita gloria eorum qui terrena sapiebant, versa est in confusionem. Quapropter euenisse oportebat quod dominus per Prophetam minatus est, vt videlicet iuxta iniquitatem interrogantis, iniquitas Prophetæ fuisset. Quod si ab errore auocandi sunt, non patet via nisi quæ Dominus ostēdit, vt scilicet conuertantur à via sua mala, & malè actorum eos poeniteat, vitamq; commutēt in melius, tandem si dominum orauerint vt eis veritatem ostendat, promissionem suam implebit, qui dixit: Petite & accipietis, pulsate & aperietur vobis. Quod si tantum obest prophetæ peccatum interrogantis, vt causa sit deceptionis illius, quantum putas oberit peccatum ipsiusmet doctoris? Erit ergo sine vlla dubitatione causa efficacissima, vt sepe in sacris literis conuiueat, erretq;. Si ergo hæretico literas scienti sacra scriptura offerretur, dicere deberet, nescio literas. Verum cum gloriæ cupiditate ducatur, nunquam ignorantiam fatebitur, imò potius dicens se esse sapientem, in insipientia sua deprehendetur. Hos tales per Esaiam prophetam dominus irridet dicens: Me etenim de die in diem quæruunt, & scire vias meas volunt, quasi gens quæ iustitiam fecerit, & quæ iudicium Dei sui non dereliquerit. Quibus verbis aperte dominus insinuat nec illum inuenire, nec vias eius scire posse, qui iustitiam non fecerit, aut iudicium Dei sui dereliquerit. Hoc idem apud *Matth. 12.* Matthæum expressius Christus dicit: Progenies viperarum, quomodo potestis

Astis bona loqui, quum sitis mali: Ex abundantia enim cordis os loquitur. Quod sit, vt vel hoc argumento persuadeamus, sanctis viris, qui per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitia, adeptiq; sunt iam repromissiones, esse magis credendum, quàm alijs etiam multo doctoribus, quorum vita non est tot argumentis probata: quoniam, vt dicit Ecclesiasticus: Anima vnus sancti viri enunciat aliquando vera magis quàm septem circumspectores qui sedent in excelso ad speculandum. Hoc etiam argumento probatur sacra scripturæ expositionem non esse ab hæreticis recipiendam, nisi alia via eius interpretatione veram esse constiterit. Quid enim scimus an demeritis hæreticis exigentibus, Deus illum ibidem, vt in cæteris errare permiserit? Vt ergo non fallamur, oportet vt iuxta Iacobi consilium sapientiam à domino postulemus, nihil hæsitantes in fide: deinde eos cōsulamus viros qui ab Ecclesia tam vita quàm scientia probati sunt. Hæretici autem minime cōsulendi sunt, quoniam suspecti multis nominibus haberi debent, primum quia semel in mendacio deprehensi fuerunt, deinde quia peccatis sunt obuoluti, propter quæ Deus illos in scripturis errare permittit, aliterq; quam oportet illas interpretari. Vnde Gregorius lib. 20. moralium exponens illud Iob: Qui rodebant in solitudine, &c. sic ait: Rodi solet quod comedi non potest: hæretici autem quia scripturam sacram intelligere sua virtute moluntur, eam proculdubio apprehendere nequaquam possunt, quam dum non intelligunt, quasi non edunt. Et quia per supernam gratiam non adiuti, hanc comedere nequeunt, quasi quibusdam illam nisibus rodunt. Exteriùs quippe illam contrectant, eum quidem conantur, sed non ad eius interiora perueniunt. Qui quia ab vniuersalis Ecclesiæ societate disuncti sunt, non quilibet loco rodere, sed in solitudine memorantur. Hactenus Gregorius. Post hanc gloriæ cupiditatem omnibus hæreticis communem, peculiaris deinde cuiuslibet hæreticis causa succedit. Hæc autem erit vitium cuiuslibet hæretico peculiare: illud nempe in quod à natura quisque procliuis est. Inest namque singularis hominibus à natura pronitas quædam ad aliquod vitium, etsi non omnibus ad idem. Quidam genuinam habent cupiditatem, alij ad carnis illecebras sunt proni, alij rursus honores appetunt, primos acubitus desiderant. Quum autem affectio (vt Aristoteli placet) ad se trahat iudicium rationis, sit vt in eandem sententiam manibus (vt dicitur) ac pedibus sæpè eat intellectus, in quam eum direxerit voluntas, vel in quam partem senserit voluntatem secti. Hinc illæ philosophorum sectæ emanarunt in diuersis valde inanibus atque fallacibus rebus felicitatem humanam constituentes. Illud quisque optimum existimabat, quod magis appetebat iudicio cedenti voluntati. Quod si fortè intellectus non approbet id quod voluntatem appetere cognoscit, tamen id approbare se simulat, quod facilius occultetur, vel saltem adumbretur vitium quo laborat: vt si fortè in hoc vel in illo vitio deprehensus fuerit, hoc pallio contegatur, quod ignorans fecit. Cuius ignorantia vel hoc esse poterit argumentum, quod sæpè testatus sit illi rei nullum inesse crimen, mallet namque ignorantia nota inuri, quàm re illa carere cui iam se vendicauit. Hoc enim experientia cognoscimus, & fama quam ex historijs habemus, neminem videlicet vnquam vitium illud probasse, cui hominis complexio repugnaret: aut virtutem illam infecturum fuisse, ad quam à natura pronus fuisset. Est quidam fortè graue admodum reputans alterius voluntati subesse, & durum existimat ex alterius peditere arbitrio: hinc euenit vt obedientia iugum, quod semel susceperat, excutiat, & inde ad vltiora progrediatur, vt obedientiam ipsam infectetur, monachatum conuictijs afficiat & scommatis: vt errorem suum hoc pallio tegat, quod scilicet ab aliquo, quem putabat ignominiosum & irreligiosum locum, se exisse alijs ostendat. Huius rei tot sunt apertissima exempla, vt enarrare pigeat. Quod si aliquis pecuniam immodicè cupiat, ex impotenti & effrenata

huius rei adhaesione fit, vt pro illa acquirenda omnes conatus adhibeat, omnemq; (vt dicitur) moueat lapidē, nihil intentatū relinquat quod huiusmodi rei possit vel in modico suffragari: adeo vt illuc etiam, si opus fuerit, sacras trahat literas. Diogenes Laërtius refert Menippū quendam philosophū laqueo se suspendisse propter pecuniā insidijs ereptā. Vide quātus rei praecesserat amor, cui tantus post deperditā successerit dolor. Quid nō tentasset, qui seipsum interimere non dubitauit? Quid etiam non effecisset, qui Deum vendere nō abhorruit? Nōne ex hoc fonte ille etiam error à Christo reiectus, quo Pharisaei docebāt Iudaeos, melius esse aliquid in templo offerre, quàm parētibus egētib; distribuere? Nec in his diutiùs immorari oportet, quum id apertissimē explicet Paulus in prima ad Timotheum epistola dicens: Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociua, quae mergunt homines in interitum & perditionē. Radix enim omnium malorum cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Haec ibi.

Matth. 25.

1. Tim. 6.

Tob 30.
Gregorius.

Et beatus Gregorius exponens illud Tob: Radix iuniperorum erat cibus eorum, sic ait: Quid per radicem iuniperi nisi auaritia designatur, ex qua peccatorum omnium spinę producuntur? De qua per Paulum dicitur: Radix omnium malorum est cupiditas. Ipsa quippe latenter oritur in mente, sed punctiones peccatorum omnium patenter producit in opere. Quas videlicet punctiones ab hac radice surgentes statim praedicator egregius insinuat, cum subdit: Quam quidam appetentes errauerunt à fide & inseruerunt se doloribus multis. Qui enim multos dolores dixit, quasi nascentes innotuit ex hac radice punctiones. In iuniperis ergo peccata, in radice verò iuniperorū quid aliud quàm auaritiam, id est, materiam intelligimus peccatorū? Quia igitur plerunq; haeretici sola in verbis suis exteriora lucra sectantur, nec ignorant quia peruersa adstruunt, sed erroris praedicamenta non deserūt, dum sumptus percipere quasi doctorum volunt, bene de eis sancti viri p̄unc voce dicitur: Et radix iuniperorum erat cibus eorū: Quia dum totis mentis suae sensibus auaritiam cogitant, quasi eo alimento vescūtur, de quo nasci proculdubio peccatorum sequentiū punctiones solent. Haec Gregorius.

Rom. 16.

Theophyl.
Phil. 3.

De illecebris verò carnis, quòd illae sint haeresum radices, testatur Paulus in epistola ad Rom. Rogo autem vos fratres vt obseruetis eos qui dissensiones & offendicula, praeter doctrinam quam vos didicistis, faciūt, & declinate ab illis: huiusmodi enim Christo domino non seruiunt, sed suo ventri. Et Theophylactus ibi: Ex hac igitur ventris ingluuie & vitiorum seruitute omnes eruperunt haereses. Et iterū ad Philipp. scribens, eandē sententiam refert: Imitatores mei estote fratres, & obseruate eos, qui ita ambulant sicut habetis formam nostrā: multi enim ambulant, quos saepe dicebam vobis, nunc autem & flens dico, inimicos crucis Christi, quorū finis interitus, quorum Deus venter est, & gloria in confusionem ipsorum, qui terrena sapiunt.

Esai. 28.

Quòd carnis illecebrę obtundant intellectum, ne secreta fidei mysteria carnalis homo intelligere possit, apertè docet Esa. sic inquit. Quem intelligere faciet auditū? Cui quaestioni ipse Propheta respondens ait. Ablactatos à lacte, aulos ab vberibus, hoc est, à carnis delicijs separatos. Si hos solos Deus intelligere facit mysteria fidei quae illis dicuntur, ergo qui non sunt ablactati à carnis illecebris, non intelligent quae audierint.

Huius rei plurima sunt exempla. Ex hoc fonte prodijt Cherintus carnis delicias sperans in illa promissa beatitudine. Ex hac radice Adamitarum & fraticellorum conuenticula. Ex eadem radice haeresis illa promiscuum vagumq; concubitus hominibus indulgens. Hinc illa Aërianorum haeresis, ieiunia prorsus rejiciens nulliusq; esse valoris asserens. Inde alia haeresis Iouiniani ma-

A ni matrimonium aequas virginitati: aliaq; id genus plures quae suis locis narra buntur. Ceterū de ambitione quis nescit eam multarum haeresum parentē. Nā sicut nascēte mundo initium omnis peccati fuit superbia, ita renascente eodē per Christū, initium omnis haeresis fuit etiā superbia. Quid enim aliud Simonem Magum impulit (nam hunc primum fuisse haeticū tradit Eusebius. Cae-^{Euseb. li. 1.} fariensis) vt pecuniam offerret pro qua domum Dei possideret, nisi superbia? <sup>hist. eccle-
sial. ca. 13.
lit. 3.</sup> Quum vidisset autem Simon (inquit Lucas in actibus Apostolorum) quia per impositionem manus apostolorum daretur spiritus sanctus, obtulit eis pecuniam dicens: Date & mihi hanc potestatem, vt cuiusq; impoſuero manus, accipiat spiritū sanctū. Nisi enim gloriae & honoris appetitu duceretur Simō, suffecisset illi pro se petere spiritum Dei. Sed quia parum aestimabat possidere, nisi & hoc alijs esset notum, idē potestatem communicandi petijt, vt vel hac occasione plures ad illum pro impetrando Dei dono confluerent, pluresq; illum venerarentur tanquam Deum, quòd maximē optabat, vt rei euentus ostendit. Nam & se populo pro Deo mētirus est, & à populo decepto honores diuinos accepit, vt B. Iustinus martyr refert in Apologetico, quē pro fide nostra ad Imperatorem Antonium scribit. Hoc fermē tempore fuit Theobutes quidam, de <sup>lib. 4.
cap. 22.</sup> quo Eusebius in ecclesiastica hist. refert, quòd quia repulsam meruit episcopatus, ipse coepit initio perturbare omnia & corrumpere, eratque ex septem haeresibus in populo Dei constitutis. Et de Aërio quodam narrat Augustinus in libro de haeresi, quòd ambiens episcopatum quem obtinere non potuit, vt par nihilo minùs episcopis videretur, asseruit sacerdotes pares esse episcopis. Ex hac radice prodierunt postmodum Vviclephitae, Hussitae, & fortē nostro tempore Lutherani: qui eò quòd ad episcopatus dignitatem peruenire non poterant, ne in aliquo episcopis minores esse viderentur, episcopos curarunt reliquis omnibus sacerdotibus pares efficere. Sufficiens arbitror pro huius rei comprobatione haec manifestissima exempla, ex quibus apertè ostenditur haereses quae circa mores versantur, eos habere inuentores, qui in vitia illa à natura sunt procliuēs: quae quoniam saepe in illis labuntur, fit vt intellectus cedat voluntati, & id iudicet esse bonum, cui voluntas effrenatē adhæret: id etiam malum, à quo voluntas discedit. Cum enim eadem virtus quo habeat opposita vitia, si in alterum eorum quispiam à natura sit pronus, nusquam id fiet vt alterum illi oppositum probasse reperiat. Fuere, inquam, qui omnem coitum damnarent, nec tamen desinere qui omnem coitum admitterent atque probarent. Si tamen historias requiras, nunquam reperies eum qui expertus fuerit muliebris confortij, alijs omnem coitum indulsisse: aut qui carnis illecebris deditus fuerit, omnem coitum damnasse. Vnde Augustinus, 3. lib. de doctrina Christi-^{cap. 10.} an. cap. 10. Quando procliuē est humanum genus non ex momentis ipsius libidinis, sed potius suae consuetudinis aestimare peccata, fit plerunq; vt quisque hominum ea tantum culpanda arbitretur, quae suae regionis & temporis homines vituperare atque damnare consueuerunt, & ea tantum probanda atque laudanda, quae consuetudo eorum, cum quibus viuit, admittit: eoque contingit, vt si quid scriptura vel praeeperit quòd abhorret à consuetudine audientium, vel quod non abhorret culpauerit, si animum eorū iam verbi vinxit auctoritas, figuratam locutionem putent. Haec Augustinus. In quibus verbis sanctissimus & doctissimus pater aprissimē, & ad viuum (vt dicitur) depinxit huius temporis haeticos, quibus si aliquid obijciatur ex sacra scriptura quòd eorū sectae apertè repugnet, statim dicunt figuratam esse locutionem.

¶ De quibusdam alijs duabus causis, à quibus etiam haereses oriuntur.

Cap. XII.

F 2

Præ-

Praeter has quas diximus haeresum radices, est alia multarum haeresum radix, quae a se nullam prorsus habet malitiam, si modus adest, sed tantum ex male utentium vitio: Haec est assidua in libris prophanorum hominum, nempe gentilium, lectio. Et hoc maxime, si illis ab infantia sine vlla rerum discretione imbutus est. Horatius nanque ait: Quo semel est imbuta recens seruat odorem Testa diu. Et per quendam prophetam dominus dicit: Si mutare potest aethiops pellem suam, & pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum. Tam efficax est enim consuetudo, ut ferè transeat in naturam, praecipue aetate tenera, qua facilius res qualibet imprimitur, & impressa tenacius adheret. In libris gentilium multa reperies quae cum fide catholica velut ex diametro pugnant, multa quae ad vitia allidunt, a virtute reuocant, apud poetas maxime, apud quos vitia sunt in precio & maxima laude, quum illa non dedignentur suis dijs ascribere. Ibi fratrum discordias irreconciliabiles reperies, ibi parentum in filios acerbissimas animaduersiones, ibi filiorum pertinacissimas inobedientias, ibi deorum obscenissimos amores, adulteria, stupra, & rapti Ganymedes honores. Propter quod non immerito Plato huiusmodi poetas a sua Republica abigit, genus hominum ad nocendum paratissimum & efficacissimum. Quod si ad philosophos atque eorum sapientes te vertas, inuenies apud illos etiam multa quae pietati, & verae religioni obstant. Quid enim magis verae fidei repugnare potest, quam deorum multitudo, quam eorum plurimi posuerunt? Quid magis iniuriu[m] est Deo, quam ei coactione impingere, omnemque prorsus libertatem in rerum productione ab eo separare? Hoc tamen ei Aristoteles tataque Peripatetic. schola tribuit. Apud eos mundum aeternum reperies, omni principio omni, sine carentem. Illorum est ista sententia: Ex nihilo nihil, in nihilum nil posse reuerti. Sunt & alia id genus multa, ad quae recensenda oporteret catalogum texere. Quapropter Apostolus praemonuit nos ut a philosophia caueremus, quam ipse pulchre nouerat, quod Athenis fuisset inter philosophos aliquando versatus. Videte, inquit, ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam. Vnde Tertul. in lib. de praescrip. haereticorum ita sentit, dicens: Ipsae denique haereses a philosophia subornantur. Inde aetates & formae nescio quae, & trinitas hominis apud Valentinu[m], Platonius fuerat. Inde Marcionis Deus melior de tranquillitate, a Stoicis venerat. Et uti anima interire dicatur, ab Epicureis obseruatur. Et ut carnis restitutio negetur, de vna omnium philosophorum schola sumitur. Et ubi materia cum Deo aequatur, Zenonis disciplina est. Et ubi aliquid de igneo Deo alligatur, Heraclitus interuenit. Eadem materiae apud haereticos & philosophos volutantur, ijdem retractatus implicantur. Haec Tertulianus. Adde quod ex eis qui posteriores Christo eiusque apostolis fuere, non solum cum Christiana religione pugnant, sed quod est omnium pestilentissimum, eam derident, subannant, insectantur quoque. Vnde saepe euenit ut infirmi & debiles scrupulos & suspensiones inde capiunt de Christiana religione: qui quum semel vehementer pungere animum coeperint, difficiles discedunt ac tardi. A philosophis enim nascitur mira dicendi libertas, adeo ut nunquam cedant alicui nisi manifestis argumentis & euidentibus id comprobatur: vnde euenit ut quae eorum iudicio non conueniunt, statim rejiciant. At fides talis argumentorum euidetiam non patitur, sed exigit captiuitate intellectus in obsequium Christi, ideo merito ait Paulus: Iudaei signa petunt, & Graeci sapientiam quaerunt, nos autem praedicamus Christum crucifixum, Iudaeis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam: ipsis autem vocatis Iudaeis atque Graecis, Christum Dei virtutem & sapientiam: quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus. Cum ergo talia apud Ethnicos sint, non est iam cur dubitet aliquis assiduum illorum lectionem valde nocere Christianis, maxime incautis & infirmis. Si

A mis. Si libri pietate pleni profunt legentibus, cur non & impij libri obeffe poterunt eisdem? Sic enim ait Propheta regius: Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. Si consuetudo & conuictus vertit hominum mores, trahitque ad se, in confesso est illud idem efficere posse librorum lectionem, imò saepe multo efficacius: quia licet verbum fortius moueat, vehementius trahat, celerius rapiat quam scriptura, eò quod viuua vox acutiùs penetret: tamen ea quae scribuntur, quum ex longa meditatione veniant, melius digesta esse, oportet, accuratiusque ordinata, quam in communi colloquio, eoque euenit ut saepe efficacior sit scriptura, quam vox: quod plures habeat neruos oratio praemeditata, quam ex tempore dicta. Vnde Basilius nepotes suos edocens qualiter gentilium libri, maxime poetarum, legendi sint, ait: Quando verò ad infames & nefarios homines veniunt, haec omnino vitare, his aures obstruere, non minus quam Vlysses ad cantus Syrenarum dicunt, oportebit. Nam prauis affuefcere sermonibus, via quadam est ad rem ipsam. Haec Basilius. Accedit huic quod in re qualibet differenda magnum habent ornatum, elegantiam, splendoremque sermonis: quae omnia vires sunt efficacissimae ad animos hominum alliciendos. Ideò Paulus in epist. ad Col. ait: Hoc autem dico, ut nemo vos decipiat in sublimitate sermonis. Quod exponens Theophylactus ait: Idcirco enim id dixerim, quia vniuersa soli Christo & notiora sunt & aperta, ut nemo vos decipiat verborum lenocinio & sublimitate, ornatu scilicet & comitate, & elegantia quadam dicendi. Quid enim si adferat quispiam quae ad persuadendum plurimum valeant, ipse verò sit omnium prorsus, id est veritatis ignarus? Id sane nihil est aliud nisi captiunculis quibusdam & sophismatibus niti. Haec Theophylactus. Hoc etiam haereticos fecisse, ut scilicet sermonis elegantia homines incautos deciperent, testatur Paulus in epist. ad Rom. ubi postquam eos ab haereticis caedere praecipit, adiungit: Per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium. Vnde Origenes homil. 2. super Hierem. exponens illud Hierem. Calix aureus Babylon in manu dei inebrians omnem terram, sic ait: Nabuchodonosor volens decipere homines per calicem Babylonis dolosum, non miscuit in vase fictili quod parabat potari, sed neque in paulo meliore & aereo vase vel stanneo, & quod ista peracelicit, argenteo: verum eligens vas aureum, in eo poculum temperauit, ut quis videns decorem auri, dum radiantis metalli pulchritudine delectatur, & totus oculis haeret in specie, non consideret quid intrinsecus latitet, & accipiens calicem bibat, nesciens calicem Nabuchodonosor. Intelliges autem calicem aureum in praesenti nominatum, si animaduertas pessimorum dogmatum verba mortifera qualem habent compositionem, qualem decorem eloquentiae, qualem rerum deuisionem: cognosces quomodo vnusquisque poetarum qui putantur apud nos disertissimi, calicem aureum temperauerit, & in calicem aureum venenum iniecerit idololatriae, & venenum turpiloquij, venenum eorum quae animam hominis interimunt dogmatum, venenum falsi nominis scientiae. Sed inuenit Iesus contra fecit, sciens aureum calicem Zabuli, & praecauens ne aliquis ad fidem suam veniens suspicaretur etiam Christi talem esse calicem qualem esse requirat, & per similitudinem materiae formidaret errorem, ideo curauit ut haberemus thesaurum istum in vasis fictilibus. Saepè vidi aureum calicem in pulchro sermonis ornatu, & dogmatu venena considerans deprehendi calicem Babylonis. Haec tamen Origenes. Nec tamè velim ut quispiam arbitretur me ista dixisse quod putem elegantiam sermonis pugnare cum Christiana religione, aut aliquo pacto obeffe fidei catholicae. Fa-teor quidem illa simul coire in vnum posse, ut verè christianus sit & eloquens, quales fuere ex Graecis Basilius, Greg. Nazianzenus, Chrysostomus: & nostris Hieronymus, Cyprianus, Ambrosius, Hilarius. Atque vtinam ego talis essem, ut propter sanctitatem primum, deinde propter eloquentiam in eorum ordine

F. ALFONSI DE CASTRO MINORITAE

meritò annumerari possim. Est enim elegantia sermonis, orationisq; cultus res
 talis, vt bonis & malis, hæreticis catholicisq; cõmunis sit, qua & bene & malè
 vti quisq; potest, bonis enim catholicisq; viris maximũ est ornamentum ad vir-
 tutum persuasione, infestationemq; vitiorum vtilissima. Quod si hæc alicui
 hæretico contigerit, eum ad fallendum potentior reddet. Nam venustate
 sermonis quasi quibusdam blanditijs lectoris animum in suam sententiam tra-
 hit. Atq; idèd hæc dixi, ne scilicet solo sermonis splendore tanquam aureo po-
 culo allectus, dogma venenosum ebibat. Idèd Sapiens ait: Ne intuearis vinum
 quando flauescit, quũ splenduerit in vitro color eius. Ingređitur blandè, in no-
 uissimo mordebit, & tanquã coluber & regulus venena diffundet. Sed quũ le-
 gerit id, attèdat potiùs quid scriptura referat, nõ qualiter referat. Nullus enim
 (vt credo) est adèd demens, vt malit in aureo vase venenũ, q̃ in vase fictili opti-
 mum vinũ. Parũ quidè refert ad corporis incolunitatè, hoc an illo vase bibas,
 modò id commoditatè aliquam adferat quum in stomachum traieceris: iuuat
 tamen ad oculorum oblectamètum mundis vasis, ornatis, isdèq; preciosis vti.
 Sic etiã mirum in modũ delectant sermonis splendor, orationisq; cultus: ve-
 rum minimè reficiunt nisi sub illo verborum fuce aliquis solidus veræ doctri-
 næ cibus lateat. Nam sermonis elegantia videtur mihi velut condimentum,
 vt cibus auidius sumatur. At solum condimentum in conuiuio apponere, est
 irritare famem, non prandium parare. Quod si oratio fuerit rebus & verbis co-
 piofa & ornata, opiparum certè erit conuiuium, cui adstare nullus meritò de-
 dignari poterit. Ex his ergo omnibus satis iam (vt opinor) manifestum relin-
 quitur, quantum veræ pietati & catholicæ fidei obesse poterit librorum genti-
 lium lectio, in quibus multum est veneni ad interimendum, plurimumq; mel-
 lis ad alliciendũ. Verum hæc admonere oportet, ne hac occasione omnino gen-
 tilium libri deseratur, quoniã in multis nos docere possunt, quorum cognitio
 est admodum necessaria ad sacrorum librorum intelligètiã. Diffinitiones &
 diuisiones habemus à logico & metaphysico. Rerum causas, origines, & pro-
 prietates ostendit physicus, ex quarum cognitione multa in scripturis abscon-
 dita nobis reuelantur. De Moyse dicitur, quod doctus fuerit in omni sapientia
 Aegyptiorum. August. quidem asserit in lib. 2. de doctrina Christiana cap. 28.
 gentiles historias plurimum cõferre ad intellectu scripturæ sacræ, ostenditq;
 ex earum ignoratiã aliquos circa scripturas errasse. Et lib. 2. eiusdem tractatus
 cap. 29. ostendit troporum & figurarum cognitionem esse omnino ad scriptu-
 rarum intellectu necessariã, quã à grammaticis & oratoribus petenda est.
 Demum lib. 2. cap. 40. de omnium philosophorum doctrina sic ait: Sicut enim
 Aegyptij non solum idola habebant, & onera grauiã, quæ populus Israël dete-
 stareretur & fugeret, sed etiam vasa & ornamenta de auro & argento, & vestem,
 quæ ille populus exiens de Aegypto sibi potiùs tanquã ad vsum meliorè clan-
 culo vendicauit, non autoritate propria sed præcepto dei, ipsis Aegyptijs nesci-
 enter commodantibus ea quibus non bene utebantur: sic doctrinæ omnes gè-
 tilium non solum simulata & superstitiosa figmenta grauesq; sarcinas superua-
 canei laboris habent, quæ vnusquisq; nostrũm duce Christo de societate gèti-
 lium exiens debet abominari atq; deuitare, sed etiam liberales disciplinas vsui
 veritatis aptiores, & quædam morum præcepta vtilissima continent, de quæ
 ipso vno Deo colendo nonnulla vera inueniuntur apud eos, quod eorũ tan-
 quam aurum & argentum, quod non ipsi instituerunt, sed de quibusdam quasi
 metallis diuinæ prouidentia, quæ vbique infusa est, eruerunt, & quo peruersè
 atq; iniuriosè ad obsequia dæmonum abutuntur, cum ab eorum misera societa-
 te sese animo separat, debet ab eis auferre Christianum ad vsum iustum prædi-
 candi Euangelij. Vestem quoque illorum, id est, hominum quidem instituta,
 sed tamen accommodata humanæ societati, qua in hac vita carere non possu-
 mus,

PROB. 23.

ABER. 7.
 AUGUST.

ADVERSVS HAERESSES, LIB. I. Fol. 32

A mus, accipere atque habere licebit in vsum conuertenda Christianum. Huc-
 usque August. Possunt etiam prodesse illorum doctrina ad ipsos gentiles ex-
 pugnanodos: vt quum aduersus eos pugnamus, suo ipsorum gladio eos iugule-
 mus, vt David occidisse Goliath sacra testatur historia. His nanq; armis Iusti-
 nus martyr aduersus gentes pugnat in Apologetico, quem de eadem refecit.
 Idèd Damascen^{1. Reg. 17} lib. 4. de fide orthodoxa, cap. 18. ait: Si autem ab his qui foris
 sunt, decerpere quippiã vtile valuerimus, non aspernabile est. Efficiamur pro-
 bati trapezitæ, legitimum & purum aurum aceruantes, adulteratum autem re-
 futantes. Sumamus sermones optimos, deos autem ridiculos & fabulas alienas
 canibus proijciamus. Nam plurimum ex ipsis contra seipfos fortitudinem
 habere valebimus. Hæc Damascenus. Sed hæc consideratione tanta opus est,
 vt quum per gentiliũ libros spatiamur, caueamus ne dum flores in eorum
 campo legere volumus, à spinis pungamur. Quapropter oportebit nos more
 apum facere, quæ vt sua mella concinent, aluearia exeunt, per campos voli-
 rant, hæc illac discurrunt, floribus insidunt, neque tamen omnibus, sed quos co-
 gnoscunt commodiores: neque ex eis quibus hærent, omnia auferre conantur
 sed quãtum eis ad opus necessariũ fuerit capientes, reliquum dimitunt. Sic
 etiam nec omnes gentiliũ libri legendi sunt: sed hi tantum, à quibus aliquid
 vtilitatis decerpi potest: nec ex his omnia sumenda, sed id tantum quod pieta-
 tem iuuare potest, & catholicæ fidei deseruire. Alia est demum hæresum parës
 & origo, zelus scilicet, sed nõ secundum iustitiã & discretionem. Verum hæc
 ad alias relata sterilis quodammodo videri potest. Nam quum aliæ, de quibus
 iam diximus, tam multã habeant hæresum progeniem, hæc autem paucissimas
 hucusq; quod scia, procreauit: sunt tamè aliquæ, vt olim Nouatiani, de quibus
 refert historia tripartita, lib. 8. cap. 9. quod Nouat^{Damasc.} illorum dux se ab ecclesiæ
 B Romanæ communionem subtraxit, quia Cornelius papa fideles qui sacrificau-
 erant tempore persecutionis factæ à Decio, in communionem recepisset, opta-
 bat quidem omnes fortes & constantes fore in confessione, quapropter vi-
 sum est ei, his qui in tormentis defecissent, etiam si pœniterent, non esse dan-
 dam remissionem. Quod optaret eos non deficere, zelus erat laudandus: quod
 indulgentiam pœnitentibus negaret, dura nimis atq; amara sententia, & à be-
 nignitate diuina nimis aliena. Ex eadè occasione (vt testatur Aentias Sylui^{1. Reg. 17} in
 lib. de origine Bohemorum) lapsus est Ioannes Huls, & fortè hoc nostro secu-
 lo Martinus Lutherus. Hi enim zelo & odio malæ vitæ clericorum & quorun-
 dam monachorum cœperunt debacchari in clerum, in pontificem Romanum,
 in ecclesiasticos ordines, in monachos omnes. Et cum aliquibus ignaris fortas-
 sè ac vitiosis maledicere possent, in omnes sacerdotes absque vilo discrimine
 latrare cœperunt, omnem monachatum euertere, omnes ceremonias ab eccle-
 sia procul abigere, omnem ecclesiasticum ordinem confundere tentarunt. Ma-
 teriam quidè reprehensionis habuerunt. Nã malitia abundabat, & nunc (proh
 dolor) in tantum abundat, vt euenisse experiamur quod Propheta Oseas dicit:
 Maledictum & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inunda-
 uerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Huic tamen morbo aliter obuiandũ erat.
 Admonendus erat clerus atq; corripendus, nõ tamen tollendus: laborandum
 erat pro monachorum reformatione, non tamen monachorum ordines tollen-
 di. Edocendus erat populus, vt non poneret spem in ceremonijs, non tamen à
 ceremoniarum cultu omnino separandus. Malè quidem medetur, qui infirmũ
 iugulat, etiam si de salute desperet. Idèd de talibus dicit Paulus: Testimo-
 nium enim perhibeo illis, quod æmulationem quidem dei habent, sed non se-
 cundum scientiam. Ignorantes enim iustitiam dei, & suam volentes statuerè,
 iustitiæ dei non sunt subiecti. Veri catholici & zelum habent multò certè ar-
 dentiorè, quàm Lutherus: tamen secundum scientiam: quia cognoscentes iu-
 stitiam

1. Reg. 17

Damasc.

1. Reg. 4.

Rom. 10.

sticiam dei, & suam nequaquam quærentes statuere, iustitiæ dei subijciuntur, quæ non permittit minus malum per quoddam aliud maius tolli. Quapropter et si feruentius & syncerius ecclesiæ reformationem optauerint, & nunc opræt tamen tolerant, dissimulantq; tanquam periti & experti medici: qui quum vident morbum inualuisse, totasq; occupasse medullas, nihil tentare audent, sed naturæ curandum relinquunt, timentes ne medela vires præbeat morbo, qui parùm auctus infirmum interimat. Sic etiam viri & boni & docti zelantes pro Domino exercituum, videntes ecclesiam in pluribus eius membris grauissimis laborare morbis, Deo qui verus est medicus, curandam committunt, atque idè orant sine intermissione, ingemiscunt, deprecantur cum improbitate, fiduciam in eius verbo habentes, qui dixit: Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Quid autè verius in Christi nomine potest peti, quàm quum pro ecclesiæ reformatione petimus, quàm ipse acquisiuit sanguine suo? Quod si non tam citò impetrant, nec ipsi desperant, nec alij dissidere debent: quoniam sæpè Deus donare differt, vt feruentiores in petitione faciat. Sic fecisse legimus Chananææ, cui bis petenti negare visus est, tamè tertiò petenti, & se canem fatenti, seipsum minimè denegauit. Mariam etiam Magdalenam et si diu prope monumentum plorantem tulit, tandem seipsum illi manifestans, eam consolatus est. Quid ergo prohibet vt non idem ecclesiæ suæ nunc facturum speremus? Nonne olim æquè deiecta fuit synagoga? Nonne tunc æquè præuaricatores diuinarum legum fuerunt pontifices, vt nunc papæ? sacerdotibus illi, vt nunc isti: Pharisei tunc, vt nunc monachi: imò multò magis, vt sacra testatur historia, præcipuè libri Regum & Machabæorum. Sæpè tamen desperatis iam rebus, Deus synagogæ suæ magnificè prouidit, in meliorem statum reuocans. Nam semel ex captiuitate Babylonica asserit, iterum per Mathatiæ manus Antiochum eiecit, ciuitatem recuperat, templum purificat. Quid ergo D putamus eum nunc facturum? Deest fortè nunc Hieremias, qui ecclesiam squamidam & penè solam deplorat: aut deerit ecclesiæ suæ alter Mathathias vel Helias zelotes, qui pro Domino zelatur? Audi quid Dominus dicat Helig credenti se solum mansisse in Israël: Reliqui mihi septem milia virorum qui non curauerunt genua sua ante Baal. Quid ergo dicemus? Nunquid abbreviata est manus Domini, vt non possit eadem nunc præstare ecclesiæ quæ olim synagogæ? Aut fortè benignitas eius diminuta est, vt quæ pro synagoga egit, nunc pro ecclesia quam acquisiuit sanguine suo, facere dedignetur? Abiit, cum ipse per quendam Prophetam promiserit maiorem futuram gloriam domus istius nouissimæ plusquam primæ. Hæc igitur omnia cum viri sancti, quibus ecclesia minimè caret, hodie cognoscant, gemunt, Deumq; orant vt presentibus malis medeatur, quibus impares se esse cognoscunt, atque idè medelam apponere negligunt, timentes ne id eueniat, quod olim Romæ ex noua lege Agraria per Gracchos promulgata contigisse referunt historia. Hi enim legem dicere ausi sunt de agris diuidendis quos perperam occupauerat nobilitas. Sed (vt dicit beatus Augustinus) tam vetustam iniquitatem audere conuellerè, periculosissimum, imò verò, vt ipsa res docuit, perniciosissimum fuit. Nam re infecta, magna vtriusque ordinis populi Romani multitudo pro hac re interfecta est, & ipsi etiam Gracchi, qui seditionis causa fuerant, in ipsa seditione sunt occisi. Satius ergo esset mala, quæ nunc ecclesia patitur, tolerare, quàm pro his tollendis seditionem in ecclesia excitare, quæ maius sit malum, cum ex ipsa multò peiora nascatur, vt nunc (prò dolor) iam experimur. Ecce ergo ostendimus omnes (vt arbitror) hæresum intrinsecas causas, è quibus aliquæ omnino vitiosæ sunt, imò vitia ipsa, videlicet immodicus amor sui, gloria cupiditas, carnis illecebra, auaritia, ambitio. Aliæ indifferentes sunt, quoniam nunquam malæ sunt nisi ex malè vntium vitio, vt est librorum gentiliū lectio, zelus.

10. 14.

Mat. 15.
10. 20.

3. Reg. 19.

Agg. 4. 2.

Lib. 3. de ciuitate dei cap. 24.

A zelus. Nam hic si discretione regatur, maximè in dei honorem cedit: illa verò, si cauta adit eorum quæ leguntur examinatio, valde adiutare potest. Qui ergo ab hæresibus discedere vult, primum omnium Deum oret vt suum intellectum illuminet: deinde vitia illa extirpare nitatur. Quod si casu in aliquod vitium ex infirmitate lapsus fuerit, non ita illi adhæreat voluntas, vt ad se trahat intellectum. Si per campos librorum Ethnicorum spatari contingat, caueat ne dum solamen quærit, à colubro incautus mordeatur: aut dum flores colligit, spinis pungatur. Demum si dei aut religionis in se senserit zelum, frenum imponat, ne dum effrenatus currit, se & alios obruat.

¶ De alijs tribus causis, ijsque externis, vnde hæreses oriuntur.

Cap. XIII.

Preter has omnes, quas iam enumerauimus hæresum causas atq; origines, alia adhuc tres supersunt, alijs tamè præfatis aliquantum dissimiles: quoniam illæ de quibus hucusq; locuti sumus, eidè heretico adsunt: quapropter causæ intrinsecæ merito appellari possunt, quoniam sunt causæ vt illa eadem persona cui insunt, aut hæreses excitet, aut iam exortas tueatur. At istæ de quibus nunc loqui paramus, non eisdem personis quibus adiacet, sed alijs præbent causam & occasionem hæreses suscitandi: atque idè extrinsecarum causarum nomè illis tribuimus, quoniam extra illam personam, quæ hæreses tueatur, sunt. Prima igitur harum est prælatorum negligentia, qui adèd sunt socordes & ignaui, vt regi sibi commissio nequaquam intendant, sed alijs rebus quæ ab eorum officio longissimè absunt. Prælatorum siquidem munus est vigilare super gregem sibi commissum, ne scilicet aliquid superueniat, quod regi possit nocere. Vnde quum c h r i s t u s verus & bonus omnium pastor nascitur, dicit Lucas q; pastores erant in regione eadè vigilantes, & custodiètes vigilias noctis super gregem suum. Quod exponens Ambrosius, ait: Videte ecclesiæ surgentis exordium c h r i s t u s nascitur, & pastores vigilare ceperunt, qui gentium greges, pecudum modo antè viuentes, in caulam domini congregarèt, ne quos spiritualium bestiarum per effusas noctium tenebras paterentur incursum. Et bene pastores vigilat, quos bonus pastor informat. Grex igitur populis, nox seculum, pastores sunt sacerdotes. Hæc ille. Et Paulus sacerdotibus & episcopos alloquens ait: Attendite vobis, & regi vestro, in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiã dei, quam acquisiuit sanguine suo. Hoc enim est pastoris munus, videlicet regi sibi commissio prospicere, eius curam sollicitam gerere, quod ex eius nomine facillè est colligere. Episcopus enim græcè, superintendens dicitur latinè: ab præpositione græca, quæ latinè reddita valet tantum ac super: & σκοπὸς græcè valet tantum vt latinè custos aut speculator. Hinc episcopus dicitur, qui super aliorum custodiam vigilat. Hac ratione iuxta Paulum, tenemur obedire prælatis, quia videlicet illi tenentur vigilare pro nobis. Obedite, inquit, præpositis vestris, ipsi enim vigilant pro vobis reddituri rationem. Qualiter ergo pastor aut episcopus dici potest, cui nulla est cura de ouibus: qui nec vidit vnquam gregem sibi commissum, sed per curias principum diuagatur? Ego, inquit c h r i s t u s, sum pastor bonus. Sed quare bonus pastor? Quia ego, inquit, cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Quibus verbis apertissimè conuincitur pessimum eum esse pastorem, qui nec oues cognoscit, nec à suis cognoscitur ouibus. Istorum autem adèd multus est numerus, vt boni pastores ad eos relati, sint tanquã gemmæ ad aliorum vilium lapidum numerum comparatæ. Vnde euenit vt si fortè hereticus aliquis suum venenum spargere populo ceperit, tantò audacius & liberi vltra grassetur, quantò longius videt pastorem deesse, qui ouibus prospiciens, illi obstare conetur, & antidotum

Luc. 2.

Ambros.

Apost. 20.

11. 13.

10. 10.

^{1000.10.} dorum contra sua venena præbeat. Scit enim non esse pastorem, sed mercenarium: quapropter etiam si videat lupum venientem, fugit, quia non est illi cura de ouibus: quapropter lupus rapit & dispergit oues. Quis autem verius dispergit, quam hæreticus? qui eos quos decipit, ab illo vnico ecclesiæ ouili separat: quare merito lupi nomine hæreticum intelligere possumus. Si ergo videns lupum venientem fugit, quid putas eum facturum qui nusquam oues vidit, nec scit an lupus eas vnquam inuasit, aut morbidum quid susceperint? De hoc ego non dubitarim eum potius lupum quam mercenarium appellare: quoniam hæc est illi vnica cura & sollicitudo, vt decimet & tondeat, vt sanguinem eius sugat: non autem vt pascat. Isti sunt illi multi pastores, qui demoliti sunt vineam domini, id est ecclesiam. Nimia siquidem pastorum negligentia est in causa, vt non solum liberum sit cuique pro libito sentire, sed etiam ea quæ senserit, impunè docere. Nā vt est in parabola feminantis apud Mattheum, dum dormirent homines, inimicus homo superfeminavit zizania in medio tritici. Semè bonum quid sit, ipsamet veritas exponit, dicens esse verbum dei, quod seminatum est primò ab ipso Christo, qui nobis veram & sanam doctrinam dedit. Ad huius autem seminis custodiam deputati sunt episcopi & sacerdotes, quibus est creditum verbum dei, quorum interest docere. Sed isti homines, episcopi scilicet, & sacerdotes, dormiunt, voluptati inseruiunt, nullamque profusus suarum ouium curam gerunt. Quapropter inimicus homo occasione inde sumpta superfeminat zizania falsæ doctrinæ: superfeminat quidem, sed in medio tritici, quia hoc est solenne hæreticis, quò facilius atque securius noceant, vt semper suam hæresim & erroneam doctrinam quibusdam alijs veris & catholicis permisceant. Huius autem superiacti peruersi seminis causa est prælatorum somnus tam altus, vt stertere videantur. De hac re cum tot possint narrari exempla, vnicum tamen referam duntaxat, quod nunc quasi oculis nostris aspiciamus, quamuis eius origo sit aliquanto vetustior. Narrat enim Aeneas Syl. in lib. de origi. Bohemorum ca. 35. quòd Hussitarum hæresis (cuius autor extitit quidam Ioannes Hufs Bohemus) coepit sub Vvenceslao Bohemorum rege, circa annum domini. 1400. Huic aut calamitati episcopus Pragensis obuiam ire studuit priusquam præfatus Ioannes Hufs amplius debaccharetur. Qui cum esset consilio & animo illustris, libros Ioannis Vviclephi, à quibus Ioannes Hufs suum venenum hauriebat, ad se ferri, omnesque doctorum virorum adhibito consilio publice concremari iussit. supra ducenta volumina fuisse traduntur, pulcherrimè conscripta, tegumentis pretiosis ornata. Ioanni Hufs prædicatio est interdita, adiectaque insuper minæ siquando priores in populum errores vulgare auderet. Qua de causa Ioannes Hufs ex Praga, vbi publicum est Bohemorum gymnasium, recessit, & in villam Hufs, vbi illi origo fuit, & à qua cognomen sumpserat, se recepit. Nec tamen ibi insaniam deposuit. quia quantum antea diligentia Pragensis episcopi Ioanni obstitit, tantum postea aliorum episcoporum & secularium dominorum negligentia, ad quorum dominia confugit, illius demeritæ vires auxit. Permittente enim domino illius oppidi Hufs, ad quod tantum ad refugium venerat Ioannes, vocare plebes, ac docere non destitit, multa in Romanum pontificem, multa in reliquos ecclesiæ pontifices maledicta congerens. Vt autem populi animos sibi magis ac magis conciliaret, decimas non aliter quam elemosynas sacerdotibus debitas adstruebat. Quum autem hoc malum indies grassaretur, & tota penè vastaret Bohemiam nunciatum est Vvenceslao regi, vt huic calamitati mederetur: quam quum facillimè tollere posset, per locordiam & ignauiam neglexit: quòd factum est, vt postea etiam quum voluit, non potuerit: quoniam iam totum fermè regnum hac peste laborabat, & nunc (proh dolor) laborat. Pro cuius hæresis defensione totum regnum ad hunc usque diem obedientiam ecclesiæ Romanæ subtraxit. Quot autem bella pro hu-

A huiusmodi hæresi extirpanda fuerint commissâ, non est opus nunc enarrare: ea tamè satis longè persequitur Aeneas Syluius. Quòd si aliorum episcoporum & regis Vvenceslao tanta fuisset diligentia in opprimenda hæresi quum oriebatur, vt fuerat episcopi Pragensis, nec ad tot bella & tam cruenta vnquam fuisset deuentum, nec regnum totum fuisset tam diu illo veneno infectum. Secunda hæresim causa est defectus prædicationis verbi dei, quanquam hæc etiam ad superiorem referri posset. Nam quòd populus careat prædicatione verbi dei, culpa est prælatorum, ad quos ex officio spectat docere populum. His enim dicitur: Prædicare Euangelium omni creaturæ, his præcipitur, vt oues verbo doctrinæ pascant. Petro siquidem dictum est: Pascite oues meas: Et idem Petrus omnibus prælatis ait: Pascite, qui in vobis est, gregem. Quis autem verior animæ pastus, quam verbum dei, quod animam non solum nutrit, verum etiam impingat? Et ideo non sine causa Hieremias plorat, dicens: Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Ad prælatos etiam spectat illuminare populum qui in tenebris ignorantiae iacet. Quòd autem aliud lumen ab eis adhiberi potest, nisi prædicatio verbi Dei? Lucerna, inquit Plaltes, pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Et iterum: Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Si ergo ab aliquo lumè quo dirigitur, subtrahas, nonne in tenebris ambulans offendet sapissimè? Nò ergo mirum si subtracta verbi dei prædicatione à populo, populus erret: imò potius mirandum esset, si non audito vnquam verbo dei populus rectè semper sentiret in fide: quoniam cum ea quæ credimus, humani intellectus fragilitatem excedant, ad ea percipienda assurgere ex seipso nemo potest. Oportet enim prius credere, vt postea intellegatur. Nisi enim credideritis, inquit Esaias, non intellegitis. Credere autem sine prædicante non esse possibile testatur

B Paulus: Quomodo, inquit, credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? Et paucis interiectis colligit: Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum dei. Huius rei non est opus multa exempla proponere, cum vbique terrarum & vbique gentium sit expertum plurimos versari errores apud rusticos & agricolas homines, maximè apud eos qui deferta incolunt, qui à communione hominum longissimè absunt. Quòd non ob aliam causam euenire constat, quam quòd verbum dei non audiunt, vnde doceri possent: quo deficiente adstat illicò malignus ille hostis, semper ad nocendum paratus, eorumque affectus primò, postea verò intellectus peruertit, & in plures detrudit errores. De hac re testimonia locupletissima potest nobis nostra ministrare Hispania, in qua citra decem annos in ea parte Cantabriae, quæ nunc Nauarra dicitur, & Biscaia, apud eos homines qui montana incolunt, varij inuenti sunt errores, multæ superstitiones, variæ idololatriæ: adeò vt daemonem ipsum in figura capri se illis ostendentem venerarent. Quod per multos ante annos inter eos secretò factum esse còpertum est. Qua in re plures sunt inuentæ foeminae, quam viri. Nouit enim ille malignus hostis ab homine condito facilius foeminam seduci posse, quam virum: tenaciusque amplecti malum cui semel inhaerit. Hoc idem, etsi non æquale malum, apud alia Hispaniæ montana euenisse comperimus, vt apud Astures & Gallicos, aliosque similes, quibus rarissimè verbum dei prædicari contingit. Sunt enim apud illos superstitiones multæ, ritus gentilitij non aliam certè ob causam, nisi propter defectum prædicantium. Qui defectus in eorum prælatos & pastores erit partim reiiciendus. Nam illi etsi peccent sic errantes, eorum tamen peccatum aliquam admittit excusationem, eò quòd nemo illos conduxit, nemo eos vnquam docuit. Verum quantumlibet prædicator desit, si ipsi Deum (vt decet) colerent, eumque orarent, nunquam eos Deus falli permetteret: quoniam aut ipse interius doceret, aut illis aliquem mitteret, qui doceret

Mart. vii.
 Ioan. 23.
 1. Pet. 5.

Thre. 44

Gal. 11. 8.
 Ibid. 20.

Esa. 6.
 Rom. 10.



18.10. eos exterius, sicut misit Petrus ad Cornelium. Quia tamen alijs magnis criminibus sunt immerfi, eorum peccatis exigentibus Deus permittit vt nullus ad eos docendos prædicator accedat. Tertia demum hæresum parens & origo est sacrarum literarum in linguam vulgarem translatio: vnde euenit vt ab hominibus sine vilo personarum discrimine legantur. Vt autem conuincamus hanc esse & sæpè fuisse hæresum causam, illud in primis statuere oportet, hæresim nunquam ex sacris literis, sed ex illarum peruersa intelligentia oriri. Vnde Hilarius in lib. de Trinitate. Exiterunt plures qui cœlestium verborum simplicitatem, non veritatis ipsius absolutionem susceperunt, aliter interpretantes quam dictorū virtus postularet. De intelligentia enim hæresis, non de scriptura est, & sensus non sermo fit crimen. Hæc ille. Si ergo ex peruersa scripturæ intelligentia hæresis oritur, quis facilius in hæresim incidet quam vulgus legens id quod minime intelligere potest? Difficile certè est creditu, vt indoctū vulgus id intelligat, quod doctissimi viri longo studio, diuturna examinatione vix capere possunt. Quapropter Iudæis (teste Hieronymo) non licebat citra trigessimū annum librum Geneseos & Cantica canticorum legere, quia multa in eis intellectu difficilia continebantur: ad quæ legenda periculum esset nisi doctos discretosq; viros accedere, ne ex praua intelligentia distortum quid saperent. Libri Sibyllini in tanta apud Romanos habiti sunt reuerentia, vt (quemadmodum testatur Fenestella de magist. loquens lib. 1. cap. 13.) solis Duumuiris eos libros inspiceret. Verum in posterum cum id Duumuirorum sacerdotium ad decem vsque protractum fuisset, qui Decemuiri appellati sunt, ab eis demum solis Decemuiris Sibyllini libri legi permittebantur. Multo ergo magis Christianos decebat sacris literis illam exhibere reuerentiam, vt non passim omnibus legenda traderentur, sed eis duntaxat qui fide & aliqua caterarum rerum scientia probati sunt. Nam de fide dicitur apud 18.6. Esaiam: Nisi credideritis, non intelligetis. Et de scientia rerum humanarum quod hæc sæpè sit necessaria ad sacræ scripturæ intelligentiam, iam aliàs docuimus. Vtrunque dominus vnc orationis contextu insinuauit dicens: Nolite sanctū dare canibus, neq; mittatis margaritas vestras ante porcos, ne fortè conculent eas pedibus suis, & conuersi dirumpant vos. Quod exponens Theophylactus ait: Canes sunt infideles, porci autem vitam porcinali agentes. Mysteria igitur incredulis non sunt prodenda. Porci enim conculant quæ dicuntur, canes autem conuersi lacerant eos: quod fecerunt philosophi quum audirent crucifixum Christum. Dilacerant autem vos ratiocinando, impossibile esse cauillantes. Hæc Theophylactus. Quapropter laudandum meritò venit edictum illustrissimorum catholicorumq; Hispaniæ regum, Ferdinandi videlicet, eiusq; coniugis Helisabetæ, quo sub grauissimis pœnis prohibuerunt ne quis sacras literas in linguam vulgarem transferret, aut ab alio translatas quoquo pacto retineret. Timuerunt nanq; prudèter plebi suæ quam regendam suscepserant, ne vlla occasio illi daretur errandi: nec tamen gratis & sine causa timuerunt: quoniam longa experientia compertum fuerat plures hac occasione hereses fuisse olim suscitatas. Ex hac siquidem radice prodierunt Valdenses, qui alio nomine pauperes de Lugduno appellantur. Valdo etenim eorum princeps à quo Valdenses, dicti sunt, cum homo idiota esset, aliquos sibi transferri procurauit libros, quos legens, & non intelligens, in plurimos lapsus est errores. Ex fonte eodem exierunt Begardi, Turelupini, omnes homines indocti, & prorsus literarum ignari. Hic tamè obstat Lutherus, dicens scripturam sacram esse apertissimam, maximè nouum testamentum, eamq; esse facillimam intellectu, quapropter dicit tali lingua habendam esse scripturam sacram, vt ab omnibus legi & intelligi possit. Verum in hac re delirare Lutherum, & reliquos omnes qui illi in hac parte fauent, expressis scripturæ testimonijs, argumentisq;

A. tisq; efficacissimis conuincemus. Primò igitur beatus Petrus de Paulinis epistolis loquens, ait: In quibus sunt quædam intellectu difficilia, quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & cæteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem. Et Paulus de huiusmodi hominibus loquens, in prima ad Timotheum epistola, dicit eos non intelligere, neq; quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant. Et in secunda ad Corinthios epistola dicit suum Euangelium fuisse opertum in his qui pereunt. Quod si Petrus dicit in epistolis Paulinis esse multa intellectu difficilia, & Paulus ait suum euangelium esse opertum his qui pereunt, qualiter Lutherus persuadebit scripturam sacram esse facillimam intellectu, eamq; apertissimam, adeo vt ab omnibus intelligi possit? Præterea si scripturam apertam sunt, qualiter errauit Arrius? Macedonius? Nestorius? præcipuè cum hi omnes ex scriptura perperam intellecta sui erroris occasionem sumpserunt? Quod si in scripturarum intelligentia isti errauerunt, indeque hæreses suscitauerunt, qui fit vt vulgus indoctum non etiam erret? Qualiter vulgus sciet cognoscere parabolas, quarum frequens est vsus in vtroq; testamento? Qualiter aperbit similitudines? Qualiter distinguet figuratas locutiones à nō figuratis? Qualiter rerum proprietates considerabit, ex quarum cognitione sapissimè literarum sensus pendet? Quo pacto sciet conferre præcedentia sequentibus, & media vtriusque, vt inde conijciat veram literarum intelligentiam populus, qui nihil conferre nouit, sed nulla prorsus rerum collatione facta censere solet? At singula hæc maximè sunt necessaria ad cuiuslibet, ne dicam diuinæ scripturæ intelligentiam. Sunt multa præterea in sacris literis quæ in speciem velut ex diametro pugnare videntur: in quibus diligèter interprete, eorū docto est opus, vt ea conciliet, & cōcordia esse ostendat: vt gratia exēpli, CHRISVS apud Ioannem ait: Pater maior me est. Et idem apud eundē dicit: Ego & pater vnū sumus. At vbi maior est, ibi neque maius neq; minus quicquam esse potest. Item illi dicto Pauli, Regnum dei non est esca & potus, repugnare videtur Christus dicens: Ego dispono vobis regnum, sicut disposuit mihi pater, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Propheta etiam regius ait: Irascimini & nolite peccare, quibus verbis aliquam præcipit iram, quam dicit esse sine peccato. Huic autem cōtradicere videtur Paulus, dicens: Omnis indignatio & ira tollatur à vobis. Hæc autem quum vulgus indoctū legit, putabit esse contraria: quod eueniet vt aut dubiter aut vacillet in fide, aut temerè censeat, alteram scripturam partem reiiciens, sicut commune est hæreticis, aut si quam fortè scripturam deprehenderit suo errori contrariam, eam statim velut non canonicam reiiciant. Rursum Lutherus dicit Hieronymum hallucinatum fuisse in sacræ scripturæ intelligentia, Augustinum errasse in eadem, Ambrosium, Cyprianum, Hilarium, Basilium, Chrysostrum, sæpè decēptos fuisse, de quibus tamè idem Lutherus in præfatione libri sui de captiuitate Babylonica fateatur eos in vinea domini egregiè laborasse, diligentiam in scripturis illustrandis adhibuisse. Si ergo isti doctissimi viri post diuturnā in sacris literis exercitationē, post longam meditationem, post orationem feruentem atq; prolixam decepti sunt illo teste, qualiter eas scripturas dicit esse clarissimas, in quibus tot talesq; viri post longam atteramq; earum inspectionem decepti sunt? Quod si illi errauerunt in vno aut altero, verisimile est vt vulgus indoctum erret in mille, præcipuè cum non tantam adhibeat diligentiam vt illi, nec tantum in ea menditentur, nec talis sit illorum vita, vt affectus illuminet intellectum, aut vicio Dei doceat eos. Possibile certè est vt vnus homo quantumlibet idiota longa oratione exercitatus, feruenti contemplationi assuetus, quem Deus in cellaria sua introduxit, interpretationem sermonum, veramque sacrarum scripturarum intelligentiam inde hauserit, quam alius quantumuis doctrinis hominum assuetus consequi non valet. At quod nebulones, ebrij, voratores car-

nium, potatores vini, quorum Deus venter est, sine vlla meditatione, sine vllor
 orationis exercitio pēnerent scripturas, quas Deus tot sapientibus & san-
 ctis viris absconderit, non est cuiquā credibile. Confiteor, inquit Christus, tibi
 Pater, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudētibus, & releuasti ea paruulis.
 Paruulis inquam, non superbis, non sibijpsis fidentibus. Paruulis inquam, id
 est, humilibus, qui humi repunt sua æstimatione, qui non ambulant in magnis
 & in mirabilibus super se, qui terrena omnia velut stercorea arbitrātur, ideoq;
 ea contemnentes pro coelestibus suspirāt. His certè paruulis reuelat Deus sua
 mysteria, non voratoribus, non compotatoribus. Vinum nanque & panis cor-
 pus impinguant, carnem & sanguinem nutriunt, non autem animam. At caro
 & sanguis non reuelat Petro Christum esse filium Dei, sed spiritus Dei qui est
 in cœlo. Demum vt hominem vndique vallemus, ne vllus illi pateat exitus,
 nōne ipsi Lutherani à se inuicem diuisi sunt? Carlostadius à Luthero, Oeco-
 lampadius ab vtroq; iam est separatus. Verūm qua ratione diuisi? non alia cer-
 tē, nisi quod quilibet alteri impingit eum conuicere ad scripturæ intellectum.
 Si ergo inter eps qui populi duces videri volūt, dissidia sunt, & quilibet ait al-
 terum minimè intellexisse scripturam: qui sit vt populus non erret in pluribus
 quā eorum quilibet? præcipuè cum vulgus non sola lectione sit contentus,
 sed de earum intelligentia etiam disputet, aded vt de earum intelligentia non
 vereantur nebulones doctissimos quosq; viros ad certamē pronoueat, cum il-
 lisq; cōtendere. Et quod omnibus peius est, non solum hæc à viris fiunt, verū-
 etiam à foeminis. Paulus certè non permittit mulierem docere, & tamen his
 temporibus Luthero illis maximè fauēt, mulieres docere & disputare de fide
 non verentur: atque aded proteruè, vt facilius centum viros ab errore reuo-
 ces, quā mulierem vnā. Ex quibus clarissimè quisque colliget Lutherum
 hac sola occasione scripturas sacras in vulgarem linguam vertisse, quod faci-
 lem perspiciebat esse hanc viam ad populi lapsum, quem errorē deceptum ex
 litera perperam intellectu, facilius posset in suas tenebras detrudere. Non pos-
 sum meipsum continere, quin hic etiam inseram, quæ in eius rei fauorem addu-
 cit Erasmus Roterodamus. Is enim quum in pluribus ab eo aditis libris dixisset
 se cupere sacras literas in omnes verti linguas, vt possint legi ab agricola,
 à fabro, à latomo, à muliere, fuit de hac re inter alias à facultate theologiæ Pa-
 risijs notatus atque reprehensus: quorū censuræ Erasmus respondens, nec ta-
 men suam sententiā recantans, in suæ sententiæ confirmationem adducit ali-
 qua quæ parum suum propositum stabiliunt. Primò dicit olim sacras literas
 in linguam vulgarem fuisse versas, & Chrysostomum commendare laicis stu-
 dium diuinorum voluminum, & Hieronymum laudare idem in foeminis: de
 quo etiam refert quod Dalmatica lingua sacros verterit libros. Quod si tunc
 factum est cum tanta laude, videtur Erasmo idem etiam nunc fieri debere.
 Hæc autem collectio satis apertè conuincitur esse mala, eò quod sæpenumerò
 contingere videmus, vt de aliqua re aliquid statuatur ad mores hominum cor-
 rigendos, quod cum postea experientia docente cognoscatur illud alia ex parte
 posse multò magis nocere, & iam sæpè nocuisse, abrogatur lex in totū. Olim
 in nocturnis vigilijs curebant ad sepulchra martyrum viri, vxores, puellæ,
 pueri, monachi, virgines sacre, nullumque hominum genus non veniebat. Cui
 rei cum olim detraheret Vigilantius, scripsit aduersus eum beatus Hieron. tam
 acerbè, vt ipse Erasmus in argumento illius libelli per eum edito, cogatur desi-
 derare modestiā in beato Hieron. Id autem quod tunc beatus Hieron. tam ve-
 hementer laudabat, flagitia quæ sub vmbra pietatis admittebantur, persuase-
 runt vt profus tolleretur. Neque hoc per solam desuetudinem abrogatū est,
 sed per concilij definitionem. Concilium siquidem Elibertinum, cap. 35. suo-
 rum decretorum sic ait: Placuit prohiberi, ne foeminæ in coemiterio perui-
 lent,

Matt. 11.

Matt. 16.

1. Tim. 2.

Concilium
Elibertinum

A lent, eò quod sæpè sub obtentu orationis scelera latenter committant. Hæc
 Concilium. Cur non etiam Erasmus innouare vult illas nocturnas vigilijs, cū
 videat eas olim fuisse tam celebres, tamque ex animo à Hieronymo laudatas:
 Hoc autem nō facit, imò potiùs censet meritò fuisse sublatas. Olim etiam cor-
 pus domini dabatur in manus, quod secum quisque domū portabat: vt quum
 vellet, domi acciperet. Hoc ex lib. 6. cap. 33. historiæ Ecclesiasticæ Eusebij faci-
 limè colligitur. At quum deprehensi fuerint multi qui tractarent indignè, &
 ad artes magicas abuterentur, abrogata est consuetudo. Nullus, vt opinor, est
 nunc homo verè catholicus prudensque, qui consulere velit vt eucharistia ite-
 rum laicis detur in manus domum suam deportanda, quanuis olim vsque ad
 tempora Cornelij papæ sic factum esse constet. Fatemur ergo olim sacros li-
 bros in linguam vulgarem fuisse translatos, nec tamen ideo simile fieri expe-
 dit, quoniam experientia docente didicimus hac de causa plures idiotas fuisse
 lapsos in multos execrandos errores. Nam etsi pauci fuerunt idiotæ hæresum
 autores, multi tamen fuerunt & nunc hodie sunt hæresum fautores. Lutherus
 certè etsi hæresis autor & principes existat, vnus tamen homo erat qui facilè à
 potestate seculari cōpesci poterat: ideo curauit enixè populi animos sibi cūci-
 liare, quò securius rem agere posset. Vt autè hoc assequeretur, nulla fuit ei vi-
 sa facilior via, quā si libros sacros & sua dogmata in linguam vulgarem ver-
 tisset: & ita vt credidit, euēnit. nam hæc occasio inter alias non parua fuit,
 vt rotus penè populus illi adhereret. Secundò in sui propositi confirmationem
 addit Erasmus dicens, quòd quicquid est hæresion in orbe, totum ferè natum
 est vel ex philosophia, vel ex ipsis sacris literis perperam intellectis. Et à phi-
 losophorum libris nullus arceatur, nullus ergo à sacris literis debet submoueri.
 Quis non videt latissimum esse discrimen etiam in re de qua loquimur, inter
 gentiliūm libros, & sacras literas? Sacras enim literas omnis fidelis sic legit, vt
 diuina oracula: quapropter nec illis contradicere, nec de illis dubitare audeat,
 sed constanti animo tenet quicquid ibi legerit. quapropter si aliquid perperam
 intellexerit, non minis constanti animo credit quā reliqua, quoniā iuxta sen-
 sum quem ille accepit, putat illa verba esse accipienda: & ita errorem suum ita
 tenaciter defendit, velut id quod credit esse diuinum oraculum. At philoso-
 phorum libros nullus Christo initiatus ita legit vt diuina oracula, nisi fortè
 quis demens sit: sed legit vt libros hominum, qui quātumlibet fuerint docti,
 potuerunt tamen errare, & ita non timet ab illis dissentire, aut de eorum sen-
 tentia dubitare. Verūm quoniam contingit sapissimè, vt propter argumenta
 bellè disposita, quæ apud eos leguntur, aut propter eorum elegantem dicendi
 stylum, in illorum philosophorum trahantur errores, ideo non sine causa iam
 superius monuimus libros Gentiliūm cum magna cautela esse legendos. Cū
 ergo plus nocuenti inferatur ex libris sacris in linguam vulgarem versis,
 quā ex lectione Gentiliūm philosophorum, meritò illud inhietur, etiam si
 de alio nulla fiat prohibitio. Puto Erasimum boni consulturum, quòd ab illo
 in hac parte discessimus. Nam & ipse non semel docet liberum esse cuique
 hominis cuiusque sententia discedere, etiam si sanctus ille fuerit, modò cum
 reuerentia & aliqua ratione adductus id faciāt. Siue autem bene siue malè ac-
 cipiatur, ego ab instituto meo, quo pro catholica fide pugnare decreui, nun-
 quā discedam.

¶ De hæreticis agnoscendis. Cap. XIII.

N On parua res est, hæreticos à veris catholicis discernere, cū propter
 rei vtilitatem, tum etiam propter eiusdem difficultatem. Vtilitas certè
 est maxima, propterea quòd multi pallio nominis christiani operti, suas
 hæreses spargunt, suaq; venenosa dogmata populo venditant: quem tantò fa-
 cilius

ciliū decipiunt, & in suos trahunt errores, quantō ipsi magis à populo reputantur fideles, & verè catholici. Idēdē CHRIS TVS sollicitā nostrī curam gerens ac praeuidens plures haereticos sub nomine Christiano venturos, admonet dicens: Attendite à falsis prophetis, qui veniūt ad vos in vestimētis ouīū, intrinsecus autem sūt lupi rapaces. Et Ioannes in sua prima catholica epistola ait: Charissimi nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus an ex Deo sint, quoniam multi pseudoprophetae exierunt in mundum. Difficultas autem inde cognoscitur, quod haeretici non eundem modum obseruant, sed suus cuique mos, & mille eorum species, & rerum discolor vsus. Quidam enim eorum occultantur vt sanctiores appareant, vt facilius mentes ignorantium decipere possint. vnde de illis Iob dicit: In desertis habitabant torrentium, & in cauernis terrae. In cauernis haeretici habitant, quia plerunque errorem suum non audent publicè praedicare, ne à sapientioribus illis resistatur, procurant latenter & clanculò se imperitis ingerere, vt illos securius in suum errorem trahant. Hinc est quod apud Salomonē mulier quae typum haereseos tenet, dicit: Aque furtiuae dulciores sūt, & panis absconditus suauior. Quod tantō periculosius quantō occultius fit, quia difficilius illi veneno potest mederi. Quidā hoc publicè, & adeo licentiū faciunt, quantō magis sibi persuadent suum posse errorem melius tueri. Quidam vt facilius suum alijs persuadent errorem, curant sanctiores apparere, & multa mirabilia operari, vt quantō meliores existimantur, tantō facilius illis credatur. Quidam vice versa, aliorum existimationē contemnent, nec de ea vllō pacto curantes, hominibus pessimae vitae iunguntur, vt ad optata vitia pertingant, & suorum errorum faciles & libentes habeant ministros. Nam qui vitia pro virtutibus commendat, aut qui virtutes velut vitia rejicit, nullos inueniet in eum propensiores, quam eos qui sūt ad illa vitia, quae ille laudat, procliuēs. Quum tot sint ergo haeticorum mores varij, ingeniaq; diuersa, difficile esset certam praescribere regulam qua cognosci valeant, nisi Saluator nobis eam reliquisset. Is enim summus & optimus pastor atque magister, cum praemonuisset nos vt à falsis prophetis caueremus: modū quo eos cognosceremus adiunxit dicens: A fructibus eorum cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis vnas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit, mala autem arbor malos fructus facit. Non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala fructus bonos facere. Cum tamen haeticorum fructus, vt iam diximus, sint varij, sed omnibus ijdē, restat vt eadem semper maneat difficultas. Verūm quamuis tot sint haeticorū mores varij, si tamen est aliquis fortè modus illis omnibus communis, velut eorū omnium genus, ab eo facile cognosci poterunt. Ego autem re (vt dicebat) attentius considerata, tres aut quatuor haeticorum mores inuenio, illis omnibus communes, ex quibus facile quisq; conijciat an quisq; doctor in suspensionem haeticici incidere merito debeat, an nō. Prima ergo, & nescio an omnium maxima coniectura est, velle res nouas, & quae parum conducūt, praedicare aut docere. Qui enim rerū nouarum est amicus, & eas semper quaerit vt praedictet aut doceat, signum est quod placere vult, & existimationē sui in populo quaerit, & seipsum vult praedicare, nō Iesum Christū: ex quo conuincitur eum à semetipso loqui, & nō à Deo: quoniam (vt est apud Ioan) qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quaerit. Qui autem propriam gloriam quaerit, eamq; per nouae doctrinae praedicationē captandā sperat, etiā si quid erroneum inuenierit, ipsa nouitate delectatus probabit, & sperans se inde gloriam habiturum, nō solū praedicare nō metuet, imò tanquā preciosam gemmā populo venditabit. Præterea ipsa doctrinae nouitas est de se specta, quoniam Christus & apostoli eius sufficientem doctrinam ad vitā aeternā consequendam dederunt. Nec post legē à Christo datam, est alia lex iterum à Deo danda, quoniam testamentū hoc est aeternū.

Si ergo

A Si ergo aliquid noui nunc praedicatur, cuius nec vestigium habetur in Ecclesia relictum ab apostolis vsq; ad hunc diem, ipsa rei nouitate est suspectū: quoniam tunc oporteret fateri, apostolos non perfecte aut sufficienter praedicasse Euangelium, Ecclesiamq; quam docendam spiritus sanctus suscepit, tam longo tempore fuisse in tenebris ignorantiae. Beatus Augustinus in libro de ratione animae ad Optatum, multas de anima opiniones enarrans, de quadā earum, quam credit esse erroneam, nec tamen illam se posse expugnare concedens, ait: Ipsa tamen sola nouitate displicet. Et Aeneas Syluius loquēs de Ioanne Huis Bohemorum haesiarcha, libro de origine Bohemorum, cap. 35. dicit quod peregrinas semper & nouas opiniones amabat. Rursus beatus Paulus sapē hanc doctrinarum nouitatem condemnat, & velut damnatam fugiendam esse praecipit. vnde in prima ad Timoth. epistola dicit: O Timothee, depositum custodi, deuotans prophanas vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiae, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt. Deinde qui nouam conatur inducere doctrinam, eam debet efficacissimis eisq; euidentissimis argumentis probare: & quod maius est, si doctrina talis est, vt ad vitam aeternam consequendam necessaria esse praedictetur, debet eam euidentissima miraculorum operatione confirmare. Sic enim factum esse reperimus quoties à Deo noua doctrina populo est mandata. Primò enim cum Moses mittitur ad Pharaonem, non audet ire, eò quod timebat ne illi propter rei nouitatem, quam erat Pharaoni dicturus, non crederet Pharao, aut reliqui Aegyptij. Quapropter illi Deus concessit potestatem miracula faciendi coram Pharaone & Aegyptijs, vt visa miraculorum euidentissima operatione, persuaderentur ad credendum his quae Moses illis dicturus erat. Deinde dominus & nouam mundo praedictis legem, ac veteris legis nouam & veram intelligentiam pandens, miraculis certissimis suam doctrinam confirmat. Postquam enim sermonem prolixum coram discipulis suis alijsq; hominibus fecit dominus in monte, in quo sermone docuit eos praedicta decalogi iuxta verum eorum sensum, continuo post sermone finito miraculum operatus est: cum videlicet leproso petenti atque dicenti: Domine, si vis, potes me mundare, respondit: Volo, mundare. Et confestim mundatus est à lepra. Neque hoc casu factum esse putes, vt finito sermone illico dominus coram populo qui eum audierat, sanct leprosum. Causam enim huius facti Hieron. super. 8. cap. Matth. assignat, dicens: Rectè post praedicationem atque doctrinam, signi offertur occasio, vt per virtutum miracula, praeteritis apud audientes sermo firmetur. Hec Hieronymus. Quod si talia miracula CHRIS TVS nō fuisset operatus, per quae homines allicerentur in eius doctrinā, ipsis Iudaeis tunc non creditibus nulla fuisset propter hoc culpa imputata. Ipse enim CHRIS TVS ait: Si opera non fecissem in eis quae nemo alius fecit, peccatum non haberent. Vnde clarissimè conuincitur esse necessaria miraculorum operationem ad tam excellentis doctrinae, vt est Euangelica, confirmationem. Praedicto insuper per Christum Euangelio, & plurimis ab eo miraculis confirmato, cum apostoli post Christi in caelos ascensionem per diuersas nationes Euangelium praedicant, diuersorum miraculorum operatione confirmant. De illis enim ait Marcus: Illi autem profecti praedicauerunt vbique, domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis. Beatus Ambrosius exponens illud ad Romanos primo: Per quem accepimus gratiam, &c. sic ait: Testis enim doctrinae virtus est, vt quia quod praedicitur incredibile mundo est, gestis fieret credibile. Hec ille. Et Beda libro tertio super Lucam, cap. septimo: Concessa, inquit, primò potestate signorum misit praedicare regnum Dei, vt promissorum magnitudini attestaretur etiam magnitudinem factorum, fidemq; verbis daret virtus ostensa, & noua facerent, qui noua praedicarent. Hec Beda. Ex his ergo omnibus colligimus, nouā

de fide doctrinam debere certissimis evidentissimisque miraculis confirmari. Quod si quid nouum sine talium miraculorum confirmatione praedicatur, ipsa nouitate est suspectum. Et qui talibus nouitatibus delectatur, easque inquirat anxius, ut inde inanem captet gloriam, hac sola ratione conicio eum esse haereticum, aut in haeresim prouum, & qui facile in ea labetur. In hac parte adeo nobis fauet Lutherus, ut in seipsum uerterit manus, non considerans forte quod loquebatur. Is enim uolens astruere nulli homini quantumlibet docto, quantumlibet etiam sancto debere fidem adhiberi, nisi suam doctrinam apertissimis sacrae scripturae testimonijs comprobauerit, in prooemio sui libri de Captiuitate Babylonica, sic ait: Legimus in Actis apostolorum, quod ij qui cum omni auditate uerbum Pauli audierant, quotidie scrutabantur scripturas, si haec ita haberent. Si ergo Pauli Euangelium seu nouum testamentum oportuit probari per ueterem scripturam an ira haberet, qui tamen habuit auctoritatem a Deo sibi datam sicut Apostolus, ut eius uerbo crederetur, quid nos facimus, qui patrum dicta, quorum nulli fuit auctoritas noua docendi, sed tantum accepta per apostolos conseruandi, nolimus ad scripturae iudicium uocari. Haec Lutherus. Nullus est (ut opinor) adeo demus, qui reuocet cuiusuis hominis dicta uocari ad iudicium scripturae, quoniam non iurauimus in uerba hominis, sed in uerba Dei: neque captiuare oportet intellectum nostrum in obsequium hominum, sed in obsequium Christi. Permittimus ergo sanctorum dicta uocari ad iudicium scripturae, non autem ad iudicium Lutheri: ad iudicium quidem scripturae, sed non ut a Lutheo intelligitur. Iudicium enim scripturae, hoc est, interpretatio sacrae scripturae, ut alias iam docuimus, non manet penes Lutherum, sed penes totam Ecclesiam. Quod autem ait non licere alicui noua docere, consentimus ei. Verum si nulli sanctorum licuit noua docere, sed tantum accepta per apostolos conseruare, quare tibi Lutheo licebit tot nouitates excitare? Nunquid non est nouum dogma omnes Christianos esse sacerdotes? Nunquid non est noua doctrina qua asseris, ad Eucharistiae sumptionem non esse necessarium, prius animum per contritionem & peccatorum confessionem expurgari? Nonne nouum est dogma seruum esse & non liberum hominis arbitrium? Nonne noua est haec sententia, nulla bona opera esse necessaria, sed solam fidem sufficere ad uitam aeternam consequendam? Nunquid non est etiam nouum dogma, concilia generalia probe (ut decet) congregata posse in fide errare, atque ideo eorum decretis nos minime obligari? Noua certe sunt haec omnia, nisi forte dicas ideo non esse noua, quia alij ante te haeretici illa conseruauerunt. Hoc enim est tibi peculiare, ut raro ex uino defecato, sed ex fecibus ab Ecclesia reiectis sapissime haurias. Verum etsi hoc ita se habeat, ea tamen quae semel antiquata sunt, incipiunt aliquando esse noua, quia tunc renouantur. Sic quamuis errores tuos plures ex Waldensibus, Viclephitis, alijsque huiusmodi farinae hominibus hauseris, quia tamen eos iam diu ab Ecclesia reiectos atque explosos resumpsisti, & uelut iam diu sepultos ab inferis suscitasti, ideo errores tui noui nunc sunt ac dicuntur. Si ergo haec noua, & tamen asseris, pertinaciterque tueris, quae nunquam per apostolos tradita, neque ab eorum successoribus conseruata sunt, nunquid non incidisti in foueam quam fecisti, & in laqueum quem parasti aliorum pedibus, quum dixisti nemini licere noua dogmata praedicare, sed tantum ab apostolis accepta conseruare? Tibi ergo qui nouas inducis doctrinas, incumbere probare quae asseris, eaque miraculis apertissimis confirmare, prout fecit Christus, & eius apostoli fecerunt. Nobis autem qui tam uetustam totius catholicae Ecclesiae fidem tenemus, non incumbit probare, cum iam non sit noua dicenda doctrina, quae per tot secula est ad hunc usque diem conseruata, & tot miraculis confirmata: quapropter non est opus, ut nunc probemus quae iam olim probata atque confirmata sunt.

Secun-

- A Secunda coniectura, ex qua subodorari possimus haereticum, est nimia libertas in pronuntiando, ad quam sunt aliqui adeo procliuēs, ut non dubitent quicquid in buccam uenerit asserere. Quod autem semel prodidit definiendi temeritas, superbia postmodum tuetur, & sapissime auget pertinacia: quoniam superbia suadente fit, ut quod semel temere dictum est, recantare nolit: quapropter errori adiuncta pertinacia, consummatum facit haereticum. Qui ergo ita liberrime de rebus serijs & ad fidem spectantibus pronuntiat, & quacunque facillima ratione persuasus, sine ulteriore inuestigatione, aut doctorum aliorum uirorum consilio, statim decernit sibi ipsi fidens, hic certe merito suspicionem haeretici incurrit, ut haereticus esse putetur, uel in haeresim eum citissime lapsurum credatur. Unde beatus Iacobus ait: Si quis putat se religiosum esse non refringens linguam suam, sed seducens cor suum, huius uana est religio. Et iterum: Lingua inquietum malum, plena ueneno mortifero. Quapropter beatus Gregorius ^{1. Iacob. 3. Greg.} exponens illud Iob: Respondere quaeso absque contentione, & loquentes, id quod iustum est iudicate, sic ait: Qui in dictis suis reprobationem metuit, ipse prius debet examinare quod dicit, quatenus inter cor & linguam aequus quidam discretusque arbiter sedeat, subtiliter pensans, si recta uerba cor offerat, quae uiliter suscipiens ad auditorum iudicium lingua perducatur. Beatus igitur Iob, sua contra amicos agens, sed contra haereticos nostra denuncians, praecipitationem loquentium reprehendit, atque ad eorum mentem uerba recolligit, dicens: Loquentes, id quod iustum est iudicate: ac si aperte diceret: Si in eo quo ad nos per egressum loquutionis exitis, reprehendi non uultis, intus iustitiae libram tenete, ut tantum foris quod dicitur, ex ueritatis pondere placeat, quantum hoc interius trutina discretionis pensat. Hucusque Gregorius. Tertium uide conijcere licet aliquem esse haereticum, est id quod ferme omnibus haereticis est proprium, ut uidelicet si quis eum correxerit ut ab errore suo reuocet, ostendat illico impatientiam. Qua in re, quantumcumque hypocrita sit, & sanctus uideri curet, eorum hypocrisis inde deregitur, quod simul atque a quopiam fuerit admonitus, statim pro benefacto regerit maledictum, conuictijs & contumelijs insaniens, impatientis ab alio doceri. Si enim commune facis ut ab errore respiscat, non emendatior, uerum deterior & pestilentior euadit. De his ait Paulus: Mali homines & seductores proficient in peius, in errorem mittentes, & ipsi errantes. Huius rei apertissimum se nobis praebuit exemplum Lutherus, qui cum pauculos quosdam a principio effutisset errores, de eis admonitus a pluribus doctis uiris, tantum abfuit ut recantare uellet, ut peiores multo plures addiderit errores. Deinde uero quum a serenissimo Anglorum rege per scripturam fuisset correctus, cumque regram illi debuisset, aut saltem modeste respondere, conuictijs & iniurijs eum affecit. Demum cum a summo pontifice Leone decimo admonitus obedire nollet, bonus pastor, ne ouis putrida reliquas attractu inficeret oues, ab ouili Ecclesiae procul abegit. Huius autem censurae Lutherus impatientis, cepit debacchari in pontificem Romanum, & reliquos omnes Ecclesiae ordines. Hoc igitur manifestum est haeretici signum, medicinam nullam ferre, nullam manu medicamentis admittere: unde euenit, ut insanabilis permaneat. Quomodo enim curari potest, qui se tractari non patitur? Aut quomodo tractari potest, quem si quid doces, nugatur: si quid mones, irascitur: si quid hortaris, obnititur: si quid placas, incenditur? Efficacissima igitur est coniectura ex correctionis impatientia conijcere aliquem esse haereticum, quia ostendit pertinaciam quae consummatum efficit haereticum.


F. ALFONSI DE CASTRO

ZAMORENSIS MINORITAE

aduersus haereses, in
Librum II.

PRAEFATIO.

HAecenus de his, quae ad reuincendas haereses necessaria erant, differuimus. Arma namq; ostendimus vtriusq; communia, quibus & nos aduersus haereticos pugnare debemus, & haeretici aduersus nos. Iudices signauimus, sub quibus certaminis periculum subeundum erit, penes quos potestas sita est de victoria descendit, quod maxime etiam necessarium fuerat, quoniam his sublatis nullus unquam foret belli finis. Nam cum gloriae cupiditate omnes tangamur, nullus erit qui hastam in certamine abicere velit, aut verbam porrigere hosti: atque ideo hac ratione esset sine fine bellandum, nisi Ecclesia iudice alter cedere cogatur arenae, praecipue quum istis, contra quos aeluri sumus, filij dura ceruice, & indomabili corde sint. Omnibus ergo (vt decebat) ad bellum paratis, opus est iam vt in campum descendamus, manusque inter nos conferere incipiamus. Non tamen aduersus omnes haereses simul, nec aduersus omnium haeticorum aciem pugnare decreui, sed ad singulare certamen quamlibet seorsum haeresim prouocare. Haereses autem ipse non iuxta tempora in quibus ortae sunt (vt in praefatione totius operis statuimus) sed iuxta rerum materias, circa quas versantur, distribuuntur. Vt autem ex hoc nostro labore facilius lector proficere possit, talis seruabitur ordo, vt rebus, circa quas ortae sunt haereses, iuxta alphabeti ordinem dispositis, sub vnaquaque dictione ille constituantur haereses, quae ad rem per vocem illam significatam pertinere videbuntur. Cum ergo prima alphabeti litera sit A, eas primum oportebit pertractare res, quarum nomina ab ea litera initium capiunt. Ab Adoratione igitur auspicandum censui, vt primum omnium, tanquam de primo Dei precepto, quid nos reuereri aut adorare oporteat, sciamus.



ADORATIO.

A



Inter omnes quae hucusque ortae sunt haereses, duas tantum apud omnes quos euolui auctores (qui, Deo teste, satis magno sunt numero) reperio, quae sub hac inscriptione merito collocari debeant. Prima haeresis est, quae adstruit crucem dominicam nullo pacto esse adorandam. Huius erroris dux atque magister fuit Claudius quidam ^{claudius.} Taurinensis episcopus, vt testatur Thomas Vvalden. in lib. de sacramentalibus, titulo secundo, cap. 16. adducto pro hac re testimonio ex Chronicis Iuonis Carnotensis, quae fateor me non vidisse. Quo autem tempore haec pestis viguerit quum ille subituerit, apud alium inuenire non potui. Hanc eandem haeresim iam sepultam, ab inferis suscitauit post aliquot annos quidam Ioannes Vvicleph, vt testatur idem Thomas Vvalden. loco proxime citato. Hic Ioannes Vvicleph Anglicus fuit, sacerdos, magisterque in artibus, vir ingenio acer, & eloquens, quantum temporis illius paenuria valebat (floruit namque circa annum domini. 1380.) multa volumina scripsit, quibus Ecclesiam Catholicam persecutus est. Nam in illis multa & impia dogmata sparsit, de iure diuino, de humano, de Ecclesia, de monachis, de ceremonijs, de decimis, de obedientia, & de alijs multis, quae suis locis dicentur. Tempus autem illud cuiusque criminum committendo opportunum fuit, quum Ecclesia tunc in tres partes fuerit scissa a tribus se pro summis pontificibus gerentibus. Nunquam vero facilius quodcumque crimen proficere, quam bellorum tempore, quo omnia licent, omniaque impune fiunt. Tandem, Deo miserante, coactum est generale concilium apud Constantiam pro totius Ecclesiae vniione atque reformatione: in quo inter cetera ibidem acta. 45. articuli ex eius libris excerpti, condemnati sunt. Et quoniam tunc Ioannes Vvicleph iam defunctus erat, facta prius diligenti examinatione de eius finali impoenitentia ac pertinacia, concilium censuit praefatum Ioannem fuisse haeticum, corpusque illius & ossa (si possent ab alijs fidelium corporibus discerni) iussit exhumari, & extra Ecclesiam iactari. Haec omnia acta sunt octaua eiusdem concilij sessione. Verum etiam inter articulos in eo concilio damnatos, iste de adoratione crucis minimè reperitur, non ideo mirum videri debet alicui, aut ideo credere debet non esse haeticum, quia a concilio inter illos minimè connumeratus est. Nam postquam concilium illos. 45. articulos recensuit, haec verba subiecit: Compertum est etiam libros eius plures alios articulos continere similibus qualitatibus, doctrinamque in Dei Ecclesia insanam, & fidei ac moribus inimicam inducere. Haec concilium. Post ista autem verba immediate sequitur condemnatio tam praefatorum. 45. articulorum ibidem expressorum, quam aliorum eiusdem qualitatis quae in libris illis reperiri dicuntur. Ducenta namque librorum volumina eum scripsisse refert Aeneas Sylvius in lib. de origine Bohemorum, cap. 35. Credimus autem Thomam Vvalden. virum doctum, perinde ac religiosum, libros eius ad vltimum inspexisse, quod Anglicus esset ipse vt alter, ideoque eos legisse, vt patriam quam ab Vviclephitarum errore infestam videbat (nam ferè coaevus Ioanni Vviclepho fuit) expurgare posset. Sit ergo huius Ioannis Vvicleph haec semel enarrata historia, quoniam sapissimè deinceps in iudicium vocandus erit. Ostensis ergo istius haeresis patronis, superest vt de ipso errore discutiamus. Dubium est mihi in primis, an inter hosce haeticos de hac re omni ex parte conueniat. Nam etiam de Vviclephitis constat eos asserere crucem ipsam, in qua verè **CHRISTVS** pependit, minimè adorandam esse, multoque minus alias ad illius imaginem factas esse adorandas: de Claudio tamè Taurinensi non constat, an prohibuerit has solū imagines crucis Christi adorari, an ipsam etiā crucem in qua **CHRISTVS** nostram operatus est salutem: quoniam ex illo nihil aliud reperire potui, pra-

præter fragmentum quod ex Iuone Carnotensi à Thoma VValden . citatur. C
 Quicquid tamen asserat, certum est illum eodem gladio feriendum, quo Ioan-
 nem Vvicleph, quum hic vtrunq; prohibuerit. Nunc ergo solū præfenti propo-
 sito conuenit probare, crucem illam in qua Dominus pendit, meritò adorā-
 dam esse. Nam quòd imagines illius adorari debeāt, ad aliud spectat negociū,
 quando inferiūs in titulo Imago, de omnibus simul imaginibus differem, qua-
 liter tolerentur, & ad quid earum vsus in Ecclesia proficit. Adorationem hanc
 crucis, quā nunc inquirimus, Propheta explicat dicens: Adorate scabellum
 pedum eius, quoniam sanctum est. Quod autem verius scabellum Christi, quā
 crux, cui pedes illius affixi sunt? Nam etsi alia sint quæ meritò scabellum Chri-
 sti dici possint, vt humanitas eius, nil tamen obstat quin crux etiam scabellum
 eius dicatur, quod adorare Propheta præcipit. Vnde Hieronymus exponens
 locum illum Psalms, sic ait: Multæ opiniones de scabello sunt, sed hoc propriè
 corpus dixit dominicum, in quo maiestas diuinitatis tanquam super scabel-
 lum stetit. Quòd autem adorari debeat, eo ascendente docuerunt apostoli,
 quum adorantes regressi sunt in Hierusalem. Ad crucem dominicam, & ad
 animam sanctam hæc referenda sunt. Hæc ille. Vides hic, qualiter ex Hier-
 onymi sententia scabellum sit corpus dominicum, scabellum sit anima, scabel-
 lum etiam sit crux dominica. Hæc autem adorari vna voce, præcepit Psalms
 dicens: Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est. Idem etiam
 Propheta alibi eandem sententiam replicat, dicens: Introibimus in taberna-
 culum eius, adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. Quem locum pertra-
 ctans Cassiodorus, postquam eum iuxta allegoriam exposuit, ait: Quòd si
 hoc ad historiam piè velis referre, significat fortè sanctam crucem, vbi cor-
 poraliter stetit, quando in ea confixus apparuit. In qua stetit rectè dicitur,
 vbi corpus eius infixum fuisse monstratur. Meritò ergo hunc Propheta locum D
 dicit adorandum, qui nobis & fidei signum præstitit, & salutem. Hæc Cassio-
 dorus. Hinc patet Cassiodorum asserere crucem dominicam adorandam, nec
 tamen ex suo tantum sensu, sed prophetico innixum testimonio. Ne autem
 causeris ex sensu mystico non esse sumendum argumentum, vide quid dixe-
 rit, eam scilicet expositionem esse iuxta historiam. Verum ne Cassiodoro in
 hac parte velut vnico testi diffidas, producam eiusdem rei alium, vt in ore
 duorum stet omne verbum. Damascenus nanque in libro quarto de fide or-
 thodoxa, cap. 12. de crucis dominicæ ligno differens, sic ait: Ipsum nimirum
 preciosum, & perquam verè venerandum, in quo semetipsum in hostiam pro
 nobis CHRIS TVS obtulit, vt sanctificatum tactu sancti corporis & sangui-
 nis, decenter adorandum, clauicq; & lancea, & indumenta, & sacra ipsius taber-
 nacula, quæ sunt præsepe, spelunca, Golgatha salutaris, viuificum sepulchrum,
 Sion Ecclesiarum propugnaculum, & similia, vt Dei parens ait David: Introi-
 bimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius.
 Quòd autem crucem dicat, ostendit quod sequitur: Resurge domine in re-
 quietuam tuam. Sequitur enim crucem resurrectio. Si enim amatorum desiderabi-
 lis domus, & amictus, & lectus, multò magis Domini & saluatoris nostri, per
 quæ & saluati sumus. Hucusque Damascenus. Ex quo inter multa hoc vnum
 habes, crucem scilicet adorandam, & hoc eodem Prophetæ testimonio adiu-
 rus, quo Cassiodorus. Ne verò Ioannes Vvicleph subterfugiat ad quandam
 crucem spiritualem quam fingit, ad quam autoritates detorqueat, vide quid
 Damascenus dixerit: in quo ligno semetipsum in hostiam pro nobis Christus
 obtulit. At non obtulit se nisi in materiali ligno, eoquæ ad portandum grauif-
 simo. Præterea hanc ipsam adorationem confirmat totius vniuersalis Eccle-
 siæ ritus, & consuetudo, quæ statuit vt in feria sexta Parasceue post decanta-
 tum ex Ioanne Euangelista nobilem illum triumphum, quem per crucis mor-
 tem

A rem CHRIS TVS illa die acquisiuit, eleuetur crux à sacerdote, vt à populo
 adoretur: deinde cruce ipsa in loco honesto collocata, sacerdos eam genibus
 flexis adoret, post quem ministri alij altari deseruiantes, post quos ceteri quo-
 que officio adstantes similiter adorent. Ecclesiæ autem vniuersalis traditio (vt
 supra longius differuimus) tanti est ponderis, vt qui illi obster, non minùs cen-
 seatur hæreticus, quàm si expresse scripturæ contradiceret, præcipuè in rebus
 grauibus, & in quibus errare magnum esset periculum. At vbi magis interest
 non errare, quàm circa cultum exhibendum? Nihil enim Deus magis abomi-
 natur, quàm idololatriam, aded vt nomine abominationis sæpè in sacris literis
 idolum designetur. Non est ergo verisimile vt per tot secula Ecclesia vniuer-
 salis, pro qua Dominus rogauit vt fides eius non deficeret, idololatriæ labe
 macularetur, quemadmodum illi impingit impius & blasphemus Vvicleph.
 Accedit huic omnium sanctorum de hac re sententia. Nam præter Hierony-
 mum, Damascenum & Cassiodorum, quos iam citauimus, sunt alij multi qui
 de hac re testimonium præbent. Augustinus super Ioannem tractatu. 36. sic ait: Augu-
 Quid seruat fideli suo, qui talem honorem dedit supplicio suo? Denique mo-
 do in pœnis reorum non est apud Romanos. Vbi enim crux domini honora-
 ta est, putatum est quòd reus honoretur. Hæc Augustinus. Non est iam cur nos
 irrideat Vvicleph propter honorem quem cruci exhibemus, cum illum Deus
 illi dederit, dicente Augustino: Quid seruat fideli suo, qui talem honorem de-
 dit supplicio suo? Chrysostronus super Mathæum homilia. 54. sic ait: Hæc e-
 nim crux orbem terræ saluauit, errorem abegit, veritatem reduxit, terram cœ-
 lum fecit, hæc homines angelos fecit, propter hanc dæmones non adhuc ter-
 ribiles, sed contemptibiles, neq; mors sed somnus profert. Propter hæc omnia
 in terrâ proiecta sunt, & conculcata quæ impugnabant nos. Si ergo tibi dixerit
 B quis, Crucifixum adoras? & si deriserit, lachrymare, quoniam insanit. Hæc
 Chrysostronus. Lachrymemur ergo pro Vviclephitis, compatiamurquæ illis,
 quoniam ex dicto Chrysostroni insaniunt: si insaniunt, iustius esset eos catenis
 vincere, quàm argumentis. Quem teipsum ergo Vvicleph facis, vt contem-
 ptis Hieronymo, Augustino, Chrysostrono, Damasceno, Cassiodoro, tuæ tan-
 tum prudentiæ innitaris? Cum enim tam graue crimen, quale est idolola-
 tria, toti Ecclesiæ impingere non erubescis, quare vel vnicum testem in ro-
 bur tuæ criminationis non adducis? Vis, vt credatur tibi sine vilo scripturæ
 testimonio magis quàm tot illustribus viris? quàm etiam totius vniuersalis Ec-
 clesiæ traditioni & consuetudini? Cæterum quòd Ecclesiam de idololatria
 notas, hoc discutiamus, & videamus quàm ob causam id dicas. An fortè quia
 Christi fideles coram dominica cruce genua flectunt, nudatumque inclinant
 verticem? Leuis certè causa pro qua tantum crimen obijciatur Ecclesiæ. Nam
 cum exterior adoratio, vt quacunque exterior operatio, non sit bona aut ma-
 la censenda nisi quatenus ab interiori procedit, talem oportet bonitatis & ma-
 litæ denominationem suscipiat, qualem retinet operatio interior à qua de-
 riuatur. Hac enim sola ratione Iudæorum illudentium genuflexiones, adora-
 tionesquæ culpantur, quòd ex mala radice nempe irrisione procedebant.
 Propter quod id inquirendum est, à qua scilicet radice talis exterior cultus
 oriatur. Si ideo quispiam coram cruce flectit genua, aut inclinat caput,
 quòd eam credat esse aliquod numen, aut aliquod supremum bonum, meri-
 to talem criminaberis, neque ob istam causam à te discedemus. Sin verò ideo
 genua flectit, quia visa cruce recordatur, in illa aut alia simili Christum pro
 nobis pendidisse, gratiasquæ illi pro tam immenso beneficio nobis exhibito
 genua flectendo reddit, quid hic criminaris vbi nulla est criminandi causa?
 Nonne tu credis Christum cruci fuisse pro nobis affixum? Aut si credis, quum
 id in memoriam reducis, nonne amantem redamas? Quòd si istorum alterum

negas; vel hoc solo argumento conuinceris. Sin autem vtrunque istorum præstas, cur nos accusas quod illa præstamus? Nam illæ prostrationes, capitum nudationes, manuum eleuationes coram cruce factæ, nil aliud significant, quàm quod per illa testamur nos credere *CHRISTVM* in alia simili pro nobis pependisse; atque ob tantum beneficium, cuius memoria per crucis aspectum inuouatur, seruitutem & obsequium genu flectendo profitemur. Quæ omnia cū sint ab omnibus, & ab ipso etiam *Viclepho* comprobata, hoc argumento cōuincitur, non solum eam crucem meritò adorandam; in qua dominus pependit, sed reliquas omnes quæ illius veræ sunt imagines. Nam ad aspectum earū æquè intellectus noster in memoriam reducitur crucifixi, quem per talem genuflexionem verè adoramus. In hoc tamē omnes reliquæ ab illa in qua *CHRISTVS* pependit, superantur, quod illa contactu carnis & sanguinis Christi quodammodo sanctificata fuit. Nec tamen ideò aliæ adorandæ non sunt. Vnde *Damaſcenus* loco superius allegato: Adoramus etiam figuram preciosa & viuifica crucis, tametsi ex alia materia facta est: non materiam venerantes (absit enim) sed figuram tanquam Christi signum. Dixit enim discipulis suis contestans: Tunc apparebit signum filij hominis in cælo, crucem dicens. Et paucis interpositis subiungit dicens: Adorandum est igitur signum Christi, vbi enim fuerit signum eius, illic & ipse erit. Materia autem ex qua figura crucis exprimitur, siue sit aurum, siue lapides preciosi, aut alia quæuis materia, post figuracionem si contingat dissolui, non est adoranda. Omnia igitur quæ Deo adiacuerunt, adoramus, ipsi reuerentiam pietatisq; cultum exhibentes. Hactenus *Damaſcenus*. Hinc iam manifestè patet qualiter ex ea adoratione. quam cruci exhibemus, nulla idololatriæ suspicio manare potest. Nam cū omnia quæ Deo adiacuerunt, adoramus, Deo soli in hoc reuerentiam ac pietatis cultum exhibemus. Hæc etiam confirmat *August.* in lib. de *Visitat. infirmorum*, inquit: **D** Habent siquidem Christianorum arcana, illius dominicæ crucis quoddam venerabile monumentum, quod de crucis ipsius imaginatione crucem cognominent, quod nos etiam omni veneratione dignissimū fatemur, & ad recordationem Crucifixi nostri veneramus. Habetur enim in cruce quædam hominis vera patientis imago, per quam salutifera nobis Iesu Christi renouatur passio. Hanc complectere humiliter, venerare simpliciter. Tamen hæc ad memoriam tibi reduces:

*Nec Deus est, nec homo, præsens quam cerno, figura:
Sed Deus est & homo, quem signat sacra figura:
Pesus homo, verusq; Deus, tamen vnus vterque,
Probra crucis patitur, mortem subit, & sepellitur,
Vni & ii, crucis hæc per signa triumphat ab hoste.
Id notum vobis crucis huius littera reddidit,
Scilicet ipsius nota sum crux & Crucifixus.*

Hactenus *August.* Ex his dictis, qui minimè cæcus est, iam perspicere valebit, qualis sit ista genuflexio, & alia quæuis adoratio coram cruce facta, & cui exhibetur, nam ipsi Deo, in cuius memoriam venimus per crucis aspectum, atque ideò gratos nos quodammodo cruci ostendimus, quod tanti beneficii nobis exhibiti memores nos efficit. Nec mirum quod ipsius Christi cognitionem crucis aspectus inuouet, quum illam *CHRISTVS* voce propria appellauerit signum filij hominis. Nā loquens de aduentu suo in iudiciū, ait: Tunc apparebit signum filij hominis in cælo. Quod exponens *Theophylactus* ait. Crux tunc apparebit in cælo supra solem fulgens ad arguēdos Iudæos. Veniet enim *CHRISTVS* contra Iudæos habens crucem vt magnam iustificandi materiā & testimonium, veluti si quis lapide percussus ostendat lapidem. Signum autē dicit crucem tanquam trophæum & insigne regium. Hæc *Theophylactus*. Vides hic crucem signum dictam: quod etsi eo modo dicat *Theophyl.* signum, quo

Damaſcenus

Matth. 24.

1. 3. c. 3.

Matth. 24.

Theophyl.

A quo trophæum, aut vexillum, aut insigne, nihil obstat. nā hæc etiā quodammodo ducunt in notitiam eorum ad quos attinent. Verum hoc clariùs beatus *Cyryllus* explicat. Is enim libro sexto contra *Iulianū* respondens illi irridenti Christianos quod crucis lignum adorant, postquā enumerauit beneficia à Christo nobis in cruce exhibita, ait: Hæc omnia recordari nos facit salutare lignum, & suadet vt cogitemus, quod (sicut dicit *diuus Paulus*) vnus pro omnibus mortuus est, & resurrexit. Hæc *Cyryllus*. Hæc iam de hac re dicta sufficiant: quū ex eis constet crucē dominicam, reliquasq; ad eius imaginem factas, meritò adorandas esse. Nec tamen ex hoc idololatriæ scrupulus vtgere debet, quum in ea adoratione nihil aliud cruci tribuamus, quàm quod credimus Christum dominum in ea aut alia simili pro nobis omnibus mortem subiisse, tantumq; beneficium cognoscētes, quod ex crucis aspectu, recordamur, genibus flexis, nudatoq; vertice, seruitutē profitemur. Deniq; adoratio ipsa etli corā cruce fit, mēs tamen nostra ad id solum fertur, quod crux ipsa representat, Dei scilicet filiū olim in cruce pendentē. Contra hanc hæresim scripsit vir diligentissimus *Thomas Vvaldensis*, libro de Sacramentalibus, titulo vigesimo. Ab ipso certè fateor me aliqua accepisse, plurima etiam contuli. Scripserat etiam olim *Ionas* quidā *Aurelianensis* episcopus de hac re contra *Claudium Taurinensem* episcopū, primum huius hæresis parentem. Hoc tamen opus non vidi, sed sola historiae relatione habeo ex fragmento *Chronicorum Iuonis Carnotensis* per *Thomā Vvaldensem* citato.

S Ecunda de hac re orta est hæresis, afferens sacratissimam Eucharistiam nõ esse vilo pacto adorandam, crimen idololatriæ impingens cuiunque eam adoranti. Huius hæresis autor est *Ioannes Oecolampadius*, natione Germanus, vir trium linguarum, & omni genere bonarum literarum apprimè doctus, sed tandem spiritu elationis ductus sapere voluit plus quā oportebat, atque ideo factum est, vt Deo permittente in insipientia sua deprehenderetur. Hic primum *Lutheranæ* factioni adhæsit, exemploq; *Lutheri*, quum monachus ordinis sanctæ *Brigitæ* fuisset, monachatu reiecto, continentia, quam in religione vouerat, posthabita, velut canis ad vomitum reuersus, vxorē duxit, vt vel ea argumento nobis suos errores persuaderet. Demum impatiens (vt ar bitror) sub *Lutheri* vexillis militare, aliquid ipsa *Lutherana* factione magis impium atque blasphemum excogitauit, quo clarior appareret, & proprium leuare posset vexillum. Dicit nanque *CHRISTVM* in Eucharistia minime contineri, atque ob id idololatrias nominat eos qui sacratissimā Eucharistiam venerantur adorantq;. Quum autem *Lutherus* in hanc non posset trahi blasphemiam, diuisus est hac ratione *Oecolampadius* à *Luthero*. Factumque est, vt qui nomina *Oecolampadio* dederunt, ab eodem nomen receperint, nempe *Oecolampadiani* dicti. Vt autem hunc errorem reuincamus, prius oportet ostendere, verum Christi corpus sub præteriti panis accidentibus verè & realiter contineri. Nam hac sola ratione (quod sciam) prohibent adorationē Eucharistiæ, non prohibitori si veram Christi carnem sub illorum accidentium inuolucro latere crederent. Hoc autem (Deo adiutore) inferius in titulo Eucharistia ostendemus: quapropter vsque ad locum illum erroris huius impugnatio differatur. Ostenso enim ibidem verum Christi corpus sub panis accidentibus contineri: inde manifestum euadet Eucharistiam meritò adorari. Quod si forte aliquis tam ingratus est humanitati Christi, quàm Deus dispensatiuè assumpsit tanquam instrumentum pro nostra redemptione facienda, vt eam etiam adorare dedignetur, hoc erit nunc solum comprobandum, & id breuibis, quoniam vix credere possum de homine qui se per Christi humanitatem redemptum agnoscit, vt illam adorare refugiat. Nam licet illa suapte natura indigna sit vt adoretur, vt tamen coniuncta est diuinitati coniunctio-

Cyryllus.

Ioannes Oecolampadius.

ne tali qua omnem excedit humanum angelicumque intellectum, omnem certe venerationem meretur. Propter quod non possum non mirari, quin video Lutherum (quis autem is sit postea declarabimus) fatentem verum Christi corpus & verum illius sanguinem esse in Eucharistia, & insuper negantem Eucharistiam esse adorandam. Et certe ratio quae illum ad id dicendum mouet, est nimium ridicula. Quia (inquit) dominus non præcepit. O insanum argumentum pessimè ergo fecerunt tres illi sanctissimi Magi, qui ab oriente venerunt, & intrantes domum flexis genibus adorauerunt eum in cunabilis vagientem. Malè etiam Magdalenam & Cananæam, & ceterum natum, & reliquos omnes qui **CHRISTO** diuinos honores exhibuerunt, fecisse dicit Lutherus, propterea quòd nullus illorum ex præcepto Dei illud fecit. Deinde falsum est quod Lutherus ait, non esse de hac adoratione illum præceptum. Nam præceptum diuinum est hoc: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias. Si autem Lutherus dicat hoc præceptum de sola diuinitate esse intelligendum, obijcio illi apertissimum ex Propheta regio præceptum, quo Deus iubet **CHRISTVM** in duabus naturis existentem adorari. Adorate eum omnes angeli eius. Quae verba Paulus in ea quae est ad Hebraeos epistola, de Christi persona intelligenda esse docet, non quidem de sola eius diuinitate, sed de tota persona in duabus naturis existente. Alioqui malè ex illo loco argumentaretur Paulus, volens inde probare, Christum esse superiorem angelis, quibus Deus pater præcepit **CHRISTVM** filium suum adorare. Nam si ad solam diuinitatem adoratio referenda esset, non liceret inde colligere nisi quòd sola Christi diuinitas esset angelis superior, non autem quòd persona Christi duas simul naturas continens. Nihil hinc video quod possit respondere Lutherus, nisi fortè dicat angelis datum esse de adoratione Christi præceptum, non autem hominibus. Sed hæc responsio tam ridicula est, vt omnem prudentem aque cordatum virum facilè ad cachinnum moueat. Nam hac ratione homines essent angelis digniores atque præstantiores, cum angeli sint ex præcepto obligati ad Christi adorationem, homines autem sint ab huiusmodi obligatione exempti. Sed his omnis alia proferam apertissima testimonia, quibus non solum **CHRISTVS** deitas, sed etiam illius caro præcipitur adorari. Primum illud Psalmi, quod supra diximus de Cruce: Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est. Vt enim ibi patuit ex Hieronymi autoritate, inter multa quae scabelli nomine intelligi possunt, corpus dominicum præ cæteris omnibus meritò scabellum dici potest, quoniam in eo maiestas diuinitatis tanquam super scabellum stetit. Hieronymi expositioni consentit Augustinus, exponens eundem locum Psalmi. Sic enim ait: Exponens mihi scriptura quid sit scabellum pedum eius, dicit: Terra autem scabellum pedum meorum. Anceps factus sum. Timeo adorare terram, ne damnet me qui fecit coelum & terram. Rursum timeo non adorare scabellum pedum domini mei, quia Psalmista mihi dicit: Adorate scabellum pedum eius. Quæro quid sit scabellum pedum eius, & dicit mihi scriptura: Terra scabellum pedum meorum. Fluctuans conuerto me ad **CHRISTVM**, quia ipsum quæro hinc, & inuenio quomodo sine impietate adoretur terra, sine impietate adoretur scabellum pedum eius. Suscepit enim de terra terram, quia caro de terra est, & de carne Mariæ carnem accepit. Et quia in ipsa carne hinc ambulauit, & ipsam carnem ad manducandum ad salutem dedit, nemo autem illam carnem manducat, nisi prius adorauerit: inuentum est quemadmodum adoretur tale scabellum pedum domini, & non solum non peccemus adorando, sed peccemus non adorando. Hæc Augustinus. Plurima hinc præter intentionem ex Augustino habemus: Primum, quòd carnem suam ad manducandum dedit. Nusquam autem alibi dedit, quam in Eucharistia. Est ergo mens

Augu-

A Augustini, Christi carnem in Eucharistia contineri. Verum de hoc alias longius. Deinde ipsam carnem adorandam ostendit, dicens: Nemo illam carnem manducat nisi prius adorauerit. Nemo Augustine? Quid dices de Oecolampadio, qui manducans dedignatur adorare, timens in idololatriam incidere? Verba mea (inquit Augustinus) ad solos Christianos referenda sunt: è quibus nullus est qui manducet, quin adoret. Nam si adorare recusat, vel hac ratione minimè Christianus dicitur, sed hæreticus. Ideo enim dixi quòd peccamus non adorando. Hieronymo & Augustino consentit etiam Cassiodorus in expositione eiusdem Psalmi, inquiens: Nunc dicendum nobis est quid in isto versu pedes eius significare videantur, scilicet stabilitatem diuinitatis, quæ semper in natura sue omnipotenti gloria tanquam pedum indefecta stabilitas perseverat. Huius ergo verbi assumptum corpus quamuis gloriosum, quamuis magnum, quamuis admirabile, tamen propter humilitatem humanitatis scabellum pedum competenter accipimus. Nam quum ipse dicat apud Elia: Coelum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum: corpus terrenum quod de Maria virgine sumpsit, bene (vt opinor) eadem similitudine scabellum pedum eius probatur intelligi. Hæc Cassiodorus. Quod autem dixit (vt opinor) non hoc dixit quasi expositioni dissidens, sed tanquam homo fragilitatem humani intellectus agnoscens, qui facilè decipi potest. Quapropter in his quæ non sunt expressa, viri sancti verentur iudicium suum ac reformidant, ne fortè errent, qui longissimè ab errore esse volunt. Non sic hæretici, non sic: quoniam hi sententias suas adeò mordicis tenent, vt auelli nequaquam possint. Rursum, idem Prppheta regius nomine cuiuslibet veri Christiani loquens dicit se postquam domum Dei, quæ est Ecclesia, per fidem intrauerit, adoraturum ipsam Christi carnem: Introibo, inquit illi, in domum tuam, & adorabo ad templum sanctum tuum. Quæ verba interpretans Cassiodorus ait: Considerandum est, quod non dixit in templo, sed ad templum: quia nec syllabas ipsas à sacramentis vacare prædictum est. Templum sanctum, corpus est Domini saluatoris, quod iure adorat Ecclesia, per quod meruit esse reuerenda. Sic enim ipse de suo corpore dixit: Destruite templum hoc, & in triduo reedificabo illud. Hactenus Cassiodorus. Deinde idem Propheta regius, quod nomine populi Christiani dixerat se facturum, postea in alio Psalmo ita factum esse declarat, sic inquiens: Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingue terræ. Quæ verba exponens Beatus Augustinus in Commentarijs super Psalmos ait: Manducauerunt corpus humilitatis domini sui etiam diuites terræ, nec sicut pauperes saturati sunt ad imitationem, sed adorauerunt. Hæc Augustinus in prima illius Psalmi expositione, duas siquidem super illum Psalmum fecit. Accedit ad hæc omnia testimonium Alexandri primi huius nominis pape, qui sextus à beato Petro summum pontificem egit, & tandem martyrio coronatus est, Is enim in prima epistola sua quam ad omnes fideles scripsit, de sacrificio missæ differens, hæc ait: Idcirco & passio eius in his commemoranda est, qua redempti sumus, & sæpius recitanda, atque hæc domino offerenda: talibus enim hostijs delectabitur & placabitur Dominus, & peccata dimittet ingentia. Nihil enim in sacrificijs maius esse potest, quam corpus & sanguis Christi, nec vlla oblatio hac potior est, & pura mente sumenda, atque ab omnibus veneranda: & sicut potior est cæteris, ita potius excelsi & venerari debet. Hæc Alexander primus. Ex quibus verbis apertissimè constat sacratissimam Eucharistiam esse magna cum reuerentia adorandam. Verum de hac re admonere oportet, vt licet humanitatem Christi propter coniunctionem adorandam dicamus cum diuinitate, longè tamen minus si seorsum concipiatur. Non enim humanitati cultus latría tribuitur, quoniã is soli Deo debetur. Denique adoramus aut veneramur humanitatem, non propter se tantum, sed cau-

H 2

sa di-

fa diuinitatis cui coniecta est, ad quam diuinitatem adoratio ipsa referenda est tanquam ad vltimam illius causam. Quod si fortè cultu latriæ adoretur humanitatis, hoc erit ea ipsa adoratione vnica, qua adoratur **C H R I S T I** persona, in qua humanitas subsistit, qua vna adoratione omnia in ipso subsistentia adorantur. Vnde Damascenus libro quarto de fide orthodoxa, capite tertio: Caro igitur **C H R I S T I** secundum ipsius naturam (si subtilibus cogitationibus, quod videtur, ab eo quod intelligitur, cogitationeque humanitatem à diuinitate præscindas) inadorabilis est, vt creatura. Vnita autem Deo verbo, propter ipsum, & in ipso adoratur. Eo nanque modo, quo rex & nudus adoratur, & indutus purpura, & nuda purpura & conculcatur & projicitur, facta autem regis amictus honoratur & glorificatur, & si quis illam proterere præsumpserit, per seipsum morte multatur: & quemadmodum lignum nudum non est tactu inaccessibile, atqui igni coniunctum, & carbo factum, non propter seipsum, sed propter coniunctum ignem inaccessibile fit, & non vt ligni natura tactu inaccessibile est, sed vt carbo, id est, quando ignitum est lignum: sic & caro secundum sui naturam non est adorabilis, adoratur autem in incarnato Deo verbo, non propter seipsam, sed propter coniunctum ipsi secundum hypostasim Deum verbum. Et non dicimus quod carnem adoramus nudam, sed carnem Dei, id est, incarnatum Deum. Hucusque Damascenus. Quapropter Cassiodorus postquam exposuit scabelli tropum, subiungit: Et nota, quia non dixit quoniam sanctus est, sed quoniam sanctum est, scilicet vt corpus à deitate, mentis contemplatione non discerneres, sed ad vniam personam referres, id est, ad verbum quod caro factum est, & habitauit in nobis. Hæc Cassiodorus. Sicut ergo caro **C H R I S T I** non per se subsistit, sed in verbo, eandemque cum illo habet hypostasim: sic etiam nec per se adoratur, sed in verbo: atque eadem vnica adoratione qua Christum colimus, veneramur humanitatem quæ in illius est hypostasi. Neque hoc mirum videri debet alicui, quoniam sunt multa, quæ propter coniunctionem, quam ad alia multò illis nobiliora habent, aliqua ab illis mutuuntur, quæ per se consequi non possent, nec tamen eis aliquid de sua nobilitate vice versa mutant: vt (gratia exempli) corpus si ab anima separet, non mouetur, non audit, non videt, non gustat, non nutritur, non augetur, non denique viuunt, ex anima tamen coniunctione hæc omnia habet: viuens enim corpus dicitur anima illi vitam præstante, nec tamen eadem ratione anima aliquid de corporis corruptione recipit: sic etiam fieri potuit. vt caro humana propter verbi vnionem hoc ab illo recipiat, vt vnà cum illo adoretur. Verùm de his satis. Adeo nanque ista sufficiunt, vt superflua fortasse alicui videantur: quoniam si Christi caro sub illis præteriti panis accidentibus latet, vt infra Deo adiutore me ostensurum promisi, erit etiam eadem ratione quadam peculiari existetia ibidem filij dei persona, cum hic carnem humanam, quam semel assumpsit, nusquam à se postmodum separauerit. Quod si totus est ibi **C H R I S T V S** in duabus naturis subsistens, erit proculdubio sacratissima eucharistia meritò adoranda, siue humanitas eius adorabilis sit, siue non. Non enim colimus illa panis accidentia, quæ videmus, sed illud quod sub illis latet, nempe Christum Dei filium, & per il a quæ foris videmus, confurgit animus ad cultum eorum quæ non vidat. Vnde Augustinus libro tertio de doctrina Christiana sic dicit: Qui verò aut operatur aut veneratur vtile signum diuinitus institutum, cuius vini significationem intelligit, non hoc veneratur quod videtur & transit, sed illud potiùs quòd talia referenda sunt. Hæc dicit Augustinus. Postremò contra hanc hæresim est aperta catholica ecclesiæ definitio. Nam Concilium Tridentinum sub Iulio tertio celebratum sessione tertia cap. 5. suorum decretorum hæc ait: Nullus itaque dubitandi locus relinquatur, quin omnes Christifideles pro more in catholica

A tholica ecclesia semper recepto, latriæ cultum, qui vero Deo debetur, huic sanctissimo sacramento in veneratione adhibeant. Nec enim ideo minùs est adorandum, quòd fuerit à Christo Domino vt sumatur, institutum. Nam illum eundem Deum præsentem in eo adesse credimus, quem pater æternus introducens in orbem terrarum dicit: Et adorent eum omnes angeli Dei: Quæ Maggi procidentes adorauerunt, quem denique in Galilæa ab Apostolis adoratum fuisse scriptura testatur. Declarat præterea sancta Synodus piè & religiosè admodum in Dei ecclesiam inductum fuisse huc morè, vt singulis annis peculiari quodam & festo die præcellum hoc venerabile sacramentum singulari veneratione ac solennitate celebraretur, vtque in processionibus reuerenter & honorificè illud per vias & loca publica circumferretur. Acquisitum est enim, sacros aliquos statutos esse dies, cum Christiani omnes singulari ac rara quadam significatione gratos & memores testantur animos erga communem Dominum & redemptorem pro tam ineffabili & planè diuino beneficio, quo mortis eius victoria & triumphus representatur, ac siquidem oportuit victricem veritatem de mendacio, & hæresi triumphum agere, vt eius aduersarij in conspectu tanti splendoris, & in tanta vniuersæ ecclesiæ lætitia positi, vel debilitati & fracti contabescant, vel pudore affecti & confusi aliquando respiciant. Hactenus Còcilium Tridentinum. Alia est hæresis, quæ aliquo modo ad hanc materiam pertinet, de imaginibus scilicet omnino tollendis, sed de hac re inferius proprius erit tractatus in titulo Imago. Alij insuper plures sunt hæreses, quæ meritò hic locari possent, omnes scilicet quæ idola colunt: verùm his commodiorem præstabimus locum, quàm infra de idololatria vitanda agemus, ideo vide eas in titulo Idololatria.

B

ABSOLVTIO.

Circa absolutionem, quæ in sacramento poenitentiae peccatoribus confessis impenditur, paucissimæ exortæ sunt hæreses, earumque recentes. Prima igitur hæresis est, quæ asserit quòd credens se absolutum, absolutus est quantumlibet contritio desit, & quòd absolutio censenda est efficax non quia fit (à quocunque tandè fiat, erret vel non erret) sed quia creditur. Huius erroris dux atque magister factus est hoc nostro tempore quidam Martinus Lutherus. Quisnam is sit, operæ precii erit semel enarrare, cum sæpe de eo in posterum faciendâ sit mentio. Lutherus hic natione germanus, patria (vt opinor) Saxo, sub instituto fratrum eremitarum beati Augustini aliquandiu vixit, tandem à patre, scilicet Augustino, degenerans, qui hæreticorum accerrimus hostis fuit, hic filius degener hæreticus factus est, ab indulgentijs suorum errorum auspiciu sumens. Nam cum rabulas quosdam indulgentiarum prædicatores audisset, qui tot ac tanta (vt huius farinae homines solent causa maioris questus effutire) de indulgentijs dixerunt, vt illis obuiandum fore decerneret: zelo, & non secundum discretionem motus, in publicum prodijt, non veram indulgentiarum intelligentiam edocens, sed eas omnino euertens, dixit eas nullius esse momenti. Cui cum à quibusdam doctis viris contradiceretur, suadereturque ei, vt palinodiam cantaret, tantum absiuit vt id faceret, vt insaniam auxerit, multò peiora quàm prius effundens. Sæpe quidem fit, vt ex modica ad paruùm lapidem offensione, in alium maiorem caput impingat, ac pereat. Hic postmodum ducis Saxonie præsidium munitus, tantum inualuit, vt totam fermè Germaniam infecerit. Perspicuus igitur summus pontifex Leo decimus, qui tunc vniuersæ ecclesiæ præerat, hominem obstinatum in malo, nec vllis aut rationibus aut monitionibus posse mederi, vidensque malum indices augeri, ouè putridam,

dam, ne reliquas attractu inficeret oues, ex ecclesiae ouili procul abegit. Lutherus autem sentiens se à comunione fidelium eiectum, non solum non ingemuit, aut planxit casum suum, sed ut impius in profundum peccatorum demersus contempnit: & diaboli membrum effectus, ut caput suum imitaretur, qui diabolus, hoc est, calumniator dicitur, calumniari etiam ipse cepit pontificis summum, totamque ecclesiam. Omnem Ecclesiasticum ordinem euertit, monachatum omnem ab ecclesia procul esse iubet, liberam monachis viuendi facultatem tribuens. Cui pesti nisi Deus sua benignitate cito succurrat, timendum est ne ulterius grassetur, & reliquum id modicum, quod est Germania superest, inficiat. Hanc Lutheri praescriptimus rationem, quae etsi toti huic seculo notissima sit fabula, non tamen praetereunda erat, quoniam non solum praesentibus, sed etiam in posterum futuris scribimus. Is ergo inter alios plures errores hunc, quem de absolute narratione narrauimus, edocet. Ut autem clarius eius insana mens agnoscat, verba eius referam: Si per impossibile (inquit) confessus non esset contritus, aut sacerdos non seruo sed ioco absolueret, si tamen credat sese absolutum, verissime est absolutus. Et paucis interiectis seipsum declarans subiungit: Dixi autem per impossibile, quia satis supra dictum est fidem sine contritione esse non posse, quae gratia non infundatur nisi cum magna concussione animae. Volui enim fidei virtutem declarare, & commendare, quae sola facit ad remissionem peccatorum, & iustificationem pacis. Hanc Lutherus. Ex quibus verbis duo Lutheri dicta colligimus, quorum vnum fuit ex alio; tanquam fluuuius corruptus ex fonte vitiat. Primum quidem asserit solam fidem iustificare, motus quibusdam autoritatibus, quae nullo pacto suam assertionem vel tantillum confirmant: quoniam etsi aliqua sint auctoritates scripturae sacrae, dicentes fidem iustificare aut purificare, nulla est tamen quae asserit solam fidem iustificare hominem: imò ex eis oppositum conuincitur, cum omnes tales auctoritates intelligenda sint de fide formata per charitatem, quae forma est omnium virtutum. Nam fides informis non iustificat. beatus enim Iacobus ait: Demones credunt & contremiscunt. Hi autem cum non sint iusti, planum est fidem informem non iustificare, sed formatam. At fides formata nunquam est sola, sed simul cum ea est charitas: nunquam ergo fides sola iustificat. Praeterea sacerdos absoluit & remittit peccata per potestatem sibi à Deo collatam: non est ergo verum quod per solam fidem sit poenitens absolutus. Sacerdotem autem remittere & absolueret, patet per id quod Christus apostolis dixit: Quorum remiseritis peccata, remissa erunt: & quorum retinueritis, retenta sunt. Ecce planissimis verbis Christus dicit apostolos remittere. Tunc quaero à Luthero, an Christus illis verbis aliquam potestatem contulit apostolis, aut nullam? Si dicat Christum nullam potestatem contulisse, aperte Christum facit hypocritam & fallacem, quum aliud fecerit quàm verbis demonstrauit. Si aliquam dedit, cum non sit alia quam potestas remittendi, prout verba sonant, oportebit tunc fateri poenitentem non per solam fidem esse absolutum, cum sacerdos etiam absoluat. Rursum, sacerdos verba absolutionis in propria persona & suo nomine dicit: Ego te absoluo: aut ergo sic proferens verum dicit, aut mentitur. Nullus erit tam impius, ut dicat per verba fallacia ministrari sacramentum. Quod si vera loquitur, & ita res se habet ut sacerdos profert, necessarium erit concedere, sacerdotem per illorum verborum significationem aliquid operari. Vnde manifeste patet Lutherum miserè errare, cum dicit solam fidem iustificare & absolueret poenitentem: cum ex praedictis pateat sacerdotem verè absolueret. Ut autem Lutherus non possit citra magnam impudentiam huic catholicae sententiae aduersari, operaprecium erit ostendere hanc fuisse sacrorum virorum sententiam, ut omnes concorditer senserint, sacerdotes potestatem à Deo recepisse poenitentes absoluendi, & peccati remittendi. Vnde beatus Ambrosius libro primo de poenitentia, capite septimo, aduersus Nouatianos negantes

A res villo modo fieri posse ut sacerdos peccata dimittat, sic loquitur: Cur baptizatis, si per hominem peccata dimitti non licet? In baptismo vtiq; remissio peccatorum omnium est. Quid interest vtrum per poenitentiam an per laucrum hoc ius sibi dant sacerdotes vendicent: vnum in vtroque ministerium est. Sed dices, quia in laucro operatur mysteriorum gratia. Quid in poenitentia? Nonne Dei nomen operatur? Quid ergo: vbi vultis, vendicatis vobis Dei gratiam: vbi vultis, rediatis? Haec Ambrosius. In quibus verbis aperte satis docet, talē habere potestatem sacerdotes in administratione sacramenti poenitentiae, qualem habent in administratione sacramenti baptismi. Cum ergo constet sacerdotem verè baptizare, nulla manet causa cur Lutherus iam neget sacerdotes etiam verè absolueret. Chrysostomus in homi. octogesima quinta super Ioannē, eandē sententiam confirmat, dicens: Non erraret quispiam si tunc eos potestatem quandam & gratiam spirituale accepisse diceret, non tamen ut mortuos suscitarent, & virtutē ostenderent, sed ut peccata dimitterent. Differentes enim sunt gratiae spiritus, quare addidit: Quorum remiseritis, &c. ostendens quod genus virtutis largiatur. Hec Chrysost. Quibus verbis clarissime expressit sacerdotem peccata dimittere. Cyprianus vir & martyrio & doctrina clarissimus, in libro de lapsis, sic ait: Confi-teantur singuli, quare vos fratres, delictum suum, dum adhuc qui deliquit, in seculo est, dum admitti confessio eius potest, dum satisfactio & remissio facta per sacerdotes, apud Dominum grata est. Hec Cyprianus. Vides iam Lutherus, Cyprianum dicentē remissionem peccatorum fieri per sacerdotes. Quod verò Hieronymum pro sua sententia adducit, ex praua intelligentia procedit. Ut autem clarius id pateat, operaprecium est ut verba Hieronymi recitemus. Is enim exponens illud Matthaei: Tibi dabo clauas regni caelorum, sic ait: Istum locum episcopi & presbyteri non intelligentes, aliquid sibi de Pharisaeorum assumunt supercilio, ut vel damnent innocentes, vel soluere se noxios arbitrentur, cum apud Deum non sententia sacerdotum, sed reorum vita quaeratur. Legimus in Leuitico de leprosis, vbi iubentur ut ostendant se sacerdotibus, & si lepram habuerint, tunc à sacerdote immundi fiant: non quod sacerdotes leprosos faciant, & immundos, sed quod habeant notitiam leprosi & non leprosi, & possint discernere qui mundus, quique immundus sit. Quomodo ergo ibi leprosum sacerdos mundum vel immundum facit, sic & hic alligat vel soluit episcopus vel presbyter, non eos qui infontes sunt vel noxii, sed pro officio suo cum peccatorum audierit varietates, scit quis ligandus sit, quisve soluendus. Hucusque Hieronymus: Quae verba bene discutere oportebit, ut eorum clarior sensus appareat. Primum ergo admonere oportet, quod Hieronymus dixit, videlicet quod sacerdos pro officio suo cum peccatorum audierit varietates, scit qui ligandus sit, quique soluendus: non autem dixit: Scit qui ligatus sit, quique solutus: sicut prius de sacerdote veteris legis dixerat eum discernere qui mundus quique immundus sit. Ex quibus verbis aperissime conuincitur beatum Hieronymum aliquod discrimen posuisse inter sacerdotem discernentem de lepra, & sacerdotem euangelicum absoluentem à peccato, quoniam sacerdos veteris legis non mundabat leprosum, sed solum iudicabat eum fuisse mundatum: sacerdos autem euangelicus poenitentem qui sua peccata coram eo confitetur, per clauem scientiae & discretionis iudicat an talis sit dignus absolutione, vel non: non tamen adhuc est absolutus antequam sacerdos verba absolutionis proferat: sicut leprosus post munditiam assecutam verè erat mundus antequam sacerdos iudicaret eum mundum. Quapropter beatus Hieronymus de sacerdote nouae legis loquens, non dixit, scit quis ligatus sit, quisve solutus: sed dixit, scit quis ligandus sit, quisve soluendus: quoniam ex cognitione peccatorum & dispositione ipsius poenitentis agnoscit vtrum absolueret, aut ligare debeat. Nam si cognouerit peccatorem obstinatum in malo, taliter ut suspicetur illum esse in propo-

fito redeundi ad vomitum, iudicat illum indignū qui absolutionem recipiat. Cū ergo Hieronymus dixit de sacerdote, quod scit quis ligandus sit, quisve solvendus, satis apertè innuit, post inspectionem sacerdotis, id est, post audientiam peccatorum, aliquid adhuc restare, quod operandum sit à sacerdote circa ipsum pœnitentem, nempe ligare vel soluere. Quod autè Hieronymus dixit, quod apud Deum non sententia sacerdotum, sed reorum vita quæritur, intelligendū est, non quòd sola quærat reorū vita, sed quòd vitaliùs quærat tanquam fundamentū totius structuræ, cui quodammodo innitatur quicquid à sacerdote postea operatum fuerit. Nam si peccator fuerit in voto peccandi, quantumlibet sacerdos verba absolutionis proferat, nunquam peccator erit absolutus. Aliquid ergo magis operatur sacerdos euāgelicus circa pœnitentem, quàm olim sacerdos veteris legis circa leprosum operabatur. Deinde ipsa verba Saluatoris clarissimè illud exprimunt, sic enim ait: Quorum remisistis peccata, remissa erunt. Non dixit, quorū declaraueritis peccata fuisse remissa, remissa erunt: sed dixit, Quorum remisistis peccata remissa erunt. Quibus verbis apertissimè ostenditur, illum contulisse sacerdotibus non tantum potestatem declarandi peccata fuisse remissa, sed potestatem verè remittendi peccata. Cū ergo ex supradictis constet sacerdotem verè absoluerè, & peccata remittere, conuincitur manifestè falsum esse id quod Lutherus dixit, solam fidem iustificare. Secundum quod Lutherus ait, ex illo corrupto fonte deductum est, illum videlicet esse verè absolutum, qui credit se esse absolutum, etiam si illi desit cōrritio, etiam si sacerdos non seriò sed ioco absoluerit: quoniam fide illa qua credit se esse absolutum (vt ille ait) iustificatur. Vt autem clariùs pateat quibus tenebris sit inuolutus Lutherus, percontari oportet ab eo, quid per absolutum intelligat. Aut enim intelligit eum super quem sacerdos dixerit verba absolutionis, aut eum qui iam liber est à reatu gehennæ, & solutus est à nexibus peccatorum. Si eum dicat absolutum super quem sacerdos dixerit verba absolutionis, falsum est quòd ait illum esse absolutum. Nam possibile est vt aliquis in proposito peccandi existens, super quem sacerdos verba absolutionis dixerit, credat se absolutum, quoniam credit verba absolutionis dicta super illum: quis tamen diceret hunc esse iustificatum? Similiter possibile est, vt sacerdos aliquis erraret in forma absolutionis, vt videlicet non tenuerit formam vllam, sed solum diceret aliquid aliud huic negotio impertinens, & tamen pœnitens confessus credat sacerdotem vera absolutionis verba dixisse, eo quòd non intellexerit quid sacerdos dixerit, tunc ille pœnitens credit se absolutum, quia credit verba absolutionis super eum fuisse dicta, nec tamè est verè (iuxta dictam interpretationem) absolutus, quoniam talia absolutionis verba non fuerunt super eum dicta. Si autem eum dicat Lutherus absolutum, qui vltra absolutionis verba quæ super se dicta recepit, liber est à nexibus peccatorum: tunc assertionis eius talis erit sensus, vt videlicet ille sit absolutus, id est à peccato liber, qui credit se esse à peccato liberatum. Qui etiā sensus conuincitur esse falsus, per id quod Paulus ait: Nihil mihi conscius sum, sed neq; in hoc iustificatus sum. Mò enim ex eo quòd aliquis credit se esse sine peccato, ideo oportet vt sit sine peccato. Fortè Lutherus dicit talem esse suæ assertionis sensum, vt videlicet dicat quòd ille sit absolutus, id est, à peccato liber, qui credit se esse absolutum, id est, qui credit vera absolutionis verba super eum dicta fuisse. Hæc autè assertio sic intellecta quæ sit falsa, apertè ostendimus: quoniam etsi demus Lutherò solam fidem iustificare, de ea erat capiendum, quæ à quolibet fidei exigitur, sine quæ impossibile est placere Deo, vt est de his quæ CHRISTVS docuit. At circa absolutionem non exigitur à pœnitente, vt credat sacerdotem dixisse verba absolutionis, quoniam ea res in solo factò sacerdotis consistit, qui errare potuit: sed id exigitur à pœnitente, vt credat verba absolutionis

A solutionis à sacerdote prolata vim habere à Christo talem, vt peccatorē à peccato soluant. Quapropter etiam si daremus Lutherò primum quod proponit, videlicet solam fidem iustificare: solum inde colligere liceret, pœnitentem esse absolutum cum crederet sacerdotem talem habere potestatem, vt verbis absolutionis ab eo prolatis, pœnitentem absoluat. Quòd si aliquis ideo dicens esset absolutus, id est, à peccato liber, quia credit se esse absolutum, id est, verba absolutionis super eum dicta, sequeretur inde eum qui haberet in voto peccatum, esse liberum à peccato, si verba absolutionis super eum dicat sacerdos. Nam talis quamuis proponat se in posterum peccaturum, bene tamen credit se esse absolutum (iuxta præfatam interpretationem) quia credit sacerdotem super eum dixisse verba absolutionis. Verba ergo Lutheri vt aliquam habeant apparentiam, sic accipienda sunt. Is verè est absolutus, id est, à peccato liber, qui credit se esse absolutum, id est, qui credit talem potestatem in sacerdote, vt verbis absolutionis ab eo super pœnitentem prolatis pœnitens ipse maneat absolutus, ita scilicet vt pœnitens vtrunq; credat, videlicet sacerdotem dixisse absolutionis verba super eum, & credat vt illis dictis à sacerdote supra pœnitentem, pœnitens sit absolutus. Et de hac fide dicit, qd ea sola iustificat. Vt autem hoc manifestè falsum esse appareat, considerare oportet, quòd priùs sacerdos verba absolutionis profert, qd pœnitens credat se esse absolutum. Nam si verbis nòdum finitis crederet se esse absolutum, falsò crederet, quoniam nondum absolutus est. Nisi fortè Lutherus tantum credulitati pœnitentis arroget, vt in vniuersum verbis absolutionis à sacerdote prolatis derogat. Quòd si Lutherus dixerit totā absolutionis vim ex sola pœnitentis credulitate pendere, fateatur necesse est, vt is apud eum absolutus dicatur, qui credit se absolutum, etiā si nulla verba super eum dicta sint, atque ita verba illa omnino superfluerēt, & frustra dicerentur. Quòd si non frustra dicuntur, & aliquid in pœnitente operantur, tunc quarum quid operantur. Si iustificationem, aut absolutionem, falsum est ergo qd sola fides iustificat, vt Lutherus dixit: imò nunquam esset possibile fidem iustificare: quoniam is qui credit se esse absolutum, aut verè credit, aut falsò. Si falsò credit, ergo non est absolutus, quia non ita est vt crederet: crederet autem se esse absolutum, non est ergo absolutus. Si autem verè credit se esse absolutum, quum priùs verba absolutionis dicantur: & postea pœnitentis credulitas succedat, petam ab eo quando hinc pœnitens fuit absolutus, vtrum finitis verbis absolutionis antequam credulitas accedat, an post adhibitam pœnitentis fidem? Si tunc est absolutus quando verba finiuntur antequam fides accedat, clarum est pœnitentem tunc non iustificari per fidem, sed per sola verba absolutionis. Si verò tunc est absolutus, quando verbis absolutionis iam prolatis fides pœnitentis accedit, qua credit se esse absolutum: tunc peto à Lutherò quid talis pœnitens credit, quando dicit illum ex sua credulitate fuisse absolutum? Aut enim solum credit ipsum fuisse absolutum, id est verba absolutionis super ipsum fuisse dicta, & hoc nihil est, neque hanc credulitatem sufficere vt quis iustificetur, iam clarè ostēdimus. Aut credit quòd finitis absolutionis verbis fuerit absolutus à peccato, & tunc falsò credit, quoniam (vt dicit) nondum est absolutus etiā finitis absolutionis verbis, quousq; fides accedat, ergo cū credit se iam fuisse absolutum, falsò credit. At per falsam fidem nemo iustificatur. Si autem credit se absolui per suam fidem, oportebit dicere qd tunc sit absolutus quando credit se fuisse absolutum per suam fidem: ergo vt quis dicatur qd credit se esse absolutum, opus est fide quadā reflexa, vt videlicet credat sacerdotē dixisse verba, eumq; habere potestatem à Deo sibi collatam: & deinde iterum credat per priorē fidem quam habuit, se fuisse absolutum. Nec antea vnquā poterit dici quòd credit se absolutum. Non est enim possibile, imò nec intelligibile, vt per eandem fidem per quam aliquis absoluitur & iustificatur, per eandem credat se iam

se iam fuisse absolutum. Quòd si est alia fides per quam absoluitur, & alia per quam credit se esse absolutum, falsum esse etiam oportet quod dixit, ut videlicet is solum sit absolutus, qui credit se esse absolutum: quia si per priorem fidem absoluitur, etiam si secunda fides non accedat, nihilominus erit absolutus. Attende bene obsecro, lector, & diligenter circumspecte hæc omnia, & clarè videbis quantis se tenebris Lutherus inuoluat, & quibus sit laqueis implicitus, ita ut explicari eum sit impossibile. Demum ut huic negotio finem imponamus, inter assertiones Lutheri condemnatas à Leone decimo, hæc de qua hucusque disputauimus, vna est. Deinde Concilium Tridentinum sessione quarta celebrata sub Iulio tertio, canone nono hanc sententiam Lutheri damnauit, sic dicens: Si quis dixerit absolutionem sacramentalis sacerdotis non esse actum iudiciale, sed tantum ministerium pronuntiandi & declarandi remissa esse peccata confitenti, modò tantum credat se esse absolutum, etiam si sacerdos non seriuò sed ioco absoluat, aut dixerit non requiri confessionem poenitentis, ut sacerdos ipsum absolueret, anathema sit. Hactenus Concilium Tridentinum. Contra hunc Lutheri errorem scripsit Ioannes Rossensis episcopus, vir doctus simul atque religiosus, in eo libro quem contra omnes articulos Lutheri composuit. Scripsit etiam longius Iacobus Latomus in ea assertionem, quam composuit, damnationis factæ ab vniuersitate Louaniensi super articulis Lutheri. Alium autem vidi neminem qui de hac re tractauerit, quamuis plures legerim qui contra Lutherum scripserunt.

Secunda de hac re hæresis est, quæ dicit puerum ac mulierem æquè absolueri ut papam. Huius hæresis autor est Martinus Lutherus, is de quo nunc proximè rationem dedimus. Ut autem clariùs eius insana mens pateat, verba eius referam: & sunt quæ sequuntur: In sacramento poenitentiae, ac remissione culpæ, non plus facit papa, episcopus, quàm infimus sacerdos, imò vbi non est sacerdos, æquè tantum quilibet Christianus, etià si mulier aut puer esset. Hæc Lutherus. His verbis duo miscet Lutherus. Primò quidè dicit in poenitentis absolutione omnes sacerdotes esse pares, ita scilicet ut omnes sacerdotes parè absoluerendi potestatem habeant. Secundò dicit omnes Christianos posse absolueri, etiam si femina sit. Primò istorum si rectè intelligatur, illi concedimus, videlicet omnes sacerdotes (quantum ad absolutionem culpæ) parè habere potestatem. Cum enim (iuxta Augustinum) impium sit à Deo dimidium sperare veniam, nunquam est dicendum quòd aliquis sit absolutus ab vno peccato, & non ab alio. Quapropter oportet fateri sacerdotem qui poenitentem absoluit, absolueri ab omnibus, aut à nullo. Et ita quòd absoluit simplex sacerdos, tantum absoluit de culpa sicut papa. Non est enim imaginandum quòd maiorem partem culpæ deleat papa per suam absolutionem, & minorem partem deleat infimus sacerdos, sed vterque eorum à tota culpa absoluit, aut penitus nõ absoluit. Quod autem adducitur de casibus referuatis, à quibus infimus sacerdos absolueri non potest, nullo modo tollit nostrum propositum, quia quòd nõ absoluat, nõ est ex defectu potestatis, sed ex defectu iurisdictionis, quia videlicet poenitens non est illi subiectus, quod maxime requiritur ad hoc, ut sacerdotis sententia super eum lata, sit valida. Sententia siquidem à non suo iudice lata, nulla est. Papa ergo latiore potestatem quàm infimus sacerdos, quia plures habet subditos quàm infimus sacerdos. Infimus autem sacerdos circa suum subditum, si plenè illi subditur, parè habet absoluerendi potestatem cum papa, quia æquè à tota absoluit culpa, sicut papa. At non sic est de pœna, quia ultra absolutionem, de pœna quæ restabat persoluenda, potest papa vel partem, vel totam relaxare, sicut circumstantia se offert. Infimus autem sacerdos, vltra absolutionem à culpa nunquam propria autoritate potest in vniuersum à pœna absolueri. De paritate sacerdotum, quantum ad absolutionem culpæ, hæc dixisse sui-

A se sufficiat. Iam opus est, ut de reliquo disputemus quòd Lutherus ait, quendibet Christianum etiam si mulier aut puer esset, in absentia sacerdotis æquè bene absolueri sicut quilibet sacerdos. Hæc autem eius assertio ex prima hæresi quæ de hac materia narrauimus, atque oppugnauimus, fuit. Superius namque diximus Lutherum sentire totam vim ad culpam delendam, ascribendam esse fidei credentis, & nullo pacto ministro. Quapropter ex isto fonte colligit quòd etiam si mulier aut puer hæc verba proferat, peccator hæc audiens & credens statim absolutus est. Ut autem clarissimè conuincamus hoc esse falsum atque hæreticum, percontari oportet à Lutero, an si poenitens audiret à Psttaco illa verba absolutionis, utrum Psttacus absolueret, & poenitens esset absolutus. Si dicat Psttacum absolueri, quid absurdius dici potest, & magis impium. Sin vero neget Psttacum absolueri quannis dicat verba absolutionis, oportet eum fateri aliquam esse potestatem in ministro proferente verba, quæ deficiente in prolatore verborum, nihil sit. Nam si nulla esset in ministro virtus aut potestas, nihil prorsus referret quis esset prolator verborum, modò verba integrè proferret. Hæc autem quæ sunt absurda, nullus est qui non videat. Quòd si potestas necessariò exigitur in ministro prolationis, & hanc constat non fuisse à Christo collatam mulieri, conuincitur inde mulierem non posse absolueri. Verum hic scio Lutherum negare talè potestatem minimè collatam fuisse mulieri, imò constantissimè affirmat Christum illam potestatem dedisse omnibus Christianis. Hoc autem constat esse falsum, quoniam talis potestas fuit à Christo collata per illa verba, quæ CHRISTVS post resurrectionem dixit discipulis suis: Quorum remiseritis peccata, remissa erunt: & quorum retinueritis, retenta sunt. Cum autem Christus illa dixit, ibi non erat aliqua mulier, ad quam possent illa verba spectare: sed solè erant Apostoli, ad quos solè illa verba dirigebantur. Quòd si Lutherus dicat potestatem illam fuisse à Deo collatam per illud quod habetur apud Matthæum: Quæcunq; ligaueris super terram, erunt ligata & in celo: etiam si hoc daremus Lutero, eadem pro nobis militat ratio, quoniam tunc cum illa dicebantur, nulla etiam erat mulier (vt ex historia euangelij patet) sed solè erant apostoli atque alij discipuli, quibus illa verba dicebantur. Unde colligere oportet, solos Christi discipulos, eorumq; successores, videlicet sacerdotes, illam potestatem à Christo accepisse. Quòd si Lutherus adhuc contendat verba illa, quæ solis discipulis suis CHRISTVS dixit, ad omnes Christianos esse referenda, oportet tunc eum fateri, mulierem etiam posse consecrare corpus Christi: quia cum CHRISTVS dixit discipulis suis: Hoc facite in meam commemorationem: oporteret etiam illa verba ad omnes Christianos referre. Similiter oporteret concedere posse prædicare, quia Apostolis dicitur: Ite, prædicate Euangelium omni creatura. Et tamen Paulus dicit se non permittere mulierem prædicare. Rursum, vt hominem vndique vallemus, hoc oportuit dicere, quod Lutherus dixit mulierem posse absolueri vbi sacerdos non est. Hæc autem dicta alteri eiusdem Lutheri assertioni maxime repugnant. Lutherus namque ait (vt infra longius differemus) omnes Christianos esse sacerdotes. Si ergo iuxta Lutherum omnes Christiani sunt sacerdotes, non est certè possibile, vt mulier sit vbi sacerdos non est. Vides iam lector, quot laqueis seipsum Lutherus inuoluit. Demum inter plures Lutheri assertiones à Leone decimo damnatas, hæc vna est, aduersus quam hucusque disputamus. Deinde, Concilium Tridentinum in sessione quarta sub Iulio tertio celebrata, hanc sententiam Lutheri publico decreto damnauit. Nam inter multos, quos in illa sessione protulit canones, decimus illorum hæc continet verba: Si quis dixerit sacerdotes, qui in peccato mortali sunt, potestatem ligandi & soluendi nõ habere: aut non solum sacerdotes esse ministros absolutionis, sed omnibus & singulis Christianis esse dictum, Quæcunq; ligaueritis super terram,

terram, erunt ligata & in coelo: & quaecunque solueritis super terram, erunt soluta & in coelo. Et quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis retenta sunt. Quorum verborum virtute quilibet absoluerit sunt peccata, publica quidem per correptionem duntaxat, si correctus acquieverit: secreta verò per spontaneam confessionem, anathema sit. Haecenus concilium Tridentinum. De hac re amplius disputare nolo, quoniam infra in titulo de Sacerdotio hæresi prima, longius de illa agetur.

ADAM ET EVA.

Tatianus.

DE primis humani generis parentibus, Adam scilicet & Eva, variæ olim tractatæ sunt hæreses. Prima hæresis est asserens primos parentes esse damnatione perpetua in infernum detrusos propter eorum primum inobedientiae peccatum. Huius erroris autor fuit Tatianus quidam discipulus Iustini martyris, qui fuit temporibus Antonini imperatoris, & papæ Iulij huius nominis primi. Is Tatianus donec Iustinus eius magister vixit, nihil malè sentire vnquam ostendit (vt testatur Eusebius Casariensis in Ecclesiastica historia) postea verò quam ille martyrio vitam finiuit, à veritatis tramite deciauit, & doctoris nomen ambiens, maluit magister fieri erroris, quam discipulus veritatis. Secutus est autem in multis prædecessorum hæreticorum errores, videlicet Valentini, Marcionis, Saturnini: alios etiam plures errores ex proprio cerebro eduxit. Nam & hæresis Encratitarum autorem ac principem eum fuisse testantur beatus Irenæus libro primo aduersus hæreses, capite trigesimo, & beatus Hieronymus in commentarijs super prophetam Amos, & beatus Epiphanius libro primo contra octoginta hæreses, in fine tertij Tomi. Inter cæteros igitur huius Tatiani & Encratitarum errores vnus hic est, quo asserunt Adam scilicet & Euam damnatione perpetua esse propter peccatū punitos. Cæterum vt hanc sententiam hæreticam esse conuincamus, quanuis ego eam talem esse credam, tamen (vt ingenuè fatear) mihi nullus sacræ scripturæ locus succurrit apertus, quo id efficere valeamus: neque aliquis eorum apud quos hæc assertio tanquam hæretica recitatur, & velut talis ab eis expeditur, adfert aliquem scripturæ sacræ locum apertum quo id refellat. Irenæus siquidem lib. 1. aduersus hæreses cap. 31. cum propter hanc assertionem Tatianum nota hæretici inurat, nullum tamen adducit locū scripturæ quo id euincat. Eusebius Casariensis lib. 4. Ecclesiasticæ historiæ hunc errorem impingens Tatiano, nullum pro hac re adducit scripturæ sacræ testimonium. Philaster Brixienensis in eo libello quem de hæresibus ædidit, Tatiani hæreses enumerans, hanc etiam illi tribuit, nec vllum pro hac re adfert scripturæ sacræ testimonium. Ad eundem modum se habet Epiphanius, qui contra Tatianum disputans, nullo illos sacræ scripturæ testimonio redarguit. Beatus etiam Augustinus in libro de hæresibus ad Quod vult Deum, cap. 25. de Tatiano loquens dicit illum saluti primi hominis contradicere, nullum tamen proponit scripturæ testimonium, quo illam sententiam probet esse hæreticam. Omitto Guidonè Carmelitam, quoniam is, etsi aduersus omnes hæreses se scribere instituit, multas tamen recenset, quas nullo testimonio scripturæ rejicit, sed suo tantū iudicio, ad quem modum etiam hic lusit fabulam. Nam Tatianorum & Encratitarum errores differens, hunc eorum esse errorem asserit, nullo ad hoc citato scripturæ sacræ loco, qui id euincat, sed mittit nos ad Anselmum in lib. Cur Deus homo, & ad beatum Hieronymum in epistola ad Euagrium, in quibus nil tale reperi, vt ille testatur. Propter quod credo ipsum nec legisse loca illa ad quæ nos mittit. Nam si legisset inuenisset quæ aliquid huic proposito conuincens, libentissimè (vt a se solet) ab illis fuisset mutuatus. Nam in refellendis alijs

Encratita.

A alijs hæresibus vbi apertissima sunt contra illas testimonia, mirum quàm molestus citator est, omnia quæ potest testimonia vndelibet adducens. Hic tamen vbi maximè opus esset aliquo scripturæ testimonio, ne illi videretur deesse, mittit nos ad alios. Verùm etsi nulla sit pro hoc errore refellendo aperta scriptura, non ideò non est censenda talis assertio hæretica: quoniam efficacissimum est testimonium (vt longius suprâ disseruimus) omnium sacrorum doctorum concursus de aliqua re sententia. Non enim est possibile, vt omnes concorditer errent, qui vt nos non erraremus, à Deo missi sunt. Sic enim ait Paulus in ea quæ est ad Ephesios epistola: Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios verò euangelistas, alios autè pastores & doctores, ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in edificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatem fidei. Ad quid autem eos dederit, subiungit dicens: Vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vèto doctrinæ, in nequitia hominū, in astutia ad circumventionem erroris. Vides qualiter ex Pauli sententia dati sunt à Deo doctores, vt non circumferamur omni vento doctrinæ ad circumventionem erroris. Quapropter fieri nequit vt omnes concorditer errent, qui ne alij errarent, missi sunt. Omnium autè sacrorum doctorum concursus est sententia, Adam fuisse saluum, fuisse quæ ex eorum numero, quos Christus ad infernum descendens (iuxta Zachariæ vaticiniū) eduxit vincetos qui erant in lacu. Sed ne hoc gratis & sine vlla coniectura dixisse videamur, beatus Irenæus lib. 3. aduersus hæreses repetens iterum hūc Tatiani errorem, aliquas easque elegantes adducit contra eum persuasiones: quas etsi ex aperta scriptura non colligat, optimè tamen ex ea conijcit. Has ergo non dedignabor huic operi inserere, breuissimè tamen, quum ille vberiore dicendi stylum nactus longius spatietur. Aliquas etiā ex meipso addam, quò res ipsa magis firmetur. Primò ergo omnium id statuere oportet, genus humanum per Christū redemptum saluatumque esse, dicente Paulo: Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Si ergo homo saluatur, oportet vt saluetur is qui primò plasmatus est homo. Non est enim æquum, vt qui primò ab inimico captus est, captiuus adhuc maneat liberatis filijs, quos in captiuitate genuerat. Si enim quispiam ab hoste captus, in captiuitate generet filios, quæ alius miseratus, hoste qui illum cepit, captiuūque tenet, inuadat, expugnetque: is qui hoste inuasit, iniuste faceret, si filios à captiuitate liberaret parentibus in captiuitate manentibus, propter quos hostem inuasit. Cum ergo Adam captus teneretur à dæmone, propter quem Deus carne indutus dæmonem expugnarit, non est vero simile, vt filij Adam liberentur ipso parente manente captiuo, propter quæ dæmonem inuasit, vt pro illo vindictam sumeret. Rufus: Si is qui prior factus est à Deo homo vt viueret, imple retque ex eis (iuxta Prophetam) angelicas ruinas, in ipsa perpetua mansisset morte propter serpentis lationem, nulloque pacto reuerteretur ad vitam, ad quæ & propter quæ creauit eum, iam oporteret dicere Deum quodammodo victum à serpente, cum res successerit iuxta serpentis nequitiam, & non iuxta voluntatem Dei. Deinde si Adam morte perpetua propter peccatū punitur, qualiter Paulus morti insultat dicens: Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Quòd si peccatum Adæ adhuc manet, nec expiatum est vsquæ, necesse est etiā vt maneat stimulus mortis: quoniam (iuxta eundem Paulum) stimulus mortis peccatum est. At nullum aliud peccatum fuit mortis stimulus, quàm peccatum Adæ: quoniam per illud mors intrauit in orbem terrarum. Per vnum hominem, inquit Paulus, mors intrauit in orbem terrarum, eaque non ob aliam causam, quàm propter primum eius peccatum. Peccatum ergo Adæ stimulus fuit mortis. Si ergo Tatianus dicit peccatum Adæ manere, fateatur necesse est stimulum mortis alicubi esse. Malè ergo Paulus morti insultat eam victam esse denuncians.

Eph. 4.

Zach. 9.

1. Cor. 15.

Iul. 109.

1. Cor. 15.

Rom. 5.

Verum hæc Tatianum nihil mouebunt, quoniam inter alias eius insanias vna est, qua Paulo Apostolo detrahit, eum etiam damnatum asserens, quod sit vt nullam eius epistolam admittat. Sed de his infra longius differemus lib. 13. in titulo de scriptura sacra. Præterea non est dubitandum, Deum carne indutum pro homine congressum fuisse cum dæmone, eumq; vicisse: quod præter alia scripturæ testimonia illud ostendit, vbi Dominus parabolicè (vt assolet) loquens ait: Cùm fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet. Si autem fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. Qua parabola manifestè suum de dæmone triumphum ostendit, quod ex præcedentibus manifestè conuincitur. Nam quum à Iudæis obijceretur illi, quòd in Beelzebub principe dæmoniorum eiecisset dæmonium illud quod erat mutum, respondit se in digito Dei, cui cuncta subsunt, eiecisse dæmonium: pro cuius confirmatione hanc assumpsit parabolam. Christus ergo dæmonem vicit, armaque illius atque spolia abstulit. Primum autem diaboli spoliū primaq; eius possessio fuit Adam, què tenebat captiuum sub sua potestate. Vt ergo victus clarè agnoscat diabolus, hæc præcipua sunt spolia quæ ab eo capienda sunt, propter quæ bellum tam durum commissum est. Semper enim insultaret inimicus, si vetera illa spolia mansissent apud eum. Præter hæc omnia, valde nostrum propositum roborat illa peccati Adæ punitio, ex qua colligi apertè potest quid illi in posterum Deus decernat: quoniam puniens Deus Adam, nõ ita eum maledixit, vt vocaretur maledictus, quemadmodum hi qui eterno igni destinati sunt, sed terram maledixit in operibus eius, in punitiõnem illi infligens tædia, & terrenum laborem, & comedere panem in sudore vultus sui, & conuerti in terram ex qua assumptus est. Similiter etiam mulier punita est per tædia, labores, gemitus, tristitias, dolores partus: hoc autè dispensatiuè à Deo factum est, vt neque maledicti à Deo in totum perirent, neq; sine punitiõne viuentes Deum contemnerent. Omnis autem maledictio in serpente peruenit, qui eos seduxerat: vnde dixit Deus serpenti: Quoniam fecisti hoc, maledictus tu ab omnibus animantibus, & ab omnibus bestijs terræ. Similiter quum postea Cain peccaret fratrem suum occidendo, maledictionem accepit à Deo, quoniam ad se peccatum attulit, neq; Deum reueritus est. Nam interrogatus à Deo vbi esset Abel frater eius, respondit se nescire, quasi posset frustrari Deum. Et vt ipsam irreuerentiam auget, quasi eum quadam animi indignatione ait: Nunquid custos fratris mei sum ego? In Adam nihil tale euenit. Ab altero seductus est, nempe à muliere: mulier autem à serpente. Postquam peccauit, statim timore ac tremore concutitur, absconditurq; non vt credat se posse frustrari Deum: sed mente confusus, præ rubore & verecundia mali commissi, nõ audet venire in conspectum & in colloquium eius. Initium autem sapientiæ timor Domini. Cognitio verò peccati maximè ad pœnitentiam stimulat, pœnitenti autem Deus peccata dimittit. Adæ ergo peccatum dimissum est, quoniã ex facto pœnituisse eum conijcitur. Folijs siquidem ficulneis, quæ delectationem nullam præstant, sed quodammodo mordent ac pungunt, corpus contexit, cū tamen alia plurima essent folia blandiora, quæ minus corpus eius affligere potuissent. Atque idèò nullam in se portat maledictionem, quoniam Deus pœnitentiam, quam acturus erat pœnitentiam. Quòd autem illa sint pœnitentiæ signa, inde conuincitur, quòd statim Dominus per illud flectitur ad misericordiam, tunicas pelliceas pro folijs ficulneis eos induens. Atque (vt solenne est Deo peccatorem ad pœnitentiam stimulare, stimulatūque in melius prouehere) Adam quem mète compunctum vidit, postquam eum eiecit de paradiso, noluit eum longè à paradiso habitare, sed è regione paradisi (vt ait scriptura) eum posuit, vt per aspectum, & continuam loci memoriam, vnde propter peccatum eiectus fuerat,

A fuerat, maior illi continui doloris suggeretur occasio. De hac re nullam ecclesiæ in Concilio factam definitionem inuenio, quod tali (vt opinor) euenit causa, quoniam tunc eo tempore quo pestis illa orta est, saeuiente persecutione imperatorum, Concilia non potuerunt congregari vsq; ad tempus Constantini maioris, sub quo pax data est Ecclesiæ Dei. Cùm autem post Tatianum à nullo reperiretur errorem hunc fuisse suscitatum, præterquam à Seuero eius discipulo, a quo Seueriani dicti sunt, hæc, vt arbitror, fuit causa, vt in concilijs quæ logo post tempore celebrata sunt, nihil de hoc errore definitum sit. Post primam huius operi ædificationem, reperi apertum scripturæ sacre testimoniū ad hanc hæresim reuincendam, quod nunc addere oportuit. Nam Sapiens de diuina sapientia loquens, ita ait: Hæc illum, qui primus formatus est à Deo pater orbis terrarum quū solus esset creatus, custodiuit, & eduxit illum à delicto suo. Quæ verba satis apertè docent Adam fuisse saluum.

B Secundus de hac re ortus est error, asserens Adam post peccatum perdidisse imaginem Dei. Hunc errorem tribuit Origeni Epiphanius episcopus Salaminae in quadam epistola ad Ioannem episcopum Hierosolymitanum, quam beatus Hieronymus è Græca in Latinam linguam vertit, quæ & idèò inter epistolas beati Hieronymi continetur, tomo earum secundo. Quis autem hic fuerit Origenes, non oportet longam enarrare historiam, cū nomen illius adèò celebre sit, vt toti penè orbi innotescat, quapropter de eo tacendum censui. Qui autem eius gesta ad plenum nosse cupit, legat Eusebium Cæsariensem in Ecclesiastica historia lib. 6. quæ ferè integrum in hac consumit narratione. An autem propter hunc & alios errores, de quibus suis locis dicetur, censendus sit hæreticus, an nõ, longa ab aliquibus texitur quæstio. Rufinus siquidem aduersus Hieronymum pro Origine olim egit causam. Ioannes Hierosolymitanus episcopus contra Epiphanium Salaminæ vrbis in Cypro episcopum Origenem tuebatur. Extat etiam Pamphili martyris (modò titulus verus sit) pro Origene apologia, quam Rufinus presbyter Latinam fecit. Deniq; Ioanes Picus Mirandulanus, vir non minus pius quam doctus & eloquens, inter multas conclusiones quas disputandas ac defendendas Romæ suscepit tempore Innocentij papæ huius nominis octauij, hanc vnam miscuit: Magis pium est credere Origenem fuisse saluum, quam damnatum. Quam conclusionem cum aliqui vel hæreticam cum alijs duodecim explodere vellent: pro huius & aliarum duodecim defensione luculentam composuit apologiam. Post tot illustres viros ego nihil definire audebo, quoniam id temerarium esset, maximè cū res sit valde dubia. Illud tamen dicam, me scilicet de Origene & de cæteris quibuscunq; id sentire, quod seiuero catholicam ecclesiam sentire. Cū ergo iam de persona dictum sit, superest vt de errore discutiamus. In primis illud mihi dubium est, an Origenes senserit hominè per peccatum aliquid de sua substantia perdidisse, an solum qualitates animæ aliquas, vel, vt sub alijs verbis dicam, an imaginem perdiderit, an solum similitudinem. Nam Victorinus Afer, à quo Hieronymus Rhetoricam didicisse fertur, in ea disputatione quæ aduersus Arium scripta, lib. 1. edisserens illud Genes. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, sic ait: Aliud igitur est iuxta imaginem esse, quod quidem substantia est: aliud autem iuxta similitudinem esse, quod non est substantia, sed in substantia nomen qualitatis declaratiuum. Sed sicuti Deum, sic & imaginè, hoc est, Christum substantiam accepimus, perfectionem autem iuxta quale significatiuum intelligimus: & si simile quale significat necessariò, quomodo dicimus animam rationalem esse, & perfectè rationalem iuxta similitudinem perfectionis in Deo? Perfectam ergo esse animam iuxta imaginem, nunc, & in mundo: iuxta similitudinem autem, postea fide in Deum & in Iesum Christum, qualis esset futura si Adam nõ peccasset. In quo igitur rationalis est, ad rationem iuxta ima-

xtra imaginē est, in quo futura perfecta est secundū similitudinē. Hactenus Victorinus. Ex quibus verbis patet (secundū eum) imaginē maximē distare à similitudine, Adamq; similitudinē perdidisse, non autem imaginem. Hanc eādem *Eucherius.* imaginis & similitudinis differentiā assignat Eucherius Lugdunensis episcopus, vir certē non minū doctrina q̄ sanctitate clarus, qui lib. i. super Genesim exponens eundē scripturæ locum, sic ait: Inter similitudinem & imaginē hoc interest: Imago Dei, omnium: similitudo, paucorum. Hæc nanque imago Dei ab excellentia diuinæ similitudinis distat, quod imago Dei anima peccatrix esse non desinit: ad Dei autem similitudinem, nisi anima sancta fuerit, non perueniet: quia illa anima creata est per naturam, hæc dabitur consummari per gratiam: quoniam si nihil aliud est imago Dei, quā mens naturaliter animæ humanæ collata, quid aliud erit similitudo, nisi feliciter beatitudo conferenda? Et ideo quidem est magnum, quod hominis mens facta ad imaginē data sit in natura, cuius priuilegio carent animalia cætera: sed illud est multo præstantius, quod ei similitudo danda sit sui creatoris in gloria, ut ibi sit suo creatori similis, ubi erit sanctis angelis æqualis. Hæc Eucherius. Si ergo Origenes dicat Adam eundē peccatum perdidisse Dei imaginem, accepto imaginis nomine iuxta eam quam prædiximus significationem, ut imago in natura consistat, manifestus est error, iusteq; eum ob hanc causam accusat Epiphanius: quoniā de dæmonibus, quorum peccatum multo fuit grauius, dicit beatus Dionysius Areopagita, naturalia in eis mansisse integra: quanto magis id factū esse in homine putandū est? Rursus, si peccatum aliquid subtraheret de natura crebrentibus peccatis, tandem aliquando ipsa peccata totam animę consumerent naturam, quod nefas est dicere. Testimonia scripturæ, quæ pro hac re Epiphanius adducit, mihi parum videntur ipsius propositum roborare, quamuis ille iacet se pro tribus testimonijs, quæ Ioannes Hierosolymitanus petebat, septē *D* testimonia protulisse: quoniam omnia testimonia quæ ex scriptura ille citat, præter vnum & alterum, solum probant hominem primò ad imaginē Dei factum aut conditum: quod autem post peccatum in ipsa permanferit imaginē, hoc nunquam exprimunt, præter vnum ex Apostolo Paulo, & aliud ex Psalmis, quæ etiam fortē non conuincunt, quamuis vehementer persuadeant. Testimonia autem eius hæc sunt. In Genesi legitur: *Gen. 5.* Vixit autem Adam centum triginta annis, & genuit filium ad imaginem & similitudinem suam, vocauitq; nomen eius Seth. Hoc testimonium nihil conferre proposito, est adeò apertū, ut non sit opus refellere: quoniam ibi dicitur Seth fuisse genitum ad imaginē & similitudinem Adæ, non autem ad imaginem & similitudinem Dei. Neque etiam Adam iuxta similitudinem Dei filium gignere poterat, retenta illa, quæ *Gen. 9.* supra posuimus, similitudinis significatione. Secundum testimonium est ex libro eodem sic dicens: Ne comederitis carnem, ego enim viciscar sanguinem vestrum de manu omnis hominis effundentis illum, quia ad imaginem Dei feci hominem. Ex hac autoritate nihil apertē conuincitur, nisi hominem ad imaginem Dei factum, non autem in ea perseuerasse. Idem etiam penitus sonat testimonium ex sapientia Salomonis: Creauit Deus hominem inextermabilem, & ad imaginem similitudinis suæ creauit eum. Neque aliud etiam *Sap. 2.* probat testimonium ex epistola beati Iacobi dicētis: Lingua inquietum malū, plena veneno mortifero: in ipsa benedicimus Deum & patrem, & in ipsa maledicimus homines, qui ad imaginem & similitudinē Dei facti sunt. Quod autem hæc autoritas homines dixit, non hominē, videtur ex illa colligi, non solū Adam, sed ceteros homines post peccatū genitos, factos ad similitudinē Dei. Cui responderi posset, alios homines tunc dici esse factos, quia tunc ille plasmatus est, à quo omnes erant deducendi. Neq; hunc modū loquendi horrent *Gen. 2.* sacræ literæ. Nam in Genesi legimus post perfectam mundi fabricam secundū

A specierum & formarum diuersitatem: Hæ sunt generationes, quas fecit dominus in die quo creauit Deus cœlum & terram. Tūc enim omnes generationes factas esse asserit scriptura, cum tamen postea per dierum volumina & successus factas esse referat, quasdam primo die, aliquas secundo, & sic vsq; ad septimum diē. Dicuntur tamen omnes creaturæ factæ in die quo creauit Deus cœlum & terram, quia illo die facta est vniuersalis massa ex qua omnes corporeæ substantiæ deriuatæ sunt. Ad quem modum posset etiam dici, quamuis aliquantulo coactius omnes homines tunc dici esse factos, quando Adam factus est: nam tunc sicut ipsum Adam, sic etiam ceteros omnes ad imaginem Dei factos esse. Illud autem *Psal. 38.* In imagine pertransit homo, sed & frustra conturbatur, atq; illud Pauli in prima ad Corinthios epistolā, Vir non debet velare caput, quia imago & gloria Dei est: hæc duo magis videntur, quoniam non solū ad primum hominem ferri quouis modo possunt, sed de quocunq; homine dicta esse constat. Verū imaginis nomen non semper scriptura capit iuxta eā differentiam quam supra posuimus, ita ut imago semper tribuatur nudæ naturæ: sed aliquando iuxta animæ qualitates: ut patet in epist. ad Coloss. Expoliantes *Coloss. 3.* vos, inquit Paulus, veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum, qui renouatur in agnitionem secundum imaginem eius qui creauit illum. Ex quo loco manifestē patet hanc esse datam à Paulo differentiam inter veterem & nouum hominem, ut vetus homo qui ad peccatum pertinet, nō habeat imaginem Dei, quia scilicet bonitate caret, nouus autem homo, qui ad gratiā per Christum recuperatam pertinet, gerat Dei imaginem. Iuxta quod oportet ut ibi imago non solum consistat in nuda animæ substantiā, sed in gratia etiam, per quam homo deiformis fiat. Et *Ambro. super epist. Pauli,* exponens hunc locum ex epistola ad Coloss. proximē citatum, sic ait: Imago hæc in conuersatione bonæ vitæ intelligenda est, sicut dicit ad Corinthios in epist. i. Quemadmodum portauimus imaginem eius qui de terra est, ita & portemus imaginem illius qui de cœlo est. Ipse est ergo creator hominis, cuius imaginē portare nos iubet in sanctitate & bonis operibus, quæ de filij Dei agnitione descendit. Hæc *Ambrosius.* Ex quibus manifestē colligitur, imaginis nomen non solum capi in literis sacris iuxta id quod in natura situm est, quod etiam nunquam perditur: sed aliquando etiam capi iuxta quasdam animæ qualitates. Quod si fortē ita Origenes cepit imaginis nomen, ut imaginem pro similitudine vsurparet: quis non videt ibi nullam esse hæresis suspitionem? Hæc tamen dixi, nō ut quisquam putet me partes Origenis sumere velle. Nam fateor me de Origenis eiusq; doctrina sentire id quod sancta mater Ecclesia sentit. Propter quod firmissimē hoc assero, si Ecclesia alicubi de hac re censuit, id esse tenendum. Verū non reperio aliquem qui hoc impingat Origeni, præter vnum Epiphaniū. Nam Theophilus Alexandrinus episcopus, qui in libro illo suo, cui Paschalis nomen indidit, Origenis errores recenset, nullam de hoc facit mentionē. Beatus etiam Hieron. cum in pluribus locis de erroribus Origenis mentionem faciat, nusquam huius meminit. Quod fortē ideo factum puto, quod verba illa quæ Epiphanius Origeni tribuit, etiam si in libris Origenis reperirentur, aliquem pium & catholicum pariebantur sensum, quem videlicet proximē retulimus. Sunt tamen aliqui zelo, & nō secundum discretionem impulsī, qui omnē illud quod à sensu suo abest, statim hæresim esse clamant, & qualis fortē fuit Epiphanius, ut ex illa eiusdem epistola superius citata facile est cognoscere, quoniam ibi testatur se rupisse velum quoddam quod in templo reperit, hæc sola occasione, quod imaginem Christi, aut alicuius sancti gerebat in se. Nam testatur se non meminisse cuius fuerit imago, asseritq; esse contra scripturam sacram, imaginem cuiuscunq; hominis in Ecclesia pendere. Hoc tamen an ita se habeat, vel parum doctus potest intelligere, & inferius in titulo Imago, nos

amplius differemus. Sunt tamen multi, qui multa ab alijs exigunt, quae tamen ipsi non praestant: & qui multa per indulgentiam condonant amicis, & sibi condonari volunt, qui tamen in alios duram faciunt censuram. C
Ergo Epiphanius aliqua habeat in quibus indulgentia sit opus, iustum erat ut ipse etiam per indulgentiam aliqua condonaret Origeni, & non semper se illi exhiberet Catonem.

Tertius error in hac materia exortus est, quo docetur Adam & Euam si permanissent in iustitia, non coituros unquam, nec humanam speciem per commixtionem propaganda. Hic error ab Armenis inuenitur, ut testatur Guido Carmelita in sua summa de haeresibus. Nam hic est apud eum undecimus error Armenorum. Hi Armeni Asiam incolunt, in ea parte quae est inter Taurum & Caucasum montes sita. Horum patria Armenia dicta à Capadocia usque ad Caspium mare potenditur. Hi Armeni cum primum catholicam fidem fuissent edocti: tandem veram fidei regulam dimittentes in multos errores prolapsi sunt. Proprium habent primatem, quem catholicum appellant: huic velut summo pontifici obediunt. Romanum siquidem antistitem contemnunt, dicuntque eum non esse caeteris superiorem. Quo autem tempore, aut quam ob causam ab Ecclesia defecerint, mihi hucusque non est notum. Hoc certum est, tempore Philastri Brixienis episcopi, atque tempore beati Augustini, eos ab Ecclesia nondum fuisse separatos, quonia vterque istorum, haeresim auctores recensens, nullam de Armenis fecere mentionem. Quod autem ego ex pluribus conijcere possum, verisimile est Armenos fuisse ab Ecclesia separatos propter decreta Concilij Chalcedonensis sub Leone primo & Martiano imperatore celebrati: quoniam in eo Concilio damnati sunt Eutyches abbas Constantinopolitanus, & Dioscorus Alexandrinus episcopus, illius imitator. Armeni autem his haeticis fauentes, decreta Concilij Chalcedonensis recipere contempserunt. Inter alios ergo Armenorum errores is vnus est, quo asserunt Adam & Euam nunquam carnali copula iungendos, si in statu illo, in quo illos Deus condidit, permanissent: humanam speciem aliter propagandam asserentes. Hunc errorem suscitauit postmodum impius Almaricus, ut testatur Bernardus de Luzemburgo in suo catalogo haeticorum. Nam apud alium neminem errores istius inuenio. Quamuis enim in lib. Epistoliarum decretalium, titulo de summa Trinitate & fide catholica, condemnetur praefatus Almaricus cum suis erroribus, nullus tamen ibidem illius error recitatur, nec glossa ibidem aliquid addit. Itaque Almaricus Parisiensis doctor, qui tempore Innocentij tertij fuit ab eodem in Concilio Lateranensi damnatus, Armenis in hac parte consentit eorumque; auget insaniam: quoniam non solum in illo statu negat copulam carnalem, verum etiam sexuum differentiam nullam, fuisse futuram asserit. Hoc autem vltimum adeo manifesta est insania, ut non sit opus eam oppugnare. Nam Genesis primo legitur: Creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam, ad imaginem Dei creauit illum, masculum & foeminam creauit eos. Nec potest dicere illam sexus differentiam esse post peccatum, quum dicat, masculum & foeminam creauit eos. Hoc etiam clarius exprimitur a Christo redemptore nostro, qui apud Matthaeum ait: Non legistis, quia qui fecit ab initio, masculum & foeminam fecit eos: sed quoniam non dicit eos fecisse masculum & foeminam ab initio, necessarium est Marcum etiam citare, qui haec clarius expressit dicens: Ab initio autem creaturae masculum & foeminam fecit eos Deus. Iam de altero communi istorum errore discutiamus. Primo quidem eorum fundamentum inualidum est. Nam idem Armeni in statu illo negant copulam futuram, quia nuptias illicitas esse putant, earumque usum dicunt esse peccatum. Hoc quam falsum sit, inferius Deo duce ostendemus. Quod ergo asserunt de copula carnis minimè futura in illo statu, conuincitur esse falsum, ex eo quod

dici-

A dicitur in Genesi. Postquam enim Deus creauit Adam & Euam ad imaginem suam, atque masculum & foeminam eos fecit: statim benedixit illis, & ait: Crescite & multiplicamini, & replete terram. Verum quia dicunt genus humanum aliter quam per coitum multiplicandum: forte alicui videbitur hunc locum non multum eos vigere: idem aliunde petamus arma. In eodem libro immediate postquam Eua describitur ex latere Adam formata, verba ipsius Adae subiunguntur dicentis: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Hae ^{Gen. 2.} vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est. Quamobrem relinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit uxori suae, & erunt duo in carne vna. Hæc autem verba dicta sunt ab Adam antequam peccaret, ut patet ex historiae decursu. At nusquam vir & vxor fiunt vna caro nisi per coitum, per quem fit se minus mixtio ad vnum hominis corpus generandum. Si verò dicant idem Adam & Euam dici vnam carnem, quia caro Euae sumpta est ex carne Adae: qua ergo ratione vir qui nunc est cum vxore sua, dicitur vna caro, cum caro vxoris non sit repetita ab illo? An fortè verba illa Adae tanquam ad solam Euam dicta, sic erunt accipienda, ut ad posteros coniuges nullo modo referantur? Absit: quoniam per illa verba Deus pharisæos conuincit, ostendens non licere dimittere vxorè, nisi causa fornicationis: quod non faceret, si verba illa Adae non essent ad omnes coniuges referenda. Præterea Adam nec patrem neque matrem habuit, sed ex terra formatus est à Deo. Ergo illa verba Adae non ad ipsum Adam, sed ad alios referri debent, cum ait: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, &c. Quod si, ut necessarium est, fatentur illa verba Adae ad omnes posteros applicanda, dicuntque idem virum quemlibet esse vnam carnem cum vxore sua, quia licet caro vxoris non semper sumatur ex carne sui viri, sufficit tamen ut olim in primis parentibus sic factum fuerit, quoniam ad eorum imagines reliqui facti sunt: hac ergo ratione erit etiam quilibet vir cum qualibet foemina vna caro, cum quilibet foemina ad imaginem primæ sit facta, quæ ex latere viri sumpta fuit, quod absurdum est fateri. Eadem etiã lege erit fatendum Adam & Euam ante copulam fuisse vnam carnem, quod tamen ex eiusdem verbis patet non ita esse. Nam formata ex eius latere Eua, statim in hæc verba prorupit: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suae, & erunt duo in carne vna. Nō enim dixit, sunt duo in carne vna, sed erunt, inquit, duo in carne vna. Quod si nulla alia re esset opus, ut vna caro efficerentur, dicturus erat: Et sunt duo in carne vna. Cum ergo dixit, erunt duo in carne vna, significauit aliquam aliam rem esse necessariam, nempe coitum, ut caro vna dicantur vir & vxor etiam post primam coniunctionem animorum verbis expressam, per quam solam coniuges fiunt. Nam de coniugibus animo coniunctis loquitur Adam quando ait: Et erunt duo in carne vna: quod patet ex eo quod prius dixerat: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suae. Et postquam iam expresserat nomen vxoris, subiunxit: Et erunt duo in carne vna. Quod si quis adeo insaniat, ut pro hac defensione dicat Adam inconsideratè fuisse locutum: attendat illa non tantum esse verba Adae, sed verba Dei per os Adae loquentis: Hoc autem manifestum euadit ex his, quæ apud Matthaeum Christus retulit. Nam pharisæis quærentibus an liceret homini dimittere vxorem suam quacunque ex causa, respondit: Nō legistis, quia qui fecit ab initio, masculum & foeminam fecit eos, & dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suae, & erunt duo in carne vna: itaque iam non sunt duo, sed vna caro. Vides ex verbis Saluatoris, qualiter is qui masculum & foeminam fecit eos ab initio, hoc est, Deus, dixit: Propter hoc, &c. Vnde Theophylactus super Matth. ait: Quomodo autem in Gen. scriptum est, Adā dixit: Propterea deseret homo patrem suum. Hoc autem dicit Christus, Deus dixit: Propterea deseret homo, ac caetera. Dicimus igitur quod

& id quod Adam dixit, ex Deo dixit: atque ita sermo Adæ, Dei est. Igitur quia vna caro facti sunt, & propter coitum & naturalē amorē cohærentes, sicut impium est suā carnē diuidere, ita & cōiuges diuellere. Hæc Theophylactus. Ex quibus patet verborum consonantia: quoniā sermo ille tribuitur Adæ, tanquā instrumento: Deo autē tanquā artifici, aut linguæ illius motori. Patet etiam ex verbis Theophylacti, tunc virum & vxorē dici vnā carnem, quando scilicet per amorem & per coitū carnalē copulantur: quod ex ipsis etiam scripturæ verbis apertē cōuincimus. Nam in priore epistola ad Corinth. Paulus ait: An nescitis quoniā qui adheret meretrici, vnū corpus efficitur? Et ūt, inquit, duo in carne vna. Ex quibus Pauli verbis apertē conuincitur, per coitum solū virū & fœminam fieri vnā carnem, non tantū in coitu coniugum, verū etiam in fornicario. Propter quod meritō doctores desiniunt ex fornicario etiā coitu oriri affinitatem veram, ad eō vt illa etiā efficax sit censenda ad impediendū contractū matrimonij iuxta ecclesiasticas sanctiones. Taceant ergo Armeni insanientes, & Ecclesiæ catholicæ obediant.

1. Cor. 6.

Pelagius.

Gene. 2.

Eucherius.

Rom. 5.

Rom. 8.

Quartus, qui in hac materia repertus est error, à Pelagio monacho suscitatus est. Hic enim dixit (vt ait beatus Augustinus in lib. de Hæresibus ad Quod vult Deum) quod Adam foret mortuus etiam si non peccasset, & quod mortuus est non ex culpæ demerito, sed ex conditione naturæ. Hic Pelagius ex magna Britannia oriundus, monachusq; existens in partibus Orientis, tandē in patriam reuersus, postquā errores suos alibi etiā sparserat, totam penē patriam suo infecit errore. Quum autē Angli pro hac re fauorē & auxilium pererent à Gallicanis Episcopis, eō quod clarior apud eos esset doctrina, Germanum & Lupū episcopos & fratres (vt ait Beda in libro de ratione temporum) catholicæ fidei defensores accipiunt, qui antistites insulam ab hæresi Pelagiana expurgarunt, eam confirmantes in fide & verbo veritatis, & miraculorum signis. Vixit sub Honorio & Theodosio iuniore. Contra hunc Pelagiū fuerunt duo Concilia celebrata, vnum Carthaginensē, & aliud Mileuitanum. Inter alios ergo huius Pelagij errores is vnus numeratur, quo asserit Adā mortuum non propter culpam, sed ex naturali conditione qua conditus est, in qua etsi mansisset, nec à Dei mandato recessisset, nihilo minus (vt ille ait) moreretur. Hic autem error ex eo fortē videbitur alicui conuinci posse, quod dicitur in Genesi: In quacunque die comederis, morte morieris. Signū est ergo quod si non comediſſet ex ligno vetitō, non moreretur. Cui argumentationi respon debitur, quod etsi collectio illa efficax esset & valida, nihil propositum sumat, quoniam ille scripturæ locus de morte spiritali, quæ est peccatum, intelligendus est, vt optimē conuincit Eucherius Lugdunen. episcopus in libro suo. 1. super Genes. sic enim ait: Mortem dicit animæ, non corporis: quia non eo tempore mortui sunt quando comederunt. Ergo hanc, quam Deus homini minatus est mortem, non eam tantū debemus accipere, qua caro separatur ab anima, sed hanc qua hæc alienatur à Deo, qui est vita sua. Sicut enim corpus viuunt ex anima, ita anima vt beatē viuat, viuunt ex Deo. Ergo deserta à Deo anima, iure dicitur mortua. Ex qua tres postea sequuntur sunt mortes, prima in anima, secunda in carne, tertia in damnatione. Sed vt istæ sequerentur, prima præcessit desertio Dei. Hæc Eucherius. Et eodem modo, hunc locum interpretatur beatus Gregorius in quadam epistola ad Narſi comitem, quæ est decimaquarta libri quinti epistolarum illius. Hoc ergo scripturæ loco præterito, aliud est nobis arma sumenda. Primò ergo hic error clarissimē cōuincitur per id quod ait Apostolus in ea, quæ est ad Romanos epistola: Sicut per vnum hominē peccatum intravit in hunc mundum, & per peccatum mors: ita & in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Et in eadem epistola iterum ait: Corpus mortuum est propter peccatum. Hic scripturæ locus ad eō apertē

Pela-

A Pelagium oppugnat, vt nulla possit ratione ab eo defendi, quoniam in eo clarissimē loquitur de morte, quæ distinguitur à peccato, & hanc dicit fuisse propter peccatum introductam. Rursus Deus, qui mortem non fecit, nec letatur in perditione viuorum (vt dicitur in libro Sapientiæ) creauit hominem inextinguibilem, & ad imaginem similitudinis suæ fecit illum. Si ergo inextinguibilem fecit, ergo in tali naturæ conditione fecit, in qua si perseverasset, non moreretur. Demum ipse ordo rei gestæ circa Adam, ostendit eum in poenam peccati incurrisse mortem. Primò, quia tunicas pellicias illi fecit, quæ fieri non possunt nisi ex animali mortuo, Hæc ergo tunica illi tanquam iam mortuo datur ex pelle animalis mortui. Deinde cum ei maledictio terræ pro pœna infligitur, dicente domino: In sudore vultus tui visceris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua supsus es: quia puluis es, & in puluerem reuertēris. Hoc autem constat illi iniunctum esse propter peccatum. At nunquam homo reuertitur in terram de qua sumptus est, nisi mediante morte: signum est ergo mortem poenam fuisse peccati. Postremò cū Adā eijcitur de paradiso, dicit Deus: Ne fortē comedat de ligno vitæ, & viuat in aeternum. Ex quo videtur per ligni vitæ esum à morte præseruandum. Contra hunc errorem est Concilium Mileuitanum sub Innocentio primo, & temporibus Arcadij & Honorij imperatorum celebratum. In huius siquidem Concilij gestis cap. primo sic dicitur: Placuit ergo omnibus episcopis, qui fuerunt in hac sancta synodo, cōstituere hæc, quæ in præsentī Concilio definita sunt, vt quicumq; dicit Adam primū hominem mortalem factum, ita vt siue peccaret, siue non peccaret, moreretur in corpore, hoc est, de corpore exiret, non peccati meritō, sed necessitate naturæ, ana thema sit. Quum ergo Ecclesia finem huic liti iam imposuerit, non est, quod amplius de hac re disputemus.

5ap. 1.
5ap. 7.

Gene. 3.

Cōcilij Mileuitanum.

B Vinta hæresis de hac re orta est, quæ asserit primos parentes Adam & Euan fuisse cæcos antè peccatum, ac tunc primū eos videre cœpisse, quum de cibo ligni vetiti comederunt. Ad quod asserendum ex eo mouetur, quod post illorum peccatum sacra scriptura refert, oculos eorum fuisse apertos, & sic suam considerasse nuditatem. Quis autem huius hæresis fuerit autor, & quo tempore fuerit orta, mihi non constat: quoniam solum Philastrū huius hæresis meminisse video, qui quum dicat, talem fuisse aliquando ortam hæresim, non tamen expressit, quo tempore aut loco, aut quo autore fuerit orta. Hæc hæresis facillimē conuincitur. Nam antequam illi peccassent, de muliere loquens sacra scriptura, dicit: Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit. Si cæca illa fuisset, lignum videre non potuisset: Vidit, vt sacra retulit scriptura, non igitur fuit cæca. Neq; opus est vt in re tā aperta amplius contendamus. Quod autem pro se adserunt, ex ignorantia procedit: quoniam si rectè (vt deceet) literam illā intelligerent, nullo modo sibi fauere planè agnoscerent. Audiant igitur beatum Augustinum, qui lib. 14. de Ciuitate Dei, cap. 16. interpretatur quomodo illud sit intelligendum, sic inquit: Patebant oculi eorum, sed adhuc non erant aperti, hoc est, non attenti, vt cognoscerēt quid eis indumento gratiæ præstaretur, quando membra eorum voluntati repugnare nesciebant. Qua gratia remota, vt pœna reciproca inobediētia plecteretur, extitit in motu corporis quædam impudens nouitas, vnde esset indecens nuditas, & fecit attentos, reddiditq; confusos. Hinc est, quod posteaquā mandatū Dei aperta transgressione violarunt, scriptum est de illis: Et aperti sunt oculi amborum, & cognouerunt quia nudi erant, & consuerunt folia sici & fecerunt sibi campestria. Aperti sunt, inquit, oculi amborum, non ad videndum: nam & antea videbant, sed ad discernendum inter bonum quod amiserant, & malum in quod ceciderant. Hactenus Augustinus. Ad eundem modum inter-

Gene. 3.

ibidem.

August.

pretan-

pretantur Chrysoſtomus & Eucherius in Commētarijs ſuper Geſenſim, quorum verba in præſentiarum citare nolui, ne in re tam manifeſta testimoniōrum multitudinem velut parum neceſſariam, lector faſtidiret.

Sexta hæreſis eſt, quæ docet Euam cūctarum gentium matrem, non eſſe ex coſta Adæ formatam, prout hiſtoria libri Geſenſis iuxta faciē literæ refert: ſed tunc ſimul Euam à Deo de limo terræ, & non de coſta Adæ formatam eſſe aſſerit, eodem puncto quo Adam de limo terræ formauit. Huius hæreſis autor & primus inuentor fuit Thomas de Vio Caietanus. Quis autem is fuerit quamuis ſit nunc toti orbi notum, quia tamen non ſolis præſentibus ſed etiam futuris ſcribimus, operæ precium fore exiſtimauimus, plenè declarare. Fuit hic Thomas de Vio religioſus ex ordine fratrum Prædicatorū, ex Caieta oriū- dus, quàm ob cauſam vulgò Caietanus nuncupatur. Fuit in Theologia ſcholaſtica tam inſigniter doctus, vt nulli ex his qui ſuo tempore floruerunt, ſecundus fuerit. Ob literarum eminentiam & morum probitatem, communi fratrum ſui ordinis conſenſu, fuit in generalem eiusdem ordinis magiſtrum electus, & inde à Leone. 10. fuit ad præſbyteri Cardinalis dignitatē exaltatus. Quo loco cum per. 20. annos vixerit, nullam tamen (vt cæteris nos eſt) humanorum vitiorum ſiniſtram de ſe opinionem dedit. Multa & varia opera ædidi: ſed multa ſcribenti contigit quod Salomon ait: In multiloquio non deerit peccatum. Nā quamuis multa vtilia ſcripſit, quia tamen ſuo ingenio multū fidebat, in aliquos lapſus eſt errores, e quibus vnus eſt iſte de quo nunc inquirimus, quo aſſerit, Euam non eſſe formatā ex coſta Adæ. Quæ autem ſacra ſcriptura in libro Geſenſis de formatione Euæ narrat, dicit ille non eſſe iuxta literā intelligenda, ſed iuxta myſterium: nō quidē per allegoriam, ſed per parabolā. Somnus enim ille quē dominus miſit in Adā, vt inquit, ſimilitudinem gerit defectus virtutis virilis, vnde naturaliter producit homo: quia homo dormiēs ſemihomo eſt, & ſimiliter principium generans mulierē ſemiuirile eſt, Ablatio coſtæ ex viro ad formandam mulierem quatenus coſta eſt os (vt ait) ſimilitudo eſt diminutionis roboris ex animo viri ob vxorē: quatenus verò eſt coſta, ſimilitudo eſt ſocialis vitæ inter virū & vxorem, ita quòd nec ſuperior viro, nec ſerua viri ſed collateralis eſſet viri. Quatenus autē coſta eſt vna, dicit eſſe ſimilitudinem mini- mi roboris tum corporis tum animi mulieris, & perinde vt proportio virium muliebrium ad vires viriles, ſit quemadmodum proportio vnus coſtæ ad reli- quas coſtas omnes. Reſtitutionē verò carnis pro coſta, dicit eſſe ſimilitudinem repræſentationis quæ ſit viro, dando illi carnalem generationē ac propagatio- nem filiorum, loco diminuti roboris animi ex coniugio. Hæc ſunt quæ ille de hac re docet in Commentarijs ſuper Geſenſim. An autē propter hunc & alios eius errores ille ſit hæreticus cenſendus, an non, aliorum eſto iudicium. Ego ſi- quidem de doctrina in præſentiarum diſſero, non de perſona. Potuit quidē er- rare (vt in primo huius operis libro diximus) & hæreticus non eſſe: præſertim ſi non pertinaci animo ſuæ ſententiæ adhæſit. Hæc iam enarrata aſſertio con- uincitur eſſe hæretica, quia apertè oppugnat ſcripturam ſacram, & totius Ecceſiæ conſenſum, & in illa non ſolum vnus continetur error, ſed plures. Nā (vt Ariſtoteles ait) vno falſo admiſſo, multa deinceps falſa ſequuntur. Primò quidem (prout ego ex illius dictis conijcio) ille ſentit Euam ſimul cum Adam à Deo formatam eſſe. Ad quod dicendum mouetur per id quod ibidem ſcri- ptura ait: Maſculum & foeminam creauit eos. Ex quibus verbis ille colligit ſim- ul à Deo illos fuiſſe formatos. Sed hanc ſententiā apertè oppugnat Sapiens, qui de diuina ſapientia loquens ſic ait: Hæc illum, qui primus formatus eſt à Deo pater orbis terrarum, cum ſolus eſſet creatus, cuſtodiuit, & eduxit illum à delicto ſuo. In quibus verbis, id maximè aduertere oportet, quod ait: cum ſo- lus eſſet creatus. Aliquod ergo tempus, iuxta Sapientem, fuit, in quo ſolus erat Adam

A Adam creatus: quòd ſit, vt non ambo ſimul. Prætereà, Paulus in priore ad Timo- rheum epiſtola ait: Adam primus formatus eſt, deinde Eva. Et certè de hoc er- rore non eſt quòd ampliùs contendamus, quum tam apertè illi ſacra contradi- cat ſcriptura. Ad ſecundū igitur errorem accedamus, quo aſſerit Euam non eſſe de coſta Adæ formatam, vt litera ſacra ſcripturæ in facie ſonat. Contra- rium huius erroris docet Paulus, qui Athenienſibus in medio Areopagi lo- quens, hæc ait: Deus qui fecit mūdum & omnia quæ in eo ſunt, hic cœli & ter- ræ quum ſit dominus, non in manu factiſ templis habitat, nec manibus huma- nis colitur, indigens ali quo, quum ipſe det omnibus vitam & inſpirationem & omnia: fecit quæ ex vno omne genus hominum inhabitare ſuper vniuerſam fa- ciē terræ. In quibus verbis id annotandū eſt quòd vltimò dicit: Fecit quæ; ex vno omne genus hominū. Si Eva (vt iſte aſſerit) non eſt educta de coſta Adæ, con- ſequens eſt, vt non omne genus hominū Deus ex vno fecerit. Et iterū in prio- re ad Corinth. epiſtola eandem ſententiam docet, ſic inquit: Mulier gloria viri eſt. Non enim vir ex muliere eſt, ſed mulier ex viro. Ecce audis mulierem eſſe factam ex viro: nunquā autem alibi legitur ex viro facta, niſi cum Eva fuit ex coſta Adæ formata, ſentit ergo Paulus, iuxta id quòd hiſtoria libri Geſenſis refert, Euam de coſta Adæ fuiſſe formatam. Et Ecceſiaſticus hoc ipſum aper- tiùs oſtendit, qui poſtquam dixerat hominem à Deo de terra fuiſſe creatum, poſtea de muliere loquens, dicit: Creauit ex ipſo adiutorium ſimile ſibi. Præ- terea iuxta illam parabolicam literæ interpretationem quam hæc hæreſis do- cet, nihil proſuſ de formatione Euæ habetur: ſed ſolū modus declaratur quo deinceps aliæ mulieres eſſent generandæ, & cauſa exprimitur, quare potiùs foemina quàm maſculus generetur. Si illo loco, videlicet ſecundo cap. lib. Ge- neſis, ſcriptura ſacra nihil de formatione Euæ diſſerit, quando igitur & vbi Euæ formationem expreſſit, vt nos plenè & clarè diſcere poſſimus materiam ex qua illa formata ſit? Mirum certè eſt quòd Adæ formationem tam apertè de- clarauerit, dicens illum eſſe à Deo de limo terræ formatum, & de Euæ forma- tione nihil proſuſ dixerit: Nunquam ſiquidem ſcriptura quidquam de forma- tione Euæ dixit, præter id quòd habetur in illo ſecundo Geſenſis cap. Si di- cas, de illius formatione tunc diſſeruiſſe, cum primo capite dixit: maſculum & foeminam creauit eos. Fateor quidē tunc de creatione foeminæ & maris dixiſ- ſe. Sed per illa verba conſtare nō poteſt, ex qua materia alter illorum fuerit ef- ſectus, quā ſolum dicit illos eſſe à Deo creatos, non tamen vnde fuerint ab il- lo producti. Nam ob hanc cauſam Moſes cap. 2. hominis formationem clariùs & apertius docere decreuit: quippe qui bene intellexerat non poſſe illam cognoſci per ea quæ primo cap. diſſeruerat. Si dicas tunc de Euæ formatione Mo- ſen tractaſſe, quū ſecundo Geſenſis cap. dixit: Formauit dominus Deus homi- nem de limo terræ, & inſpirauit in faciē eius ſpiraculum vitæ: & factus eſt ho- mo in animam viuentem. Quia enim hæc vox, homo, cōmunis eſt generis, quæ tam foeminam quàm marem ſignificat, fortè inde ſuſpicari poſſe illo loco de formatione foeminæ agi perinde ac maris. At, non ita eſſe vt dicitur, vel ex eo cōvinci poteſt, quòd pro hac voca, homo, Hæbraica litera hoc loco habet, Adā. Vnde colligitur de ſola viri formatione Moſen tunc fuiſſe loquutum. Vbi ergo Euæ formationem docuit Moſes, ſi tunc non docuit quando illam de co- ſta Adæ formatam eſſe dixit? Vel quomodo Thomas de Vio ſcire potuit Euā perinde ac Adam de limo terræ fuiſſe formatam, ſi nunquam hoc ſacra expreſ- ſit ſcriptura? Nam & ſi pluries dicat Adam de limo terræ formatum, nunquam tamen hoc dixit de Eva. Nam in lib. Geſenſis (vt modò diximus) de Adam lo- quitur, & non de Eva. Et Tobias Iunior Deum orans, ait: Tu feciſti Adam de limo terræ, dediſti quæ ei adiutorium Euam. Ecce, audis Adam de limo terræ fa- ctum, ſed non Euā. Et Salomon de primo homine patre orbis terrarū, in lib. Sa- pientia

Sapi. 10.

pietia loquens, sic ait: Eduxit illum de limo terræ, & dedit illi virtutem continendi omnia. Ecce dicit, Adam de limo terræ formatum, de Eva autem nihil tale dicit. Iste ergo qui negat Euam fuisse de costa Adæ formatam, ostendat nobis scripturam sacram quæ apertè nos doceat, illam aliundè fuisse factam, & cedimus illi. Quod cum illa facere non possit, oportet ut ille Ecclesiæ aliud docenti cedat. Rursum, si illo secundo Geneseos capit. ubi dicitur Euam fuisse educam de costa Adæ, scriptura sacra (ut iste dicit) nō tractat de productione Eug, vnde Salomon scire potuit, Adam aliquando fuisse solūm? Et Paulus vnde dicit Adam primum fuisse formatum & postea Euam? Nullus est enim alius sacræ scripturæ locus, vnde hoc Paulus discere potuisset, nisi iste. Deinde, ipsa Adæ verba, quæ, cum formatā vidisset mulierem, dixit, hoc apertissimè ostendunt. Hæc, inquit ille, vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est. Ex quibus verbis constat Adam iuxta rei euentum mulieri nomen imponere voluisse, ut quemadmodum à viro mulier educta fuerat, ita à viri nomine nomen mulieris duceretur. Nam vir Hebraicè dicitur Isc, mulier verò dicitur Isca: quā analogiam si nos sequi vellemus, à viro, vira diceremus. Quod, quia Latinus sermo hanc vocem Vira non admittit, beatus Hieronymus quantum Latini sermonis lex patiebatur, expressit, dicens, virago. His ergo sic prenotatis, opus est diligenter aduertere quid dixerit Adam. Hæc vocabitur virago (inquit ille) quoniam de viro sumpta est. In quibus verbis nomen mulieri imponens, illius etymologiam, & deriuationis rationem expressit. Nam Isca ab Isc deducitur: causam verò quare tale nomen mulieri tribuerit, statim reddidit, dicens: Quoniam de viro sumpta est. Præterea, liber Geneseos historicus est, & ideo quæ ibi dicuntur iuxta historiam in faciem literæ sunt intelligenda. Nā et si in sacris historijs ea quæ gesta narrantur, mysteria alia sub literæ cortice sapè contineant, semper tamen in illis veritas historiæ prius iuxta grammaticam significationem accipienda est, deinde quarendus est mysticus sensus. Nisi forte in ipsomet historiæ contextu scriptor expressè moneat parabolicum esse quod refert, tunc enim ipsemet antor cogit nos dicta sua parabolicè intelligere. Tale est illud quod in libro Iudicum dicitur de lignis quærentibus sibi regem, quod postquam Ioathan dixerat, statim ostendit fuisse ab eo parabolicè dictum, cum parabolam ipsam declarauit. At cum liber Geneseos historicus sit, & nullam in hoc loco de parabola admonitionem faciat, conuincitur hæc omnia de Euæ formatione non esse parabolicè accipienda. Accedit ad hæc, concors omnium sacrorum doctorum sententia, quæ (ut in primo huius operis libro cap. 7. docuimus) tanti est momenti, ut pro Ecclesiæ definitione sit tenenda. A Christo autem nato vsq; in hodiernum diem omnes fideles concorditer senserunt Euam cunctarum gentium matrem, fuisse de costa Adæ formatam. Et quia sic omnes sensisse res est manifestissima, decreui illorum pro hac re testimonia non adferre, ne in re minimè necessaria cartas implerem, & nimia prolixitate lectorem onerarem. Si quis autem aliquorum pro hac re testimonia desiderat, ostendam illi loca vnde capere possit. Aug. lib. 9. super Genesim ad literam cap. 19. & lib. 12. de ciuit. Dei, cap. 21. Chrysof. homilia. 15. super Gene. Grego. lib. 30. moralium cap. 24. Theophylactus super Paulū ad Ephe. 5. & prima ad Corint. 11. Anselmus super eadē Pauli loca. Eucherius super Gen. cap. 20. & 21. Petrus Lombardus. 2. sententiarum dist. 18. Et omnes scholastici Theologi qui post Petrū Lombardū scripserunt. Neq; apud solos fideles Christianos hæc semper est recepta doctrina, sed etiam apud doctos Iudæos. Nam Iosephus Iudæus vir quidem Hebraicè & Græcè doctissimus lib. 1. de antiquitatibus, cap. 2. de hominis productione differens, sic ait: Vidēs autē Deus Adā non habentem societatem ad fœminam neque cohabitationem, cū vtiq; non esset delectatus ut in alijs animalibus quæ copulata videbantur, vna die eo dormiente,

A miente, auferens costam eius, finxit ei mulierē: & Adam sibi coniunctā cognouit de se fuisse plasmam. Isca verò Hebraica lingua mulier appellatur. Hæc Iosephus. Miror ergo tantam esse huius Thomæ Caietani audaciam, ut contra omnium Christianorū & Iudeorum cōcordem sententiam docere non vereatur, quasi ille solus, reliquis omnibus cæcutientibus, veritatē ipsam intelligere potuerit. Misera igitur Ecclesia, quæ per tot secula in tanto errore permanferit, ut non intelligeret quo pacto fuerit Eva formata. Scilicet expectandus erat Thomas de Vio, cui soli huius rei intelligentia fuerat à Deo seruata, ut per illā Ecclesia ab errore, quo haftenus fuerat infecta, reuocaretur. Si hoc ita esse credidit, oportebat ut aperta miraculorum operatione tam nouam doctrinam confirmaret, quatenus nos illi obnoxios faceret. Et crederemus hoc esse illi à Deo reuelatum. At cum nullum tale miraculum in huius nouæ doctrinæ testimonium fecerit, etiā si nihil aliud esset quo tale dogma reuinci possit, sola nouitate viris doctis displicere debuisset. Adde, quod hæc assertio à viris sanctis ante multos annos fuit hæreseos nota signata, & hæretici ab illis cēsentur qui tali adhæserint sententiæ. Beatus Hieronymus super epistolam ad Philemo. interpretans locum illum ex libro Exodi: Credidit populus Deo, & Moyse seruo eius, sic ait: Vna atque eadem credulitas in Moyse refertur & in Deum: ut populus qui credebatur in dominū, æquè credidisse dicatur in seruū. Hoc autem non solum in Moyse, sed in omnibus sanctis eius est: ut quicumq; credidit Deo, aliter eius fidem recipere non queat, nisi credat & in sanctos eius. Nō est enim in Deum perfecta dilectio & fides, quæ in ministros eius odio & infidelitate tenuatur. Quod autem dico, tale est. Credit quispiam in conditorē Deū, non potest credere, nisi prius crediderit de sanctis eius, vera esse quæ scripta sunt: Adam à Deo plasmatum, Euam ex costa illius & latere fabricatā: Enoch translatum, Noë naufragi solū orbe seruatum. Et postquam multa alia similia opera retulit, tandem subiungit. Hæc & cætera quæ de sanctis scripta sunt, nisi quis vniuersa crediderit, in Deū sanctorum credere non valebit. Hæc Hieronymus. In quibus verbis id annotandū est, quod inter illa quæ dicit necessariò credenda esse, miscuit formationē Euæ ex costa Adæ, & si quis hoc non crediderit, illum noti posse in Deum credere, dixit: Denū Innocentius tertius huius nominis pontifex, decernens diuino iure prohibitum esse, plures simul habere vxores, hanc sententiæ tanquā firmissimo fundamento innititur, quod ab initio vna costa in vnam fœminā sit conuersa. Habetur autem hoc Innocentij decretū in cap. gaudemus, extra de diuortijs. Sed opus est ut discutiamus rationes, quibus ad hanc hæresim asserendā Thomas de Vio Caietanus fuit motus, & illas nullius esse roboris ostendamus. Primò quidē obijcit, quod inuitabile absurdum incurritur (verba sunt illius) vel quod Adam fuerit monstrum ante sublatam ex eo costā, vel quod fuerit mancus post sublatā ex eo costā: quorum vtrunq; manifestè est absurdū: nihil autem absurdū in prima rerum productione asserendum esse, confessum est ab omnibus. Et patet sequela (inquit ille) quia si costa illa erat superflua homini, ergo monstruosus homo: Si verò costa illa necessaria erat homini, constat quod illa sublata redditus est homo mancus. Hæc ille. Discutiamus ergo quantum momenti hæc ratio habeat. Si nos cōcederemus Adam ante ablatam ab eo costam esse monstruosum hominem, ille hanc sententiam refellit per hoc, quod communis omnium cōsensus contrarium docet. Sic enim ait: Nihil autem absurdū in prima rerum productione asserendū esse, confessum est ab omnibus. Si hæc argumentatio ex cōmuni omnium cōsensu, tam valida est, ut sola illa ad euincendum sibi fuerit visa sufficiens, suo ipsius gladio illam facillè confodimus. Nam concors omnium sententia est (ut iam ostendimus) Euam de costa Adæ fuisse formatam, Fateatur igitur oportet se errasse, cum contra omnium sententiam dixit, Euam nō fuisse

Exod. 19.

se de costa Adæ formatam. Nam ob eandem causam nos fateri renuimus Adæ C
fuisse monstruosum hominem ante ablatam ab eo costam, quia cōtra communem omnium doctrinam sentire non audemus. Sed tunc ille nos inuadit, vt cogat nos fateri fuisse monstruosum hominem, quia costa illa erat homini superflua, cum non esset necessaria ad humanæ conditionis subsistentiam, aut si necessaria erat oportebit concedere ipsum Adam post ablatam ab eo costam fuisse mancum. Hunc nodum dissoluit beatus Thomas in prima parte, quæstione. 92. artic. 3. dicens costam illam fuisse de perfectione Adæ, non prout erat indiuiduum quoddam, sed prout principium speciei: sicut semen est de perfectione generantis, non quidem vt homo (quia aliàs homo postquam semē fudit, & semine exhausto non esset homo) sed est de perfectione generantis in quantum generans est. Ita etiam costa illa fuit in Adam ad modum seminis, quia fuit materia vnde formāda erat mulier, & sic illa fuit de perfectione Adæ, quatenus ille erat principium totius humanæ naturæ. Sed ille adhuc vrget, dicens: Si non fuit Adam ante costam ab eo ablatam monstruosum principium, quia costa illa in ratione principij erat illi necessaria, saltem oportebit concedere illum fuisse monstruosum hominem, quia in ratione hominis non erat illi necessaria. Neque hoc oportet concedere, sicut nec homo semen habens dicitur monstruosus, quamuis semen illud non sit de perfectione hominis. Nam etsi ad consistentiam indiuidui non sit necessarium, est tamen necessarium ad conseruationem speciei: & hoc satis est ne monstruosus homo dicatur. Quoniam indiuidua non solum id retinent quod ad suam consistentiam est necessarium, sed etiam illud quod est necessarium ad conseruationem speciei. Secundò sic arguit: Postquam scriptura dixerat Adam appellasse cuncta animantia nominibus suis, & vniuersa volatilia coeli, & omnes bestias terræ, statim subdit: Adæ verò non inueniebatur adiutor similis eius. Ex hac littera ille sic arguit: Si secundum litteram hic locus intelligatur, ridiculam inquisitionem significat. In cuius enim mente (inquit ille) verti poterat in dubium, an inter aues inueniretur adiutor correspondens Adæ? Vnde huiusmodi diuina inquisitio introducta à Mose, dicendo: & non inueniebatur, ad hoc introducta est, vt intelligeremus formationem subsequutam mulieris ex costa viri, non esse iuxta sonum litteræ intelligendam. Hactenus ille. O ridiculum argumentum, & ex mero somnio & littera conficta deductum. Sacra siquidem scriptura non dicit Deum quæsiisse inter aues aut bestias adiutorem Adæ, sed solum ait, Adæ non inueniri adiutorem similem eius. Fortè dicet per verba illa scripturam innuere, Deum quæsiuisse adiutorem similem Adæ, quia nihil inuenitur nisi quod prius quæsitum est. Esto, vt iuxta veram & legitimam vocis significationem, quidquid inuentum fuerit prius sit quæsitum, non tamen inde consequens est, vt quod dicitur non fuisse inuentum, sit etiam antè quæsitum. Nam sicut ea quæ non fuerunt quæsitæ, falsò dicuntur iuxta grammaticorum regulas inueniri, ita verè dicuntur non inueniri: quia duo contradictoria de eodem negari nõ possunt. Si scriptura dixisset Deum inuenisse adiutorem similem Adæ, fortè inde colligi posset, Deum quæsiuisse prius tale adiutorium. At, cum dixerit, Adæ non inueniri adiutorem similem eius, nescio qua fronte inde colligere nititur, Deum quæsiuisse adiutorem Adæ. Quòd ergo scriptura post nominatas bestias & aues, ait: Adæ verò non inueniebatur adiutor similis eius, idem est ac si dixisset, Adam non habebat adiutorem similem eius, quamuis aues omnes & bestia: foeminas ex sua specie haberet, quibus posent ad aliorum generationem adiuuari. Et, vt illius argumentationem magis eneruetur, ostendam sacram scripturam non semper vti illa tam exacta vocis significatione: quoniam apud illam multa dicuntur inueniri ab his, qui nullo modo ea quæserunt. Et, vt ex multis vnum & alterum scripturæ locum proferam, David

A David in Psalmo. 118. ait: Tribulatio & angustia inuenerunt me. Certum enim est, tribulationem & angustiam & reliqua homini incommoda, quæ minimè sentiunt, aliquem querere non posse. Nullus siquidem querit, nisi id quod sentire potest, aut ad quod naturalem habet inclinationem. Sed illud est multò manifestius, quod Dominus per Esaiam prophetam de gentibus loquens ait: Quæserunt me qui antè non interrogabant, inuenerunt qui non quæserunt me. Tertiò iterum vt suum errorem nobis persuadeat Caietanus, arguit sic inquires: Accedit ad idem textus Moyfi de sexto die, in quo manifestè scriptum est, Nasculum & foeminā creauit eos. Ex hoc enim quod Moses scripserat mulierem creatam esse sexto die, & postea translato homine in paradysum, describit eam ex costa viri formatam, aditum intelligendi huiusmodi formationem ex costa, non propriè, sed secundum similitudinem, dedit. Producta siquidem sexto die mulier, non esse intelligendum putauit quod iterum produceretur. Hactenus nec vno mutato verbo Caietanus. Non possum certè nõ mirari hominem alioqui doctum tantum dissipuisse, vt nodum hunc dissoluere nesciuerit. Nam ex ignorantia cōsuetudinis scripturarum hic error illi obrepit. Mos siquidem scripturæ sacræ est, sæpè aliqua breui compedio narrare, & postea ad eadem latius differenda, redire. Nisi enim hunc esse sacræ scripturæ morem fateamur, multa incommoda & fidei catholicæ repugnantia cogemur asserere. Oportebit quidem asserere, vt Philaster Brixienis propter huius obseruationis ignorantiam asseruit, spiraculum illud vitæ, quod Deus in faciem Adæ inspirauit, non esse animam Adæ: quoniam. 1. Gen. cap. dictum erat Adam creatum esse à Deo ad illius imaginem & similitudinem, vnde sequitur illum iam habere animam, quia iuxta illam, & non iuxta corpus, erat Dei imago. Cum ergo iam tunc Adam animam habuisset, fieri non posse videbitur, spiraculū illud, quod postea dicitur Deum illi inspirasse, esse animam. Oportet igitur iuxta hanc Caietani argumentationem, spiraculum illud non iuxta litteram, sed parabolicè intelligere, ne anima bis producta esse dicatur. Verum hoc non ita esse, nos Deo duce infra ostendemus in titulo de anima, hæresi. 2. Oportebit etiā concedere, si illa Caietani argumentatio valeret, hominis formationē de limo terræ, non esse vt littera sonat intelligendam, ne Adam bis creatus esse dicatur. Nam sicut cap. 1. libri Geneseos Moses dixerat foeminam esse creatam, ita etiam dixerat virum esse à Deo creatum. Masculum (inquit ille) & foeminam creauit eos. Et cap. 2. sicut de Eux formatione differit, dicens illam esse eductam de costa Adæ, sic etiam de Adæ productione tractat, docens illū de limo terræ fuisse formatum. Ne igitur Adam bis productus esse dicatur, oportebit, iuxta Caietani argumentationem, dicere illam Adæ productionem esse parabolicè intelligendā. Nos tamen hos & plures alios similes nodos facilè dissoluimus, attendentes ad sacræ scripturæ morē, quæ sæpè ad ea, quæ iam semel sub compendio dixerat, redit, vt apertius & fufius illa narret. Fatemur quidem Eam sexto die à Deo fuisse creatam, sicut Adam. Sed quia vtriusq; formationē, hoc est, viri & mulieris, cum varia fuisset, Moses illo primo capite non expresserat, idè iterum. 2. cap. sigillatim vtriusq; sexus productionē dicere decreuit. Non igitur bis productam mulierem dicit Moses, quauis uerba illius iuxta litteram sonum accipiantur: sed quæ semel obscurius ab illo dicta fuerant, iterum eadē repetit, vt apertius & plenius illa referantur. Hæc autem esse veram & Germanam illius litteræ expositionem confirmo testimonio beati Augustini, qui lib. 6. super Genes. ad litteram cap. 2. ita inquit: Iam ergo de limo formatus erat, & illi iam soporato mulier ex latere iam facta erat, sed hoc tunc commemoratum non erat, quod nunc recapitulando commemoratum est. Neq; enim sexto die factus est masculus, & accessu temporis postea facta foemina: sed fecit eum, inquit, masculum & foeminā fecit eos, & benedixit eos. Quomodo ergo iam homine

Esai. 65.

mine in paradiso constituto, mulier ei facta est? An & hoc praetermissum scriptura recoluit? Nam sexto illo die etiam paradisi plantatus est, & ibi homo collocatus est, & soporatus est ut Eva fornicaretur, & ea formata euigilauit, eius nomen imposuit. Sed haec nisi per temporales moras fieri non possent. Non itaque ita facta sunt, sicut creata sunt omnia simul. Haecenus Augustinus. Ex his igitur omnibus clarissime patet, quam vana & futilia sint argumenta, quae Caetanum mouerunt, ut contra omnes catholicos doctores sentiens, in hunc pestiferum incideret error. Et certe prudentius ille egisset, si sua fateretur ignorantiam, dicens se nescire talibus argumentationibus respondere, quam propter illa contra omnium concordem sententiam praesumere.

ADULTERIVM.

DE hac re vnam tantummodo inueni haeresim, quae docet matrimonium legitime contractum, & perfecte consummatum posse dissolui propter coniugis adulterium, non solum quantum ad thori separationem. Ita ut is qui in matrimonio fuit liber a culpa consummati & perpetrati adulterij, possit alterum coniugem adulterum prorsus dimittere, & cum alio verum & legitimum matrimonium contrahere, & illi absque peccato copulari. Sed de hac haeresi nihil hoc loco dicere statui, propterea quod inferius in titulo de Nuptijs comodior & aptior erit locus, in quo omnes haereticos quae huic sacramento aduersantur, oppugnare decreui. Ad illum ergo locum mitto lectorem.

ANGELVS.

Circa angelorum materiam vna praecise errorum apud eos, quos euolui autores, inuenio, qui asserit angelos non esse creatos a Deo, siue bonos, siue malos. Huius erroris primus autor ex eis qui Christum semel professi sunt in baptismo (nam aduersus hos solos arma sumpsimus) fuit Hermannus Riffius. Hic (ut refert Bernardus de Lutsemburgo in suo catalogo haereticorum) homo Batauus, siue (ut vulgari vocabulo vtar) Hollandinus fuit, qui in multos errores lapsus est: tandem cum poenitentia duceretur, & palinodiam cantaret, misericordiam cum aliqua iustitia consecutus est, perpetuo carceri damnatus, anno Domini. 1502. Verum cum postmodum carceres euassisset, in priorem dementia relapsus est, & multa etiam peiora quam prius effutiuit. Propter quod iterum captus anno Domini. 1512. per inquisitores prauitatis haereticae damnatus est, & curiae seculari traditus, & ex eius mandato combustus est. Ex his ergo erroribus, in quos Hermannus iste prolapsus est, hic est vnus, quo asserit angelos siue bonos siue malos a Deo non esse creatos, quia (ut inquit) nusquam hoc scriptura asserit. Hic manifestus est error: quonia de angelo malo clare dicitur in libro Iob: Ecce Behemoth, quem fecit tecum. At nomine Behemoth (ut Hieronymo & Gregorio placet) nullus alius intelligitur quam deomon. Et in eodem libro de eodem dicitur: Ipse est principium viarum Dei. Quod exponens beatus Gregorius ait: Quid enim vias Dei nisi eius actiones accipimus, de quibus per Prophetam dicit: Non enim sunt vias meae sicut vias vestrae. Et principium viarum Dei Behemoth dicitur, quia nimirum cum cuncta creans ageret, hunc primum condidit, quem reliquis angelis eminentiorem fecit. Haec ille. Et apud Ezechielem prophetam sub nomine Assur regis de eodem daemone dicitur: Omne lignum paradisi non est assimilatum illi, & pulchritudini eius, quonia speciosum fecit eum in multis condensisque frondibus. Qui in multis

A multis condensisque frondibus speciosus esse factus describitur, quia multis superiorum spiritu legionibus superior creatus est. Praeterea de omnibus angelis dicitur: Qui facit angelos suos spiritus. Per haec enim Prophetae verba B. Paulus in ea quae est ad Heb. epistola ostendit Christum Dei filium esse angelis superioribus, quod. scilicet Deus angelos fecerit, Christus autem factus non sit. Sic enim ait: Et ad angelos quid dicit: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Ad filium autem: Thronus tuus Deus in seculum seculi. Quae verba exponens Theophyl. Angeli (inquit) creati sunt, & ad eos illud refertur, qui facit. Filius vero nequaquam creatus est, nec de eo illud, qui facit, est dictum: quia potius rex ille & dominus & Deus est, quod plane thronus iste testificatur, qui principatus est & imperij argumentum. Haec Theophylactus. Accedit ad haec quod dicitur apud Ioannem: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Aut ergo angelos esse factos a Deo concedat, aut ipsos esse nihil fateatur oportet. Ex manifesta igitur scripturae ignorantia prouenit dicere non posse colligi ex scriptura, angelos esse factos a Deo. Denique contra hanc haeresim est expressa ecclesiae definitio. Nam Concilium Lateranense sub Innocentio tertio celebratum, talem protulit definitionem. Vnum vniuersorum principum, creator omnium visibilium & invisibilium, spiritualium, & corporalium, qui sua omnipotenti virtute simul ab initio temporis vtraque de nihilo condidit creaturam, spiritualem & corporalem, angelicam videlicet & mundanam. Haec Concilium Lateranense. quae verba habentur in volumine Decretalium titulo de summa Trinitate & fide catholica, capite Firmetur.

ANIMA.

Binter illa quae in hac luce sub caelo nobis incognita sunt & magis abstrusa, anima nostra est, ad eam ut verè propter illam dicat beatus Bernardus: Ex meipso cognosco quod Deus incomprehensibilis est, quia meipsum non comprehendo. Cui dicto Bernardi quodammodo assentire videtur illud regij Prophetae: Mirabilis facta est scientia tua ex me. Miratur quidem Propheta Dei sapientiam quam magna sit, ex seipso. Ex hoc enim quod seipsum homo non cognoscit, qui tamen se credit aliquid scire, iustum est ut miretur scientiam illius qui omnia nouit, & nihil absconditum est ab oculis eius. Ex hoc ergo tam obtuso intellectu animae circa seipsam cognoscendam, euenit ut plures de eius substantia eiusque qualitatibus orti sint errores. Omitto eos quos Philosophi gentiles amplexati sunt: non enim contra eos nunc agimus, sed contra eos qui Christianam philosophiam doctrinamque euangelicam sectari se iactant. Qui errores non iuxta ordinem temporum quibus orti sunt, sed prout materia ipsa iuxta ordinem doctrinae exigit, describentur. Primus ergo error est, qui negat animam rationalem esse formam corporis humani, non absolute, sed in quantum rationalis est. Concedit quidem animam rationalem esse formam corporis, non tamen sub hac ratione qua rationalis est, quia per hanc rationem non potest informare corpus. Huius erroris patronus esse dicitur quidam Petrus Ioannis, qui multos errores abbatis Ioachim (de quo postea dicemus) suscitauit, tempore Clementis papae huius nominis quinti. Ad istum errorem oppugnandum, quoniam de re non in vniuersum Theologica est sermo, ne in ambiguo laborem, id primum scire oportet, quid sit forma. Forma est, quae dat esse rei, quae scilicet adueniens materiae, dat esse ipsi substantiae, & iuxta quam sit specierum differentia, quonia materia vna est eademque specie in omnibus substantijs corporeis. Quod ergo vna res ab alia differat specie, varietas formae est in causa, quoniam ab illa praecipue res capit esse, perfectioque ipsius iuxta illam pensatur. Secundum hanc

ergo formæ assignatam rationem manifestus est error, negare animam rationalem esse formam corporis humani etiã in quantum rationalis est. Ex eo nanque sequitur hominem ipsum minimè rationalem esse, quod est hæreticum. Nam quòd homo rationalis sit, aut habet à forma, aut à materia, nõ enim aliunde illi aduenire potest, cum esse rationalem non accidentaliter illi adsit, sed essentialiter. Partes autè essentielles nullas alias habet præter materiã & formam. A materia certum est non oriri quòd homo rationalis sit, cum hac ratione omnes substantias quæ similem habet cū homine materiam, oporteret esse rationales. Prouenit ergo à forma sua quòd homo rationalis sit. Nam illa est (iuxta definitionem datam) à qua res suam habet perfectionem. At iuxta Petri Ioannis dictum anima rationalis in quantum rationalis est, non est forma corporis, ergo ab illa homo non habet quòd sit rationalis, quia sub illa ratione (vt inquit) non est forma. A nulla ergo sua parte essentiali habet quòd sit rationalis, postquam nec à materia, nec à forma: non esset ergo simpliciter, iuxta dictum illius, homo censendus rationalis. Rursus: Si anima in quantum rationalis est, non est forma corporis humani, ergo nec pars aliqua essentialis hominis: quoniam cum non sit materia, non est aliqua quæ esse possit. Quòd si sub hac ratione pars hominis non est, erit ergo ab homine necessariò separandum quicquid perfectionis sub hac occasione illi tribui solet, quoniam ab exteris non capit perfectionem suam. Propter hanc enim causam homo imago Dei dicitur, quia imaginem in anima impressam esse ab omnibus conceditur hac sola ratione, quæ rationalis est. Non esset ergo homo imago Dei dicendus: Non esset etiam dicendus liber, quoniam sublato ab homine eo quod rationale dicitur, etiam oportet separare ab eo id quod est liberum, quoniam libertas sine ratione esse nequit. Quòd si libertatem ab homine tollas, nulla est via per quam mereri aut demereri possit: quoniam id quod liberum non est, nunquam à Deo imputatur siue ad pœnam, siue ad gloriam. Erit ergo necessariò concedendum animam rationalem etiam in quantum rationalis est, esse formam corporis humani. Hic error damnatus est in Concilio Viennensi sub Clemente. 5. Cuius Concilij definitio ponitur in lib. epist. Clementinarum tit. de sum. tri. & fide catho. cap. vnico, sub his verbis: Porro doctrinam omnem seu positionem temerè asserentem aut vertentem in dubium quòd substantia animæ rationalis seu intellectiue, verè ac per se humani corporis non sit forma, velut erroneam ac veritati catholicæ fidei inimicã prædicto sacro approbante Concilio reprobamus, desinientes, vt cunctis nota sit fidei synceræ veritatis, ac præcludatur vniuersis erroribus aditus, ne subintrèt, quòd quisquis deinceps asserere, defendere seu tenere pertinaciter præsumpserit, quòd anima rationalis seu intellectiua nõ sit forma corporis humani per se essentialiter, tanquã hæreticus sit censendus. hucusque Concilium Viennense.

Secundus error (si modo error dici meretur) est, docens spiraculum quod Deus spirauit in Adam, esse ipsam animam. Hæc assertio recitatur à Philastro inter hæreses, nullo tamen nominato illius assertionis autore, Tamen (salua eius reuerentia) nõ video cur hanc assertionem hæresis nota signauerit. Primò quidem reperio hanc esse doctrinam pluriũ verè catholicorũ doctorũ asserentiũ spiraculum illud quod spirauit in faciem hominis, esse animã hominis, quam tunc aut insufflando creauit, aut creando corpori infudit. Vnde Chrysofostomus homil. 11. super Genesim ait: Et vt doceat nos quòd formatum illum de terra misericordia domini, & rationalem animã essentiam habere voluerit, per quã animal hoc absolutum & perfectum fieret: Inspirauit, inquit, in faciem eius spiraculum vitæ. Vitalem dicere vult operandi efficaciam, ei qui de terra formatus est, spiraculum datũ esse, & hoc substantiã animæ constitutam. vnde subdit: & factus est homo in animam viuentẽ. Hæc Chrysofostomus. Hoc etiam

A etiam expressius dicit Eucherius, qui libro. 1. super Genesim sic ait: Ideò dicta est spiraculum vitæ, quia & iste aër plerunq; dicitur spiritus: sed tamen spiritus vitæ non dicitur, quia caret vita. Quæritur autè vtum Deus animã insufflando fecit: an eam quã fecerat, corpori dando potius insufflauit? Vtrunq; enim puto esse, nec habere aliquid quæstionis quomodo siue insufflando fecerit animam, siue creando donauerit, nec de aliquo statu suo, nec de seipso, sed ex nihilo aut sufflando creauit, aut creando corpori insufflauit: non quia illud spiraculum conuersum est in animam viuentem, sed operatum est animam viuentem. Hucusque Eucherius. Hoc idem dicunt Hugo cardinalis & Nicolaus Lyranus in suis expositionibus super Genesim: quorũ dicta nolui hic inserere, quia eorum libri passim habentur. hi tamen omnes viri catholici sunt. Iam opus est vt respondeamus his quæ pro se Philaster adducit. Primò enim ait inspirationem esse diuini spiritus quandam gratiam, ac propterea dicit spiraculum illud esse gratiam datam animæ Adæ post eius creationem, quemadmodum (vt ait) apostolis post resurrectionẽ insufflans dixit: Accipite non animam, sed spiritũ sanctum. Deinde adducit ex scriptura, nomine spiritus gratiã Dei designari, vt in primo Regũ legitur de Saul quòd recessit ab eo spiritus domini, & immundus spiritus fatigabat eum. Et quod alibi legitur, in malignam animam nõ intrare spiritũ sapientiæ. Certè hæc omnia parum vrgēt, & in acquiuoco laborat. Ex ignorantia liquidè multiplicis significationis huius nominis spiritus procedit. Aliquando enim aër in scriptura vocatur spiritus, vt ibi: Spiritus procellarũ pars calicis eorũ. Et alibi: Dixit & stetit spiritus procellarũ. Et iterum in tertio Regum: Ecce Dominus transit, & spiritus grandis & fortis subuertens mōtes, & cõterens petras antè Dominũ. non in spiritu Dominus. Aliquando etiã omnis anima, siue ea rationalis sit, siue irrationalis, vocatur spiritus, vt in Genesi legitur: Mortua est omnis caro quæ habebat in se spiritum vitæ. Aliquãdo sola anima rationalis vocatur spiritus. Sic enim de Christo legimus: Inclinato capite emisit spiritũ, id est, animã quã ipse propria potestate emisit, sicut prius dixerat: Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam. Aliquando etiam sumitur spiritus pro tertia persona diuina. Hoc autem rarissimè inuenitur, vt absolutè nomen spiritus pro Deo sumatur, nisi cum quadam conuersione, vt puta dicendo, spiritus domini, aut spiritus sanctus. Adæ ergo datũ est spiraculum vitæ, id est, anima, quod manifestè conuincitur per id quod subiungitur, & factus est homo in animam viuentem. Per hoc enim homo factus est animal viuens, quòd Deus spirauit in faciem eius spiraculum vitæ. In Apostolis autem, cum insufflat & dicit: Accipite spiritum sanctum: non addit scriptura, & facti sunt in animas viuentes, sicut de Adam dixerat. ideò status ille non ad vitæ naturalis donationẽ referendus est, quemadmodum cū spirat in faciem Adæ, sed ad vitæ spiritualis, hoc est, gratiæ cuiusdam largitionem. Magnum est ergo discrimen inter eum statum quo spirat Deus in faciem Adæ, & eum quo in Apostolos spirauit: quoniã hic ad spiritalem quandam vitã, ille verò ad vitã naturalem, quæ per animam fit, referendus est, quod ex beati Pauli verbis apertè conijcere licet, qui ait: Factus est primus homo in animam viuentẽ: nõ uisimus autem Adam in spiritum uiuificantem. Ibi enim Paulus discrimen ponit inter primum & secundũ Adam, scilicet Christum. Quòd si spiraculum illud quo primus homo factus est in animam viuentẽ, esset quædam spiritualis gratia, esset etiam primus homo factus in spiritum uiuificantem: atq; ita non esset tale inter eos quale Paulus assignat discrimen. Si autem adhuc contendat per hoc quod scriptura asserere videtur hominem integrè formatum antequã inspirasset in faciem eius Deus, ergo ante spiraculum illud oportet quod homo habeat animam, eo quòd homo sine anima esse nequit. Sic enim scriptura ait: Formauit Deus hominẽ de limo terræ. ecce hominem iam formatum: & con-

tinuò subditur, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ. Ex quo videtur aliud esse spiraculum, aliud autem anima. Quibus respondemus concedentes hominem sine anima esse non posse: his tamen non obstantibus, quotidiani quadam lege sermonis dici solet, talis homo est in gloria, cum tamen sola anima ibi nunc quiescat, hoc aut illo loco homo ille sepultus est, cum tamen hoc ad solum corpus referri possit, ne istum modum loquendi abhorrent sacre literæ. Nam animam sæpè interiorē hominē vocant, corpus verò exteriorē: tanquam duo sint homines, cum simul vtrunque vnus sit homo. Ex hoc igitur negotio argumentum sumere licet, non esse facillè de hæresi pronuntiandum, etiam si testimonium adsit alicuius viri quantumlibet docti. Nam beatus Augustinus in prologo sui lib. de hæresi, ad Quod vult Deum, testatur hunc Philastrium multas assertiones inter hæreses annuerasse, quæ minimè hæreses censendæ sunt. Et quantum ad hanc assertionem spectat, in libr. 13. de ciuitate Dei, cap. 24. irridet eos qui credunt spiraculum, quod spirauit Deus in faciem Adæ, esse quandam gratiam animæ Adæ collatam, & non potiùs ipsam animam.

Tertia de hac re hæresis est, quæ docet hominis animam esse priùs formatam quàm corpus. Hunc errorem beatus Hieronymus tribuit Ioanni episcopo Hierosolymitano in quadam epistola quã scripsit ad Pammachium aduersus errores præfati Ioannis. In eundem errorem lapsus est Philaster Brixiensis, qui tam firmiter illi adhæsit, vt in suo libello de hæresi, dicat esse hæresim, asserere priùs esse corpus Adæ formatum, deinde animam creatam & illi insertam. Et hanc suã sententiã Philaster persuadere conatur per id quod in lib. Geneleos, cap. 1. dicitur: Et creauit Deus hominem ad imaginem suam. Quia enim iuxta animam homo est imago Dei, & nõ iuxta corpus, putauit Philaster tunc de anime creatione solũ agi. Cum autem in 2. cap. eiusdẽ lib. dicitur: Formauit igitur dominus Deus hominẽ de limo terræ, tunc credit de sola corporis formatione motus censet fide tenendum esse, priùs animam creatam esse, & corpus deinde plasmatum. Ex praua ergo scripturæ intelligentia hæc hæresis, sicut aliæ, oritur. Non enim intellexit bonus ille homo, quòd vtroque illo loco scriptura loquitur de totius hominis formatione: & scripturæ sacræ morem esse, aliqua per anticipationẽ semel sub compendio dicere, & postea ad illa longius differenda redire. Dixerat enim priùs hominem esse à Deo ad sui imaginem creatum: sed vnde factus fuerat, an ex nihilo, non dixerat. Ideò, 2. cap. iterum hominis formationem repetit, vt largiùs & expressiùs de ea loquatur. Nam quòd, 1. cap. non de solius corporis, sed de totius hominis formatione fiat sermo, ipse verborum ordo satis apertè indicat. Sic enim ait: Et creauit Deus hominem ad imaginem suam: ad imaginem Dei creauit illum: masculinum & foeminam creauit eos. Ecce vides sexus distinctionem, masculinũ videlicet & foeminã. At hæc sexus diuersitas in corpore sita est, non in anima: quòd sit, vt tunc sit corpus formatum, cum sexus distinctio exprimitur. Quòd autem priùs sit corpus formatum, deinde anima creata, verba quæ in secundo cap. narrantur, satis apertè ostendunt. Hæc enim referunt: Formauit igitur dominus Deus hominẽ de limo terræ: & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ: & factus est homo in animam viuẽtem. Cũ dixit hominem formatum de limo terræ, corpus hominis expressit: quoniam anima non est facta de limo terræ, sed corpus. Dicens, inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, animã declarauit: quoniam hæc (vt in præfata hæresi docuimus) est spiraculum vitæ, quod Deus inspirauit in faciem Adæ. Cũ ergo constet ex ipsius literæ decursu, priùs fuisse hominem formatum de limo terræ, & postea in faciem illius Deũ inspirasse spiraculum vitæ, conuincitur inde corpus fuisse priùs plasmatum, & deinde animam fuisse à Deo creatam. Hanc eandem sententiã confirmat

A firmat beatus Hieronymus in præfata epistola ad Pammachium, sic inquit: Si fuit anima antequam Adam in paradiso formaretur, in quolibet statu & ordine & vixit & egit aliquid (neque enim possumus incorporealem & æternam in modum glirium immobilem torpentemq; sentire) necesse est vt aliqua causa præcesserit, cur quæ priùs sine corpore fuit, postea circundata sit corpore. Et si animæ est naturale, esse sine corpore, ergo contra naturam esse esse in corpore. Si contra naturam est esse in corpore, ergo resurrectio corporis contra naturam erit. Sed non fiet resurrectio contra naturam, ergo iuxta sententiam vestram, corpus quod contra naturam est resurgens, animam non habebit. Hæc Hieronymus: qui non solum quæ diximus asserit, sed argumentis pluribus nostram, hoc est, catholicam sententiam confirmat. Denique Leo papa huius nominis primus de hac sententiam protulit. Nam in quadam epistola ad Astorigensem episcopum, quæ est in ordine 71. in qua errores Priscillianistarũ damnat, postquam decimo loco recensuit quendam illorũ errorem, quo dicunt animas hominũ priùs in cœlo fuisse, & inde propter sua peccata fuisse delapsas, & humanis corporibus insertas, hæc verba subnectit: Quam impictatis fabulam, ex multorum sibi erroribus texerunt: sed omnes eos catholica fides à corpore suę vnitatis abscidit, constanter prædicans atq; veraciter, quòd animæ hominũ priusquã suis inspiraretur corporibus, nõ fuere: nec ab vllò incorporantur, nisi ab opifice Deo, qui & ipsarũ est creator, & corporũ. Hęc Leo papa, vir quidem sanctus iuxta ac doctus. Et de hac re pro illius qualitate satis me dixisse arbitror. Aduersus hanc hæresim nullum aliũ scriptorẽ reperi præter B. Hieronymum in ea epistola quã supra citauimus: quo loco non plura aduersus illum dicit, quàm pauca illa quæ proximè præfati sumus.

B Quartus error astruit animam esse aut Dei substantiã, aut ex Dei substantia. Hoc monstrũ inuentũ est quorundã hæreticorum, qui Gnostici sunt appellati, vocabulo à scientia, quã iactabant, conficto. Horũ principem alij alium tradunt. Philaster siquidẽ asserit eos à Nicolao diacono, de quo in Actis apostolicis fit mentio, duxisse originẽ. Irenæus autem in lib. 1. aduersus hæreses cap. 24. eorum autorẽ fuisse Carpocratẽ asserit: de quo postea dicemus, Irenæo magis crediderim, eo quod doctior, diligentior, atq; viciniore illis temporibus fuerit. Hunc eundem errorem postea sulcitarunt Manichæi, quorum dux fuit Manes quidã, iuxta nomen suũ insanians, nam *μανησδαι* Græcis insanire significat. Quare discipuli eius in Græcia (vt ait August.) nomen insanis, quasi doctiores, & eo ipso mendaciores, vitantes, geminata n, Mannichæum, quasi manna fundentẽ, pro Manichæo, i. insano appellauerunt. Hic igitur Manes natione Persa, vita & moribus barbarus fuit, tam acer ingenio, vt insanire, vel deino ne adimpleri videretur: atq; instinctu demonis agitatus inuisam & execrabilem omnibus hæresim docuit. Christum se esse mētītus est, ipsum etiã paracletũ se esse aliquãdo dicebat. Elatus itaq; hac insanis, ad similitudinẽ Christi, 12. discipulis eligens, ad prædicandum mitto bat, dogmata stulta, impia, à diuersis hæreticis, qui iam priùs extincti fuerant, mutuata, seminauit, & nostro orbi Persica venena propinauit. Ex hoc ergo Manete, Manichæorum hæresis orta est, tempore Probi Imperatoris, & Felicis papæ: quæ hæresis valde ecclesiam infestauit, & longo tempore durans plures prouincias infecit. Ab his enim numerosa hæreticorũ colluuiis progreditur. Multi nanq; hæretici sub hac hæresi militauerunt, quantum alijs nominibus appellati sunt. Ad Manichæos siquidẽ pertinent Audæani, ab Audeo Syro sic dicti, de quo agitur memoria lib. 7. hist. tripartitæ, ca. 11. Apocritæ, Brachitæ, Dicartitæ, Tascodrogitæ, Tefalitæ, Tetraditæ, de quibus omnibus fit mentio. C. de hæreticis & Manichæis, alij etiam plures viri alioqui docti, vt Faustus, Felix, contra quos diuersas habuit beatus Augustinus disputationes, diuersosq; scripsit tractatus. Hi ergo Manichæi conueniunt in

Iesulite.
Ternatita.

runt in vnum cum gnosticis aduersus dominum, & aduersus fidem, quam ille per Apostolos & Prophetas nos docuit: dicentes animam hominis esse Dei substantiam. Contra hunc errorem est primò illud, quòd paulò antè pertractauimus ex libr. Geneleos: Formauit Deus hominem de limo terræ, & spirauit in eo spiraculum vitæ, quod spiraculum superius ostendimus esse animam ipsam, per id quod subditur: Et factus est homo in animam viuentem. Si anima ergo est illud spiraculum, quod spirauit Deus in faciem Adæ, sequitur eam non esse de Dei substantia: quemadmodum flatus ex ore hominis prodiens, non est de substantia hominis, sed ex aëre circũfuso. Sicut ergo nos possumus non de nostra natura qua homines sumus, sed de isto aëre circũfuso, quem inspirando & respirando trahimus & expellimus, statum facere cum sufflamus: ita omnipotens Deus, non de sua natura, neque de subiaccenti materia, sed etiam de nihilo potuit facere statum, quem corpori hominis inserendo, inspirasse vel insufflasse conuenientissimè dictus est. Quod si fortè ex hoc contendant, animam esse æqualem cum Dei sapientia, de qua dicitur: Ego ex ore altissimi prodij: huic obiectioni respondemus, quòd nõ dicitur sapientiam ore Dei efflatã fuisse: sed ex ore eius prodijisse. Deinde non omnia quæ ex Dei ore procedunt, oportet ea æqualia esse. Nam in Apocalypsi legimus Dominum dicentem cuidam: Vtinã frigidus aut calidus esses: sed quia tepidus es, & nec frigidus nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo. Præterea si animam Deus ex sua substantia fecisset, sitq; anima eiusdem substantiæ cuius est Deus, necessarium est, vt eadẽ habeat proprietates, quas Deus: quemadmodũ pater & filius, videlicet Ioannes & Petrus, quoniã eiusdẽ sunt substantiæ, in eademq; sunt specie, eadẽ etiam habent proprietates, præcipuè eas quæ naturaliter adsunt, & minimè separari possunt: vt gratia exempli, si vnus rationalis, & alter: si vnus risibilis, & alter: si vnus mortalis, & alter. At multæ sunt proprietates, quas Deo necessariò tribuimus, quæ animæ nullo pacto conuenire possunt. Deus enim est omnipotens, anima autè nostra non solũ non potest omnia, verum paucissima sunt quæ potest. Deus est immutabilis, iuxta illud: Ego Deus, & nõ mutor. & alibi: Apud quẽ non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. In anima autè nostra quot sunt, bone Deus, mutationes? Modo hilaris, modo tristis: modo iracunda, modo mansueta: aliquando vult, aliquando idem nõ vult: modò aliquid amat, postmodũ illud idem odio prosequitur: nunc vitijs dedita, nunc virtutibus studens. Nõ enim immeritò dixit Iob, nunq; in eodẽ statu hominẽ permanere: quod non minùs verũ est de anima, quã de corpore. Si ergo hæc animæ conueniunt, quæ necessariò Deo repugnãt, consequens est animam nõ esse eiusdem substantiæ cum Deo, nec aliquo modo ex substantia diuina procedere. Verũ post hæc omnia audiamus quid ecclesia in hac re definiat, quoniã iuxta superius dicta, ecclesiæ definitioni velut diuino oraculo obediendum est. Concilium siquidem Braccaren. primũ cap. 5. suorum Decretorũ sic definit: Si quis animas humanas vel angelos ex Dei credit substantia extitisse, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt, anathema sit. Ne ergo cum Manichæis & Priscillianistis anathemati aliquis subiaceat, ecclesiæ obediãt oportet, dicenti animas à Deo creatas esse, nõ ex Dei substantia, aut ex subiaccenti materia, sed ex nihilo. Et Leo primus huius nominis pontifex epistola septuagesima prima, cap. 5. sic ait: Quinto autè capitulo refertur, quòd animam hominis diuinæ asserant esse substantiæ, nec à natura conditoris sui conditionis nostræ distare naturam. Quã impietatem ex philosophorum quorundã & Manichæorum opinione manantẽ, catholica fides damnat, sciens nullam tam sublimem tamq; præcipuam esse facturã, cui Deus ipse natura sit. Hæc Leo papa. Et multa alia ad hanc rem pertinentia eo loco dicit, quo de Priscillianista-rum erroribus tractat.

Erla. 14.

Apoc. 3.

Malat. 3.
Iacob. 1.

Iob. 13.

Leo papa.

A Quid error est, qui docet animas non creari à Deo. Hic autè error adhuc diuifus est, sicut solenne est hæreticis nusquã tenere vnitatem. Quidam enim dicunt animas factas esse ab angelis, factasq; ex igne & spiritu. Huius erroris autores fuerunt Seleucus & Hermias Galatæ, vt ait Philaster, à quibus Messalianorũ hæresis orta est, vt dicitur in .7. lib. hist. tripartitæ, cap. 11. Alij autem dicunt animam filij fieri ab anima patris, quemadmodũ corpus ex corpore. Huius erroris autor extitit Tertullianus, vt ait beatus Augustinus in lib. de hæresibus ad Quod vult Deũ, cap. 86. Quis autè is fuerit, qualisq; eius doctrina, cum ex alijs, tum etiam ex lib. illustrium virorum beati Hieronymi plenius discere potes. Huius sententia est, animam hominis esse corpoream, quãuis immortalẽ, & ex anima patris velut corpus ex corpore generari. Hunc errorem docuit Apollinaris quidam Alexandrinus, de quo fit mentio in .5. lib. historiæ tripartitæ cap. 44. Hunc eundem errorem tenent Luciferiani, à Lucifero quodam Caralitano episcopo eorum principe sic nominati, de quo in .10. lib. historiæ Ecclesiasticæ per Rufinum addito fit mentio, nec tamen iste error illic ei tribuitur. Verũ Guido carnelita dicit hunc errorem esse Luciferianorum: nescio tamen quos autores in hac parte secutus sit: quoniam beatus Augustinus in libro de hæresi ad Quod vult Deum cap. 81. de eis differens, dubius est in primis an sit hæc eorum assertio. Deinde etiã dubitat an dato quod eam tenuerint, propter illam censendi essent hæretici. Et de Tertulliano loquens loco proximè citato, cumq; errorem hunc illi tribuat, dicit tamen nõ propter assercionẽ hanc esse clamatum hæreticum, sed quia ad Cataphrygarũ sectam accedens, secũdas nuptias velut adulteria damnauerit. Nam idem beatus pater Augustinus sæpissimè anceps est & dubius quid de animæ origine sentiendum sit. Credit enim (vt ipsemet fatetur in epi. de hac re ad Hieronymũ per Orosium presbyterũ missã, & in epi. ad Opatum) animas à Deo creari, & non ex traduce velut corpus generari: an autè ad hoc credendum fides catholica nos cogat, ipse dubitat: quoniã (vt ait) nullus est sacræ scripturæ apertus locus, qui hoc cõuincat. Si enim quis adferat illud Psal. Qui fingit spiritum hominis in ipso, & illud: Qui finxit sigillatim corda eorum: his duobus testimonijs respõderi potest, quod fingere dicimus eũ qui ex præexistenti materia aliquid facit: sicut solemus appellare figulos eos artifices qui ex massa terrea vasa cõficiunt, ac proinde quãuis ex illis autoritatibus optimè cõuincatur hæresis, dicens animas nõ creari à Deo, sed ab angelis, vt dixerunt Seleucus & Hermias: nõ tamẽ conuincitur eas à Deo produci ex nihilo, quoniã fingere id non sonat. Magis siquidẽ est creare q̃ fingere, & tamen non semper creare in sacris literis sumitur pro eo quòd producere ex nihilo: quod vel eo loco psalmi patere potest, vbi dicitur: Cor mundũ crea in me Deus. Nam ibidem creari petit anima, quæ iam existit. Et in alio loco dicit: Emitte spiritum tuum, & creabuntur. Si ergo iam existens creatur, per nouã iustitiæ receptionem: quid prohibet vt iam existens fingi dicatur, eo q̃ aliquid nouum acquisierit? Quòd autem in Ecclesiaste legitur: Et reuertetur puluis in terrã suam sicut erat, & spiritus reuertetur ad dominũ suum qui dedit illum, hic locus etiã manifestissimè conuincit animã produci à Deo, sed quòd anima ab eodẽ ex nihilo producat, nõ ostendit, imò (vt Augustinus ait) facillè huic obiectioni respondetur, corpus in terram, de qua factũ est primũ hominis corpus, reuerti, sed spiritum ad Deum, à quo facta est prima hominis anima. Dicent enim hi, qui hunc tutantur errorem, quòd sicut nostrum corpus quãuis ex illo primo corpore propagatum sit, eò tamen redit, vnde ipsum primũ corpus effectũ est: sic anima nostra quãuis ex prima anima propagata, nõ ad nihilum, quia immortalis est, sed ad Deum redit, à quo prima anima facta fuerat. Vnde August. in epi. ad Hieronymum superius memorata de hac sententia loquens, sic ait: Nolo mihi dicatur pro hac sententia debere accipi, quod

Seleucus.
Hermias.
Messaliani.
Tertullianus.Apollinaris.
Luciferiani.

Psal. 32.

Psal. 50.
Psal. 103.

Eccle. 12.

August.

pi quod scriptum est: Qui finxit spiritum hominis in ipso, & qui finxit sigillatim corda eorum. Aliquid fortissimum atque inuictissimum requirendum est, quod nos non cogat Deum credere ullarum animarum sine culpa aliqua damnatorem. Et parum infra. Nec illud quod in Ecclesiaste scriptum est: Tunc conuerteretur in terram puluis sicut fuit, & spiritus reuerteretur ad dominum qui dedit illum: istam confirmat sententiam, quam volumus esse nostram. Hæc August. Et in epistola ad Optatum de origine animarum sic ait: Sed ubi res naturaliter obscura nostrum modulum vincit, & aperte diuina scriptura non subuenit: remere hinc aliquid definire humana coniectura presumit. Secundum vitas autem, quas proprias habere incipiunt, nouos homines dicimus nasci, siue anima, siue corpore. At verò secundum originale peccatum veteres nascuntur, ideo baptismate renouantur. Aliquid ergo certum de anime origine nondum in scripturis sanctis reperi. Nam hi qui nouas sine ulla propagine asserunt animas fieri, inter testimonia, quibus id nituntur ostendere, ponunt etiam illa duo quae paulo ante commemorauimus. Qui finxit spiritum hominis in ipso, & Qui finxit sigillatim corda eorum, de quibus vides quemadmodum possit a resistentibus responderi. Hucusque August. Quauis ergo Augustinus credat animas non fieri ex traduce, sed ex nihilo à Deo produci, ad hoc tamen credendum dicit nullam esse sacrae scripturae cogentem autoritatem. Et B. Eucherius Lugdunensis episcopus, qui Augustino centum annis & aliquanto amplius posterior fuit, lib. 1. super Gene. exponens illud: Et edificauit dominus Deus costam, quam tulerat de Adam, in muliere, sic ait: Queritur utrum foemina de latere viri formata, ex eius anima acceperit animam? Et utrum sicut caro nascentium ex carne, sic animae ex animabus procreentur? An nouae semper creentur à Deo ex nihilo? Quae questio in definiendo difficilis est: quia nihil est à sanctis viris, vel scripturarum autoritate manifestius pronunciatum. Hæc Eucherius. Ceterum beatus Thomas in sua summa contra Gentiles libr. D. 2. cap. 86. hanc materiam pertractans, dicit esse errorem animas ex propagine velut corpora deriuari: post cuius erroris oppugnationem subnectit hunc fuisse Apollinaris errorem. Nec tamen is à precedentibus sanctis viris aliqua ex parte recedit, nec aliud certius de anima adfert. Nam quauis beatus Thomas dicat esse errorem, non tamen dicit esse hæresim. Lata est differentia inter hæresim & errorem. quoniam etsi omnis hæresis sit error, non tamen vice versa oportet ut omnis error sit hæresis censendus, ut in principio huius operis docuimus. Atque hoc ipsum sensisse visus est sanctus doctor cum appellauit errorem, quia aduersus illum disputans, solum argumentationibus merè philosophicis agit, nullas scripturae autoritates adferens, quoniam contra Gentiles in illo operis libro agebat, non contra hæreticos. Hinc ergo colligere hoc vnum valebimus, hanc assertionem Tertulliani & Apollinaris, si aliquis sit sacrae scripturae locus apertus, aut ecclesiae definitio cui repugnare ostendatur, esse hæresim censendam, si autem nullus scripturae locus, aut ecclesiae definitio in hac parte reperitur cui repugnet, etsi non sit hæresis appellanda, dicitur tamen error: cum constet ex physica ratiocinatione eam longissimè à veritate distare. Ad quod persuadendum, post eas quas beatus Thomas adfert argumentationes loco proxime citato vnam ex meo capite in medium producam, quae maxime ad rem confirmandam facit. Si anima ex anima propagatur, ut corpus ex corpore, aliquod semine oportet à parentibus decidere in coitu vnde anima formetur, sicut semen decidit ad corporis formationem: alioqui dicitur anima ex nihilo produci, & non ex propagine, si nihil à parentibus decisum est vnde ipsa formetur: At cum sæpè eueniat, ut semina sine vllis conceptibus irrita permanant, & coitus sine ulla prolis generatione frustrati succedant: quærendum tunc est quid de animae semine factum sit, an pereat an maneat? Si illud perire asseris, animam oportebit etiam te dicere esse mortalem: quia impossibile est

vt cu-

A vt cuius causa & semen mortale est, ipsum immortale sit. Quod si illud perire negas, qui non potius manere contendis: quare anima non generatur, cum semine illius decisum sit vnde propaganda erat? Nunquid dicendum erit sicut de corpore, ideo animam non generari, quia qualitates disponentes ad eius generationem requisitae defuerunt: ita ut sicut ex nimia frigiditate mulier quantum sine viri recepto non concipit, ita etiam anima quantumuis eius semine in ventre matris recepto, ob defectum alicuius similis qualitatibus requisitae non producat? Quo concessio erit necessario dicendum animam substantiam ex aliquibus qualitatibus pendere, tam in generatione, quam in eius conseruatione: ita ut illis semini eius adhibitis subsequatur anime generatio: illis semotis anima nec generari nec subsistere queat. At cum qualitatibus illis aliqua reperirentur contrarietates (quoniam alioqui nihil obstaret, quod minus semine deciso, ex semine ipso cui maxime animae conueniunt, orientur, si nihil aliud esset illarum ortui repugnans) oporteret qualitates illas corruptioni esse subiectas, quibus corruptis necessario tunc anima corrumpere. Atque ita oporteret animam fati esse mortalem. Verum etsi hæc collectio maxime persuadeat, vehementerque urgeat, non tamen cogit ut ex ea oporteat dicere istorum assertionem esse hæreticam: quoniam in causa fidei efficaciores sunt autoritates, quam quaecumque physicae argumentationes, dicente Hierony. no in epistola ad Theophilum Alexandrinum: Fides pura & aperta confessio non querit strophas & argumenta verborum. Quod verò ait Tertullianus animam esse corpus, si ita intelligat, esse corpus, ut partes habeat, in partesque scindi possit, quarum vna in vno sit loco, altera in altero: hoc manifestè conuincitur esse hæreticum, per hoc quod sacrae literae docent animam esse spiritum. At quod spiritus est, corpus non est, nec esse potest. Dominus si quidem post resurrectionem suam discipulis apparens, illisque existimantibus eum spiritum esse, dixit: Videte manus meas, & pedes, quia ego ipse sum. Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Animam autem esse spiritum, pluribus scripturae testimonijs comprobatur. Salomon enim in Ecclesiaste ait: Quis nouit si spiritus filiorum Adam ascendat sursum? Et Dominus animam suam in morte commendans patri ait: In manus tuas domine commendo spiritum meum. Et liberam promptamque voluntatem se habere ad passionem subeundam ostendens, ait: Spiritus promptus est, caro autem infirma. vbi nomine spiritus signauit animam. Et Paulus carnis & animae pugnam describens, ait: Caro concupiscit aduersus spiritum. Anima ergo non potest esse corpus, cum sit spiritus. Sed opus est iam, ut contra Messalianos aperta sacrae scripturae testimonia proferamus, quibus conuincamus animam hominis non ab angelis (ut illi dicunt) sed à Deo creatam fuisse. Primum illud est manifestum, quod de creatione hominis Moses refert Dominum dixisse: Deus enim dixit: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et post pauca dicit Moyses: Creauit itaque Deus hominem ad imaginem suam. Fortè dicent Messaliani, quod per illud verbum, faciamus, Deus loquitur ad angelos quos voluit esse participes creationis animarum. Sed hoc facile conuincitur esse falsum: quia ad quorum imaginem factus est, illis dicit faciamus. Non est autem factus homo ad imaginem angelorum, sed ad imaginem Dei, ergo non angelis, sed alijs personis diuinis dicit Deus pater: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Præterea, illud est manifestius quod postea in eodem libro de creatione hominis differens Moyses ait: Inspirauit (inquit ille) in faciem eius spiraculum vitae. At spiraculum illud fuisse animam, quam Deus corpori Adæ infuderat, iam supra hæresi secunda ex sacris doctoribus ostendimus. Deinde, plurima sunt sacrae scripturae testimonia quae docent Deum esse omnium creatorem: ergo etiam animarum. Salomon ait: Creauit Deus ut essent omnia. Et Paulus ad Heb. ait: Qui omnia creauit Deus est.

L

Et vi-

Apo. 4.

Leo papa.

Et viginti quatuor seniores in Apocalypsi Ioannis adorantes Deum, dicunt: Dignus es domine Deus noster, accipere gloriam, & honorē, & virtutē: quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam sunt & creata sunt. Demum contra hanc hæresim sunt plures ecclesie definitiones. Leo papa in epistola ad Toribium Astoricensem episcopum ait: Animæ hominum priusquam suis inspirarentur corporibus, non fuere: nec ab ullo incorporantur, nisi ab opifice Deo, qui & ipsarum est creator & corporum. Hæc ille. Symbolum Nicæni Concilij ait: Credimus in vnum Deū patrē omnipotentē omnium visibiliū inuisibiliūq; factorē. Eidem sententiæ subscribit Constantinopolitanum Conciliū. Eadem sententia apertius declaratur in Concilio Lateranensi sub Innocentio. 3. celebratum, cuius decretū quia iam supra in titulo de Angelo citauimus, ideo nō est opus vt hic iterum repetatur.

Sexta hæresis est, quæ afferit animas sceleratorum hominū post mortē conuerti in demones, & in quæcunq; animalia bruta suis meritis cōgrua. Hæc hæresim recitat Philaster, nullo tamen illius nominato autore. Et Guido carnem longa satis tempore posterior in suo lib. de hæresibus, cap. 76. inter hæreses innominatas, quarum non est certus autor, eam recenset. Verū de hoc Guidone valde miror, quod eam sine nomine posuerit, præcipuē cum legerit (vt credi par est) Aug. in lib. de hæresibus ad Quod vult Deum. Hic enim est cap. 78. istum errorē sine nomine auctoris scribat, sequens Philastrū in illa parte: postea tamen eas recensens hæreses, quæ nec à Philastro nec ab Epiphanio cōmemorantur, cap. 86. de Tertulliano differēs, ait Tertullianū sensisse animas hominū pessimas, post mortem in demones verti. Et idem Guido, cap. 63. de erroribus Tertulliani scribens, hunc errorē illi tribuit: quapropter miror qualiter postmodum inter innominatas hæreses eam locauerit. Tertullianus ergo sensit animas hominum, nō omnes, vt Guido indifferenter illi tribuit, sed animas hominum pessimas post mortē conuerti in demones. An autem ipse dicat eas conuerti etiā in pecudes, Augustinus tacet, & mihi nō est certum. Quod si neget, erit in hac sola parte hæc hæresis sine nominato patrono. Quid autem Tertullianū mouere possit vt in hunc errorem laberetur, certē non video: nisi fortē illud quod Dominus apud Ioannē Iudæis pessimis loquens, ait: Vos ex patre diabolo estis. Et de transmutatione in pecudes, qui eam tutantur, fortē mouentur ex illo quod Ioannes Baptista ait: Progenies viperarum, quis inonstrat vos fugere a ventura ira? Verū hæc parum mouere deberent virum vel mediocriter doctum: præcipuē si consideraret non omnia sacre scripturæ verba sumenda esse iuxta solā Grammaticæ nudā significationē. Sacra etenim scriptura plena est metaphoris, alijsq; figuratis locutionibus, in quibus propter alij quarum rerum inter se conuenientia, nomen vnius pro nomine alterius ponitur: vt cum Christus vocatur leo, agnus: non quod vtrunque horum sit, imō cū neutrum eorum sit, vtrunque tamen dicitur ex quadam similitudine, eō quod vtrique eorum aliquid simile habet. Sic etiā homines aliquando vocantur iumenta propter eorum mores, quos iumentis similes habent. Progenies ergo viperarum vocantur Iudæi à Ioanne Baptista, eō qd sicut illæ deuorantes matres suas nascuntur, similiter illi postquā patres, hoc est magistros & prophetas occiderant, tunc pœnitentiā agentes spiritualiter nascuntur. Ad hunc etiam modum accipiendum est quod dicitur: Vos ex patre diabolo estis: vt nō iuxta naturā esse diaboli filios intelligatur, sed iuxta mores in quibus filij parentes imitantur. Nam cuius opera quisq; facit, eius & filius vocatur. Quod ex eo manifestē conuincitur, qd Iudæis dicentibus patrem suum Abrahā, Christus respondit: Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Ad hunc autē errorem reuincendum vel illud testimonium satis est efficax, vbi Mat. 25. Christus hominibus parum misericordibus minatur se dicturum in die iudicij: Ite maledicti in ignem

pter-

Aeternū, qui preparatus est diabolo & angelis eius. Ex quibus verbis ostenditur discriminē esse inter animas malorū hominū, & demones. Item in lib. Sapientie dicitur: Quomodo posset aliquid permanere, nisi tu voluisses? aut quod à te vocatū nō est, conseruaretur? Pars autē omnibus, quia tua sunt, qui amas, anima cōferuās. At quomodo cōseruaret animas, si eas in demones aliquādo verteret? Nā id quod vertitur in aliud, perire necesse est, vt in aliud vertatur. Quapropter ex eadē ratione oporteret fateri animā esse mortale: quod tamen Tertullianus, teste August. negat. Nā id quod in aliud conuertitur, ruc corrūpitur, cū vertitur in aliud: vt vinum cū vertitur in acetum, aut aēr cū conuertitur, in aquā, definit esse vinum, & definit esse aēr. Si ergo anima in demōnē conuertitur aut in pecudē, necesse est, vt in hac versione anima desinat esse, atq; ideo erit mortalis: quod esse erroneum nunc proximē ostendemus.

Septima hæresis est, quæ dicit animam hominis simul cum corpore in morte hominis corrumpi. Et hæc in duas adhuc sectas partita est, quibusdā dicentibus eas cum corporibus simul interire, sed postmodū in resurrectione iterum cum corporibus sulcitari. Hic error (vt ait Eusebius lib. 6. historiae Ecclesiasticæ, cap. 26. exortus est in partibus Arabiae. Sed hos hereticos, quoniam nullum eorum Eusebius nominat autorem, beatus Augustinus lib. de hæresibus, cap. 83. dicit, quod possimus Arabicos nominare, quo nomine à posteris, qui de hæresibus scripserunt, nominantur. Hi disputatione Origenis presentis, & eos alloquentis, teste Eusebio, citō respuerunt. Alij autem dicunt animā sic in morte hominis cum corpore perire, vt nusquam postea redeat, quo factō videntur etiam hi negare resurrectionem. Verū de hoc aliās inferius longius pertractabimus, cum de resurrectione agemus. Hic fuit error Saducæorum: quem errorem omissem, nisi alius illum postmodum suscitasset: quoniam solas illas hæreses pertractare decreui, quæ post Christi aduentum exortæ sunt: non illas, quæ ante Christi aduentum extiterunt, prout beatus pater Augustinus in suo libro de hæresibus etiam fecit. Hermannus igitur Kisslich Hollandinus, de quo iam supra fecimus mentionem, post Saducæos hunc suscitauit errorem. Hi ergo est inter se diuisi, in hoc tamen conueniunt, vt dicant animam per hominis mortem simul cū corpore perire. Quapropter vno eodemq; gladio feriendi sunt. Primō ergo ante omnia annotandum decreui, immortale aliquid bifariam dici: vno modo vt solū neget actum moriendi, ita vt illud dicatur immortale, quod nunquam morietur, quamuis mori posset: quomodo aliqui dicunt, Adam si in iustitia perseuerasset, immortalem futurum; sic quod nunquam moreretur, quamuis potentiam (vt dicūt) haberet ad mortem. Alio modo aliquid dicitur immortale, vt non solū neget actum, sed potentiam mortis, ita vt sicut nunquam morietur, ita nec mori possit, quomodo dicimus Deum immortalem. Hoc vltimo modo conuincere animam esse immortalem, maius requirit opus, quàm Enchiridion nostrum patitur: quapropter nunc mittere decreui, præcipuē cum ad istos hæreticos reuincendos satis est probare animam hominis quantumlibet corpore pereunte, nunquam perituram. Hoc autem euidentissimē conuincitur ex præmio bonorum & malorum, vbi dicitur de vtrisque: Ibunt hi, scilicet iusti, in vitam æternam: illi autem, id est, peccatores, in ignem æternum. Aeternum autem esse non potest, quod aliquando finitur. Et de iustis in particulari dicitur: Spes illorum immortalitate plena est. Præterea, diuersa hominum in hoc seculo vita, cui indignum sæpè pro nunc contingit præmium, ad eō efficax mihi videtur argumentum, vt etiam si scripturæ testimonium deesset, sufficeret ad conuincendum, animam post mortem hominis manere: quoniam videmus in hac vita præsentī peccatores sceleratissimosque homines sæpissimē prosperari, nullasque suis meritis dignas hinc luere pœnas: e contrario iustos aduersis vexari, morbis cruciari, plu-

rima q; pati incommoda. Quòd si animæ nunquam post hominis mortem manerent, posset mundi gubernator, cui hæc omnia subsunt, velut iniustus accusari, & iniustitia reprehendi, quòd iustos puniret, sceleratosq; homines premio afficeret. At cū nullo pacto Deus tanquā iniustus sit accusandus, quoniam iustus dominus, & iustitias dilexit, hinc conuincitur animā post mortem hominis aliquā habere vitam, in qua vnusquisque recipiet congruā suis meritis præmia. Præter hæc tamen, scripturæ sacræ est apertissimum testimonium. In libro siquidem Sapientie legitur: Excæcauit illos malitia sua, & nescierunt sacramenta Dei, neq; mercedē sperauerunt iustitię, nec iudicauerunt honorē animarū suarum, quoniam Deus creauit hominē inexterminabilem: ad imaginē similitudinis suæ fecit illū. Ex quo loco apertē conuincitur animam esse inexterminabilem. i. incorruptibilem & immortalē: quoniā, vt ex litera patet, de homine differit iuxta animā, & non iuxta corpus, iuxta quā in homine imago Dei sita est. Sic enim ait: neq; iudicauerunt honorem animarum suarum. Et causam subdēs ait: quoniam creauit Deus hominem inexterminabilem. Et in eodem libr. de animabus iustorum Salomon loquens, ait: Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum malitię. Visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. De eis dē etiam animabus iustis dicitur in Apocalypsi: Vidi sub altare Dei animas interfectorum propter verbum Dei, & propter testimonium quod habebant, & clamabant voce magna dicentes: Usquequo domine, verus & sanctus nō vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant terram? Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ, & dictum est illis, vt quiescerēt ad huc tempus modicum, donec compleantur conferui eorum, & fratres eorum qui interficiendi sunt sicut illi. Et in eodem lib. alibi dicitur: Vidi turbam magnam, quā dinumerare nemo poterat, ex omnibus gētibus, & tribubus, & populis, & linguis, stantes ante thronum, & in conspectu agni, amicti stolis albis, & palmę in manibus eorum: & clamabant voce magna dicentes: Salus Deo nostro, qui sedet super thronum, & agno. Qui autem sunt isti, de quibus loquitur, vnus ex senioribus explicuit, dicens: Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni: ideo sunt ante thronum Dei, & seruiunt ei die ac nocte in tēplo eius, &c. Rursus apud Lucam anima iusti Lazari deportatur ab angelis, & collocatur in sinu Abrahæ: & anima diuitis epulonis post eius mortē sepelitur in inferno, vbi cruciatur, atq; inde loquitur, cum Abraham. Anima ergo post hominis mortem manet. Dein de dominis apud Matthæum ait: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Si autem anima mortalis esset, & simul cum corpore periret, occidens corpus simul etiam occideret & animam, sicut fit in bruto, cuius anima ab interficiente corpus occiditur. Accedit ad hæc quod dominus apud eundem Matth. ait Sadducæis resurrectionem negantibus: De resurrectione autem mortuorum non legistis, quod dictum est à Deo dicente vobis: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob? Nō est Deus mortuorum, sed viuertium. Anima ergo mortuo quantumlibet corpore viuat, nec simul cum corpore perit. Contrā hanc hæresim extat expressa ecclesię definitio data in Cōcilio Lateranēsi sub Leone decimo celebrato, quæ talis est: Leo episcopus, seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam, sacro approbante Concilio, Apostolici regiminis sollicitudo nos assidue pulsata, vt medendis animarum languoribus, quarum nos ex alto omnipotens auctor curam habere voluit, his potissimum qui instantius fideles nuuc vigere cernuntur salutarifero olei & vini medicamine ad instar Samaritani in euangelio sollicitam operam impendamus. Ne nobis illud Hieremię obijciatur: Nunquid res nostra non est in Galaad, aut Medicus nō est ibi? Cū itaq; diebus nostris (quod dolēter serimus) zizanias seminator antiquus, humani generis hostis nōnullos perniciosissimi-

Aniciosissimos errores à fidelibus semper explosos in agro dominici superferminare & augere sit ausus, de natura præsertim animæ rationalis, quòd videlicet mortalis sit aut vnica in cunctis hominibus: & nonnulli temerè philosophantes secundum saltem philosophiam verum esse asseuerant, contra huiusmodi pestem oportuna remedia adhibere cupientes. Hoc sacro approbante Concilio damnamus, & reprobamus omnes asserentes animam intellectiuam mortalem esse aut vnica in cunctis hominibus, & hæc in dubium vertentes, cū illa non solum verè per se & essentialiter humani corporis forma existat, sicut in canone felicitis recordationis Clementis papæ quinti prædecessoris nostri in generali Viennensi Concilio ædito continetur: verum & immortalis & pro corporum, quibus infunditur, multitudine singulariter multiplicabilis, & multiplicata sit, quòd manifestè constat ex euangelio, cū dominus ait: Animā autem occidere non possunt. & alibi: Qui odit animam suā in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Et cū æterna præmia & æterna supplicia pro merito vitæ iudicandis repromittit: aliās incarnatio & alia Christi mysteria nobis minimè profuissent, nec resurrectio expectanda foret, ac sancti & iusti miserabiliores essent (iuxta Apostoli) cunctis hominibus. Cunque verum vero minimè contradicat, omnem assertionem veritati illuminatæ fidei contrariā omnino falsam esse diffinimus: & vt aliter dogmatizare non liceat, districtius inhihemus. Omnesq; huiusmodi errores assertionibus inherentes, veluti damnatissimas hæreses seminantes, per omnia vt detestabiles & abominabiles hæreticos & infideles, catholicam fidem labefactantes, vitandos & puniendos fore decernimus. Insuper omnibus & singulis philosophis in vniuersitatibus studiorum generalium, & alibi publicè legentibus districtè præcipiendo mandamus, vt cū philosophorum principia aut conclusiones, in quibus à recta fide deuiare noscuntur, auditoribus suis legerint seu explanauerint, quale hoc de animæ mortalitate & mundi æternitate, ac alia huiusmodi, teneantur eisdem veritatem religionis Christianæ omni conatu manifestam facere, & persuadendo pro posse docere, ac omni studio huiusmodi philosophorum argumenta, cū omnia solubilia existant, pro viribus excludere atq; resoluerent. Et cū non sufficiat aliquando tribulorum radices præscindere, nisi & ne iterum pullulent, suaditus euellere, ac eorum semina originalesq; causas, vnde faciliè oriuntur, remouere. Cū præcipuè humanæ philosophiæ studia diuturniora, quā Deus secundum verbum Apostoli euacuauit, & stultam fecit, absq; diuinæ sapientiæ condimento, & quem sine reuelatæ veritatis lumine in errorem quandoq; magis inducunt, quàm in veritatis elucidationē. Ad tollendam omnem in præmissis errandi occasionem, hac salutari constitutione ordinamus & statuimus, ne quisquam de cætero in sacris ordinibus constitutus, secularis vel regularis aut aliās ad illos à iure arctatus in studijs generalibus, vel alibi publicè audiendo, philosophiæ aut poësis studijs ultra quinquennium post Grammaticā & Dialecticam sine aliquo studio Theologiæ, aut iuris pontificij incumbat. Verum dicto exacto quinquennio, si & illis studijs insudare voluerit, liberum sit ei, dum tamen simul, aut seorsum, aut Theologiæ aut sacris canonibus operam nauauerit, vt in his sanctis & vtilibus professionibus sacerdotes domini inueniant, vnde infectas philosophiæ & poësis radices purgare, & fanare valeant. Et hos canones per ordinarios locorum vbi generalia studia vigent, & rectores vniuersitatis eorundem studiorum singulis annis in principio studij in virtute sanctæ obedientiæ publicari mandamus. Nulli ergo, &c.

Octaua hæresis est, quæ asserit animas transire de corpore in corpus: ita vt post vnus hominis mortem, anima illius ad aliud corpus vegetandum atq; fouendum transeat. Hæc Pythagoræ philosophi fuit olim sententia, cui impij Albanenses postmodum adhæreserunt. Eandem hæresim amplexati

plexati sunt Albigenſes hæretici, ſic dicti, quoniam ex comitatu Albigeſi propè Tholoſam orti ſunt anno domini. 1200. tempore Innocentij papæ huius nominis tertij. Quam ſententiam ſecluſa adhuc fide, ſed ſola ratione naturali ductus facile quique deferret, ſi conſideret quòd nihil omnino eorum quæ antè fuerunt, meminerint animæ. Oportebat ſiquidem eas meminiffe eorum quæ antè facta ſunt. Neque veriſimile eſt, vt hoc imputetur corpori, ita vt corporis admixtio vniuerſam ipſorum, quæ antè habitæ erant, in totum extinguat memoriam. Sicut enim nunc ſoporato & quieſcente corpore, quæcunque anima apud ſe ſola videt, horum plura reminiſcitur, atque ſæpè poſt multum temporis, ea quæ per ſomnium viderat, vigilans annunciat: ſic etiam reminiſceretur illorum quæ antequàm in hoc corpus veniret, in alio corpore egerat. Quòd ſi quis fortè neget vllam eſſe ſoporis ſimilitudinem, pro eo ſcilicet quòd corpore ſoporato anima adhuc ſuam operationem corpori communicat: ita quòd non eſt illa ſola quæ operatur, ſed ipſa inſtrumento corporis vtens: ideò aliam congruentionem adferam ſimilitudinem. Paulus ſiquidem in tertium cœlum raptus vidit arcana Dei, quæ non licet homini loqui: in quo raptu, quamuis ipſe dubius ſit, an eius anima in corpore fuerit, an extra corpus: hoc tamen eſt certum, animam tunc minimè corporeis ſenſibus vſam, ſed ipſam ſolan ſine vllò corporis adminiculo in illa fuiſſe arcanorum contemplatione: quoniam corporei ſenſus ad illa contemplanda minimè valent, & tamen poſteà illorum quæ vidit, reminiſcebatur. Si ergo huius quod in breuiſſimo tempore extra viſum eſt, cum ad corpus redijt, reminiſcitur: multò magis anima illorum reminiſceretur, in quibus per tot tempora in alio corpore viuens remorata eſt. Quòd ſi quis fortè Platonem imitatus dicat, cum in aliud corpus animæ transfunditur, eas obliuionis quoddam poculum à neſcio quo dæmone oblatum bibere, quo euenit (vt ait Plato) vt præteritorum non recorderentur: hoc certè magis videtur poëtarum figmentum, quàm philoſophorum, & multò minùs Theologorum doctrina. Si enim obliuionis poculum anima bibit, quod in ea omnium rerum deleat memoriam, percontabor tunc Platonem, aut eum qui illum in hac parte ſectatur, vnde ille ſcit animam ſuam à dæmone potatam fuiſſe, cum ſit nunc in corpore anima eius, & per hoc ex illo obliuionis poculo potaſſe oporteat, vt etiam illius poculi perdidit memoriam, & per conſequens ſe potatam fuiſſe nō recorderetur? Quòd ſi poculi illius obliuiſcitur, vnde ergo nunc ſcit ſe olim fuiſſe potatam? Si enim dæmonem, & poculum, & introitum in corpus reminiſcitur, cur non etiam reliquorum commemoratur? Ex quo apertè conuincitur hanc doctrinam non ſolùm à fide catholica, ſed etiam à vera philoſophia eſſe alienam. Et beatus Athanaſius in libro qui dicitur de beatitudine filij Dei, libro ſexto, regulas fidei oſtendens, ait: Si quis conſitetur animas hominum in reuolutionem ruruſus in mundo, aut in hominibus, aut in pecudibus, aut in ſerpentibus verti, anathema illi. Hæc Athanaſius. Verùm ne quis me incuſet, quòd propoſiti mei immemor, contra Ethnicos philoſophos diſputem: attendat me non pugnare aduerſus hanc ſententiam eò quòd Pythagoræ aut Platonis fuerit, ſed quia Albanenſes & Albigenſes, qui Chriſto nomina in baptiſmo dederunt, eandem poſtmodum amplexati ſunt.

Nona & vltima, quam in hac materia inuenio, hæreſis eſt, quæ aſſerit animas ante inſuſionem corporis peccaſſe, & in poenâ peccati in corpora tanquàm in carcerem fuiſſe incluſas. Huius erroris autor eſt Origenes, vt illi impingit Epiphanius in epiſtola ad Ioannem Hieroſolymitanum epiſcopum, quæ inter opera Hieronymi reperitur tomo quarto, eò quòd in Latinam linguam ille eam verterit. Hoc idem illi tribuit Theophilus Alexandrinus in ſuo Paſchali, libro primo, quod opus etiam Hieronymus in Latinum

vertit,

A vertit, & habetur in eo volumine quod dicitur Antidotum hæreſum. Eandem hæreſim poſteà tutatus eſt Prifcillianus Hiſpanus, Abilæ epiſcopus, qui ex omnium hæreticorum ſentina hæreſes hauit, vt dicit Leo papa in epiſtola ad Aſtorigenſem epiſcopum, & beatus Auguſtinus in lib. de hæreſibus ad Quod vult Deum, cap. 70. Sed circa nomē ciuitatis, cui hic Prifcillianus præfuit, Eraſmus Roterodamus vir alioqui longè doctiſſimus, deceptus fuit. Nam in ſcho-
lijs ſuis quibus librum beati Hieronymi de viris illuſtribus ornauit, cum de illo beatus Hieronymus dixiſſet fuiſſe Abilæ epiſcopum, ille interpretans hæc Hieronymi verba, dicit Abilam eſſe ciuitatē phenices in Syria. Qua in re valde hallucinatus eſt: quoniam licet ſit ciuitas in Phenicia hoc nomine dicta, tamen Abila cui Prifcillianus præfuit, notiſſima ciuitas eſt in vltiore Hiſpania, & non ex minimis illius. Prifcillianum autem fuiſſe Hiſpanum conſtat ex Auguſtino in libro de hæreſibus, & Leone papa in epiſtola ad Toribium Aſtorigenſem epiſcopum. Et inde euenit vt Concilium Braccarenſe contrā illum Hiſpania celebrauerit. Contra hanc hæreſim illa eadem argumenta militant, quæ aduerſus proximè recitatam hæreſim adduximus. Primò ergo de anima Chriſti patet quòd nunquàm peccauit, nec per conſequens dicendum eſt eā propter peccatum in corpus velut in carcerem fuiſſe detrufam. Nam vt eſt in prima Petri epiſtola, Peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Qualiter enim ipſe liberare omnes poterat à peccato, ſi anima eius peccato obnoxia, in poenâ peccati carceri fuiſſet mancipata? Prætereà cum iuxta Apoſtolum, in reſurrectione mortale hoc corpus induat immortalitatē, vt corpus ſicut & anima congruum ſuis meritis præmium accipiat: quæ eſt hæc demerita dicere corpus eſſe animæ carcerem, datum illi in poenam? tunc enim reſurrectionio non eſſet animæ beatæ in requiem, ſed in poenam, cum per illā cogeretur iterum redire ad carcerem, vnde ſemel liberata fuerat. Et ita fruſtrā eſſet corpus reſurrectionio, ſi expediret animabus abſq; grauitate corporum ad cœlum leuius ſubuolare. Ruruſus, ſi corpus eſſet animæ in carcerem & in poenam, nullo pacto illud anima diligeret, nec ab eo ſeparari doleret, nec vllò modo ad illud redire vellet: quæ omnia experimento comprobantur eſſe falſa: & horum vltimum improbat Paulus dicens: Nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri, vbi corpus magis Paulus appellat veſtem, quàm carcerem: & naturalem animæ ad illud inclinationem docet, cū ait: Nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri. Hoc eſt, reſugimus & horremus corporis miſeram conditionem, non autem ipſum corpus: quapropter nolumus ſimpliciter corpore carere, ſed corporis miſerijs & calamitatibus: vellemus autem corpore nouato veſtiri, quale erit in reſurrectione. Deinde ſi animæ antequàm corpus intrarent peccauerunt, & non in corpore, ſed in poenam peccati quod extra corpus fecerunt, in corpus velut in carcerem fuerunt incluſæ, oportebat vt ſaluator ipſe qui pro hominibus liberandis venerat, corpus non aſſumpſiſſet, cū animæ ſine corpore peccauerint. Oporteret etiam vt animas de corporibus liberaret eo tempore quando in baſiſſimate peccata dimittit, ſtatimq; baptizatum de carcere corporis liberaret, cū dicat corpus ſolum in peccati poenam fuiſſe productum, animæque datum. Iniuſtum eſt enim vt anima à peccato liberata, nihilo minùs adhuc carceri mancipetur. Adde quod beatus Paulus de Germanis in vtero Rebeccæ exiſtentibus, ait: Cum enim nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent, aut mali, vt ſecundum electionem poſitum Dei maneret, nō ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt ei: Quia maior ſeruiet minori: ſicut ſcriptum eſt: Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Ex qua Apoſtoli ſententia patet illos fratres nihil boni aut mali egiſſe antequàm naſcerentur. Verùm in his non eſt ampliùs immorandum, cum de hac re Eccleſia olim ſuam addiderit definitionem. Concilium ſiquidem Braccarenſe primum capite ſuorum Decretorum ſe-

xto sic ait: Si quis animas humanas dicit prius in cœlesti habitatione peccasse, & pro hoc in corpora humana in terra deiectas, sicut Priscillianus dixit, anathema sit.

ANNVS.

DE hac re solum reperi quandam sententiam quæ à Philastro inter hæreses annumeratur (quæ meo quidem iudicio) hæresis nomenclaturam nequaquam meretur. Is enim in suo libro de hæresibus dicit esse hæresim, asserere incertum esse numerum annorum ab origine mundi. Miror quidem virum dictum, qui tam leuiter de hæresi pronunciauerit, cum sit res tam seria de hæresi censere, ut longo subtiliq; examine sit opus antequam aliquid definiatur. Certum est enim varias esse de hac re supputationes: quapropter certum est nullam earum esse certam, præcipue cum nullam earum Ecclesia hucusq; reiecerit. Eusebius quidem, quem in temporum computatione Augustinus imitatur, libro duodecimo de ciuitate Dei, capite decimo, numerat quinquies mille sexcentos vndecim annos à cõdito mundo vsq; ad tẽpus quo Roma capta est à Gothis. Beda in libro de ratione tẽporum vsq; ad principatũ Theodosij iunioris, quo tẽpore ait Vrbẽ à Gothis fuisse captã, quater mille quadringentos & duos annos numerat. Quæ diuersitas prouenit ex diuersa instrumẽti veteris translatione: quoniam septuaginta interpretes in computatione annorũ, qui per diuersas generationes in libro Genesis distribuuntur, valde discrepant ab Hebraica veritate, quam nobis tradidit beatus Hieronymus. De qua dissonantia beatus Augustinus lib. 15. de ciuitate Dei, per multa capitula disputat. Eusebius & Augustinus sequuntur in sua cõputatione septuaginta interpretes. Beda Hebraicam veritatem sequitur. Philaster verò nescio quam translationem sequitur, cum nullam istarum sequatur. Nam in annorum computatione ab vtraque istarum recedit. Ponit siquidem ab origine mundi vsq; ad tẽpus quo illud opus scripsit, quinquies mille trecentos septuaginta annos. Philaster autem paulo prior fuit Augustino, quoniam beatus Augustinus in prologo libri de hæresibus ad Quod vult Deum, testatur se illum Mediolani cum beato Ambrosio vidisse. Quapropter nescio quo pacto nos suæ efficiet obnoxius supputationi, cum aliæ extant quæ ab illa maximè distant, æque virorum non contemnendæ autoritatis. Accedit ad hæc, quod ipsemet Philaster nõ constat sibi, diuersis supputationibus vtens. Nam in eo capite vbi de hac re disserit, ab Adam vsq; ad Heber sanctum, sub quo confusum est labiũ vniuersæ terræ, supputat octingentos quadragintaduos supra duo milia annorum, & tamen parum antea de varietate linguarum disputans, & capite sequenti volens conuincere Iudæorum linguã non fuisse primam, tunc numerat ab Adam vsq; ad Heber bis mille septingentos annos duntaxat. Nulla est ergo hæresis asserere (vt Philaster ait) numerum annorum ab origine mundi esse incertum, cum nunquam de hac re Ecclesia definiat, nec præcedentium aliquam opinionem vsquam respuerit.

APOSTOLI.

DE Apostolis eorumq; vita, statu, & conditione, aliquæ sunt exortẽ hæreses: quarum vna est, quæ asserit Apostolos non prædicasse Euangelium Christi iuxta spiritualementiam, sed tantum secundum literam. Hic est error abbatis Ioachim, & Petri Ioannis, vt illis impingit Guido carnalita.

Ioachim
abbas.

Alita. Hic Ioachim ex Calabria oriundus fuit, monachusq; ordinis sancti Benedicti, atq; in Florenti cœnobio eiusdem ordinis abbas. Hic multa scripsit, in quibus (meo iudicio) suum leue ingenium ostendit: quoniam in omnibus ferme libris suis, vt se futurorum præscium ostenderet, consuevit miscere pronostica, quod maxima leuitatis & gloriæ cupiditatis indicium est: maximè cum aliter se in posterum res habuit, quam ipse prædixit. Nam, vt de cæteris taceam, Fredericum Imperatorem, hostem Ecclesiæ futurum, sicut fortè somniauerat, prædixit, quem omnes historiae tradunt vsq; ad mortem in pace & tranquillitate Ecclesiæ permansisse. Claruit sub Alexandro tertio huius nominis pontifice & Henrico sexto Imperatore. Quod autem ad præsens dogma spectat, de quo nunc fit mentio, in eius scriptis quæ legi, non reperi, sed tantum à Guidone Carnalita inuenio eum de hac re notatum. De qua re valde miror, quoniam quum in Concilio Lateranensi sub Innocentio tertio celebrato, condemnatus sit quidam alius error huius abbatis Ioachim, de quo postea dicemus, mirandum est quod nullius alterius erroris Concilium illud fecerit mentionem: quum tamen plures alios errores habuerit, quemadmodum illi impingit Guido. Verum possibile fuit errores illos tunc sic latuisse, vt in aures Concilij nõ deuenirent. Quapropter fidamus in hac parte Guidoni. Hic ergo Ioachim inter ceteras fabulas quas populo Christiano ingerere voluit, hæc est vna, qua dicit tres hominis status. Primus status est, in quo homines secundum statum carnis vixerunt: quem statum ab Adam perducit vsq; ad Christum. Secundus status, est in quo mediã inter carnem & spiritum vitam homines duxerunt: & hunc statum à Christo vsq; ad beatum Benedictum protendit. Tertius status est in quo viuunt (vt dicit) & viuuntur secundum spiritum: & hic status protenditur à beato Benedicto vsq; ad finem mundi. His autem tribus statibus adaptat tres ordines, videlicet, conjugatorum, clericorum, & monachorum. Ordo conjugatorum incepit ab Adam, & (vt ipse ait) fructificare cœpit ab Abraham. Ordo sacerdotalis incepit ab Ozia, qui de tribu Iuda incensum obtulit, sed fructificauit à Christo, qui est rex & sacerdos. Ordo monachorum incepit à Benedicto, qui fuit vir sanctus: sed hic ordo cœpit fructificare temporibus abbatis Ioachim, vt ipsemet ait. Primum ergo statu data est lex carnalis. Secundo statu etiam data sit lex spiritualis, puta Euangelium, non tamen fuit prædicata per Apostolos nisi tantum secundum literam. Sed in tertio statu quem ponit, dicit fore prædicandum iuxta spiritualementiam eius intelligentiam, & hæc per monachos illos sancti Benedicti. Omnibus his etiam assentit Petrus Ioannis, præterquam in tertio statu, quæ iste, eod quod ordinis esset minorum, dicit, capere suum initium à beato Fracisco, & quod per fratres sui ordinis sit spiritualis vita reformanda, & Euangelium spiritualementer prædicandum. Atque ita factum est, vt suo quisque instituto sub quo militabat, fauere conaretur. Vt ergo omnia ordinatè subuertamus, primum ostendamus statum quem dicunt primum ab Adam scilicet vsq; ad Christum, non fuisse vitam secundum carnem. Paulus namq; in ea quæ est ad Rom. epistola, ait: Qui in carne sunt, Deo placere nõ possunt. Illos autem Apostolos dicit in carne esse, qui secundum carnem viuunt. Alioqui qualiter verum esset quod subditur: Vos autem non estis in carne, sed in spiritu? Vnde beatus Ambrosius exponens hæc verba ait. In carne positi, dicuntur non esse in carne, si assentientes Ioanni apostolo, mundana non diligat. Sententia enim homini sua fingit naturã, vt hoc appelleretur quod sentit. Hæc Ambro. Ex quibus colligitur homines primi status in carne omnes fuisse, cum iuxta istos omnes secundum carnem vixerunt. Qui autem in carne sunt, iuxta Paulum, Deo placere nõ possunt. Colligitur hinc nullum hominem primi status Deo placuisse. Præterea in eodem loco Paulus iterum expressius ait: Si secundum carnem vixeritis, moriemini. Hoc autem de morte secunda, scilicet gehenna, intelligendum est, vt Theophylactus ait. Nã aliter quæ

Pet. Ioan.

Rom. 8.

Ambro.

Rom. 8.

quæ sequuntur coherere non possent. Sic enim subditur: Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Omnes autem spiritu uiuentes, corpore mortui erunt, sed uiuent in æternum. Si ergo qui secundum carnem uiuunt, iuxta Paulum oportet eos mori in gehēna, oportet fateri omnes homines primi status sic mortuos esse, ut nulla illos spes uitæ æternæ maneant. Dicere autē nullum hominem ab Adam usque ad Christū placuisse Deo, omnesque fuisse damnatos, manifesta est hæresis, quæ pluribus eisque apertissimis sacra scripturæ locis repugnet. De Abel siquidem legitur, quod respexit dominus ad Abel, & ad munera eius. Nec aliter respexit quam acceptando, quomodo non respexit ad Cain: quia iste non placuit Deo, ille autem placuit. Hoc enim modo exponit Paulus in epistola ad Hebr. dicens: Fide plurima hostiā Abel quam Cain obtulit Deo: per quā testimonium consecutus est esse iustus: testimonium perhibente muneribus eius Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur. Abel ergo iustus inuentus est apud Deum. Sic enim uoce diuinā proclamatus est. Ut ueniat, inquit Christū, super uos omnis sanguis qui effusus est à sanguine Abel iusti, usque ad sanguinem Zachariæ prophetæ. Præterea de Enoch eodē loco ait Paulus: Fide Enoch translatus est ne uideret mortē, & non inueniebatur, quia transtulit illum dominus. Ante mortem enim testimonium habuit, placuisse Deo. Rursum satis conuincitur Dauid placuisse Deo, per id quod Deus de eodem Dauid dixit: Inueni hominem secundum cor meum. Quod autem efficacius testimonium adduci potest, quam de Ioanne Baptista, qui diuino præconio sic exaltari meruit, ut nullus eo maior inter natos mulierum surrexisse dicatur: huic certē ego non audeam, post virginem Dei matrem, aliquem sanctorum præferre. Qualiter, inquam, dicemus Ioannem Baptistam secundum carnem uixisse, qui uinum & siceram non bibit: qui locustis uescabatur: qui mollibus non induebatur, sed ueste ex pilis camelorum texta: hæc enim inimica sunt carni. Apertissimum ergo est mendacium, dicere omnes homines ab Adā usque ad Christum secundum carnem uixisse. Ad secundum ergo statum deueniamus, in quo dicunt datam fuisse legem spirituales, puta Euangelium: sed hoc aiunt non fuisse spiritualiter & secundum ueram intelligentiam prædicatum, sed tantum iuxta literam, & in superficie. Hic ergo (ut istorum temeritas clariùs pateat) percontari illos oportet, utrum ideo Apostoli non prædicauerunt secundum spirituales intelligentiam Euangelium, quia illud sic non intellexerunt: an quia quum intellexerint, prædicare noluerunt, sibi ipsi ueram intelligentiam seruantes, alijs autem solum denunciantes literam? Nullus diceret apostolos ignorasse Euangeliū iuxta spirituales illius intelligentiam, cū dominus dicat: Omnia quæ habui à patre meo, nota feci uobis. Et alibi: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei. Quod si mysterium, non ergo solam literam. Deinde quis audeat dicere beatum Ioannem Euangelistam ignorasse intelligentiam spirituales Euangelij, cui supra pectus domini in cœna recumbenti reuelata sunt secreta cœlestia? Et de Paulo etiam quis audebit hoc dicere, qui in tertium usque cœlum raptus uidit arcana Dei, quæ non licet homini loqui: qui etiam Euangelium non ab hominibus, sed ab ipso Deo (ut ille ait) accepit: Præterea si apostoli ignorauerunt spirituales Euangelij intellectum, malè Paulus impropere Iudæis quod solū literæ cortici adherentes, literæ spiritum non tenerēt. Possent quidem illi obijci illud poetæ: Loripedem rectus derideat; Aethiopem albus. De Iudæis autē Apostolus loquens, ait: Usque in hodiernum diē uelamen positum est super cor eorum. Cū autem conuerfus fuerit ad Deum, auferetur uelamen. Dominus autem spiritus est. Vbi autem spiritus domini, ibi libertas. Nos uerò omnes reuelata facie gloriam domini speculantes, in eandem imaginem transformamur, tanquā à Domini spiritu. Accedit ad hæc quod Christus propè mortē ab apostolis discessurus, eis dixit: Paracletus

A tus autē, inquit, ille quē mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia, & suggeret uobis omnia quæcunque dixerō uobis. Quid autem est, suggeret illis, nisi declarabit, exprimet; quæ fortè obscuriùs à Christo dicta non intellexerant propter eorum tunc obtusum ingenium, sed adueniente spiritu sancto omnia fuerunt illis aperta: Si autem apostoli uerum & spirituales Euangelij intellectum habuerunt: oportet fateri eos ita prædicasse prout intellexerunt. Alioqui peiores fuissent quam si ignorassent: quoniam scientes, & iuxta scientiam docere nolentes, aut inuidia, aut alteriùs similis criminis meritò accusarentur, nulla eos excusante ignorantia. Nec in hac re, meo iudicio, est ampliùs morandum, cū de illa iam Apostolus Paulus sententiam apertam dixerit. Sic enim ait: Idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non litera sed spiritu. Litera enim occidit, spiritus autem uiuificat. Nihil quidem contra istos expressiùs dici potuit. Abeat ergo, & suas fabulas uetulis propè ignem narrent, & non uiris doctis, qui sciunt triticum discernere à lolio.

S ecunda hæresis est, quæ asserit apostolos nec habuisse nec recepisse pecuniam, neque aliquid in crastinum seruasse, & (quod peius est) docet etiam hæc hæresis nihil horum Apostolis licuisse. Quapropter spem salutis tollit omnibus pecuniam recipientibus, aut aliquid in crastinum seruantibus. Huius hæresis auctores fuerunt quidam dicti pseudapostoli, qui fuerunt circa tempus Bonifacij papæ huius nominis. 8. Istorum dux fuit quidam Gerardus Sagarellus de Parma, qui captus in errore, damnatus & combustus fuit. Hunc uel discipulus magistrum, sequutus est quidam Dulcinus Nouariensis, qui cū uxore sua Margareta eiusdem criminis conscia similem suo magistro passus est mortem. De his dici potest illud Apocalyp. Tentasti eos qui se dicunt apostolos, & non sunt: & inuenisti eos mendaces. Nam isti iactabant se uitam apostolicam habere, eò quod sicut apostoli (ut dicebant) sic & ipsi pecuniam non recipiebant, neque aliquid in crastinum seruabant. Ad quod asserendum mouebantur ex eo quod CHRISTVS redemptor & magister omnium apostolis dixit: Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis uestris. Et iterum: Nolite solliciti esse in crastinum. Et alia huiusmodi quæ dominū dixisse apostolis suis Euangelistæ referunt. Verum hæc hæresis ex prauo literæ intellectu (ut sæpe euenire solet) oritur. Quapropter contra hanc hæresim hoc ordine procedemus, ut primò illam de hæresi conuincamus, deinde uerum illius Euangelicæ scripturæ sensum doceamus. Primò ergo, apostolos pecuniam habuisse, eamque secum portasse satis conuincitur per id quod dicitur apud Ioannem: Cū uenisset IESVS in ciuitatē Samariæ, quæ dicitur Sichem, ipso manente prope fontem extra ciuitatem, discipuli eius abierunt in ciuitatem ut cibos emerent. Rursum apud eundem Ioannem Euangelistam dicitur, cū Dominus Iudæ traditori dixisset: Quod facis, fac citiùs, hoc neminē apostolorum intellexisse, eò quod putabāt (quia oculos habebat Iudas) quod dixisset ei Iesus eme ea quæ opus sunt nobis ad diē festū, aut egenis ut aliquid daret. Quæ uerba pertractans Theophylactus super Ioannē, ait: Et quomodo qui alios admonet ne portent perā nec æs, ipse autē marsupium ferebat? Ostendit quod & possessione carentem, & crucifixum mundo, magnā oportet eius partis, uidelicet pauperū, curā habere. Hæc Theophylactus. In quibus uerbis illud aduertere oportet, quod Theophylactus sentit uerbū Christi de non portanda pecunia esse inter admonitiones & consilia computandum, & non inter præcepta. Qualitercunq; tamen hoc se habeat, illud semper est certum, Christū & eius Apostolos pecuniam secum portasse, sicut duo quæ proximè citauimus testimonia apertissimè ostendunt. Quapropter non est de hac re ampliùs contendendum, cū hæc sententia de non portanda pecunia, his testimonijs efficacissimè conuincatur. Ad aliam ergo huius hæresis particulā procedamus. Nam quod isti

isti pseudopostoli aiunt de reseruatione in crastinum, eam non esse literam, quoniam (vt dicit) ita apostolis prohibuitur est aliquid in crastinum seruare: hoc est falsum perinde ac reliquum. Christum siquidem & apostolos aliquid seruasse in crastinum bene conuincitur per id quod habetur apud Ioannem. Cum enim dominus ex quinque panibus & duobus piscibus satiasset quinque milia hominum, dixit postea apostolis: Colligite quae superauerunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt autem duodecim cophinos fragmentorum. Vides hinc aliquid reseruationem. Apostolus etiam collectas fieri ordinauit per unam sabbati, vt inde egenibus distribueret: nec tamen omnia quae vno die colligebant, tunc diuidebant, sed prout necessitas & egestas pauperum exigebat. Oportebat ergo inde aliquid seruare pro tempore. Similiter (vt in libro Actuum Apostolorum patet) multa procurata sunt necessaria indigentiae fratrum propter famem instantem, quae per Agabum praedicta fuerat, & sub Claudio postea euenit. Deinde Paulus nauigans, cum ad Caesarem appellasset, ad quem missus est, nonne aliquid alimenti pro via receperit? nec tamen pro vno tantum die prouidit, quia non vna die solent nauis ex Asia Romam peruenire: quinimo multis diebus in via moram fecit. Verum licet haec clarissima sint, oportet tamen vt eorum obiectionibus respondemus. Primum ergo adducunt illud Matthaei: Nolite portare aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris. Huic dupliciter respondemus: Primum quod aliqua fuerunt Apostolis prohibita vno tempore, quae postea eis licuerunt: vnde liquet prohibitionem talem non fuisse absolutam & sempiternam, sed temporariam ad aliquod certum tempus restrictam, quales sunt multae ex his quae habentur Matthaei decimo capite, cum a domino ad praedicandum mittuntur: vt gratia exempli, ibidem dicitur: In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: quod certum est referendum esse ad illud tempus quo ad praedicandum mittebantur, vt tunc non accederent ad loca gentilium: non autem absolute, vt scilicet nunquam accederent ad ea loca quae gentes inhabitant. Nam in eodem Matthaeo postmodum dicitur quod fecerunt Iesus in partes Tyri & Sidonis, quae oppida ad gentes pertinebant, & apud Ioannem habetur quod accessit ad Samariam. Apostoli etiam post ascensionem Christi relicta Iudaea conuerterunt se ad gentes. Petrus siquidem fuit Antiochia, & Romae, vbi & mortuus & sepultus est. Ad hunc etiam modum de non portanda pecunia in zonis, fuit forte praecipuum apostolis pro illo solo tempore quo mittebantur. Volebat enim Christus docere apostolos qualiter iactare deberent cogitatum suum in domino, & in illo collocandam esse spem: quo facto ipse illos enutrit. Vt autem hoc experientia cognoscerent, misit illos iubens eis vt non portent pecuniam, qua reiecta experiri tunc possent quomodo nihil illis deesset, quoniam ij quibus praedicabant, eos alere tenebantur. Dignus est (inquit) mercenarius cibo suo. Quapropter cum aliam docens eisdem de hac re etiam disseruisset, ait: Quando misit vos sine sacculo & sine pera, nunquid defuit vobis aliquid in via? Vnde videtur hac ratione tunc illis fuisse prohibuitur portare pecuniam, vt tunc experiri possent dominum habere curam illorum, nihilque illis deesse, etiam si pecuniam reijcerent, qua ratione conuinceret eos non debere spem suam figere in pecunia aut auro vel argento, sed in Deo. Aliter etiam dici potest iuxta beatum Augustinum, qui in pluribus locis ait illud non fuisse praecipuum, sed Consilium. In secundo etenim libro de consensu Euangelistarum capite trigesimo dicit: Cum dominus diceret apostolis, nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris, &c. continuo subiecit, dignus est operarius mercede sua. Vnde satis ostendit cur eos haec possidere aut ferre noluerit, non quia necessaria non sunt sustentationi huius vitae, sed quia sic eos mittebat, vt eis deberi monstraret ab eis quibus credenti bus Euangelium nunciarent, tanquam stipendiis militantibus. Vnde apparet hoc non

- A hoc non ita praecipuum dominum, tanquam Euangelistae aliunde viuere non debeant, quam ab eis credentibus, quibus Euangelium annunciant: alioquin contra hoc praecipuum fecisset Paulus, qui victum de manuum suarum laboribus transigebat, ne cuiquam grauis esset: sed apparet dominum potestatem dedisse apostolis, in qua scirent ista sibi deberi. Cum autem a domino aliquid imperatur, nisi fiat, culpa inobedientiae est. Cum vero potestas datur, licet cuique non vii, & suo iuri cedere. Hoc ergo ordinans dominus, quod qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuant: illa apostolis loquebatur, vt securi non possiderent nec portarent huic vitae necessaria. Hucusque Augustinus. Et eandem sententiam repetit in libro contra Adimantum haereticum, capite vicesimo. Idem prorsus dicit in libro de mendacio, capite vicesimo secundo. Quod autem adferunt ex Euangelio Matthaei, videlicet: Nolite solliciti esse in crastinum, ex hoc conuincere volentes non licere aliquid in crastinum seruare, nullo pacto suam sententiam confirmat. Primum quidem (vt ait beatus Hieronymus super Matthaeum) cras in sacris literis non solum denotat diem proximum futurum post praesentem, sed omne tempus futurum, & incertum. vt illud dicatur cras futurum, quod aliquando eueniet, vt in Genesi dicit Iacob: Respondebitque mihi cras iustitia mea, quando placiti tempus aduenerit coram te. Vbi clare patet hoc aduerbium cras poni pro tempore futuro. Et in Samuelem phantasmate Pythou nissa loquitur ad Saulem: Cras tu & filij tui mecum eritis. Nec tamen die proximo Saul & filij eius sunt defuncti, sed aliquot transactis diebus moritur Saul cum tribus filijs. Et ita iuxta hanc interpretationem posset dici, per illam litteram non prohiberi reseruationem pro crastina die, hoc est, proxime sequenti, sed prouisione pro toto tempore futuro. Secundum & melius & clarius respondemus, non prohiberi reseruationem pro crastino, sed sollicitudinem: ne scilicet adeo solliciti sint, vt sollicitudo ipsa separet nos a Deo, cui seruire debemus. Hoc autem & verba ipsa sonant, & ex praecedentibus facile colligitur. Non enim dixit, nihil seruabitis in crastinum: sed dixit, Nolite solliciti esse in crastinum. At sine sollicitudine quis potest in crastinum seruare, imo cum iam seruauit pro crastino, sollicitudo ipsa tollitur, vt non sit ei iam cura de crastino, sed cogitet de Deo. Apostolus nanque ait: Habentes alimenta, & quibus regamur, his contenti simus. Vnde Theophylactus exponens illa verba apud Matthaeum, ait: Sufficit enim tibi quod hodierna afflictione obrueris, quod si & pro crastino sollicitus fueris, quando vacabis Deo, semper temetipsum crucians pro corporalibus? Haec Theophylactus. Vides ibi sollicitudinem nimiam prohiberi, & non solum reseruationem, aut rerum pro crastino detentionem. Errant ergo pseudopostoli dicentes, nihil in crastinum licere seruare.

A Q V A.

DE hac re duas solum reperio haereses. Prima est, quae dicit aquam non esse creatam a Deo: sed esse illi coaeternum. Hanc haeresim recitat Philaster, nullo illius nominato autore: & beatus Augustinus in libro de haeresibus septuagesimo sexto loco inter haereses eam recenset, nec etiam auctoris meminit. Quicumque illius fuit inuentor, nescio vnde sui erroris occasionem sumpserit, nisi forte quod in libro Geneseos, in quo de creatione rerum agit Moses, cum de creatione coeli & terrae mentionem fecerit, nusquam tamen de creatione aquae meminit: sed solum dixit, quod spiritus domini ferebatur super aquas. Haec autem haeresis facile conuincitur per id quod dicitur in Psalmo octogesimo octauo. Tui sunt coeli, & tua est terra: orbem terrae & plenitudinem eius tu fundasti, aquilonem & mare tu creasti. Et Psal. 154. Omnia quaecumque voluit domi-

Gene. 1.
hale. 1.

dominus fecit in coelo & in terra, in mari, & in omnibus abyssis. Si ergo Deus creauit mare, & aquas creasse etiam oportet: quoniam congregationes aquarum appellauit maria. Et (vt ait Ecclesiastes) omnia flumina intrant mare. Quod autem eorum nomine obijcitur, de creatione aquae nullam factam esse à Mose mentionem in lib. Geneleos, hoc falsum est, & ex falsa scripturae intelligentia procedens. Nam cum dixit: In principio creauit Deus coelum & terram, ibi nomine terrae omnia corporea, quae sub coelo sunt, significantur. Hoc etenim nomen terra dupliciter accipitur in sacris literis, praecipue in illo primo capite libri Geneleos. Aliquando namque terra sumitur pro massa illa, ex qua omnes creaturae corporeae deriuatae sunt: de qua dicitur, quod erat inanis & vacua, id est, informis, tanquam rudis quaedam & indigesta moles, ex qua partes diuersae sumptae sunt ad diuersarum formarum susceptionem. Et haec est de qua dicitur: In principio creauit Deus coelum & terram, hoc est, massam illam ex qua omnes res corporeae deriuatae sunt, & per consequens aqua. Et haec terram philosophi vocant materiam primam, eod quod prima sit materies, ex qua per susceptionem diuersarum formarum ceterae corporeae substantiae digestae sunt. Aliquando capitur terra, idque vitatius, pro vno ex quatuor elementis, & sic capitur in eodem loco cum dicitur: Congregentur aquae, quae sub coelo sunt, in locum vnum: & appareat arida. Et factum est ita. Et vocauit Deus aridam terram, congregationesque aquarum appellauit maria. Cum ergo arida vocatur terra, contractius est nomen terrae, quam cum dicitur: In principio creauit Deus coelum & terram: quoniam hic terra ad materiam omnium substantiarum corporearum se extendit, & ita ad materiam aquae. Quapropter de aqua ibidem nomine terra fit mentio. Quod si nulla ibidem fieret de aqua memoria, nusquam inde colligere liceret aquam non esse creatam: cum hoc ex alijs scripturae locis non minus canonicis quam est liber Geneleos, aperte conuincatur. Contra hanc haeresim est symbolum Concilij Niceni, & symbolum Concilij Constantinopolitani, quorum vtrunque fatetur Deum esse omnium creatorem, visibilium & inuisibilium. Et idem docet Concilium Lateranense sub Innocentio tertio celebratum, cuius decretum habetur in cap. Firmiter, De summa Trinitate, & fide catholica.

Hic. 1.
sc.

Secunda haeresis est, quae dicit aquam benedictam nihil plus habere virtutis aut efficaciae, quam non benedictam. Huius erroris priui (quod sciam) auctores fuere quidam, qui flagellantes sunt appellati. Hi circa tempus Gregorij papae huius nominis decimi surrexerunt in Italia: atque inde in Germaniam & Galliam processerunt, qui ad 40. annos vel circa semetipsos flagellando per mundum transierunt: & ita ab eorum opere nomen sortiti, vt flagellantes sese appellarentur: quoniam nodosis flagellis, in quibus aculei inserti erant, seipsos flagellabant, dicentes quod haec flagellatio potior sit ad delenda quaecumque peccata, quam quaecumque confessio: imò comparabant ipsam martyrio, vel praeferebant: quoniam vltro ipsi (vt dicebant) sanguinem proprium fundebant, martyres vero ab alijs hoc pati cogebantur. Ex ista secta pessimi errores deriuati sunt: inter quos hic vnus est quem diximus. Post istos in eodem errore successerunt quidam haeretici in Anglia dicti Lollardi, ex secta Vviclephistarum originem trahentes, sed in hoc suo magistro Vviclepho non adherentes: nec mirum, quoniam hoc est haereticis peculiare, vt nesciant tenere vnitatem. His Lollardis in eodem errore successit quidam Germanus dictus Ioannes de Vvestphalia superiore, tempore Frederici imperatoris huius nominis tertij: cuius libri eodem tempore ob multas alias haereses ibidem repertas, Maguntiae ex sententia inquisitorum haereticarum prauitatis combusti sunt. Hi ergo omnes concordiam animo afferunt aquam benedictam nullius esse virtutis maioris quam sit non benedicta: quia non possumus (vt dicunt) benedictionibus nostris res facere meliores, quam Deus eas per

Ioan. de
Vvestphalia.

A eas per naturam condidit. Quapropter impij Lollardi dicunt omnes benedictiones factas super vinum, panem, aquam, oleum, & sal, & ceram, ecclesiae muros aut parua uimenta, vestes, mitram, calices, & alia similia, esse merè opus necromantiae potius quam verae & Christianae pietatis: quoniam (vt aiunt) per tales exorcismos & benedictiones creaturae honorantur, credendo de ipsis quod sint maioris virtutis quam sint in natura propria, cum tamen in creatura sic benedicta nulla videatur mutatio facta, sed sola falsa fides. quod est principale in arte diabolica. Verum quantum spectat ad exorcismos & benedictiones, alibi ostendemus ea omnia non esse futilia & inania, nec à Christiana pietate separata. Nunc ergo de aqua solū & specialiter differamus. Primum quidem patet eius benedictionem non esse daemone inuocationem, vt Lollardi mentiuntur, per id quod in libro Numerorum scribitur de zelotypia mariti aduersus uxorem. Sic enim dicitur: Si spiritus zelotypiae concitauerit virum contra uxorem suam, quae vel polluta est, vel falsa suspitione appetitur, adducet eam ad sacerdotem, & offeret oblationem pro illa decimam partem sati farinae hordeaceae. Non fundet super eam oleum, nec imponet thus: quia sacrificium zelotypiae est, & oblatio inuestigans adulterium. Offeret igitur eam sacerdos, & statuet eam coram domino, assumetque aquam sanctam in vase fictili, & pauxillum terrae de paupimento tabernaculi mittet in eam. Cumque steterit mulier in conspectu domini, discooperiet caput eius, & ponet super manus illius sacrificium recordationis, & oblivionem zelotypiae. Ipse autem tenebit aquas amarissimas, in quibus cum execratione maledicta congescit, adiurabitque eam, & dicit: Si non dormiuit vir alienus tecum, & si non polluta es deserto mariti thoro, non te nocebunt aquae istae amarissimae, in quas maledicta congescit. Si autem declinasti à viro tuo, atque polluta es, & concubuisti cum alieno viro, his maledictionibus subiacebis. Det te dominus in maledictiones, exemplumque cunctorum in populo suo: putrescere faciat femur tuum, & tumens vterus tuus dirumpatur. Ingreddiatur aquae maledictae in ventrem tuum, & vtero tumescente putrescat femur tuum. Et respondebit mulier, amen, amen. Scribetque sacerdos in libello ista maledicta, & delebit ea aquis amarissimis, in quas maledicta congescit, & dabit ei bibere. Haec ibi. Quid ad haec respondebunt Lollardi? est ne ille exorcismus maledictionis & diabolicus: an potius diuina pietate plenus, voceque diuina prolatus? Quomodo ergo illa aqua habet virtutem & efficaciam? nunquid per artem diabolicam? Absit, sed per virtutem diuinam: & tamen ibi nulla videtur post exorcismum facta in aqua mutatio, vt ipsi petunt, Quid ergo lantant? Si hoc fecit Deus tempore illo, cur non etiam erit paratus & alia similia nunc operari per creaturas ad sui nominis inuocationem? Quapropter vetustissima ecclesiae consuetudo fuit, ab ipsis etiam Apostolorum temporibus ad nos vsque deriuata, vt aqua benediceretur, sale exorcizaretur: vt per orationes, quae in eius benedictione ad Deum funduntur, dignetur deus similia operari per eius asperionem in nobis, qualia orando aut benedicens prius petita sunt. Non quod ex ipsa benedictione aqua ipsa habeat necessarium illam virtutem: quia nec aqua baptismatis (iuxta veriore opinionem) habet hanc virtutem: sed quod Deus assistit & operatur verbis super aquam dictis: differenter tamen, quia in baptismo Deus ex promisso assistit, atque ideo nunquam non operatur: quia coelum & terra transibunt priusquam verbum vnum eius transeat. Quapropter nisi ipse baptismate ablutus obstaculum peccati opponat, semper Deus in baptizatum gratiam infundit. At non sic est de aqua benedicta, nec sic (vt ita dixerim) obligatus est, quia nec ipse promissit, nec ipse hoc signum instituit: sed confidendum est de eo, quod dabit & efficiet id in nobis, quod in aqua postulatum est cum benediceretur, vt puta dicendo: Virtutem tuae benedictionis infunde, vt quicquid in domibus fidelium vel lo

Titulo
Exorcif-
mum.

Num. 5.

Mat. 24.

F. ALFONSI DE CASTRO MINORITAE

cis hæc vnda resperferit, careat omni immunditia, liberetur à noxa: non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens: discedat omnes insidiae latentis inimici, &c. Quòd si hæc omnia non semper aqua aspersa operatur, inde conuincitur eam non esse sacramentum, quia scilicet non est efficax signum. Quia tamen per eius asperionem multa mirabilia Deus operatus est, conuincimus quòd etsi non sit sacramentum, hoc tamen habet, quòd maioris sit multò virtutis, quàm non benedicta: quoniam ad eius asperionem multa Deus operatur, quæ per asperionem alterius aque non benedictæ nullo modo operantur. Nam, vt de cæteris taceam, illud est manifestum quod in .9. lib. hist. tripartita, cap. 33. Theodoretus vnus ex tribus autoribus, à quibus tripartitæ nomen accepit, ait: Refert enim quòd cum Theodosius Imperator pijsimus iuberet templum idolorum destrui, quidam præfectus Apamiæ ciuitatis accedens vt templum Iouis destrueret, quod se posse facere diffidit, propterea quòd ædificium esset adeò robustum, lapides in eo locati adeò magni, ita tenaciter sibi inuicè adhæreres, vt impossibile iudicaret lapidum iuncturas posse dissoluere. Cumque superuenisset quidam, se hoc facturum promisit, puta suffodiens tres per circuitum columnas quibus præcipuè totum ædificium innitebatur, & sub earum basibus ligna fortissima supponens inuicem ignem, nec tamè ignis accendebatur: quoniam dæmon quidam teterrimus apparuit, qui flammam secundum vires suas prohibebat operari. Cumque frequenter hoc faceret, & molitionem suam explere non possent, nunciauerunt Marcello illius ciuitatis episcopo: qui ecclesiam accedens vasculum aquæ sub altari poni præcepit: ipse verò in terram prostratus dominum orabat, vt dæmonis tyrannidem pelleret: ne ex hoc infidelibus maior exultationis occasio nasceretur. Hæc cum dixisset, factò signaculo crucis in aqua, quendam diaconum suum Equitium, fide & zelo munitum, sumere iussit aquam, & velociter currere, & cum fide aspergere, ignemque supponere. Quod cum fuisset factum, dæmon aufugit, non ferens aquæ virtutem. Aliud exemplum simile huic narrat Epiphanius libro. 1. Tomo 2. contra hereses, de quodam Iudæo ad Christianismum conuerso, cui nomen erat Ioseph, vbi hæc ait: Iosephus acceptis à Constantino literis & potestate, in Tyberiadem venit, habens etiam epistolas, vt de regis expensis sumptum faceret: incipit itaque, in Tyberiadem ædificare. Erat autem opus calce & alia materia. Caminos itaque extra urbem multos facere iussit. At verò callidi Iudæi incantationibus quibusdam ignem ligare, ac dispergere aggressi sunt. Quapropter comotus Iosephus, & zelo erga deum correptus extra ciuitatem currit, & vbi aquam in vase afferri iussisset, accepto vase aquæ coram omnibus (multitudo enim ingens Iudæorum confluerat ad spectaculum) magna voce crucis signaculum digito suo vase imposuit, & inuocato nomine Iesu, sic dixit: In nomine Iesu Nacareni fiat virtus in hac aqua ad reprobationem omnis incantationis ac magia, quàm hi fecerunt, & ad efficaciam potentie ignis, ad perficiendam domum domini, & sic accepit aquam in manu, & de aqua singulos fornaces resperferit, & dissoluta sunt incantamenta, & ignis coram omnibus emerfit. Hæc Epiphanius. Quid ad hæc impij Lollardi dicent? Nonne aqua illa per episcopi sancti orationem mutauit naturam, vt ignem non solum non extingueret, sed potius accenderet? Propter hæc & alia similia que experta sunt à fidelibus, ecclesia illam aquæ benedictionem approbat, eamque fieri præcipit, nec tamen ab heri & nudius tertius, sed ab ipsis Apostolorum temporibus procedens, ad nostra usque tempora deriuata est. Alexander siquidem papa huius nominis primus, qui quartus à B. Petro pontifex Romanus extitit, in suis decretis que in libro Conciliorum passim circunferuntur, sic ait: Aquam sale conspersam populis benedicimus, vt ea cuncti aspersi sanctificentur ac purificentur, quod & omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam si cinis vitulae aspersus san-

Theodore-
tus.

Alexander
papa de 6o
sec. dist. 3.
cap. Aquæ.
Len. 4.
4. Reg. 2.

ADVERSUS HÆRESES, LIB. II.

Fol. 67

A guine populum sanctificabat atque mundabat, multò magis aqua sale aspersa diuinisque precibus sacrata populum sanctificat atque mundat. Et si sale asperso per Helisæum prophetam sterilitas aquæ sanata est, quantò magis diuinis precibus sacrata sterilitatem auferit rerum humanarum, & coinquinatos sanctificat atque mundat, & expurgat, & cætera bona multiplicat, & insidias diaboli auertit, & à phantasmatis versutijs hominem defendit? Nam si tactu simbriae vestimenti Saluatoris saluatos infirmos esse nõ dubitamus, quanto magis virtute sacrorum eius verborum diuinitus sacrantur elementa, quibus sanitatem corporis & animæ humana percipit fragilitas? Hæc Alexander papa. Ex cuius dictis patet non esse nouum huius aquæ benedictæ usum, quem nunc ecclesia tenet: magnam illius esse virtutem non ex natura aque, sed virtute benedictionis, aut orationis super eam factæ. Non est ergo claua infernalis, asperforium aquæ benedictæ, vt pessimi Flagellantes mentiuntur: nec benedictiones aut orationes super eam dictæ sunt dæmonum maledictiones, aut necromantiæ incantationes, vt impij Lollardi murmurant. Quòd autem Lollardi obijciunt, quòd nos volumus per nostras benedictiones res efficere meliores, quàm Deus eas per naturam condiderit, hoc adeò est manifestè verum, vt etiam ipsi quantumlibet renitantur, concedere teneantur. Deus siquidem quotidie nouas creat animas, quæ etsi bonæ sint per naturam, non tamen eas bonas creat in gratia: alioqui nullum esset in aliqua earum peccatum originale cum primò creata corpori abhæreret: tamen postmodum per bonorum operum exercitium proficiunt in moribus, in quibus creatæ à Deo non fuerant. Quòd si nullo pacto meliores effici possunt, quàm Deus eas per naturam condiderit, frustra docentur, frustra illis bonitas persuadetur, frustra illis prædicatur. Accedit ad hæc, quòd culpandæ non essent si meliores non fiunt: quia hoc eis impossibile esset, & ita totus illarum defectus in Deum reijciendus erit, qui illas meliores non creauerit. Quæ omnia absurdissima sunt, & impietate plena: Non ergo debent mirari impij Lollardi quòd dicamus creaturas per hominum benedictiones meliores reddi, quàm à Deo creatæ fuerint per naturam: hoc tamen non ab ipsis hominibus fit, sed à Deo propter merita benedictionum & orationum præcedentium. Huius autem benedictionis traditio specialis (vt ait August.) in synagoga permanfit, & in ecclesia celebratur in nuptijs: vbi Dei creaturæ sub Dei benedictione iunguntur, & ibidem meliores fiunt, non tamen à benedicente aut orante, sed à Deo, vt multiplicentur super terram. De hac re, scilicet de aqua benedicta, eiusque virtute & efficacia, scripsit librum Ioannes de Turra cremata Cardinalis sancti Sixti, ordinisque fratrum prædicatorum, quæ fateor me non vidisse, nec inuenire potuisse: quod doleo: quoniam cum virum doctum eum existimem, magnas mihi suppetias (vt credo) tribuisset. Verum Ioannes Trithemius in libro de Ecclesiasticis scripturis refert hunc Cardinalem scripsisse librum de hac re.

Matt. 9.

M 3

F. ALFON-

F. ALFONSI DE CA

STRO ZAMOREN. MINO

RITAE ADVERSUS HAERES.

refes, Liber III.

BAPTISMVS.

Bura sunt, quæ in baptismo tenere & firmiter credere oportet, scilicet baptismum esse sacramentum, materiam baptismi esse aquam, verba quibus baptizandus est quisque, esse, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, &c. ipsius baptismi virtutem & efficaciam, ut per illum deleatur peccatum originale, & gratia à Deo infundatur. His autem omnibus contrariæ hæreses ortæ sunt, quas tali ordine disponemus, ut prius de his dicamus, quæ substantiæ baptismi aduersantur: deinde eas pertractabimus, quæ efficaciam virtutemque illius oppugnant.

Prima hæresis.
Seleucus.
Hermianus.

Prima ergo hæresis est, quæ erat in materia (prout recetiores Theologi loquuntur) non enim baptizant in aqua, sed in igne. Hic est error Seleuci & Hermianæ Galatarum, de quibus iam supra diximus. Augustinus in libro de hæresibus, capite quinquagesimo nono, de Seleucis & Hermianis loquens, dicit illos non baptizasse in aqua, non tamen expressit in qua re baptizabant. Verum Pilaster de illis disserens, expressit eos baptizasse in igne: occasione inde sumentes, quod ait Ioannes Baptista apud Matthæum, de Christo loquens: Ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igne. Quanquam & illa vox, igne (ut doctissimus vir Erasmus admonet) in exemplaribus Græcorum non habetur: tamen Hieronymus & Hilarius ita legunt, & Chrysostomus, qui Græcus fuit, ita legit, & Cyrillus etiam Græcus in libro de recta fide ad reginas, ita hunc locum citat. Quapropter locum illum admittentes, prout citatur, dicimus Christum baptizatum in spiritu sancto & igne, quia spiritus sanctus est ignis: vel quia hic baptizatur in spiritu & aqua, in futuro autem baptizatur igne, iuxta illud Apostoli: Vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Ex hac duplici interpretatione exponit illum locum Hieronymus, similiter Hilarius: & hos sequitur Christianus Druthmarus. Et hæc expositio de baptismo ignis pro tempore futuro, satis apparet esse literæ Germanæ, per id quod immediatè subiungit: Cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Ex quibus verbis patet, illum fuisse locutum de igne futuri iudicij. Verum Nicolaus Lyranus idem putat dictum, in spiritu sancto & igne, quia in primitiua ecclesia spiritus sanctus descendebat in figura ignis. Mihi (ut ingenuè loquar) magis aridet prior expositio. Superest ut hæresim ipsam expugnemus, in quo negotio parum demorari conuenit, cum res sit apertissimè sacris literis contraria: Euntes (inquit Dominus) in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, &c. Baptizare autem Græcè, idem est quod immergere Latine: & baptismum, idè quod immersio aut lotio. Nullus autem lauat igne, sed adurit: aqua autem lauat. Præterea Apostolus Paulus de baptismo mentionem faciens, lauacro aquæ Christum nos mundasse ait, non autem adustione ignis. Sic enim ait: Viri diligite vxores vestras, sicut & CHRISTVS dilexit ecclesiã, & seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiã, non habentem maculam neque rugam. Ecce Apostolus dicit ecclesiã mundatam lauacro aquæ, non autem adustam igne.

Matth. 3.

1. Cor. 3.

Matth. 28.

Ephes. 5.

A igne. Rursus ipsimet apostoli baptizantes (ut ex pluribus locis Actorum apost. patet) in aqua baptizabant, non tamen igne. Accedit ad hæc, quod ipsemet Dominus noster Iesus Christus in Iordane baptizatus est à Ioanne, & contactu fuisse mundissimæ carnis aquas sanctificaret, ut instrumentum esset possent diuine bonitatis ad expianda peccata, & ut nobis exemplum præberet, quod in aqua esse mus baptizandi. Demum quoties vetus testamentum de hoc sacramento figuratiuè (ut solet) loquitur, nomine aquæ istud designat: ut apud Zachariam prophetam dicitur: In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hierusalem, in ablutione peccatoris & menstruata. Et apud Ezech. dicitur: Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & ab vniuersis idolis vestris mundabo vos. Apertissimum est ergo ex sacris literis, baptismum in aqua fieri, & non in igne. Denique contra hanc hæresim est definitio Concilij Florentini sub Eugenio. 4. celebrati, quod de sacramento baptismi loquens, hæc ait: Materia huius sacramenti est aqua vera & naturalis, nec refert, frigida sit an calida. Hæc Concilium.

Matth. 3.

Zach. 13.

Ezech. 36.

Secunda hæresis est circa formam huius sacramenti, hoc est, circa verba, quibus baptismus conficitur: quoniam non illis utitur, quibus catholica utitur ecclesia, & quæ Christus Apostolos suos docuit. Verum hæc hæresis partita est in plures, iuxta varias formas, quibus diuersi hæretici vsi sunt. Quidam enim sic baptizant: In nomine ignoti patris omnium, & veritate omnium matris, & in eo qui descendit in Iesu. Hi sunt Marcitæ, discipuli Marci cuiusdam magici artis periti, qui circa tempora Apostolorum fuit, de quo mentionem facit Irenæus lib. 1. aduersus hæreses, cap. 8. & Eusebius lib. 4. hist. Ecclesiast. cap. 11. Hic enim Marcus inter alios quos docuit errores, dixit, quod is qui in lege & prophetis prædicatus est Deus, non esset pater Domini nostri Iesu Christi, Cerdonem & Marcionem in hac parte secutus: quia ille quidem, ut dicebat, ignotus esset: hic autem notus: de quo errore alibi disseremus. Quapropter ab hoc errore discipuli huius Marci procedentes, sic baptismum conficiebant: In nomine ignoti patris omnium, &c. Alij verò ex eiusdem sectatoribus Hebraica nomina ad pauorem audientium super eos quos initiant, terribiliter loquuntur. De Paulianistis & Cataphrygibus dicitur, quod in nomine trinitatis minimè baptizant, ut habetur. 1. q. cap. Paulianistæ. Quapropter in Nicæno Concilio præceptum est, ut cum ad ecclesiam catholicam aliqui ex illis redierint, rebaptizentur, quoniam veram baptismi formam non tenuerunt, atque idè nec verum baptismum. Quali autem forma utebantur nunquam legi, neque apud Philastrum, neque apud Augustinum aut Guidonem, qui omnes de hac re loquuntur. Qui autem sint Cataphryges, & quo tempore cœperint, in sequenti hæresi declarabitur. De Paulianistis verò infra in titulo de Christo, hæresi prima dicitur. Aduersus istos omnes eiusdem armis pugnabimus. Ostensa siquidem vera baptismi forma, manifestum euadet reliquas omnes inanes esse. Vera baptismi forma, quam CHRISTVS docuit, ponitur in Matthæo: Euntes, inquit CHRISTVS, in vniuersum mundum, prædicate Euangelium omni creaturæ, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Ex quibus verbis tria colliguntur esse necessaria ad formam baptismi, videlicet expressa trinitatis pronuntiatio, & verbum exprimens actum ipsum baptismi, & vox exprimens personam baptizatam: Baptizantes, inquit, eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. De primo dicitur in canonibus Apostolorum, canone. 49. Si quis episcopus aut presbyter iuxta præceptum Domini non baptizauerit in nomine patris & filij & spiritus sancti, sed in tribus sine initio principijs, aut in tribus filijs, aut in tribus paracletis, abijciatur. Hæc ibi. Ut autem actus ipse baptizandi conformis sit verbis, præcipitur etiã, ut in ipso baptismo trina sit immersio, quod ab ipsis etiam Apostolis statutum fuisse reperimus. Nam Canon Apostolorum

Marcitæ.

Paulianistæ.
Cataphryges.

Matth. 28.

quingagesimus sic ait: Si quis episcopus aut presbyter non in trina mersione vnus mysterij baptisma celebret, sed semel immergat in baptisate, quod dari videtur in domini morte, deponatur. Nō enim dixit nobis dominus, in morte mea baptizate: sed euntes docete omnes gentes, baptizātes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Hac ibi. Ecce quanta fuit Apostolis cura de expressione Trinitatis in baptisate, vt non essent contenti verborū explicacione, nisi trina mersionis ostensione confirmaretur. Verūm quod ibi dicitur de trina mersione: non est sic accipiendū, vt sine ea, verus baptisus esse non possit, quoniam siue semel, siue bis, siue ter mergat verus erit baptisus, si reliqua ad baptisum necessaria adsint. Minister autem tenetur baptisum exequi in vna aut tribus mersionibus, iuxta consuetudinem loci in quo habitat. Nam de hac re iam definitum fuit in Concilio Toletano quarto, cap. 5. quod quaelibet ecclesia suam teneat consuetudinem. Hispania autem ad tollendas occasiones hæresum, quæ ex trina mersione oriebantur, elegit in illo Concilio vnicā mersionem, ne videlicet quispiam putaret triplicem esse personarum diuinarum substantiam, sicut trina erat mersio. Siue tamen vnica, siue multiplici mersione baptizet, verba tamen semper debent esse eadē, vt videlicet tres personarum proprijs earum nominibus exprimantur. Quod si quis obijciat Apostolorum factum, qui in Christi nomine solum baptizarunt, non expressis aliarum personarum nominibus, vt Apostolica historia narrat, quod ad prædicationem Philippi Samaritani conuersi sunt, & baptizati erāt in nomine Iesu: huic obiectioni primò respondetur id, quod beatus Ambrosius ait: in nomine Iesu Christi totam designari trinitatem. Nam cū Christus idem sonet Latinè quod vnctus, hoc ipso nomine quadā rerum connexionione denotatur & ipse qui vnctus est, scilicet filius: & à quo vnctus est, videlicet pater: & vnctio ipsa qua vnctus est, videlicet spiritus sanctus. Quapropter cū in nomine Iesu Christi tota trinitas designetur, potuerunt (vt ait) Apostoli in nomine Iesu baptizare. Aliter responderetur, & fortè exactiùs iuxta recentiorum Theologorum cōmunem sententiam, Apostolos tunc id egisse ex diuina quadā dispensacione illis insinuatā, propter exaltationem nominis Iesu Christi, quod Iudæis erat scandalum, Gentibus autem stultitia. Qua occasione sublata, cū videlicet iam nomen domini Iesu esset exaltatum, nulli licet hoc solo nomine inuocato baptizare. Quod si secus aliquid attentatum sit, vt videlicet quis in solo Christi nomine baptizare tentaret, varia est inter doctores sententia, an baptisus esset inanis & infrugifer. De qua re nihil nunc definire volo, quia in hoc opere, non hominum opiniones, sed solam fidem catholicam pertractari decreue. De secundo autem, videlicet quod requiratur verbum exprimens actum baptismationis: & tertio similiter, si persona baptizata, patet ex ipsis Christi verbis: Baptizantes, inquit, eos in nomine patris, &c. Vbi ponitur participiū baptizantes, exprimens actum ipsum, & pronomen eos, exprinens personas baptizatas. Quod autem actus baptismationis exprimat per verbum indicatiui aut alterius modi imperatiui, non est definitum, quid necessarium sit, quoniam nec bene definiri posset, cū Christus in suis verbis actum baptismationis participio expressit, & non verbo: baptizantes, inquit, eos, &c. Quapropter Ecclesia Romana quātum ad hoc permittit ac tolerat Græcos, qui in alia forma baptizāt q̄ Latini. Sic enim dicunt: baptizetur seruus Christi in nomine patris & filij & spiritus sancti. Quia enim in principio nascētis ecclesiæ tale schisma ortū est, vt quilibet æstimaret illū ad se pertinere, qui ab illo baptizatus esset, ita vt vnus diceret, Ego sum Cephæ: alius, ego sum Pauli: quos Apostolus reprehēdens, ait: Nunquid Cephæ pro vobis mortuus est, aut Paulus? Ad tollēdum hoc schisma ordinatum est inter Græcos, vt nullus baptizaret dicens: Ego te baptizo in nomine patris, &c. sed diceret: Baptizetur seruus Christi in nomine patris, &c. ne villo modo

modo verbis aliquibus ostenderet se baptismi autorem, sed solum ministrum. **A** Quod autem ibi sit integra baptismi forma, patet, quia ibi est manifesta Trinitatis expressio, ibi exprimitur actus baptismationis, quantus in imperatiuo modo, quod non refert: & persona baptizata, quantus in tertia persona: nihil ergo deficit. Non ergo propter hoc Græci iudicātur hæretici, quia sic baptizant: sed quia sic baptizantes, credunt Latinos alia forma vrentes, non conficere baptismum, & propter hoc hæretici iudicantur, cū dicendo: Ego te baptizo in nomine patris, &c. omnia etiā ponantur ad debitam formam & Christi verbis conformem necessaria. Et quia Græci hac occasione sicut & alij ab Ecclesia Romanæ obedientia separati sunt, ideò schismatici appellantur. Cæterum quod Alexander tertius huius nominis pontifex ait in cap. i. titulo de Baptismo, & eius effectū in libro epistolarū decretalium: Si quis puerum ter in aqua immerferit in nomine patris & filij & spiritus sancti, amen: & nō dixerit: Ego baptizo te in nomine patris & filij & spiritus sancti, non est puer baptizatus. Hoc mea sententia (saluo meliori iudicio, & ecclesiæ definitione seclusa, cui me semper submitto) ita intelligendum est, vt quantūlibet quis ter mergatur in aqua, non credatur baptizatus, etiam si talis immersio sit facta in nomine patris & filij & spiritus sancti, nisi cum hoc etiam exprimat actus ipse baptismationis. Siue autem exprimat actus ipsius baptismi in indicatiuo modo, siue in imperatiuo: de hoc non definit ibi Pontifex, quia nec de illa re quæstio ibi agebatur. ad quod maxime aspiciendū est: quoniam beatus Hilarius dicit ex circūstantia scripturarū pendere sæpenumerō verū illarū sensum. Quod si illa essent omnino exacta & necessaria, vt à Pontifice ibidem describuntur, esset etiam necessariò illud pronomen Ego semper exprimendū: vt dicatur semper, Ego te baptizo in nomine patris, &c. & tamen Glossa ibidem dicit, omissionem illius pronominis ego, nullo pacto obesse baptismi, quin verum baptismum conficiatur. Hoc idem colligitur ex quadā responsione Zachariae papæ, quæ ponitur in volumine Decretorum de consec. dist. 4. cap. Retulerunt. Nam cuidam quærenti, an rebaptizandus esset, qui his verbis fuerat baptizatus, videlicet: Baptizo te in nomine patris, & filij, & spiritus sancti: Papa respondet, quod si sic baptizans, huiusmodi verba protulit ex ignorantia linguæ latinæ, & non vt errorem aliquem per illa verba induceret, verè baptizauit: nec est iteratò baptizandus ille sic ab eo baptizatus. Et tamen in illis verbis (vt constat, non ponitur illud pronomen ego: vnde patet pronomen nō esse necessarium, & hoc ipsum fatentur Theologi omnes. Dicimus ergo Græcos in sua forma cōficere, quantus sic conficientes peccent, quæ ecclesiæ Romanæ subesse contemnunt. Nam hoc apertissimè definiuit Concilium Florentinum sub Eugenio. 4. celebratum, sic inquit: Non negamus, quin & per illa verba: Baptizetur talis seruus Christi in nomine patris & filij & spiritus sancti: vel, Baptizetur manibus meis talis in nomine patris & filij & spiritus sancti, verum perficiatur baptismus: quoniam cum principalis causa, ex qua baptismus virtutē habet, sit sancta Trinitas, instrumentalis autem sit minister qui tradit exterius sacramentum: si exprimitur actus qui per ipsum exercetur minister cum sanctæ Trinitatis inuocatione, perficitur sacramentum. Hæc Concilium Florentinum. Ostendimus ergo veram baptismi formam & exactam, quæ Christus docuit, quæ tam ex Euangelio, quàm ex canonibus Apostolorum patuit: in qua tria sunt necessaria, videlicet verbum explicans actum baptismationis, & nomen exprimens personam baptizantem, & totius Trinitatis per propria personarū nomina expressio. Quod si vel minimum horū desit, sicut nec est vera forma, ita nec verus baptismus. Ex quibus conuincimus Marcitas, Paulianistas, Cataphryges in baptismi conficiendo errare. Quapropter meritò Concilium Nicænum statuit eos, cū ad ecclesiæ fidem redirent, fore iterum baptizandos.

Tertia hæresis est, quæ respicit personam baptizatâ. Sunt enim qui mortuos baptizant, & isti sunt Cataphryges, vt Philaster ait: Beatus tamen August. in lib. de hæresib. nihil tale illis impingit. Hi Cataphryges aut Cataphrygij sic dicti sunt, quia ex Phrygia prouincia originem traxerunt. Horum autores fuerunt Montanus, qui dixit se fuisse paracletum, & duæ eius prophetissæ, videlicet Prisca & Maximilla, quas ipse Montanus tanquã ex ipsius inspiratione factas iactabat. De quo qui plura noscere cupit, legat Eusebium in 5. lib. Eccles. histor. à cap. 15. vsq; ad. 19. nec tamen toto illo sui operis decursu vsque hunc errorem illis impingit: quum tamen plures alios eorundem errores recenscat. Aduersus hos Cataphrygas (vt ibidem Eusebius refert) scripserunt Apollinaris Hierapolites, Meltiades, Apollonius. Alia est hæresis huic similis, aut fortè est eadem, quoniam de Cataphrygijs Philaster, dicens eos baptizare mortuos, nõ dieffrit qualiter id faciebant. De Marcionistis autè, Theophylactus exponens illud. 1. ad Cor. 15. Alioqui quid facient qui baptizantur pro mortuis, si mortui non resurgunt? sic ait: Mos est Marcionistis hæreticis, cum aliquis apud eos sine baptismo discesserit, eius, qui vita functus esset, ferebro viuum aliquem submittere hominẽ. Proinde feretrum ipsi aduẽtes, à mortuo sciscitatur, vtrum ei libeat baptizari: moxq; qui latitat viuus, de loco inferiori respondens, se velle inquit, asserentemq; demortui loco baptizabant. Hi itaque prauæ huius consuetudinis insimulati, Apostolum dicentem eam rem inuixisse, producuntq; dementes illi & vesani id dictũ, videlicet: Alioqui quid facient qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? Hæc Theoph. Què ideò citauit, quòd neminem ex his qui de hæresibus scripserunt, de hac re fecisse mentionem reperio. Philaster siquidem, & Augustinus, & Guido, quamuis de Marcione eiusq; erroribus differunt, nihil tamen huiusmodi illum sensisse referunt. Sed neque Eusebius, qui in. 4. libro histor. Ecclesiastice de illo scribit, vnquam de hoc errore eum accusat. Neq; etiam Tertullianus in libro de hæresibus Marcionis errores recensens, vnquam huius mentionem fecit. Deniq; Irenæus in lib. primo aduersus hæreses, cap. 29. & lib. 4. cap. 57. de erroribus Marcionis disputans, nihil tale illi impingit. Quapropter mirari nõ desino, vndenam Theophylactus, qui his post multa secula successit, acceperit hunc Marcionis fuisse errorem. Verum si rem plenitè circumspiciamus, Theophylactus non ait hunc fuisse Marcionis errorem, sed Marcionistarum. At solenne est hæreticis, qui aliorum hæreticorum vestigijs adhærent, vt nunquam suorum magistrorum erroribus sint contenti, sed semper illorum insaniam, aliquid impietatis addentes, augere nitantur. Quapropter possibile fuit, vt Marcionis sectatores, erroribus illius hanc hæresim cõiungerent, atque ita primi illi scriptores de ea non fecerint mentionem. Theophylactus autem, qui posterior fuit, de Marcionistis hæc dixisse potuit, non tamen de Marcione. Cum ergo de Marcione fecerimus mentionem, nunc operæ precium erit differere quis hic fuerit. Marcioni (vt Irenæus & Tertullianus scribunt) Ponticus natione, temporibus Antonini Pij, prius in doctrina philosophorum maximè Stoicorum imbutus, deinde ad fidem Christi conuersus, Cerdonis dogma secutus, multa ex philosophica doctrina catholica religioni inserere conabatur: Romamq; veniens plures ibi seduxit. Hic cum ibidem Polycarpum postea martyrem inuenisset, salutans eum dixit: Agnoscis me? Cui Polycarpus: Agnosco primogenitum Satanæ. Hic præter euangelium Lucæ, idq; ab eo circumsu: nullum euangelium recepit. Similiter & epistolas Pauli apostoli abscedit, auferens ab eis quicquid suæ impietati repugnare videbatur. Contra hunc plures grauissimi autores scripserunt, Dionysius Corinthiorum episcopus, Philippus Creten. Hippolytus episcopus Africanus, Rhodon Asianus, Irenæus Lugdunen. episcopus, Tertullianus. E quibus hi duo vltimi (quod sciam) solum ex-

A lum extant. Hæc ergo semel dicta in posterum sint. Iam ad errorem tam Marcionistarum, quam Cataphrygum deueniamus, quoniam inter vtrosq; de hac re conuenit, vt mortuis prodesse baptismum existiment. Quod ex eo conuincitur esse falsum, quòd post mortem non est tempus nec bene nec male operandi. Vita hæc nobis à Deo cõceditur, in qua laboremus: qua finita iuxta id, quod quisq; in vita gesserit, præmiabitur. Sic enim Sapiens ait: Ad quamcunq; partem lignũ ceciderit, siue ad austrum, siue ad aquilonem, ibi manebit. Ligni nomine hominem designauit, qui tunc cadit cum moritur. Cadit autem ad austrum, qui vêtus est calidus & humidus, cum homo in gratia decedit. Illo enim vento flante, aqua, per quam gratia designatur, descendit. Rursum: ille ad aquilonem cadere dicitur, qui in peccato moritur: quod per aquilonem merito figuratur, quoniam ventus ille frigidus est, & pluuias dissipat. Et idem expressius iterum ait: Viuentes enim sciunt se esse morituros: mortui verò nihil noverunt amplius, nec habent vltra mercedem, quia obliuioni tradita est memoria eorum: amor quoque & odium & inuidia simul perierunt, nec habent partem in hoc seculo, & in opere quod sub sole geritur. Si ergo non habent vltra mercedem, nec partem in opere quod sub sole geritur: qualiter mortuo poterit prodesse baptismus, qui cõfertur viuo in demortui locum submissio? Præterea si à mortuo velut qui non est, perit confessio (vt ait alius Sapiens) quare etiam non peribit baptismus, qui ceterorum sacramentorum est ianua? Rursum, cum Dominus baptismi necessitatem manifestauit, & Apostolis commendauit prædicandum, ait: Euntes, docere omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Vbi non dixit quòd baptizaretur vnus pro alio, sed quisque pro se. Baptizantes (inquit) eos. Et expressius apud Marcum dicitur: Euntes in mundum vniuersum, prædicate euangelium omni creaturae. **B** Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Qui ergo sine baptismo discedit, quantumlibet in eius locum submissus eius nomine baptizetur, ille tamen mortuus nunquam dicitur baptizatus: quòd fit, vt eum perire sit necesse, quia baptizatus non fuit. Deinde percontabor ab istis, quo peruenisse credunt eum, qui sine baptismo discessit? Necessarium est, vt ad infernum vadat, aut ad gloria, vel sit in via ad gloriam, puta in purgatorio. Non est dicendum eum peruenisse ad gloriam, nec esse in via ad gloriam: alioqui baptismus non esset necessarius, cum sine illo posset salus haberi. Erit ergo in inferno, quia iuxta euangelium, qui baptizatus non est, condemnabitur, ac si iam nõ crediderit. Si ergo est in inferno, vt quid alius pro eo baptizatur, cum hoc nihil illi prodesse poterit? In inferno siquidem (vt canit ecclesia) nulla est redemptio. Et Sapiens ait: Quodcunq; facere potest manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt, apud inferos quo tu operas. Et Dominus apud Ioannem ait: Venit nox, quando nemo potest operari: noctem vocans tempus post mortem (vt beatus Augustinus ait) in quo nemini operari licet. Ideò dixit: Operamini ergo donec dies est, id est, dum estis in hac vita: quia post mortem nihil poteritis agere. Impiè ergo vesani Marcionistæ & Cataphryges mortuos baptizare tentantur. Quòd autem pro se adducunt illud Pauli: Alioqui quid facient, qui baptizantur pro mortuis, si mortui omnino non resurgunt? suo proposito minime conducit: ex falsa siquidem intelligentia prouenit. Vnde Theophylactus locum illum exponens, ait: Porro qui erant baptismum accepturi, integra pronuntiabant fide symbolum, moxq; & illud: Credo mortuos resurrecturos. Inquit itaq; Paulus, qui futuram credant mortuorum corporum resurrectionem, sub speque huiusmodi sunt baptizati, quidnam sint, cum eis Christus sit occurrurus, acturi? Quid præterea resurrectionis gratia prorsus homines baptizantur, hoc est, pro resurrectionis expectatione, si mortui non resurgunt? Hæc Theoph.

Theoph. Iuxta quem tantum valet, pro mortuis baptizantur, ac si diceret, pro resurrectionis expectatione baptizantur. Verū quoniam hæc expositio nimis coacta est, multumq; à litera recedens: ideo aliter iuxta sententiam beati Ambrosij respōdetur, qui meo iudicio multò meliùs & literæ proximiùs exponit. Sic enim exponit: Alioqui quid facient qui pro mortuis baptizantur, si omnino mortui non resurgunt? Quid & baptizantur pro illis? Ambrosius: In tantū ratam & stabilem vult ostendere resurrectionē mortuorum, vt exemplum det eorum, qui tam securi erant de futura resurrectione, vt etiam pro mortuis baptizarentur. Si quem fortè mors præuulsisset, timentes ne aut malè aut non resurgeret, aut qui baptizatus non fuerat, viuis nomine mortui tingebatur. vnde subiicit: Quid & baptizantur pro illis? exemplo hoc non factum illorum probat, sed fixam fidē in resurrectione ostendit. Quid & nos periclitamur omni hora? quotidie morior pro gloria vestra, quam habeo in domino. Dicendo, quid & nos periclitamur? discreuit personas, ostendens nō catholicos esse qui pro mortuis baptizabantur. Denique suprā dixit, vt quid baptizantur pro illis? nunquid dixit, & baptizantur pro illis? Hucusque Ambrosius. Ex huius itaque præclara expositione patet consuetudinem illam, quam Theophylactus ascribit Marcionistis, vt viuis pro mortuo baptizaretur, tempore Pauli esse iam ab aliquibus introductam, quamuis non approbatam. Vnde iterum magis miror, quod eā Theophylactus Marcionistis tribuat, quoniam Marcion, qui illorum fuit dux, centum ferme annis fuit beato Paulo apostolo posterior: quoniam hic tempore Antonini Pij floruit, Paulus autē sub Nerone moritur. Occasione vitandæ huiusmodi hæreseos, Concilium Carthaginense tertium, cap. 6. tale statuit decretum. Item placuit, vt corporibus defunctorū Eucharistia non detur. Dicitum est enim à Domino: Accipite & edite: Cadavera autem nec accipere possunt, nec edere. Cauendum est etiam, ne mortuos baptizari posse fratrum infirmitas credat, quibus nec eucharistiam dari licitum est. Hæc Concilium Carthaginense.

Quarta hæresis est circa baptismi vim & potestatem, quā quidam sic minuere conantur, vt nullam baptismi virtutem tribuant. Diuersis tamen vijs ad hunc finem diuersi hæretici tendunt. Psalliani etenim, qui & Eulichita, id est, orantes appellantur, non autem Euchidia (vt corruptè catalogus hæreticorum eos nominat) tantam vim orationi tribuunt, vt illam sufficere dicāt ad omnia peccata delenda: quapropter *ioyxtai*, id est, orātes appellantur. Hac de causa baptismi derogant, dicentes nullam vtilitatem ex sacro baptismate baptizatis accedere, sed solam studiosam orationem dæmonem inhabitantem effugare. Hi etiam vocantur Messaliani & Euthusiastæ, id est, afflati & diuini, aut sacrificatores, vt vertit interpres Theodoretus in historia tripartita. Catalogus autem hæreticorum titulo Messaliani, vocat eos Anthyastitas, corruptè tamen, nesciens quid diceret, quoniam sic fortè scriptum apud aliquem reperit: quapropter ex putrido lacu putridam hausit aquam. Erat etiam in titulo Elpulus, vbi loquitur de quodam sene huius pestiferæ factionis, à quo Flavianus quidā præsul Antiochenus miro artificio & per blanditias extorsit, vt illorum sectam illi reuelaret. Hunc senem catalogus vocat Elpulum, cum tamen in. 7. lib. historia tripartita, cap. 11. vbi hæc omnia narrantur, Adelphius vocetur, non Elpulus. Neque hoc vicium ascribere potui impressori, quoniam ille hæreticorum nomina digere iuxta ordinem alphabeti positum est autē inter nomina quæ à litera E incipiunt. Huius factionis principes fuerunt (vt refert historia tripartita loco proximè citato) Dadoës & Sabas & Adelphius, Hermias & Symeones. Cæterū quantum ad præsentem errorem spectat, beatus August. in lib. de hæresibus, cap. 57. de Psallianis disserēs, huius erroris non meminit. Guido autem eo multò posterior, nullam prorsus de Psal-

A de Psallianis aut Messalianis, aut sub alio quouis nomine facit mentionē. Nos autem ex historia tripartita hæc desumpimus. Manichæi autē non propterea quod multum orationi tribuant; sed quia baptismi detrahare voluit; dicunt illum in aqua exhibitum nihil cuiquam salutis afferre. Hoc enim de illis refert August. in lib. de hæresibus, cap. 46. Post illos alij in eorū locū subrogati sunt, videlicet Albanenses, qui etiā dicunt baptismū nullius esse efficaciae. Albigenes autē omnino baptismū respuūt, quos meritò hic inseruimus: quoniā probata aduersus alios eius virtute & necessitate, cogētur Albigenes baptismi sacramentū recipere. De his autem qui sint, iam superius diximus. Demum Petrus Ioannis, de quo iam aliās locuti sumus (vt Guido Carmelita illi impingit) ait in baptismi gratiam & virtutes, quas vtilgò Theologicas vocant, minimè infundit. Armeni autem ab omnibus sacramentis virtutem conferendi gratiam remouēt. His in hac parte consentit Martinus Luther, qui cum paucissima admittat sacramenta, in vnūsum tamen de eis dicit nullam gratiam conferre, in libro etenim suo de captiuitate Babylonica sic ait: Hæretica est, sed vstitata sententia, sacramenta nouæ legis conferre gratiam ijs qui nō ponunt obicem. Cum ergo de omnibus sacramentis dicat, etiam ad baptismum referri debet. Quapropter hæc eius assertio his adiungenda fuit. Contra hos omnes hæreticos simul agendum est, cū inter eos hac de re conueniat. Primū ergo hæc hæresis cōuincitur per id quod dicitur Mar. vlt. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. At cū sine gratia iustificante nemo saluetur, fieri oportet vt baptismus ipse conferat gratiam, per quā baptizatus iustificetur, iustificatusque saluetur. Nam si iustus vix saluatur, iniustus vbi apparebit? Huic alludere quodammodo videtur beatus Petrus in sua prima canonica, dicens: Expectabant Dei patientiam in diebus Noë, cum fabricaretur arca, in qua pauci. i. octo animæ saluæ factæ sunt per aquam: quod & nos nunc similis formæ saluus facit baptismus. Vbi B. Petrus similitudinem inter figuram & figuratum explicans, dicit: quemadmodum hi qui erant tempore Noë, salui facti sunt quantum ad corporalem vitam per aquam: sic nunc saluamur quantum ad spiritualem animæ vitam per aquam baptismi peccatorum mundatricem. Habet ergo baptismus hanc vim & potestatem, vt homines saluet. Salus autem ista sine gratia Dei esse nequit, dicente Apostolo: Gratia enim Dei saluati estis per fidem, & hoc nō ex vobis, quia Dei donū est. Præterea apud Ioan. Dominus ait: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Talis autē renascentia ex aqua & spiritu sancto, non fit nisi per aquā baptismi, in quo gratia spiritus sancti confertur. Nunquā siquidem spiritus sanctus spiritualem renascentiam donat sine gratia suæ infusione: quoniā charitas Dei toties in cordibus hominum diffunditur, quoties spiritus sanctus datur eis. Rursus beatus Petrus in die Pentecostes loquens ad Iudæos eius prædicatione compunctos, ait: Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisq; vestrum in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorū vestrorum, & accipietis donū spiritus sancti. Ex quibus verbis duo patent: Primum, qd baptismus prodest ad remissionē peccatorum, quod etiā ex symbolo Concilij Nicæni patet, vbi dicitur: Credo vnum baptismum in remissionē peccatorum. At sine gratia collatione remissio peccatorum non fit. Secundū est, quod per baptismum recipitur donum spiritus sancti: Accipietis, inquit, donū spiritus sancti. Donum autē spiritus sancti, est gratia & fides, quæ in baptismi infunditur, sicut & gratia: quoniā sine fide impossibile est placere Deo, ait Paulus. Baptizatus autē si nō placeret Deo, nō saluaretur. Confert autem baptismus fidem, sicut & gratia: vtraq; enim Dei donum est. Deinde ex dictis Pauli hæc etiā sententia cōprobat, qui in epist. ad Rom. sic ait: A ignorantibus fratres, quod quicumq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cū illo per baptismum

Ambros.

Concilium Carthag.

Psalliani. Eulichita.

Messaliani. Euthusiastæ.

Dadoës. Sabas. Adelphius. Symeones.

Albigenes. Albigenes.

Armeni. Luther.

1. Pet. 3.

Eph. 1. Ioan. 3.

Apost. 1.

Heb. 11.

Rom. 6.

in mortem: vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim cōplantati facti sumus similitudinē mortis eius, simul & resurrectionis erimus: hoc scientes, quia verus homo noster simul crucifixus est, vt destruat corpus peccati, vt vltra non seruiamus peccato. Hæc ibi Paulus. Ex quibus verbis constat tribuere renouationē vitæ baptismo. Talis autē nouitas pertinet ad gratiā: quoniā sicut veritas refertur ad peccatum, ita nouitas ad gratiam. Et in epist. ad Gal. ait: Quicumq; in Christo baptizati estis, Christum induistis. Quid autem est Christum induere, nisi gratiā eius habere, qua velut vestimento regimur: Sic enim Hier. exponēs illa verba, ait: Si quis hoc corporeum, & quod oculis carnis aspicitur, aquę tantum accipit lauacrū, non est indutus dominū Iesum Christum. Nam & Simon ille, de quo in Actibus apost. acceperat lauacrum aquæ, verū quia sanctum spiritum nō habebat, indutus non erat Christum. Hæc Hiero. Et Theophyl. eadē verba exponens, dicit: Confirmat, quemadmodū Dei filij sumus & baptismi ob gratiā. Neq; enim dixit: quotquot estis baptismo abluti, filij estis Dei effecti, sicuti subsequēs ordo poscebat: sed quod magis tremendū, Christum induistis. Nam si Christum induimus Dei filiū, eiq; sumus assimilēs redditi, in vnā haud dubiē sumus & consanguinitatem deuecti & speciem: gratia id assecuti, quod illum constat esse natura. Hæc Theoph. Et in epist. ad Titum iterum Paulus eandem confirmat sententiā, dicens: Cū autem benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri Dei, nō ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiā saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abundē per Iesum Christum saluatorem nostrum, vt iustificata gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ. Hæc ibi Paulus. Nihil autē his verbis expressius quicquā dici potuit: quoniā dicit nos saluos fecisse per lauacrū regenerationis: lauissē autē, vt iustificati gratiā ipsius, hæredes efficeremur vitæ æternæ. His ergo tam claris scripturæ testimonijs manifestū est, baptismum habere vim & potestatem peccata delendi, & gratiā conferendi. Contra hanc hæresim est decretum Cōcilij Florentini sub Eugenio. 4. celebrati: quod de sacramento baptismi loquēs, sic ait: Huius sacramenti effectus est remissio omnis culpæ originalis & actualis, omnis quoque poenæ, quæ pro ipsa culpa debetur. Propterea baptizatis nulla pro peccatis præteritis iniungēda est satisfactio: sed mortis ante quā culpā aliquā cōmittant, statim ad Dei visionem & regnū cœlorū perueniunt. Hæc Conciliū Florentinum. Per quæ verba non solū Messalianorum, sed etiam Petri Ioannis error cōiungitur, quia dicit per baptismum deleri peccatum, & regnum cœlorum donari, quorum neutrum sine gratia fieri potest.

Quinta hæresis asserit paruulis vsu rationis carentibus nihil prodesse baptismum: quia paruuli rationis expertes non possunt habere fidem, nec possunt credere verbo Dei quod illis fuerit prædicatum. Hoc autem dicunt esse summē necessarium cuiunque suscipienti baptismum: si quis autem sine præuia fide baptismum suscepisset, nihil illi proficere baptismum dicunt. Huius pestiferæ hæreseos dux & primus inuentor fuit quidā Petrus de Bruis Galus ex prouincia Narbonensi: in qua plurimos hac hæresi & alijs multis infecit, sed tandem apud oppidum sancti Aegidij propter sua crimina combustus est, prout de illo refert venerabilis Petrus abbas Cluniacensis in libro paruo, quem contra illius errores scripsit. Ab hoc Petro de Bruis dicti sunt Petrobrusiani hæretici. Post mortem huius Petri de Bruis, suscepit illius vexilla quidam Henricus, à quo etiam dicti sunt Henriciani, qui non eas solas quas Petrus de Bruis docuerat hæreses suscepit, sed multas insuper addidit.

Quo autem tempore vixerit hic Henricus, & qualis fuerit constat ex quadam epistola sancti Bernardi, quam ad Ildefonsum comitem sancti Aegidij scripsit:

A quæ est in ordine suarum epistolarum. 148. vbi de hoc Henrico tunc viuente hæc dicit: Sed nunc audi quis ille sit. Homo apostata est, qui relicto religionis habitu (nam monachus extitit) ad spurcias carnis & sæculi, tanquam canis ad suum vomitum est reuersus. Præ confusione autem habitare inter cognatos & notos non sustinens, vel potius non permixtus, ob magnitudinē criminis, succinxit lumbos suos, & iter quā nesciebat arripuit, factus gyrouagus & profugus super terram. Cumq; mendicare cœpisset, posuit in sumptu Euangelium, nam literatus erat. Et venale distrahens verbum Dei, euangelizabat, vt manducaret. Si quid supra victum elicere poterat à simplicioribus populi, vel ab aliqua matronarum, id ludendo aleis, aut certē in vsu turpiorē turpiter effundeat. Frequenter siquidem post diurnū populi plausum, nocte infecuta cū meretricibus inuentus est prædicator insignis, & interdum etiam cū coniugatis. Hactenus Bernardus. Hanc hæresim per quadringentos, & his amplius annos sepultam, ab inferis reuocarunt hoc nostro tempore quidam hæretici vulgo dicti anabaptistæ, qui omnes istorum Petrobrusianorum & Henricianorum hæreses ad vnā vsque amplexati sunt, & aliās insuper addiderunt. Contra hanc hæresim illud est apertissimum & fortissimum argumētum, quod paruuli rationis expertes, sunt capaces salutis æternæ, & regni cœlorum: & inde apertissimē colligitur, illos esse capaces baptismi. Quoniam sine baptismo actu suscepto, aut saltem voluntate quando re ipsa non potest suscipi, non valet aliquis salutem assequi sempiternam, aut regnum cœlorum intrare. Nisi

B Si autem isti hæretici tam crudeles infantibus esse voluerint, vt illos à regno cœlorum propellere non verentur, dicentes illos pro illo statu non posse ad regnum cœlorum venire, statim eos ipsos hæreticos redarguit Christus saluator noster, dicens: Sinite paruulos venire ad me, & nolite eos prohibere: talium est enim regnum cœlorum. Quibus verbis Saluator hos anabaptistas dupliciter redarguit, & quidem apertissimē. Primò quidem cum ait: Sinite paruulos venire ad me, & nolite eos prohibere. Sed videamus prius, qui sunt qui veniunt ad Christum, & quomodo veniunt, & tunc apertius cognoscemus, qui sunt qui prohibent venire ad Christum, qui à Christo hic reprehenduntur. Qui ad Christum veniunt, non omnes ab eodem, neq; ab eque distante loco discedunt, & idē non eadem via veniunt. Multi enim sunt qui in fide catholica permanentes, in varia peccata mortalia labuntur, & sic à Deo recedunt. De his omnibus dixit Esaias propheta, & postea Saluator confirmauit: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longē est à me. Et inter istos tantò quisque longius adeo elongatur, quantò plura, aut grauiora cōmittit. Ita enim docet beatus Gregorius lib. 25. Moralium, sic inquit: Tot gressibus anima ad Deum accedit, quot bonis moribus mentis proficit: tot gressibus sit longē, quot malis moribus decreuit. Hæc ille. Hi omnes si ad Deum venire volunt, vnica solam habēt viam, videlicet poenitentiam, per quam ad Deum venire possint. Sunt rursus alij, qui profus fide catholica carent, & istis necessaria est fides catholica, vt possint ad Deum peruenire. Credere oportet, inquit Paulus, accedentem ad Deum, quia est, & quod inquirentibus se remunerator sit. Si is qui fide caret, aliquo est insuper mortali peccato irretitus, huic duplex via est necessaria, vt ad Deum peruenire possit: quoniam non satis est illi fides, nisi insuper addat peccatorum poenitentiam. Si verò nullo est infectus peccato mortali, sed solum caret fide, huic sola fides cum baptismo est necessaria & sufficiens, vt ad Deum accedere valeat. Qui crediderit, inquit Saluator, & bap-

zatus fuerit, saluus erit. Tales sunt paruuli ante baptismum, quoniam hi & si nulli sint peccato mortali obnoxij, quia illud sine vsu rationis nequaquam committere possunt, fide tamen catholica carent, propter cuius defectum & propter peccatum originale, in quo nati sunt, tam longè à Deo distant, vt filij iræ dicantur & sint. Vt igitur ad Deum isti peruenire possint, & filij Dei esse, & per cōsequēs vitæ æternæ hæredes, necesse est illos baptisma suscipere, per quod filij Dei fiant. Nam sine illo renasci non possunt, nec filij Dei esse. Ex his omnibus conuincitur Anabaptistas, qui paruulos à baptismo eiiciunt, ipsos esse qui eosdem paruulos prohibent, ne ad Deum perueniant, quos & Christus reprehendit dicens: *Sinite paruulos venire ad me, & nolite prohibere: talium est enim regnum cœlorum.* Et hoc vltimum est secundum per quod Anabaptistæ in verbis Christi reprehenduntur. Christus enim dicit, regnum cœlorum ad pueros pertinere. Anabaptistæ verò illos à regno cœlorum, quod sine baptismo assequi non possunt, relegare contendunt. Præterea idem Saluator ait: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.* Quæ verba eandem prorsus habent promissionem, quanquam verbis differentem. Nā re ipsa idem prorsus est dicere, *Ego reficiam vos, & dicere, Talium est regnum cœlorum.* Quia omnes qui reficiuntur spiritualiter à Christo, quādiu in illo refectiois statu permanēt, ius habēt ad regnum cœlorum. Et vice versa, omnes qui ius habēt ad regnum cœlorum, etiā spiritualiter reficiuntur nunc à Christo per spiritum sancti gratiā habitantē in eis, & postmodū per gloriam æternā. Cū igitur eadē sit hæc & illa promissio, opus est vt bene aduertamus, qui sint illi quibus hanc dat promissionem, & quid ab illis exigit vt promissione fruantur. Venite, inquit, ad me omnes qui laboratis & onerati estis. Laborantes & oneratos vocat, sed qui sint isti, Theophylactus optimè nos docet, sic inquit: Omnes vocat non solum Iudæos, sed Gentiles, Per laborantes intelligo Iudæos, vt facientes traditiones legis, & in operatione mandatorum legis fatigatos. Per oneratos autem, gentiles onere peccatorum oppressos. Hæc Theophylactus. Istis omnibus promittit refectioem, & illis omnibus præcipit ad se venire. Dicēs autē: *Venite ad me omnes, nullū excipit, nullū excludit, sed omnes ad se vocat, paruulos perinde ac adultos.* Nam paruuli grauati sunt & onerati, quamuis non tanto onere quāto adulti: quoniam adulti grauati sunt onere peccati mortalis, paruuli autem solo peccato originali (quod multo minus est quā mortale) onerati sunt. Fortè hoc loco anabaptistæ respondebunt præcepta illa, quæ nunc proximè commemorauimus, non ad paruulos, sed ad solos adultos data esse: quoniam paruuli, nō possunt ad Deum venire: quoniam nec Christum cognoscere possunt, & per consequens nec eam fidem possunt habere, quæ ad perueniendum vsq; ad Christum, est necessaria. Hęc responsio ex nimium crassa ignorantia procedit. Quoniam ignorare se ostendunt quantum sit discriminis inter paruulos & adultos, in modo veniendi ad Christum. Nam eadē est differentia in modo veniendi spiritualiter, quæ fuit olim in modo accedendi corporaliter ad ipsam Christi personam. Adulti siquidem præsertim sani, & qui corpore valebant, cū ad Christum corporaliter accedere volebāt, proprijs pedibus accedebāt, & ad illum ibant: paruuli verò, non proprijs sed alienis pedibus (eo quòd se mouere non poterant) ad Christum perueniebant. Ad hunc prorsus modum discriminantur inter se, in modo veniendi spiritualiter ad Christum. Nā adulti (eò quòd vsum rationis habent, & libero vtuntur arbitrio) propria fide venire debent, si ad Christū spiritualiter venire volunt. Paruuli verò quia vsum rationis non habent, nec libero vtuntur arbitrio, aliena fide (hoc est) fide parentum, aut saltem fide matris Ecclesiæ catholicæ ad Christum veniunt, quauis à parentibus suis vel ab alijs portantur, vt baptismum recipiant. Itaq; paruulis aliena fides hoc efficit ad baptismi fructum suscipiendum, quod adultis

facit

facit fides propria. Hoc tamen est inter hos & illos discriminē, quòd adulti propter fidem propriam maiorem gratiam recipiunt in baptismo, quā paruuli, qui solum baptizantur ex fide aliena. De hac re testimonium reddit apertum beatus Bernardus in quadam epistola ad magistrum Hugonem de sancto Vi-
ctore; quæ est in ordine suarum epistolarum septuagesimali septima, sic dicens: Sanè infantes qui hæc (prohibente ætate) non possunt habere fidem, hoc est, cordis ad Deum conuersionem, consequenter nec salutem, si absq; baptismi perceptione moriantur, non quòd vel ipsi quando baptizantur, fide omnino careant, sine quā impossibile est, vel ipsos placere Deo: sed saluantur & ipsi per fidem, non tamen suam, sed alienam. Dignum nempe est: & ad Dei spectat benignitatem; vt quibus fidem ætas denegauit propriam, gratia prodesse concedat alienam. Hæc tenus Bernardus. Eidem sententiæ fauet Augustinus libro tertio de libero arbitrio, sic inquit: Illud perferuari homines solent, sacramentum baptismi Christi quid prosit paruulis, cū eo accepto plerumq; moriuntur, priusquam ex se quidquā potuerint cognoscere. Qua in re satis piè recteq; creditur prodesse paruulis fides eorum, à quibus cōsecrandus offertur. Et hoc Ecclesiæ commendat autoritas; vt ex eo quisquā sentiat quid sibi prosit fides sua, quando in aliorum quoq; beneficio, qui propriam nondum habent potestatem commoda sit. Hæc Augustinus, & citatur à Gratiano in cap. Illud, de consecra. dist. 4. Idem dicit epistola. 23. in fine. Si autem Anabaptistæ cōtendant: illa Christi verba, *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, ad solos adultos spectare, de hac re nunquam cum illis contendam, imò potius illorum sententia vtar ad meam confirmationem.* Nam si hoc illi dixerint, tunc hoc discrimen quod inter paruulos & adultos ostendimus esse circa modum veniendi ad Christum, multo melius poterit colligi ex varietate illorum duorum Christi verborum, quæ supra proximè citauimus. Ideò enim CHRISTVS, vel ipsis Anabaptistis fatentibus, dixit adultis simpliciter: *Venite ad me omnes, quia adulti audire & intelligere poterant præceptum, & illud per se ipsos implere.* vt pote, qui suis pedibus & proprio motu ad Christum venire, & vsu propriae rationis & proprii arbitrij in Christum credere illumque diligere poterant. Paruuli autem non dixit, venite, quia id propria voluntate, & suis pedibus facere non poterant, sed paruulorum parentibus, aut illorum curatoribus, quorum adminiculo paruuli indigent, præcipit CHRISTVS, *Sinite paruulos venire ad me, & nolite eos prohibere.* Ac si apertius diceret: *Volo paruulos venire ad me, sed quia id sua sponte & proprijs pedibus facere nequeunt, præcipio vobis paruulorum custodibus, vt illos venire sinatis, & nullo modo prohibeatis, imò potius adiuetis.* Et vt hoc quod dico apertius fiat, alio simillimo exemplo id ostendere volo. Per præceptum hoc: *Non occides, non solum prohibitum est cuilibet homini, ne gladio, aut laqueo, aut inedia, aut quouis alio modo se interimat: sed præceptum est etiam illi, vt omne, præsertim magnum periculum mortis cui tet. Verum quia paruuli infantes id propria sponte vitare non valent, absque vlla dubitatione intelligimus ipsorum parentibus aut curatoribus præceptum esse, vt illos tueantur, & non permittant illos ire præcipites in mortis discrimen.* Si autem ob nimiam parentum negligentiam, in ignem, vel aquam, aut gladium paruulos incidere contingat, & ita mori, paruuli ipsi absque vlla culpa sua moriuntur. Ipsi tamen parentes aut illorum curatores rei mortis apud Deum æstimabuntur, propterea quòd non vitarunt mortis periculum, quum id facere potuerunt. Idem prorsus in præsentis negotio de baptismo, paruulis contingit: quoniam cū illos pro suarum animarum salute adquirenda, ad baptismum venire oporteat, non tamen illis expressè dictum est vt veniant, sed nobis omnibus præceptum est, vt eos venire sinamus, vt nullo modo illos prohibeamus. Illorum verò parentibus

bus aut curatoribus præceptum est, non solum ut non prohibeant, sed etiam ut illos portent, aut portare faciant ad baptismum. Et si forte propter magnam parentum aut curatorum negligentiam paruulum sine baptismo mori contingat, nulla propter baptismum omissum paruulo, sed solis illius parentibus aut curatoribus imputabitur culpa. Ex his omnibus aperte conuincitur, paruulis, quia propriam fidem habere non possunt, alienam fidem ad baptismi susceptionem sufficere, & per illam ad CHRISTVM illos optime peruenire. Nam paruuli illi, de quibus CHRISTVS dixit discipulis suis; Sinite paruulos venire ad me, non sponte sua & proprijs pedibus veniebant ad Christum, sed ab alijs portabantur. Afferebant, inquit Lucas, ad illum infantes, ut eos tangeret. Quod cum viderent discipuli, increpabant illos. Iesus autem conuocans illos, dixit: Sinite paruulos venire ad me, & nolite vitare eos: talium est enim regnum Dei. In quibus verbis id potissimum aduertendum est, quod paruulos dixit venire ad se, qui tamen ab alijs afferebantur.

Rursus, ex varijs baptismi figuris, quæ olim in veteri testamento præcesserunt, aperte potest conuinci paruulis posse prodesse baptismum perinde ac adultis. Neq; hoc paruum est argumentum, cum iuxta Pauli sententiam omnia patribus in figura contigerint, & Paulus ipse ex huiusmodi figuris sæpe sumpsit argumentum ad probandam ea dogmata, quæ nunc pro tempore noui testamenti sunt ab omnibus necessariò suscipienda. De qua re aliquantulum differui superius libro. x. capite. 3. Primò ergo offero arcam Noë, de qua nemo iuste poterit negare figuram fuisse baptismi, cum id apertissimè doceat beatus Petrus apostolus, sic dicens: In arca Noë pauci, id est octo animæ saluæ factæ sunt per aquam. Quod & vos nunc similis formæ facit baptismus. In quibus verbis aperte ostendit in illa arca typum fuisse baptismi nostri. Arca illa ex varijs lignis constructa significat Ecclesiam ex varijs populis, Iudæis videlicet & Gentibus congregatam: & variæ illius arcæ mansiones, significant varios Ecclesiæ status. Arca ferebatur aquis ad portum, & fideles omnes baptismum feruntur ad portum salutis, hoc est, ad gloriam æternam. Salus corporis fuit per arcam, & salus animæ fit per baptismum. Pauci, id est, octo tantum per arcam saluati sunt, videlicet Noë, & tres filij eius, & vxor Noë, & vxores trium filiorum eius: ita licet multi ad baptismum vocati sunt, pauci tamen sunt electi. In diluuiò absorpti sunt & perierunt, non tantum qui propria voluntate peccauerant, & iram Dei contra se prouocauerant, sed etiam innumeri paruuli, qui nunquam suo libero arbitrio peccauerant, nisi quod nati erant filij iræ. Ad hunc modum sine baptismum pereunt nunc non solum adulti qui sua sponte peccant, sed etiam paruuli qui nondum sua sponte peccauerunt, sed solo peccato Adæ sunt maculati, & in ira Dei nati. Item in arca illa non solum saluati sunt à morte corporis homines, qui Deum suum agnoscebant: sed etiam iumenta multa, quæ Deus ad illam salutem propter hominis seruitium elegerat, quæ tamen Deum ipsum minime agnoscebant. Eodem modo per baptismum accipiunt salutem spiritualem quotquot illius capaces sunt, siue suum redemptorem agnoscant, siue tanquam iumenta illum profus ignorent, & nihil de salute animæ sibi per Christi merita concessa intelligant, prout sunt paruuli, qui quamuis sint spiritualis salutis capaces, perinde ac adulti, ad instar tamen iumentorum nec suarum animarum salutem, nec Deum ipsum eiusdem salutis authorem cognoscere possunt. Nam infantes quamuis speciem humanam foris habeant, & animam immortalè ita perfectè intra se contineant ut adulti, quia tamen vsu rationis eo tempore carent, sunt verè iumentis simillimi, iuxta id quod Propheta ait: Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Alteram figuram baptismi habuit mare rubrum, per quod Israëlitarum fugien-

fugientes ab Aegypto, transierunt & saluati sunt, & erepti à Pharaonis persecutione. Neq; mare illud quis citra pudorè poterit negare fuisse baptismi figuram: quia hoc apertissimè docet Paulus in priore ad Corinthios epistola, sic inquit: Nolo vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari. Scrutemur bene hanc baptismi figuram, & postea aperte cognoscemus illam nostræ & catholicæ sententiæ maxime fauere. Nubes & mare simul iuncta veram & integram efficiunt baptismi figuram: quoniam baptismus duabus rebus consummatur, aqua videlicet & spiritu, prout Saluator dixit, regenerationem ad regnum Dei acquirendam necessariam perfici aqua & spiritu sancto. Mare rubrum significat ipsam baptismi aquam, quæ & ipsa rubra est, non quidem naturali colore suo, sed virtute & operatione quam ex merito rubei & purpurei sanguinis Christi habet in virtute spiritus sancti intus operantis. Et propter hanc causam dicit illos esse baptizatos in Moyse, quoniam sicut Moyse ductore populus ille saluatus est, sic nunc Christo ductore & nos ad passionem præcedentem, meritis illius saluamur per baptismum. Nubes significat spiritum sanctum: quia quod nubes protegens, conducens ac refrigeratis illis contulit, id totum abundantius spiritus sanctus baptizatis confert, quum nostrum operationum dux & protector, concupiscentiarumq; nostrarum temporator & extirpator existit. Israëlitarum semel tantum mare rubrum transeuntes, à Pharaonis tyrannide liberati sunt, sic baptismus semel tantum suscipiendus nos à demonis tyrannide liberat. Quemadmodum Israëlitarum omnes tam paruuli quam adulti mare transierunt, & omnes illi saluati sunt, ita etiam quotquot baptizati fuerint siue paruuli, siue magni, omnes à demonis potestate liberati sunt. Et hoc aperte docuit Paulus, quum dixit omnes in nube baptizatos fuisse, in nube & in mari. Nam dicens, omnes, neminem excepit, sed omnes conclusit paruulos perinde ac adultos. Tertia demum baptismi figura & omnium potissima est circumcisio: quam etiam Paulus docet fuisse figuram baptismi, sic inquit: In quo & circumcisi estis circumcissione non manufacta, in poliatione corporis carnis, sed in circumcissione Christi, conspuiti & in baptismo: Quæ verba interpretans Theophylactus in Commentarijs super Paulum, ait: Admirandum beneficium attulit, quod Christo circumcisi estis. Non enim manus hominis adducit circumcissionem carnis hanc, sed spiritus: & non partem, sed totum hominem circumcidit. Illic quidem exuebatur membrum per circumcissionem, carneo tegumento ablato, hic verò exiit corpus noster peccata, quæ per carnem perficimus. Tali autem circumcissione non lex, sed Christus circumcidit in baptismate, exuens nos à veteri vita peccatis obnoxia, adeoq; à carne profus. Hæc Theophylactus: Ex quibus verbis apertissimè constat circumcissionem iuxta Pauli sententiam, figuram fuisse baptismi. At circumcisio non solum proderat adultis ad salutem animæ, sed etiam paruulis erat præcepta, ut constat ex libro Geneseos, in quo hæc dicit Deus: Hoc est pactum meum quod obseruabitis inter me & vos, & semen tuum post te. Circumcidetur ex vobis omne masculinum, & circumcideris carnem præputij vestri, ut sit in signum fœderis inter me & vos. Infans octo dierum circumcidetur in vobis. Et infra: Masculus cuius præputij caro circumcisa non fuerit, delebitur anima: illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit. Ecce, vides, præceptum de circumcissione paruulorum à Deo datum. Puer, qui ante circumcissionem decebat ab hoc seculo, sine spe gloriæ æternæ peribat, ut constat ex eo quod dicit, Delebitur anima illa de populo suo. Hoc autem idem est, ac si diceret, Non scribebitur Scriptura sacra sæpe illos dicit deleri, qui nunquam fuerant scripti. Nam in Psalmo nono dicitur: Increpasti gentes, & perijt impius, nomen eorum delicti in æternum. Certè nomen gentium non fuerat prius scriptum in libro viuentium,

uentium, de quo ibi erat sermo, nisi forte secundum naturam in Adam, de quo per prauaricationem fuit deletus. Et iterum in alio Psalmo idem Propheta ait: *Quem tu percussisti, persecuti sunt; & super dolorem vulnerum addiderunt.* Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, & non intreat in iustitiam tuam. Deleantur de libro uiuentium, & cum iustis non scribantur. Hæc dicit Propheta de illis qui Christum crucifixerunt, & postea poenitentiam non egerunt, ut Petrus interpretatus est in illa oratione, quam ad discipulos suos habuit post Christi ad caelos ascensionem pro substitutione alterius apostoli in locum Iudæ. Ex illis propheta dictis constat pro eodem hæc tria ab illo usurpari, deleri, & non scribi, & non intrare in iustitiam Dei. Ex quibus tribus duo postrema declarant primum. Itaque masculum, cuius præputij caro non fuerit circumcisâ, deleri de populo, idem est ac non scribi, & non intrare in iustitiam Dei. Et hoc idem paruulo contingit, qui nunc moritur sine baptismo. Circumcisio paruulo exhibita, conferebat illi ex pacto diuino gratiam, & animæ salutem: quia dicit esse signum foederis inter Deum & illos, non solum adultos sed etiam paruulos. Et inde sequitur ut baptisimus nunc paruulos exhibitus etiam conferat illi gratiam ad animæ salutem: nisi forte aliquis ad eum desipere velit, ut non vereatur dicere, minoris esse virtutis nunc baptismum, quam olim circumcisionem: Contrarium tamen docet Propheta dicens: Diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Per quæ uerba docet sacramenta nouæ legis, quæ portæ sunt Ecclesiæ catholice per Sion designata, pluri esse à Deo æstimata quam omnia sacramenta & sacrificia Iudaicæ legis. Credere igitur necessarium oportet circumcisionem omnibus masculis, siue paruulis, siue magnis idem præstitisse, quod nunc præstat baptismus. Hoc tamen interest, quod circumcisio, eod quod redemptionis precium non erat tunc solum, regnum cælorum morientibus aperire non potuit, quod nunc facit baptismus, propterea quod sanguis Christi iam in precium redemptionis nostræ pro nobis effusus est.

Accedit ad hæc omnia pro baptismo paruulorum, antiquissimus usus perpetuo in Ecclesia catholica seruatus. Nam (ut constat ex varijs sanctorum patrum scripturis) ab ipso apostolorum tempore ad hunc usque diem hoc perpetuo obseruatum est, ut (saltem necessitate cogente) paruuli & si rationis expertes, baptizentur. Nam quod tempore Apostolorum ita fuerit factum, constat ex Dionysio Arcopagita, capite ultimo Ecclesiasticæ Hierarchiæ. Et illud post ducentos annos fuisse postea seruatum, constat ex Cypriano in epistola octaua libri tertij. Idem seruatum fuisse tempore Augustini constat ex epistola illius. 23. quæ est de baptismo paruulorum. Et idem semper inuenies apud alios Augustino posteriores.

Denique pro hac re sunt multa generalium Conciliorum decreta, quæ omnia concorditer docent baptismum omnibus paruulis perinde ac adultis ad salutem animæ prodesse. Concilium Lateranense sub Innocentio tertio celebratum capite primo suorum decretorum, hæc ait: Sacramentum baptismi, quod ad inuocationem indiuiduæ Trinitatis uidelicet Patris & filij & spiritus sancti, consecratur in aqua, tam paruulis quam adultis in forma Ecclesiæ à quocunque ritè collatum, proficit ad salutem. Hæc Concilium Lateranense, & habentur hæc uerba in capite Firmiter, de summa Trinitate, & fide catholica. Concilium Viennense sub Clemente quinto celebratum inter alia fidei decreta hoc unum de baptismo dedit. Baptisina unicum baptizatos omnes in Christo regenerans, est sicut unus. *Deus*: Ac fides unica ab omnibus fideliter confitendum, quod celebratum in aqua in nomine patris & filij & spiritus sancti, credimus esse tam adultis quam paruulis communiter perfectum remedium ad salutem. Hæc Concilium Viennense, & habentur hæc uerba in Clementina de summa trinitate & fide catholica. De-

- A** ca. Denique Concilium Tridentinum sub Paulo tertio celebratum, in sessione quinta, capite quarto, in hunc modum decernit. Si quis paruulos recentes ab utrisque matrum baptizandos negat, etiam si fuerint à baptizatis parentibus orti, anathema sit. Et sessione septima, canone. 13. hæc ait: Si quis dixerit, paruulos, eod quod actum credendi non habent, suscepto baptismo inter fideles computandos non esse, ac propterea quum ad annos discretionis peruenerint, esse rebaptizandos, aut prestare omitti eorum baptismum, quam eos non actu proprio credentes, baptizari in sola fide Ecclesiæ, anathema sit. Hoc solum iam mihi superesse uideo, ut uidelicet respondeam argumento, quod nobis obijciunt Anabaptistæ, & quo illi suam personam hæresim firmiter tueri conantur. *CHRISTVS* (inquunt illi) apostolos suos docens, de his quæ post suam in caelos ascensionem illi acturi erant, dixit: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui uero non crediderit, condemnabitur. At paruuli infantes non credunt, quia non habent usum rationis, consequens igitur est, ut si tunc moriantur, condemnentur, etiam si baptismum suscipiant, & inde ultra deducunt, baptismum nihil illis ad salutem animæ prodesse. Et hoc argumentum iterum confirmant testimonio Pauli apostoli dicentis: Sine fide impossibile est placere Deo. Paruuli autem quamdiu sunt rationis expertes, non habent, imò neque ex se habere possunt fidem, ergo eo tempore (iuxta Pauli sententiam) Deo placere non possunt, & per consequens baptismum non potest illis eo tempore ad salutem animæ prodesse. Hæc sunt potissima argumenta, quibus nos oppugnant, & vincere credunt Anabaptistæ: sed re uera nihil minus faciunt & crassissima ignorantia sunt decepti. Illa enim uerba, quæ nobis obijciunt, à Christo apud Marcum dicta, nihil ad paruulos spectant, sed ad solos adultos, prout ex præcedentibus facillimè conuincitur. Nam ante illa uerba Christus dixit: Euntes in mundum uniuersum, predicare euangelium omni creaturæ, & his dictis statim hæc uerba quæ nobis obijciunt dixit: Qui crediderit & baptizatus fuerit, &c. Ex quo uerborum contextu apertissimè conuincitur, hæc uerba de illis solis esse intelligenda, quibus præcipiebatur prædicare euangelium. At paruulis infantibus non erat prædicandum euangelium, sed adultis: quia paruuli & si illis prædicaretur euangelium, intelligere non poterant: ergo solis adultis, qui soli intelligere poterant quæ illis dicerentur, prædicandum erat euangelium, & inde apertissimè conuincitur, ut de solis adultis sequentia uerba intelligantur, cum Christus dicit: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui uero non crediderit, condemnabitur. Adulti siquidem, quando ad baptismum suscipiendum peruenerint, antequam illud percipiant, debent fidem catholicam ore confiteri, & de illa utcumque doceri. Et idè Ecclesia catholica ab ipsis apostolorum temporibus ad hunc usque diem talem perpetuo tenore seruauit consuetudinem, ut adulti prius essent catechizati quam baptizati. Nam ante baptismum catechizabant (hoc est) in fide catholica instruebant adultos. De qua re extat libellus beati Augustini, qui inscribitur de catechizandis rudibus. Quod autem nobis obijciunt de Pauli testimonio ex crassa ignorantia procedit: quoniam paruuli & si ante baptismum susceptum non habeant fidem, habent tamen illam postquam baptizati sunt, quamuis per illam operari non possunt. De qua re testimonium profert nobis beatus Bernardus sermone sexagesimo sexto super Cantica, sic inquit: Nemo mihi dicat, quia paruulus non habet fidem, cui mater impertit suam inuoluens illi in sacramento quousque idoneus fiat, proprio non tantum sensu sed assensu euolutam puramque percipere. Nunquid breue pallium, ut non possit ambos cooperire? Magna est Ecclesiæ fides. Nunquid minor fide Chananeæ mulieris, quam constat & filiarum sufficere potuisse, & sibi? Idè audiuit, O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut petisti. Et paucis in-

cis interpositis subdit. Quæ cum ita sint, nullum præiudicium sustinebunt rege-
nerati de hoc, quod dictum est, Sine fide impossibile est placere Deo, cum sine
fide non sint, qui in testimonium fidei baptismi gratiam perceperunt: sed ne-
que de eo quod item dictum est, Qui verò nõ crediderit condēnabitur. Quid
enim credere est, nisi fidem habere? Hactenus Bernardus. Eidem sententiæ fa-
uet beatus Augustinus in libro de baptismo paruulorum, sic inquit: Paruuli
baptizati inter credentes reputantur per sacramenti virtutem, & offerentium
responſionem. Hæc Augustinus, & citantur à Gratiano in capitulo Filius Dei,
de consecratione distinctione quarta. Habent itaque fidem, sed non possunt
per eam exire in operationem quousque ad vsum rationis peruenientes per
auditum verbi Dei credentes, illam suscipiant. Nam sicut paruulus, & si om-
nia membra corporis integra habeat, & in omnibus illis habeat vitam & ani-
mam viuificantem, vix tamen vllum est membrum in illis, quod suo rectè
fungatur officio: quoniam neque pedibus ambulat, neque lingua loquitur,
neque manibus operatur: ita etiam quamuis in illis sit vera fides, placens
Deo, & charitas viuificans, non tamen per aliquam earum potest in operatio-
nem exire, nisi priùs erudiantur: & humano aliquo exteriore iuuentur præce-
ptore. Contra hanc hæresim scripsit beatus Bernardus pauca quadam, in il-
lo sexagesimo sexto sermone super Cantica, & in epistola septuagesima septi-
ma. Eodem tempore scripsit aliquantulo longiùs Petrus quidem abbas Clu-
niacensis. Denique hoc nostro seculo multi scripserunt, Ioannes faber, Ec-
khus, Leopoldus, sed omnium longissimè & doctissimè Martinus Dunca-
nus: qui volumen integrum duobus libris partitum ædidi contra Anaba-
ptistas.

Sexta hæresis est circa ipsius baptismi vnitatem. Sunt enim aliqui, qui re-
baptizant eos, qui iam semel baptismum susceperunt. Horum autem va-
riæ adhuc sunt sectæ. Donatistæ siquidem (prout Augustinus in libro de
hæresibus refert) rebaptizant eos, qui ab Ecclesia catholica ad eos veniunt:
quoniam (vt aiunt) extra Ecclesiam baptismus conferri non potest: ipsi autem
aſerebant Ecclesiam penes solos ipsos esse. Quapropter ad illos ab Ecclesia
deficientes rebaptizabant, dicentes priùs non suscepisse verum baptismum. Hi
Donatistæ. Donatiani vel Donatistæ primùm propter Cæcilianum contra suam volun-
tatem ordinatum Ecclesiæ Carthagiuen. episcopum, schisma fecerunt, obij-
cientes ei crimina, quæ probare non potuerunt. Sed postmodum falsitatis rei
deprehenſi, schisma in hæresim pertinaci defensione verterunt, tanquam Ec-
clesia Christi propter crimina Cæcilianus, siue vera, siue falsa, toto terrarum or-
be perierit vbi futura promissa est, atque in Aphrica Donati parte remanserit,
in alijs autem terrarū partibus quasi contagione cõmunionis extincta fuerit.
Donatistæ autem à Donato quodam dicti sunt, qui tẽpore Constantij Impera-
toris & Liberij Papæ floruit: de quo plura dicemus infra in titulo de Ecclesia,
hæresi prima. Hunc eundẽ errorẽ tenent Armeni (vt ait Guido Carmelita) qui
venientes ad ipsos ex Ecclesia Romana rebaptizant, dicentes in Ecclesia Rom.
non esse verum baptismum, eò quòd (vt ipsi aiunt) apud Latinos non est vera &
catholica Ecclesia, sed solum apud ipsos Armenios. Vides hic apertissimè im-
pletum quòd prædixit Christus apud Matth. Si quis vobis dixerit, ecce hic est
Christus, aut illic, nolite credere. Surgent enim pseudochristi & pseudopro-
phetæ, & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur, si fieri
potest, etiã electi. Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis: ecce in deserto,
nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere. Ista certè iam videmus im-
pleta, multos pseudochristos & pseudoprophetas audiuiſimus. Donatistæ di-
cunt, ecce apud nos est Christus, & non alibi: Armeni dicunt, ecce apud nos
est Christus. Sed iuxta monitionem Christi oportet vt non credamus illis,
sed

A sed maneamus in catholica Ecclesia, quæ vna est omnium mater: Ad hunc
locum etiam pertinet error Cypriani, & aliorum Aphricæ episcoporum, qui
Concilio apud eos de hac re celebrato definiuerunt, hæreticos, cum ad Ec-
clesiæ communionem rediissent, fore rebaptizandos, quia (vt asserbant)
inter hæreticos non potest conferri baptismum. In hac autem parte zelo, vt su-
spicor, & non secundum discretionem moti, & odio, quod aduersus hæreti-
cos conceperant, ducti, errauerunt. Nec tamen propter hunc errorem Cy-
prianus aut alij ei consentientes iudicandi sunt hæretici, quia illum pertinaci
animositate minimè defenderunt: quinimò parati ab alijs meliora docenti-
bus corrigi, sententiam suam dixerunt: Quod ex ipso factò patuit, quoniam à
summis Ecclesiæ pontificibus, videlicet Cornelio, Lucio, Stephano edocti,
contraria prioribus ipsi Aphri definiuerunt. Qui error non primùm in Aphri-
ca, sed in pluribus antea locis, velut in Iconio (vt Euseb. in. 7. lib. historiæ
Ecclesiast. cap. 6. refert) fuit tractatus. Nouissimè autem diebus istis in par-
tibus Germaniæ superioris surrexit quidam Baltasar, qui homines docet re-
baptizare, dicens paruulis non prodesse baptismum: quapropter cum ad an-
nos discretionis peruenerint, debere iterum baptizari: quod in multis fecisse
perhibetur, multosq; in suum impium errorem seduxisse, adeò vt huius factio-
nis homines Anabaptistæ, hoc est, rebaptizatores vocentur. Contra hunc Bal-
tasarem & eius sequaces nõ est quòd amplius agamus, quoniam cū iam osten-
derimus paruulis sicut adultis prodesse baptismum, fundamento eorum subuer-
so, totius erroris structura corruet. Contra alios autem omnes hoc ordine pro-
cedemus, vt primò ostendamus ministri malitiam nullo modo minuere bap-
tismi veritatẽ, quin à quocunq; ministro conferatur, dummodò cætera quæ sunt
necessaria teneat, verus sit baptismus. Primò probatur per illud quod habetur
apud Ioan. videlicet quòd discipuli Christi baptizabant, inter quos erat Iu-
das, qui quamuis non proditor, tamen fur erat & latro: nec tamen de baptiza-
tis ab ipso legitur q̄ rebaptizati vnquam fuissent. Præterea hoc ipsum expres-
sius confirmat dictum Ioannis Bap. Vidi spiritum descendentem quasi colum-
bam de coelo, & mansit super eum, & ego nesciebam eum: sed qui miq̄ me ba-
ptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris spiritum descendentem,
& manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Hęc ille in Euan-
gelio Ioannis. Ex quibus verbis patet eum qui baptizat, esse Christum filium
Dei. Nam quamuis minister exteriùs corpus abluat, Christus tamen est qui
interiùs mundat animam. Hic ergo est solus qui baptizat in spiritu sancto, re-
liqui autem vt ministri. Hic est (inquit) qui baptizat in spiritu sancto, cum ta-
men ipse tunc non baptizaret, sed potiùs à Ioanne baptizabatur: per quod in-
nuere voluit ipsum Christũ esse qui semper baptizat, quantũlibet varietur mi-
nister. Si ergo ille est qui baptizat, quid malus minister poterit obesse? Nam &
Paulus ait: Neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementũ dat
Deus. Vnde cõuincitur, quòd nihil potest obesse minister malus, cū dominus
qui baptizat sit bonus. Hoc etiã B. August. elegãtissimè cõprobat, dicens: Si su-
perbus fuerit minister, cū diabolo computatur: sed non contaminatur donum
Christi. Quod per illum fluit, purum est. Per lapideũ canalem transit aqua ad
areolas. In carnali lapideo nil generatur, sed hortus fructus plurimos adfert. Et
lib. 10. de vnico baptismo sic ait: Cũ tantum valeat baptismus per hominem
contemptibilem, quantum per apostolum datus: ita nec illius, sed Christi esse
cognoscitur. Item inuenimus dictum ab apostolis, & gloriam meam quamuis,
vtiq; in domino: & ministerium meum, & prudentiam meam, & Euangelium
meum, qnamuis vtq; à domino impartitum sit atq; donatum: baptismum autẽ
meum nemo eorũ dixit omnino. Neq; enim omnium æqualis est gratia, nec mi-
nistrat omnes æqualiter, nec æquali prudentia vel scientia sunt omnes prædi-
ti, & in

ri, & in euangelizando alius alio meliùs operatur: & ideò dici potest alius alio doctior in ipsa salutarì doctrina. Alius autè alio magis minùsve baptizatus dici nò potest, siue ab inferiore, siue à maiore baptizetur. Et Zacharias Papa Bonifacio Episcopo scribens, ait: Enimuerò quòsdam baptizatos absq; interrogatione symboli ab adulteris presbyteris & indignis fassus es. In his tua dilectio teneat antiquù morè Ecclesiæ: quia quisquis in nomine patris, & filij, & spiritus sancti baptizatus est, rebaptizari minimè liceat. Nò enim in nomine baptizatis, sed in nomine trinitatis huius gratiæ donum percepit. Et teneatur quod Apóst. ait: Vnus Deus, vna fides, vnù baptisma. Hæc illæ. Ex his ergo tā apertis scripturæ & sacrorù doctorù testimonijs apertè còuincitur, ministri malitiam nequaquā obesse baptismo, quin per illù baptisma verù còferri queat. Verù dicet aliquis, has autoritates bene sufficere ad probandù de quocunq; alio crimine, vt puta adulterio, homicidio, &c. q; illud in ministro nò obicit, quin verù còficiat baptisma: de hæretico tamè hoc nò probat. Sed si bene inspiciatur, æquè probant de hæretico, sicut de cuiusque alterius criminis reo: quoniam siue minister sit adulter, siue homicida, siue hæreticus, qui baptizat in spiritu sancto Christus est. Vnde August. in lib. de baptismo: Cur hæretici foris baptizare non possunt? An quia peiores sunt eo ipso quòd foris sunt? Sed nihil interest ad integritatè baptismi quantò peior id tradat. Neq; enim tantù interest inter malum & peiorem, quantum inter malum & bonù: & tamè cū baptizat malus, non aliud dat q̄ ille qui bonus est: ergo cū baptizat peior, non aliud dat quàm ille qui minùs malus est. Hæc Aug. Et idem contra Cresconium grammaticù ait: Si inter bonos ministros, cū sit alius alio melior, non est melior baptismus qui per meliorem datur, nullo modo malus est qui etiã per malum datur, quando idè baptismus datur. Et ideò per ministros dispares Dei munus æquale est, quia non illorum, sed eius est. Hæc ille. Præterea baptizatus à Iudæo aut Pagano rectè verba proferente, & intentionè habente faciendù, quod Christiani faciunt, verè baptizatus est, nec iterum debet baptizari: ergo baptizatus ab hæretico verè etiam erit baptizatus. Assumptù probatur per illud quod Nicolaus Papa respondet ad consulta Bùlgarorum, & ponitur in volumine Decretorum de consecra. dist. 4. A quodam Iudæo, nescitis an Christiano, an Pagano, multos in patria vestra baptizatos esse asseritis: & quid inde sit agendum, consulitis. Hi profecò si in nomine sanctæ trinitatis, vel tantum in nomine Christi, sicut in Act. apóstolorum legitur, baptizati sunt: vnum quippè idemque est (vt S. Ambrosius exponit) quia non illorum, sed eius est, rebaptizari non debent. Hæc ibi Nicolaus Papa. Ex his ergo testimonijs conuincimus, ministri malitiã, etiam si hæresis sit, nullo pacto obesse baptismo, quin hæreticus verum baptismum conferat, si ea faciat quæ ad baptismum sunt necessaria. Verùm hinc admodum oportet, ministri malitiam, etsi baptismo non obicit quin verus sit baptismus, obesse tamen baptizato, vt scilicet gratiã per talè baptismum non recipiat: quia posuit obstaculum culpæ, quam sic à tali malo ministro baptismum recipiendo commisit. Qui enim à malo ministro, præcipuè hæretico, ex certa scientia baptismum recipit, peccat: tum quia communionem cõ hæretico habet in his, in quibus maximè conueniebat nullam communionem habere: tum etiã, quia circa hoc expressa facta est per Ecclesiã prohibitio. Vnde inter Canones apóstolorum, canone. 46. dicitur: Episcopum aut presbyterum hæreticorù suscipientem baptismum, damnari præcipimus. Quæ enim conuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? Hæc ibi. Peccat ergo ab hæretico scienter & industria baptismum recipiens: quapropter licet verum baptismum recipiat, non tamen effectum baptismi. Si tamen necessitate cogente id faceret, vt-pote quia mors instat, nec alius adest à quo baptismum recipere possit, præter hæreticum hominem, potest ab eo baptismum recipere: modò id non faciat

Nicolaus
Papa.

hac in-

A hac intentione, vt illius hæresi assentiat, sed tanquam veram fidem catholicam suscipere volens. Vnde beatus Augustinus, & ponitur in volumine Decretorum de consecratione, dist. 4. cap. Quomodo, sic ait: Potest peiori tradere separatim, sicut potest habere separatim: sed quàm perniciosum est habere, perniciosum est tradere. Ille autem cui tradidit, potest salubriter accipere, si ipse non separatus acceperit virgente mortis necessitate. Hæc Augustinus. Excepta ergo necessitate virgente, quisquis à malo, præcipuè hæretico ministro baptizatur, peccat. Verum ergo baptismum recipit, effectum baptismi non recipit: quia culpa eius impeditus est baptismus, ne suum circa illum haberet effectum. Et hinc ait Aug. loco proximè citato, sui erroris originem sumpsisse Cyprianum, & cæteros apud Aphricam episcopos: Non ob aliud (inquit) visum est à quibusdam etiam egregijs viris & antistitibus, inter quos præcipuè beatus Cyprianus eminebat, nò esse posse apud hæreticos, vel schismaticos baptismum Christi, nisi quia non distinguebāt sacramentum ab effectu, vel vsu sacramenti. Et quia eius sacramentum vsum atq; affectum, in liberatione à peccatis, & reuerentiæ cordis apud hæreticos nò inueniebāt, ipsum sacramentum quoq; illic nò esse putabant. Hæc Aug. Si ergo, vt iã plenè ostendimus, ministri qualiscunq; malitia non obest quin ab eo baptizatus verù suscipiat baptismum, consequens est, vt ab eo baptizatus rebaptizari minimè debeat. Et hoc est secundum, quod discutere promissimus. Verù quoniã Armeni (vt diximus) Latinos rebaptizant, alia tamen ratione ducti quàm Aphri illi episcopi & Donatistæ, contra quos modò egimus: quia videlicet dicunt Romanam Ecclesiam non habere iustam baptismi formam: ideò contra istos aliter agendum est, ostendere videlicet Ecclesiam Romanam veram baptismi tenere formam, quo facto verus erit etiam baptismus: & ita non erit cur ab eis Latini rebaptizentur. Quòd autem vera sit apud Latinos baptismi forma, ex secundo errore de baptismo superius improbato patuit. Nam forma quam Christus docuit, apud Mattheum descripta, tria exprimit necessaria, quæ sunt, verbum exprimens actum baptizandi, nomè designans personam baptizatam, inuocatio trinitatis expressa. Baptizantes (inquit) eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Baptizantes, ecce primò: eos, ecce secundum, scilicet persona baptizata: & c. ibi ostenditur tertium. Forma autem quam Ecclesia Romana tenet, hæc omnia complectitur. Ea enim sic habet: Ego te baptizo in nomine patris & filij & spiritus sancti. In qua cum omnia sint necessariò requisita, nò est, cur impij Armeni negent apud nos esse verum baptismum. Contra impios autem Anabaptistas, qui pro libito rebaptizant non solùm semel & iterum, sed tertio, quarto, & quinto: quoniam baptismum, vel ut pœnitentiã, quoties placet iterant: contra istos inquam aliter agendum est. Primò eorum hæresim expugnat id quod ait Paulus: Vnus Deus, vna fides, vnum baptismum. Si ergo, Paulo teste, vnum est baptismum, quomodo impij Anabaptistæ tria & quatuor baptismata vni & eidè conferre præsumunt? Præterea hoc ipsum plenius & expressius confirmat Paulus in ea quæ est ad Romanos epistola: An ignoratis fratres, quia quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem: vt quomodo christus surrexit à mortuis per gloriam patris: ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Hæc Paulus ibi. Ex quibus & alijs eiusdem loci verbis patet baptismum esse velut quandam mortis Christi figuram. Sicut enim in morte Christi, peccatum mortuum est, ita & in baptismum etiam peccatum nostrum perit, per meritum tamè passionis eius. Cum autem ex aqua emergimus, resurrectionem Christi figuramus. At christus semel pro peccatis nostris mortuus est, non autem bis aut ter: ergo etiam nos pro peccatis nostris semel tantum baptizari oportet. Christus etiam resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non

Aug.

Ephe. 4.

Rom. 6.

o domi-

dominabitur: ergo & nos ex aqua semel emerſi, nō oportet ad aquę lauacū ite-
rū redire. Impij ergo Anabaptiſtę, qui rebaptizare præſumunt, rurfus ſibi met-
iſtis (vt ait Paulus) crucifigūt filiū Dei. Nā de illis expreſſe loquebatur Paulus,
& non de alijs. Qui enim ſecundō baptizat, quantū in ipſo eſt, ſecundō etiam
Chriſtum cruci affigit: quoniam cū baptiſmus figura ſit quædam mortis Chri-
ſti, qui ſecundō baptizat, hoc ipſo oſtendit Chriſtū ſecundō mortuum fuiſſe.
Rurfus hoc ipſum ſacrorum Conciliorum deſinitiones confirmant. Nā in ſym-
bolo ædito à Concilio Nicæno dicitur: Conſiteor vnum baptiſma in remiſſio-
nem peccatorum. Cōcilium Carthaginēſe primum, capite ſuorum decretorū
primo ſic ait: Gratus epiſcopus Concilio præſidens dixit: Ergo ſi vobis placet,
conſideremus primū titulum rebaptizationis: vnde ſanctitatē veſtram poſtulo,
vt mentis veſtrę placita producat in aquam, & interroga-
tum in trinitate ſecundum euangelij fidem, & Apoſtolorum doctrinam, & con-
feſſum bonam conſcientiam in Deū de reſurrectione Ieſu Chriſti, ſi liceat ite-
rum interrogari in eadem fide, & in aqua iterum tingi. Vniuerſi epiſcopi dixe-
runt: Abſit, abſit. Illicitas eſſe ſancimus rebaptizationes, & ſatis eſſe alienum
à ſyncera fide, & catholica diſciplina. Hęc Concilium Carthaginēſe. Et Con-
cilium Viennenſe, ſub Clemente quinto celebratum, ait: Baptiſma vnicum ba-
ptizatoꝝ omnes in Chriſto regenerans, eſt ſicut vnus Deus; ac fides vnica, ab
omnibus fideliter conſtitendum. Hęc Conciliū Viennenſe: & habentur in Cle-
mentina, cap. Fidei catholica, de ſumma trinitate, & fide catholica. Concilium
etiam Florentinum, ſub Eugenio quarto celebratum eandem ſententiam do-
cet, ſic inquit. Inter hęc ſacramenta tria ſunt, baptiſmus, confirmatio, & or-
do, quę characterem, id eſt, ſpirituale quoddam ſignum à cæteris diſtinctiū
imprimunt in anima indelebile. Vnde in eadem perſona non reiterantur. Re-
liqua verō quatuor characterem non imprimunt, & reiterationem admittunt. D
Hęc Concilium Florentinum. Quòd ſi quis his Conciliorum deſinitionibus
obijcere veller alterius Carthaginēſis Concilij decretum Cypriano præſente
celebratum, quod ait ab hæreticis non conferri verum baptiſmum, atque ideò
ab eis baptizatos debere iterum baptizari, huic reſponderi poteſt, non eſſe pa-
res omnium Conciliorum deſinitiones. Conciliorum nanque prouincialium
autoritas nō eſt tanta, vt eius deſinitioni omnes obtemperare cogantur: quon-
iam prouincialia Concilia (vt in principio huius libri docuimus) errare poſ-
ſunt. Non enim pro illo conuentu Deus rogauit, vt eius fides non deficeret:
neque illi Deus ſe ad futurum ſemper promiſit. Concilia autem generalia legi-
timè cōgregata minimè errare poſſunt. Quapropter ſi quid in prouinciali Cō-
cilio decretum eſt, quod à vera fide deuiare videatur, per generale Concilium
(vt beatus Auguſtinus lib. 6. contra Donatiſtas, cap. 1. docet) corrigi debet.
Quod in caſu factū eſſe comperimus. Cōcilium ſiquidē Africæ, ſeptua-
ginta & vnus epiſcoporum, in quo decretū eſt hæreticos non poſſe verū ba-
ptiſmum conficere, prouinciale fuit, & nō generale: quapropter errare potuit,
& corrigitur à Cornelio tunc Romano pontifice, alijsq; Italię epiſcopis, vt re-
fert Euſebius. 7. libro hiſtorię Eccleſiaſtica, & poſtmodū corrigitur per Cōci-
lium Carthaginēſe primū in decreto quod proximè citatū eſt. Hoc autē Cō-
cilium vniuerſalis accepit Eccleſia, & ita eius deſinitionē omnes amplecti tenentur.
Contra hunc errorem ſcripſit beatus Auguſt. librū de vnico baptiſmo, atq;
iterum tractatum de baptiſmo contra Donatiſtas, ſeptē partitū libris. Hoc
noſtro tempore ſcripſit Ioannes Faber volumen grande contra Anabaptiſtas.
Contra eodē Leopoldus quidam Germanus.

Sep̄tima hæreſis eſt circa ipſius baptiſmi ſacramentalia, hoc eſt, circa illa que
baptiſmum in eius collatione circumſtant ex quodam ritu matris eccleſię.
Armeni enim (vt ait Guido, quem in hiſtoria Armenorum ſequimur, quia
nullum

A nullum alium reperire potuimus) dicunt non poſſe cōferri baptiſmum alicui,
niſi eidem conferatur eucharistię ſacramētum. Secundō dicunt Chriſma adeò
eſſe exactum ad verum baptiſmum perficiendum, vt niſi baptizatus chriſma-
tē vngatur, non ſit baptizatus. Harum autem duarum aſſertionum vtraque eſt
erronea & hæretica. Nam quod primò dicunt de eucharistiā, conuincitur ma-
niſeſtè ex eo, quod Dominus diſcipulis ſuis præcipiens vt docerent omnes
gentes, & baptizarent eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, nullam
de eucharistię ſumptione fecit memoriā, feciſſet tamen ſi ea ad baptiſmi col-
lationem exigeretur. Deinde eucharistię ſacramētum multò poſt baptiſmum
eſt inſtitutum: quoniam in die cœnæ dominicę, feria ſcilicet quinta pridie q̄
pateretur, inſtituit eucharistię ſacramētum. Baptiſmus autem longè antè fue-
rat inſtitutus. Nam Ioannis quarto dicitur, quòd diſcipuli Chriſti baptizabāt:
ergo tunc baptiſmus iam fuerat inſtitutus, quanuis non ſub interminatione
gehennę præceptus, ſicut poſt Chriſti reſurrectionem. Alioqui baptizati ab
Apoſtolis, iterum poſtea fuiſſent baptizandi: quod nunquā factum fuiſſe le-
gimus. Quare ex hoc meliùs colligi poſſet, eucharistiā non poſſe dari niſi
præeunte baptiſmate, vtpote priùs inſtituto. Quòd autem baptiſmus nō poſſit
dari ſine eucharistię ſacramento, nulla prorsus ratione fulcitur: ſed merè vo-
luntariè dicitur. Quapropter eadem facilitate qua dicitur, meretur vt con-
temnatur: quanuis nos id facere iam non valemus: nam ſi contemnemus, vali-
da ratione ducti id facimus. Secunda etiā aſſertio non minùs eſt erronea: quon-
iam etſi chriſma exigatur in baptiſmo, non tamen illud exigit baptiſmus: ſed
eccleſia illud exigit à miniſtro conficiente baptiſmum: ita vt ſi chriſma nō ad-
hiberetur, extrema neceſſitate ſecluſa, miniſter peccaret, quoniā eccleſię præ-
ceptum prætermiſit: baptiſmus tamen nihilominus eſſet adeò perfectus (ſi cę-
tera adſunt) vt non ſit opus illum ſic ablutum iteratò baptizare. Chriſtus nan-
que baptiſmum inſtituens, nullum de chriſmate adhibendo dedit præceptum.
Per hanc eandem rationem reiicitur alius error huic ſimilis, cuiuſdam Claudij
Taurinenſis epiſcopi, de quo iam ſuprà diximus. Is enim dixit baptiſmum eſſe
nullum, ſi fronti ipſius baptizati ſignum crucis non inſingeretur. Hic autem ma-
niſeſtus eſt error: quoniam ſi ea peraguntur quę Chriſtus præcepit, conſtat ba-
ptiſmum eſſe perfectum. Conſtat autem, Chriſtum cū inſtitueret baptiſmum,
nunquā de ſigno crucis meminiſſe.

Octaua hæreſis eſt huic penitus oppoſita. Vvaldenſes ep̄m dicunt (vt
Acneas Syluius libro de origine Bohemorum, cap. 34. teſtatur) baptiſ-
mum aquę, nulla interiecta ſacri olei mixtura fore recipiendum. Vval-
denſes autem iſti ſic appellati ſunt, quoniam Vvaldo quidam ciuis Lugdunen-
ſis fuit autor eorum. Vocantur etiam pauperes de Lugduno, quoniā Vvaldo
ille Lugdunenſis, à quo originem traxerunt, cū diues admodum eſſet, opibus
relictis, pauperibusq; erogatis, euangelicam paupertatem ſe ſeruaturum præ-
tendit: ſub cuius velamine multos impios errores ſe regere credidit. Nam cū
idiota eſſet, quosdam libros vulgari ac materna lingua ſibi cōſcribi fecit, cum
aliquibus ſanctorum teſtimonijs. Quos libros cum non ſanè, vt decebat, intel-
ligeret, ſuo tamen inflatus ſpiritu, Apoſtolorum officium prædicando uſur-
pauit. Cœpit hæc ſecta Vvaldenſium (vt ait Guido) circa annum Domini
M. C. LXX. quę (vt idem ait) fuit Romę in generali Concilio damnata. Inter
alios ergo iſtorum Vvaldenſium errores, is vnus eſt, quo aſſerunt nullo pacto
oleum ſacrum in baptiſmo debere miſceri. Quem errorem poſtea ſecutus eſt
Ioannes Vvicleph, de quo iam diximus. Pro huius ergo erroris clariori diſcuſ-
ſione, annotare priùs oportet, pluries ſacrum oleum aut chriſma dari. Aliquan-
do enim datur poſt ipſum baptiſmum iam ſuſceptum, aliquot etiā dierum aut
annorum ſpatio interiecto: & hoc eſt ſacramētum à baptiſmate diſtinctum,
vel

vel (vt veriùs dicam) est ipsius sacramenti materia, quod confirmatio appellatur. Et de hoc non est præfens sermo. Aliquando etiam datur oleum in ipsa met baptismi collatione. Ibi enim vnguntur chrismate in pectore & scapulis, & in fronte. Hoc autem fit ad designandam misericordiam, quam nobis Deus exhibet condonando peccata per baptismi susceptionem. Oleum namque in sacris literis sapissimè misericordiam significat. Vnde beatus Damascenus libro. 4. de fide orthodoxa, cap. 10. ait: Oleum in baptisinate assumitur, vntionem significans, & Christos, id est, vntos nos efficiens, & misericordiam Dei nobis annuncians per spiritum sanctum, quia & ramum oliuæ ijs qui ex diluio saluati sunt, columba tunc attulit. Hæc Damascenus. Est etiam alia nō minor causa: quia videlicet per baptismum in certamen quoddam spirituale descendimus, & in luctam quandam. Sicut enim in agone positus, luctamque aggrediens, vngebatur, quò minus ab hoste posset capi, sed potius faciliè ex eius manibus elabi posset: sic etiam spirituale hanc luctam aggressurus, sacro priùs oleo vngitur, per quod baptizandus ad luctam præparetur, ne demon eum comprehendat, sed ex eius potestate elabatur. Vnde B. Ambrosius libro primo de sacramentis ait: Quemadmodum dicit Apostolus sanctus: Sit in te fidei deuotionis que plena fragrantia. Venimus ad fontem, ingressus es, considera quos videris, quid loquutus sis. Considera, repete diligenter: occurrit tibi Leuita, occurrit tibi Presbyter. Vntus es quasi athleta Christi, quasi luctamen huius seculi luctaturus: professus es luctaminis tui certamina. Qui luctatur, habet quod speret: vbi certamen, ibi corona. Luctaris in seculo, sed coronaris à Christo, & pro certaminibus seculi coronaris. Nam etsi in cœlo præmium, hic tamen meritum præmij collocatur. Hæc ibi Ambrosius. Ex quo patet non esse recentem ecclesiæ adinventionem, vt oleum sacrū baptismi miscetur. Verū vt rem adhuc multò verustiore esse ostendamus, citare oportet Dionysium Areopagitam Pauli Apostoli discipulum. Is enim in secundo capite Ecclesiasticæ hierarchiæ, de ritu huius sacramenti differens, ait: Deiformis quidam hierarchia incipit sacram vntionem, sacerdotes autem in ipso perficiunt vntionis ministracionem, ad sacros in typo eum qui perficitur agones euocantes, secundum quos athleta Christo effectus est, quia vt Deus athleticæ conditor est, vt sapiens autem leges ipsius posuit. Hæc Dionysius. Quæ verba commentator aut illius expositor enarrans, ita ait: Solebant athletæ agonizatu ri vnguento odorifero & confortatiuo vngi, vt vnguētī lubricitas efficeret eos irretrahiles, & non impedibiles ab aduersarijs: & odor cerebrum, & per consequens sensus confortaret, & ipsius penetratio nervos & ossa irrigaret, & spiritus mortuus multiplicaret, & sic athletam roboraret. Hæc ibi. Hunc ergo ritum Romana tenet Ecclesiā, non nouum, sed antiquum, & ab ipsis Apostolis ad nos vsque (vt ostendimus) deriuatum. Quod oleum si omitteretur, nihilo minùs, si cætera adessent, verus esset baptismus: quauis sic illud præter vrgentem necessitatem omittens, peccaret. Apostoli enim sola aqua absque oleo baptizabant, vt patet ex Actibus Apostolorum. Nunc autem id fieri non liceret, ecclesiā vetante. Quid ergo impij Vvaldenses murmurant, cum oleum appositum nihil baptismi nocere ostendatur? Quapropter obediendum erit consuetudini catholice ecclesiæ, quæ à spiritu sancto regitur, maximè in sacramentis decernendis, administrandisque.

Nona hæresis est, asserens pueros non egere baptismi ad deletionem peccati originalis, quia videlicet negat pueros ante baptismum vllum peccatū originale habere. Hic est error Pelagij, vt ait B. Augustinus libro de hæresibus, cap. 88. Est etiam Armenorum, vt illis impingit Guido Carmelita. Verū pro hoc errore expugnando infra commodior erit locus, cum videlicet de peccato agemus. Ostendemus enim tunc paruulos ante baptismū peccati ori-

Acati originalis esse reos, & ob id gehennæ obnoxios. Quo facto manifestū euadet eos egere baptismi ad eiusdem peccati originalis deletionem. Sunt adhuc alij præter Pelagianos, qui hunc eundem errorem, quauis non eadem via, tutantur. Dicunt enim paruulos posse sine baptismi & sine martyrio saluari, nō quidem propterea quòd peccato originali carent, vt Pelagiani dixerunt: sed quia credunt fidem parentum, & eorum orationes, cum proposito baptizandi illos, quum possibilitas adfit, esse satis ad salutem illorum spirituale. Hunc errorem primus omnium quos noui, docuit Ioannes Vviclef, prout de illo narrat Thomas Vvalden. in libro de sacramentis, cap. 96. In illo siquidem loco dicit Vviclefum asseruisse paruulos posse saluari sine baptismi aque, non tamen refert modum, quo (iuxta Vviclefī sententiam) paruuli possint sine baptismi saluari, Ioanes Gerson nimia (vt suspicor) misericordia erga infantes affectus, dixit paruulos posse sine baptismi aque saluari per fidem & orationes parentum suorum, quando baptismus non est omisus propterea quòd illum parentes contempserunt, sed quia illud filij præstare non potuerunt. Hanc Gersonis sententiam postea suscepit Thomas de Vio Cardinalis vulgò Caietanus dictus. Quis autem is sit, superius cum de formatione Eux ex costa Adē disputarem, satis apertè declarauī. Sed ne forte aliquis huic Caietano nimium deditus, existimet me hoc illi falsò tribuere, ipsamet illius verba referam, quæ ille in commentario super tertiam partem sancti Thomæ, quæstione. 68. articulo secundo scripsit: In casu necessitatis, inquit ille, ad salutem puerorum sufficere videretur baptismus in voto parentum, præcipuè cum aliquo exteriori signo. Et post aliqua verba iterum subdit: Paruulus ex baptismi fluminis, voto parentis suscepto saluaretur, si impossibile esset ipsum baptizari aqua. Debet autem in tali casu parens signo crucis infantem cum inuocatione trinitatis munire, sicque Deo offerre morientem, in nomine patris & filij & spiritus sancti. Et postea in commentario super articulum vndecimum, hæc ait: In articulo vndecimo occurrit scribendū, & consequenter dicendum, sub correctione tamen, paruulos in maternis vteris periclitantes posse saluari, sicut superius diximus de infantibus qui non possunt baptizari. Possè autem saluari dico per sacramentum baptismi non in re, sed in voto parentum susceptum, cum aliqua benedictione prolis, seu oblatione ipsius ad Deum cum inuocatione trinitatis. Hæc tamen Caietanus. Neque propter hanc assertionem, quauis sit hæretica, illum censo fuisse hæreticum, quia non obstinato & pertinaci animo illam asseruit, sed illam dicens submisit se correctioni, prout constat ex verbis illius, quæ proximè citauimus. Hanc sententiam esse falsam & erroneam, apertè conuincit verba illa Saluatoris: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei. In quibus verbis multa sunt annotanda. Primum est quòd dicit esse necessarium renasci illum qui debet intrare in regnū Dei. At, qui nondū est natus, nō potest esse renatus. Paruuli igitur, qui in ventribus matrum existentes nōdum sunt nati, non possunt ex cōmuni lege, ante talem natiuitatem esse renati, & per consequens nec in regnum Dei introire. Et hoc ipsum in illis verbis annotauit Augustinus in libro de baptismi paruulorum, cap. 13. sic dicens: Oportet ergo nasci priusquam quis renascatur. Sed ne lector hic erret, admonere illum decreui, vt intelligat illū in hac parte dici natum, qui quouis modo prodijt in lucem, aut totus integer, aut membrum aliquod illius viuum. Nam si mortua matre secaretur venter illius, & infans intus videretur viuus, posset baptizari, quauis non esset plenè natus. Alterum in illis Christi verbis annotatione dignum est, talem regenerationem necessariam ad introitum regni Dei, debere esse ex aqua & spiritu sancto. Et inde consequens est, quòd vbi aqua deest, nō sit perfecta regeneratio & sufficiens ad introitum regni Dei. Tertium deniq; in illis Christi verbis annotandum est, ver-

ba illa esse generaliter & sine vlla exceptione dicta. Non enim de solis adultis loquutus est Christus, sed generaliter sine paruulorum aut alicuius alterius exceptione dixit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei. Vbi ergo lex non excipit, nec nos excipere debemus, Et quod illa Christi verba sint etiam de paruulis perinde ac de adultis intelligenda, docet Augustinus saepe, praesertim in libro de baptismo paruulorum, sic dicens: Paruuli etiam baptizati inter credentes reputantur per sacramenti virtutem, & offerentium responsionem. Qui vero non sunt baptizati, inter non credentes iudicatur, ex euangelio Ioannis: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non potest intrare in regnum Dei. Haec Augustinus, & citatur a Gratiano, in cap. Filius Dei, de coe. dist. 4. Ecce qualiter Augustinus ex illis Christi verbis colligit paruulos non baptizatos non dici credentes, per hoc ostendere, volens illos fore damnandos, iuxta alia verba Saluatoris nostri dicentis: Qui vero non crediderit, condemnabitur. Praeterea, ex verbis Pauli quae ad Titum scribit, Caietani & aliorum sententia aperte conuincitur. Cum autem (inquit Paulus) benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiae quae fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti, quae effudit in nos abunde per Iesum saluatorem nostrum. Quibus verbis aperte docet Paulus salutem spiritualem nobis datam esse a Deo, non ex nostris meritis, sed ex meritis Christi. Et hanc non dicit esse datam solo verbo aut solo illius mandato sine aliquo medio, sed per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti, hoc est, per baptismum in quo regenerati & renouati sumus adueniente in nos spiritu sancto. Nam ipsum baptismi sacramentum appellat Paulus lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti: quia per illud sumus a peccatorum maculis loti, & iterum post carnalem generationem spiritualiter generati, ac vetere homine deposito renouati per spiritum sanctum, ut nunc iterum recipemus in baptismo nouitatem innocentiae, quam acceperamus in primo parente priusquam peccasset. Et in epistola ad Ephesios eandem sententiam iterum docet Paulus, dicens: Christum dilexisse ecclesiam & seipsum tradidisse pro ea, ut illam sanctificaret, mundando eam lauacro aquae in verbo vitae. In quibus verbis sacramentum baptismi appellauit lauacrum aquae in verbo vitae, duas exprimens res, ex quibus baptismus conficitur, videlicet aquam & verbum vitae, sine quibus baptismus minimè confici potest. Verbum vitae hoc loco vocat Paulus inuocationem trinitatis, quam baptizans facit, quum dicit: Ego te baptizo in nomine patris & filii & spiritus sancti. Hoc itaque lauacro aquae in verbo vitae Christus mundauit ecclesiam. Et inde sequitur, vt paruuli non baptizati, quia non sunt hoc lauacro loti, non sint mundi, neque regenerati, neque renouati: & per consequens, si absque baptismo inoriantur, nunquam perueniant ad illam ecclesiam, quae est speciosa sine macula & ruga, hoc est, ad gloriam caelestem.

Rursus, haec sententia conuincitur esse erronea testimonio Ioannis apostoli, qui in sua prima catholica epistola declarans modum, quo Christus ad nostrarum animarum salutem veniat, dicit: Hic est qui venit per aquam & sanguinem Iesus Christus: non in aqua solum, sed in aqua & sanguine. Ecce audis Christum venisse in aqua & sanguine, sed oportet requirere quo venit. Nunquid de caelo in uterum virginis ad nostram carnem sumendam? aut inde ad euangelij praedicationem? Minimè: quoniam nihil illorum fecit per aquam & sanguinem simul. Venit igitur sic ad abluendas sordes filiarum Sion in spiritu iudicij & ardoris, vt praedixerat Esaias propheta. Talis autem sordium ablutio, erat peccatorum remissio nobis omnibus donanda per meritum Christi, qui pro nobis mortuus ex latere suo effudit aquam & sanguinem. Et hanc oblationem

nunc

A nunc etiam quotidie facit in his, qui quotidie baptizantur. Nam de Christo saluatore nostro dicitur, quod ille sit qui baptizat in spiritu sancto & igne: quod non aliud est, quam quod ab Esaias praedictum esse, nunc proximè diximus, quod ille abluat sordes filiarum Sion in spiritu iudicij & ardoris. Sed pergamus, & videamus huius abluitionis testimonia, quae illo loco beatus Ioannes profert: Tres sunt, inquit Ioannes, qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis, & hi tres vnum sunt. Quae verba interpretans Beda in commentarijs super epistolas canonicas, ait: In nobis haec vnum sunt non natura eiusdem substantiae, sed eiusdem operatione mysterij. Nam, sicut beatus Ambrosius ait, Spiritus mentem renouat, aqua proficit ad lauacrum, sanguis spectat ad precium. Spiritus enim nos per adoptionem Dei filios fecit, sacri fontis vnda nos abluat, sanguis domini nos redemit. Alterum ergo inuisibile, alterum visibile testimonium sacramento consequitur spiritali. Haec Beda. Ex cuius verbis constat Ioannem redarguere illos omnes, qui dicunt paruulos posse sine baptismo saluari: quia Ioannes dicit tres esse testes, qui debent perfectum reddere testimonium animae a sordibus peccatorum abluta. At paruulis sine baptismo mortuis deest vnus testis, videlicet aqua baptismi, ergo illi non sunt censendi mundati. Deinde, Ioannes dicit Christum venire ad nostram omnium salutem per aquam & sanguinem simul, & non per alterum illorum tantum: & inde sequitur, vt ad paruulos, quibus aqua baptismi deficit, nunquam Christus spiritaliter veniat.

B Praeter haec sacrae scripturae testimonia, sunt aliae rationes fortissimae, quae apertissimè conuincunt hanc Caietani sententiam esse erroneam. Primò ergo hinc exordior, quod nullus potest, neque vnquam potuit assequi gratiam, nisi praeuente aliquo bono animae affectu proprio, aut alieno, aut per viam sacramenti: nisi cui fortè ex privilegio aliquo particulari, Deus absque his tribus misericorditer concedere voluit, prout fuit Ioannes Baptista, & Hieremias, & alij similes in ventre matris sanctificati. Paruuli in utero matrum, aut post natiuitatem ante baptismum mortui, nullo istorum modorum, iuxta legem communem a Deo datam, potuerunt habere gratiam, ergo sine illa saluari non poterunt: quoniam sine illa salus esse non potest, propter id quod Paulus ait: Gratia Dei vita aeterna. Per sacramentum aliquod non potuerunt habere gratiam, quia cum baptismus sit ianua omnium sacramentorum, absque baptismo nullum aliud sacramentum potuit paruulis conferri. Neque per proprium bonum suae voluntatis motum potuerunt se disponere & praeparare ad gratiam suscipiendam: quia cum fuerint vsus rationis prorsus expertes, non poterunt bonum aut malum suae voluntatis habere motum. Solum iam restat inquirere, an per merita aliorum, puta parentum vel aliorum, potuerint assequi gratiam. Sed hoc fieri non posse, inde conuincitur, quod omnium Theologorum concors sententia docet, nullum purum hominem posse alteri mereri primam gratiam, aut primam iustificationem, sine proprio aliquo voluntatis motu aut affectu ipsius iustificandi. Nam aliàs, amens in peccato mortali existens, posset sine vlla sua poenitentia iustificari: cuius contrarium docet Christus dicens: Nisi poenitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Et idem definit Innocentius tertius in cap. Maiores. Verum, de baptismo & eius effectu. Et certè si quis posset paruulo mereri primam gratiam, eadem ratione posset mereri augmentum illius, imò multò facilius id facere posset, quum nulla tunc esset in eodem paruulo contraria dispositio ad gratiae susceptionem. Et si quis fortè hoc concedere non veretur, inde cogetur concedere, vt paruulus non baptizatus possit stante lege maiore gratiam habere quam baptizatus, vt puta si pro illo multi feruentur orare, & pro isto nullus. Nullum igitur est medium, per quod paruuli sine baptismo morientes possint assequi

gratiam, & per consequens vitam æternam: quia neque per sacramentum, neque per meritum suum vel alienum.

Præterea, si per orationes & oblationes, & alia id genus sacrificia posset parvulis periculis subueniri, eadem ratione posset per eadem media subueniri extra periculum existentibus: quia periculum mortis non facit, ut orationes & alia suffragia sint sacramentum, quod alias non fuisset sacramentum, nec potest maiorem vim ad impetrandum illis orationibus tribuere quam ante habuissent. Et certe sacrilegij crimen videtur esse, si contendere aliquis vellet, haberi certitudinem salutis parvulorum, ex orationibus aut oblationibus parentum pro parvulis suis. Quia inde facile convincet quisque tales orationes esse verum sacramentum, iuxta communem & veram sacramenti definitionem. At, audere aliud vocare verum sacramentum, præter illa septem quæ catholica agnoscit ecclesia, apertum est sacrilegium: & si quis illud pertinaciter defenderet, ob hoc solum diceretur hæreticus, iuxta cap. Ad abolendam, de hæreticis. Et hinc aperte etiam sequitur, ut nec Caietanus ipse, nec patres parvulorum qui pro illis orant, possint per illas orationes esse certi de salute ipsorum parvulorum: quia cum orationes illæ siue oblationes non sint sacramentum, nihil certum potest haberi de illarum efficaci operatione ad salutem parvulorum. Rursum, si parvuli possent absque baptismo saluari, omnibus parvulis esset hæc gratia communis, tam filijs infidelium quam fidelium: quia nulla ratio est quæ magis pro istis quam pro illis urgeat. Nam eiusdem conditionis & æquale est utrorumque peccatum, neque magis de Deo sunt meriti: neque minus habet gratiæ impedimentum isti quam illi: & ita æquè illis & istis possent adhiberi sacramenta, & pro utrisque possent ex æquo esse efficaces orationes iustorum. Et re vera si parvuli in utero matris possent per orationes aliorum iustificari iuxta communem legem, iam nullum prorsus esset privilegium Ioannis Baptistæ, & aliorum sanctorum qui in utero matris fuerunt sanctificati, quia alijs omnibus id potuisset iuxta legem accidere, si alij pro illis, prout oportebat, oravissent. Deinde, si parvuli sine baptismo saluarentur, tunc extra ecclesiam esset salus, quod si quis fortè concedere non formidaverit, convincetur statim autoritate Concilij Lateranensis sub Innocentio tertio celebrati, quod capite primo suorum decretorum definiuit extra ecclesiam non esse salutem: Quæ definitio habetur in cap. Firmirer, de summa Trinitate & fide catholica. Quòd autem ex illa Caietani sententia sequatur, esse salutem extra ecclesiam, inde facile quisque intelliget, si consideret quòd parvuli, quos dicit sine baptismo esse saluos, sunt extra ecclesiam: quia non pertinent ad gregem Domini, cum non sint caractere illius signati. Et cum baptismus sit ianua per quam intratur in ecclesia, qui ad baptismum nondum pervenerunt, non habent portam per quam potuerint ad illam intrare. Ecclesia etiam est congregatio omnium in Christo crediturum, qui per unam fidem Christo coniunguntur, iuxta id quod dicit Hugo de sancto Victore: Per fidem accipimus unionem, per charitatem autem vivificationem. At parvuli non baptizati, sunt non credentes, quia nec credunt actu, ut adulti: neque habitu ut parvuli baptizati. Nam Augustinus in libro de baptismo parvulorum, ostendens discrimen inter parvulos non baptizatos, & eos qui baptismo Christi sunt loti, dicit hos esse credentes, illos verò non. Et citatur hæc Augustini sententia in cap. Filius Dei, de consecratione distinctione quarta.

Accedit ad hæc omnia, contra Caietani sententiam totius ecclesiæ consensus operibus & verbis apertissimis declaratus. Nunquam enim hætenus ecclesia pro parvulis sine baptismo decedentibus oravit, neque pro illis vllas unquam fecit oblationes, neque illos ad ecclesiasticam admittit sepulturam, quod absque dubio illa fecisset, si illos ad se pertinere credidisset. Constat etiam

A etiam hic perpetuus ecclesiæ consensus ex testimonijs sanctorum doctorum, qui & si tempore disuncti, concordés tamen semper in hac fuere sententia quòd parvulis sit exhibendus baptismus. Dionysius Arcopagita capite ultimo Ecclesiastica Hierarchiæ refert ecclesiam tempore Apostolorum recepisse infantes ad baptismum. Et idem postea fuisse factum ab ecclesia constat ex Cypriano in epistola octava tertij libri, & ex Augustino in epistola vigesima-tertia. Constat hoc idem ex Bernardo sermone sexagesimo sexto super Cantica. Et idem ad hunc usque diem servatum esse in ecclesia, constat ex scriptis illorum, qui fuerunt posteriores, quos prudens nunc omitto causa vitandi fastidij. At ecclesia nunquam infantibus sanctum baptismum dedisset, si putasset eos sine baptismo saluari posse. Quoniam melius tunc fuisset differre illis baptismum usque ad adolescentiam, in qua usum rationis habentes suo arbitrio facerent, quod nunc faciunt ex alieno: & suo ore confiterentur fidem, quam nunc aliena lingua fatentur. Nam (ut Augustinus docet libro tertio de libero arbitrio, & ex re ipsa satis constat) maiorem gratiam assequitur in baptismo adultus, qui rectè se parat ad illius susceptionem, quam parvulus, qui sine vlla animi sui preparatione illud recipit. Et certè si hoc esset verum & efficax remedium, quod Caietanus ad salutem spiritualem parvulorum excogitavit, merito argui posset ecclesia de ignorantia, quoniam per tot secula rem tantam & tam necessariam ignoravit. Quòd si illam non latuit, multò rectius poterit accusari de negligentia, propterea quòd tale remedium nunquam parvulis adhibere curavit. Ego tamen corde ad iustitiam, & ore confiteor ad salutem, quòd ecclesia antequam Caietanus oriretur, non ignoravit aliquid quòd ad salutem animarum sit validum & necessarium. Quoniam spiritus sanctus descendens super Apostolos, docuit illos omnem veritatem necessariam. Et inde convinco talem Caietani sententiam de salute parvulorum sine baptismo decedentium, quam hætenus Ecclesia ignoravit, non esse veram.

B Constat etiam apertius Ecclesiæ perpetuus consensus ex testimonijs sanctorum doctorum, qui omnes concordè sententia docent, non solum dandum esse parvulis baptismum, sed dicunt insuper illos sine baptismo saluari non posse. E quibus aliquot in medium proferam. Augustinus in libro sexto Hypognosticon contra Pelagianos, hæc ait: Novimus etiam parvulos, quibus usus liberi arbitrij non est, ut de bonis aut malis eorum meritis iudicemus, parentum manibus ad gratiam sacri baptismatis deportatos, & cum in vno eorum per manus sacerdotis mysterium fidei adimpleretur, aliquoties alterum in parentum manibus factum exanimem, fraudatum gratia Salvatoris. Quis sapiens & intelligens hæc? Aut quis idoneus erit horum reddere rationem? Dicamus cum David, Iustus Dominus in omnibus vijs suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Et, Quam magnificata sunt opera tua Domine, nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ. Dicamus etiam cum Apostolo Paulo, O altitudo divitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Hæc Augustinus. In quibus verbis præter id quod ait, parvulum non baptizatum, quanvis à parentibus deportatum ad baptismum, fraudatum fuisse gratia Dei, respondet argumento quòd faciunt huius sententiæ authores, qui parvulis non baptizatis salutem dari posse conantur. Dicunt enim hoc spectare ad misericordiam Dei, & congruum esse illi, ut parvulis non baptizatis aliquod remedium daret, quasi crudelis esset dicendus, si nullum illis ad salutem remedium reliquisset. Sed istis respondet humiliter Augustinus, suam fatendo ignorantiam, & istarum rerum occultarum sententiam iudicio Dei relinquendo, credens semper quicquid Deus fecerit, iuste factum fuisse, neque propter hoc aut quoduis aliud

aliud Deum esse dicendum crudelem. Gregorius libro septimo registri, episto-
la. 53. hæc ait: Illud incertum non est, quia nisi sacri baptismatis gratia fuerit
renatus homo, quoniam anima originalis peccati vinculis est obstricta. Isidorus
libro secundo de Ecclesiasticis officijs, cap. 24. ita ait: Profectis autem ætate ba-
ptismum vel purgationem originalis noxæ vel ad ablationem actualis pecca-
ti proficere credimus, paruulis autem, ut ab originali peccato abluantur, quod
ab Adam prima natiuitate contraxerunt. Qui si priusquam ex aqua & spiritu
sancto regenerentur, transferint, proculdubio à saluatore nostro Christo alie-
nati sunt, testante Domino, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto,
non potest videre regnum Dei. Hæc Isidorus, qui verba Saluatoris ita de par-
uulis sicut de adultis dicta esse censet. Idem facit Beda, qui in libro primo su-
per cantica Salomonis tractans de erroribus Pelagij, hæc ait: Quod dicit, eum
qui pius est non damnaturum esse hominem, pro eo quod vitare non potuit,
contradicit eiusdem pij redemptoris & iusti iudicis sententiæ, qua etiam de
paruulis ait, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest videre re-
gnum Dei. Hæc Beda. Potuissent pro hac re plura sanctorum virorum profer-
re testimonia, sed nolui id facere, ne fastidientem lectorem ad nauseam pro-
uocarem. Nam ista, quæ iam protulimus, satis sunt ad conuincendum Ger-
sonis & Caietani sententiam, præsertim cum illi omnes sacri doctores non
ex suo cerebro locuti sint, sed ex sententia Saluatoris, quam de omnibus ho-
minibus tam paruulis quam adultis intelligendam esse asserunt. Sed, ut nihil
desit, quod hanc sententiam plenè confirmet, apertam de hac re ecclesiæ defi-
nitionem proferre decreui, per aliquot probata Concilia declarata. Conci-
lium Mileuitanum (ut ferè omnibus constat) definiuit necessarium esse ba-
ptismum ad peccati originalis remissionem obtinendam. Et ne quis huic defi-
nitioni contradicere audeat, propterea quod Concilium illud fuerit prouin-
ciale, profero sententiam quam ad eiusdem Concilij confirmationem Zozi-
mus papa eo tempore dedit, quæ & si in volumine Conciliorum non habeat-
ur, Augustinus tamè in epist. 157. quæ est ad Opratum, partem illius citat, hæc
dicentem: Per filium Dei renascimur spiritualiter, per ipsum crucifigimur mun-
do: ipsius morte mortis ab Adam omnibus nobis introductæ, vniuersæ animæ
illud propagatione contractum chirographum rumpitur, in quo nullus om-
nino natorum antequam per baptismum liberetur, nõ tenetur obnoxius. Hæc
Zozimus papa apud Augustinum, qui ut ostenderet, quanti hanc pontificis
Romani definitionem æstimauerit, statim post illa Zozimi verba, hæc quæ se-
quuntur, addidit: In his verbis apostolicæ sedis, tam antiqua atque fundata,
certa & clara est catholica fides, ut nefas sit de illa dubitare Christiano. Hæc
Augustinus. Desinant ergo asserere paruulos sine baptismo posse saluari, aut
certè intelligant se minime ab Augustino pro Christianis habendos. Conci-
lium Florentinum sub Eugenio. 4. celebratum bis de hac re sententiam dedit.
Nam in instructione illa de sacramentis data Armenis, per hæc verba definit:
Cum propter hominè mors introierit in vniuersos, nisi ex aqua & spiritu san-
cto renascamur, non possumus, ut inquit veritas, in regnum cælorum introire.
Et in definitione de libris Canonicis, apertius hanc definiuit doctrinam, sic
dicens: Circa pueros verò propter periculum mortis, quod potest sæpè con-
tingere, cum ipsis non possit alio remedio subueniri, nisi per sacramentum
baptismi, per quod eripiuntur à diaboli dominatu, & in Dei filios adoptan-
tur, admonet non esse per quadraginta aut octoginta dies seu aliud tempus
iuxta quorundam obseruantiam sacrum baptisma differendum, sed quamprimum
fieri potest, debet conferri, ita tamen quod mortis imminente periculo
mox sine vlla dilatione baptizentur etiam per laicos. Hactenus Concilium
Florentinum. Denique Concilium Tridentinum sexta sessione, capite quarto
hæc

A hæc ait: Quibus verbis iustificationis impij descriptio insinuat, ut sit tran-
slatio ab eo statu, in quo homo nascitur filius primi Adæ, in statum gratiæ &
adoptionis filiorum Dei, per secundum Adam Iesum Christum saluatorem
nostrum. Quæ quidem translatio, post euangelium promulgatum, sine lau-
acro regenerationis, aut eius voto, fieri non potest, sicut scriptum est: Nisi
quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum
Dei. Hæc Concilium Tridentinum. Superest iam, ut respondeam his quæ no-
bis obijcit Caietanus ad suæ sententiæ confirmationem. Primò itaque arguit
Caietanus ex hoc quod baptismus successit circumcisioni, & per illam fuit fi-
guratus. At circumcisio non fuit in lege Mosaica tam necessariò paruulo, ut
si ille ante octauum diem moreretur, non posset sine illa saluari: ergo nunc si
paruulus sine baptismo moriatur, quia non potuit illi dari, poterit etiam sine
illo saluari.

Fatemur quidè baptismum successisse circumcisioni: quia id Paulus docere
videtur ad Coloss. 2. & multorū patrum confirmatur testimonijs, & tandè pro-
certò definitū est in cap. Maiores de baptismo & eius effectu. Sed firmiter ne-
gamus paruulo Iudæum ante octauum diem mortuum, sine circumcisioe posse
saluari, quia est contra sacram scripturam dicentem: Masculus, cuius caro præ-
putij circumcisæ non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, hoc est, in libro
viventium nõ scribetur, nec connumeratur in populo Dei. Nã ob hanc solam
causam (ut sacri doctores interpretantur) Salomon dicit se fuisse filium vnige-
nitum matris suæ, quantum (ut Regum narrat historia) alium illo maiorè pepe-
rit Bersabe mater sua, quem ex adulterio conceperat. Sed quia ante circumci-
sionem mortuus fuit, non habet magis nomen apud Deum quàm si non fuisset geni-
tus, neque connumeratur in populo Dei. Quæ cum ita se habeant, argumentum
B Caietani facillimè potest in illum retorqueri, multò fortius quam ille contra
nos illud torserat. Si olim iuxta legem Mosaicam non poterat paruulus incir-
cuncisus saluari, ergo neque nunc iuxta legem euangelicam poterit saluari par-
uulus sine baptismo decedens, quia eodem modo sonant vtriusque legis ver-
ba, & eandem prorsus vim habent. De qua re extat expressa & aperta ecclesiæ
definitio in cap. Maiores de baptismo & eius effectu, vbi hæc verba habentur:
Sicut enim sine distinctione qualibet Mosaica lex clamabat, Anima cuius præ-
putij caro circumcisæ nõ fuerit, peribit de populo suo: Ita nunc indistinctè vox
intonat euangelica, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non in-
trabit in regnum Dei: ab hac generalitate nec sexum nec ætatem excludens.
Hæc in illo cap. Maiores. In quibus verbis multa contra Caietanium annotare
oportet. Primum est quod dicit illis CHRIS T I verbis nullum sexum esse
exceptum, nullam ætatem esse exclusam, ergo nec paruuli excipiuntur ab il-
la CHRIS T I sententia, Nisi quis renatus fuerit, &c. Alterum annotatione
dignum est, quod ad eundem modum dicit olim contigisse in lege Mosaica
circa circumcisionem: quia de illa dicit, sine vlla distinctione clamatum ef-
se, Anima, cuius caro præputij circumcisæ non fuerit, peribit de populo suo.
Cum ego hæc diligenter inspicio, mirari non desino qua temeritate Caietanus
fuerit ausus dicere probabiliorē esse opinionem quæ ait, paruulum Iudæum
ante octauum diem sine circumcisioe mortuum, saluum fuisse per benedictio-
nem aut oblationem aliquam. Certè ego non possum intelligere quomodo ali-
quis possit absque temeritate aut aliqua alia peiori nota dicere aliquam opi-
nionem esse probabiliorē, quàm illa contraria quæ est per ecclesiā definita. Se-
cundò obijcit nobis Caietanus martyrium paruulorum, quod sine alio baptis-
mo potest paruulis prodesse ad salutem. Fateor quidem martyrium pro bap-
tismo valere ad salutem, & vicem illius tenere, ut Augustinus in libro de fide ad
Petrum

Petrum ait, cui consentit Isidorus libro. 2. de Ecclesiasticis officijs, cap. 24. & Bernardus epistola. 77. & tota hoc docet catholica Ecclesia. Nā CHRISVS C
ipsum martyrium appellauit baptismum, quando duobus fratribus, Zebedai
filij dixit: Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum: & baptismum, quo
ego baptizor, baptizari? Baptismum hic dixit sanguinis effusionem vsque ad
mortem. Fateor etiam paruulos posse assequi martyrij palmam & meritum, vt
rectè B. Thomas asserit, & tota consentit ecclesia. Nam illorum infantum pro
Christo occisorum solennia festa celebrat ecclesia, & illorum mortem marty-
rium vocat Hilarius super Matthæum, & Augustinus in quodam sermone de
Epiphania. Et hoc non paruum est paruulorum priuilegium, vt effusio sangui-
nis propter Christum, quanuis nõ sit per voluntatem suam accepta, vicem gerat
baptismatis, & idem prorsus operetur in illis, quod operatur aquæ bap-
tismus si illi fuisset exhibitus. Quam ergo martyrij palmam adulti per suam vo-
luntatem assequuntur, eam paruuli ex Dei gratia & priuilegio sunt adepti. Sed
non inde colligere licet, vt sicut martyrium vicem baptismatis gerit, ita etiam
orationes parentum aut oblationes virtutem baptismatis teneant, & illius vi-
ces supplere possint. Nam tam longè vnum ab alio distat, vt nulla sit inter il-
la duo comparatio. Terriõ obijcit Caietanus, quod paruuli essent omni prorsus
remedio destituti, si non possent morientes sine baptismate saluari, quod
esset nimis crudele, & diuinæ misericordiæ minimè conueniens. Huic obie-
ctioni ego respondere potero id, quod Augustinus libro sexto Hypognosticõ
respondit huiusmodi querelis, sic dicens: Sed si adhuc hac reddita ratione vul-
tis esse contentiosi, nec acquiescere veritati, nobis tamè eõ quod malè de Deo
iusto ac misericordissimo sentiamus, calumniari desinite: sed ipsum potius do-
minum Iesum Christum, cuius euangelium sequimur, si audetis arguite, cū il-
lo iurgium sumite litigandi (illi quod absit) malè sensisse de Deo patre suo, ca-
lumniamini, qui ait: Multi sunt vocati, pauci verò electi. Et, Nemo potest ve-
nire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Et, Nemo potest venire ad me,
nisi datum ei fuerit à patre meo. Hæc Augustinus. Potest etiam aliter respon-
deri negando paruulos esse relictos sine remedio, quando non possunt pertin-
gere ad baptismum: quia martyrium potest (vt dixi) supplere vicem bap-
tismi. Deinde, orationes parentum, & si non sufficiant ad iustificationem par-
uulorum, poterunt tamen prodesse vt merito illarum Deus paruulos incolum-
mes seruet, quousque baptismum percipere possint quos aliàs Deus non esset
seruaturus. Et ob hanc causam prudenter agerent parentes, si postquam mul-
lier certò se prægnantem agnoscit, orent pro foetu, & pro illo oblationes fa-
ciant, vt Deus illum incolumem vsque ad baptismum seruet. Contra hanc hæ-
resim scripsit olim paucula quædam Thomas Vvalden. in libro de sacramen-
tis, cap. 96. A quo nihil in hac mea disputatione assumpsi, propterea quod ali-
qua testimonia, quæ ille ex Augustino solo citat, parum proposito seruiunt, re-
liqua verò sunt mendosissimè citata, non ex culpa authoris, què scio fuisse vi-
rum doctissimum, sed ex vitio scriptorum & impressorum, qui sæpè ea quæ ve-
rissimè scripta sunt, mendosissimè transferunt.

Decima de hac re hæresis est, quæ cum præcedenti quasi ex diametro pu-
gnat: quia baptismi necessitatem tantam esse asserit, vt adultum homi-
nem, qui non propter contemptum, sed propter impossibilitatem sine
baptismo ab hac vita migravit, saluari non posse contendat, quanuis tunc
optauerit baptizari, & toto fuerit corde tunc ad Deum conuersus. Quisnam
fuerit huius hæresis doctor aut prædicator, ego hætenus scire non potui: scio
tamen ex Bernardo epist. 77. & ex Hugone libro secundo de sacramentis, par-
te. 6. cap. 7. hanc hæresim tempore suo aliquem habuisse patronum, cuius no-
men illi subtraherunt. Sit licet quiuis huius assertionis patronus, eam tamen
esse

A esse hæreticam multis apertissimisq; argumentis conuincemus. Illud certè im-
primis est manifestum, quod Dominus per Ezechiëlem prophetam ait: Impie-
tas impij non nocebit ei in quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua.
At si præter illam conuersionem ad Deum, esset adhuc necessaria ad iustifica-
tionem corporalis susceptio baptismi, falsum esset quod impietas impij non
nocebit ei, in quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua. Et per Zacha-
riam prophetam iterum ait Deus: Conuertimini ad me, & conuertar ad vos.
Si conuersio ad Deum non esset satis, iam DEVS non staret promissioni suæ,
qua promisit se cõuerti ad nos, si conuerteremur ad ipsum. Fortè hinc responde-
bit huius hæresis patronus dicens, eo tempore non esse datum præceptum
de baptismum, & propterea modò non sufficere ad iustificationem, solam con-
uersionem sine baptismum, quæ tunc fuisset satis. Sed nunquid tunc non erat
ita necessaria circumcisio, sicut nunc baptismus? Sicut enim nunc dicitur, Nisi
quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nõ intrabit in regnum cœlorum:
tunc dicebatur, Anima ita, cuius caro præputij circumcisã non fuerit, peribit
de populo suo.

Statuamus ergo fuisse aliquem Iudæum adolescentem incircuncisum mor-
tuum, quem omnium suorum peccatorum perfectè pœnituit, qui non propter
contemptum, sed propter solam necessitatem omisit circumcisionem, & de hoc
interrogo an fuerit iustificatus & saluus, an non? Si dicas illum non fuisse sal-
uum, ergo Deus nõ fecit iuxta prædictas promissiones suas, quas dedit per ora
Ezechiëlis & Zachariæ prophetarum suorum. Hoc autem si quis diceret, esset
apertè blasphemus. Si verò quis dicat (prout dicere oportet) illum Iudæum tunc
fuisse saluum, consequenter cogetur etiam fateri, illum qui nunc plenè ad Deum
conuersus, & baptismum affectans, sine baptismum moritur, esse saluum: quia
B Deus dixit, impietatem impij non nocituram ei, in quacunque die, sed in quacunque. Et confir-
matur hoc argumentum testimonio Pauli in ea quæ est ad Romanos epistola,
sic dicentis: Si igitur præputium legis iustitias custodiat, nõne præputium il-
lius in circumcisionem reputabitur? Et paucis interpositis subdit: Non enim
qui in manifesto Iudæus est: neque circumcisio quæ in manifesto & in carne est,
sed qui in abscondito Iudæus est: & circumcisio cordis in spiritu non litera, cuius
laus non ex hominibus, sed ex Deo est. Quæ verba interpretans Haymo
Commentarijs super epistolas Pauli, ait: Qui tantummodo genere & nomine
est Iudæus, & circumcisionem carnaliter obseruat, non placet Deo, neque me-
retur laudari ab illo, quanquam ab hominibus laudetur. Qui verò in occulto,
in corde est Iudæus, id est, confitens Christum, & in corde est circumcisus ab
omni infidelitate, & ab omni mala voluntate & cogitatione, placet Deo, & me-
retur laudari à Deo, audiens ab illo: Euge serue bone & fidelis, intra in gaudium
domini tui. Hæc Haymo. Quæ autem dicit Paulus de circumcisioe occulta
quæ est in corde, eadem prorsus dicere oportet de baptismum occulto in solo
corde suscepto: quoniam baptismus successit circumcisioe. Rursum, in eadem
epistola Paulus ait: Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salu-
tem. Ecce audis Paulum docentem, fidem dare iustitiam, quod non de omni fi-
de intelligendum est, sed de illa sola, quæ (vt idem Paulus ait) per dilectionem
operatur. Si quis igitur hoc modo perfectè crediderit, iustus dicitur, quamuis
actum baptismum non suscipiat: quia sic credēs affectum baptismi habet talem,
quod, si possibilitas adesset, statim susciperet. Hic autem affectus quando non
potest habere operis executionem, ita bene acceptatur à Deo, & æstimatur ab
illo, ac si opus ipsum fuisset exhibitum. In cuius rei testimonium est quod Pau-
lus Corinthijs scribens, adhortatur eos, ne plura quam possent, in pauperum
subuentionem conferrent: sed satis est, si donent quod possunt: quia Deus nõ
am-

amplius ab illis exigit. Sic enim ait: Si enim voluntas prompta est secundum id quod habet, accepta est, non secundum id quod non habet. Ac si apertius dixisset: Illa voluntas grata est Deo, quæ iuxta id quod potest, est facere parata: neque Deus exigit ab aliquo, ut faciat quod non potest. Ex quibus Pauli verbis videtur mihi traxisse originem ea sententia, quæ iam in proverbum transijt: Voluntas pro facto reputatur. Quæ sententia tunc solum est vera, quando quis non potest operè perficere id, quod voluntas appetit. Nā aliās quando facere potest quod optat, & non facit, tunc voluntas illa apud Deum non reputatur tantum, quantum si opus perfecisset. Deus enim, qui est scrutator cordium, & ponderator spirituum, optimè nouit voluntatem illam, quæ non exequitur, quum potest, id quod optat, esse nimium tepidam & remissam, & ided illam minùs æstimat. Voluntatem autem illam, quæ ob id solum non procedet ad opus, quia non potest, acceptat & habet in eo precio, quo haberet si opus ipsum perfecisset. Et inde apertè sequitur ut voluntatem baptismi Deus pro baptismo acceptet, in eo qui baptizari non potuit, si tamen plenè credidit, & fuit ad DEVM conuersus. Ideò Bernardus in epistola. 77. de hac re loquens eleganter dicit: Legimus, omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et item, Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo. Quid planiùs quòd voluntas pro facto reputetur, vbi factum excludit necessitas? Nisi fortè putetur in malo, quàm in bono efficacior inueniri voluntas apud DEVM, qui charitas est, & promptior esse ad vlciscendum quàm ad remunerandum misericors & miserator Dominus. Hæc Bernardus. Deinde, martyrium pro Christo susceptum supplet vicem baptismi, ergo fides integra cum voto suscipiendi baptismum, supplebit etiam vicem baptismi. Assumptum huius collectionis tota Ecclesia catholica fatetur, & docet: quia licet martyres Christi non sint propter martyriū expressè excepti ab illa generali locutione: Nisi quis renatus fuerit, &c. alibi tamen est hoc illis à Deo specialiter concessum, quum Christus dixit: Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo. Martyrem ergo, quia Christum confessus est coram hominibus, idem Christus promittit se confessurum coram patre suo. Hoc autem priuilegium non habet martyrium aliud, nisi ex sola fide: quia fide seclusa martyrium non est nisi sola poena, quæ ex se non est tanti apud Deum valoris. Si fides est sola vnde habet priuilegium martyriū, ut vicem baptismi supplere possit: ergo fides illa completa, quæ per dilectionem operatur, supplebit etiam vicem baptismi ad salutem animæ acquirendam: quia etiam de illa specialiter dictum est à Christo saluatore nostro: Qui credit in me, habet vitam æternam. Et fortè ob hanc causam (vt Bernardus ait) Saluator noster postquam dixerat: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, postea non repèit, Qui verò baptizatus non fuerit: sed tantum dixit, Qui verò non crediderit, condemnabitur. Per quod inuere voluit aliquando solam fidem sufficere ad salutem, & sine illa sufficere nihil. Accedit ad hæc omnia quòd Ecclesia à spiritu sancto semper edocta, Cathæcumenis postulantis baptismum, & ad illum suscipiendum perfectè dispositis, continud illum præstaret, & nunquàm differret vlg; ad statuta tempora, nisi certissimè crederet illam baptismi suscipiendi voluntatem satis esse illis ad iustificationem, & per consequens ad introitum regni Dei, si necessitate cogente fuissent morte præuenti, & sine baptismo mortui. Nam aliās iniuriam magnam fecisset illis Cathæcumenis Ecclesia, differendo illis baptismum: quia sic faciens obijciebat illos maximo periculo, si fortè occurrisset casus, quo morte præoccupati, sine baptismo decederent. Quot enim possunt casus occurrere ad mortem subitanam, tot, imò plures possunt illos à baptismi susceptione diu desiderata impedire.

2. Cor. 3.

Bernardus.
1. Ioan. 3.
Matt. 5.

Mar. 16.

Præ-

A Præter has omnes rationes, sunt etiam multorum sacrorum virorum testimonia in hac sententiā cōuenientia, quibus nullus hætenus ex sacris viris cōtradixit. Ambrosius in libro de morte Valentiniani de illo loquens hæc ait: Quem regeneraturus eram, amisi. Verum tamen ipse gratiam quam poposcit, non amisit. Hæc Ambrosius de Valentiniano, qui sine baptismo quem petierat, mortuus est. Augustinus eidem sententiæ fauet ex animo in pluribus locis, præsertim libro. 4. de baptismo contra Donatistas, cap. 22. vbi hæc ait: Baptismi vicem aliquando implere passionem, de latrone illo cui non baptizato dictum est, Hodie mecum eris in paradiso: non leue documentum beatus Cyprianus assumit. Quod etiam atque etiam considerans, inuenio non tantum passionem pro nomine Christi id quod ex baptismo deerat posse supplere, sed etiam fidem conuersionemq; cordis, si forrè ad celebrandum mysterium baptismi in angustijs temporum succurri nō potest. Hæc Augustinus. In quibus verbis admoneo lectorem circa exemplum illud de latrone, quomodo dixit non fuisse baptizatum, ne ex hoc loco persuadeatur latronem sine baptismo decessisse: Nam idem Augustinus postea libro. 2. retractationum, cap. 18. retractauit hoc exemplum quod proposuerat de latrone tanquàm minùs idoneū ad prædictam sententiam comprobandam, propterea quòd incertum est an latro ille fuerit baptizatus, an non. Sententiam tamen illā de baptismo inuisibili quòd sit sufficiens ad salutem, quando visibilis baptismus suscipi non potest, non solum non recantat, sed illam confirmat. Et in quæstionibus super Leuiticum, quæstione. 84. postquam præmisit aliquos, quos scriptura commemorat inuisibiliter tantummodo sine aliquo exteriori signo sanctificatos, tandem hæc verba subnectit: Ex his colligitur aut inuisibilem sanctificationem, quibusdam affuisse & profuisse sine inuisibilibus sacramentis, quæ pro temporum diuersitate mutata sunt, ut alia tunc fuerint, & alia modo sint. Et paucis interpositis subdit: Nec tamen visibile sacramentum omnino contemnendum, nam contemptor eius inuisibiliter sanctificari non potest. Hæc Augustinus. In quibus verbis id annotare oportet, quòd dicit illum priuari fructu baptismi, qui contemnit, non autem qui nequit suscipere sacramentum. Isidorus libro. 2. de officijs Ecclesiasticis, cap. 24. huic sententiæ subscribit, sic dicens: Tria sunt autem genera baptismi: quorum primum est, quo sordes peccatorum per regenerationis lauacrum abluuntur. Secundum, quo quis sanguine suo per martyriū baptizatur. Est autem tertium baptismus lachrymarum, quo laboriosius transigitur, sicut ille qui per singulas noctes stratum suū rigauit, qui imitabatur conuersionem Manasse, & humilitatem Niniuitarum, per quā misericordiam consecuti sunt. Qui imitabatur publicani illius orationem in templo, stantis à longè, & percutientis pectus suam, quiq; nec ausus fuit oculos ad cælum eleuare. Hæc Isidorus, qui satis aperrè asserit veram poenitentiam pro baptismo reputari ad spirituale poenitentis salutem.

B

Bernardus eandem docet sententiam in epistola. 77. quæ est ad Hugonem de sancto Victore, sic dicit: Quemadmodum is qui alieno debito se teneri fortè in extremis positus recolit, si desit vnde persoluat, sola nihilominus poenitentia & cordis contritione obtinere veniam creditur, ne iam pro eo damnetur: sic sola fides & mentis ad Deum cōuersio sine effusione sanguinis, & sine perfusione aquæ, salutem sine dubio operatur volenti, sed non valenti, prohibente articulo mortis, baptizari. Et sicut nulla illi poenitentia remittitur peccatū, si cum possit, non restituit ablatum: sic & huic nulla proderit fides, si cum possit, non percipit sacramentum. Hæc Bernardus. Hanc eandem sententiam docent Hugo loco superius citato, & Petrus Lombardus libro. 4. sententiarum, dist. 4. Præter hæc omnia sanctorum virorum tam clara testimonia, extat etiam aperta de hac re Ecclesiæ definitio. Nam Innocentius papa huius nominis tertius de

Ambrosius.

Augustinus.

Augustinus.

Isidorus.

Psal. 6.
Iona. 2.

Luc. 18.

Bernardus.

Innocentius
tertius.

tius, de hac re interrogatus ab episcopo Cremonensi, per haec verba respondet: Inquisitioni tuae taliter respondemus, presbyterum quem sine vnda baptismatis extremum diem clausisse significasti, quia in sanctae matris Ecclesiae fide, & Christi nominis confessione perseveravit, ab originali peccato absolutum & coelestis patriae gaudium esse adeptum asserimus incunctanter. Haec Innocentius: & habentur in cap. Apostolicam, de presbytero non baptizato. Denique Concilium Tridentinum sub Paulo tertio celebratum, sessione sexta, capite. 4. definitionem iustificationis assignans, haec ait: Quibus verbis iustificationis impij descriptio insinuat, ut sit translatio ab eo statu in quo homo nascitur filius primi Adae, in statum gratiae & adoptionis filiorum Dei, per secundum Adam Iesum Christum saluatorem nostrum. Quae quidem translatio, post euangelium promulgatum, sine lauacro regenerationis, aut eius voto fieri non potest, sicut scriptum est: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Haec Concilium Tridentinum. In quibus verbis id potissimum annotare oportet, ubi ait, iustificationem non posse fieri sine lauacro, aut eius voto. Nam addens, aut eius voto, satis aperte declarauit non esse necessarium se ipsa suscipere baptismum, sed satis esse ad iustificationem vorum baptismi, quando non ex contemptu, sed ex sola necessitate baptismum omittit. Sed quia quum haec sententia in Concilio illo decerneretur, aliqui erant, quauis pauci & minus docti, quibus haec definitio non placebat, oportet illorum objectionibus respondere. Primum nobis obijciunt Augustinum, libro de Ecclesiasticis dogmatibus, cap. 74. dicentem, Nullum cathecumenum quauis in bonis operibus defunctum vitam eternam habere, excepto martyrio, ubi tota baptismi sacramenta complentur. Sed huic objectioni nos facile respondemus negando illud opus esse Augustini, prout multi alij ante me hoc negauerunt, dicentes illud esse Gennadij. Et certe cum ex alijs multis, tum etiam ex hoc loco persuadetur librum illum non esse Augustini: quia non est credendum Augustinum fuisse adeo sui oblitum, ut in isto libro, & in alijs supra citatis sententias tam aperte contrarias scripserit, praesertim cum non recantauerit in posteriori libro, nec mentionem vllam fecerit eorum, quae dixerat in priori. Si liber ille (ut multi putant) habet Gennadium authorem, parum virgebit illius testimonium, quia ille non est tanta astinationis, ut suae autoritatis pondere nos premere valeat. Secundum obijciebant in Concilio Tridentino illi quos dixi, de Centurione illo Cornelio, cui, antequam de fide Christi fuisset edoctus, angelum dixisse asseriebant: Mitte in Ioppem, & accersi Simonem qui cognominatur Petrus, qui loquetur tibi verba, in quibus saluus eris tu, & vniuersa domus tua. Si in his quae Petrus erat illi dicturus, saluandus erat Cornelius & tota domus eius, ergo ille nondum erat iustus antequam fuit a Petro in fide instructus, & baptizatus. Haec obiectio est inanis & omni robore carens. Nam Cornelius antequam Petrum videret verum iustus erat, prout beatus Augustinus docet libr. 4. de baptismo contra Donatistas, cap. 21. sic inquit: Melior enim Centurio Cornelius nondum baptizatus, Simone baptizato. Ille enim & ante baptismum spiritu sancto repletus est, ille & post baptismum immundo spiritu afflatus est. Verum tamen Cornelius si etiam spiritu sancto iam accepto baptizari noluisse, contempti tanti sacramenti reus fieret. Haec Augustinus. Sed non est opus Augustini testimonium, ubi tot & tam aperta sunt scripturae sacrae testimonia. Nam scriptura de illo refert, quod erat vir religiosus & timens Deum: & quod elemosynae illius tales erant, ut ascenderint in memoriam in conspectu Dei. Quae omnia non nisi de homine iustificato, verum dici poterant. Sed illud est apertius, quod loquente Petro ad turbam, quae conuenerat in domo Cornelij, cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum, & locuti sunt varijs linguis, & postea dixit Petrus: Nunquid aquam quis prohibere potest, ut non baptizentur hi qui spi-

A qui spiritum sanctum acceperunt, sicut & nos? Et iussit eos baptizari in nomine domini nostri Iesu Christi. Ecce vides non solum Cornelium, sed multos alios spiritu sancto repletos, antequam sacramentum baptismi receperent. Verba autem quae afferunt ad probandum Cornelium non fuisse iustum ante baptismum susceptionem, non sunt de scriptura sacra, neque habentur in Biblijs sacris, quae passim circumferuntur. Nam in communibus Biblijs, quae hactenus videre licuit, non sunt haec verba, Qui loquetur tibi verba, in quibus saluus eris tu, & vniuersa domus tua. Verba autem quae scriptura refert dixisse angelum ad Cornelium, quum de Petro illi loquebatur, sunt ista: Hic dicit tibi, quid te oporteat facere. Ex istis autem verbis nullo modo potest colligi, Cornelium tunc ante baptismum susceptum non fuisse iustificatum: sed solum hoc potest ex illis verbis colligi, quod licet tunc esset iam iustificatus, adhuc tenebatur suscipere baptismum: quia hoc Petrus facere iussit, postquam illum & alios omnes qui ad domum eius conuenerant, in fide instruxerat. Baptismum autem esse necessarium ad salutem omni homini quantumlibet alias iustificato, nos etiam confirmatur, & illud aperte confirmatum est testimonijs Augustini, & Bernardi, quae supra per me citata sunt.

Vndecima circa baptismum haeresis orta est, quae, licet concedit, per baptismum peccatum originale dimitti, negat tamen per illum omne peccatum deleri. Quia baptismum suscepto manet adhuc carnis concupiscentia, vel carnis rebellio, quae (ut huius haeresis authores docent) verum peccatum est, quantum non imputatur a Deo. Quod autem ipsa concupiscentia sit verum peccatum, inde probare contendunt, quia (ut illi aiunt) est contra illum Dei praecipuum, Non concupisces. Huius haeresis parens & primus author fuit Lutherus, quem postea secuti sunt Philippus Melancton, & Martinus Butzerus monachus, apostata ex ordine sancti Dominici, Brentius, & multi alij Germani eiusdem factionis Lutheranae. In hac haeresi, prout nunc enarrata est, duo miscentur errores, quorum vnus oritur ab altero. Primus est, qui asserit baptismum non delere omne peccatum. Secundus docet concupiscentiam carnis esse peccatum contra illum praecipuum, Non concupisces. De hoc secundo errore nihil hoc loco dicemus: quia in titulo, Praecipuum, infra Deo dicitur contra illum disputabimus, & commodior illic erit huic disputationi locus, & ideo ad illum locum, pro hac re mitto lectorum. Contra primum ergo errorem nunc pugnare aggrediens primum obijcio id, quod Michaeas propheta ait: Deponet iniquitates vestras, & projiciet in profundum maris omnia peccata. In quibus verbis Propheta baptismi virtute & efficacia apertissime declarauit esse tantam, ut omnia peccata absorbeat, & nullum viuere sinat. Nam quod de baptismum ibidem loquatur Propheta, conuincitur per id quod ait Paulus: Patres nostri omnes mare transierunt, & omnes in mari baptizati sunt, & in nube. Ex quibus verbis satis aperte constat baptismum fuisse per mare figuratum, & illi comparatum. De hoc igitur mari propheta Michaeas loquitur, quum dicit: Projiciet in profundum maris omnia peccata. Non dixit, aliqua: sed omnia. Fortem Lutherus & sui consortes dicunt, Baptismum, iuxta Pauli sententiam, non esse figuratum in quolibet mari, sed in solo illo mari rubro per quod patres nostri transierunt, Michaeam autem non de illo speciali mari fuisse locutum, ac proinde contendunt verba Prophetae in sensum a litera (ut solent) valde alienum detorquere. Sed nec sic euadere poterunt, quin eos conuincamus, quoniam ex sua responsione efficacissimum contra illos sumam argumentum. Si mare illud rubrum per quod patres nostri transierunt, fuit figura baptismi, coequum esse ut Aegyptij, qui patres insequerentur, figurauerint peccata quae nos persequuntur, & Pharaon Aegyptiorum rex figuram gesserit demonis, qui (ut est apud Iob) est rex super filios superbiae. At in mari illo, in quo salui facti sunt filij Israel, omnes Aegyptij, qui illos persequerentur simul cum Pha-

rone eorū rege perierūt. Reuersa sunt aquę, inquit sacra scriptura, & operue-
 runt curus & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui persequētes ingressi fue-
 rant mare, nec vnus quidē superfuit ex eis. Vt igitur figura verē respondeat fi-
 gurato, oportet vt in aqua baptismi omnia peccata pereant, nec vnus super sit
 ex illis. Præterea, hæc sentētia apertius cōfirmatur per id quod Vnus per Eze-
 chielē prophetam ait: Effundā super vos aquā mundam, & mundabimini ab
 omnibus inquinamentis vestris. Nō dixit, ab aliquibus inquinamentis, sed ab
 omnibus, vt intelligamus nullum esse exceptum, quod non sit per aquā diluen-
 dum. Hæc autē Ezechielis verba esse de sacramento baptismi intelligēda, om-
 nes sacri doctores cōcorditer docent: quoniā nulla est aqua quæ possit ab om-
 nibus inquinamentis mundare, nisi sola aqua baptismi. Rursum, Saluator nos-
 ter baptismi necessitatē proferens, baptismum ipsum appellauit regeneratio-
 nem, sic inquit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest
 introire in regnum Dei. Et Paulus, vt Christi verba apertiora faceret, postquā
 baptismum appellauit lauacrum regenerationis, statim addidit, & renouatio-
 nis. Per quę verba declarauit, qualis esset ea regeneratio, quę per baptismū ha-
 betur, talis videlicet quæ animæ veritatem deponat, & nouitatē inducat. Nā
 propter hanc causam resurrectionem corporis Christus saluator noster apud
 Matthæum vocat regenerationem, quia per illam resurrectionem corpus sic
 prorsus renouatur, omnia antiqua exuens, vt iā noua generatione genitus esse
 videatur. Iam abiit fames, recessit sitis, fugerunt morbi, cruciatus, dolores, las-
 titudines, corruptiones, deniq; vetera omnia trāsierunt, & noua facta sunt om-
 nia. Sola corporis substantia manente eadem, ferē omnia corporis accidentia
 mutata sunt. Idem prorsus contingit in anima per baptismum, quoniam per il-
 lum homo qui antea erat filius diaboli per peccatum, postea per baptismū effi-
 citur filius Dei. Est ergo per baptismum renouatio in anima, quemadmodum
 per resurrectionem fit renouatio in corpore. Non fuisset autē integra & perfe-
 cta renouatio, si aliquid de vetustate peccati remaneret. Ad hanc etiā senten-
 tiam tendunt multa quę ad Romanos Paulus scribens, & de peccato originali,
 ac de illius remedio, quod est baptismus, differens ait: Vbi abūdauit delictum,
 superabundauit & gratia: vt sicut regnauit peccatum in mortē, ita & gratia re-
 gnet per iustitiā in vitam æternam per Iesum Christum dominum nostrum. Si
 peccatum manet post collatam baptismi gratiam, iam non gratia, vt Paulus do-
 cet, sed peccatum superabundaret. Sed vt apertius Lutherū conuincamus, ope-
 raprecium erit attendere modum superabundantię, quę Paulus declarat: Vt si-
 cut (inquit ille) regnauit peccatum in mortē, ita gratia regnet per iustitiam. At
 quum peccatum regnabat in homine, nulla erat in illo Dei gratia: ergo econ-
 trario regnante Dei gratia in baptizato, nullum erit in illo peccatū, alioqui nō
 verē diceretur regnare in illo, & inde vltērius sequetur gratiā non superabunda-
 re, vbi abūdauerat delictum, cuius contrariū docet Paulus. Et licet apertē hoc
 loco Paulus damnet Lutherum, multō tamen apertius & fortius id agit postea
 in eadē epistola, sic inquit: An ignoratis fratres, inquit ille, quia quicunq; ba-
 ptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Cōsepulti enim
 sumus cū illo per baptismum in mortem. In quibus verbis Paulus apertissime
 docet nos per baptismū fieri mēbra corporis mystici, cuius caput est Christus:
 & tunc mortem Christi in nobis ipsis sentire, Quoniā mortuo Christo in cru-
 ce pro peccatis nostris, qui est caput nostrū, tunc nos qui sumus membra eius
 morimur peccato cū ipso. Nam si caput alicuius hominis abscindas & interfici-
 as, necessariō omnia illius membra commoriuntur. Ad eundē modum mor-
 tuo Christo, cōmoriuntur illi baptizati, qui tunc suscepto baptismō facti sunt
 membra eius. Aliter tamen ille, & aliter nos per baptismum morimur: quia ille
 mortuus est corpore, nos autē morimur peccato. Caro illius mortua est in cru-
 ce, &

ce, & peccatum nostrum moritur in baptismate. Vnde beatus Chrysoströmus
 sermone decimo super epistolam ad Romanos, prædicta Pauli verba declarās
 ait: Quid est quod dicit, in mortem ipsius baptizati sumus? Hoc scilicet, bap-
 tisma crux est, vt & nos quæ admodum ipse mortuus est, moriamur. Quod igitur
 crux & sepulchrum Christo fuit, id nobis baptismus factus est, licet nō omni-
 no in rebus eisdē. Ipse quidem carne & mortuus est, & sepultus: nos verō pec-
 cato vtrinq; sumus. Propterea nō dicit, Complantati morti illius, sed similitu-
 dini mortis illius. Mors quidē vtrinq; est, & illa, & ista, verum nō eodem subie-
 cto. Illa siquidem quę Christi est, carnis: quę verō nostra, peccati est. Quemad-
 modum autem verax illa, ita verax & ista. Hæc Chrysoströmus. Et quibus ver-
 bis constat Pauli doctrinam esse, quod in baptismō peccatum est plenē mor-
 tuū, sicut in cruce Christus fuit adeo plenē mortuus, vt nihil in eo humanæ vi-
 tæ remanserit. At si post baptismum maneret aliquid in baptizato, quod verē
 sit peccatum, in baptismō non ita plenē moreretur peccatum, sicut Christus
 in cruce fuit mortuus. Sed adhuc pergit Paulus eandem sententiā docere, per
 ea quę post priora verba in eodē loco subnectit, sic inquit: Hoc sciētes, quia
 vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruat corpus peccati. Non di-
 xit, vt destruat peccatum, ne putaretur vnum aut alterum peccatum esse de-
 structum: sed dixit, vt destruat corpus peccati: vt doceret nihil ex pecca-
 to remanere. Et si forē Lutherus hæc verba Pauli aliter esse intelligenda
 contendat, audiat obsecro beatum Chrysoströmum illa verba interpretantem,
 qui sermone vndecimo super epistolam ad Romanos hæc ait: Non hoc cor-
 pus ita vocans, sed vniuersam illam malitiam nostram, quemadmodum & om-
 nem malitiam veterē hominem vocat. Quod verō non sit incerta quædā con-
 iectura, quod hic dicitur, ex ijs quę sequuntur, ipso Paulo id ipsum interpre-
 tante, audire poteris. Cū enim dixisset, vt aboleretur corpus peccati, subiun-
 xit: Vt posthac iam non seruiamus peccato. Volo siquidem vt corpus hoc no-
 strum peccato sit mortuum, non vt perdat & interinatur, sed vt nō peccet.
 Progrediendo verō, clariū adhuc facit quod dictū est. Qui enim mortuus est,
 iustificatus est à peccato. De quouis istud homine dicit, nimirū quod quemad-
 modū qui moritur, liber iā est à peccatis, quamprimū mortuus deponitur: ita
 & qui à baptismate ascēdit. Quādoquidē enim qui baptizatus est, in bap-
 tismate peccato mortuus est semel, oportet vt & in morte peccati perduret. Hæc
 Chrysoströmus. Ad eundem modum interpretatur Theophylactus, sic in-
 quiens: Etenim vetus noster homo, id est, malitia, simul crucifixus est: hoc est,
 perinde vt corpus Christi, in baptismate sepultum est, vt aboleatur corpus pec-
 cati, id est, ex varijs partibus compositum vitium. Ac tanquā vnum corpus sit
 peccatum, vel corpus nostrum peccabile, infert propterea, vt ne porrō seruiam-
 us peccato. Hæc Theophylactus. In eadē sentētia est Anselmus, qui prædicta
 Pauli verba multō apertius declarans, hæc ait: Corpus peccati, id est, peccatū
 secundum omnia membra sua destruat. Vnum enim vitium mēbrum est pec-
 cati: corpus verō vniuersitas delictorū, quorum principium est originale pec-
 catum. Christus autem non ex parte, sed integer est crucifixus, vt nos ex toto
 moriamur peccato, & viuamus Deo. Gratia enim Dei per baptismum Christi,
 qui venit in similitudine carnis peccati, id agit, vt destruat corpus peccati.
 Hæc Anselmus. In eadem epistola iterum Paulus eandem sententiam docet,
 sic inquit: Nihil nunc damnationis est his, qui sunt in Christo Iesu, qui non
 secundum carnem ambulant. Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu, liberauit
 me à lege peccati & mortis. Quę verba dupliciter Lutheri sententiā deiciunt.
 Si concupiscentia carnis esset peccatum, vt Lutherus ait, iam aliquid dānatio-
 nis esset his qui sunt in Christo Iesu: quoniā peccatū omne est ex se dānabile.
 At, cū Paulus dicat nihil damnationis esse in baptizatis, consequens est, vt nul-
 lum sit

lum sit in eis peccatum. Insuper, Si concupiscentia post baptismum susceptum est semper peccatum, ergo lex spiritus vitæ in Christo Iesu nõ plenè liberavit nos à lege peccati, cuius cõtrarium docet Paulus. Deinde in alia epistola Paulus ait: **Quicumq;** in Christo baptizati estis, Christũ induistis. At qui Christum induit, peccatũ præsertim damnabile, non habet: quia in maleuolã animam nõ intrat sapiẽtia, neq; habitat in corpore subdito peccatis. Quæ enim societas (vt Paulus ait) lucis ad tenebras, aut quæ conuentio Christi ad Belial? Neq; satis est ad euasione horũ omnium argumẽtorum, dicere, prout Philippus Melanctõ dicit, concupiscentiã illam quæ est in baptizatis, non imputari ad poenã, quantum sit verè peccatum: & hoc agere baptismum, vt concupiscentia non imputetur, non autè vt non sit peccatum. Quoniam licet illa non imputetur, si tamè verè peccatũ est, maculã in anima ponet, quæ esse non potest in eo qui est plenè mundatus per baptismũ. Nam de his qui baptizati sunt ait Paulus: Abluti estis, sanctificati estis, iustificati estis. Quæ omnia conuenire nõ possunt habẽti peccatum damnabile, quod verè & propriè sit peccatum, quale (iuxta Lutheri doctrinam) est carnis concupiscentia. Præter hæc omnia sacræ scripturæ ætissima testimonia, est etiam pro nostra & catholica sententiã, omnium sacrõrum doctorum consensus, qui solus, etiã si expressã scripturæ sacræ testimonia deessent, satis esset ad Lutheri sententiã cõdemnãdam. Nã præter Chrysostomum, & Theophylactum, & Anselmum, quos iam supra citaui, est etiam in eadem sententiã Cyprianus, qui in sermone de ablutione pedum hæc ait: Ornata & honorata erat Ecclesiã sicut paradysus, in amplitudinis suæ vmbilico fontem continens gratiæ singularis, flumina creans in vitam æternam fallentia, viam habens originem, & decursum perennem. Hinc egrediẽtia quatuor euangelij flumina, per vniuersum mundum secum regenerationis euehunt lauacrum, & de abdito & secretissimo spiritus sancti munere huius gratiæ liquor emanat, sic lauans quos parentalis labes infecerat, vt nec actualis, nec originalis macula aliqua sui post abulationem illam vestigia derelinquat. Hæc Cyprianus. Quibus verbis apertè satis Lutheri sententiã damnat, quum dicit, baptismum nullum peccati vestigium derelinquere. Eidem sententiæ subscribit beatus Augustinus in multis locis, præsertim libro sexto contra Iulianum Pelagianũ capite quinto, sic inquit: Gratia perfectè hominem nouum facit, quandoquidem & ad corporis immortalitatem plenamq; foelicitatem ipsa perducit. Nunc etiam perfectè innouat hominem, quantum attinet ad liberationem ab omnibus omnino peccatis, non quantum ad liberationem attinet ab omnibus malis, & ab omni corruptione mortalitatis, qua nunc corpus aggrauat animam. Et post multa iterum ait: Quamuis itaque sacro baptismate sanctificetur & corpus, ad hoc tamen sanctificatur, vt per remissionem peccatorum, non solum præteritis peccatis omnibus, verumetiam ipsi, quæ inest carnis concupiscentia, non sit obnoxium: cui necesse est obnoxius omnis homo nascatur, etiam moriturus obnoxius, si non renascatur. Hæc Augustinus. In quibus verbis apertissimè docet, per baptismum deleri omne peccatum, & ipsam concupiscentiam quæ ante baptismum erat peccatũ, postea suscepto baptismi, & si adhuc remaneat, non tamen esse peccatum. Et multis interpositis iterum apertius eandem sententiã docens, sic ait: Tu autem qui putas quod si malum esset concupiscentia, careret ea qui baptizatur, multum erras. Omni enim peccato caret, non omni malo. Quod planius ita dicitur. Omni reatu omnium malorũ caret, non omnibus malis. Nunquid enim caret corruptione corporis: an nõ est malũ qd aggrauat animam, & errauit qui dixit, corpus enim corruptibile aggrauat animã? Hactenus Augustinus. Quibus verbis nihil potest apertius dici contra totã Lutheri sententiã. Nam dicit concupiscentiam non esse peccatũ, sed esse malũ, hoc est, esse poenã, quæ malũ appellatur ab ipso Deo,

A Deo, per Hieremiã prophetã dicente: Inducã super eos mala. Deinde dicit, in baptismo deleri omne peccatũ, sed nõ omne malũ. Quibus bene circũspectis nõ possunt nõ mirari quomodo Philippus Melanctõ in colloquio publicæ disputationis, quã cũ Echio habuit Vormatiæ anno domini. 1540. ausus fuit dicere, Augustinũ semper in hac fuisse sententiã, & nunq; illã mutasse, vt dixerit & maxima cũ causa tam effrontè huius hominis audaciam, vt in colloquio illo coram tam illustri senatu, non fuerit veritus dicere tam apertum mendacium, & imponere Augustino tam falsum crimen, vt Augustinus ipse, si superstes esset, ferre non posset, imò nec vellet. Bene quidem dixit Philippus Melanctõ Augustinum semper in eadem fuisse sententiã, non tamen in illa quam Philippus Luthero consentiens docet, sed in illa quam nos tuemur, & tota catholica Ecclesiã tenet. Nam hanc eandem sententiã docet in Enchiridio ad Laurentium, & in libro contra duas epistolas Pelagianorum, & in libro de nuptijs ad Valerium: & hoc vltimum testimonium inueniet lector in hoc opere, infra in titulo Præceptum, hæresi prima: vbi probatur concupiscentiam, quæ manet in baptizatis, non esse peccatum. Ad illum ergo locum mitto lectorem, quoniã quæ in illo loco dicemus multum iuuant ad præsentis hæresis expugnationem. Nam cum probatum fuerit, concupiscentiam quæ manet in baptizatis, nõ esse verè peccatum, inde statim erit probatum contra Lutheranos nullum peccatũ in baptizatis manere, quoniam de hac sola concupiscentia contendimus cum Lutheranis. Cassiodorus eandem cum Augustino docet sententiã, super illud Psalmi. 50. Amplius laua me domine, &c. sic inquit: Istud lauacrũ, quod sic abluuit maculas peccatorũ, vt supra niuem possit dealbare quod fordidũ est, saluiferi baptismatis cognoscitur indicare puritatem; vbi sic omnia & originalia delicta, & propria admissa mūdatur, vt illi nos restituat puritati, in qua primus Adam nascitur esse procreatus. Hæc Cassiodorus. Deniq; Concilium Tridentinum sub Paulo tertio celebratum, sessione quinta, in eodem præsentem, hanc protulit de hac re fidei definitionem. Si quis per Iesu Christi domini nostri gratiam, quæ in baptismate confertur, reatum originalis peccati remitti negat, aut etiam asserit non tolli totum id, quod veram & propriam rationem peccati habet, sed illud dicit tantum radi aut non imputari, Anathema sit.

B Sed iã opus est vt respondeamus his, quæ nobis obijcit Lutherus, & post eũ Philippus Melanctõ, quæ omnia parũ roboris habet. Obijcit nobis illud Pauli, Non enim quod volo bonũ, hoc facio: sed quod nolo malũ, hoc ago. Si autè quod nolo illud facio: nõ ego operor illud, sed quod habitat in me peccatũ. In quibus verbis Paulus ipsam carnis concupiscentiã apertè appellat peccatũ, quæ, cũ in baptizatis maneat, euidenter (vt Lutherus ait) demonstrat post baptismũ susceptũ, semper manere peccatũ. Sed hæc argumentatio nihil prorsus mouet, nisi fortè hominẽ idiotam, & prorsus ignorantem: quoniam procedit ex ignorantia figuræ synecdoches, in xta cuius vsum, sæpe nomen causæ, tribuimus effectui. Nã verbũ ipsũ propterea quod lingua profertur, appellamus linguã, prout de apostolis dicitur, quod post aduentũ spiritus sancti ceperũt loqui varijs linguis, cũ tamè eorum quilibet vnã tantũ linguã qua verba proferebat, haberet. Eo lem modo scripturã, aut picturã appellamus manũ, propterea quod fuit manu scripta, aut depicta. Iuxta eandẽ figuram dicit Paulus concupiscentiã esse peccatũ: quia est à peccato causata. Nã propter hanc causam Propheta dixit se fuisse in peccatis cõceptum, quãnis vnicum duntaxat sit in vnoquoq; homine peccatum originale, & nõ plura. Sed quia multa sunt poenæ propter peccatum originale inflictæ, eas omnes appellans peccata dixit, se fuisse in peccatis conceptum. Potest etiam concupiscentia dici peccatum, quia semper sollicitat ad peccatum, & sæpe est causa illius. Obijcit deinde nobis Philippus

Rom. 7. lippus Paulum iterum dicentem, Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. In quibus verbis (vt ait Melancton) Paulus ipsam concupiscentiam appellat legem membrorum, & illã dicit esse peccatũ: & inde putat Melancton, manifestè colligi peccatum manere in baptizatis. Sed toto errat cœlo, quoniam Paulus, & si concupiscentiam appellet legem peccati, non tamen dicit illã esse verè & propriè peccatũ. Vocat autè illã concupiscentiã legem, quia carnales homines & concupiscentijs dediti, obediunt carnis concupiscentiæ, tanquã præcepto alicuius regis potentissimi. Nã edicta & mandata tyranni, quantumlibet mala, appellare etiam solemus leges, perinde ac boni principis decreta. Et quia illa concupiscentia semper sollicitat ad peccatum, idèd vocauit illã legem peccati. Aliter hunc locum interpretatur Haymo, non quidem de concupiscentia carnis, quæ bellum irreconciliabile & perpetuum gerit cum spiritu, sed illud declarat de consuetudine peccati, quæ nos ducit captiuos ad peccatum. Sed magis mihi arridet prior interpretatio, quæ est iuxta Chrysostomi & Theophylacti sententiam. Eam tamen in hunc locum proferre volui, vt intelligat Philippus Melancton quantum ipse à vero Pauli sensu aberrauerit, cum omnes sacri doctores aliter illa Pauli verba interpretentur. Simile etiã est illud, quod Philippus ex Paulo citat, Prudentia carnis inimica est Deo. Nã prudentiam carnis appellat Paulus illam, quæ & si sit in mente, est tamen secundum carnis inclinationem & appetitum. Sed istam prudentiam non dicit Paulus esse in omnibus renatis, & idèd inane est argumentum, quod ex illo loco sumit Philippus ad probandum in baptizatis semper manere peccatum. Alia citat testimonia, quæ quia nihil prorsus nec saltem iuxta faciem illi fauere videntur, idèd indigna mihi esse videntur, vt in illorum responsione tempus tererem. Contra hanc hæresim scripsit Ioannes Rossensis episcopus in opere illo quod contra Lutheri errores ædidit.

Rom. 8. **D**odecima & vltima (quod sciam) de hac re hæresis est quorundam qui dicti sunt flagellantes se, de quibus iam supra diximus. Hi dixerunt baptismum aquæ iam cessasse, mutatumque esse in baptismum sanguinis. Quod ex quadam inepta allegoria scripturæ comprobatur. Dicunt enim quòd quando Christus in Cana Galiliæ circa finem nuptialis conuiuij aquam mutauit in vinum, designauit quòd circa finem mundi baptismus aquæ in baptismum sanguinis mutari deberet. Et sicut vinum rubeum omni vino prius posito conuiuantibus magis placuit & commendabatur: ita noua lex baptismi sanguinis præ cunctis antè datis legibus à Deo gratissima acceptabitur. Quapropter dixerunt quòd post ipsorum in mundum aduentum, nemo potuit saluari & verus existere Christianus, nisi in proprio sanguine cum flagello de corpore suo excusso baptizaretur. Quod non solũ hæresis, sed potius ineptia aut dementia dici deberet. Nam quòd primò dicitur baptismum cessasse, ostendemus esse falsum, cũ aduersus eos infra sub titulo Euangelium, conuincemus euangelicã legem fore æternam, postquã nulla alia sit futura. Quòd autè aiunt baptismum aquæ esse mutatũ in baptismum sanguinis, sine quo nemo saluari possit, si id ostenderent ad literã ex Euangelio, crederè: sed allegoricus scripturæ sensus (vt supra in principio huius libri docuimus) nullo modo est efficax ad aliquod dogma stabilendum. Præterea qui dixit, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: non dixit, Qui se flagellauerit, saluus erit: qui verò non se flagellauerit, condemnabitur. Si ergo dominus hoc non dixit, qui occidit & viuificat, & qui potest corpus & animam mittere in gehennam: qua auctoritate eos qui nõ se flagellant, audent condemnare? Rursus, etsi baptismi vicè (vt ait beatus Augustinus) suppleat sanguinis pro Christo effusio: non tamen eius vim & potestatem omnino eneruat. Satis est enim vt eius vicem tenere possit. Deinde sanguinis

Aguinis effusio, quæ baptismi locũ tenere meretur, talis esse oportet, vt ab alio sit illata, quam ipse patienter tolerans, efficit vt baptismi vicem tenere possit. Verum cum quis sibi ipsi inferat mortem, aut læsionem corporis talem, ex qua corpus circa vitam periclitetur, vt impij flagellantes fecisse dicuntur, non solũ non tenet baptismi vicem, sed valet ad gehennam.

BEATITUDO.

DE hac re est vna hæresis Armenorum asserentium beatos non videre essentiam Dei, sed claritatem quandam illius essentia: in qua visione dicunt beatitudinem consistere. Hunc eundem errorem postea suscitauit quidam Petrus Abailardus, dicens *Deum* non videri per essentiam à beatis. Hic Petrus nabione Gallus fuit, tempore Innocentij papæ huius nominis secundi, qui suo confusus ingenio, omnium sanctorum doctorum sententias contemnere cœpit, & velut alter Ismaël, manus suas cõtra omnes leuauit. Quapropter iustum fuit, vt manus omnium contra ipsum leuarentur. Ex hac igitur nimia sui cõfidentia euénit, vt in multos laberetur errores, quos alij cum secuti defendere conabantur, præcipuè quidam Italus dictus Arnaldus Brixienfis, à quo (vt opinor) dicti sunt Arnaldistæ hæretici, qui singulis annis Romæ in cœna domini excommunicantur: & in cap. excommunicamus, extra de hæret. Contra hunc Petrum Abailardum surrexit sanctus Bernardus, qui vt cum eo disputaret, & ad veram fidem reuocaret, & suo monasterio in Burgundia sito ad ciuitatem Remensem venit: Petrus tamen veritus ne à beato Bernardo vinceretur, noluit cum eo congregari. Sic enim ipsemet B. Bernardus refert in quadam epistola, quæ est in ordine aliarum. 190. Inter alios ergo errores quos docuit, is vnus fuit, quo ait Deum non videri à beatis per essentiam suam. Post hunc Petrum surrexit quidam Almaricus, de quo iam superius diximus, qui hunc tutatus est errorem, dicens Deum non videri vllò pacto in se, sed in suis creaturis. Inter hos ergo omnes de hoc conuenit, quia omnes asserunt Deum nec etiam à beatis vllò pacto videri. Hanc autem asseritionem esse hæreticam, expressis scripturæ testimonijs apertissimè conuincemus. Paulus siquidem in 1. ad Corinth. epist. discrimen assignans inter eam cognitionem quam in hac vita de Deo habemus, & eam quam postmodum in gloria habituri sumus, ait: Videmus nunc per speculum in ænigmatè, tunc autem facie ad faciem. Ecce apertè Paulus promittit pro alio seculo facialem Dei visionem. Quòd si Deus per creaturas tantum videretur, & non amplius, quis non videret illam esse visionem per speculum? Nam in creaturis quædam Dei imago apparet: quapropter creatura ipsa speculum quoddam est, per quod Deum videmus. Quò fiet, vt beati solum in creaturis Deum videntes (prout isti hæretici asserunt) adhuc videant per speculum, & ita non clariorem habeant notitiam, quam hi qui in hoc seculo degunt. Præterea beatus Ioannes in Apocal. loquens de statu cœlestis patriæ, sub nomine & figura nouæ Hierusalem, ita dicit: Et omne maledictum non erit amplius: sed sedes Dei & agni in illa erunt: & serui eius seruient illi, & videbunt faciè eius. Rursus dominus Iesus Christus paruulos qui in illum credunt commendans, ita apud Matth. loquitur: Vide te ne cõtèmnatis vnũ ex his pusillis: Dico enim vobis, quia angeli eorum in cœlis semper vident faciẽ patris mei, qui in cœlis est. Ecce ex Saluatoris nostri sententia, angeli semper vident faciẽ Dei. Qualiter ergo hi hæretici non verentur dicere Deum nunquam videri in se? Apparet certè eos conuenisse in vnũ aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Quòd si fortè dicant se de hominibus solum dixisse, & non de angelis, ita vt angelis permittant Dei visio-

visionem, hominibus autem negent: attendant quod per eundem Saluatorem dicitur: In resurrectione enim neq; nubent, neq; nubentur: sed erunt sicut angeli Dei in caelo. Ex quibus verbis apparet Christum æquasse homines angelis pro alia vita. Verum hæc autoritas (vt ingenuè fatear) solum æquat homines angelis in hoc quod nullum matrimonij vsum habebunt, sicut nec angeli: non tamen ibidem facit eos pares quantum ad faciem Dei visionem. Tamen esto ibidem non dicat, negare non possunt Paulū & Ioannē in locis proximè citatis de hominibus expressè loqui. quapropter si ad solos homines suā assertionem restringunt, illa duo scripturæ loca illis obijcimus. His etiam accedit, quod regius Propheta petit, dicens: Ostende faciem tuam, & salui erimus. Non autem petit id, quod donari erat impossibile: alioqui audire mereretur id, quod dominus duobus fratribus per matrē petētibus dixit, Nescitis quid petatis. Hoc etiam petijt Moses, dicens: Si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, vt videam te. Ecce apertissima sunt testimonia quibus ostendimus Deum à beatis videri per essentiam suam. Quid autem hos hæreticos mouerit vt sic errarent, à nemine citatum reperi. Nam & Guido, qui hunc Armenorum errorem discuit, nihil adducit vnde ansam sui erroris acceperint, sicut nec in vniuersum in vilo vnquam errore facit. Sic enim aliorum errores rejicit, vt nunquam illorum argumentis respondeat: quod tamen necessariū erat perinde ac alterum. Nam vt ait Augustinus in lib. de doctrina Christiana, valde bonum est, vt quicquid contradicere potest, si occurrerit, refutetur: ne ibi occurrat, vbi non erit qui respondeat: aut præsentī quidē & tacenti occurrat, & minus sanatus abscedat. De hac ergo re (vt opinor) ansam erroris ceperunt, quia in plerisque locis scripturæ dicitur, Deū non videri ab aliquo. In Exodo namq; dicitur, Non videbit me homo, & viuēt. Et Iob de sapiētia diuina loquens, ait: Abcondita est ab oculis omnium viuentium, volucres quoque cœli latet. Et Paulus in prima ad Timotheum epistola ait: Qui lucem habitat inaccessibleem, quem nullus hominum vidit, nec videre potest. Et beatus Ioānes in .i. sua catho. epist. dicit: Deum nemo vidit vnquam. His ergo scripturæ locis malè intellectis mihi visum est hos hæreticos posse adduci in præfatum errorem, quæ in mediū proponere oportuit, et sicq; respondere, ne alij fortè legentes, & non intelligētes, in eundē labantur errore. Fatemur quidē Deum in hac vita mortali à nemini, videri: imò nec videri posse (iuxta legē datam) ab homine viuente vita hac corruptibili: quoniam aut videret visu corporeo, aut per intellectū. Corporeus sensus (vt manifestū est) nō est capax visionis diuinæ. Anima verò cū intra corpus mortale est, ministerio sensuū vtitur: quapropter necessariū est vt non excedat operationem illorū: quoniā artifex non potest subtilius opus operari, q̄ patitur natura instrumenti, quo mediāte operatur. Cū ergo anima vtatur sensibus tanquā instrumento ad suas operationes, non poterit vltra euagari, quā circa illa, quæ vis sensitiua pertingit. Sensus autem non potest Deum videre. Nec ergo anima cū intrā corpus mortale existit, vtens ministerio sensuum, poterit Deum videre. Et ad hunc sensum spectant quæ Deus loquitur in Exo. dicens: Non videbit me homo, & viuēt. Et quod Ioānes ait, Deum nemo vidit vnquam. vt videlicet Deum nemo videat dum viuēt hac vita mortali. Quod autem dicitur, Paulum, cū raptus fuit ad tertium cœlum, Deum vidisse, hunc sententiæ non repugnat. Nam quāuis Paulus viderit, hoc factum est, educta prius anima extra vsum & ministerium sensuum. Et si enim anima intra corpus fuerit (quod dubiū est ipsi Paulo) tamen à ministerio sensuum fuerat separata. Hoc autem inde colligitur, quod Paulus ait: Siue in corpore, siue extra corpus fuerim, nescio. Quod si ministerio sensuum tunc vsa fuisset eius anima, sciuisset certò Paulus se in corpore tūc fuisse. De alijs autē quos scriptura refert vidisse Deū, sic accipiēdū est, vt intelligamus eos vidisse quosdam

Matt. 22.

Psal. 79.

Matt. 20.
Exod. 34.

Exo. 34.
Iob. 38.
1. Tim. 6.

1. Ioan. 4.

Exo. 31.
1. Ioan. 4.

3. Cor. 12.

Adam angelos claritate magna fulgentes, qui cū à Deo missi fuerant, diuinitatē ipsam quodammodo repræsentabant: quapropter qui eos videbant, dicebant se Deum vidisse. Sic enim dixit Iacob: Vidi dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Hoc etiam dicitur de Mose. Loquebatur dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut loqui solet homo ad amicum suum. Quod si Moses clarè Deum vidisset, frustra Deum orasset, dicens: Si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, vt videam te. Hi ergo omnes, & alij quotquot vidisse Deum in scriptura sacra reperiuntur, in imagine Deum viderunt: quanquam de Mose aliqui sentiant Deum clarè vidisse, anima tamen eius à ministerio sensuum tunc abstracta. Si enim intelligitur quod eidem Mose à domino dicitur: Non videbit me homo, & viuēt. Et quod Iob ait, sapiētiam esse absconditam ab oculis omnium viuentium, eorum scilicet qui viuunt hac mortali vita. Verum tunc iam vrget id quod Paulus dixit: Qui habitat lucem inaccessibleem: quem nullus hominum vidit, sed neq; videre potest. Cui respondeamus, Paulum dixisse lucem diuinam esse inaccessibleem: non tamè simpliciter, & omnibus inaccessibleem, sed homini. Nam ad huius confirmationem statim subiunxit, quē nullus hominum vidit. Inaccessibilis est ergo, sed homini. Inuisibilis est, sed ab homine, sed ab humana sapiētia. Sacra siquidem scriptura omnes qui secundum carnem viuunt, homines vocare solet, & humanitatis nota inurere. Vnde in .i. ad Corinth. epist. Paulus ait: Cū sit inter vos zelus & contentio, nōne carnales estis, & secundū hominem ambulatis? Et infra: Nōne homines estis? Hinc est quod cū in eadem epistola testimonium Esaiæ protulerit dicentis, quod oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēderunt, quæ preparauit Deus ijs qui diligūt illum. postea Paulus subiicit: Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum / Quibus verbis manifeste se ab hominis nomine separauit, eò quod non secundum carnem viuebat. Nullus ergo eorum qui propter vitam secundū carnem, homines appellantur, Deum vidit, sed neque videre potest. De alijs autem quod Deum in posterum clarè videbunt, non poruit Paulus apertius testari, quā dicens: Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Vnde patet homines aliquando habituros faciem Dei visionem. De angelis autem apertissimè veritas dixit: Angeli eorum semper vidēt faciem patris mei, qui in cœlis est. Neq; huic Saluatoris dicto obuiat quod beatus Petrus dicit: In quem desiderāt angeli prospicere. Nā angeli & vident, & videre desiderant, sicut & alij etiam homines beati, videntes desiderant, & desiderantes vident. Beati siquidem videntes Deum satiantur, iuxta illud psalmi: Satiabor, cū apparuerit gloria eius. Satiētatem autem solet sequi fastidium. Desiderium etiā sine consecutione eius quod desideratur, anxietatem habet: & anxietas pœnam. Beati verò omni anxietatis pœna carent: quia pœna & beatitudo nunquā coherere possunt. Quapropter ab vtroq; videlicet à fatierate & desiderio, si remoueamus omne illud quod pœnā inferre videtur, scilicet fastidium & anxietatē, dabimus beatis satietatē & desiderij, ita vt remouendo à desiderio anxietatē, dicamus eos desiderantes satiari: & separando à fatierate fastidium, dicamus eos satiatos desiderare. Bene ergo dicit Petrus, in quem desiderant angeli prospicere: quia etsi vident, videre tamē desiderāt: hoc est, sic Dei visione fruuntur, vt quāuis satiati, nullum tamē inde fastidium habeant. Pro huius ergo hæresis confutatione satis me dixisse arbitror, iuxta eam quam promisi tenere breuitatem.

Secunda hæresis est, quæ asserit beatitudinem consistere in carnis delitijs. Hic error fuit olim apud quosdam Iudæos repertus, qui omnia quæ à Prophetis de Christi regno dicuntur, carnaliter intelligebant. Ex quo errore videtur processisse illa petitio matris filiorū Zebedæi, petentis à Christo: Dic vt sedent hi duo filij mei, vnus ad dexterā tuam, & alius ad sinistram in regno tuo.

Gene. 32.
Exod. 38.

Exod. 33.

Exod. 33.
Iob. 18.
1. Tim. 6.

1. Cor. 3.

Esai. 64.

1. Cor. 13.

Matt. 18.
1. Pet. 2.

Psal. 16.

Matt. 15.

tuo. Nec tamen propter istos sic errantes, hanc hæresim hic collocassem, cum à principio operis statuerim eas solum recensere hæreses, quæ post Christi in caelos ascensionem exortæ sunt, nisi quodd plures inuenio ex eis qui Christo nomina in baptismo dederunt, in hunc errorem fuisse lapsos. Primus ergo qui hunc errorem suscitauit, fuit Cerinthus quidam, pessimis moribus assuetus. Cuius nationis aut gentis fuerit, mihi non constat: hoc solum scio illum fuisse coeuum beato Ioanni Euangelistæ. Nam B. Irenæus in lib. 3. aduersus hæreses cap. 3. de beato Polycarpo loquens, sic ait: Et sunt qui audierunt eum dicentem, quoniam Ioannes Domini discipulus in Epheso iens lauari, cum vidisset intus Cerinthum, exillerit de balneo non lotus, dicens quodd timeat ne balneum concidat, cum intus esset Cerinthus inimicus veritatis. Hæc Irenæus. Inter alios ergo Cerinthi errores, is vnus est, quo asserit post resurrectionem terrenum futurum esse regnum Christi, & homines in carne concupiscentijs & libidinibus subiectam vitam acturos. Hunc eundem errorem aliqui impingunt Papiæ Hieropolitano episcopo, qui fuit discipulus beati Ioannis Euangelistæ. Qui autem illi impingunt, mouentur ex quodam dicto beati Hiero. qui in suo libro de ecclesiasticis scriptoribus de hoc Papiæ loquens, sic ait: Hic dicitur mille annorum Iudaicam ædidisse *δευτέρωρον*, quem sequuti sunt Irenæus & Apollinarius, & ceteri qui post resurrectionem atunt in carne cum sanctis Dominum regnaturum. Hæc Hieron. Verum ex verbis Hieron. nihil tale habetur Papiam sensisse, quale est id quod nunc de Cerintho retulimus. Solum enim ex Hieronymi verbis habetur Papiæ sententiam fuisse Christum iterum in terris secundum carnem regnaturum: & hoc quidem verum est illum sensisse, vt ex alijs plurimis autoribus constat. Sed non asseruit illum sensisse tale regnum Christi futurum in carnis delitijs, prout Cerinthus dixit. Nec docuit etiã Papias, regnum Dei, quodd alio nomine beatitudinem aut gloriã dicimus, perpetuas habiturum carnis voluptates. Nihil enim tale sensit: Cerinthus autem omnia hæc docuit. Quapropter videtur mihi inter Cerinthum & Papiam latum esse discrimen, quanuis in aliqua erroris parte conueniant. Vterque enim istorum sensit post resurrectionem dominum cum sanctis mille annis regnaturum in terra. In hunc autem errorem lapsus est Papias motus ex illo quod B. Ioannes dicit in Apocalypsi, vbi de iustis loquens ait: Et vidi animas decollatorum propter testimonium Iesu, & propter verbum Dei, & qui non adorauerunt bestiam, nec imaginem eius, nec acceperunt inscriptionem in fronte aut in manu sua, & regnarunt cum Iesu mille annis: reliqui eorum non vixerunt donec finiatur mille anni. Propter hæc verba Apocalypsis malè intellecta, credidit Christum in terra cum sanctis secundum carnem mille annis regnaturum: quia illa verba Apocalypsis credidit iuxta literam corticem, & non iuxta mysticum sensum esse intelligenda. Vnde Euseb. lib. 3. historia Ecclesiastica, cap. 39. de hoc Papiæ loquens, sic ait: Dicit autem & alia plurima à maioribus sibi tradita miracula, & nouas quasdam parabolas Saluatoris, & doctrinam incognitam, magisq; fabulosam, mille annos futuros post resurrectionem, quibus corporaliter regnum Christi in hac terra futurum sit. Sed ego puto eum spirituales & mysticas Apostolorum traditiones corporaliter & secundum literam suscepisse, nec potuisse discernere ea quæ illi in figuris velut latentibus & paruulis loquebantur, qui & reuera etiam ex ipsis, quæ conscripsit, opusculis, exigui sensus vir & minus capacis ostenditur. Multis tamen post se ecclesiasticis viris erroris huius, præbuit causas, autoritatem dogmatis tantum ex vetustate tribuens, non etiam ex ratione dictorum, sicut Irenæo, & si quis alius eum in hac parte visus est sequi. Hæc Eusebius. Quanuis ergo in hac parte Papias errauerit, non tamen propter hoc aliquis antiquorum illum nota hæretici inuissit: quia nec pertinax forte fuit, vt meliora docenti obtemperare noluerit. Pertinacia verò est præcipua

Cerinthus.

Irenæus.

Papias.

Hieron.

Apoc. 20.

Eusebius.

A pars quæ hæreticum efficit, vt iam supra docuimus. Propter quod non possum cohibere memetipsum, quin succenseam fratri Bernardo de Luzemburgo, qui in suo catalogo hæreticorum non veritus est hunc Papiam alijs hæreticis annumerare, præcipue cum hoc apud nullum antiquorum fuisse factum reperit. Beatus enim Augustinus in suo libro de hæresi ad Quod vult Deum, cum omnes hæreticos recenset, nunquam huius Papiæ meminit. Philaster Brixienfis episcopus nullam in suo libro de hæresibus, de hoc Papiæ fecit mentionem. Isidorus etiam in. 8. lib. Etimologiarum, cum omnes quos potuit scire hæreticos enumerauit, nec de Papiæ vllam fecit memoriam. Omitto Guidonem, quoniam is recentior est quam vt in vetustis hæreticis enumeradis fides ei adhibeatur. Quodd si aliqua illi fides debetur, nunquam etiam ille huius Papiæ meminit. Si ergo nullus istorum illustrium virorum Papiam inter hæreticos recensuit, vnde habuit frater Bernardus de Luzemburgo vt eum hæreticum censuerit: Si enim propterea quodd Hieronymus dixit Papiam mille annorum Iudicam ædidisse *δευτέρωρον*, statim erat inter hæreticos collocandus, quare etiam eadem ratione non annumerauit inter eosdem Irenæum, Apollinarem, Lactantium, Victorium Pictauiensem, cum de his omnibus referat Hieronymus eodem loco quæ secuti sunt Papiam in hac parte? Aut ergo Papias non est hæreticus censendus, aut alij qui cum in hac parte sunt secuti, eadem ratione dicentur hæretici. Hæc omnia in medium placuit adferre, vt videant hi qui facile de hæresi pronunciant, quã facile etiam ipsi errent: & intelligant non esse tam leuiter de hæresi censendum, præcipue cum non sit peius crimen quod viro christiano possit impingi, quam si hæreticus appelletur. Papias ergo, & qui eum secuti sunt, hoc senserunt, Christum videlicet post resurrectionem regnaturum cum iustis mille annis in terra. Et sic sentiētes, Græco vocabulo *χίλιετα* appellati sunt. Quod verbum è verbo exprimentes latinè dicere possumus millenarij. Cerinthus autem de regno Christi per mille annos in terra sentiens carnales quasdam voluptates in illo regno futuras ponit, & vitia quædam portentosa cuiuslibet libidinis. Præter hoc sensit etiam regnum dei post istos mille annos in terra, futurum in caelis, in voluptatibus carnis, in gula & luxuria. Quia in re latissimè abest à sensu Papiæ, & aliorum qui Papiam sunt secuti. Quodd autem Cerinthus hæc duo asseruerit, apertissimè ostendit Eusebius in libro tertio Ecclesiasticæ historiae, capite vigesimo octauo. Sic enim de Cerintho loquens ait: Post resurrectionem terrenum dicit futurum esse regnum Christi in Hierusalem, & homines in carne iterum concupiscentijs & vitijs subiectam conuersationem habituros. Contra fidem quoque scripturarum, quosdam mille annos designat: in quibus multa quidem & alia corruptionis opera, & nuptiarum festiuitates dicit futuras, ad eos qui libidini sunt dediti, decipiendos. Sed & Dionysius cum de Ioanis reuelatione differeret, & quædam secundum ea quæ antiquitus ecclesie tradita fuerant, disputaret, mentionem facit huius ipsius viri in his verbis: Cerinthus, inquit, à quo Cerinthiana hæresis oborta est, figmentis suis autoritatem magni nominis acquirere secundum scripturam huius prauam intelligētiã gestiebat: quippe cuius hæc erat hæresis, vt affirmaret terrenum futurum esse Christi regnum. Et quia erat veteri, & gula, ac libidini deditus, ea futura decernebat, quæ sibi propria libido dictabat. Ventris, & eorum quæ sub ventre sunt, incitamenta, cibus, potibus, nuptijs prædicabat explenda. Et vt aliquid sacratius dicere videretur, legales aiebat festiuitates rursus celebrandas, & hostias carnales iterum iugulandas. Hæc Eusebius. Ex cuius verbis, & alijs quæ supra de Papiæ ex eodem Eusebio attulimus, constat latum esse discrimen inter Papiæ & Cerinthi errorem: quoniam de Papiæ nihil aliud habemus præterquam quodd ait Christum mille annis regnaturum in terra cum sanctis post resurrectionem. An autem Papias senserit in illo mille annorum regno futu-

Eusebius.

ras esse delicias carnales, an spirituales, mihi nō cōstat. Quōd si eas futuras dixit spirituales, nō erat grauis error. Nam beatus Augustinus libro vigesimo de ciuitate Dei, capite septimo de hac sententia disputans, non audet appellare errorē, sed opinioē. Sic enim loco præallegato ait: Quæ opinio esse vtcunq; tolerabilis, si aliqua delitiæ spirituales in illo sabbaro ad futura sanctis per Domini præsentiam crederentur. Nam etiam nos hoc opinati fuimus aliquando. Hæc Augustinus. Ex quo iterum patet malè sensisse fratrem Bernardum de Lutzemburgo, cum recensuit Papiam inter hæreticos: quoniam beatus Augustinus ait tolerabilem esse opinionem illam mille annorum, si in illis annis spirituales & non carnales ponantur delitiæ. At Cerinthus (vt modò enarrauimus) carnales dicit futuras delicias nō solūm in illo mille annorum regno, sed etiam in posterum, quoniam ea in illo Dei regno futura dicebat, quæ propria libido dictabat: & in illis felicitatem summam figebat: & propter hanc causam, hunc ipsius Cerinthi errorē sub titulo Beatitudinis locauimus. Nec miretur lector quōd tam longam in enarranda huius hæresis historia fecimus disputationem: quoniam video plures in hoc errasse, vt errorem Cerinthi cum errore Papiæ confundant, credentes vnum esse vtriusque errorem: quapropter oportuit eorum discrimen ostendere. Superest iam vt ostendamus in illo regno beatitudinis nullas esse futuras carnis delicias, quæ admodum Cerinthus fabulatur. Primò omnium, Paulus huic sententiæ apertissime obuiat, dicens: Regnū Dei nō est esca & potus: sed iustitia, & pax, & gaudium in spiritu sancto. Præterea si regnum Dei, hoc est, beatitudo, in carnis delitijs cōsisteret, nulla esset rectoria via ad illud regnum, & beatitudinem assequendam, quā vita in carnis voluptatibus expleta: quoniam nulla est rectoria via ad beatitudinem, quā illa quæ simillima est termino viæ, ipsi videlicet beatitudini. Hinc veri catholici & fideles, qui suam beatitudinē figunt in Dei cognitione & amore, nullā etiā aliam breuiorem & certiozem viam ad beatitudinem assequendam docent, quā veram Dei cognitionē, & perfectam illius dilectionem. Si ergo beatitudo in carnis voluptatibus sita est, carnis voluptas certissima erit via ad beatitudinem adipiscendam. At nihil magis impedit beatitudinis consecutionem, quā carnales delitiæ. Paulus enim Apostolus recensens eos, quibus regnū Dei est interdixit, inter eos enumerat carnis voluptatibus deditos. Sic enim ait: Neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnū Dei possidebunt. Et iterū: Sicut portauimus imaginē terreni, portemus imaginem cœlestis. Hoc autē dico fratres, quia caro & sanguis regnū Dei possidere non possunt. Nomine autem carnis & sanguinis designauit vitam secundum carnem & sanguinis instinctum: quōd patet ex eo, quia per illa declarauit imaginem terreni hominis. Et alibi, in ea videlicet quæ est ad Galatas epistola, postquā enumerauit opera carnis, subiungit: Qui talia agunt, regnū Dei nō consequentur. Si ergo opera carnis aduersantur cōsecutioni ipsius regni Dei, qui sit vt ipsum regnum Dei in eisdem operibus carnis consistat? Rursum ipse veritatis magister hunc errorem propria voce damnat: quoniam Saduceis de resurrectione disputantibus respondens ait: In resurrectione neque nubent, neque nubentur: sed erunt sicut angeli Dei. Si in resurrectione non sunt nuptiæ (iuxta dictum Saluatoris) oportet necessariò fateri, vt nō sit ibi fornicatio aut alius quicunq; concubitus. Et quoniam dicit homines futuros sicut sunt angeli Dei, oportet etiam concedere nullum illis futurum cibi corporalis gustum. Vnus enim ex his qui astant coram Domino, videlicet Raphael, Tobia loquens ait: Cum essem vobiscum per voluntatem Dei, videbar quidē vobiscum manducare & bibere, sed ego cibo inuisibili, qui ab hominibus videri non potest, vt or. Hic autem cibus qui ab hominibus videri nō potest, Deus ipse est: quem

videntes

A videntes & amantes gustat. Vnde regius Propheta ait: Gustate & videte quā suavis est Dominus. Si enim ipse Deus non esset cibus animæ nostræ, nunquā Propheta præciperet vt gustaremus eius suauitatem. Non enim gustatur nisi quod comedi aut bibi potest. Et de hoc spiritali cibo & potu intelligendæ sunt autoritates illæ, quæ in vtroque scripturæ sacræ instrumento promittunt in illa futura beatitudine cibum & potum: vt apud Esaiam dicitur: Serui mei comedent, vos autem esurietis: serui mei bibent, vos autem sitietis. Tunc enim satiabuntur (vt ait regius Propheta) cum apparuerit gloria domini. Sic etiam accipiendum est quod ait Saluator: Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Quemadmodum enim Christus filius Dei satiatur per visionem essentiae suæ, quam accipit à patre suo per generationem: sic etiam nos satiari oportet per visionem essentiae diuinæ: quam visionem vt nos assequeremur, Christus obtinuit per meritæ suæ passionis: & tunc disposuit nobis mensam, cum meruit vt nobis daretur gloria, in qua videntes Deum, satiamur eius visione. Cerinthus cum esset carnis voluptatibus deditus, non credit alium esse cibum spiritualem animæ, & alium corporis: quapropter omnes autoritates, quæ de cibo & potu, de conuiuio, de cœna, pro illa futura beatitudine loquuntur, putauit iuxta literam carnaliter intelligendas. Nō attendit enim alium esse cibum præter eum qui oculis carnis videtur, & dentibus arretitur. Si enim verbum Dei (iuxta dictum Saluatoris) est cibus animam nutriens, quantò magis nutriet & reficiet ipsemet Deus? Moyses namq; solo Dei colloquio quadraginta diebus absq; alio corporali cibo nutritur. Hos duos cibos, videlicet corporalem & spiritualem, & eorum discrimen, Saluator descripsit dicens: Operamini nō cibum qui perit: sed qui permanet in vitam æternam. Hæc aduersus Cerinthi errorem dicta sufficiant: ommissis alijs argumentis, quæ in scholis pertractari solent ad probandam beatitudinem in sola Dei visione & illius dilectione cōsistere. Vbi namq; apertissima sunt scripturæ sacræ testimonia, superfluum est argumenta plura superaddere, velut si quis velit lumen addere fulgentissimis Solis radijs. Alter etiam Papiæ error, de mille annorum regno, quibus ait Christum post resurrectionem regnaturum secundum carnem, ex supradictis conuictus est. Nam Saluator dixit: In resurrectione neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut angeli Dei. Ex quibus apertè conuincitur, post resurrectionem non esse futurum vllum maris & rœminæ coitum, nullum etiam cibi & potus usum: & per consequens, nullam secundum carnem vitam. Illud autem quod in suæ sententiæ confirmationem ex Apocalypsi producunt, minimè intellexerunt, & propterea in errorem lapsi sunt. Sic enim dicitur in Apocalypsi: Et vidi animas decollatorum propter testimonium Iesu, & propter verbum Dei: & qui non adorauerunt bestiam, neque imaginem eius, neque acceperunt characterem eius in frontibus, aut in manibus suis, vixerunt & regnauerunt cum Christo mille annis. Ceteri verò mortuorum non vixerunt donec consummentur mille anni: Hæc est resurrectio prima. Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima. In his verbis Apostolus ostendit discrimen inter bonos & malos. Boni etenim qui non adorauerunt bestiam, id est dæmonem, vixerunt, quia etsi corpora eorum nunc mortua sint, animæ tamen eorum viuunt per gratiam & gloriam quam nunc possident. Et hæc vocatur resurrectio prima, quæ ad gratiam & gloriam animarum pertinet. Quapropter B. Ioannes dixit: Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima. Alia est resurrectio secunda, quæ erit cum corpora resurgentia ad vitam accipient stolam immortalitatis. Et per oppositum, mors etiam est duplex. Quædam dicitur prima, & est peccatū, quod est mors animæ: de qua morte Saluator ait: Sine mortuos sepelire mortuos suos: vt videlicet in anima mortui sepelirēt mortuos in corpore. Sc-

re. Secunda mors, est damnatio perpetua. In quam mortem præcipitabuntur, qui in prima, quæ est mors peccati, non resurgunt. Et ideo merito beatus qui habet partem in resurrectione prima. Sancti ergo viri, qui propter testimonium Iesu, & propter verbum Dei decollati sunt, & qui non adorauerunt bestiam, id est, dæmonem, vixerunt: quia etsi eorum corpora nunc mortua in sepulchris iaceant, tamen eorum animæ habent vitam gratiæ & gloriæ, & nunc regnant cum Christo mille annis, id est, omnibus annis qui sunt futuri usque ad iudiciū. Nam usque ad illud tempus sancti habebunt præcisè vitam animæ, & resurrectionem primam: post illud verò tempus habebunt resurrectionem secundam, id est, vitam corporum simul & animarum. Quod autem millenarius numerus capiatur pro vniuersitate, manifestè cõuincitur per id quod dicitur in psalmo: Memor fuit in seculum testamenti sui; verbi quod mandauit in mille generationes, id est, in omnes. Et in Ecclesiastico: Melior est vnus timens Deum, quam mille filij impij, id est, quam omnes filij impij. Præterea denarius numerus aliquando etiam ponitur pro vniuersitate, vt apud Matthæum dicitur regnū cælorum, quod militās est ecclesia, assignari decem virginibus, quo numero omnes homines tam boni quā mali designati sunt. At denarius numerus, radix est millenarij numeri, qui quadratum solidum est. Nam denarius numerus si per seipsum ducatur, efficitur centum. Quod si rursus decem ducas per centum, efficitur mille. Si ergo denarius numerus pro vniuersitate ponitur, millenarius qui ex denario bis ducto confurgit multò rectius pro vniuersitate ponetur. Cum ergo beatus Ioannes de sanctis iam defunctis loquens dixit quod vixerunt & regnauerunt cum Christo mille annis, sic accipiendum est, vt intelligatur eos vixisse & regnare cum Christo omnibus annis futuris usque ad diem iudicij. Quibus annis etsi mortui sint corpore, viuunt tamen anima, & regnant cum Christo. De peccatoribus defunctis loquens Apostolus Ioannes dixit: Ceteri verò mortuorum non vixerunt donec consummentur mille anni. Quia peccatores defuncti, toto hoc tempore usque ad diem iudicij nullam habent vitam: quoniam eorum corpora mortua iacent, & animæ eorum mortuæ etiam sunt per peccatum. Transactis autem his mille annis, id est, toto illo tempore, usque ad diem iudicij, aliquam vitam habebunt, quia etsi animæ eorum per peccatum mortuæ sint, eorum tamen corpora per resurrectionem vitam quamuis miseram recuperabunt. Vel fortè ibi ponitur millenarius numerus pro vniuersitate temporis futuri etiam post diem iudicij, ita vt sit sensus; sancti vixerunt & regnauerunt cum Christo mille annis, id est, semper: quia etsi non semper vixerint corpore, post mortem tamen corporis semper vixerunt, & semper viuunt in anima. Ceteri verò mortuorum, id est, peccatores, non vixerunt donec cõsummentur mille anni, id est, nunquā vixerunt: quia veram vitam animæ & corporis amiserunt. Nec ibi illa dictio donec, dicit alicuius temporis finem. Sic enim sæpè ponitur in sacris literis, vt nullum dicat finem temporis: vt patet in Psal. Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Nunquā enim erit tempus, quo filius Dei non sedeat ad dexteram patris: & tamen dixit eum sedere donec ponat inimicos illius scabellū pedum suorum. Vnde conuincitur illud aduerbium donec, positum esse sine aliqua temporis limitatione. Ad hunc etiam modū capitur quod dixit Ioannes Euangelista: Ceteri verò mortuorum non vixerunt donec finiatur mille anni, id est, donec finiatur temporis vniuersitas, hoc est, nunquā vixerunt. Aliā expositionē horum mille annorum assignat beatus August. lib. 20. de ciuit. Dei, cap. 7. legat qui voluerit, ego nolui in medium adferre, quoniam mihi illa non placuit. Hæc autem quā modo retulimus, ab eo etiā assignatur: & mihi verior viderur. Aduersus hos *χίλιας*, id est, millenarios, scripsit olim Gennadius presbyter Massiliensis: vt testatur Ioannes Trithemius in suo libro de Ecclesiasticis

scriptoribus, quo vtinam frui liceret: magnum quidē (vt oponor) nobis adiutorium præbisset.

Tertia hæresis est, quæ asserit nec beatitudinem, nec miseriam esse perpetuam. Huius hæresis autor est Origenes. Hic enim (si Augustino & Theophilo Alexandrino credimus) quasdam alternationes beatitudinis & miseriarum ponit: ita vt transactis aliquot annorum curriculis, animas beatas dicat iterum in corpora mortalia reuerti, & in eis corporis molestias pati, & inde iterum ad beatitudinē euocari, & à beatitudine rursus ad miseriam deflecti. quopacto fiet perpetuus quidam beatitudinis & miseriarum circulus. Et eodem modo sentit etiam de miseris, vt illos dicat aliquando ad hoc seculum redituros: & inde iterum ad beatitudinem euocari. Vnde euenit vt dicat dæmones aliquando fore saluandos. Hæc sententia apertissimè conuincitur esse hæretica, & ratione, & scripturæ sacræ testimonijs. Ratione prius aggrediamur, & percontemur Origenem, vtrum anima, quæ iam beatitudinem adeptæ est, sciat suam beatitudinem aliquando finiendam: an profus ignoret? Si penitus nescit suam beatitudinem aliquando finiendam, oportebit tunc Origenem fateri, nos in huius seculi miseria existentes peritiores esse, quàm beati sint in illa futura beatitudine: quoniam in hoc seculo existentes, noscimus finiendam esse aliquando beatitudinem: beati autem ignorant futuram miseriam. Nos etiam in hoc seculo vitam agentes, scimus (iuxta Origenis sententiam) beatorum felicitatem aliquando desitutam: quod cum ipsi ignorent, consequens est, vt peritiores simus illis. Si autem finem suæ felicitatis scit anima beata, hæc sola ratione misera esse conuincitur, quoniam semper erit cum metu amittendi quod amat. At metus passio quædam est animæ: & qui timet, quodammodo patitur, & quantum miseriam sustinet. Præterea metus ille vim amoris quodammodo remittit. Tepidius enim quisque amat id, quod scit se aliquando deserturum. Quapropter fiet, vt beatus, sciens suam beatitudinem aliquando finituram, remissè ac tepidè amet eandem. Hoc enim vnico & fortissimo argumento Christus ab amore diuitiarum separare nos voluit, quod aliquando peritura essent. Nolite, inquit, thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi arugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt atque furantur. Rursum, Si beatus scit suam felicitatem desitutam, multò beatius & quietius viuere hic anima in hoc seculo, quàm illic in illa beatitudine: & tantò beatius, quantò melior est spes certa boni acquirendi, quàm metus mali imminentis. Miser siquidem in hoc seculo viuens, spem habet futuræ beatitudinis: beatus autem metum patitur futuræ miseriarum, ad quam (iuxta Origenem) post aliquot annorum curricula est reuocandus. Omnis autem argumentationibus, scripturarū sacrarum testimonijs agamus, quoniam hæc vehementius vrgent. Scriptura siquidem sacra non tantum semel aut iterum dicit beatitudinem & miseriam damnatorum esse perpetuas. Vnde Salomon in libro Sapientiæ ait: Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Quod si à beatitudine ad miseriam, & à miseria ad beatitudinem per continuas alternationes sine cessatione circumeunt, necesse est vt illos tangat tormentum mortis. Et iterum assignatis diuersum beatorum & damnatorum statum, postquā de damnatis disseruerat, de beatis dicit: Iusti autem in perpetuum viuunt, & apud Dominū est merces eorum. Præterea apud Daniëlem dicitur: Et in tempore illo saluabitur populus tuus omnis, qui inuentus fuerit scriptus in libro: & multi de his, qui dormiunt in terræ puluere, cuiusgilabunt: alij in virā æternam, alij in opprobrium, vt videant semper. Qui autem docti fuerint, subleuantur quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiā erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Ecce hæc bis vno cõtextu beatorum statum Propheta declarauit esse perpetuum. Rursum, Gabriel angelus de filio Dei incarnando Mariā virginem alloquens, ait: Regnabit in domo Iacob

in æternum, & regni eius non erit finis. Domus autē Iacob illa est, quæ alibi appellatur domus Israël, scilicet gloria cœlestis, cuius magnitudinem Propheta vnus admiratur, dicēs: O Israël, quæ magna est domus tua. Iacob siquidem ille est idem qui & Israël: eadē ergo domus Iacob, & domus Israël. In hac domo dicit angelus Christum regnaturū in æternum. At qualiter poterit in illa domo regnare in æternum, si domus non est æterna? Oportet ergo vt domus illa beatitudinis sit æterna, vt in illa possit Christus regnare in æternū. Regnum etiam Christi beati sunt, qui in Apocalypsi clamāt: Fecisti nos Deo nostro regnum. Hoc est enim illud regnum, quod coram Pilato Christus confessus est nō esse de hoc mundo. Et merito, quoniam alibi de iustis loquens, dixerat: Si de mundo essetis, mūdus quod suum erat diligeret: propterea mūdus vos odit, quia non estis de mundo. Si ergo beati regnum Dei dicūtur, quomodo regni Christi non erit finis, si à beatitudine ad miseriam beati aliquando reuocantur? Oportet ergo beatitudinem fateri æternam, vt regnum Christi verē dicatur esse sine fine. Ceterū quod de damnatis dicitur, apertissimē conuincitur per id, quod apud Matthæū dominus minatur se dicēturū peccatoribus in die iudicij: Ite maledicti in ignē æternum, qui pręparatus est diabolo & angelis eius. Et apud Lucam pater Abrahā diuiti epuloni in inferno sepulto ait: Et in his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatū est, vt hi qui volunt hinc transire ad vos, non possint: nec inde huc transmeare. Quibus verbis nihil apertius dici potuit ad Originis infantiā reuincendam. Contra hunc errorem scribit beatus Aug. in lib. 12. de ciuitate Dei, cap. 20. quo in loco solū agit argumētis, nullum scripturæ sacrę adferens testimonium. Quod inde venisse constat, quia tunc contra Ethnicos philosophos agebat, quos sacrę scripturę testimoniū parum mouere poterat. Contra eundē errorem etiā disputat beatus Gregorius in Moralibus super illud Iob. 40. Aestimabit abyssum quasi senescentem.

Quarta de hac re hæresis est, quæ asserit hominem in hac præsenti vitā posse consequi finalem beatitudinem secundū omnem gradum perfectionis, quem habebit in patria. Hanc hæresim suscitauerunt quidā homines in Alemania, dicti Begardi, & quædam mulieres dictę Beguinę, qui omnes modo quodā honesto & religioso incedunt. Nam hodie in Germania inferiori vidi ipsemet mulieres sic nominatas Beguinās, quę in societate quadam honestē viuunt, sine tamē alicuius voti expressi emissionē, & cum proprię supellectilis retentione, quę cum volunt, & modus viuendū eis displicet, liberam recedendi habent facultatē, & in toto possunt societate relinquere. Secus autē se habent Begardi, quoniā hi cœnobia habent, & tria vota, vt alij monachi, domino reddunt. Hanc rationem Begardorum & Beguinarum hic reddere placuit: quoniam hæc nomina alijs nationibus sunt prorsus ignota, vt ipse Hispanis & Italis, & magna ex parte Gallis. Hi ergo Begardi & Beguinę, inter alios quos tenuerunt errores, hunc docere tentarunt: Hominem videlicet in hac vitā posse consequi finalem beatitudinem, quā habebit in patria. Vt autem hunc errorem conuincamus, prius oportet beatitudinem definire, ne fortē de voce contendamus, & nō de re. Sed quoniam iuxta Aristotelis præceptum: æquiuocum prius est in sua distincta significata partiendum, quæ definitur: idēō multiplicem beatitudinis significationē prius ostendere oportet. Beatitudo siquidē in sacrīs literis aliquando & sæpē capitur pro via ad beatitudinem consequendam. Beatus vir (inquit Propheta regius) qui non abiit in concilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentię non sedit: sed in lege domini voluntas eius. Et alibi: Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis eius cupit nimis. Et ipse Dominus apud Matthæū assignat octo beatitudines, id est, octo vias, quibus peruenitur ad beatitudinem. Beati, inquit, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. In illa autem vita beata, in qua perfecta est felicitas, nul-

tas, nullus erit luctus. Ibi enim absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum. Vocatur autem luctus beatitudo: quoniam certa via ad beatitudinem futuram, est in hac vita lugere, & nolle hic prosperari. Vocatur etiā fides vita æterna, eō quod via quædam est ad vitam æternā. Sic enim dicit Christus, patrem pro nobis rogans: Hęc autem est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Quem locum beatus Cyrillus pertractans, ait: Radicem atq; originem æternę vitę, fidem, & verę pietatis virtutem esse affirmat. Veram autem pietatem illam esse asserimus, cui alieni falsiq; cultus crimen inuri non potest. Hęc Cyrillus. Quapropter maximē miror, quod quidam Theologi scholastici illum locum Ioannis adferunt, ad probandum beatitudinis præcipuam partem esse Dei visionem, minorem autem esse dilectionem: pro qua re nullum aliud adferunt scripturę testimonium, quam illud Ioannis, quo Christus ait: Hęc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Omitto qualiter hunc locum interpretentur alij, qui partem tutantur aduersam. Nam eorum interpretatio merē voluntaria est, & ex eorum cerebro prodiens, non autem ex literę ordine. Quod si à sacrīs doctoribus illius loci intelligentiam peterent, non tantum operis in ea re cōsumpserunt. Nec tamē hæc ideō dicta esse volo, vt quis existimet me velle contendere potissimam partem beatitudinis non esse visionem: quoniam neq; pro hac parte, neq; pro aduersa certare volo: cū hic non pertractem hominum varię sententiū opiniones, sed solam catholicam fidem. Hęc tamen ideō dixi, vt ij qui docent beatitudinis præcipuam partem esse visionē, agnoscant quā debili fundamento innitantur, cū constet illum locum Ioannis, de fidei cognitione, quæ via est ad beatitudinem, esse intelligendum. Et hoc ex ipsius literę decursu facillimē colligi potest. Nam Christus illo loco nō orat patrem, vt illum per clarā suę essentię visionem clarificet, sed per fidei cognitionem. Tunc enim Christus clarificatus est, cum clarē cognitus est per fidem quod sit filius Dei. Tunc clarificatus est, cū homines crediderunt illū esse filium Dei. Cū ergo Christus orat patrem, vt clarificet filium suum, hoc petit, vt fidem suę diuinitatis hominibus donet, per quam credant illum esse Dei filium. Et propterea, vt ostendere quod non sibi soli consulens, sed hominibus prospiciens petit, subdidit: Hęc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verū, & quem misisti Iesum Christum. Hoc est, vitam æternam habebunt, si in te & in me crediderint. Nec mirari debēt, quod dicamus fidem vocari vitam æternam, cū apud Ioannem etiam Dominus dicat: Qui credit in me, habet vitam æternam. Non dixit habebit, sed habet: vt clarē ostenderet fidem dici vitam æternam: eō quod via quædam est rectissima ad vitam æternā consequendam. Hanc autem expositionem docet beatus Cyrillus (vt ostendimus) super Ioannem. Et in libro de fide ad reginas, hunc locum idem Cyrillus citans, vt inde conuincat Christum esse Deum, sic ait: Si cū agnitione solius & veri Dei iūctam esse necesse est & adesse agnitionem Iesu Christi, & vitam hoc æternam parit, quomodo nō omnibus manifestum est, quod Deus verus est Christus? Hęc ibi Cyrillus. In quibus verbis id aduertendum est, quod dixit, vitam æternam parit. Vnde clarē patet, quod Cyrillus sentit illum locū esse intelligendum de cognitione fidei: quā ideō dicit vocari vitam æternam, quia parit vitam æternam. Beatus Augustinus etiam hæc interpretationem inuinit, non tamen ita expressē vt Cyrillus, sed per quasdam verborum ambages: idēō eius verba omitto, contentus indicasse lectori. Beatus Hilarius in libro de patris & filij vnitare, cū illa eadem Christi verba citasset ad probandam Christi diuinitatem, statim hæc verba subiungit: Vitę æternę fidem vel loqui hæretice disce credere, & separa à Deo Christum, si potes à patre filium, à Deo vero super omnia Deum, à solo vnum. Vnus enim dominus est Iesus Christus.

Si vita aeterna est, in Deum solum verum credidisse, sine Christo confitendum est solum verum Deum salutem non dedisse. Hæc Hilarius. Quum ergo tot clarissimi viri doceant, illum locum Ioannis esse intelligendum de cognitione fidei, quæ est via ad aeternam vitam: conuincitur eos falso fundamentum inueni, qui illud citant ad probandum præcipuam beatitudinis partem esse visionem. Hæc per occasionem diximus. Nunc autem ad primum huius causæ caput reuertamur, dicentes, viam ad beatitudinem aliquando appellari in sacris literis beatitudinem. De ista beatitudine sic dicta, non est intentio nostra nunc loqui, quoniam de hac nulli dubium est, quod in hac vita habeatur. Aliquando capitur beatitudinis nomen pro felicitate summa, quam in alia vita speramus. Et de hac igitur in Psalmo: Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Et de hac beatitudine præsentem facimus sermonem: idè definitionem eius prius statuamus. Diuus Seuer. Boëtius sic eam definit: Beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Et cõuenit cum eo quod dicit August. Beatus est qui habet quicquid vult, & nihil mali vult: hoc est, beatus est ille qui habet omnè bonũ quod potest rectè velle. Ex quo sequitur illum esse beatum, qui Deum perfectè possidet: tunc enim non frustra voluntas satiata est: quoniam Deo habito habetur omnè bonum. De illo nanque dicitur: Qui replet in bonis desiderium tuum, renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Tunc siquidem replebitur in bonis desiderium nostrum, quando per resurrectionem renouabitur iuuentus nostra. Tunc erit satiata nostra voluntas, iuxta id quod Propheta ait: Satiabor cum apparuerit gloria tua. Beatitudo ergo non habetur, nisi satiata voluntate, & repleto desiderio. At desiderium nostrum in bonis nullus potest replere, nisi solus Deus. Deum autem nemo habet, nisi qui eum perfectè amat. Qui manet in charitate (inquit Ioannes) in Deo manet, & Deus in eo. Deus autè non potest perfectè amari in hac vita, quia non potest in eadem perfectè cognosci. Quæ enim minùs cognoscimus, minùs etiam amari necesse est: quoniam ea quæ non cognoscuntur, amari non possunt. At Deus non potest de communi lege in hac vita, clara & facili notitia cognosci, iuxta id quod dicitur in Exodo: Nò videbit me homo & viuere. Et Paulus ait: Videmus nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem. Si ergo in hac vita non potest Deus perfectè & clare videri, ergo neq; amari perfectè: & per consequens, neq; possideri: ex quo sequitur, voluntatem nostram non posse hinc satiari, neq; desiderium repleri. Ex quibus colligitur, nõ posse fieri, vt homo hinc sit beatus ea beatitudine, de qua loquimur. Præterea militia quædam est (vt ait Iob) vita hominis super terrã. Si ergo vita cuiusq; hominis super terram quædam militia est, necessariò sequitur, vt ibi beatitudo esse non possit: quoniam beatitudo & quietem, & tranquillitatem, & securitatè habet annexam, quæ omnia longissimè absunt à militia. Ibi siquidem labor, ibi merus. Quapropter nullus militans se felicem clamat, nisi postquam victoriam fuerit adeptus. Neque in ipsa militia quis coronatur, sed post transactum certamen. Cum ergo beatitudo, quasi quædam sit beatorum corona, conuincitur vt beatitudo non possit haberi in hac vita, quæ est militia quædam. Rursum, idem Iob describens vitam hominis, quem agit in hoc seculo, ait: Homo natus de muliere, breue viuens tempore, repletur multis miserijs. Si miserijs repletur, qui fit vt beatus esse possit? Miserijs, inquam, repletur hæc vita, laboribus plena, cibi & potus indiga, cibo & potu defatigata. Hanc humores tumidant, dolores exterminant, ardores exiccant, aer morbidat, cibi instant, ieiuniũ macerat, ioci soluunt, tristitiæ consumunt, sollicitudo coarctat, securitas hebetat, senectus incuruat, infirmitas fragit, mors omnino tollit. Quæ omnia velut ex diametro cum beatitudine pugnant: quod fit, vt in hac vita beatus homo esse non possit. Demum præter hæc omnia tam aperta testimonia, extat ecclesiæ

A de hac re definitio. Conciliũ nanq; Viennense sub Clemente quinto celebratum, inter octo errores Beguinarum & Begardorum, quos dånauit, hunc quarto loco statuit: cuius Decretum ponitur in libro Clementinarum titulo de hereticis, cap. Ad nostrum. Contra hunc Beguinarum errorem nullum scio autorem scripsisse ex professo: propter quod valde miror Guidonis Carmelitæ osi tantiam, qui cũ summam de hæresibus scripserit, nunquã harum Beguinarum neq; errorum illarum meminit, cùm tamen parũ ante ipsum fuerint. Et in Concilio Viennensi (vt diximus) damnata. Propter quod oportuit vt ipsum non la teret, præcipuè cùm Viennense Conciliũ quadraginta aut fortè paucioribus annis Guidonẽ præcesserit. Alios tamè Beguinos & Beguinas recenset Guido in fine sui operis: qui (vt ex dictis Guidonis constat) longissimè absunt ab istis, de quibus nos modò locuti sumus. Nam errores istorũ Beguinoꝝ, de quibus loquitur Guido, nullo pacto conueniunt cum illis, qui in Concilio Viennensi damnati sunt.

Q Vinta hæresis est, quæ docet omnem intellectualem naturam seipsa naturaliter esse beatam: & hæc etiam à Begardis & Beguinis inuenitur, & quinto loco collocatur inter eas octo, quas proximè narrauimus esse dånatas in Concilio Viennensi. Nec immeritò à Concilio dånatur, cũ expressa sint scripturæ testimonia. Paulus nanq; ait: Gratia Dei vita aeterna. Et iterum: Iusti ficati gratis per gratiam Dei. Si ergo gratis iustificamur, multò magis & gratis beatificamur. Et iterum: Non est volentis, neq; currentis, sed Dei miserentis. Nò ergo in seipsa naturaliter est beata quælibet intellectualis creatura. Præterea, si (vt Christus ait) nemo bonus nisi solus Deus: quia ipse natura bonus, nos autè nõ sumus boni natura, sed sua tantũ voluntate: multò magis oportet dicere, vt nemo beatus ex sua natura, nisi solus Deus. Rursum, si quælibet intellectualis natura seipsa est beata, nulla ergo intellectualis natura potest esse misera: quoniã ea quæ à natura insunt, nullo modo deseriri possunt. Hanc etiã hæresim oppugnat ea, quæ aduersus proximè narratã hæresim diximus: quoniã si in hac vita nullus potest beatitudinẽ assequi, cõsequens est vt homo nõ sit naturaliter beatus. Valeant ergo Beguina, & colũ & fulũ m exerceant, & nullo modo scripturas diuinas pertractent.

S Extã hæresis docet, nullam animã ante diem iudicij esse beatam: quoniam (vt ait) nulla anima ante illum diem videt Deum. Huius hæresis autores sunt Armeni. Eandem etiam tuentur Græci. Verũ hi (teste Guidone) multò magis delirant, quoniam sicut negant beatitudinẽ dari iustis ante diem iudicij, ita etiam negant pœnam dari peccatoribus ante illum diem. Post istos surrexit Ioannes vigesimus secundus huius nominis Pontifex. Sed ne verbis meis aliquis in hac parte fidem derogat, verba Adriani papæ referam, qui in suo quarto Sententiarum in calce cuiusdam quæstionis de sacramento confirmationis ita ait: Nouissimè fertur de Ioanne vigesimosecundo, quod publicè docuit, declarauit, & ab omnibus teneri mandauit, quod animæ purgatæ ante finale iudicium non habent stolam, quæ est clara & facialis visio Dei: & vniuersitatem Paricensem ad hoc induxisse dicitur, quod nemo in eo poterat gradum in Theologia adipisci, nisi primitus hunc errorem iurasset se defensurum, & perpetuò ei adhasurum. Hæc Adrianus. Præter hos sunt adhuc alij huius erroris patroni, viri quidem illustres, sanctitate perinde ac scientia clari: Irenæus videlicet beatissimus pro Christo martyr, Theophylactus Bulgariae episcopus, beatus Bernardus. Nec mirari quisquam debet, si tanti viri in tam pestiferum errorem sunt lapsi: quoniam (vt beatus Iacobus Apostolus ait) qui non offendit in verbo, hinc perfectus est vir. Admonere tamen hic oportet lectorem, ne putet hunc errorem aliquod tantorum virorum sanctitati aut doctrinæ detrahere: nam cùm illo tempore nunquã ecclesia de hac re quidquam diffinisset, nec res

duo necesse f. h. om. s. dea h. in d. i. u. s.

Psal. 83.

de fin. h. o. dea h. in d. i. u. s.

Psal. 102.

1. Ioan. 4.

Exod. 33. 1. Cor. 13.

Iob. 7.

Iob. 13.

Begardis Beguinis

Rom. 6. Rom. 3. Rom. 9.

Mar. 19. Mar. 10.

Armenis Græcis

Luci

de hac

F. ALFONSI DE CASTRO MINORITAE

nec res illa fuisset vnquam in quaestionem vocata, nec tam expressa fuissent factae scripturae: pro illius diffinitione testimonia, vt non possent in alium sensum vtunque detorqueri: potuerunt eo tempore alterutram partem citra heresis notam docere: praesertim cum non deessent aliqua scripturae testimonia, quae illis quodammodo fauere viderentur. Vt autem fidem meam nulli suspectam in hac parte relinquam, volo illorum verba in praesentiarum adferre, vt candidus lector agnoscat ita illos docuisse, quemadmodum nos de illis testati sumus. Irenaeus in calce libri quinti aduersus haereses haec scribit verba: Cum enim Dominus in medio umbræ mortis abierit, vbi animæ mortuorum erant, post deinde corporaliter resurrexit, & post resurrectionem assumptus est, manifestum est quia & discipulorum eius (propter quos & haec operatus est Dominus) animæ abibunt in inuisibilem locum, diffinitum eis à Deo, & ibi vsque ad resurrectionem commorabuntur, sustinentes resurrectionem: post recipientes corpora, & perfecte resurgentes: hoc est, corporaliter, quemadmodum & Dominus resurrexit, sic venient ad conspectum Dei. Haec Irenaeus. In quibus verbis quomodo dixit: Sic venient ante conspectum Dei, indicauit aperte, animas ante corporum resurrectionem non recipi in gloriam caelestem. Theophylactus autem, exponens illud Apostoli ex vndecimo capite epistolae ad Hebraeos: Et hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt reprobationem, sic ait: Cur, inquit, pusillo animo estis, si certo exagitati nondum sitis pro susceptis laboribus mercedem adepti: quandoquidem quos diximus sancti, et si testimonium per fidem sunt nati Deo perplacuisse, nil tamen adhuc caelestium promissorum sint consecuti: tamen si fuisse constat nonnullos, vt Dauidem regem, his terrarum bonis affectos, haud tamen praesentia haec ipsi inquirimus, sed quae in caelo sunt, certiores & veras promissiones. Haec Theophylactus. Et post haec paucis interiectis subdit: Nonne erga hos nil æquum Deus se exhiberet, & his ipsis videretur inferre iniuriam, si quidem qui in tolerandis laboribus fuissent priores, in coronis tamen & praemij capiendis nos operiantur necesse sit. Atqui pergrata est illis huiusmodi expectatio, vt cum fratribus perfectionem & gloriam adipiscantur. Et quibusdam interpositis iterum ait: Obtulit pater his qui prius operi infudissent aliquid degustandum, operiri hos interea iubens & fratres alios, vt vnà cum his opipare & vberiter vescantur. At hi, vt fraterna charitate tenentur, lati expectant, vt inter epulas illas instructiores, gaudio inter se ineffabili expleantur. Haec tamen Theophylactus. Et idem dicit super. 23. caput Lucae, pertrahens illud, quod Saluator noster dixit latroni: Hodie mecum eris in paradiso. Et miror, quod cum de quibusdam alijs illius sententij calchographus in calce expositionis Euangeliorum lectorem admonuerit, istam tamen intactam reliquerit: forte nõ aduertit: Beatus Bernardus sermone tertio in festo omniũ Sanctorum, haec verba scribit: In illa enim beatissimam domum nec sine nobis intrabunt, nec sine corporibus suis: id est, nec sancti sine plebe, nec spiritus sine carne. Haec ibi. Et sermone proximè sequenti, qui quartus est de eadè festiuitate, de sinu Abrahae loquens, sic ait: In hunc ergo locũ Saluator descendens contriuit portas aëreas, & vectes ferreos confregit, eductosq; victos de domo carceris, sedentes quidem, hoc est, quiescentes, sed in tenebris & umbra mortis, iam tunc quidem sub altari Dei collocauit, abscondens eos in tabernaculo suo in die malorum, & protegens eos in abscondito tabernaculi sui, donec veniat tempus in quo procedant, completo iam numero fratrum, & percipiant regnum quod eis paratum est ab origine mundi. Haec Bernardus. In quibus verbis id aduertendum est, quod ait sanctos non percipere regnum quod eis paratum est, donec compleatur numerus fratrum. Sed manifestiora multo sunt quae subiunguntur, nam paucis interiectis, exponens illud Apocalyp. Vidi sub altare Dei, &c. sic ait:

ADVERSUS HAERESSES, LIB. III. Fol. 95

A sic ait: Porro altare ipsum, de quo nobis habendus est sermo, ego pro meo sapere nil aliud arbitror esse, quam corpus ipsum domini Saluatoris. Credo autem quod & ego super hoc sensum eius habeam, praesertim cum audiam eum in Euangelio promittentem: Vbiunque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ. Interim ergo sub Christi humanitate feliciter sancti quiescunt, in quam nimirum desiderant etiam angeli ipsi prospicere, donec veniat tempus quando iam non sub altare collocentur, sed exaltentur super altare. Sed quid dixit: Nunquid humanitatis Christi gloriam, non dicam hominum, sed vel angelorum assequi poterit quis, nedum superare? Quoniam igitur modo super altare dixerim eos exaltandos, qui nunc sub altari quiescunt: visione utiq; & contemplatione, non praelatione. Ostendet enim nobis filius (vt pollicitus est) semetipsum non in forma serui, sed in forma Dei: ostendet etiam nobis patrem & spiritum sanctum, sine qua nimirum visione nihil sufficeret nobis: quoniam haec est vita aeterna, vt cognoscamus patrem verum Deum, & quem misit Iesum Christum: & in eis (quod non est dubium) etiam spiritum vtriusque. Hucusque Bernardus. Ex cuius verbis luce clarius constat, illum sensisse sanctorum animas ante diem iudicij in sola visione humanitatis Christi quiescere, & post illum diem fore exaltandas vsque ad visionem diuinitatis. Praeter hic lectorem, ne existimet horum sanctorum dicta me ideo in loco citasse, vt illorum gloriam & honorem hac occasione vel tantillum minuerem: absit enim à me tam maleuolus animus: nam etiam si id optassem, tantus ego non sum, vt id assequi potuissem, praesertim quod (vt proximè supra admonui) ecclesia illo tempore nil vnquam diffinierat: quapropter liberum tunc illis fuit citra haeresis labem sentire. Sed ideo istorum sanctorum dicta hoc loco apposui, vt lector admoneretur, ne si illa in illorum operibus legeret, illorum sententiam incautus sequeretur. Si autem aliter illos quam ego existimo sensisse aliud constiterit, precor lectorem, vt me magis inscium & ignorantem, qui illorum dicta non intellexerim, quam maleuolum censeat. Sed iam opus est vt ostendam animas sanctorum, quae ex corporibus purgatae discedunt, aut post corporis dissolutionem alibi purgatae sunt, esse iam beatas, & clarè Deum videntes. Primum omnium illud profero ex psalmis testimonium, vbi propheta ad Christum loquens ait: Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Quae verba beatus Paulus in epistola ad Ephesios repetens, ait: Ascendes in altum, captiuam duxit captiuitatem. Quid aliud erant iusti in sinu Abrahae detenti, quam captiuitas quaedam? Hos enim hic Paulus Propheta imitatus, captiuitatè dixit, eo locutionis modo, quo militiam dicere solemus eos qui militant. Hos itaque iustos, qui à daemone propter primi parètis peccatum capti tenebantur, Deus sua morte liberauit, & in aliam dulcem & optabilem captiuitatem transtulit, vt sicut antea à diabolo captiui tenebantur, cui aliquando serui erant, sic postea à Deo capti sint, vt illius seruiant iustitiae. Nam propter hoc ipsum (vt arbitror) captiuitatem ipsam dixit captiuam, quia felici & desiderabili captiuitate sic detinentur in gloria, vt sicut antea non licebat illis ab inferis repedare: sic etiam modò non sit illis liberum ab illa beata vita vel ad modicum diuertere. De hac igitur captiua captiuitate Propheta loquens, ait: Captiuam duxit captiuitatè. Sed quò duxit? Profectò in nullum aliud locum duxit, quam in illum, in quem ipse ascendit: quoniam ipso ascendente secum duxit. Ascendit autem in caelum: ergo in caelum duxit captiuam illam captiuitatem. Ascendens (inquit) in caelum, captiuam duxit captiuitatem. Nec in caelum ducuntur, vt ibi sine Dei visione mancant, pro qua tot secula ingemuerant. Nam alioquin quod esset illis solatium, aut quam meliorem haberet conditionem per Christi mortem iam redempti, si solam locorum transmutationem haberent? Cum ergo in caelum, quò ipse ascendit, illos duxerit, in beatam

tam utiq; vitam, quandiu desiderauerant, transtulit. Sic enim beatus Hieronymus in Commentarijs super Psalmos exponens illum versum, ait: Cœlorum excelsa cōscendens, eos qui in captiuitate diaboli tenebantur absoluit: ac post se tanquā captiuos deductos æternæ vitæ restituit. Hæc Hieronymus. Præterea illud est manifestissimum, quod Saluator noster in cruce pendens, latroni se illi commendanti, dixit: Hodie mecum eris in paradiso. Si animæ purgatæ non vident Deum ante diem iudicij, quis est ille paradisos, in quo simul cū Christo illo die latro futurus esse promittebatur? An fortè in campis Elysijs, aut in insulis fortunatis illum detineri dicemus? Absit hoc à fidelium cordibus. Nō est enim vero simile, vt Saluator noster, qui legem spiritualem iam dederat, & suo ore prædicauerat, & illam tunc sua morte confirmabat, ad terrenas veteris legis promissiones nos reuocaret. Spiritualia nobis promisit, regnū quippè cœlorum: & hoc ipsum est quod nunc appellat paradisos, cū latroni ait: Hodie mecum eris in paradiso. Deinde in posteriori epistola ad Corinth. Paulus adhortans illos ad labores omnes pro Christo tolerandos, etiam vsq; ad mortē, sic ait: Scimus enim quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, ædificationem ex Deo habemus domum non manufactam, sed æternam in cœlis. Quæ verba interpretans Anselmus in Commentarijs super epistolam Pauli, sic ait: Prædicatores Ecclesiæ postquam de corporibus transeunt, nequāquam per morarum spatia (sicut antiqui patres) cœlestis patriæ perceptione differuntur: sed mox vt à carnis colligatione exeunt, in cœlesti sede requiescunt, sicut in hac sententia demonstratur. Non enim dicitur: habebimus domum æternā in cœlis, sed habemus: quia videlicet protinus habetur illa domus, ex quo ista dissoluitur. Prius autem quā redemptor noster morte sua humani generis poenā solueret, eos etiā, qui cœlestis patriæ vias sectati sunt, post egressum carnis inferni claustra tenuerunt: nō vt poena quasi peccatores plederet, sed vt eos in locis remotioribus quiescentes, quia necdū intercessio mediatoris aduenerat, ab ingressu regni reatus primæ culpæ prohiberet. Nunc autem perfecti quiq; mox in regnum suscipiuntur. Hactenus Anselmus. Rursum beatus Paulus Philippensibus scribēs, ait: Cupio dissolui, & esse cum Christo. At inane esset & inutile hoc desiderium, si ipso mortuo anima nondum posset ad cœlum peruenire, in quo constat Christum esse. Cupit ergo dissolui, quia sine vlla hēsitatione credit statim post suam dissolutionem ad Dei visionē peruenire. Vnde beatus Ambrosius in Commentarijs hæc Pauli verba pertractās, ait: Habet enim desiderium excedere, & cum Christo esse, multò melius æstimans, vt iam præsens sit apud Deū, vt exoptatis & promissis fruatur. Hæc Ambrosius. Ex cuius verbis constat sanctos, statim post mortē frui optatis & promissis. At visio Dei, & optata & promissa est, imò maxima omnium quæ nobis promissa sunt. Et illud est expressius quod in Apocalypsi dicitur (si tamen iuxta veram sanctorum intelligentiam sumatur) vbi de animabus eorum, qui propter verbum Dei interfecti sunt, & sub altari Dei clamant, beatus Ioannes loquens ait: Et data sunt illis singulæ stolæ albæ, & dictum est illis, vt requiescerent adhuc tempus modicum, donec complerentur conserui eorum & fratres eorum, qui interficiendi sunt sicut & illi: Quæ verba pertractans beatus Augustinus Homilia super Apocalypsim ait: Aram Dei Ecclesiam dicit, sub cuius oculis martyres effecti sunt: & licet animæ sanctorum in paradiso sint, tamen quia sanguis sanctorum super terram funditur, sub Ara clamare dicuntur. Hæc Augustinus. Et Ambrosius Ansbertus libro quarto super Apocalypsim hæc eadem verba pertractans, ait: Quid itaq; hoc loco per albas stolas, nisi merces baptismi, nisi præmium martyrij, nisi retributio malorum, nisi gaudia cœlestis patriæ designatur? Vbi etiam intelligimus, quia sanctorum animæ, quæ nunc singulas stolas acceperūt, binas quandoq; accipiet, id est, dupla gaudia. An-

A dia. Ante resurrectionem quippè stolas singulas accepisse perhibentur electi: quia in sola adhuc anima æternis beatitudinibus perfruuntur. Binas autē in resurrectione accepturi sunt, quando cum animarum perfectō gaudio etiam corporis incorruptione vestientur. Hæc Ambrosius Ansbertus. Eodē modo hūc Apocalypseos locū interpretatur beatus Gregorius, qui in expositione septē Psalmorum penitentialium, exponens illud ex quarto Psalmo penitentiali, Auditui meo dabis gaudium & lætitiā, hæc quæ sequitur scribit: Sancti enim viri mundi gloriam mentis despectu calcantes, omnes in se mortales voluptates mortificant, vt in Deo postmodum perenniter viuant: qui quōniam mundi miserias pro Deo pati minimè refugiant, beatitudinis æternæ retributionē acquirunt: quæ nimirum beatitudo & animabus eorum ante resurrectionē tribuitur, & corporibus nihilominus post iudiciū conferetur: sicut in Apocalyp. Ioannes apost. scribit dicens: Vidi sub altari Dei animas intersectorum propter verbum Dei, & testimonium quod habebant, & clamabant voce magna, dicentes: Vsq; quo domine sanctus & verax non vindicas sanguinem nostrū de his qui sunt in terra? Et data sunt eis singulæ stolæ albæ, & dictum est illis vt requiescerent adhuc tempus modicum, donec compleatur numerus conseruorum & fratrum ipsorum, qui interficiendi sunt sicut & illi. Quid nanque est, singulas illas stolas albas tribuere, nisi animabus eorū beatitudinis æternæ immortalitatem conferre? Quid verò est, donec electorū numerus impleatur requiescere, nisi futuræ resurrectionis gloriam expectare? In qua nimirum iterū singulas stolas albas accipient, quia immortalia & incorruptibilia corporum suorum vestimenta resument. Hactenus Gregorius. Cuius verba tam apertè catholicam fidem exprimunt, vt nihil amplius possit desiderari. Eandem sententiam refert Beda, qui in Commentarijs super Apocalypsim præfata verba interpretans, sic ait: Singulas modò stolas habet animæ sanctorum de sua beata immortalitate gaudentes: resurgentibus autem corporibus (iuxta Esaiam) in terra sua duplicia possidebunt. Hæc Beda. Ad eundem modum interpretantur Haymo & Ricardus de sancto Victore in Commentarijs, quæ ediderunt super Apocalypsim. Horum verba prudens omisi, ne prolixitate nimia grauare lectorem. Præter hæc tam clara testimonia, hanc nostrā & totius Ecclesiæ sententiam confirmat, quod contra iustitiā videtur esse differre per tot secula mercedem mercenario: propter quod in lege olim præceptum erat: Non morabitur apud te opus mercenarij: Omnes autē iusti quasi mercenarij sunt, in vinea domini laborantes. Mercenarij, inquam, qui cum domino vineæ, hoc est, cum Deo patre, ex denario diurno, clara scilicet Dei visione, conuenerunt: & ex huius mercede expectatione omnes suos labores, quamlibet duos, libenter tolerant. Cū ergo in morte omnes labores sic finiatur, vt iam non sit amplius ad meritōrū cumulum laborandū, oportet vt illis animabus quæ iā purgatæ sunt, statim merces suorum laborū, æterna scilicet beatitudo, tribuatur: alioqui iniustitia illis fieret, si illis fideliter laborantibus merces non statim daretur, nulla in illis existente causa, quæ obsteret quod minus statim reddatur. Deinde peccatori agenti quod potest, Deus statim dat gratiā: ergo iusto vsq; ad mortē agēti quod potuit, Deus statim donabit gloriam. Accedit ad hæc, quod (iuxta Sapientis dictum) spes quæ differtur, affligit animū: quo fiet, vt animæ quantumlibet sanctæ in expectatione futuræ beatitudinis suspensæ sint in continua afflictione. At non est æquum, vt poenam toleret, qui peccatum si quod commisit, iam dignè purgauit. Præterea peccatoris anima statim post mortem tolerat supplicium: ergo anima iusti statim etiā post mortem habebit præmium: præsertim cū Deus citius ad misericordiam flectatur, quā ad vindictam, & propensius & libentiùs iustos afficiat præmio, quā peccatores poena. De poena peccatorū statim post illorum mortē semper inflicta, testatur Iob sic inquiring:

Iub. 31. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. In puncto dixit, quia continuo post mortē sine vlla quiete descendunt ad inferos, vt ibi dignas pro peccatis suis luan pœnas. Et illud est apertissimū, quod de diuite illo epulone apud Lucā dicitur: Mortuus est diues, & sepultus est in inferno. Si peccatoribus dignam statim infligit Deus pœnam, non est vero simile, vt iustis non statim debitum reddat prœmium. Demum inter Ecclesiastica dogmata, quæ in libro de Ecclesiasticis dogmatibus numerantur, septuagesimum octauum ad hanc rem pertinens, sic ait: Post ascensionem domini ad cœlos, omnium Sanctorum animæ cum Christo sunt, & exeuntes de corpore ad Christum vadunt, expectantes resurrectionem corporis sui, vt ad integrant & perpetuā beatitudinem cum ipso pariter immutentur: sicut & peccatorum animæ in inferno sub timore positæ expectant resurrectionem sui corporis, vt cum ipso ad pœnam detrudantur æternam. Hæc ibi. Super est autem, vt aduersariorum obiectionibus respondeamus. Primò enim nobis obijciunt Paulum, qui in epistola ad Hebræos, enumeratis pluribus sanctis, qui per fidem vicerunt regna, post hæc subdit: Et hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem, Deo pro nobis melius aliquid providente, vt non sine nobis consummarentur. Ex quibus verbis colligitur, nullam animam ante diem iudicij esse beatam, quousq; omnes iusti simul beatificetur: quia dixit, quod non acceperunt repromissionem. Fatemur enim illos non accepisse repromissionem: quoniam resurrectio corporum, quam Deus sanctis suis repromisit, adhuc differtur, vt simul omnes resurgamus, quatenus in communi gaudio omnium, maius fiat singulare. Et ita expectent donec omnes resurgamus, Deo ita sapienter ordinante, vt non sine nobis cōsummarentur, hoc est, vt non sine nobis perciperent consummatam beatitudinem animæ & corporis. Et propter hoc non dixit, vt non sine nobis bearentur: sed dixit, vt non sine nobis consummarentur: quia licet sine nobis beatitudinem animæ sint consecuti, tamen perfectam & consummatam animæ & corporis beatitudinem non sine nobis assequuntur. Cùm ergo sancti iam in anima beati, nos ad suam consummationem expectent, ardentius nostram cupiunt liberationem, & propter se, & propter nos: atq; pro nobis interpellant, vt citius omnes à præsentis seculi miseria liberemur. Ipsi enim planè norunt se non sine nobis consummandos, quoniam cū ipsi pro suorum corporum resurrectione, quam summè optant, preces supplicationesq; ad Deū funderent, acceperunt diuinum responsum, vt requiescerent tempus adhuc modicum, donec compleatur numerus conseruorum & fratrum eorum, qui interficiendi sunt sicut & illi. Hanc igitur repromissionem, quæ de corporis immortalitate data est, sancti nondum acceperunt, vt integram & perfectam beatitudinem sine nobis non haberent: alias tamè promissiones, quæ videlicet de animarum gloria datæ erant, iam acceperunt, quoniam iam Deum vidēt, iam adimpletæ sunt læticia cum vultu Dei: in illo exultant, illo fruuntur. Alioqui sibi non constaret Paulus, quoniam paulò superius de eisdem sanctis loquens, dixerat: Per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones. Plures & variæ sunt dignitates, quas animæ iuxta suorum meritòrum varietatē iam acceperunt: sed præter has omnes promissiones superest adhuc vna de suorum corporum incorruptione: & de hac dicit, quod non acceperunt repromissionem: & ob hanc causam donec hanc etiam repromissionem accipiāt, perfectam & consummatam non habent læticiam. Sanctis ergo suorum corporum resurrectionem desiderantibus, & à Deo petentibus tali modo respondet Deus, quo aliquis paterfamilias habens plures filios, singulosq; de agro reuerentibus, & rogantibus vt cibum sibi tribuat, respondet: Cibus vobis omnibus iam paratus est, sed præstolamini fratres vestros, vt cùm in vnum positi fueritis omnes in commune comedatis, & epulemini gaudentes. Secūdo nobis obijciunt

A ijciunt illud ex prima Ioannis epistola: Nunc filij Dei sumus, sed nondum apparuit quid erimus: scimus autem quoniam cùm apparuerit, similes ei erimus: quia videbimus eum sicuti est. At ante iudicij diē non apparebit quid erimus: ergo ante illum diem nō videbimus Deū sicuti est. Huic autem obiectioni nos respondemus, quod licet Ioannes dicat nos futuros esse similes Deo, & visuros illum cùm apparuerit quid erimus, non tamen dicit nos non visuros illum antea quàm appareat quid erimus: hoc tamen oportebat esse dictum, vt collectio argumēti esset bona: quod cùm dictum non sit, dicimus malam esse illius syllogismi collectionem. Potest etiam aliter respondere, vt dicamus iā in animabus sanctorum apparuisse quid in illis futurum erat: quoniam iam habent hereditatem ad quam adoptatæ erant: iam vident Deum, iam fruuntur illo. Nūc, inquit Ioannes, filij Dei sumus. Filij inquam adoptiui, ad cœlestem gloriā adoptati: sed nondum apparuit quid erimus, quia nondum manifestum est nobis quod adoptati sumus: nescimus quanta sit hæreditas nobis seruata: scimus autem, quoniam cùm apparuerit hæc adoptio, cùm reuelata nobis fuerit hæreditas, ad quam fueramus destinati, tunc videbimus Deum sicuti est. Nam ipsamet visio hereditas est, ad quam adoptati sumus. Quapropter fieri nequit, vt appareat id, quod nobis destinatum erat, quin Deum videamus. Sicut ergo dicimus, sanctorum animas ante diem iudicij Deum videre: ita dicimus iam in illis apparuisse quid futuræ erant. Hæc sunt testimonia scripturæ, quæ aduersarijs in faciem fauere videntur. Quum ergo tam parum moueant hæc scripturæ testimonia, & tam aperta sint quæ nos supra citauimus, & tantorum patrum autoritate confirmata, oportet vt firmissimè credamus, & nullatenus dubitemus, sanctorum animas, quæ ex hoc mundo purgatæ discedunt, aut post earum à suis corporibus separationem alibi purgatæ sunt, iam vsq; ad faciem Dei visionem peruenisse & æternam beatitudinem iam esse assecutas. Sed vt huic negocio finem imponamus, opus est vt Ecclesiæ definitionem proferamus. Innocentius Papa huius nominis tertius, vir præter pontificaliē dignitatē omniveneratione dignus, respondens episcopo Cremonensi, quærenti de quodam presbytero non baptizato & iam defuncto, an potuit sine baptismo saluari, ita ait: Inquisitioni tuæ respondemus, presbyterum, quem sine vnda baptismatis extremum diē clausisse significasti, quia in sanctæ matris Ecclesiæ fide, & Christi nominis cōfessione perseverauit, ab originali peccato solutū, & cœlestis patriæ gaudium esse adeptum asserimus incunctanter. Hæc Innocentius papa: & ponuntur hæc verba in volumine epistolarum Decretalium, titulo de presbytero non baptizato, in capitulo, quod incipit, Apostolicam. Post hanc Innocentij definitionem, Benedictus vndecimus huius nominis Pontifex, aliā multò vberiore & expressiore de hac re dedit definitionem: cuius verba, quia raro illa Decretalis inuenitur, ad vltimum vsq; verbum hic insera, & sunt quæ sequuntur: Benedictus seruus seruorum Dei, ad perpetuā rei memoriam: Benedictus Deus in donis suis, & sanctus in omnibus operibus suis, qui sacrosanctam Romanam catholicam & apostolicam Ecclesiam, quā vt vineam plantauit dextera sua, quamq; vt præcipuam in Ecclesiarum omnium caput erexit vt victricem, dicente domino ad Petrum: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meā: sua miseratione non deserit, sed per beatos apostolos suos, præcipuè Petrum & Paulum singulares eiusdem Ecclesiæ defensores, pia benignitate & cōtinua pietate custodit, quatenus eisdem rectoribus gubernata, in se stabilis maneat fundata supra firmam petram, omnesq; Christianæ fidei cultores illis obediant, illi pareant, illi intendant, sub illius magisterio degant, sub eius disciplina & correctione consistant: non illis dogmatizetur improuidum, inseratur incautum, in fide temerarium ingeratur: sicque declinent homines à malo, & faciant bonum, ambulent per vias rectas, & ad meliora per sancta desideria

deria proficiantur, sperent iustorum propinquas aeternae vitae retributiones, timeant malorum inferni calamitates non remotas. nam scriptum est: **Ecce venio cito, & merces mea mecum est reddere vnicuique iuxta opera sua.** Quod si secus a quoquam fuerit attentatum, id protinus sua autoritate, poenis etiam adiectis, prout expedire viderit, prorsus euellat. Pro qua ut in seipsa subsistens alios informaret, passionis suae tempore saluator noster Iesus Christus patrem exorasse perhibetur, dicens: **Simon, ecce Satanas expetiuit vos ut cribraret sicut triticum: ego autem pro te rogavi, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.** Sanè dudum tempore felicitis recordationis Ioannis vigesimisecondi praedecessoris nostri, inter nonnullos etiam Theologicè facultatis magistros, super visione animarum iustorum hominum post mortem suam, in quibus nihil erat purgabile cum de hoc seculo decesserunt, vel si fuerat, iam purgatum fuerat ex toto, an diuinam essentiam videant ante corporum suorum resumptionem & iudicium generale, & super nonnullis alijs **omni materia quaestionis**, ipsorum aliqui negatiuam, aliqui affirmatiuam, alij verò secundum suas imaginationes, de visione diuinæ essentiae ab animabus huiusmodi, diuersa & diuersimodè ostendere nitentur: prout ex dictis & scriptis ipsorum noscitur apparere: super reiectis suis verò concertationibus, quas hic causa breuitatis omittimus, quia ita ex nostris determinationibus inter se etià decidebāt. Cumq; idem praecessor noster, ad quem praedictorum determinationum pertinebat, ad decisionem concertationum huiusmodi se pararet, in suo consistorio publico tã fratribus suis sancte Romanæ Ecclesiae Cardinalibus, de quorum numero tunc eramus, quàm praelatis & magistris in Theologia, qui multi aderant praesentes, iniungendo districtius, & mandando, ut super materia de visione praedicta, quando requirentur ab eo, deliberatè vnusquisque diceret quod sentiret. Tamen morte praeventus, sicut domino placuit, perficere illud nequiuir. Defuncto itaque praedecessore praefato, nos diuina dignatione ad apicem summi Apostolatus assumpti, diligentius attendentes quanta ex premissis eorum concertationibus non solutis, animarum imminent pericula, quanta exinde possunt scandala suboriri: ut ipsorum varietas pereat, & veritatis soliditas innotescat, habita prius super praedictis sollicita examinatione, & diligenti deliberatione cum fratribus nostris dictae Romanæ Ecclesiae Cardinalibus, de ipsorum fratrum Consilio, hac in perpetuum valitura constitutione, auctoritate apostolica diffinimus, quod secundum communem Dei ordinationem, animarum sanctorum omnium, qui de hoc mundo ante domini nostri Iesu Christi passionem decesserunt, necnon sanctorum apostolorum, martyrum, confessorum, virginum, & aliorum fidelium defunctorum, post sacramentum baptismi ab eis susceptum, in quibus nihil purgabile fuit quando decesserunt, nec erit quando decedent etiam in futurum: vel si tunc erit aliquid purgabile in eisdem, tamen post mortem suam purgabunt, atque animarum puerorum eodem Christi baptismate renatorum, & baptizandorum, cum fuerint baptizati, ante usum liberi arbitrij decedentium, mox post mortem suam, & purgationem praefatam in illis, qui purgatione huiusmodi indigebant, etiam ante resumptionem suorum corporum, & iudicium generale, post ascensionem domini nostri Iesu Christi in caelum, fuerunt, sunt, & erunt in caelo, caelorum regno, & paradiso caelesti, cum Christo sanctorum angelorum consortio aggregatae, ac post Christi Iesu passionem & mortem viderunt, & vident, & videbunt diuinam essentiam immediatè se bene, & clarè, & apertè illis ostendètem: quodque sic videntes eadem diuina essentia perfruuntur: necnon quod tali visione & fruitione eorum animarum, qui iam decesserunt, sunt verè beatae, & habent vitam aeternam & requiem, & omnium illorum, qui postea decedent, cum eandem diuinam videbunt essentiam, ipsaq; perfruuntur ante iudicium generale, ac

Arale, ac quod visio huiusmodi eiusq; fructus actum fidei & spei in eis euacuatur, prout fides & spes propriè Theologicè sunt virtutes: quodq; postquam inchoata fuerit vel erit talis intuitiua & facialis visio, & fruitio in eisdem, eiusdem visio & fruitio sine aliqua intermissione seu euacuatione praedictae visionis & fruitionis continuata existet, & continuabitur vsque ad finale iudicium, ex tunc vsque in sempiternum. Diffinimus insuper, quod secundum Dei ordinationem communem animarum decedentium in actuali peccato mortali, mox post mortem suam ad inferna descendunt, vbi poenis infernalibus cruciantur: & quod nihilo minus in die iudicij omnes homines ante tribunal Christi cum suis corporibus comparebunt, redditori de factis proprijs rationem, & recipiat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum. Decernentes praedictas nostras diffinitiones seu determinationes, & ipsarum singularum ab omnibus fidelibus esse tenendas. Quicumque autem deinceps praedictarum nostrarum diffinitionum seu determinationum, ac singularum ipsarum contrarium scienter & pertinaciter tenere, conferre, praedicare, docere, aut defendere, verbo vel scripto praesumpserit, contra eum sicut contra hereticum modo debito procedatur. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrae constitutionis, &c. Datum Auinionae quarto Calend. Februarij, Pontificatus nostri anno secundo. Haecenus Benedictus Papa. Sed ad maiorem eiusdem rei confirmationem, proferam de eadem re vniuersalis Ecclesiae diffinitionem. Nam Concilium Florentinum sub Eugenio quarto celebratum, per haec verba diffinit. Concilium Florentinum: Diffinimus illorum animas, qui post baptismum susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam quae post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eisdem exuta corporibus, prout superius dictum est, sunt purgatae, in caelum mox recipi, & intueri **B**clare ipsum dominum trinum & vnum, sicuti est, pro meritorum tamen diuersitate alium alio perfectius: illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, poenis tamen disparibus puniendas. Haec Concilium Florentinum. Et quidem pro hac re factis me dixisse arbitror. Aduersus hanc haeresim scripsit satis diffuse Guillelmus Ocham parte secunda Dialogorum, tractatu primo: & beatus Thomas in quodam opusculo quod inscribitur, Contra Graecos & Armenos, Capite nono, aduersus hanc haeresim pauca quaedam adfert.

Septima haeresis asserit omnes beatos esse pares in gloria, neque vllam esse in caelis praeiorum differentiam: quoniam nullam esse ait meritorum in hac vita disparitatè: sed omnes iustos pares esse asserit in meritis & in premijs: & omnes peccatores pares etiam esse dicit in peccatis, & in poenis. Huius erroris dux & magister fuit Iouinianus quidam Romanus prius monachus, postea monachatu reiecto ad mundum, què olim deseruerat, reuersus. Finit temporibus Damasci, & Siricij papae: sub Damasco monachus, sub Siricio monachatum reijciens, hanc inter alias haereses docuit. Nunc de diuersitate meritorum & varia illorum retributione dicemus: quoniam de peccatorum differentia, infra in titulo de peccato, habendus est sermo. Meritorum & praemiorum varietatem aptissimè conuincit id quod dominus apud Ioannem ait: In domo patris mei mansiones multae sunt. Domum patris dixit regnum caeleste, cuius domus magnitudinem Propheta quidam admiratus dixit: O Israèl quam magna est domus tua, & ingens locus possessionis tuae. Haec est illa domus Iacob, de qua angelus ad virginem loquens ait: Et regnabit in domo Iacob in aeternum. Nisi enim de domo illa caelesti in aeternum duratura loqueretur, verum esse non posset quod ait: & regnabit in domo Iacob in aeternum. Nam in eo quod aeternum non est, ille in aeternum regnare non posset. Hanc ergo domum Iacob, in qua ipse in aeternum regnabit, nunc domum patris sui appellat.

pellat. Quod autem de hac domo in qua iam regnat, loquatur: & non de illa in qua per membra sua nunc militat, hoc est, Ecclesia ista inferiore, verba ^C quae sequuntur aperte declarant. Si quod minus, inquit, dixissem vobis, quia vado parare vobis locum: & si abiero, & parauero vobis locum, iterum, venio & accipiam vos ad me ipsum, ut vbi sum ego, & vos sitis. Nullus dubitat locum quem praeparare se dicit **CHRISTVS** apostolis, in caelo esse, in regno caelorum: non in terra in qua praesens apostolos relinquebat. Locus ergo ille quem se apostolis paraturum dicit, ille idem domus est patris, de quo ait: In domo patris mei mansiones multae sunt. Si ergo domus est regnum caelorum, quid erit varietas mansionum, nisi varietas praemiorum quae in illo regno habetur iuxta varietatem meritorum? Praeterea in priore epistola ad Corinthios Paulus ait: Sicut in Adam omnes moriuntur, ita in **Christo** omnes viuificantur: vnusquisque autem in suo ordine. Si vnusquisque in suo ordine resurget, diuersa ergo erunt merita resurgentium: alioqui si vnum est omnium resurgentium meritum, omnes in eodem ordine resurgerent, & non vnusquisque in suo. Et in eodem loco iterum Paulus ait: Alia claritas solis, alia claritas lunae, & alia claritas stellarum. Stella enim a stella differt in claritate: sic & resurrectio mortuorum. Sed hunc locum Iouinianus, teste Hieronymo, ita interpretatus est, ut diceret stellam differre a stella, quia spirituales differunt a carnalibus. Carnales ergo iuxta Iouiniani interpretationem stellae erunt, & in caelestibus simul cum spiritualibus erunt: Absit tamen a fidelium cordibus haec sententia. Non enim stellarum nomine Paulus totum genus humanum comprehendit, sed solos iustos: quonia peccatores ipsi tenebrae sunt: tantum abest ut alijs lucere possint. De solis ergo iustis eum locutum fuisse constat cum dixit: Alia claritas solis, alia claritas lunae: ut maiores in claritate solis sint, & qui in sequenti gradu sunt, lunae splendore rutilent. Ac rursus in alio loco: Qui parce seminat, parce & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Vides hic varietatem metentium iuxta varietatem seminantium. Seminantes autem hic dicitur omnes bene operantes, iuxta illud Prophetae: Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent. Euntes ibant & flebant mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos. Et illud est manifestum quod apostoli orantes dicunt: Domine adauge nobis fidem. Si vna est omnium fidei mensura, quomodo orant apostoli augeri suam fidem? Et Christus saluator noster de Ioanne Baptista testimonium ferens ait: Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista, sed qui minor est in caelo, maior est illo. Audis in caelo minorem, sed vbi minor est, necesse est esse maiorem. Similiter de praceptorum suorum adimplerione & transgressione Christus loquens ait: Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno caelorum. Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno caelorum. Vbi autem magnus & minimus, oportet ut non omnes eadem mensura metiantur. Eandem etiam differentiam maximi & minimi per Hieremiam prophetam explicat, dicens: Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & feriam domui Israel & domui Iacob foedus nouum, non secundum pactum quod pepigi cum fratribus vestris. Et paucis interiectis subdit: Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde scribam illam: & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum, & non docebit vir ultra proximum suum, & vir fratrem suum, dicens: cognosce dominum. Omnes enim cognoscent me a minimo usque ad maximum. Ex quorum verborum contextu apertissime cognoscitur. Prophetam de futuro Christi in caelis regno fuisse locutum: cum tamen de illo loquatur, ait: Omnes cognoscent me a minimo usque ad maximum. Si omnes sunt futuri aequales, quomodo ibi erunt maximus & minimus? Rursus, in posteriore ad Corinthios epistola Paulus ait: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut recipiat vnus-

^A vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum. Deinde per **Esaiam** prophetam de eunuchis dominus loquens ait: Dabo eis in domo mea & in muris meis locum, & nomen melius a filiis & filiabus, nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit. In quibus verbis apertissime virginem praeposuit coniugatis. Nam de illis solis eunuchis loquitur, qui se castrauerunt propter regnum caelorum: quos illis qui in filiis generandis coniugalis vitae meritum seruant, hic praetulit, dicens: Dabo eis nomen melius a filiis & filiabus. Cum ergo ait, dabo eis nomen melius, ostendit & coniugatis dari in domo sua locum bonum, sed multo inferiorem: & nomen bonum, sed minus quam virginibus. Sed ne quis forte carnalis existimaret ex hac promissione aliquid temporale sperandum, continuo subiicit, nomen sempiternum dabo eis. Verum quia haereticus adhuc elabi poterat, dicens sempiternum hoc loco pro diuturno accipi, sicut ea quae largissima sunt durationis, sempiterna aut aeterna dicere solemus: ideo ut omnem riuulam haeretico obstrueret, addidit, quod non peribit. Quid ergo amplius Iouinianus quaerit? Quid serenitati veritatis nebulas suae peruerstatis offundit? Quid in tanta scripturarum luce nebulas, unde insidietur, inquit? Sempiternum hoc nomen quod non peribit, quidquid illud est, gloriam certe quandam excellentem significat, quae propria spadonibus Dei fore promittitur, nec cum alijs qui filios procreauerunt, erit communis. Non ergo omnes in illo regno paria sunt meriti. Accedit ad haec, quod spiritus illi angelici non omnes eiusdem sunt conditionis, neque omnes eiusdem sunt meriti. Nam ex eis quidam dicuntur angeli, alij archangeli, alij throni, dominationes, potestates, cherubim, & seraphim. At frustra esset tanta diuersitas nominum, si nulla esset diuersitas meritorum. Si haec meritorum diuersitas est in angelis, cur non eadem reperietur in hominibus: praesertim cum iustis hominibus Saluator promittat quod erunt sicut angeli Dei? Praeterea diuersitatem poenarum iuxta peccatorum diuersitatem apertissime ostendit Saluator, dicens: Filius, qui nouit voluntatem patris, & non fecit secundum illius voluntatem, vapulabit multis. Filius autem qui non nouit voluntatem patris, nec fecit secundum eius voluntatem, vapulabit paucis. Vides hic apertum discrimen non quidem iusti & peccatoris, sed peccatoris & peccatoris. Vterque enim peccator: quapropter uterque vapulat, alter tamen altero durius: nam vnus vapulat paucis, quia leuius peccauit: alter autem multis, eo quod grauius deliquit. Cum ergo alius alio grauius puniatur iuxta peccatorum suorum varietatem, oportet ut alius etiam alio iuxta meritorum suorum diuersitatem maiori praemio donetur. Sed iam superest ut videamus quid sit illud quo Iouinianus suam tuetur haesim. Omnibus, inquit, in vinea domini laborantibus aqua merces fuit data a iusto patre familiaris: vnus quippe denarius. Quidam enim ex illis ab hora diei prima usque ad vltimam laborauerunt, alij autem sola vna hora fecerunt: in mercedis autem receptione omnes pares sunt facti: quoniam omnes vnum duntaxat denarium receperunt. Huic obiectioni respondet beatus Augustinus in libro de sancta virginitate, capite vicefimo sexto, per haec verba: Quid utique denarius ille aliud significat, nisi quod omnes communiter habebunt? sicuti est ipsa vita aeterna, ipsum regnum caelorum, vbi erunt omnes quos Deus praedestinavit, vocauit, iustificauit, glorificauit? Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Hic est ille denarius merces omnium. Stella tamen a stella differt in gloria. Sic & resurrectio mortuorum. Haec sunt merita diuersa sanctorum. Si enim caelum significaretur illo denario, nonne in caelo esse, omnibus est commune syderibus? & tamen alia est gloria solis, alia lunae, alia stellarum. Si denarius ille pro sanitate corporum poneretur, nonne cum recte valeremus, omnibus membris communis est sanitas: & ipsa si usque in mortem permaneat, pariter & aequaliter omnibus inest? Et tamen po-

fuit Deus membra, singulum quodque eorum in corpore prout voluit, vt nec totum sit oculus, nec totum auditus, nec totum odoratus: & quicquid est aliud, habuit suam proprietatem, quamuis æqualiter habeat cum omnibus san- nitatem. Ita quia ipsa vita æterna pariter erit omnibus sanctis æqualis, denarius omnibus attributus est: quia verò in ipsa vita æterna distinctè fulgebunt lumina meritorum, multæ sunt mansiones apud patrem: ac per hoc in denario quidem non impari, non viuet alius prolixius: in multis autem mansionibus honoratur alius alio clariùs. Hactenus Augustinus. Alia adhuc multa nobis obijcit Iouinianus. Verum hæc tam friuola sunt, & tam parui momenti, vt illa recensere pigeat, & illis respondere dedignemur. Si quis tamen ea scire de- siderat, legat beati Hieronymi librum secundum aduersus Iouinianum, quo- niam eo loco ille omnes Iouiniani nenas irridet, & illis respondet. Sed iam opus est vt Ecclesiæ de hac re definitionem audiamus. Concilium Thelense auctoritate Syriaci papæ in Africa celebratum, sic ait: Agrestis enim vlulatus est, nullam virginittis gratiam, nullum castitatis ordinem reseruare, promif- cùe omnia velle confundere, diuersorum gradus abrogare meritorum, & pau- pertatem quandam caelestium remunerationum inducere: quasi Christo vna sit palma quam tribuit, ac non plurimi abundant tituli præmiorum. Hæc Con- cilium Thelense. Eandem sententiam docet Concilium Florentinum sub Eu- genio. 4. celebratum. Nam in illis verbis quæ ex Concilio Florentino ad con- futationem proximè præcedentis, hoc est, sextæ hæreseos supra citauimus, post- quam dixit sanctorum animas iam ante diem iudicij clarè Deum videre scuti est, statim subiungit, pro meritorum tamen diuersitate alium alio perfectiùs. Et illos qui ad infernum descendunt, dicit pœnis disparibus puniri. Aduersus Io- uinianum scripsit beatus Hieronymus duos libros: & in. 2. aduersus hanc hære- sim disputat. Beatus Augustinus in libro de sancta virginittate aduersus eundem errorem disputat. Alios non vidi.

Concilium Thelense.

Concilium Florentinum.

B E L L V M.

DE hac re fuit vnus error Manichæorum, dicentium nullo pacto licere ge- rere bellum: atque ob hanc causam (vt testatur Aug. lib. 22. contra Fau- stum cap. 74.) reprehendunt Moysen, quod bella gesserit. Hunc erro- rem velut iam sepultum, ab inferis suscitauit hoc nostro æuo Ioannes Oeco- lampadius, qui in hoc à Manichæis differt, quod Moysen belligerantem non reprehendit: quoniam eo tempore Dei aut iussu aut permissione licebat bel- lare. Nunc autem Christo (vt ait) bellum prohibente, iam non licet Christianis vlllo pacto bellare. Eandem sententiam docet Cornelius Agrippa in lib. de vanitate scientiarum. Nam de scientia artis militaris differens, postquam il- lam multis iniurijs lacerauit, & scommatis affecit, hæc ait: Atque nihilo minùs laudauit eam diuinus ille Plato, ipseq; August. & Bernardus catholici in Ecce- sia doctores, hanc alicubi probauerunt, & pontificia decreta illam non impro- bant, licet Christus & Apostoli longè aliter sentiant. Tandem vel repugnan- te Christo non infimum in Ecclesia gradum obtinuit. Hæc Agrippa. In quibus verbis apertè docet Christum prohibuisse bellum. Contra Manichæorum sen- tentiam qua reprehendunt Moysen bellantem, piget disputare: cù ex scripturæ testimonio pateat Moysen ex præcepto domini bellasse contra nationes barba- ras & infideles. Aut ergo Deum etiam reprehendant, aut Moyse bellanti calu- niari definant. Si longiorem de hac re disputationem optas, lege B. Aug. con- tra Faustum lib. 22. cap. 74. & per alia quatuor sequentia capita. De reliquo au- tem in

Manichæi.

Ioannes Oecolampadius.

Cornelius Agrippa.

tem in quo Oecolampadius & Agrippa assentiunt Manichæis arcentibus ho- mines ab omni bellorū genere, opus est vt diligenter inquiramus. Lucas enar- rans Ioannem in deserto predicantem & baptizantem, ait: Interrogabant autè Luc. 3. eum & milites dicentes: Quid faciemus & nos? Et ait illis: Neminem concu- rtiatis, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendijs vestris. Si autem bellum esset prorsus illicitum, respondere debuisset beatus Ioannes: Arma abijcite, militiam istam deserite, neminem percutite, neminè vulnerate. Cùm autem nihil eorum dixerit, sed calumniam prohibuerit, & vt suis stipendijs cō- tenti forent, præceperit: eo ipso visus est bellum approbare. Præterea cùm Cé- MATH. 23. turio CHRISTO diceret: Et ego homo sum sub potestate constitutus, ha- bens sub me milites: & dico huic vade, & vadit: & alij veni, & venit: & seruo meo fac hoc, & facit. CHRIS. TUS hæc audiens, fidem Centurionis lauda- uit: militiæ verò desertionem nõ imperauit: imperaturus autem si bellum nul- lo pacto liceret. Rursum, Herodianis quærentibus vtrum liceret censum dare Cæsari, respondit CHRIS. TUS: Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Hac autem de causa tributa redduntur, vt inde militi ad pacis conseruationem necessariò stipendium soluatur. Sic enim ait Paulus, cū de obedientia principi præstanda differit: Ideoque necessitate subditi estote non solùm propter iram, sed etiam propter conscientiam. Idè enim & tributa præstatis. Ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum seruientes. Deinde si nullo pacto bellare licet, sequeretur inde quod peccatorem sceleratum se à iudice defendentem, vt ab eo non capiatur ad punitionem; si iudex inuadat vt capi- at & puuiat, malè ager. Hoc autem fateri, esset nimis absurdum, & totius humani conuictus destructiuum, & sacris literis apertissimè contrarium. Bea- tus enim Paulus in ea quæ ad Rom. est epistola, ait: Omnis anima potestati- bus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi à Deo. & parum an- fra: Si autem malum feceris, time. Non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est: vindex in iram ei, qui malum agit. Quæ autem pro se adfe- runt, parum propositum suum confirmant. Primò quidem obijciunt, id quod dominus apud Marth. ait: Ego autem dico vobis non resistere malo, sed si quis percusserit te in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram. Huic enim ob- iectioni August. responderit illud non esse operis præceptum, sed affectus: vt vi- delicet animus noster ita patienter toleret vnus maxillæ percussionem, vt pa- ratus sit, si in alia iterum percuteretur, patienter etiam ferre. Potest etiam al- ter responderi. Quid enim obstat eandem obiectionem duplici modo rejice- re? Potest enim & non immeritò dici, illam Saluatoris sententiam non pertine- re ad præceptorum numerum, sed esse inter consilia connumerandum. Quod autem ita sit, ex immedietate sequentibus facillè censerit potest: quoniam quæ im- medietate sequuntur, nullo modo ad præceptorum numerum spectare videtur, sed ad consilia: vt sunt illa: Et ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tuni- cam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Et quicumq; angariauerit te mille pas- sus, vade cùm illo & alia duo. Quæ duo nullus nisi mentis, in ops contenderit esse præcepta, sed solùm consilia viris perfectis data. Si ergo consilium est illud, inde conuincitur dictum illud nullo modo Manichæorū sententiæ fauere. Se- cundò obijciunt, virum Christianum debere præliari orationibus & precibus ad Deū fuis, vt Deus illorum misereatur, & iniuriam illis illatam ab eis repel- lat, & offendentes à sua mala intentione reuocet. Cui obiectioni respondemus concedentes iustum bellatorem debere orationibus ad Deum emisiss prælia- ri: quoniam (vt dicitur in. 1. Mach. lib.) non in multitudine exercitus victoria belli, sed de cœlo fortitudo est. Nec tamen ideo abstinentum est à bello, & in vniuersum rejicienda sunt arma: quoniam Moysè orante in monte, Amalech vincitur gladio Iosue.

Luc. 3.

MATH. 23.

MATH. 22.

ROM.

ROM. 13.

MATH. 5.

1. Mach. 4.

Exod. 17.

Lutherus. **S**ecunda hæresis est Martini Lutheri: & nescio an paulò mitior, vel potiùs durior aut atrocior quàm præcedens dicenda sit. Is nanque ait, non licere Christianis bellare in Turcas, quoniam (vt dicit) est repugnare voluntati Dei visitanti & corrigenti iniquitates nostras per illos. Itaque Lutherus non ab omni bello arceat Christianos, sed à bello in Turcas gerendo: qua in re videtur mihi durior hæc quàm Manichæorum sententia. Si enim Christiano licet aduersus Christianum pugnare, qui fit vt aduersus Turcam non liceat? In bello nanque vt iustum sit, causa potissimum exploranda est, à qua belli iustitia pendet: quòd si eadem causa & multò vrgentior est in bello aduersus Turcam, quàm in bello aduersus Christianum, sequitur inde vt iustius sit bellum quod in Turcam mouetur, quàm id quod aduersus quemlibet Christianum geritur. Causa autem propter quam princeps mouere potest bellum, est vt inde pax perfecta habeatur. Vnde Augustinus in epistola ad Bonifacium comitem, ait: Nò queritur pax, vt bellum exerceatur: sed bellum geritur, vt pax acquiratur. Esto ergo bellando pacificus, vt eos quos expungas, ad pacis utilitatem vincendo perducas. Hæc Augustinus. At pacem nihil magis conseruat & fouet quàm iustitia, & nihil magis perturbat, quàm iniustitia. Iustitia (inquit Propheta) & pax osculatae sunt. Causa ergo propter quam quis potest iustè bellare, est iniustitiæ executio, & illius conseruatio. Quòd fit, vt si quis te occidere aut percutere iniustè velit, tu iustè possis ei obuiare: & si quis per vim & violentiam res tuas veller à teraperere, tu iustè possis illi resistere. Et si fortè iam surripuit aut clanculo, aut alio quouis modo, & non patet alia via recuperandi nisi bello, tu iustè potes mouere bellum vt recuperes: modò in te sit auctoritas & potestas bellum congregandi. Non enim ad quemuis spectat exercitum cogere, & bellum inire: sed (vt ait Augustinus contra Faustum) hoc est solius principis munus. Cum ergo eadem sit causa aduersus Turcam iniendi bellum, & auctoritas & potestas in imperatore & alijs regibus Christianis non desit, sequitur vt æquè iustum, imò & multò iustius possit aduersus eos bellum moueri quàm aduersus Christianos, cum multò iustior illic sit causa quàm hic. Si enim Christianus Christianum inuadit vt cædat & spoliat, & ob hoc alter iustè resistit, nonne Turca Christianos inuadit vt occidat & spoliat: imò certè vt multò peiora agat, vt videlicet eos fidem negare cogat, & Christo & eius Euangelio renunciare, vt nomen Christianum, si possit, ex orbe deleat. Nonne hæc peiora sunt? Si ob recuperandum patrimonium ab alio Christiano raptum, licet cum aggredi bello, cur non licebit etiam aduersus Turcam pugnare, qui tot ciuitates & oppida, ne dicam regna & imperium à Christianis rapuit cū magno eorum dedecore, & maxima illata iniuria? Si ergo aduersus aliquem præliari licet, licere autem iam supra ostendimus, aduersus nullum æquè licebit, vt aduersum Turcam. Machabæus pugnat aduersus Antiochum, & alios reges infideles pro religione & fidè & ceremonijs, & in hoc facto laudatur. Cur non etiam laudabitur Christianus pugnans aduersus Turcam pro fidè & religione? De hac re plurimæ extât ecclesiæ definitiones, nò per verba quæ docuit, sed per opera quæ exercuit, quibus nos veriùs exemplo quàm verbo instruxit. In Concilio siquidem apud Clarum montem sub Urbano secundo celebrato decretum est, vt bellum aduersus Turcas fieret, in quo mirificè Urbanus profecit. Post cuius mortem Paschalis secundus succedens (vt testatur Platina) bello cæpto fuit. Calixtus quoque secundus habito Laterani non-gentorum patrum Concilio, ex eorum assensu decreuit vt primo quoque tempore supplementa militiæ iam deficientis, Christianis in Asia bellum gerentibus subministrarentur. Qua spe (vt idem Platina scribit) erectus Balduinus Hierosolymorum rex, Gazin regem Turcarum minorem Asiam incolentium bello superauit, & in vincula coniecit. Lucius etiam tertius (eodem Platina teste) ha-

Aste) habito Veronæ concilio principes Christianos adhortatus est, vt Christianis pro fide in Asia laborantibus subueniretur. Quid ergo Lutherus cõtra tot testimonia verborum & exemplorum præsumit docere, non licere Christianis bellum inferre Turcis? Certè, vt conijcere valeo ex eius vita & operibus mudo notis, hac sententia se inimicum esse Christi, & diaboli ministrum declarauit: quoniam hæc docens, visus est velle nomen Christianum funditus delere: quoniam nisi Christiani Turcis hucusque restitissent, iam actum esset de re christiana. Sed gratias Deo, qui melius suo populo consuluit, quàm Lutherus optasse videtur. Iam videamus quo argumento suam sententiã confirmet, quia videlicet (inquit) sic aduersus Turcas bellare, est resistere Deo, visitanti iniquitates nostras per illos. O fortem argumentatorem. Tu ne es ille Lutherus, qui scholasticos theologos irrides, eos sophistas appellans? Nõne tu hic sophistam merum agis? Quænam obsecro est ista collectio: Deus visitat iniquitates nostras per bellum quod à Turcis contra nos geritur, ergo nõ licet Turcis resistere? Ad hunc modum nõ liceret nobis vllam prouisionem facere contra famem, vllam medicinam sumere cõtra morbos, vllum antidotum percipere contra pestem. Per hæc enim omnia d n v s etiam visitat iniquitates nostras. Tamen & si visitet, non inebet vt remedio aliquo adhibito illis obuiemus. Ita etiam etsi Deus visitet iniquitates nostras per Turcas, non tamen inebet defensionem. Ita enim Deus visitat suos, vt non derelinquat. Misericordia namque quam erga nos semper exercet, exaltat iudicium illius. Visitabo, inquit, in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum: misericordiam autem meam non dispergani ab eo. Contra hunc errorem scripsit Ioannes Rossensis episcopus in eo opere quod contra captiuitatem Babylonicam Lutheri adidit, toto vno integro articulo, videlicet trigesimo quarto. Scripsit etiam ante septuaginta annos Dionysius Riskel Carthusianus libellum quendam de bello Turcis inferendo, in quo suadet bellum Turcis debere fieri.


BENEDICTIO.

Omnes benedictiones, quas Ecclesia facit aut dicit super vinum, panem, aquam, oleum, sal, ceram, incensum, arbores oliuorum & palmarum, vestimenta, calices, aut alias quascunq; res ad vsum Ecclesiasticarum rerum necessarias, impij Vvaldenses pro sua solita temeritate & impietate irrident & subsannant, dicentes illas omnes nullius esse momenti. Hos Vvaldenses hic (vt alibi semper) imitantur Vviclephistæ: qui (vt parentum suorum insaniam auerent) dicunt tales benedictiones esse veram practicam necromantiæ potiùs quàm sacræ theologiæ: tantum abest vt illas alicuius virtutis esse credant. De hoc errore iam supra nonnihil diximus cum de virtute aquæ benedictæ disputauimus, in titulo de aqua, hæresi secunda: & infra in titulo Exorcismus, multa amplius dicemus: quapropter vsque ad illum locum disputationem differimus.

F. ALFONSI DE CASTRO MINORITAE
BESTIA ET BRVTVM.

DE hac re vnam duntaxat reperio hæresim, eamque à solo Philastro citatam, quæ afferit bestias omnes rationis esse capaces, omniaque bruta animalia, æquè vt hominem, non solum sentire, verumetiam intelligere. Hanc hæresim Philaster tribuit Gnosticis & Manichæis. August. autem in lib. de hæresibus ad Quod vult Deum, de Gnosticis & de Manichæis cum differit, nunquam hunc errorem illis impingit, nec Irenæus multo vetustior Aug. & Philastro, libro primo de hæresibus cap. trigesimoquarto recensens Gnosticorum errores, vnquam huius erroris meminit. Sit autem hæc Gnosticorum sententia aut Manichæorum, aut secus res se habeat, non multum curo, cum certum sit talem assertionem esse erroneam, & sacris literis apertissimè contrariam. Nolite, inquit Propheta, fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Falsum est ergo omnia bruta esse rationis capacia. Et idem Propheta iterum ait: Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. In quo autem similis factus sit, declarauit cum dixit eum non intellexisse. Per hoc enim quod non intellexit, assimilatus est iumentis, quoniam illa non intelligunt. Si bruta intelligunt, in quo quæso assimilatus est iumentis, cum honorem in quo eum Deus constituit, non agnouit? Ex his ergo duobus scripturæ sacræ testimonijs apertissimè conuincimus bestias non esse rationis capaces.

FINIS TERTII LIBRI.



F. ALFONSI DE CASTRO, ZAMOREN. MINORITAE, ADVERSUS HÆRESIS, Liber IIII.

CALCEAMENTVM.

DE hac re vnam hæresim citant Philaster & Augustinus, quæ docet non licere homini calceamenta portare. Huius autem erroris nullum assignant patronum: eam tamen tenentes, ab opere ipso discalceati sunt nominati. Verum hic admonere oportet hos non damnari velut hereticos, quia calceamentis non vtuntur: sed ideo damnantur, quia credunt non licere illis vti. Calceamentis nanque carere, & discalceatos incedere, bonum est & meritorium, tantum abest vt sit hæreticum. Nudis siquidem pedibus ambulans affligit carnem suam, & corpus castigat, ne animæ resistat, sed obsequatur vt decet. At carnis macerationem quis dubitat esse bonam? Bonum est ergo & vtile nudis pedibus incedere. Quapropter beatus Franciscus Minorum pater, monachis sub suo instituto degentibus (de quorum numero ego sum, & vti nã bonus) præcepit vt, nisi necessitate cogente, calceamenta non portant. Credere tamen nullo pacto licere portare calceamenta, est hæreticum. Dominus enim assignans Iudæis modum iuxta quem debeant agnum paschalem comedere, dicit: Calceamenta habebitis in pedibus vestris. Propter quod, vt veritas figuræ & corpus vmbre assimilaretur, sacerdotes solenne sacrum celebrantes, in quo verus ille agnus, videlicet Christus beuedictus, comedetur, calceamenta in pedibus tenent, etiam qui alias non essent portaturi, vt fratres minores, qui etsi alias nudis pedibus incedant, cum tamè missam celebrant, calceamenta in pedibus tenent. Et Dominus ad Ezechielem ait: Calceamenta tua erunt in pedibus tuis. Et Christus redemptor noster cum Apostolos suos misit ante faciem suam, misit illos (vt Marcus ait) calceatos sandalijs. Præterea, quod nunquam reperitur denegatum, intelligitur esse cocellum. Si ergo portare calceamenta nunquam fuit omnibus prohibita, inde conuincitur esse nobis concessum. Verum hic fortè aliquis obijciat, quod portare calceamenta Dominus prohibuit. Nam (vt Matthæus testatur) cum misit duodecim Apostolos ad prædicandum, inter alia quæ illis præcepit, hoc quoque dixit: Non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgã. Ecce calceamenta ibi prohibita. Patemur ibi calceamenta fuisse prohibita, sed non omnibus. Solis enim Apostolis tunc loquebatur, ad quos solos illa præcepta spectasse dignoscitur, vt alias docuimus: Nec etiam Apostolis in perpetuum & semper fuerunt data illa præcepta, sed solum pro illo tempore quo mittebantur. Ibi siquidem dicitur: In viam Gentium ne abieritis. Et tamè in posterum illis mandatur: Euntes id mundum vniuersum, prædicata euangelium omni creaturæ. Illic etiam prohibuit portare peram: tamen postea dicit: Quando misi vos sine sacculo, & pera, & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet sacculum, tollat similiter & peram: & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. Ex quibus constat, illa quæ apud Matthæum referuntur, solum pro illo itinere peragendo esse data Apostolis præcepta, non autem pro tempore sequenti. Multo ergo minus ad nos iam pertinere possunt. Cum ergo nulla sit facta de portandis calceamentis prohibitio, apertissimè conuincitur, licitum esse omnibus calceamenta portare: nisi illis, fortè qui se ad hoc per votum obligauerunt.

CANTVS.

C

VNam duntaxat de hac re inueni hæresim, quæ irridet cantus qui dicuntur in ecclesia. Huius erroris primus autor (vt opinor) fuit quidam Hilarius, de quo beatus Augustinus lib. II. Retractionum, cap. II. mentionem facit, illiusq; errorem prodit. Et nescio an Hilarius iste ex Arrianis fuerit, qui cantibus sacris etiam detraxerunt, quia in illis audiebant Christi laudes, quem ipsi vehemèter cupiebant deprimere. Vnde Ambrosius in quadam oratione contra Auxentium de basilicis tradendis inuehens, quæ ponitur in quinto libro suarum epistolarum, sic ait: Itaque & hodie cum laudatur Christus, Arrianorum amentia verberatur. Geraseni præsentiam Christi ferre non poterant: isti peiores Gerasenis, nec laudationem Christi sustinere possunt. Vident pueros Christi gloriam concinentes, quia scriptum est: Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem: irrident istam ætutulam fidei plenam, cum dicunt, ecce quid clamant: Sed respondet ihs Christus: Si hi tacuerint, lapides clamabunt, hoc est, fortiores clamabunt: clamabunt & iuuenes, clamabunt & maturiores, clamabunt & senes. Hæc Ambr. Ex cuius verbis patet Arrianos detraxe laudibus Christi in ecclesia decantatis. Tamen (vt existimo) nõ idè detraxerunt, quia cantabantur laudes, sed quia laudabatur Christus ultra eorum opinionem, quoniam credebant Christum esse puram creaturam, quapropter inuidebant laudibus, quibus Christus extollebatur vt verus Deus. Quas laudes molestè tulissent etiam, si submissa voce, & non cum cantu dicerentur. Hæc dixi propter Thomam Vvalden. qui Arrianus videtur hunc errorem tribuere, motus hæc Ambrosij autoritate, malè (vt opinor) perspecta. Hilarius tamen (vt ex Augustini verbis patet) simpliciter cantibus detrahebat. Hunc errorem suscitauerunt Vvaldenses, qui dixerunt frustra tempus teri in cantibus Ecclesiasticis. Hos postmodum secutus est Ioannes Vvicleph Anglicus, qui ad eò cantibus Ecclesiasticis detraxit, vt cantantes in ecclesia vocauerit sacerdotes Baal, quibus cum clamore orantibus Helias propheta dixit: Clamate voce maiorè: Deus enim vester forsitan cum alio loquitur, aut in diuersis est, aut in itinere, aut certè dormit, vt excitetur. Quapropter dicit Ioannes Vvicleph, eos, qui in ecclesia canunt, esse sacerdotes Baal, quoniam sic clamant ac si Deus dormiens eos non audiret, & eorum vocibus esset excitandus. Vt autem hunc errorem clariùs conuincamus, admonere priùs oportet, duplicem esse orationem quæ coram Deo fit. Vnam priuatã, quæ à singulari persona fit: Aliam publicam, quæ ab hominum conuentu in vnum congregato fit. Primam orationem expedit magis esse cum silentio, quàm cum clamore: quia sic cum clamore orans impedit alium ne ita quiete apud eum orare possit, quia suis vocibus alterius sensum ad suos sermones rapit. Deinde sic publicè cum clamore orans, suas secretas petitiones, quas fortè non expediebat alium scire, in auribus bonorum & malorum audiendas committit: & ita contingit, vt ab hominibus, quibus sua secreta reuelauit, derideatur. Et propter hoc laudatur Anna Samuëlis mater, de qua orante Dominum pro impetrando filio, dicitur in primo lib. Reg. Porro Anna loquebatur in corde suo, tantumq; labia illius mouebatur, & vox penitus non audiebatur. Et de hac oratione intelligendũ est id quod Paulus ait: Si non fuerit interpret, taceat in ecclesia: sibi autem loquatur & Deo. Si tamẽ quis ex impatienti quodam ac feruenti desiderio clamauerit orans etiam priuatè, loco tamen vbi alios non perturbet, & sui cordis secreta non prodiderit sic orans, nec crediderit Deum magis audire cum fortius clamatur, quàm cū basse, iste sic orans cum clamore nõ malè agit, imò bene, si fortè ad id intendit, vt alius oratione audita excitetur ad Deum laudandum. Vnde Propheta ait:

Ad Do-

A Ad Dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Ne autem subterfugiant hæretici dicentes illud debere intelligi, de clamore cordis, & non de clamore oris, adferamus in medium Christum saluatorem nostrum, cuius operibus nullus nisi impiè detrahere potest. Is enim (vt ait Ioannes) Lazarum suscitaturus, eleuatis sursum oculis, dixit: Pater gratias ago tibi quoniam audisti me. ^{10. m. 11.} Ego autè sciebam quia semper me audis, sed propter populum qui circumstat, dixi, vt credant quia tu me misisti. Hæc cū dixisset, voce magna clamauit: Lazare veni foras. Ecce hinc vides Iesum voce magna clamantem, qui tamen voce submissa poterat audiri, imò qui sine vlla voce poterat suscitare. Et vt fortius nostra sententia confirmetur, vide quid Matthæus dicat: Et circa horam nonam clamauit Iesus voce magna, dicens: Heli, heli, lamazabathani, hoc est, ^{Mat. 17.} Deus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Demum vt hominẽ tribus testibus conuincamus, adferamus Paulum, qui de Christo loquens, sic ait: Qui in diebus carnis suæ preces supplicationesq; ad illum qui posset eum saluum facere à morte, cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus est, pro sua reuerentia. Quid ergo dices impiè Vvicleph ad ista tam clara testimonia quæ tibi obijciuntur? Sed certè vereor ne etiam audeas Christum criminari, qui nõ dubitasti sponsam eius ecclesiam & contemnere & accusare. Alia est oratio publica, qua non tantum consilium propriæ cuiuslibet orantis vtilitati, sed communibus commodis prospicitur. Et in hac oratione expedit orare altè, vt orantes inuicem audiantur, & se inuicem audientes, de Dei laude sancta quadam æmulatione contendant. Deo nanque Seraphin clamabant alter ad alterum: Sanctus, sanctus, sanctus, dominus Deus Sabbaoth. Plena est omnis terra gloria eius. Ad quorum similitudinem duo chori in ecclesia sunt, qui per voces alternas cantant, & tanquàm duo Seraphin alter ad alterum clamant. V expedit etiã orationem clamorosam in communi fieri, vt alij hoc audientes excitentur ad Dei laudem. Vnde Dominus apud Matthæum ait: Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Et de oratione ipsa & laude ait Propheta: Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. In Domino laudabitur anima mea, audiuit mansueti & lætentur. Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum. Ecce ergo cui rei deseruit illa publica & alta laudum decantatio. Vnde Rabanus in lib. de Institutis clericorũ, cap. 76. ait: Psalterium idcirco cū melodia cantilenarum suauium ab ecclesia frequentatur, quò faciliùs animi ad compunctionem flectantur. Perfecta autè vox est alta, clara, suauis. Alta, vt sufficiat: clara, vt aures adimpleat: suauis, vt animos audientium suauiter demulceat. Si autè aliquid ex his defuerit, perfecta vox nõ erit. Hæc Rabanus. Eandẽ sententiã confirmat beatus Isidorus lib. I. de Officijs, cap. 6. dicens: Itaque & in hymnis & psalmis canendis, non solũ Prophetarum, sed etiam ipsius Domini & Apostolorũ habemus exẽplum, & præcepta de hac re vtilia ad mouendum piè animum, & inflammandũ diuinæ dilectionis affectum. Hæc Isidorus. Si quis verò ad eò pertinax & malè induratus est, vt non erubescat negare, can tus ipsos si rectè, vt decet, formentur, mentes audientium posse mouere ad deuotionem spiritus, hunc ralem cõuincit Augustini testimoniũ, qui libro. 9. suarum confessionũ, cap. 6. & 7. hæc ait: Quantũ fleui in hymnis & canticis tuis, suauè sonantis ecclesiæ tuæ vocibus cõmòtus acriter. Voces illæ influebant auribus meis: & eliquabatur veritas tua in cor meũ, & ex ea astuabat inde affectus pietatis, & currebant lachrymæ, & bene mihi erat cum eis. Nõ longè cõperat Mediolanensis ecclesię genus hoc cõsolationis & exhortationis celebrare, magno studio fratrum concinentium vocibus & cordibus. Nimirum annus erat, aut non multò amplius, cū Iustina Valentiniani regis pueri mater, hominem tuũ Ambrosium persequeretur hæresis suæ causa, qua fuerat seducta ab Arrianis.

F. ALFONSI DE CASTRO MINORITAE

Excubabat pia plebs in ecclesia, mori parata cum episcopo suo, seruo tuo. Ibi mater mea ancilla tua, sollicitudinis & vigiliarum primas partes tenens, orationibus vivebat. Nos adhuc frigidi à calore spiritus tui, excitabamur tamen civitate attonita atque turbata. Tunc hymni & psalmi ut canerentur secundum morem Orientalium partium, ne populus moreris tædio contabesceret, institutum est: & ex illo in hodiernum retentum, multis iam ac penè omnibus gregibus tuis, & per cæteras orbis imitantibus. Et libro decimo, cap. 33. iterum ait: Nunc in sonis quos animant eloquia tua, quum suavi & artificiosa voce cantatur, fateor aliquantulum acquiesco, nõ quidem ut hæream, sed ut surgam cum volo. Attamen cum ipsis sententijs quibus viuunt, ut admittantur ad me, quarunt in corde meo non nullius diguitatis locum, & vix eis præbeo congruentem. Aliquando enim amplius mihi videor honoris eis tribuere quàm decet, dum ipsis sanctis dictis religiosius & ardentius sentio moueri animos nostros in flammam pietatis cum ita cantantur, quàm si non ita cantarentur, & omnes affectus spiritus nostri pro suavi diuersitate habere proprios modos in voce atque cantu, quorum nescio qua occulta familiaritate, excitentur. Sed delectatio carnis meæ, cui mentem eneruandam non oportet dari, sæpè me fallit, dum rationem sensus non ita comitatur, ut patienter sit posterior, sed tantum quod propter illam meruit admitti, etiam præcurrere ac ducere conatur: ita in his pecco non sentiens, sed postea sentio. Aliquando autem hanc ipsam fallaciam immoderatiùs cauens erro, nimia seueritate, sed valde interdum, ut melos omne cantilenarum suauium quibus Dauidicum psalterium frequentatur, ab auribus meis remoueri velim, atque ipsius ecclesiæ: tutiusque mihi videtur quod de Alexandrino episcopo Athanasio sæpè mihi dictum commemini, qui tam modico flexu vocis faciebat sonare lectorem psalmi, ut pronunciantis vicinioreffet quàm canenti. Verum tamen cum reminiscor lachrymas meas quas fudi ad cantus ecclesiæ tuæ, in primordijs recuperatæ fidei meæ, & nunc ipso commoueor, non cantu, sed rebus quæ cantantur: cum liquida voce & conuenientissima modulatione cantantur, magnam instituti huius utilitatem rursus agnosco. Ita fluctuo inter periculum voluptatis & experimentum salubritatis, magisque adducor, non quidem irrefragabilem sententiam proferens, cantandi consuetudinem approbare in ecclesia: ut per oblectamenta aurium infirmior animus in affectum pietatis assurgat. Hactenus Augustinus. Ex cuius verbis apertissime constat quantum cantus ecclesiæ prodesse possint mentibus audientium, si suavi modulatione cantentur: quia ipse Augustinus de seipso testatur, se per cantus ecclesiæ promotum fuisse ad lachrymas. Cum ergo cantus utilitas non parua iam pateat, opus est ut illum comprobemus testimonio scripturarum. Propheta regius ait: Cantate ei canticum nouum, bene psallite ei in vociferatione. Et ne posset Vvicleph subterfugere, detorqueus scripturam ad orationem mentalem, dixit, bene psallite ei in vociferatione. Præterea Christo nato facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium Deum, & dicitur: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Rursum, cum Christus intrabat ciuitatem Hierosolymam, coeperunt (ut Lucas ait) omnes turbæ discipulorum gaudentes laudare Deum voce magna super omnibus, quas viderant, virtutibus, dicentes: Benedictus qui venit rex in nomine Domini, pax in cœlo, & gloria in excelsis. Et quidam Phariseorum de turba dixerunt ad illum: Magister increpa discipulos tuos. Quibus ipse ait: Dico vobis quia si hi tacuerint, lapides clamabunt. Hæc Lucas. Ex quibus verbis constat Vviclephitas similes esse Phariseis reprehendentibus discipulos cum clamore laudantes Deum. Deinde ut cantus magis comprobaretur, ipse dominus cum discipulis suis cantare dignatus est. Nam instante morte sua, post cenam ultimam hymno dicto cum discipulis suis, exiit in montem Oliueti. Ut autem hoc factum

Psal. 37.

Luc. 2.

Ibid. 19.

Mat. 26.

Mar. 14.

ADVERSUS HAERESSES, LIB. IIII.

Fol. 104

A factum nobis maximè fauere clariùs dignoscatur, oportet declarare quid sit hymnus. Hymnus Græca vox est, Græcè ὕμνος, Latine autè valet tantum ac canticum siue laus quæ Deo tribuitur. Vnde Augustinus super Psal. 72. in expositione tituli, sic ait: Hymni laudes sunt Dei cum cantico. Hymni cantus concinentes laudem Dei. Si sit laus, & non est Dei, non est hymnus. Oportet ergo ut sit hymnus, habeat hæc tria, & laudem, & Dei, & canticum. Hæc Augustinus. Eidem sententiæ subscribit Isidorus, qui lib. 6. Etymologiarum, cap. 34. sic ait: Hymnus est canticum laudantium Deum proprie, aut hymni sunt concinentes laudem Dei. Quod si sit laus, & non est Dei, non est hymnus. Si sit Dei, & laus, & non cantetur, non est hymnus. Hæc Isidorus. Si ergo iuxta Matthæum & Marcum Christum dixit hymnum cum discipulis suis, ergo cantauit. Et confirmat hoc propositum, factum Pauli & Silæ, qui in carcere positi, clamantes Deum laudabant. Sic enim dicitur: Media nocte Paulus & Silas adorantes laudabant dominum: & audiebant eos qui in custodia erant. Subito verò terræ motus factus est magnus, ita ut mouerentur fundamenta carceris. Et statim aperta sunt omnia ostia, & vniuersorum vincula soluta sunt. Si ergo non licet altè & cum clamore & cum cantu orare, quomodo ad orationem clamorofam Pauli & Silæ tot miracula facta sunt? Postremò hanc catholicam sententiam confirmat totius ecclesiæ usus, non nouus, sed ab ipso ecclesiæ nascentis exordio usque ad nostra tempora conseruatus. Et ut cætera de hac re testimonia omittam, vnum citabo, eò cæteris efficacius, quod ab homine extraneo & nostræ religionis inimico prolatum est. Plinius nanque secundus in quadam epistola ad Traianum de Christianis tunc (ut sic dicam) nascentibus loquens, ait: Adfirmabant autem hanc fuisse summam vel culpæ suæ vel erroris, quæ essent soliti statim die ante lucem conuenire, carmenque Christo quasi Deo dicere secum inuicem. Hæc ille. Et ut rem magis confirmemus, aliud producemus testimonium hominis etiã exteri, sed multum laudati. Philo enim Iudæus, qui tempore Apostolorum fuit, & Christi tempora attigit, de Christianorum cantibus apertissimè perhibet testimonium. Nam Eusebius Cæsariensis lib. 2. Ecclesiasticæ historiæ, cap. 17. enarrans qualiter Philo Iudæus omnia Ecclesiasticæ institutionis initia, & originè apostolicæ traditionis descripserit, dicit illum hoc etiã de Christianis narrasse, quod vnus ex omnibus consergens in medio, psalmum honestis modulis cœcinebat, & præcinenti ei vnus versiculum omnis multitudo respondebat. Deinde Socrates Constantinopolitanus libro sexto historiæ Ecclesiasticæ, cap. 9. refert vnde sumperit initium ut antiphonæ & responsoria in ecclesia cantentur, sic dicens: Ignatius Antiochiæ Syriæ tertius ab Apostolo Petro Episcopus vnà cum apostolis aliquando conuersatus, visionem angelorum responsorios hymnos sanctam triadem laudantium vidit, & modum visionis Antiochenæ ecclesiæ tradidit, vnde & ad omnes ecclesias ista traditio promanauit. Et hæc est ratio responsoriorum hymnorum. Hæc Socrates. Post ista tam manifesta testimonia, quibus impium Vvicleph errasse conuincimus, extat ecclesiæ de hac re definitio. Concilium nanque Agathense, cap. 30. suorum Decretorum sic definit: Et quia conuenit ordinem ecclesiæ ab omnibus æqualiter custodiri, studendum est ut vbique (sicut fit) & post antiphonas collectiones per ordinem ab episcopis vel presbyteris dici, & hymnos matutinos vel vespertinos decantari diebus omnibus, & in conclusionem matutarum vel vespertinarum missarum post hymnos capitella de psalmis dici, & plebem collecta oratione ad vesperam ab episcopo cum benedictione dimitti. Hæc Concilium. In quibus verbis præcipitur aperte, ut hymni omnibus diebus decantentur. Sed iam videamus quo argumento suum propositum confirmare nitantur, ut illi respondeamus. Sic enim aiunt: Christus prohibuit orare cum clamore & cantu, cum prohibuit publicam orationem, præcipiens ut secretò oraretur ab omnibus. Apud Mat-

August.

Isidorus.

Mat. 16.

Chrysost.

Philo.

Concilium.

Agathense.

thæum nanque, sic ait: Tu tamen cum oraueris, intra cubiculum tuum, & clauso ostio tuo, ora patrem tuum in abscondito: & pater tuus, qui uidet in abscondito, reddet tibi. Cui obiectioni respondemus, Christum per illa verba non prohibere opus, sed intentionem. Non enim prohibuit publice orare, sed prohibuit ne hac intentione & hoc animo aliquis oraret in publico, ut ab alijs videretur. Hoc autem ita esse colligitur ex precedentibus eiusdem Christi verbis. Precedentia siquidem & sequentia verum sensum literarum manifestant. Precedentia autem Christi verba sunt hæc: Et cum oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis & in angulis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Et statim subiungit: Tu autem cum oraueris, &c. Precedentibus autem verbis prohibuit intentionem malam, quæ est cum quis orat ut videatur ab hominibus. Sequentibus autem præcipit bonam intentionem, ut videlicet oret hac sola intentione, ut videatur à Deo. Quod si quis hac intentione etiam publicam orationem faciat, intentio sua est secreta, id est, ut secretè fiat, quia ad solum Deum eam dirigit, quâuis opus fuerit publicum. Et in hoc bene agit, imò sæpè necesse est ut sic fiat, quoniã (ut ait beatus Augustinus) si non habuerimus inspectores, nullos etiã habebimus imitatores. Si verò orans optat ab aliquo videri, quantumlibet claudat ostium cubiculi, in quo orat, iuxta tamen Christi intentionem in publico orat: quoniam Christus magis animum attendit quàm opus. Et opus ipsum nunquam bonum aut malum censetur, nisi quia à bono aut à malo animo procedit. Secundò obijciunt per id quod propheta Helias ad Prophetas Baal ait: Clamate voce maiore: Deus enim vester forsitran cum alio loquitur, aut in diuersorio est, aut in itinere, aut certè dormit, ut excitetur. Propter quod arguit Ioannes Vicleph, non licere orare cum clamore, quia (ut dicit) sic orantes sunt sicut Prophetæ Baal, qui reprehenduntur ab Helia. Fatemur Prophetas Baal fuisse reprehensos, aut potiùs derisos ab Helia, nec tamen hac sola ratione quòd clamabant, sed quia clamantes credebant Deum altiores voces magis audire quàm bassas. Ideò sic credentes clamabant orantes, ut faciliùs eorum voces Deus audiret. Helias ergo eorum errorem deridens ait: Clamate voce maiore, &c. Nò quòd reprehendat clamorem: sed reprehendit errorem, quo credunt Deum egere altioribus vocibus ut audire possit. Qui autem orat cum clamore & cantu, credens Deum æquè audire voces bassas ut alias, imò, quòd maius est, audire clamores cordis, iste sic credens etsi orans clamat ex quòdam feruente & impatientè desiderio, non errat. Superiùs nanque ostendimus Christum cum clamore orasse, & pueros clamantes approbasse. Ad hunc modum Christum reprehendit prolixitatem verborum in oratione, non simpliciter & absolutè, sed sicut Ethnici faciunt. Sic enim ait: Orantes autem nolite multum loqui sicut Ethnici faciunt. Putant enim quòd in multiloquio suo exaudiantur. Quæ verba exponens Rabanus, ait: Reuerà omne multiloquium à Gentibus venit, qui exercendæ linguæ potiùs quàm mundando animo dant operam, & hoc nugatorij studij vel rogatorij genus, etiam ad prece Deum flectendum transferre conantur, arbitrantur sicut hominem iudicem, ita verbis Deum abduci in sententiam. Nolite itaque similes esse illis, dicit vnus & verus magister. Hæc Rabanus. Itaque illis verbis non absolutè prohibuit Christus multiloquium & prolixam verborum orationem: quoniam ipse prolixè & prolixius orauit. Sed prohibuit multiloquium in oratione quemadmodum Ethnici faciunt, qui putant quòd in multiloquio suo exaudiantur, hoc est, prohibuit ne crederemus Deum per multiloquium nostrum magis flectendum, sed per maiorem animi feruorem. Contra hunc errorem scripsit satis diffusè & copiosè frater Thomas Vvalden. in libro suo de Sacramentalibus, titulo secundo, à quo fateor me aliqua decerpisse, plura etiam contuli.

CAPVT.

VNus est error dicens non esse vnum caput ecclesiæ in terris, videlicet Papam. Sed de hoc infra longius dicemus in titulo Papa.

CHARACTER.

INter plures Lutheri errores, is vnus numeratur, quo dicit, in nullo sacramento imprimi characterem: sed hoc asserere, ait esse meram nouorum Theologistarum fictionem. Hoc autem quod sit falsum, plurium sacrorum doctorum testimonijs couincemus, quos Lutherus nec novos Theologistas vocare poterit, nec sententiariorum. His enim nominibus sæpissimè alios notat, quorum nò est dignus corrigias calceamentorum soluere. Sed ne fortè de nomine contendamus, priùs oportet ostendere quid sit character, de quo nostra est hæc præsens disputatio. Character vox Græca est, & Latinè sonat tantum ac signum vel figura. Character ergo, de quo nunc loqui paramus, figura quædam est (sue autem illa sit qualitas siue relatio, parum interest) quam Deus animarum imprimi in signaculum, quo suum gregem discernit ab alijs. Oues enim ut ab ouibus distinguantur, signo quodam impresso notantur. Milites etiam à militibus in bello signo quodam distinguuntur. Portari etiam aliquando solet signum quoddam tanquam symbolum nobilitatis cuiusdam, per quod à plebe aut ab alijs mediocrius status hominibus distinguere quis valeat, ut in Hispania quidam portant in pectore spatham ex serico aut panno rubeo factam. Alibi aliqui portant vellus aureum pendens ex catenula collo circumfusa: Iuxta hunc modum in tribus sacramentis imprimitur character, id est, quædam figura in anima, qua ab alijs non sic signatis distinguatur. Per baptismum siquidem gratiam recipimus, & inter oues dominicas connumeramur, & ouile eius intramus. Ut ergo ab alijs non baptizatis, qui tanquam oues diaboli sunt, distinguamur, character quodam signatur à Deo in anima. Et quoniam militia est vita hominis super terram (ut ait Iob) & ecclesia ista quæ nunc in terris est, militans appellatur, quia in ea militamus aduersus demonem, carnem, & mundum: ideò grandiores effecti sacramentum confirmationis accipimus, in quo gratia nobis præstat, qua roboremur in militia, & fortiores simus in prælio contra hostes nostros. Et ideò tunc Christus dux noster nos characterem suæ militiæ notat, ut ab hostibus distinguamur, & ab alijs etiam nostrarum partium, qui ad hanc militiam nunquam peruenerunt, ut saltem hoc signaculo separemur. In ordinis verò sacramento, qui cum recipit, ad altiorem quendam statum extollitur, & velut ex plebeio ad nobilium statum euehitur: quapropter quasi quoddam sui status signum tunc à Deo illi imprimitur. Sed ne Lutherus dicat nos in allegorij tempore terere, oportet ut singula percurramus, & testimonijs comprobemus. Et primò de baptismo dicamus. Beatus Hieronymus exponens illud Pauli ad Ephesios: Nolite contristare spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in die redemptionis, sic ait: Signati autem sumus spiritu Dei sancto, ut spiritus noster & anima imprimantur signaculo Dei, & illam recipiamus imaginem & similitudinem, ad quam in exordio conditi sumus. Hoc signaculum sancti spiritus (iuxta eloquium Saluatoris) Deo imprimente signatur. Hæc Hieronymus. Ex quibus verbis patet, nostram animam signari signaculo Dei, quod signaculum nos characterem appellamus. De nomine nanque non contendimus, sed de re. Verum si de nomine adhuc contendit, audiat Augustinum, qui non semel aut iterum characteris nomen exprimit. Is enim contra Cresconium Grammaticum,

cum, dicentem rebaptizandum esse eum, qui ab hæreticis baptizatus fuerat, libro. 1. cap. 30. sic ait: Neque enim propterea immutandus vel improbandus est regius character in homine, si erroris sui veniam, & militandi ordinem à rege impetrauerit, quia eundem characterem, quo sibi satellites congregaret, defensor infixit: aut propterea signa mutanda sunt ouibus, cum dominico gregi sociantur, quia eius dominicum signum fugitiuus seruus impressit. Hæc Augustinus. Quibus verbis bis characterem, bis signum nominauit. Et de baptismo contra Donatistas eandem causam agens, libro sexto, capite primo, sic ait: Habere, & dare, & accipere sacramentum baptismi, satis eluxit pastoribus ecclesiæ catholicæ toto orbe diffusæ, per quos postea plenarij Concilij autoritate originalis consuetudo firmata est, & ouem, quæ foris errabat, & dominicū characterem à fallacibus deprædatoribus suis foris acceperat, venientem ad Christianæ unitatis salutem ab errore corrigi, à captiuitate liberari, à vulnere sanari, characterem tamen dominicum in ea agnolci potius, quàm improbari: quandoquidem ipsum characterē multi & lupi & lupis insigunt: qui videntur quidem intus esse, veruntamen ad illam ouem, quæ etiam ex multis vnâ est, non pertinere, morum suorum fructibus conuincuntur, in quibus in finem vsque perdurant. Hæc ibi Augustinus. Et in quodam sermone de gestis cum Emerito Donatistarum episcopo, sæpenumerò characterem baptismi nominat. Breuitati studens, nolui in medium adferre: qui voluerit legat ibi, & inueniet eum in septimo tomo operum Augustini. Iam vides Luthere, qualiter testimonijs Hieronymi & Augustini probauimus, characterem imprimi in baptismo, & istos non poteris dicere nouos Theologos (vt affoles) nec sententiarios, quò eorum quilibet plùs quàm sexcentis annis magistrum Sententiarum Petrum Lombardum præcesserit. Sed iam ad confirmationis sacramentum pergamus. Innocentius papa, huius nominis primus, vir doctrina & sanctitate clarus, Decretio Eugubino episcopo scribens, capite tertio sic ait: De consignandis verò infantibus, manifestum est, ab alio fieri, quàm ab episcopo, non licere. Nam presbyteri, licet sint sacerdotes, pontificatus tamen apicem non habent. Hæc autem pontificibus solis deberi, vt vel consignent, vel paracletum spiritum tradant, non solum consuetudo ecclesiastica demonstrat, verum illa lectio Actorum Apostolorum, quæ asserit Petrum & Ioannem esse directos, qui iam baptizatis traderent spiritum sanctum. Hæc Innocentius. Ex quibus verbis duo colligimus. Vnum est, confirmationem non posse nisi ab episcopo conferri. Alterum est, quòd in tali consignatione eam recipientes. Sic enim appellauit eam, videlicet consignationem. Sed quia fortè hoc testimonium alio detorquebit quàm oportet, vno iam argumento de omnibus his tribus sacramentis, videlicet baptismi, confirmatione, & ordine concludamus. In his enim sacramentis, sancto docente spiritu, didicit ecclesia non patiendam iterationem, non ob aliam causam, quàm quòd in eis characteris confertur signaculum, quod deleri nullo modo potest. Quauis enim peccatores sæpenumerò illud maculent, & è candido reddant atrum, è purissimo reddant impurum, nunquàm tamen ita poterunt eradere, quin illo caractere consignati, orbi totò maneat in die iudicij noti ad gregem dominicum pertinere, cuius signaculo impressi sunt. Quum ergo ille character, qui per talia sacramenta imprimitur, sit indelebilis, ideò nõ iterantur sacramenta, quæ illum imprimunt. Quòd autem sacramenta illa iterari non possint, testatur August. de baptismo & ordine, ad hunc modum loquens: Vtrunq; enim sacramentum est, & quadà consecratione vtrunq; homini datur, illud cum baptizatur, illud cum ordinatur. Ideò non licet in ecclesiâ catholica vtrunq; iterari. Hæc August. Eidem sententiæ subscribit Gregorius, qui libro. 2. sui registri, epistola. 32. sic ait: Illud autem quod dicitis, vt is qui ordinatus est, iterum ordinetur, valde ridiculum est, & ab ingenij vestri consideratione

A ratione extraneum, nisi fortè quod emplum ad medium deducitur, de quo & ille iudicandus est qui tale aliquid fecisse perhibetur. Absit autem à fraternitate vestra sic sapere. Sicut enim baptizatus semel, iterum baptizari non debet: ita qui consecratus est semel, in eodem iterum ordine consecrari non debet. Sed si quis forsitan cum leui culpa ad sacerdotium venit, pro culpa poenitentia indici debet, & tamen ordo seruari. Hæc Gregorius. Et vt iam concludamus, Conciliorum definitiones expedit adducere. Conciliū Carthagenense quartum sic definit: Non licet fieri rebaptizationes, neque reordinationes, vel translationes episcoporum. Et ponuntur hæc verba in volumine Decretorum de consec. dist. 4. cap. Non licet. De confirmatione autem Conciliū Tarraconense sic ait: Dicitū est nobis, quòd quidam de plebe bis vel ter vel eo amplius, episcopis ignorantibus tamen, ab eisdem episcopis confirmantur. Vnde nobis visum est, eandem confirmationem, sicut nec baptismum, iterari minime deberi. Hæc ibi. Quæ verba adducit Gratianus in volumine Decreto. de consec. dist. 5. cap. Dicitū est. Tamen vt ingenuè fatear, cum recurrissem ad vltimum Conciliorum, vt ibi ex fonte haurirem, nihil tale ibidem reperi, quale Gratianus citat sub illis titulis. Quòd sit, vt mea sententiâ dicere oporteat, vel titulum illum, qui est in Gratiano, incuria scriptorum fuisse corruptum: aut illorum Conciliorum decreta, quæ nunc apud nos sunt, esse mutila & manca, nec adeò integra vt Gratiani tempore existebant. Sed iam ad rē. Ex supradictis testimonijs constat, illa tria sacramenta esse interabilia. Hoc autem non ob aliud euenit, nisi quia in illis imprimitur character, qui est indelebilis: qui character cum in alijs sacramentis non imprimatur, talia sacramenta iteratò recipi possunt. Denique, vt sententiâ nostram plenè confirmemus, operæ precium erit Concilij Florentini de hac re definitionem proponere, quoniam apertissimè insanam Lutheri sententiâ damnat. Sic enim ait: Inter hæc sacramenta, tria sunt, baptismus, confirmatio, & ordo, quæ characterem, id est, spirituale quoddam signū, à cæteris distinctiuū, imprimunt in anima indelebile: Vnde in eadem persona non iterantur. Reliqua verò quatuor characterem non imprimunt, & reiteratione admittunt. Hæc Conciliū Florentinum. Deniq; Concilium Tridentinum sub Paulo tertio celebratum, sessione septima, canone nono per hæc verba diffinit: Si quis dixerit, in tribus sacramentis, baptismi scilicet, confirmatione & ordine, non imprimi characterem in anima, hoc est, signum quoddam spirituale, & indelebile, vnde ea iterari non possint, anathema sit. Hæc Concilium Tridentinum. Et de hac re hæc dicta sufficiant. Contra hunc errorem nemo ex ijs, qui aduersus Lutherum disputarunt (quod sciam) aliquid scripsit, præter vnum Angliæ regem, qui in eo opere, quod pro defensione sacramentorum ecclesiæ scripsit, succinctè satis & persunctoriè hunc errorem tangit.

CARO ET CORPVS

H V M A N V M.

Hic est vnus error Manichæorum, dicentium corpus suapte natura malum, & ideò à malo principio factum. Hunc errorem tuentur Priscillianistæ, sicut multos aliorum Manichæorum errores. Hic est etiam error Patricianorum, à Patricio quodam Romano (vt ait Philaster) sic appellatorum. Hi dicunt carnem à diabolo factam, & ideò insequendam, & morte plectendam. Qui adeò carnem suam odiebant (sicut idem Philaster & Aug. testantur) vt vltro sibi mortem inferre non dubitauerint, vt vel sic carne carere possent. Hunc eundem errorem ex parte tenent alij dicti Paterniani, qui alio nomine vocantur (vt August. ait) Venustiani. Hi dicunt inferiores partes corporis hu-

F. ALFONSI DE CASTRO MINORITAE

ris humani, non à Deo, sed à diabolo esse factas: quapropter licentiam tribuen-
tes omnium flagitiorum ex illis partibus, impurissimè viuunt. De reliquis autè
superioribus corporis partibus nihil tale asserunt sicut Patriciani dixerunt.
Idèò tamen in vnum eos coniungere placuit, quia vno eodemq; gladio ferien-
di sunt. Nam offenso, quòd totum hominis corpus à Deo factum sit, inde etià
manebit probatum, inferiores corporis partes esse à Deo factas, cum illè etiam
sint de substantia corporis humani.

Quo autem tempore aut Patriciani, aut Paterniani cœperint, neq; ex Au-
gustino, neque ex Philastro constat.

Primò ergo obijcimus id, quod in Genesi dicitur: Et creauit Deus hominè
ad imaginem & similitudinem suam. Ad imaginem Dei creauit illum, mascu-
lum & foeminam fecit eos. Ad hæc, ex suis distinctio nō est in anima sita, sed in
corpore, nec alibi quàm in inferioribus corporis partibus. Si ergo Deus mas-
culum & foeminam fecit eos, sequitur quòd non tantum creauit animam, cum
iuxta illam nulla sit sexus distinctio, sed etiam fecit corpus: quod est contra Pa-
tricianos. Et non solum fecit superiores partes corporis, sed etiam inferiores,
in quibus est potissima sexus diuersitas, & per hoc conuincuntur Paterniani.

Præterea in eodè lib. postea dicitur: Immisit ergo dominus Deus soporem in
Adam: cumq; obdormisset, tulit vnam de costis eius, & repleuit carnè pro ea.
Et ædificauit dominus Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem. Ec-
ce hîc vides dominum pro costa fecisse carnem, & ex costa iterum fecisse mu-
lierem. Non autem eam fecit ex costa quantum ad animam, quoniam illa crea-
tur, & cum sit spiritualis, ex nihilo fit, nec ex costa fieri poterat. Reliquum est
ergo, vt secundum corpus à Deo factam esse ex costa fateantur. Rursum, Pro-
pheta regius ait: Manus tuæ domine fecerunt me, & plasmauerunt me. Cor-
pus autem æquè est de substãtia hominis vt anima, dicente Athanasio: Anima
rationalis & caro vnus est homo. Cum ergo scriptura sæpè testetur Deum fe-
cisse hominem, nulla corporis & animæ in hac re facta distinctio, conuinci-
tur vt etiam fecerit corpus sicut animam. Et vt nulla possit tergiuersatione hic
error cæleri, Job expressè de corpore loquitur, dicens: Sicut lac me coagulasti.
Non autem coagulatur iuxta animã, vt liquet, sed iuxta corpus. Et Ecclesiasti-
cus ait: Deus de terra creauit hominem: quod etiã ad corpus referri oportet,
cum anima ex nihilo sit creata. Deinde cum Deus creauit hominem, & mascu-
lum & foeminam fecisset, benedixit eis, dicens: Crescite & multiplicamini, &
replete terram. Quibus verbis (vt aliàs docuimus) generationè præcepit, quæ
per corporum coniunctionem fit, & nō per quascunq; corporis partes (vt om-
nibus notū est) sed per inferiores, in quibus potissima sexus distinctio cōsistit.
Ergo partes illas, quibus generatio facièda est, à Deo factas esse oportet, à quo
generatio præcipitur. Et hoc contra Paternianos. Confirmat nostram sen-
tentiam manifestiùs Paulus, dicens: Neque exhibeatis membra vestra arma
iniquitatis peccato, sed exhibete vos ipsos Deo tanquã ex mortuis viuentes,
& membra vestra arma iustitiæ Deo. Cum ergo arma iustitiæ corpus & eius
membra Paulus appellet, conuincitur inde vt suapte natura non sit malum, cū
possit illud ad arma iustitiæ conuerti. Postremò CHRISTVS nostram assu-
mens naturam, factus est verus homo, sicut vnus ex nobis. Voluit enim (vt ait
Paulus) per omnia fratribus assimilari. Et Ioannes eius incarnationem descri-
bens, vno verbo dixit: Et verbum caro factū est. Et Paulus iterum ait: Qui fa-
ctus est ex femine Dauid secundum carnem. Si ergo caro hominis aut corpus
humanum à diabolo sit factum, vt Patriciani fabulantur, aut inferiores tantum
corporis humani partes, vt Paterniani mentiuntur, diabolus fecerit: oportet
tunc dicere, Christum Dei filium aliquid diabolicum retinere. Absit au-
tem, vt in tantam blasphemiam incidamus. Quæ enim societas lucis ad tene-
bras?

ADVERSVS HAERESES, LIB. IIII. Fol. 107

A bras: aut quæ conuentio Christi ad Belial? Et ipsemet CHRISTVS Dei fi-
lius de dæmone ait: Venit enim princeps huius mundi, & in me non habet
quicquam. Sed iam audiamus Ecclesie de hac re definitionem. Leo papa huius
nominis primus, in epistola 71. in qua errores Priscillianistarum damnat, cap.
8. hæc ait: Octauum eorum est, plasinationem humanorum corporum diaboli
dicere esse figmentum, & semina conceptionum opere dæmonum in mulieris
vteris figurari: propterea resurrectionem carnis non esse credendam: quia con-
creatio corporis non fit congruens animæ dignitati. Quæ falsitas sine dubio
opus diaboli est, & talia prodigia opinionum figmenta sunt dæmonum, qui nō
in foeminarum ventribus formant homines, sed in hæreticorum cordibus ta-
les fabricant errores. Quod immundissimum virus de Manichææ impietatis
specialiter fonte procedens, olim fides catholica deprehendit atque damna-
uit. Hæc Leo papa. Concilium Braccarense primum, cap. tertio suorum Decre-
torum sic definit: Si quis dicit creationem vniuersæ carnis non opificium esse
Dei, sed malorum angelorum, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt, ana-
thema sit. Reliquum autem Patricianorum errorem, quo credūt seipsos debe-
re occidere, vt vel hoc medio carne priuètur, inferiùs in titu. de occisione, ex-
pugnabimus. De alio etiam Paternianorum errore, quo putabant omnia flagi-
tia, quæ per partes corporis inferiores committi possunt, esse licita, inferiùs in
titu. de coitu disputabimus.

Secunda hæresis docet, imaginem Dei, ad quam homo à Deo cōditus esse
dicitur, esse in carne hominis sitam, & nō in anima. Verum de hoc errore
infra, Deo duce, in tit. de imagine disputabimus.

CERTITUDO.

B DE hac re vnam solum inueni hæretum, quæ docet, omnem hominem iu-
stum certitudine fidei scire se esse in gratia, & verè iustificatum. Et insu-
per addit, omnem hominem iustum esse obligatum ex regulis fidei ad
certò credendū, se esse in gratia. Quòd si non certò crediderit, ob hanc solum
causam dicit illum non esse iustum. Huius hæresis primus autor & inuentor
fuit Martinus Lutherus, & illum in hac parte secuti sunt Philippus Melanctō,
Martinus Butzerus, Ioannes Caluinus, & reliqui omnes qui Lutheranò nomi-
ne censentur. Contra hæresim istam nolo impresentiarum disputare, quoniam
inferiùs in titulo de gratia, illam rertio loco collocare statui, & ibidem contra
illam disputare.

CIBVS.

D DE hac re est vnus error, dicens non licere vesci carnibus. Hic est error
Tatiani & Encratarum, quos supra diximus à Tatiano fuisse exortos.
De quibus Irenæus lib. 1. contra hæreses, cap. 30. mentionem facit. Hic
errorem postea suscitauit Manichæi: Eidem adhæsit Acrius, vt Philaster ait:
August. tamen dicit Epiphanium hoc illi non impingere. Cathari autem Insa-
niam hanc auxerunt, dicentes non licere comedere oua, caseum, lac, etiã si ne-
cessitas adsit. Hunc errorem Catharis impingit Guido Carmelita. Hi autem
Cathari, qui ista docent non sunt illi, qui aliàs dicuntur Nouatiani, sed alij No-
uatianis posteriores, qui ad Manichæorum familiam pertinent, quos August.
non Catharos, sed Catharistas appellat. Nam August. in lib. de hæresi, cap. 46.
de Manichæis differens, dicit illos in tres partes esse diuisos. Quidã dicit sunt

T Mani-

Manichæi, nomen autoris seruantes: Alij, Macarij: Alij Catharistæ, hoc est, mūdatores, siue purificatores, propter quasdam horrendas & execrandas purificationes, quas faciebant. Isti aliquandiu extincti, tandem post aliquot secula surrexerunt in Alemania, sub imperatore Frederico. r. & vocati sunt Cathari, & meliùs vocarentur Catharistæ, vt August. eos appellat: quia illi non mundati, sed mundatores erant. Priscillianus etiam carnes tanquàm immundas escas deuittauit. Græci etiam (vt Guido illis impingit) damnant eos qui comedunt de suffocatis, aut alias carnes in lege veteri prohibitas. Contra hos omnes clamat scriptura sæpissimè. Primò dominus ad Mosen loquitur, quæ suo nomine filijs Israël dicturus sit, in hunc modū: Decima die mensis huius tollat vnusquisque agnum per familias & domos suas. Sin autem minor est numerus, vt sufficere possit ad vescendum agnum, assumet vicinum suum, qui coniunctus est domui eius, iuxta numerum animarum quæ sufficere possunt ad esum agni. Ecce vides qualiter dominus præcipit comedere agnum. Quòd si carnes malè essent & immūdæ, Deus nullo pacto præcepisset. Præterea Deus præscribens leges eorum, quæ comedere poterat filij Israël, per Mosen loquitur, dicens: Hæc sunt animalia, quæ comedere debetis de cunctis animantibus terræ: Omne quod habet diuisam vngulam, & ruminat in pecoribus, comedetis. Eandem sententiam in reiteratione legis, hoc est, in Deutern. replicat, dicens: Hoc est animal quod comedere debetis: Bouem, & ouem, & caprā, & ceruum, capream, bubalum, tragelaphum, pygargum, orygem, camelopardalum. Omne animal quod in duas partes findit vngulam, & ruminat, comedetis. Sed quoniam impij Manichæi vetus testamentum reijciunt, dicentes illud à quodā malo Deo esse factum, de quo errore aliàs disputabimus, idè testimonijs noui testamenti opus est vt nostram rem firmemus. Et primò omnium tuba apostolica, videlicet Paulus, pro nobis clamat in ea quæ est ad Roma. epistola, dicens: Scio & confido in domino Iesu, quia nihil commune per ipsum, nisi ei, qui existimat quid commune esse, illi commune est. Commune hic vocat Apostolus cibum immundum, & lege diuina prohibitum: sicut alibi dixit Petrus apostolus: Commune & immundum nunquam manducaui. Et post prædicta Paulus eodè loco subiungit: Omnia quidem munda sunt, sed malum est homini, qui per offendiculum manducat. Hoc autem dicit Paulus, quia propter vitandum scandalum in proximo, debet homo à carnibus abstinere, si videt alium scandalizari ex esu carniū, sicut alibi ait: Si fratrem meum scandalizo, carnes non comedam in æternum. Et in eodem priori loco eandem persequens sententiā Paulus, subiungit: Qui autem discernit, si manducauerit, damnatus est, quia nō ex fide. Tatianus ergo & Manichæus & Priscillianistæ & Cathari damnati sunt iuxta Paulum, quia manducantes discernunt cibos, putantes aliquibus non esse vescendum. Præterea in epist. r. ad Timoth. hoc clariùs exponit, dicens: Spiritus autè manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisis loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere, abstinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cū gratiarum actione fidelibus, & his qui cognouerūt veritatem: quia omnis creatura Dei bona est, & nihil reijciendum, quod cū gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei & orationem. Jam quæso, quid his verbis apertius dici poterat? Rursum, confirmat hæc sententiā visio Petri, de qua sic dicitur in Actib. apost. Et cū esuriret Petrus, voluit gustare. Parantibus autem illis, cecidit super eum mentis excessus. Et vidit cælum apertum, & descendens vas quoddā velut linteaminum magnum quatuor inijs submitti de cælo in terrā, in quo erant omnia quadrupedia & serpentina terræ, & volatilia cæli. Et facta est vox ad eum: Surge Petre, occide, & mādūca. Ait autem Petrus: Absit domine, quia nunquā man-

A manducaui omne commune aut immundum. Et vox iterum secundo ad eum: Quod Deus purificauit, tu commune ne dixeris. Hoc autè factum est per ter. Et statim receptum est vas in cælum. Hæc ibi. Deinde ipse Christus (vt omnes Euangelistæ testantur) comedit agnum paschalem. Si autem carnes ex se essent immundæ & illicitæ, Christus totius perfectionis & virtutis exemplum, nunquam comidisset. Accedit ad hæc omnia Ecclesiæ in hac parte definitio. Concilium nanq; Braecarense primum, capite quartodecimo suorum Decretorum sic definit: Si quis immundos putat cibos carniū, quas Deus in vsu hominum dedit, & non propter afflictionem sui corporis, sed quia immunditiam putauerit, ita abstineant ab eis, vt nec olera cocta cū carnibus pergustet, sicut Manichæus & Priscillianus docuerunt, anathema sit. Hæc Concilium. Post tam expressa scripturæ sacræ & Ecclesiæ testimonia, non est quòd iam amplius de hac re disputemus. Verum superest, vt respondeamus cuidā obiectioni, quæ pro errore Græcorum fulciendo adduci possit. In Concilio liquidè ab apostolis Hierosolymæ celebrato, de quo in quintodecimo, cap. Act. Apostolorum fit mentio, cū de hac re fieret disputatio, sic lata est sententiā: Visum est enim spiritui sancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quàm hæc necessaria, vt abstineteis vos ab immolatis simulacrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione, à quibus custodientes vos bene agetis. Hæc ibi. Quæ verba nullo modo nostræ sententiæ repugnant: quoniam illa ab apostolis pro tunc prohibita sunt, & non quia ex se mala, aut quia lege diuina interdicta: sed prohibita sunt propter Ethnicos, qui nouiter conuertebantur ad fidē. Iudæi enim maximè horrebant comedere immolata simulacrorum, siue idolorum, & suffocatum. Apostoli autem timentes ne Iudæi conuersi, occasione cibi quæ horrebant, separarentur à communionem fidelium, præceperunt fidelibus vt ab illis cibis abstinerent, ne occasione cibi perderent fratres, quos fortè ad dominum possent conuercere, à talibus cibis abstinendo. Hoc autem ita esse facile conuincimus. Nam vt de cæteris taceam, inter cibos illic annumeratos sunt immolata simulacrorum, de quibus Apostolus dicit esse licitum comedere, modo non sit conscientia idoli, id est, dummodo hoc propter idoli reuerentiam non faciat, credens fortè aliquid numinis esse in idolo. Sic enim ait in r. ad Corinth. epistola: De escis autem quæ idolis immolantur, scimus quia nihil est idolum in mundo, & quòd nullus est Deus nisi vnus. Nam si sunt qui dii dicantur, siue in cælo, siue in terra (liquidem sunt dii multi, & domini multi) nobis tamen vnus Deus pater, ex quo omnia, & nos in illo, & vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Sed non in omnibus scientia. Quidam autem cum conscientia vsque nunc idoli, quasi idolothyrum manducant, & conscientia ipsorum, cū sit infirma, polluitur. Esca autem nos non commendat Deo. Neque enim si manducauerimus, abundabimus: neque si non manducauerimus, deficiemus. Videte autem ne fortè hæc licentia vestra offendiculum fiat infirmis. Hæc Paulus. Ex quibus verbis clarè patet, licitū esse comedere ea, quæ immolata fuissent idolis, modo conscientia idoli non adesset. Verum et si hoc ei esset licitum, si videret alium ex hoc scandalizari, à cibo aliàs licito deberet abstinere, ne fratrem suum occasione cibi perderet. Nullus est ergo cibus nobis diuina lege prohibitus: sed iuxta licentiam nobis à Saluatore datam, de omnibus cibis qui apponuntur nobis, licebit manducare.

Secūda est hæresis huic proximè opposita, quæ asserit, quoslibet cibos quoslibet etiam die, omnibus sine omni discrimine esse licitos, quantumlibet per Ecclesiasticas functiones fuerint prohibiti. Hæc est hæresis Iouiniani, vt patet ex Augustino libro de hæresibus. ad Quod vult Deum, cap. 82. Hic Iouinianus monachus fuit Romæ tempore beati Hieronymi, contra quem idem

Valden. Hieronymus scripsit. Est etiam error Vvaldensium, qui tempore quadragesimæ carnem & ova, & reliqua prohibita comedebant, dicentes nullum esse peccatum hoc facere: imò dicebant Ecclesiam non posse talem ciborum abstinentiam præcipere, & in tali abstinentia à carnibus dicebant nullum inesse meritum. Hunc eundem errorem hoc nostro tempore amplexati sunt Lutherani, qui omni feria sexta & sabbato, & in omnibus diebus quadragesimæ carnes effrenatè comedunt. Audiui ipsemet hoc mense, quo hæc scribo, videlicet in mense Maio, anno domini M. D. XXXIII. à quodam viro probo Colonienfi, quod ipso eunte ad nundinas, quæ habentur Francfordiæ, quæ ciuitas est superioris Germaniæ, tempore quadragesimæ in quolibet fermè oppido ante Francfordiam nullus cibus illi aut socijs eius, aut quibuslibet alijs aduenientibus dabatur ab hospitibus, præter carnes: quas si aliquis respuebat ob temporis reuerentiam, & Ecclesiæ statutum, nullo modo illi volebant aut panem aut vinum venale tribuere. Francfordiæ autem dicebat mihi rem mitius agi propter nundinas, quæ tunc tempore quadragesimæ ibi habebantur, vt libentius ad illas quisque veniret. Dicebat enim toto tempore quadragesimæ carnem simul & pisces omnibus propinari: neminem tamen ad aliquem cibum cogi, sed liberam cuique manere facultatem edendi quod libuisset. De eadem autem hæresi suspicionem non modicam præbuit multis Erasmus Roterodam. vir vtinam tam pius quàm doctus: & nescio an plenè & rectè ab hac se purgauerit suspicione: nam in multis suis scriptis apertissimè hanc videtur docere sententiam: è quibus vnum & alterum indicabo lectori, vt ex illis conijciat quid ille velit. In epistola præposita paraphrasi primæ ad Corin, sic ait: Mihi purioris Christianismi videtur, magisq; consentaneum euangelicæ & apostolicæ doctrinæ, si nullum certum cibi genus præscribatur: sed admoneantur omnes, vt quisq; pro corporis habitu vescatur, quæ maximè conducunt bonæ valetudini: non ad luxum, sed ad sobrietatem, cum gratiarum actione ac studio bonæ mentis. Hæc Erasmus. Et in paraphrasi octauæ capitis primæ ad Corin, sic ait: Approbo quod dicis: Esca nõ commendat nos Deo. Cùm enim Deus vniuersa creauerit ad vsus humanos, neq; quicquã à nobis exigat præter vitæ pietatem, quid illius refert, piscium an quadrupedum an volatilium carnibus vescamur? Nihil enim pietati quicquã vel addit vel adimit horum delectus: superstitiosum facere potest, piũ nequaquã. Christus nullum horum discrimen docuit. Proinde temeritatis sit, si quis homunculus conetur quenquam huiusmodi constitutionibus onerare. Pro suo quisq; corporis affectu vescatur quibus velit, modò sobriè parèque, super omnibus gratias agens Deo. Hucusq; Erasmus. Candidum lectorem obtestor per Christi passionem, & illius supremum iudicium, vt omni affectu procul semoto, consideret quid ex his Erasmi verbis colligi possit. Nõne hic apertissimè & luce clariùs docet, nullum esse meritum in ciborum delectu: in abstinentia à carnibus & lacticijs: imò dicit esse puriorem Christianismum, & magis euangelicæ & apostolicæ doctrinæ consentaneum, à nullo cibi genere abstinere. De hac re fuit à Parisiensibus Theologis communi illorum censura notatus. Sed illorum censuræ sic ille respondit, vt mihi videatur de huius hæresis suspicione se malè purgasse. Nam etsi faterer se nolite præpositorum Ecclesiæ obedientiam lædere, neq; velle, vt quisque pro libito contra Ecclesiæ statuta vescatur carnibus aut alijs cibis tempore quo ab Ecclesia sunt interdicti: tamen in ea sententia persistit, vt dicat nihil proficere ad pietatem ciborum discrimen: & esse magis Christianæ doctrinæ conforme, si talis ciborum delectus statuto Ecclesiæ tolleretur: quoniam (vt ait) Christus nullum ciborum delectum docuit. Admittit etiam carniū abstinentiam, sed hanc liberam esse optat: vt quisq; suo arbitrio, & non lege cogente à carnibus abstineat. Nam in responsione ad primam de hac re Parisiensium censuram, sic ait:

A air: Arbitror autem puriorem fuisse Christianismum temporibus apostolorum ac martyrum, quàm nunc, quando sic refrixit hominum charitas. At illis temporibus, cùm nullum esset præscriptum de ciborum discrimine, plures vltro abstinebant à carnibus, quàm nunc faciunt coacti lege. Hæc Erasmus. In quibus verbis satis apertè indicat, bonum esse abstinere à carnibus: sed malum esse alios ad hoc faciendum lege cogere. Et si ita sentit, in alium errorem labitur, similem errori Aërij, qui dixit non esse bonum hominem ad ieiunium cogere: sed liberum fore cuique cū voluerit ieiunare. Sed de hoc Aërij errore infra in titulo de ieiunio, hæresi secunda disputabimus. Hoc ergo errore dimisso, ad priorem hæresim de ciborum delectu reuertamur. Huius hæresis expugnatio, ex alio quod infra discutiemus pendet, videlicet, an Ecclesia possit aliquam legem de nouo statuere: de qua re dicemus infra in titulo de Ecclesia. Verum quantum pro nunc possumus differemus. In veteri Instrumento reperimus laudatam abstinentiam aliquorum ciborum & potuum, qui etiam lege diuina non erant prohibiti. In lib. nanq; Numerorum talis describitur lex Nazaræorum: Vir siue mulier cùm fecerint votum vt sanctificentur, & se voluerint domino consecrare, à vino, & omne quod inebriare potest, abstinébunt. Acetum ex vino & ex quolibet alia potione, & quicquid de vna exprimitur, non bibet: vvas recetes siccasq; non comedent cunctis diebus, quibus ex voto domino cõsecrantur: quicquid ex vinea esse potest ab vna passa vsque ad acinum, non comedent. Sed ad hoc & ad alia, quæ de veteri testamento afferri possunt, respondebunt fortè, in veteri lege fuisse licitam, imò meritoriam talium ciborum abstinentiam, quia per illam obedientia præstatur domino illam præcipienti: in lege autè euangelica non licere iam talem ciborum differentiam facere, cū dominus omnium ciborum esum concesserit. Sed hoc facillimè reijcimus, si consideret quisq; nõ minus esse licitum in veteri lege bouis & ouis esum, quàm nunc in lege euangelica. Sicut enim nunc omnes cibi sunt à Deo permitti, ita & tunc bos & ouis & capra & alia animalia, quæ ruminant & virgulam habent diuisam, erant concessa, vt patet ex Leuetico & Deutero. Sed non obstante tali indulgentia & concessione illorum ciborum, tunc in veteri lege ante promulgationem euangelij, licitè quis imò meritoriè ab illis cibis abstinerebat, ergo & nunc ab eisdem licitè & meritoriè abstinerebit: cùm par sit vtrouque ratio, & æqua pro vtroque tempore illorum ciborum concessio. Quod autem diximus pro tempore veteris Legis meritoriè aliquem à carnibus abstinuisse, satis cõuincitur per id, quod Matthæus de Ioanne Baptista ait: Ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos. Esca autem eius erat locustæ & mel syluestre. Ecce iam vides Ioannem Bapt. à carnibus abstinuisse: nec in hoc errasse dicere poterunt, quem constat ex vtero matris sanctificatum fuisse. Quod si per hoc non meritoriè egit, cur de hac re tantopere eum Euangelista laudauit: Præterea post datum & prædicatum à Christo Euangelium, in quo omnium ciborum esum Christus concessit, apostoli in vnum congregati Hierosolymis, prospicientes tranquillæ conuersationi eorum qui ex Iudeis & Gentibus conuertebantur, decretum quoddam ædiderunt in hunc modum: Visum est spiritui sancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quàm hæc necessaria, vt abstinere ab immolatis simulacrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione, à quibus custodientes vos bene agetis. Tunc iam percontabor Vvaldenses & Lutherum, an apostoli sic decernentes errauerint, an iuste diffinierint? Absit vt dicant apostolos post receptum iam spiritum sanctum in re tam seria omnes concorditer errasse, maximè spiritu sancto illis tunc assistente: sic enim dicunt: Visum est spiritui sancto & nobis. Si ergo apostoli tunc in vnum congregati, iusta quadam de causa moti, prohibere potuerunt esum suffocati & sanguinis, cur etiam modò Ecclesia, aut concilium generale illam

repraesentans, illos eosdem, aut alios similes cibos ob aliquas causas iustas prohibere non poterit? Nunquid detrudemus nunc Ecclesiam ad angustiores limites, quam antè: ut ea nunc non possit, quæ antè iuste poterat? Quòd si hoc dicunt, ostendant literas à Deo de cælo missas, per quas reuocauit auctoritatè & potestatem, quam olim Ecclesiæ suæ concesserat. Rursum, inter Ecclesiastica dogmata per beatum August. collecta, vnum habetur in hunc modum: Sacra-
 tæ virginitati nuptias cœquare, aut pro amore castigandi corporis abstinentibus à vino vel carnibus, nil credere meriti accrescere, non hoc Christiani, sed Iouiniani est. Hæc ibi. Adde, quòd ab ipsis Ecclesiæ nascentibus primordijs talis fuit apostolicorum virorum cōsuetudo, ut à pluribus cibis abstinerent. Philo siquidem sapientissimus vir, apostolis cœuus, de Christianorū vita loquēs, hæc dicit, ut eum citat Eusebius. 2. lib. historiæ Ecclesiasticæ, cap. 17. Atque in ipsis diebus in terra recumbentes (sicut antiqui moris fuisse dicitur) vinū quidem nemo omnino ne gustu quidem contingat, sed nec quamlibet carnē: tantum autem aqua sit eis poculum, & panis cum sale vel hyssopo cibus. Hæc ibi Eusebius. Postremò iam audiamus Ecclesiæ definitionem. Cōcilium siquidem Toletanum octauum, cap. 9. sic definit: Et etiam quicumq; quadragesimæ dies, quæ anni totius decimæ putantur, quæ & in oblatione ieiunij domino consecrantur, quibus etiam saluberrimè conditio humani generis expiatur, dum à quatuor mundi partibus ad hanc hominem religionem crediturus adducitur, & quatuor elementis formatur, & propter transgressionem decalogi, quatuordecies conuenienter affigitur, illi qui temerariè hæc omnia cōtemnunt, nec voracitatis ingluuiem frenant, & quod peius est, paschalia festa illicitorum esum perceptione prophanant: quibus ex hoc adeò acerrimè interdicitur, ut quisquis sine inenitabili necessitate, atq; fragilitate, & euidente lāguore, seu etiam impossibilitate ætatis, diebus quadragesimæ esum carniū præsumpserit at-
 tē-
 dare, non solum reus erit resurrectionis dominicæ, verum etiā alienus ab eiusdem diei sancta communione: & hoc illi cumuletur ad pœnam, & ipsius anni tempore ab omni esu carniū abstineat galam, quia sacris diebus abstinentiæ oblitus est disciplinam. Hæc Concilium. Cuius definitioni quemlibet Christianum magis oportet obedire, quam cuiusvis Concilio malignantium. Vvaldensium aut Lutheranorum. Sed iam videamus quæ nobis obiectant. Primò enim obieciunt id, quod Dominus dixit discipulis suis, cum eos ad prædicandum misit: In eadem (inquit) domo manete, edentes & bibentes quæ apud illos sunt. Et rursum: In quamcunq; ciuitatem intraueritis, & susceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis. Cui obiectioni respondeamus, illa verba Christi non ad omnes Christianos pertinere, sed ad Apostolos solum: nec illis pro toto tempore futuro sunt dicta, sed pro illo duntaxat tempore, quo ad illud iter mittebantur. Quibus enim tunc dicitur: In viam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorū ne intraueritis: postea dicitur: Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Deinde illis verbis (ut Theophylactus admonet) solum docet apostolos & apostolorum nomine reliquos prædicatores Euangelij, ut contenti sint cibo & potu qui offertur ab ijs, apud quos diuersantur, neque eos debere querere deliciores cibos quam sint ijs, qui offeruntur ab ijs, quibus prædicant. Adde, quòd & si ad omnes illa verba pertinerent, nihil ex eis colligitur, nisi quòd nobis iam permittebatur aut indulgebatur quilibet cibus, etiam qui antè in lege erat prohibitus: nō autem est præceptum ibi, sed libera quædam facultas concessa. Quòd si per hoc, quòd sub imperatiuo modo posita sunt, contendis esse præceptum, & non indulgentiam, ad hunc modum oportebit te etiam fateri præceptum esse quod dominus in Leuit. dixit: Omne animal quod habet vngulam diuisam & ruminat comedetis. Quòd si concedis, concedas etiam oportet Ioannem Bapt. peccasse,

A
 casse, quia iuxta præceptum non fecit, cū nullum tale animal comedit. Certum est ergo illud esse intelligendum iuxta indulgentiā: ut sit sensus: Omne animal quod habet vngulam diuisam & ruminat, comedetis, id est, poteritis comedere. Et hoc modo exponit beatus Augustinus illum locū in libro de opere monachorum, cap. 6. Ad hunc etiam modum capienda sunt illa Euangelij verba: In quamcunq; ciuitatē intraueritis, & susceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis: id est, licitum erit vobis manducare de omnibus quæ apponuntur vobis: ut videlicet intelligatis nullum iam per me esse vobis prohibitum cibum, nisi vos ipsi pro libito ab eis abstinere volueritis, aut in posterū à meis successoribus vobis interdictum fuerit. Secundò obijciunt id quod dominus apud Matthæum ait: Quod intrat in os, non coinquinat hominem: sed quod exit de ore, id coinquinat hominem. Ergo comedens carnes in quadragesima, non peccat. Respondemus, fatentes cibum nullum ex sua natura posse maculare animæ substantiam: sed voluntas deprauata, qua cōtra præceptum ecclesiasticum carnes comedit, illa est quæ coinquinat hominem. Illa autem praua voluntas sollicitans ad inobedientiam, est intima homini, & exit de cordē, & inde peruenit ad os per prauū operis executionem. Ad hunc modum dicimus etiam (ut Paulus ait) quòd esca nos non commendat Deo. Esca enim ipsa nec meliores, nec peiores facit, sed obediētia, qua obediētes præcepto Ecclesiæ abstineamus ab aliquibus cibis, commendat nos Deo, & meliores facit: inobediētia autem peiores. Sed iam discutere etiam oportet id, quod pro se adducit Erasmus: Christus (inquit ille) nullum docuit ciborum discrimen, ergo purioris Christianismi erit, si nullus habeatur ciborum delectus. Quantum hæc collectio valeat, vel mediocriter doctus si bene consideret, intelliget. Nam ad hunc modū oporteat etiā colligere, quòd purior esset Christianismus, si omnes procul ab Ecclesia abigerentur ceremoniæ, quoniam Christus aut nullas, aut paucissimas docuit ceremonias. Eadem ratione fatendum etiam erit, quòd purioris Christianismi esset, si corpus dominicum daretur cœnatis, quam si daretur ieiunis: quoniam Christus saluator noster nec verbo, nec exemplo docuit dare ieiunis, cū ipsemet corpus suum apostolis cœnatis dederit. Non enim confitens est, ut quia Christus redemptor noster hoc aut illud non docuit, id eò longè sit à puro & vero Christianismo. Ille purior est Christianismus, qui propius accedit ad vitam & imitationem Christi, & apostolorum eius. At Erasmus ipse in responsione ad Parisienses, fatetur tempore apostolorum, quum nullum erat præscriptum de ciborum delectu, plures abstinuisse à carnibus, quam nunc. Purioris ergo Christianismi erit abstinere à carnibus ad demandam carnis rebellionem, quam vesci carnibus, quæ corpori vires nimias ministrant, ut suam possit exercere tyrannidem. Caterum quòd Christus nullum docuerit ciborum delectum, fortè Iudæorum imbecillitas fuit causa. Iudæi siquidem putabant cibos, quos lex Mosaica interdixerat, esse natura malos & immundos, ac proinde vitios: & si Christus saluator noster adhuc pergeret carnes & alios cibos prohibere, in suo fortè confirmati fuissent errore, & in alium ducerentur, ut crederent etiam carnes esse natura malas, quemadmodum Manichæi impiè sentientes opinati sunt. Ut igitur ab hoc errore Christus saluator noster Iudæos auocaret, noluit vllum ciborum discrimen docere. Postea verò quum Ecclesia ex Gentibus collecta, spiritu sancto suggerente, fuit satis edocta, nullum cibum esse natura malum, sed omnem creaturam bonam esse, nihilque esse reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur, Christus qui nobiscum est vsque ad consumptionem seculi, Ecclesiam suā docuit leges statuere, quibus aliqua ciborum genera certis aliquibus tēporibus interdiceret: ut pabulo nimis nutriente corpori sublato, cogatur animæ nutui deseruire. Nam domitores equorum non verbera solum adhibent ad demandandum, sed cibum

etiam aut cibi fortioris genus subtrahunt, fœnum pro hordeo tribuentes, vt fame debilitetur equulorum nimis effrenata vis. Sunt enim efcę quędam, quę non solum nutriunt corpus ad vitam, sed inflammant ad libidinem. Ab his abstinere non parum conducit ad veram pietatem augendā. Qui plura de hac re videre optat, legat Iodocū Clichthoucum in propugnaculo Ecclesię, quod contra Lutheranos ædedit, in quo satis diffusē hanc rem pertractat.

CIRCUNCISIO.

VNus est error, asserens adhuc in noua lege debere paruulos circumcidi. Verum de hoc errore inferius dicemus in titull. Lex, vbi probabimus omnia legalia iam cessasse: quo facto, actum etiam erit de circuncisione.

CHRISTVS.

CHristus, nomen est vnus personę duas naturas habentis, diuinam videlicet, & humanam. Hanc enim esse fidem rectam Athanasius ait, & catholica prædicat Ecclesia, vt credamus & confiteamur, quia dominus noster Iesus Christus Dei filius, Deus & homo est. Deus est ex substantia patris ante secula genitus: & homo est ex substantia matris in seculo natus. Cum ergo plures exortę sint circa personam Christi hæreses, hoc ordine eas pertractabimus: & primò de illis dicemus, quę circa naturam eius diuinam versantur: deinde illas pertractabimus, quę solum naturam humanam tangere videntur. Postremò de illis differemus, quę totam respiciunt personā in duabus naturis existentem.

Prima ergo de hac re hæresis est, quę negat Christum fuisse Deum, sed solā naturam habuisse humanam. Huius hæresis primus autor (quod sciam) fuit Ebion quidam, apostolis coæuus, quoniā anno domini octogesimo sub Domitiano Cæsare & Cleto Papa floruit. Contra hunc Ebionē (vt dicit beatus Hieronymus lib. de Ecclesiasticis scriptoribus) Ioānes omnium nouissimus scripsit Euangelium, rogatus ab Asiæ episcopis. Ideò compulsus est diuinā edicere nauitatem. Post hanc Ebionē, vel vt veriùs dicam, eodem tempore quo Ebion, Cerinthus eundem tenuit errorem. Philaster tamen hunc errorem Carpocrati cuidam tribuit, tanquam primo illius patrono, & post illū Cerintho, & deinde Ebioni, quē dicit fuisse Cerinthi discipulum. Post istos (vt idē Philaster ait) hunc errorem tutatus est Theodotus quidā Bizantinus, qui in persecutione positus, Christum saluatorem negauit. A quo tēpore coepit docere Christum esse purum hominem, & non Deum. Hoc autē fecit, credēs hoc medio negationis opprobrium à se reijcere. Cogitauit enim apud se, quòd si quis illi negationis crimen impingeret, responderet, quòd hominē negauerat, non Deum. Beatus tamen Augustinus hæc omnia tribuit cuidam Theodotioni. Nescio tamen vbi litera sit corrupta, an apud Philastrum, an cuius libro hic hæreticus vocatur Theodotus, an apud Augustinum, vbi vocatur Theodotion. Certum est enim ex Eusebij historia ecclesiast. fuisse quendam hæreticum Theodotū nomine, qui docuit Christum fuisse purum hominem, & ob id à Victore papa fuisse ab Ecclesia eiectum. An autem Theodotion alius hoc etiā senserit, me later. Fuit etiam error iste cuiusdā Artemonis, de quo Eusebius lib. 5. cap. 28. hist. eccle. Post istos eundem errorem amplexatus est Paulus Samosatensis in Syria, qui dixit Christum fuisse quidem hominem iustum, non autem Deum. Hic sub Se-

Ebion.

Cerinthus.
Carpocrati.

Theodotus.

Artemon.
Paulus
Samosa.

Auero imperatore vixit, & Victore papa huius nominis primo. Cui successit in eodem errore, velut discipulus magistro, Photinus quidam, qui errorem iam deficientem sic instaurare & confirmare nitēbatur, vt illum errorem defendentes, Photiniani, & non Pauliani dicerentur. Istorum ergo omnium communis fuit error, Christum purum hominem fuisse ex vtroque sexu natum, nec ante Mariam eius matrem extitisse. Arriani autem etfi credant eum non ex vtroque sexu natum, eum tamen puram esse creaturam arbitrantur, dicuntque illum non natura, sed adoptione filium Dei. Verum cum istis obijcitur, ex sacris literis conuinci Christum esse filium Dei, fatentur, eum hoc tamen dicunt illum esse creaturam, quia filium Dei ipsi dicunt esse quandam dei creaturam, & spiritum sanctum aliam creaturam productā à filio. Ideo contra istos Arrianos nihil nunc agemus, sed ad alium locum differemus, quando de Deo, & vnitate illius essentię, & Trinitate personarum differemus. Cum ergo hoc sit vnum ex præcipuis nostrę fidei fundamentis, Christū videlicet esse verum Deum Dei filiū, illud oportet ostendere esse firmissimum, & pluribus sacrę scripturę testimonijs roboratū. A primo ergo Euangelio, videlicet Matthæi, incipientes, per reliquos noui instrumenti libros discurremus. Baptizatus autem Iesus (ait Matthæus) confestim ascendit de aqua: & ecce aperti sunt ei cœli, & vidit spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientē super se: & ecce vox de cœlo, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cōplacui. Vides hic non solum de terra, sed de cœlo testimonium, qualiter Christus est filius Dei. Et iterum apud eundem: Venit autem Iesus in partes Cæsarię Philippi, & interrogauit discipulos, dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt: Alij Ioannem Baptistam, alij autem Heliam, alij vero Hieremiam, aut vnum ex prophetis. Dicit illis Iesus: Vos autem quem me esse dicitis? Respondens autē Simon Petrus, dixit: Tu es Christus filius Dei viui. Et hic vocatur à Petro filius Dei viui, nec tamen pro hoc dicto reprehensus est, imò potiùs laudatus. Postquā etenim Petrus sua verba finiuit, statim Christus subiungit: Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est. Rursum idem Matthæus enarrans Christum in monte transfiguratum, & Petrū petentem ibidē manere, ait: Adhuc eo (videlicet Petro) loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos, & ecce vox de nube, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite. Hoc etiā narratur à Marco & Luca. Præter hoc tamē Marcus aliud expressius habet testimoniū. Describens siquidem examinationem, quā summus sacerdos de Christo faciebat, ait: Rursum summus sacerdos interrogabat eū, & dixit ei: Tu es Christus filius Dei benedicti? Iesus autem dixit illi: Ego sum. Nullum certē expressius testimonium potest adferri pro hac fide confirmanda. Lucas verò enarrans Gabrielem angelum de cœlo ad virginē missum, verbaque eiusdem angeli ad virginem referens, sic ait: Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur: & dabit illi dominus Deus sedem David patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum. & regni eius non erit finis. Iā vides eum vocatum ab angelo filiū altissimi. Sequitur: Dixit autem Maria ad angelū: Quomodo fiet istud, quoniā virum non cognosco? Et respondens angelus dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi: ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Et Elizabeth cum visitatur à virgine Maria, habente iam in vtero Iesum, exclamat voce magna, & dicit: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Et vnde mihi hoc, vt veniat mater domini mei ad me? Adhuc Iesus est in vtero paruulus corpore, & vocat eum Elizabeth dominum suum. Qualiter quæso dominus illius esse potest, si præter humanā naturā non haberet diuinam, secundum quā & dominus est Elizabeth, imò omnium creaturarum? Iam opus est, vt audiamus aquilam illam

Photinus.

Matt. 31.

ibidem.

Matt. 17.

Mar. 19.
Luc. 9.
Mar. 14.

Luc. 11.

ibidem.

illam sublimem, Ioannem euangelistam, qui supra pectus domini in coena recubuit, cui & reuelata sunt secreta coelestia: In principio (inquit) erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Sequitur: Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Verbum vocat filium Dei, quem & vocauit Deum, dicens: Et Deus erat verbum. Hunc filium Dei factum esse hominem declarauit, dicens: Verbum caro factum est. Rursum cum dixisset Iesus Iudæis: Abraham pater vester exultauit ut videret diem meum: vidit, & gauisus est. Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Dixit eis Iesus: Amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum. Si Christus ante carnis natiuitatem non extitit, quomodo verum est quod ait: Antequam Abraham fieret ego sum, cum Abraham præcesserit Christum iuxta carnis natiuitatem plusquam mille annis? Et alibi vocatur filius Abraham. Non est ergo possibile, vt filius sit ante patrem, nisi aliam habeat naturam, nempe diuinam, secundum quam filius Abraham non sit & prior illo sit. Præterea idem Iesus Christus Lazarum mortuum suscitaturus, Martham sororem Lazari alloquens, ait: Ego sum resurrectio & vita. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuere: & omnis qui viuere, & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc? Ait illi: Vtiq; domine, ego credidi quia tu es Christus filius Dei, qui in hunc mundum venisti. Paulus etiam vas electionis, qui vidit arcana Dei, non semel tantum aut iterum de hac re præbet testimonium, sed frequentissimè. In epistola siquidem ad Romanos sic eos alloqui incipit: Paulus seruus Iesu Christi, vocatus apostolus, segregatus in Euangelium Dei, quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, qui prædestinatus est filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri, per quem accepimus gratiam & apostolatū, &c. Obserua hic, quòd primò dixit, prædicationem Christi esse Euangelium Dei: ex quo factis aperte conuincitur Christum esse Deū. Deinde subiungit Christū esse prædestinatū siue declaratum aut manifestatū filium Dei ex resurrectione mortuorum. Per hoc enim quòd seipsum suscitauit, declaratus est Deus. Nā etsi multi ex mortuis suscitati sint, nullus tamen propria virtute surrexit, sed ab alio suscitatus est, nempe ab ipso Deo, & ab alijs sanctis ministerio quodam, hoc est, precibus ad Deum factis, quas Deus exaudiens, mortuū pro quo sanctus orat, suscitauit. Christus autem cum seipsum suscitauit à mortuis propria virtute, per hoc declaratus est filius Dei. Et iterū idem Paulus ait: Secundū duritiem tuā, & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique secundū opera eius. Ecce vides hic iudicium Christi vocatū iudiciū Dei. Beatus enim Paulus Apostolus dicit oportere nos omnes manifestari ante tribunal Christi, vt reportet vnusquisque prout gessit in corpore suo, siue bonum, siue malum. Et cum pater omne iudicium dederit filio, & cum (iuxta beatum Iacobum) vnus sit legislator & iudex, conuincitur inde vt CHRISTVS sit Deus, cum non sit aliud futurum iudicium, quàm illud quod CHRISTVS in fine facturus est: hoc autem Paulus vocat iudiciū Dei, Christus ergo Deus. Et in eadem epistola iterum ait: Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israëlita, quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentū, & legislatio, & obsequium, & promissa, quorum patres ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula, Amen. Nihil poterat ad ostendendam Christi diuinitatem expressius dici. Rursum in epistola. I. ad Corinthios. sic ait: De eis autem quæ idolis immolantur, scimus quia nihil est idolum in mundo, & quòd nullus est Deus, nisi vnus. Nā etsi sunt, qui dicuntur

A cantur dii, siue in coelo, siue in terra, siquidem sunt dii multi, & domini multi, nobis tamen vnus est Deus pater, ex quo omnia, & nos in illo: & vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Hæc ibi Paulus. Si ergo vnus solus est Deus, & nullus alius præter illum, & coassumitur in vnam deitatis naturam dominus Iesus Christus, per quem Paulus ait facta esse omnia: ergo Christus est Deus. Et in. 2. epist. ad Corinthios. ait: Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quæ scitur & legitur ab omnibus hominibus, manifestati quoniam epistola estis Christi ministrata à nobis, & scripta non atramento, sed spiritu Dei viui: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Epistolam Christi vocat Apostolus Corinthios, quia illi Christi mandata & leges apud seipsum tanquam apud aliqua literarum monumenta conseruabant. Hanc autem epistolam dicit Paulus à se ministratam: vt sicut legis veteris Moses olim fuerat minister, sic etiam ad legem euangelicam vultandam & prædicandam minister fuit. Et hanc scriptam non atramento, sed spiritu Dei viui. Scripta est ergo à Deo in cordibus nostris, quemadmodum per Hierem. prophetam dixerat: Post dies illos, dicit dominus, dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam. Si ergo Corinthij sunt epistola Christi, & hæc est scripta à Deo, Christus igitur Deus. Illius siquidem est epistola à quo scribitur, nisi cum fortè quis minister est alterius, vt alio dictante quis scribat: tunc enim epistolam dicemus esse eius qui dictauerat, etsi ipse non scribat. Hic autem idem est dictare & scribere, idem dictans & scribens. Cum enim scripta sit epistola à Deo, non autem scribit Deus alio quopiam dictante, epistola verò dicitur esse Christi: manifestè conuincitur Christum esse Deum. Et in epist. ad Philip. sic etiam ait: Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Quid clarius expectari potest, quàm quòd Paulus hic dicit ad confirmandam Christi diuinitatem? Et in epistola ad Titum sic admonet dicens: Seruos dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, non contradicentes, nō fraudantes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes, vt doctrinam Saluatoris nostri Dei honorent in omnibus. Hæc Paulus ibi: vbi apertissimè vocat Saluatorem Deū. Ex omnibus reliquis epistolis Pauli poterā similia adferre testimonia: verū ne tædio officium lectorum, & vt breuitatem, quā à principio operis tenere statui, non excedam, omnibus illis prætermisissis, ad epistolam quā ad Hebræos misit, accedamus: quoniam in illa videtur Paulus velut ex professo & instituto hanc rem differere. Sic etenim ait: Cui enim dixit aliquando angelorum, filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rursum: Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium: Et cū iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes angeli Dei. Et ad angelos quidem dicit: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Ad filium autem: Thronus tuus Deus in seculum seculi: virga æquitatis, virga regni tui. Dilixisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Hæc & alia multa ibi Paulus de Christo loquitur, quibus & diuina & humana eius demonstratur natura. Verum prædicta plenius discutiamus. Si ergo Christus adoratur ab angelis, oportet vt sit Deus, cum solus ille sit adorandus. Deinde si factor est angelorum, & sedem habet in seculū seculi, oportet vt Deus sit, quoniam nullus alius angelos fecit, nisi solus Deus. Rursum, qui iuxta humanam naturam paulò minor angelis est factus, quomodo poterat esse angelorum conditor, si aliam non haberet naturam præter humanam? Christus igitur Deus. Quod autem vnctus dicitur præ participibus suis, hoc iuxta humanam naturam capiendum est: vt videlicet vnctio non referatur ad diuinam naturam, sed ad humanam. Deus igitur & homo Christus: Deus natura, homo verò dispensatione quodā, similis nobis per omnia factus, quan-

quando factus est ex muliere secundum carnem. Vt Deus angelos condit, vt homo vngitur oleo exultationis prae participibus suis. Et ista quidem adeo aperta sunt, vt nullo modo possint subterfugere dicentes Christum esse filium Dei adoptione: sed oportet eos dicere eum esse filium Dei natura. Nam filius Dei adoptione est omnis iustus, qui praedestinatus est a Deo in adoptionem filiorum in hereditatem gloriae. At nullus purus homo quantumlibet iustus, quantumlibet adoptatus, condit angelos, nec adoratur ab angelis, nec sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Quae omnia cum soli illi qui natura Deus est, conueniant, conuincitur Christum esse verè filium Dei, & verum Deum. Beatus etiam Petrus huius rei testimonium saepe repetit. In priore siquidem epistola dicit Christum sedere in dextera Dei, profectum in coelum subiectis sibi angelis, & potestatibus & virtutibus. Et in 2. epist. sic ait: Non enim indoctas fabulas secuti, notam facimus vobis domini nostri Iesu Christi virtutè & praescientiam, sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim a Deo patre honorem & gloriam, voce delapsa ad eum huiuscemodi à magnifica gloria: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Et hanc vocem nos audiuius de caelo allatam, cum essemus cum ipso in mote sancto. Hæc ibi Petrus, Beatus Ioannes Apostolus & Euangelista in sua. r. canon. epist. de hac re apertissimum profert testimonium, dicens: Et scimus quoniam filius Dei venit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus Deum verum, & simus in vero filio eius Iesu Christo. Hic est verus Deus, & vita æterna. Quid hic garrere possunt hæretici, dicentes Christum esse filium Dei non natura, sed adoptione? Vide quoties vno contextu eos reiciat Apostolus. Vocat enim Iesum Christum verum filium Dei. At qui sola adoptione est filius, non est verè filius, sed filius cum additamento, videlicet adoptione filius. Et ne vllus tergiversationi pateret locus, addidit, Hic est verus Deus, & vita æterna. Quibus verbis nihil obijci potest. Præterea d. Ioh. 10. ipsemet Christus ait: Opera quæ ego facio in nomine patris mei, ipsa testimonium perhibent de me. Videamus ergo opera eius, & discutiamus num ex eis poterimus conuincere Christum esse Deum. Primum quidem peccata dimittit. Cum enim paralyticum quendam Christo offerrent aliqui, vt ab illo sanitate donaretur, eorum fidem vt vidit Iesus, dixit: Homo, remittuntur tibi peccata tua. Remittere autem peccata soli Deo conuenit. Nam etsi sacerdotes peccata dimittant, hoc faciunt ministerio quodam, non auctoritate, vt Saluator fecit. Præterea cogitationes hominum cognoscit. Hoc autem duplici testimonio comprobamus. Cum enim Pharisæi & Scribæ audissent Christum paralytico dicens: Remittuntur tibi peccata tua: coeperunt cogitare dicentes: Quis est hic qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Vt cognouit autem Iesus cogitationes eorum, respondens dixit ad illos: Quid cogitatis in cordibus vestris, &c. Et iterum, cum reiecisset ab homine quodam daemonium mutum, quo eiecto cum loqueretur mutus, & admirarentur turbe, quidam ex eis dixerunt: In Beelzebub principè demoniorum eiecit demonia. Et alij tentantes, signum de caelo querebant ab eo. Ipse autem vt vidit cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur, &c. Iam vides Christum insipientem cogitationes hominum. At solus Deus est qui illas inspicere valeat. Homo enim (vt est in. r. Renum) videt ea quæ foris patent, Dominus autem intuetur cor. Et Propheta regius ait: Scrutans corda & renes Deus. Rursum, miraculorum claritas quæ Christus operatus est, eandem astruit naturæ diuinæ in Christo fidem: A seculo non est auditum quia quis aperuit oculos cæci nati: qualiter Christus aperuit, imponens lutum super oculos eius. Qui postmodum in vtroque homine iam sanus, dicebar: Nisi esset hic a Deo, non poterat facere quicquam. Veriorem habet fidem de Christo hic cæcus, quam Cerinthus, aut Ebiō, aut Paulus Samosatenus, aut Photinus, &

anus, & reliqui eiusdem farinae. Et vt alia miracula omittamus, de mortuis ab eodem suscitatis dicamus. Suscitauit Lazarum verbo solo, dicens: Lazare veni foras. Suscitauit filium viduae etiam verbo, dicens: Adolefcens tibi dico surge. Et filium archisynagogi non solum verbo, sed tactu manus. Sic enim ait Matthæus: Et cum eiecta esset turba, intrauit, & tenuit manum eius, & dixit: Puella surge. Et surrexit puella. Iam quo pacto non est vita secundum naturam, cui mortui obediunt? qui non solum sermone mortem potuit repellere, sed tactu manus ostendens per hoc viuificum esse suum corpus: quod esse non poterat nisi quia coniunctum erat vitæ, scilicet diuinitati, in qua omnes viuimus, mouemur, & sumus. Iam videamus quis est qui potest solo imperio & sermone a morte reuocare ad vitam, nisi solus Deus? quoniam etsi homines quoque suscitauerint mortuos, non in sua tamen virtute hoc fecerunt, sed in Christi nomine. Aliud siquidè est rogare, aliud imperare, aliud est mereri, aliud donare. Helias quidè suscitauit, sed orans, non imperans. Helisæus etiã cum filium suum natiuitis suscitauit, prius clauso ostio orat. Quod autem mortuo configuratur, & tactu corporis suscitatur, factum est vt typus esset & figura venturi, qui in carne humana existens etiam mortuus ipse & sepultus, mortuos suscitare posset. Petrus etiam cum Tabitam suscitauit, prius positus genibus orauit, & postea conuersus ad corpus, dixit: Tabita surge. Et cum Aeneam paralyticum ab annis octo iacentem in lecto, sanauit, sic illi loquitur: Aenea, sanet te dominus noster Iesus Christus. Surge, sterne tibi. Et continuo surrexit. Vides ibi expressam deprecantis vocem, non imperantis: sed de sua virtute & potestate confidentis, & in potestate domini Iesu Christi confidentis. Et cum claudi pedes in ingressu templi eleemosynam petentis consolidasset, ait: Argentum & aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula. Vides qualiter non in suo nomine facit, sed in Christi nomine. Quapropter etsi verbo imperatio vsus est, non vt præsumens de sua potestate hoc facit, aut de auctoritate suæ præceptionis, sed confidens de merito, & Christi promissionibus, qui illis dixit: Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis: Quid ergo hic hæretici respondere possunt. Si in nomine Christi Petrus imperat, nonne multo melius idem Christus suo nomine imperare poterit? Sed obstat, quia Christus etiam rogat patrem, & hoc non tantum semel aut iterum, verum sapissimè facit. Fatemur quidem quod obijciunt. Rogat quidem Christus vt homo: imperat vt Dei filius. Rogat etiam propter circumstantes, cum videlicet aliquid coram eis acturus erat, ne sinistrum quid suspicarentur de eo, sicut aliàs Pharisæos de eo dixisse constat. In Beelzebub principè demoniorum eiecit demonia. Ne quid ergo tale de eo suspicarentur cum aliquid coram eis magnificum & illustre operaturus erat, rogat patrem, vt crederent illa, Dei virtute operari. Rogat ergo patrem vt homo, qui poterat imperare vt filius Dei. Demum vt iam concludamus, ipse Christus spiritum sanctum se daturum apostolis promittit. Qui ergo spiritum sanctum, qui etiam Deus est (vt infra Deo duce conuincemus) mittit, & apostolis donat, nonne oportet vt ipse etiam sit Deus? Alioqui Deus a pura creatura & mitteretur & daretur: quod impiū esset asserere. Christus ergo verus filius Dei, non adoptione, sed natura, veram habet diuinitatis substantiam. Opera nanque eius testimonium perhibent de ipso. Vnde ipsemet Iudæos redarguens ait: Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccati non haberent. Præter hæc omnia tam aperta scripturæ sacræ testimonia, extant etiam plurimum conciliorum de hac re definitiones, per quas catholica ecclesia quid non secundum veram fidem de Christo sentire oporteat, manifestauit: Verum has conciliorum definitiones vsque ad sequentis hæresis expugnationem differimus. Ibi enim ostendemus contra alios hæreticos veritatè naturæ humanæ in Christo: & tunc adijciemus conciliorum

liorum definitiones, contentiu duas naturas in Christo, videlicet diuinam & humanam in vnitae personae. Contra hanc haeresim plurimi ex antiquis scripsere. Ambrosius fecit volumen de fide ad Gratianum, quinq; libris partitum, in quo ostendit Christum verum Deum patri aequalem. Beatus Cyrillus fecit librum de recta fide ad reginas, in quo idem probat.

Secunda haeresis est, quae negat Christum habuisse naturam humanam, sed vnam tantum in eo ponunt naturam, videlicet diuinam, sicut & vnam personam. Haec autem haeresis in multas adhuc factiones scinditur. Solenne est enim haereticis, vt nunquam sciant tenere vnitatem. Quidam enim ex eis simpliciter & absolute negauerunt Christum humanam habuisse naturam. Huius erroris autor fuit Cerdon, vt Augustinus ait in libro de haeresibus, cap. 21. Irenaeus tamen lib. 1. aduersus haereses, cap. 28. de hoc Cerdone loquens, quem dicit fuisse tempore Higinij papae, qui fuit nonus a beato Petro, & eiusdem Cerdonis errores ibidem recensens, nunquam hunc errorem illi impingit. Augustinus vero refert Cerdonem ita docuisse, vt dixerit Christum neque natum ex foemina, neque habuisse carnem, neque verè mortuum, neq; quicquam passum, sed simulasse passionem. Hunc errorem longo post tempore secuti sunt Proclianitae, quos Philaster dicit fuisse Galatas. Hi, vt Philaster & Aug. testantur, dixerunt Christum non venisse in carne. Apelles autem, de quo Euseb. lib. 5. cap. 13. mentionem facit, docuit (sicut Augustinus & Philaster testantur) Christum carnem suam non de matre sumpsisse, sed eam ex elementis accepisse, quae resurgens ex mortuis, mundo reddidit, & ita sine carnis (vt ait) in caelum ascendit. Manichaei huic simillimum errorem tutantur, dicentes Christum non fuisse verum hominem, sed phantasticum, & phantasma quoddam, nec ex vtero virginis prodijisse. Hunc Manichaeorum errorem amplexatus est Priscillianus, qui (vt constat ex quadam epistola Leonis papae huius nominis primi) nec natalem Domini secundum carnem, nec diem resurrectionis illius pie venerabatur: propterea quod Christum verum fuisse hominem non credebat. Alij autem dixerunt Christum verum fuisse hominem, non tamen eiusdem naturae nobiscum, quia (vt dicunt) Christus a patre missus, corpus caeleste secum traxit, nihilque de virgine accepit, sed per illam tanquam per ruinam quandam aut per fistulam sine vlla carne de ea assumpta transijt. Huius erroris dux & magister fuit Valentinus, qui floruit tempore eodem quo Cerdon, vt ait Irenaeus lib. 3. aduersus haereses, cap. 4. Apollinaris (vt Augustinus ait) etiam dixit Christum non assumpsisse carnem ex virgine: neque tamen idè negabat Christum carnem habuisse: quoniam dicebat in ipso incarnationis opere aliquid verbi in carnem esse conuersum.

Hic ex Laodicea Syriae fuit ortus, floruitque sub Constantio filio Constantini maioris. Qui de illo plura nosse cupit, legat historiam tripartitam libro. 5. cap. 49.

Hi ergo omnes quos enumerauimus haeretici conuenerunt in vnum aduersus dominum, & aduersus Christum eius: quoniam illi omnes, etsi diuersis semitis incedant, ad hunc tamè scopum omnes tendunt, vt Christum verum & perfectum hominem, cuiusmodi nos sumus, negent: quapropter humanam naturam quae sit eiusdem speciei cum nostra, ab illo separare contendunt. Contra hos ergo omnes simul pugnare oportebit. Cum enim ostenderimus ex sacris literis Christum veram carnem ex virgine matre & non aliunde assumpsisse, quam carnem in sua propria substantia manentem, suae deitati vniti, saluam vtriusque naturae proprietate: omnes tunc haeretici praefati vixi remanebunt. Sed ante omnia opus est, ne forte in vanum laborauerimus, vt vnum hoc iaciamus fundamentum, veritatem humanae naturae in duabus substantijs consistere, corpore videlicet & animà rationali, nec aliud esse hominem quam corpus & ani-

A & animam. Hoc ergo iacto fundamento, sic hostes nostros aggredimur. Christus est ex semine Abraham, Non est autem semen Abraham secundum diuinitatem, vt clarissime patet, erit ergo secundum humanitatem. At in humanitate nihil est aliud quam corpus & anima. Cum ergo anima non fiat ex propagine, vt supra contra Apollinarem euicimus, restat vt iuxta carnem sit semen Abraham. Si ergo caro eius est semen Abraham, conuincimus vt caro eius non sit de caelo, quemadmodum Valentinus fabulatur. Si enim de caelo secum corpus traxisset, fieri nequiret vt esset semen Abraham. Quod autem Christus sit semen Abraham, & ex semine Abraham secundum carnem natus, ostendit id quod in Genesi legimus dictum esse Abraham à Deo per angelum: Per memetipsum iuravi, dicit dominus, quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito, benedicam tibi & multiplicabo semen tuum sicut stellas caeli, & velut arenam quae est in littore maris. Possidebit semen tuum portas inimicorum tuorum: & benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae, quia obedisti voci meae. Vt autem de intellectu horum verborum non contendamus, audiamus Apostolum Paulum, qui in epist. ad Gal. illa verba in huc modum declarat: Abraham dicta sunt promissiones, & semini eius. Non dixit & seminibus eius, quasi in multis, sed quasi in vno, & semine tuo, qui est Christus. Praeterea in epist. ad Roman. Paulus vocat Christum semen Dauid. Sic enim ait: Paulus seruus Iesu Christi, vocatus apostolus, segregatus in euangelium Dei, quod ante promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Vides hic expressè Christum iuxta Apostoli sententiam factum esse ex semine Dauid. In eo autem quod addidit secundum carnem, innuere voluit aliam esse Christi naturam, nempe diuinam, secundum quam non sit factus ex semine Dauid. Nam si sola fuisset in Christo humana natura, sufficere bar dicere, qui factus est ei ex semine Dauid. Verum ne quid simile opinandi praebuisset occasionem, dixit: qui factus est ex semine Dauid secundum carnem, vt per hoc daret intelligere aliam esse in Christo naturam, secundum quam non est factus ex semine Dauid. Si ergo Christus est semen Abraham, & factus est ex semine Dauid secundum carnem, ergo Christus veram carnem habuit contra Cerdonem & Manichaeum: & non de caelo, vt Valentinus dixit: aut ex elementis, vt Apelles: quoniam si de caelo traxit, aut ex solis elementis conflauit, non ergo de semine Abraham, aut Dauid. Eodem argumento conuincitur Apollinaris dicens aliquid diuinitatis conuersum fuisse in carnem. Omitto pronunc quod illud fieri nullo pacto poterat, vt ostendemus. Sed si fieri posset, factumque fuisset, tunc Christus secundum carnem non esset factus ex semine Dauid, sed ex aliquo deitatis quod in carnem fuisset conuersum. Quando enim aliquid conuertitur in aliud, illud aliud in quod conuertitur, dicitur fieri ex illo quod in aliud conuersum est: vt gratia exempli, cum vinum vertitur in acetum, dicimus acetum factum ex vino praexistente. Si ergo aliquid diuinitatis conuersum fuit in Christi carnem, necessarium erit vt dicatur carnem Christi factam esse ex diuinitate: non ergo ex semine Dauid. Rursum, beatus Matthaeus euangelista humanam Christi generationem edisserens, sic ait: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Abraham genuit Isaac, &c. Sequitur infra: Iacob autem genuit Ioseph virum Mariae, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Si Christus carnem veram non habuit, vt dixit Cerdon: aut carnem phantasticam habuit, vt mentitus est Manichaeus: aut de caelo traxit, vt somniauit Valentinus: aut de solis elementis conflauit, vt fabulatur est Apelles: quomodo Christus erit filius Dauid, & filius Abraham, si carnem non habuit deriuatam ab illis? Praeterea si Christus nihil accepit ex virgine Maria, sed per eam (vt ait Valentinus) quasi per fistulam transijt, quomodo verum erit quod ait Matthaeus, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus? &

quod ait angelus Mariæ virgini, iuxta Lucam: Ecce, concipies & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum? Filius siquidem substantiâ carnis accepit à matre, alioqui nec de ea nasci diceretur, nec filius eius iure vocabitur. Quòd si solus per illam trāsitus sufficeret vt filius illius dicitur, vocabimur eadem lege & menstruum mulieris filium eius, & vrinam, aliaque superflua quæ mulier ex se emittit. Hoc autem fateri, apertissima esset ineptia. Christus ergo qui & natus est de virgine gloriosa, & filius eius vocatur, substantiam carnis habuit ex ea. Sed clarius Apostolus Paulus in ea quæ est ad Galatas epist. hos hæreticos reijcit, dicens: Cùm venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere. Si factus est ex muliere, ergo non ex cœlesti materia, aut ex elementorum adunatione corpus accepit, sed ex ipsa muliere ex qua factus est. Nam si ex ea nihil accepit, qualiter ex ea fieri potuit? Accepit ergo corpus ex muliere, ex qua factus est. Accedit ad hoc, quòd sapiſsimè sanguinem Christi audimus nominatum in nouo instrumento: quod verè dici non posset, nisi Christus veram carnis substantiam habuisset. Paulus enim ait in ea quæ est ad Ephesios epistola: Vos qui erratis lōgè, facti estis propè in sanguine Christi. Et in epistola ad Hebræos ait: Si enim sanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, quātō magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatū Deo, emundauit cōscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendum Deo viuenti? Beatus etiam Petrus ait: Non corruptilibus auro & argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed precioſo sanguine quasi agni incontaminati & immaculati Christi. Et beatus Ioannes dicit: Sanguis Iesu Christi filij Dei emundat nos ab omni peccato. Necesse est ergo, vt veram carnis substantiam habeat, qui verum dicatur sanguinè habere. Deinde ipsius Christi opera apertissimè veram carnis substantiam testantur. Esurire, sitire, D lassari, dormire, tristari, dolere, pati, crucifigi, mori, resurgere, euidenter humanum est. His autè omnibus Christum fuisse obnoxium, clarius est quàm vt testimonio aliquo egeat, quod nūc in medium adferri oporteat. Præterea, cū passio sua inflaret, ex tædio & horrore illius dixit: Spiritus promptus est, caro autem infirma. Quibus verbis apertissimè testatus est se carnem habere, cuius infirmitas in passionis tolerantia declarata est. Post resurrectionem etiam ob nullam aliam causam quadraginta dierū spatio in terris demoratus est, & cum discipulis conuersatus est colloquens, cōambulans, conuescens, quàm vt ostenderet veram carnis substantiam, & eundem quem crucifixum & mortuum viderant, resurrexisse cognoscerent. Vnde Lucas ait: Quibus & præbuit seipsum viuum post passionem suam in multis argumentis, per dies. 40. apprensus eis, & loquens de regno Dei. Hac de causâ dicit Thomæ de resurrectione incredulo: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas: & adfer manum tuā, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Vulnus lateris, fixuras clauorū, & omnia recentissimæ passionis signa monstrabat, & palpanda præbebat, vt per hoc veritatem carnis post resurrectionem agnoscerent, quam moriendo cognouerant. Manifestissimis ergo scripturæ sacræ testimonijs ostenditur Christum veram carnem habuisse. Eos autem qui illum in Christo negant, beatus Ioan. Euangelista vocat Antichristos: Omnis spiritus (inquit) qui non confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo non est, & hic est Antichristus. Ceterum quoniam Apollinaris dixit aliquid diuinitatis conuersum fuisse in carnem, hoc esse impossibile fieri opus est vt ostendamus, quanuis per superiora argumenta sufficienter hæc hæresis reuincatur. Deus enim immutabilis est, semperque in vno eodemque statu permanēs, ipso attestante, qui per quemdam Prophetam ait: Ego Deus, & non mutor. Et Paulus de Christo loquens ait: Et tu in principio domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli.

Ipsi peri-

A Ipsi peribunt, tu autem permanebis: & omnes vt vestimentum veterascent, & velut amictum mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Est ergo simplex & incommutabilis natura deitatis, tota semper in sua essentia, nec damnus sui recipiēs, nec augmentum: ita vt nulla additione possit fieri maior, aut alicuius partis detractatione minor. Si ergo (vt Apollinaris somniauit) aliquid deitatis conuersum fuisset in carnem, iam per illam conuersionem deitas esset minor, quoniam illa conuersione facta aliquid deitatis deperderetur, illud videlicet quod in carnem fuisset conuersum. Nam id quod in aliud vertitur, non manet in sua natura post talem versionem factam: vt cū vinum vertitur in acetum, post talem conuersionem non manet vinum in sua substantia. Quapropter esset necessariò iuxta Apollinarem dicendum, in incarnatione verbi diuinitatem fuisse diminutam. Quòd autem Apollinaris pro sui erroris confirmatione adferret illud Ioannis: Verbum caro factum est, volens per hoc probare verbi substantiam conuersam fuisse in carnem, ex mera ignorantia procedit. Non enim opus est, vt quoties aliquid fit qualicumque (vt ita dicam) factionis aut facturæ modo, vnum conuertatur in aliud: porissimum quando illud quod fit, nō simpliciter & absolute fit, sed aliquale tunc fit, quale prius non erat: vt gratia exempli, si lignum aliquod nunc albere incipit, dicimus tunc lignum fieri album, non quòd lignum vertatur in albedinem, sed quòd ligno manente eodem in sua substantia, recipiat in se albedinem, per cuius accessionem lignum est album. Similiter si corpus humanū aliàs frigidum accedat ad ignem, & caleſcat, dicimus illud corpus fieri calidum, nec tamè ideò dicimus corporis humani substantiam verti in calorem, sed quòd ipsa corporis humani substantia manente corpus ipsum recipiat in se calorem, per cuius inhaesionem corpus ipsum dicitur calidum. Ad hunc modū (si aliqua tam ineffabilis mysterij potest adaptari similitudo) cū dicimus, Verbum caro factum est, sic accipiendum est, qualiter dicimus, corpus fit calidum, ita vt non intelligamus verbum aliquo pacto conuerti in carnem, sed quòd verbi substantia sine vlla sui mutatione manente, suscepit in se nostræ carnis substantiam, per cuius accessionem verbum factum est caro, id est carneum, vt ita loquar. Nam aliàs si per hoc quod dicitur verbum caro factum est, esset intelligendum quòd verbi substantia sit conuersa in carnem, oportebit eadem lege dicere Dei substantiam conuersam fuisse in maledictionē, quia Paulus dicit: Christus nos redemit de maledictō legis, factus pro nobis maledictum. Hoc autem nefas est & horrendum fateri. Dicitus est autè Christus factus maledictū, non per talem conuersionē, sed quia in cruce pepēdit, in qua omnis qui pendeat, maledictus vocabatur. Sed iam opus est vt de hac re ecclesiæ definitiones adferamus. Concilium Nicænum trecentorum & decem & octo patrum sub Constantino cesaribatur, sic ait: Credimus in vnum Deum patrem omnipotentē, omnium visibilium & inuisibilium conditorem. Et in vnum dominum Iesum Christum filium Dei, de patre natum vnigenitū, hoc est, de substantia patris, Deum verum de Deo vero, natū non factum, homouisionem patris, hoc est, eiusdē cū patre substantiæ: per quæ omnia facta sunt quæ in cœlo, & quæ in terra: qui propter nos & propter nostrā salutē descendit, & incarnatus est. Homo factus, passus est, & resurrexit tertia die, & ascendit in cœlos, inde vēturus est iudicare viuos & mortuos. Eos qui dicunt, erat quando non erat, & antequam nasceretur non erat, & quia ex nullis subsistentibus factus est, aut ex alia subsistentia vel substantia dicunt esse, aut conuertibilem filium Dei, anathematizat catholica & apostolica ecclesia. Hæc Concilium Nicænum. Ex cuius decreto omnes hæretici in præfenti errore & in præcedenti nominati, colliduntur & corruunt. Concilium Ephesinum primum ducentorum episcoporum sub Theodosio iuniore & Valentiniano principibus celebratū, in principio, hoc est, in ea epistola quæ Nestor

storio misit, sic ait: Sequentes itaque omnium sanctorum patrum confessiones, quas loquente in eis sancto spiritu protulerunt, & intentioni quae est in eorum intellectibus, aequis vestigijs inhaerentes, itaque iter ambulantes regium, profitemur quoddam ipsum unigenitum Dei verbum natum ex ipsa patris essentia, de Deo vero Deus verus, lumen de lumine, per quem omnia facta sunt siue in caelis siue in terra, salutis nostrae causa descendens, ad exinanitionem sese dignatus est inclinare: natus autem & homo factus, id est, carnem de virgine sancta suscipiens, eamque propriam faciens, natiuitatem nostram ex vulua sustinuit, homo de muliere procedens, nec quod erat abijciens. Nam licet factus est in assumptione carnis & sanguinis, tamen etiam quod erat Deus natura scilicet & veritate persistens, nec carnem itaque dicimus in naturam deitatis esse conuersam, nec in substantiam carnis inseparabilem Dei essentiam commutatam. Haec Concilium Ephesinum. Et eandem sententiam profert Concilium Chalcedonense sub Martino imperatore & Leone papa huius nominis primo: qui quidem Leo in epistola quadam ad Astorigensem episcopum, quae est septuagesima prima, in qua Priscillianitarum errores damnat, sic inquit: Quarto autem cap. continetur, quoddam natalem Christi, quem secundum susceptionem veri hominis catholica ecclesia veneratur, quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis, non verè isti honorent, sed honorare se simulent, ieiunantes eodem die, sicut & die dominico, qui est resurrectionis dies: quod utique, idem faciunt, quia Christum dominum in vera hominis natura natum esse non credunt: sed per quandam illusionem ostentata videri volunt quae vera non fuerint, sequentes dogma Cerdonis atque Marcionis, & cognatis suis Manichaeis per omnia concordantes: qui (sicut in nostro examine detecti atque conuicti sunt) dominicum diem, quem nobis Saluatoris nostri resurrectione consecrauit, exigunt in mœrore ieiunij: soli (vt proditum est) reuerentiam hanc continentiam deuotes, vt per omnia sint à nostrae fidei vnitatem discordes: & dies qui à nobis cum letitia habetur, ab illis in afflictione ducatur. Vnde dignum est, vt inimici crucis Christi & resurrectionis, talem accipiant sententiam, qualem elegere doctrinam. Haec tenus Leo papa, vir quidem sanctus iuxta ac doctus. Concilium Ispalense secundum, cap. 13. decretorum suorum ac gestorum, eandem definitionem de hac re profert. Quorum duorum conciliorum verba nunc praefero: quoniam pro expugnatione quartae haeresis, quam de hac materia prodemus, iterum à nobis erant repetenda. Quapropter qui huic negotio voluerit adaptare, legat quartum huius tituli errorem, & eius expugnationem, quoniam valde vicinus est huic. Sed opus est vi aduersariorum obiectionibus respondeamus. Valentinus namque ideò ait Christum de caelo carnem traxisse, quia Paulus ait: Primus homo de terra terrenus, secundus homo de caelo caelestis. Cui obiectioni respondemus, fatentes id quod Paulus ait: Christum videlicet hominem caelestem esse & fuisse, nec tamen ideò dicendum est carnem eius esse caelestem. Ad hoc enim vt verè homo caelestis dicatur, sufficit vt natura diuina, in qua subsistit, caelestis sit: sicut ex opposito ad hoc vt filius Dei passus & mortuus dicatur, sufficit vt natura humana, in qua etiam cum natura diuina subsistit, passa fuerit & mortua. Propter unionem siquidem illarum duarum naturarum in vno supposito, quicquid de qualibet illarum seorsum praedicatur, illud idem dicitur de supposito, in quo ambae subsistunt, quauis non eodem praedicationis modo: quia si aliquid de natura dicitur in abstracto, non oportet sic dici de supposito, sed in concreto: vt gratia exempli, Christus non verè dicitur humanitas, sed verè dicitur homo. Quapropter Christus dicitur omnipotens, quia illud naturae diuinae competit: dicitur infinitus, eadem ratione: dicitur etiam infirmus, dicitur finitus, quia haec naturae humanae sunt propria. Haec ergo de causa Christus dicitur homo caelestis, quia secundum naturam di-

Aram diuinam est caelestis: quomodo Adam dictus est terrenus, quauis anima eius ex qua etiam sicut ex corpore componitur, sit caelestis. Itaque Paulus Christo dedit nomen à principali natura, cum vocauit eum caelestem: Ad quod verò dedit nomen à minùs principali, vocans eum terrenum. Manichaeus autem sic obijcit: Paulus de Christo loquens ait: In similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Si Christus in similitudinem hominum factus est: ergo non est verus homo. Quae argumentatio omnino est inanis, & ex falsa imaginatione procedens, ex hoc videlicet quod credit vnum hominem non esse alteri similem etiam secundum substantiam: quod maximè falsum est, & à modo loquendi sacrae scripturae valde alienum: quoniam etiam Aristoteles dicat similitudinem fundari in qualitate, & non in substantia, tamè sacra scriptura non est alligata regulis Aristotelicis, quae saepenumero vocat similia illa quae sunt eiusdem speciei. Sapiens namque ait: Omne animal diligit sibi simile. Et iterum: Omnis caro ad simile sibi coniungitur. Et expressius de homine dicit Deus: Faciamus adiutorium simile sibi, de Eva loquens, quae similis est Adae, eo quod eiusdem speciei est cum illo. Vterque enim homo. Et in eodem libro parum infra: Vixit autem Adam 130. annis, & genuit filium ad imaginem & similitudinem suam, vocauitque nomen eius Seth. Cum ergo Seth factus sit ad similitudinem Adae, oporteret iuxta argumentationem Manichaeorum, vt Seth homo non esset, quia similis est homini. Illa ergo quae eiusdem speciei sunt, similia esse dicuntur: qui modus loquendi etiam ab ipsa philosophorum doctrina non est omnino alienus. Iuxta hunc ergo modum Christus cum sit verus homo, dicitur in similitudinem hominum factus, quia humanam suscepit naturam, quae eiusdem est speciei cum nostra. Contra hunc errorem scripsit beatus Athanasius vnum librum de incarnatione verbi, in quo duas Christi naturas ostendit. Beatus Ambrosius scripsit alium librum de incarnationis dominicae sacramento, in quo fermè omnes quos hic enumerauimus errores commemorat, & expugnat. Beatus etiam Cyrillus Alexandrinus episcopus librum elegantè fecit, quem praetitulauit De recta fide ad Theodosium principem, in quo varios haereticorum errores de incarnatione domini recenset & conuincit.

Tertia haeresis de incarnationis dominicae mysterio est, quae duas ponens in Christo naturas, duas etiam dicit esse personas, vnam diuinitatis, aliam humanitatis: nec vnum Christum in deitate & humanitate sentit, sed separatim atque seiunctim alterum docet esse filium Dei, alterum filium hominis, quem dicit etiam appellari Christum: quapropter virginem Mariam non Dei, sed hominis tantum matrem appellat. Denique Christum esse tantum hominem dicit, non autem Deum, sed in quo Deus speciali quadam prerogatiua habitaret: atque ideò Christum dicit vocari Emmanuel, quod interpretatur, nobiscum Deus: non quia simul sit Deus & homo, sed quia in humanitate diuinitas habitaret: quapropter Christum non Deum, sed deiferum appellat. Huius haeresis auctoritatem omnes produnt fuisse Nestorium Constantinopolitanum episcopum, qui (vt Gennadius ait, & ex lib. 12. historiae tripartitae, cap. 4. constat) fuit tempore Theodosij iunioris. Verum beatus Ambrosius in lib. de incarnationis dominicae sacramento, cap. 6. huius erroris mentionem facit tacito illius erroris auctore. At beatus Ambrosius non paruo tempore Nestorium praecessit, quoniam beatus Ambrosius tempore Theodosij maioris archiepiscopus fuit Mediolanensis: nam Theodosium propter crudelitatem Thessalonicae ab eo factam excommunicauit, & illi ingressum ecclesiae prohibuit. Hic autem Theodosius pater fuit Arcadij imperatoris. Arcadius verò pater Theodosij iunioris fuit, sub quo fuit Nestorius: quapropter miror quod omnes hunc errorem tribuant Nestorio tanquam primo illius auctori. Fieri tamen potuit, vt quauis alius ante eum hoc asseruerat, non tamen ita publicè vt Nestorius, quapropter latius sub Nestorio

hæc hæresis fuerit diffusa, & ab illo nomen hac ratione suscipiens, Nestoriana hæresis fuerit appellata. Post Nestorium iam defunctū, atq; in Cōcilio Ephesino condemnatum, suscitauit eundem errorem Petrus Gnaphæus Antiochenus episcopus, qui duas personas in Christo ponens, ausus est in angelico hymno, qui triflagion à Græcis vocatur, quartam superaddere vocem, dicens: Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus & immortalis, sanctus qui crucifixus est. Vt sanctū fortem, quo nomine filius Dei designatur, aliū faceret ab eo qui crucifixus est. Hic autē Petrus Gnaphæus condemnatus est in quinta Synodo Constantinopolitana. Hæc hæresis satis iam confutata relinquitur ex confutatione primæ hæresis, quam de hac re narrauimus & reiecimus: quoniā (vt satis patet) Nestorij hæresis coincidit cum errore Pauli Samosatēni & Photini & aliorum impietentium Christum fuisse purum hominem, & virginem eius matrem fuisse matrem puri hominis. Quapropter cum illic ex apertis scripturæ testimonijs ostenderimus Christum verum fuisse Deum, & in secundæ hæresis expugnatione docuerimus Christum esse verum hominē, satis inde (vt existimo) rejicitur Nestorius. Verūm quoniam duas nobis contendit facere personas, vnam quæ sit Deus, aliam quæ sit homo: & quæ propria sunt Deo, vni personæ attribuit in sola natura diuina existenti: & quæ propria sunt hominis, personæ in sola humana natura existenti accommodat: ideo hoc nobis probandum restat, eundem esse Christum qui sit Deus, & qui sit homo: ita vt vnus & idem sit Deus & homo. Primò ergo, virgini Mariæ petenti ab angelo modum iuxta quem conceptura esset filium, angelus respondit: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi: ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Quibus verbis apertissimè eiusdem Christi humanam diuinamque naturam expressit. Cum enim dixit, ex te nascetur, proprietatem humanæ naturæ de matre sumendam declarauit. Cum autem dixit sanctum, ostendit quòd sine contagione carnalis concupiscentiæ gigneretur. Dicens verò, vocabitur filius Dei, clarissimè ostendit naturæ diuinæ proprietatem. Quæ omnia cum angelus dixerit virgini gloriose de filio quem ipsa conceptura & paritura erat, constat filium virginis eundem esse qui & filius Dei: constat etiam illam matrem Dei meritò dici debere. Nam si filius virginis Mariæ, filius Dei est, & Deus, fieri vllò pacto nequit vt virgo mater Dei non sit. Præterea cum virgo gloriosa iam prægnans Elizabeth cognatam suam visitaret, eadem Elizabeth spiritu sancto repleta exclamat, dicens: Vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me? Vides hîc qualiter Elizabeth vocat virginem gloriosam matrem Dei. Nam quis alius dominus præter Deū: Ille enim solus dominus, ille solus altissimus. Magis ergo oportet credere Elizabeth spiritu sancto repletæ, quæ virginem matrē Dei nominat, quam Nestorio, qui spiritu diabolico agitatus negat eam matrem Dei. Rursum, ipsemet Christus ait: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlis. Quibus verbis vtramque naturam in vna persona expressit, quoniam cum se filium hominis dicat, de cœlo tamē se descendisse asserit: quia iuxta naturam diuinam à patre qui est in cœlis originem trahens, ad nostræ humanitatis susceptionem se inclinauit. Deinde Paulus plurimis in locis hoc clarissimè docet. In epistola siquidē ad Romanos ait: Paulus seruus Iesu Christi, vocatus apostolus, segregatus in euangelium Dei, quod antè promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Ex quibus verbis duo colliguntur notatu digna, nostro proposito deseruientia. Primò, Paulus dixit Euangelium Dei. Et cum alibi dicat: Non enim nos ipsos prædicamus, sed Christum Iesum. Et alibi: Non enim me iudicauit aliquis scire inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. conuincitur inde, Christum esse Deum. Paulus prædicat euangelium Dei, & non prædicat nisi

A cat nisi Iesum Christum crucifixum: Iesus Christus ergo Deus. Quòd si adhuc contentiosè veritati resistens, dicat alium esse qui sit Deus, & alium qui sit crucifixus: videat secundum quod Paulus dicit de filio Dei: Qui factus est (inquit) ei ex semine Dauid secundum carnem. Nam illud pronomen relatiuum qui, facit vt quæ sequuntur, eidem accommodentur personæ, quæ significat nomen illud cuius fecit relationem. Si enim diceres: Aristoteles docuit mūdum caruisse initio, qui dixit etiam eum cariturum sine: quis adeò demēs est, vt per hæc verba duos Aristoteles intelligat, vnum qui docuerit mūdū sine initio, alium qui dixerit mūdum sine sine? Eundem enim Aristotelem fuisse qui illa docuerit, illis verbis designatur. Relatiuum nanq; est quasi quædam eiisdē nominis repetitio. Cū ergo Paulus dixit de filio Dei: Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, non potest alicui alteri adaptari, quàm eidem filio Dei. Est enim ac si dixisset: Et ille idē filius Dei factus est ex semine Dauid secundum carnem. Vna est ergo eadem persona quæ filius Dei est iuxta naturam diuinam, & facta est ex semine Dauid secundum carnem. Eadem consequentia conuincit id quod in epistola ad Philippenses ait: Hoc sentite in vobis, quod in Christo Iesu: qui cū in forma Dei esset, nō rapinam arbitratus est esse æqualem Deo. Certum est illud pronomen qui, vnam Christi personā referre, non duas. Nam si duas referret, numeri esset pluralis, & verbum illi responderet pluralis numeri: cum autem verbo singularis numeri iungatur, constat vnam illud tantū personam referre, non duas. Si vnam refert: quæro vtrum diuinam, aut humanam? Si humanam, tunc sequitur vt humanitas Christi æqualis sit diuinitati: quia Paulus ait: Qui cū in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualem Deo. Quòd si personam illam quæ in sola natura diuina existit, dicas pronomen referre, tunc qualiter conueniunt quæ Paulus vno orationis cōtextu subiungit, dicens: Sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, humiliavit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis? Tunc enim oporteret, vt natura diuina crucis mortem sustinuerit, quod aperta est blasphemia. Vt autem hæc omnia incommoda euitemus, necessarium est iuxta veram fidem fateri duas esse naturas in Christo in vnitæte personæ, quæ persona iuxta naturam diuinam æqualis est patri, secundū quam ait: Ego & pater vnum sumus. Secundum humanam naturam minor est patre, secundum quam ait: Pater maior me est. Secundum diuinam est immortalis, secundum quam ait: Ego sum resurrectio & vita. Secundum humanam sit obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: secundū quam ait: Verūm tamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Et in epistola ad Galatas ait: At cū venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere. Ecce hîc apertissimè Paulus dicit filium Dei factum ex muliere. Idem ergo filius Dei est, & filius mulieris, quoniā ex ea factus esse dicitur. Et in priore epistola ad Corinth. hoc expressius docet, dicens: Si enim cognouissent, nunquàm dominum gloriæ crucifixissent. Nihil apertius contra Nestorium dici potuit: cū dicat dominum gloriæ, hoc est, Deum fuisse crucifixum. Vnus ergo idem est qui crucifixus est, & mortuus est, & qui Deus & dominus gloriæ est. Multa alia scripturæ testimonia possem adferre, quæ breuitati studens omitto. Sed vno tantū argumento iam aduersus Nestorium agam. Et percontor ab eo, an credat filium Dei incarnatum fuisse, an prorsus neget? Si neget filium Dei incarnatum, contradicit Ioanni dicenti: Verbum caro factum est, & contradicit fidei Nicæni Concilij dicentis de filio Dei: Qui propter nos & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus, passus est. Si verò (vt decet) concedit filium Dei incarnatū, ipso incarnationis nomine duas innuit apertè naturas, vnam quæ incarnata est, & aliam qua incarnatus est. Non enim seipsa

natura deitatis incarnata est, sed natura carnis incarnatā esse oportet. Vt ergo filius Dei incarnatus dicatur, oportet vt filius Dei carnem in se habeat. Quod si alia esset persona carnis, alia deitatis, nullo pacto posset dici incarnatus. Nūquam enim aliquid dicitur tale per qualitatem existentē in alia persona. Quis adeo esset demens, vt diceret Petrum esse album propter albedinem inhārentem Ioanni? Sic etiam fieri non potest, vt filius Dei dicatur incarnatus propter carnem existentem in alia persona, sed propter carnem quam habet in vnitāte sui suppositi sibi vnitam. Nunquam etiam diuersarum naturarum nomina dicuntur de se inuicem nec in concreto, nec in abstracto, nisi illæ duæ naturæ insint eidem personæ: vt gratia exempli, nisi albedo & frigiditas insint eidem supposito, nunquam album dicitur frigidum. Quauis enim albedo inhāreat lacti, & frigiditas ferro, nunquam album dicitur frigidum. Si tamē albedo & frigiditas reperiantur in niue, tunc merito dicimus album esse frigidum. Sed homo dicitur Deus, & ea quæ sunt propria hominis, dicuntur de filio Dei: & ea quæ sunt propria Dei, dicuntur de filio hominis. Ergo filius hominis, & filius Dei, vna est persona. De illo enim dicitur: In principio erat verbū, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: per quod natura ostenditur diuina. De eodem etiam dicitur: Et verbum caro factum est: vt per hoc natura demonstratur humana. De illo dicitur: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: quod proprium est Dei. De eodem dicitur quod factus sit ex muliere, quod proprium est hominis. Magi eum adorāt, quod soli Deo debetur: sed in præsepio reclinatum inueniunt, & matris vbera sugentem, quod ad hominem pertinet. Infantia paruuli ostenditur humilitate cuniarum, maiestas diuinitatis declaratur vocibus angelorum. Quem sicut hominem diabolica tentat astutia, eidem tanquam Deo angeli ministrant. Qui lassatus ex itinere velut homo sedit supra puteum, idem clamat & dicit: Venite ad me omnes qui laboratis & diceratis, & ego reficiam vos. Qui sitiens velut homo, petit à Samaritana potum, idem velut Deus dicit: Si scires donum Dei, & quis est qui petit à te bibere, tu forsitan petisses ab eo, & daret tibi aquā viuam, de qua qui biberit, non sitiet iterum. Qui esurit velut homo, idem velut Deus de quinque panibus & duobus piscibus satiauit quinque millia hominū. Qui miserationis affectu velut homo desert amicum mortuum, idem sublato lapide quadriduana sepulcræ velut Deus excitat rediuuium. Is qui velut homo cruci affixus erat, idem velut Deus latroni paradysum promittit, lucem in tenebras conuertit, & omnia elementa temere facit. Licet tamen vnus & idem sit in duabus naturis, aliud est quod illi debetur iuxta maiestatem diuinitatis, aliud quod dispensariū habuit iuxta humilitatem humanitatis. In vno coruscant miraculis, iuxta aliud succumbit iniurijs. Et sicut secundum diuinitatem ab æqualitate paternæ gloriæ non recessit, ita iuxta humanitatem naturam nostri plasmati nō reliquit. Et licet aliquando nominetur vnus tantum naturæ nomine, non propterea intelligendum est alteram ab illo excludi: vt gratia exempli, si dicatur, filius hominis tradetur gentibus ad illudendum, flagellandum, & confuendum: quia ibi solum nominatur filius hominis, non propterea credendum est filium Dei non fuisse traditum, sed personam in sola humana natura existentem. Hoc enim esset absurdum. Nam & filius Dei patitur, & filius hominis patitur: quia idem est filius Dei, & hominis. Cū autem dicitur filius Dei, aut filius hominis, etsi ibi in qualibet voce vna tantum exprimat natura, duæ tamē dantur intelligi duplici ratione. Vna, quia vox illa, filius hominis, aut illa, filius Dei, non est nomen naturæ, sed nomen suppositi: in quo quum sint duæ naturæ, ambæ dantur intelligi, quia per nomen suppositi datur intelligi totum suppositum prout est. At cū sit in duabus, etsi non explicetur nisi vna, non tamen per hoc separatur ab altera. Altera ratio est, quia sæpè nomine partis da-

tur intelligi totum, & nomine vnus naturæ datur intelligi totum suppositum in duabus naturis subsistens: vt gratia exempli, homo res quædā est, ex duabus naturis admodum diuersis composita, corpore videlicet & anima, & tamen nomine vnus illarum sæpè totus homo denotatur: quem modum loquendi non abhorrent sacræ literæ. In Genesi etenim quum numerantur omnes, qui cum Jacob ingressi sunt in Aegyptū, sic legimus: Cunctæ animæ, quæ ingressæ sunt cum Jacob in Aegyptum, & egressæ sunt de femore eius, absque vxoribus filiorum eius, sexaginta & sex. Et post pauca iterum: Omnes animæ domus Jacob, quæ ingressæ sunt in Aegyptum, fuere septuaginta. Ecce hic vides nomine animæ totum hominem designari. Vide etiam eum nomine carnis significatum. Non permanebit, inquit Deus, spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. At caro nomen est proprium alterius tantum naturæ duarum, ex quibus homo componitur. Quod si hoc bene considerasset Nestorius, nunquā in tam impiam lapsus fuisset hæresim, duas personas distinguens propter duas quas cognoscebat naturas: nam ex rebus creatis posset quodammodo in tam admirabilis sacramenti cognitionem peruenire. Nam homo etsi duas naturas habeat valde diuersas, vna tamen est persona, diuersas denominationes suscipiens propter diuersitatem naturarum, quoniam mortalis dicitur, & hoc propter solum corpus quod moritur, quauis anima immortalis sit. Dicitur etiam intelligens ratione animæ, quæ sola in homine intelligit. Dicamus cum catholica ecclesia sentientes, Christum Dei filium duas habere naturas, diuinam videlicet & humanā, inconfusas in vnitāte suppositi, sine vlla earum mixtione vnitatis, ita vt vnus & idem sit Dei filius, & hominis filius. Qui verò aliter sentit, vt duos faciat filios, vnum hominis, alterum Dei, est Antichristus, vt Ioannes Euangelista ait: Omnis (inquit) spiritus qui soluit Iesum, ex Deo non est, & hic est Antichristus: quanquam in codicibus Græcis non sic habeatur, sed sic: Omnis spiritus, qui non confiteretur Iesum in carne venisse, ex Deo non est. Verum hæc lectionis varietas vt alia sit apud Latinos, quā apud codices Græcos nūc reperitur, inde euenit, quod (vt ait historia tripartita lib. 12. cap. 4.) hæretici hunc sensum ex veteribus exemplaribus abstulerunt, qui volebāt separare ab hominis dispensatione diuinitatem, itaque raserunt id quod illis apertissimè obuiabat, sicut aliās sæpissimè eos fecisse constat. Sed Erasmus Roterodamus in suis Annotationibus super nouum testamentum æditis, suspicatur hanc particulam, quæ nunc in Latinis codicibus habetur, aduersus hæreticos esse additam, quorum alij Christo sic tribuebant humanam naturam, vt adimerēt diuinam: alij sic tribuebant diuinam, vt adimerent humanā. Hanc autē suam suspicionem cū aliquo modo confirmauerit Erasmus, non tamen sic eam mordicus tenet, quin liberum dimittat cui libet suum iudicium, vt sentiat prout velit. Quapropter iuxta libertatem ab eo donatam loquens, dico magis consonum esse, particulam illam non esse additam. Primò, quia etsi ecclesia hanc debeat consuetudinem, vt propter nouas hæreses insurgentes; nouas effingat voces, nunquā tamē reperietur, vt in sacræ literis aliquid addiderit minueritūe. Sed fortè dicit, hoc non ab ecclesia additum, sed ab aliquibus doctis viris, quæ postea successu temporum sic ab omnibus susceptum est. Esto. Verum hoc negari nō potest, auctores illos, à quorum fragmentis in vnum confarctatis, Historia illa tripartita nomen accepit, Græcos fuisse, & Græcè scripsisse, qui è Græco in Latinum per Epiphanium Scholasticum, hortatu Cassiodori, versi sunt. At autor ille, vnde hoc sumptum est, dicit in antiquis exemplaribus sic haberi: Omnis spiritus qui soluit Iesum, ex Deo non est. Non ergo apud solos Latinos sic habetur, sed apud Græcos sic tunc habebatur. Fieri ergo potuit, vt antiqua exemplaria perderentur, & supersint illa sola, quæ ab hæreticis deprauata sunt, & quæ ab illis exemplaribus fuere transcripta. Præterea idē autor historiæ dicit, ve-

cit, veteres interpretes hoc ipsum designasse, quod aliqui ad ulcerarint hanc epistolam, solvere hominem à Deo volentes. Autorem verò illum, unde hoc sumptum est, constat esse Socratem: quoniam à principio vndecimi libri vsq; ad finem duodecimi, in quo ista narrantur, nullus alius intitatur quàm Socrates, qui (vt cõstat ex vltimis verbis historię) tempore Theodosij iunioris fuit, quo tempore etiã fuit Nestorius. Rursus, beatus Leo papa huius nominis primus, in epistola ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum, contra Eutychem hæreticum agens, verba illa adducit: Omnis spiritus qui soluit Iesum, ex Deo non est. Leo autem hic valde vicinus fuit Nestorio, imò (vt conijcere possum) coæuus, quamuis fortè non fuerit Papa tempore Nestorij: quoniã Nestorius tempore papæ Cælestini fuit, sub quo celebratum est Conciliũ Ephesinũ, in quo damnatus est Nestorius. Cælestinus autẽ (vt Platina testatur) præfuit Ecclesię annis octo, mensibus decem. Post Cælestinum præfuit eidem vniuersali Ecclesię Sixtus tertius, annis octo. Post istũ successit Leo, de quo nũc agimus, qui particulã illam, prout nos nunc habemus, citat. Quod si illa fuisset tũc addita, non fuisset adeo demens, vt contra hæreticũ agens, testimonio suppositio, aut addito vteretur. Quapropter mihi magis placet, vt dicamus illam esse verã literam, quam nunc codices Latini retinent, & Græcos codices fuisse (prout historia tripartita refert) ab hæreticis deprauatos. Et ita hoc testimonio Ioannis adiuti, dicimus Nestorium de spiritu Antichristi fuisse, quoniam omnis spiritus, qui soluit Iesum, ex Deo non est, & hic est Antichristus. Quis autem est, qui verius soluit Iesum, quàm Nestorius, qui diuinam à Christo separat naturã, duas ponens personas, vnam deitatis, aliam carnis: dissoluens illũ admirabilem nexum vtriusq; naturæ in vnitatem suppositi. Contra hanc hæresim est Concilij Ephesini definitio, in quo post multa quę illic contra Nestoriũ ex sacrę scripturę testimonijs definiuntur, sic decernitur: Igitur quia Deum carne vnitum iuxta substantiam, sancta virgo corporaliter peperit, idcirco eã Dei genitricem esse profiteamur: non quod verbi natura existendi principium de carne fortita sit, (erat enim in principio verbum, & Deus erat verbum, & verbum erat apud Deum, & ipse conditori seculorum patri coæternus, & vniuersitatis conditor) sed quod, vt superius diximus, iuxta substantiam sibimet vniens humanam naturam, natiuitatem sustineret ex ipsã vulua corporea. Hęc Concilium Ephesinum. Contra hanc hæresim scripsit beatus Cyrillus in libro de recta fide ad Theodosium: in quo libro contra plures hæreticos disputat, præcipuè tamen contra hanc Nestorij hæresim. Gelasius papa scripsit etiã aduersus Nestorium & Eutychem librum de duabus naturis in vna persona. Ioannes papa alium paruum libellum de eadem re ædidi. Gennadius etiam scripsit aduersus Nestorium, sed huius opus non vidi. Ioannes Cassianus etiam scripsit opusculum de incarnatione verbi contra Nestorium, quod nunc est in Germania excusum.

Quarta hæresis est huic præcedẽti omnino opposita, & quodammodo declinat ad secundã hæresim. Hęc autẽ quarta hæresis dicit vnam esse personã Christi, & in hoc bene cõtra Nestoriũ: sed sicut Nestorius propter duas quas videbat in Christo naturas, duas etiam dixit personas, ita etiam hęc hæresis propter vnam quam fide tenebat esse Christi personam, cogitur ex ignorantia vnam tantum in Christo ponere naturã, videlicet diuinã. Quia tamen videbat aperta sacrę scripturę testimonia probantia Christum veram carnem habere secundum quã natus sit de virgine, & pro nobis passus & mortuus, dicit & fatetur filium Dei esse incarnatum, sed in ipso incarnationis momento carnem fuisse conuersam in diuinitatem. Huius erroris autor extitit quidam Eutyches, abbas cuiusdam monasterij in Constantinopoli tempore Leonis papæ, huius nominis primi, & Martiani Imperatoris. Hic Eutyches dixit Christi

Axit Christum vnam tantum habuisse naturam, videlicet diuinam, sicut vna erat persona: quia etsi fateretur verbi incarnationem, post illam tamen vnionem dicebat carnem fuisse conuersam in deitatem, & ita secundũ eum facta est vna carnis deitatisq; substantia: quapropter coactus fuit concedere Christum fuisse passum secundũ naturam diuinam: quia per incarnationem carnis substantia, vt dicebat, fuerat in substantiam diuinitatis conuersa. Hanc hæresim quum Flavianus Constantinopolitanus episcopus damnasset, cum Eutyche illius autore, ortum est hac de causa aliquod dissidium inter Christianos orientales, quibusdam defendentibus Eutychem, alijs cum damnantibus. Quapropter annuente Imperatore Theodosio iuniore, synodus Ephesina indicitur, in qua præsidente Dioscoro Alexandrinæ vrbs episcopo, eodem Eutycheis errore *Dioscorus.* (vt postea paruit) infecto, Eutyches restituitur, & Flavianus damnatur. Et hęc vocatur secunda Ephesina synodus, quæ à catholicis omnibus velut execranda & maledicta reijcitur: quoniam nec summi Pontificis autoritate celebrata, nec ad eam ex ecclesia catholica factus est generalis conuentus: sed solis hæreticis conuenientibus definitum est tale venenosum dogma. Post hunc Eutychem, & Dioscorum illius fautorem, paruo tempore elapso, surrexerunt alij hæretici, dicti Acephali, sic nominati, quoniam simul insurgentes, nullus reper- *Acphali.* tus est, qui illorum esset princeps atque magister. Hi duas in Christo negabant naturas, sed vnam tantum affirmantes, videlicet diuinam, eandem dicebant fuisse crucifixam. Et quoniam in Chalcedonensi concilio huius oppositũ fuerat definitum contra Eutychem & Dioscorum, hi nolunt acquiescere definitionibus eiusdẽ Chalcedonensis concilij. Hęc hæresis, si bene quisque considerauerit, ab expugnatione trium præcedentiũ hæresim manet expugnata. Probato siquidem, vt iam probauimus, in Christo duas esse naturas, diuinam videlicet & humanã in vnitatem personæ: conclusum tunc est contra istos, qui vnam tantum naturam aluunt. Sed quoniam modum & rationem vnus tantum nature asserunt, dicentes substantiam carnis fuisse conuersam in diuinitatem, & diuinitatem dicunt passam in cruce esse: hæc duo sunt à nobis pro viribus Deo duce explodenda, vt tam nefanda blasphemia non audiatur. Si Christus vnam tantum habet naturam, aut illa natura est omnino simplex sine vlla compositione, aut est natura composita. Si natura illa vnica, quam dicunt esse in Christo, est simplex sine vlla compositione, & illa natura est diuina, erit ergo Christus tantũ Deus, & non homo. Non enim fieri potest vt homo dicatur, qui naturam non habet humanam: sicut album non potest dici, quod non habet albedinem. Hoc autẽ in expugnatione secundæ hæresis reieciamus, vbi probauimus Christum verum fuisse hominem. Et reuerã hęc Eutycheis hæresis valde conformis est hæresi Valentini, aut Apellis, aut Manichæi, quoniam is Eutyches (vt Flavianus Constantinopolitanus episcopus ait in epistola, quã Leoni papæ huius nominis primo misit, prodens Eutycheis errores) dixit carnẽ dominĩ non esse nobis consubstantialiam tanquã ex nobis susceptam, & coadunatam Dei verbo, sed dicebat virginẽ, quę cum genuit, secundũ carnẽ cõsubstantialiam nobis esse, ipsum autem dominum nõ suscepisse carnem ex ea consubstantialiam nobis. Quę omnia iam impia & absurda esse superius conuincimus. Si autem illa natura, quam in Christo ponunt, non sit simplex, sed composita, vtputa tertia quardam ex duabus coalita, tunc sequeretur patrem & spiritum sanctum esse incarnatos, & virginem Christi matrem esse Deum & hominẽ simul: quæ omnia sunt hæretica. Quod tamen oporteat eos ista concedere, sic conuincimus, quoniam Christus Dei filius (vt catholica confitetur Ecclesia iuxta definitionem Nicæni concilij) consubstantialis est patri, id est, eiusdẽ cum illo substantiæ & naturæ: Si ergo filius Dei (vt isti hæretici dicunt) per vnica, quam solum habet naturam, incarnatus dicitur, & homo appellatur: ergo

Concilium
Ephesinũ.

Eutyche.

ergo pater, qui eandem habet naturam quam filius, incarnatus etiã dicitur & homo vocabitur. Et eodem modo potest argui de spiritu sancto, quia spiritus sanctus (vt in Concilio Constantinopolitano primo Ecclesia definiuit) eiusdẽ est cum patre & filio substantiã: quapropter eadem ratione dicitur spiritum sanctum fuisse incarnatum, & esse hominem. Quã omnia esse erronea, nullus est fidelis qui non videat. Et quoniam (vt suspicari possum ex dictis Gelasij papæ contra Eutychem scribentis) hoc modo posuit Eutyches vnã in Christo naturam quasi compositam, & velut tertiam ex duabus resultantem, quoniam Eutyches dicebat ante incarnationem duas fuisse naturas, sed post incarnationem vnã tantum mansisse naturam: quia tunc quædam veluti consusio aut compositio facta est naturarum. & adfert Gelasius papa exemplum eorum, quo suum errorem confirmare nituntur. Quemadmodum (inquiunt) homo vna est natura ex duabus alijs composita, qua cõpositione & vnione facta, tertia resultat, quã nulla illarũ est: sic dicunt esse in incarnatione verbi, vt ante incarnationem duæ fuerint naturæ, post incarnationem vna tantum manserit, duabus illis in vnã (vt aiunt) cõiunctibus. Ideo aduersus hanc compositionem secundò arguamus. Sic exponentes, nunquam Christum faciunt duas naturas habentem. Non enim eas habuit ante vnionẽ, quia tunc secundum omnes vnus tantum erat naturæ, puta diuinæ. Neq; post incarnationem, quia tunc secundum ipsos vnus est tantum naturæ compositæ. Præterea, quid est quod ait ante incarnationem fuisse duas, post incarnationem verò vnã? Quomodo enim ante incarnationem poterant esse duæ naturæ, cum tunc verbum non esset incarnatum? Aut enim dicis humanam naturam quã Deus sibi vniuit, ante vnionem per se substituisse, & tunc dices filiũ Dei sibi vniuisse personam humanam, & non naturam: & tunc duas facies cũ Nestorio personas: & sic à Nestorio fugiens, ad eundem confugies. Aut fortè dicis, quod etsi nõ tota humana natura præcesserit ante incarnationem, tamẽ anima eius antea in cœlo fuerat, aut in terris conuersata, & tunc in incarnatione fuerit carnĩ à Deo assumptæ infusa. Quod si hoc fateris, incidis in Origenis errorẽ de animabus primò creatis in cœlo, & postea corpori infusis. Quẽ errorem iam supra, Deo duce euicimus. Alio autem modo non possum suspicari, quo pacto dicas ante incarnationem fuisse duas. Rursum, si ante incarnationem erant duæ, & post non manet nisi vna, ergo per incarnationem aut fit alterius illarũ deperditio, aut fit vtriusq; mixtio & consusio: sicut cum vino miscetur aqua, ante mixtionem erant duæ naturæ, post mixtionem est vna tantum natura. Si per incarnationem fit carnis deperditio, iam non incarnatio, sed potius (vt ita dicã) decarnatio dicenda esset. Si est vtriusq; naturæ mixtio aut cõpositio, ita vt tertia resultet ex illa compositione natura, tunc oportet vt neutrius naturæ illarũ ex quibus cõponitur, denominationẽ suscipiat. Homo enim (vt illorũ exemplo vtã) qui tertia quædam est natura, ex duabus valde differẽtib; naturis constans, corpore videlicet & anima, neq; animæ, neq; corporis denominationẽ suscipit, quoniam nec anima nec corpus dicitur, sed solum dicitur homo. Ita ergo oportet quod Christus nec Deus diceretur, neq; homo, postquã naturã quãdam habet ex illis duabus compositam. Quod si fortè exemplum per me adductum magis placet de vino mixto aqua, quod post mixtionem retinet nomen vini, aqua conuersa in vinum: & ita fortè dicas, carne conuersa in deitatem per incarnationem mansisse in Christo nomen Dei: tunc considera ibi etiam non manere nomen aquæ, sed solum vini, eò quod per mixtionem aqua fuit versã in vinum: & ita post incarnationem oporteret te concedere, Christum non esse hominẽ, eò quod humanitas fuerit in diuinitatẽ conuersa. Deinde si vna tantum est in Christo natura, quomodo secundũ illam poterit tã oppositas suscipere denominationes? Impossibile enim est, vt vna eademq; natura substantiales suscipiat differẽtias cõ-

trarias,

A trarias, quia opposita non possunt dici de eodẽ secundum idem. Quod si opposita de eodẽ dicantur, oportet vt diuersa in se contineat, secundum quæ diuersas suscipit dictiones: vt homo quia corpus habet & animã, potest dici corporeus secundum corpus, incorporeus secundum animam: mortalis secundum corpus, immortalis secundum animam. At quum Christus dicatur mortalis & immortalis, passibilis & impassibilis, finitus & infinitus, oportet vt diuersas habeat naturas, iuxta quarum diuersitatem diuersas istas suscipiat denominationes. Non est ergo in Christo vna natura composita, sed duæ simplices, quarum qualibet suis est determinata proprietatibus. Error autem iste Eutychianorum (vt Damascenus tertio libro de fide orthodoxa ait) & similiter Nestorianorũ, vt mihi videtur, inde ortus est, quod nescierunt distinguere inter naturam & personã. Et ideò Nestorius duas cognoscens naturas, duas credebat esse personas. Eutyches autẽ ex opposito, quoniam vnã fatebatur & fide credebat esse Christi personam, inde credebat oportere vnã etiam tantum esse naturam. Vterque tamen eorum facilẽ, si malitia eos non excæcasset, potuisset cognoscere & videre in vno hominis supposito duas esse naturas, in quo nec pluralitas naturarum concludit pluralitatem personarum: nec vnitas personarum arguit vnitatem naturæ. Hoc ergo hominis exemplum, quãtum ad hoc solum spectat, commodissimum est, quamuis in alijs maxima sit dissimilitudo: quoniã in homine est naturarum pluralitas in vnitate personæ per naturalem compositionem vnus ex pluribus: in Christo autem est pluralitas naturarum simplicium sine vlla earum cõpositione aut mixtione. Et ita in homine tres sunt naturæ, duæ duarum partium, videlicet corporis & animæ, & tertia ex illis resultans, scilicet ipse homo, qui nulla illarum est. In Christo verò duæ sunt tantum naturæ, diuina & humana, ex quibus vlla alia tertia constituitur. Sed iam opus est, vt alium Eutychetis & Acephalorum communem errorem & impiam blasphemiam reiciamus, qua dicunt diuinitatem in cruce passam fuisse. Quis hoc feret? Cuius aures non horrent audire, diuinitatem aut dolere, aut pati potuisse? Deus siquidem cum summẽ perfectus sit, & quoddam infinitæ perfectionis pelagus, talibus miserijs subijci nequit. Ego Deus (dicit ipsemet) & non mutor. Si non mutatur, fieri necesse est, vt aut semper doleat & semper patiatur, quod summa esset miseria: aut nunquam doleat, imò nec dolere possit, nec pati. Nam si semel gaudens, & carens omni passione, postea dolet & patitur: necessarium est, vt tunc mutetur. Præterea Petrus ^{1. Pet. 4.} Apostolus ait: Christo igitur passo pro nobis in carne, & vos eadem cogitatione armamini. Carne passum dixit, non deitate. Et Paulus apostolus ait: An experimentum queritis eius, qui in me loquitur Christus? Qui non infirmatur, sed potens est in nobis. Nam etsi crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei. Passus est ergo Christus, & mortuus, sed ex nostræ humanitatis infirmitate. Viuit autem impassibilis & immortalis, sed ex suæ diuinitatis virtute, quæ tanta est, vt in se nec mortem subire, nec passionem aliquam sustinere possit. Ipse etiam Christus Iesus se in carne fuisse passum testatur. Nam Iudæis dicentibus & petentibus ab eo: Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? Respondit Iesus, & dixit eis: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Ille autem dicebat de templo temporis sui, quod solum fuit in morte, excitatum in resurrectione. Propter quod Euangelista quasi hoc declarans, subiunxit: Quum ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat: & crediderunt scripturæ & sermoni quem dixit Iesus. Vides hic passionem ad corpus relatam, non autem ad deitatem, quoniam illa pati non poterat. Prophetiæ etiam quæ de Christi passione præcesserant, de passione in carne loquuntur. Vnde in Psal. sub persona Christi dicitur: Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Et Elias ^{1. Reg. 19.} ostendit.

Esai. 50. ostendens voluntariam fuisse Christi passionem, sub persona eiusdem Christi ait: Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. Et ut alia multa præteream, quid aliud significant illæ angelorum voces ad Christum, quibus *C* eum interrogabant, dicentes: Quare rubrum est vestimentum tuum? Nominem vestimenti carnem designantes, qua vestita fuit diuinitas in incarnatione. Hæc autem caro cum fuisset suo sanguine intincta, quærebant: Quare rubrum est vestimentum tuum? Et iterum: Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? Aduersus tam apertam blasphemiam piget plura adferre testimonia. Eius certè narratio pro expugnatione suffecisset, nisi aduersus homines duræ ceruicis & indomabilis cordis ageremus, cuiusmodi sunt omnes hæretici. Contra hanc hæresim sunt plurimorum conciliorum definitiones. Concilium nanq; Chalcedonense sic ait: Consentientes sanctis patribus, vnum eundemque filium confiteri dominum nostrum Iesum Christum consona voce docemus, pariter perfectum eundem in deitate Deum, & hominem eundem ex anima rationali & corpore, secundum diuinitatem vnium cum patre nature, secundum humanitatem eundem vnium nature nobiscum, per omnia similem nobis absque peccato, ante secula quidem ex patre natum secundum diuinitatem, in nouissimis verò diebus eundem propter nos, & propter nostram salutem hominem factum: hunc vnum eundemq; Christum filium Dei vnigenitum in duas naturas inconfuse, immutabiliter, indiuisè, inseparabiliter cognoscendum: in nullo naturarum differentias propter vnitatem perimendas, magis autem salua vtriusq; nature proprietate, & in vna coeunte persona, vnoq; statu concurrente, nõ in duabus personis partiendum vel diuidendum, sed vnũ eundemque filium vnigenitum Deum verum dominum Iesum Christum. Hæc Concilium Chalcedonense: cuius decreto non minus Nestorij quàm Eutychetis & Acephalorũ hæresis corrumpitur. Sed quia impij Acephali & maledicti non recipiunt Chalcedonense concilium, ideo ad priora & posteriora concilia confugiamus. Hæc namque hæresis ante Eutychetem & Acephalos fuit. Nam Philaster, qui longo tempore ante eos fuit, refert quandam hæresim, quæ dixit diuinitatem in cruce doluisse, & passam fuisse. Eandem etiam recitat Augustinus, etiam Acephalis ventustior, quamuis nullus eorum autorem hæresis prodat. Concilium Ephesinum, quod tertia synodus dicitur, circa finem suorum Decretorum sic ait: Sic illud diximus passum esse, & resurrexisse, non quia Deus verbum in sua natura passus sit, aut plagas, aut clauos & transfixiones, aut alia vulnera susceperit (Deus namque incorporealis & extra passionem est) sed quia corpus illud, quod ipsi proprium factum est, hoc sustinuit: ideo hæc omnia pro nobis ipsis dicitur passus. Inerat enim in eo corpore, quod patiebatur, Deus qui pati non poterat. Hæc Concilium Ephesinum. Et concilium Ispalense secundum decimotertio suorum Decretorum capitulo sic ait: Ergo sicut immaculata fides, & sancta Dei Ecclesia docet, confitemur dominum nostrum Iesum Christum intemporaliter ex patre Deum natum, temporaliter ex vtero gloriose virginis Mariæ hominẽ æditum, & ob hoc in vna existente persona duas naturas habentem: deitatis, qua ante secula genitus: & humanitatis, in qua diebus vltimis æditus est: in illa secundum formam Dei, in ista secundum formam serui consistens: in illa patri manens æqualis, in ista sine peccato similis nostræ conditioni: in illa inuolabilis, in ista passibilis: in illa ex qua mori non potuit, in ista in qua mortem suscepit. Hæc concilium Ispalense expressè contra Acephalos. Quibus verbis omnes hæreses præfatæ circa Christi personam exortæ colliduntur. Contra hanc hæresim scripsit Gelasius papa eodẽ libello, quo scripsit contra Nestorium. Scripsit etiam Boëtius aduersus eandem hæresim vnum librum de de duabus naturis. Et beatus Damascenus libro tertio de fide orthodoxa per singula capitula contra singulas præfatas hæreses disputat.

Quinta

Arrius.
A Quinta hæresis est, quæ asserit Christum solum corpus habuisse, non autem animam. Huius autor fuit Arrius, ut testatur Augustinus in libr. de hæresibus ad Quod vult Deum, cap. 46. sic de Arrianis loquens: In eo autem, quod Christum sine anima solum carnem suscepisse arbitratur, minus notum sunt, nec aduersus eos ab aliquo inueni de hac re fuisse certatum. Sed hoc verum esse & Epiphanius non tacuit, & ego ex eorum quibusdam scriptis & collocationibus certissimè comperi. Hæc Augustinus. Verum quia ex his verbis non constat an Arrius hoc venenum repererit, an sequaces illius de suo cerebro postea addiderint: ideo pro nunc de Arrio tacemus. Apollinaris, de quo iam aliàs diximus, hunc errorem postea suscitauit, qui communiter dicitur illius erroris autor. Philaster hanc hæresim recitat, nullo nominato illius autore. Hæc hæresis satis conuincitur per ea, quæ in expugnatione secundæ hæresis dicta sunt. Si enim Christus veram habuit nature humanæ substantiam, ergo & habuit animam, quoniam sine ea perfectus homo esse non potest. Verum et si hoc apertissimè eum conuincat, particularibus argumentis non pigebit contra eum agere. Christus, passionis suæ tempore iam appropinquante, ait: Tristis est anima mea usque ad mortem. Et antè dixerat: Ego sum pastor bonus, & animam meam pono pro ouibus meis. Et iterum: Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam. Aperta satis sunt hæc, neq; vllam parabolam redolentia. Verum his autoritatibus (ut Augustinus ait) Apollinaris respondet, dicens Christum animam habuisse non rationalem, sed solum eam, quæ corpus viuificaret, & verbum ipsum loco rationalis animæ exitisse. Sed per hoc non effugit, quin dicat Christum non fuisse integrum & perfectum hominem, eiusdem substantiæ nobiscum. Sed, ut nullum illi pateat estugium, consideremus quid Lucas de eo dicat: Iesus proficiebat sapientia, & ætate, & gratia apud Deum & homines. Quomodo autem profecerit sapientia, sequentia verba declarant, quoniam animam addit, & ætate. Iuxta id ergo profecit sapientia, secundum quod profecit ætate. At cum secundum solum naturam humanam profecerit ætate, consequens est ut iuxta eandem profecerit sapientia, quoniam secundum naturam diuinam, quæ immutabilis & infimè sapiens est, nullo modo proficere poterat. Profecit ergo sapientia secundum humanitatem. Sed si humanitas, quam suscepit, animam rationalem non habuit, ergo secundum humanitatem nihil sapuit, quoniam secundum animam rationalem sapere debuisset, non secundum corpus, aut secundum animam præcisè vegetantem corpus. Rursum, propter hoc filius Dei nostram suscepit naturam, ut per naturam ab eo susceptam nostris succurreret defectibus, & is qui sine peccato erat nostra peccata dissolueret. Nihil ergo profuisset nobis, solum carnem sine anima suscipere, quia peccata nostra in anima erant, & non in carne, quæ peccare non potest. Sed *10. ca. 7.* *CH R I S T V S* totum hominem redemit, qui ait: Totum hominem sanum feci in sabbato. Totum ergo hominem *CH R I S T V S* assumpsit, qui totum hominem redemit. Demum, iste error plurimorum conciliorum definitionibus damnatur. Concilium Romæ habitum sub Damaso papa, sic ait: Anathematizamus eos, qui pro hominis anima rationali & intelligibili, dicunt Dei verbum in humana carne versatum, cum ipse filius sit verbum Dei, & pro anima rationali & intelligibili in suo corpore fuerit, sed nostram, id est, rationalem & intelligibilem sine peccato animam suscepit atque salua uerit. Hæc Concilium Romanum. Cuius Concilij decreta ponuntur in libro conciliorum generalium, non inter ipsa concilia, sed post inter decreta Damasi papæ. Concilium Ephesinum, cap. decimotertio suorum decretorum sic ait: Non enim dicimus, quod Dei natura conuersa vel immutata sit, sed magis, quod carnem animatam anima rationali sibi copulauerit, verbumque substantialiter & ineffabiliter factus sit homo. Hæc Concilium Ephesinum.

X 3 Con-

Concilium Chalcedonense sic ait: Consentientes sanctis patribus, vnū eundemq; filium confiteri dominū nostrum Iesum Christum consona voce edocemus, pariter perfectum eundē in deitate Deū, & hominem verum eundem ex anima rationali & corpore, &c. Hæc Concilium Chalcedonense. Contra hanc hæresim non vidi, nec hucusq; sciuī aliquē qui scripserit, præter beatum Ambrosium, qui in libro de incarnationis dominicæ sacramento, per totum septimum capitulum contra eam agit.

S Extra est hæresis, quæ asserit in Christo tantum vnā fuisse voluntatem, videlicet diuinā. Huius hæresis autor fuit Macharius Antiochenus episcopus, qui condēnatus est in sexta synodo Constantinopolitana, sub Agathone papa celebrata. Huius hæresis fautores dicti sunt Monothelitæ, non (vt quidā corruptè dicunt) Monoselitæ: & quidam, cuius nomen sciens prætereo, deriuationē nominis assignare volens, non minus impudenter, quā imprudenter dixit: Monoselitæ dicuntur à Monoso illius hæresis autore. Monothelitæ dicti sunt ab vna tantum voluntate, quā Christo tribuebant: quoniam *μόνος* Græcè, valet Latine tantum ac vnus, *θέλησις* idem est quod voluntas. Hinc ab illis duabus dictio est composita *μονοθέληται*, quasi vnā asserentes voluntatē. Contra hanc hæresim sic agimus, & primò ab illius patrono quærendum est, an duas in Christo fateatur naturas. Si vnā tantum dicit in Christo naturam, sicut vnā voluntatem, tunc ad aliquam prædictarum hæresim reducendus est, quæ in Christo duas negauerunt naturas. Si verò duas in Christo fateretur naturas, ergo & duas oportet eum fateri voluntates: quoniam sicut vnus naturæ vna est voluntas, ita plurium naturarum plures sunt voluntates. Idè enim dicimus, patris & filij & spiritus sancti vnā esse voluntatem, quia vna in illis tribus personis est deitatis substātia. Ita ergo in Christo, in quo sunt duæ naturæ diuersæ, diuinitatis videlicet & humanitatis, oportet vt duæ sint etiam voluntates: vna, quæ pertinet ad diuinitatem: altera, quæ spectat ad humanitatem. Præterea, si vna tantum est in Christo voluntas, ergo vna tantum in Christo erit natura: quoniam sicut vna natura vnā infert voluntatem, ita ediuersò vna voluntas vnā arguit naturam. Vna siquidem voluntas non potest esse duarum naturarum. Rursum, si vna tantum est voluntas, aut illa erit diuina, aut humana, aut tertia ex illis composita, sicut supra Eutyches dixerat. Si diuina tantum est voluntas, ergo **C**H R I S T V S non habuit integram & perfectam humanitatem eiusdem speciei cum nostra: quoniam perfecta humanitas sine voluntate esse non potest. Si autem illa vna voluntas est tantum humana, ergo Christus non erit Deus, quoniam non potest esse Deus sine voluntate diuina. Vtrunque autem horum duorum probauimus esse hæreticum. Si verò dicat illam vnā Christi voluntatem esse tertiam ex illis duabus compositam, tunc sequitur, quòd illa volūtas nec diuina sit, nec humana: quoniam compositum non suscipit denominationem alicuius suarum partium, ex quibus componitur: & ita secundum ista oporteret dicere, Christum non esse verum Deum, nec verum hominem, quia nec voluntatem habet diuinā (secundum istos) nec humanam. Sed omiſſis his argumentis, scrutemur scripturas sacras, quoniam (vt Christus ait) illæ testimonium perhibent de illo. Marcus euangelista ait: Venit Iesus in partes Tyri & Sidonis, & ingressus domum, neminem voluit scire, & non potuit latere. Quomodo non potuit latere cum voluit? Nonne voluntas diuina omnipotens est? Nonne omnia quæ voluit dominus fecit in cælo & in terra? Ergo secundum id quòd non potuit latere, secundum id voluit neminem scire. At constat eum secundum humanitatem nō potuisse latere, quia secundum illam non erat omnipotens, ergo secundum eandem voluit neminem scire: & secundum diuinā voluntatem non ita voluit ergo alia est voluntas diuinitatis, & alia humanitatis. Præterea cum Christus esset

Machar.

Monothelitæ.

Ioan. 5.
Mar. 7.

A esset proximus passioni, dixit: Parer, si vis transfer calicem istum à me. Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat. Vides hic expressè duas Christi voluntates nominatas, vnā diuinitatis, aliam humanitatis. Nam si vna tantum esset Christi voluntas, videlicet diuina, quomodo fieri posset, quòd Christus patri oraret, dicens: Non mea, sed tua voluntas fiat? Non enim est possibile, vt voluntas patris impleatur, voluntas autem filij non, quum vna sit patris & filij voluntas. Sed quia duæ sunt in Christo voluntates, vna diuinitatis, quæ eadē est cum voluntate patris, secundum quam nihil à patre petit: alia humanitatis, secundum quam quodammodo passionem nolebat: idè suā voluntatem, id est, humanam, post ponens diuinā, dicit: Non mea voluntas, sed tua fiat. Rursum beatus apostolus Paulus de Christo loquens ait: Factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Non fuit autem obediens secundum naturam diuinā, quia obedientia subiectionem quandam denotat. Secundum autem naturam diuinā non erat subiectus patri, quia secundum illam non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Secundum humanam ergo naturam factus est obediens. Obedientia autem voluntaria quædam est subiectio, & sine voluntate obedientia esse nequit. Illud enim quod per vim & coercionem fit, nō fit per obedientiam. Cum ergo Christus secundum humanitatem factus fuerit obediens patri vsque ad mortem, oportet necessariò vt secundum eandem humanitatem voluntatem habuerit, secundum quam patri voluit. Contra hæc hæresim celebratum est Concilium Constantinopolitanum, quod sexta synodus appellatur, sub Agathone papa. Post longas ergo de hac re collationes, & disputationes in hoc concilio habitas, tandem actione decima septima sic definitur: Iuxta quod olim propheta de eo, & ipse nos dominus Iesus Christus erudiuit, & sanctorū patrū nobis tradidit symbolum, duas naturales voluntates in eo, & duas naturales operationes, indiuisè, inconuertibiliter, inseparabiliter, inconfusè, secundum sanctorum patrum doctrinam ad æquè prædicandum, & duas naturales voluntates, non contrarias (absit) iuxta quod impij asseruerunt hæretici, sed sequentem humanam eius voluntatem, & non resistentem vel reluctantem, sed potiùs subiectam diuinæ eius atque omnipotenti voluntati. Oportebat enim carnis voluntatem moueri, subijci verò voluntati diuinæ, iuxta sapientissimum Athanasium. Sicut enim eius caro Dei verbi dicitur & est: ita & naturalis carnis eius voluntas, propria verbi dicitur & est: sicut ipse ait: Quia descendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, sed eius qui misit me patris. Suam propriam dicens voluntatem, quæ erat carnis eius. Hæc concilium Constantinopolitanum. Cōtra hanc hæresim nullum reperi scriptorem, præter Damascenum, qui tertio libro de fide orthodoxa, capite decimo quarto de hac re disputat, non nominato, vt solet, erroris autore. Vnde suspicio mihi oritur, Macharium illum Antiochenum episcopum, non fuisse prinum huius hæresis inuentorem: sed alium quempiam multò illo vetustiore, fuisseq; statim sepultam, ac postea per Macharium suscitam. Nam Ioannes Damascenus, qui contra hanc hæresim disputat, per aliquot secula præfatum Macharium præcessit. Vixit enim Ioannes Damascenus (si Ioanni Trithemio credimus) sub Theodosio iuniore, circa annum domini. 450. Macharius autē hic floruit sub Agathone papa, huius nominis primo, & vt diximus, damnatus est in sexta synodo, quæ, iuxta computationem Mariani Scoti, celebrata est anno domini sexcentesimo nonagesimo octauo. Et Petrus Lombard. tertio libro Sententiarū, distinctione decima septima de hac re agit, quāuis breuiter & perfunctoriè. Qui autem plenius de hac re edoceri cupit, legat acta sextæ synodi, in qua satis diffusè hoc negocium inquiritur. Huius hæresis nunquam meminit Guido Carmelita in sua summa de hæresibus, quod valde miror, cum sit viris doctis notissima. Vnde conuincitur, eum non legisse

Luc. 22.

Phillip. 2.

Concil.
Constantinopol.
6to.

Ioan. 3.

acta sextæ synodi . Apparet etiam quod aliâs diximus , eum in veteribus hæresibus recensendis, nullum alium legisse præter opusculum Augustini de hæresibus, aut capitulum quoddâ Isidori in suis Etymologijs, in quo enumerat hæreses, quæ ad suum vsque tempus præcesserunt. Cum enim neque Augustinus, neque Isidorus hanc hæresim numeret, utpote utroque posteriorem, idèd Guido illius non meminit.

Septima hæresis nimis ingrata est Christo redemptori nostro, quoniam nõ agnoscit beneficium ab eo nobis collatum. Negat enim Christum crucifixum fuisse, sed Simonem Cyrenæum, qui angariatus sustulit crucem. Huius erroris autor fuit impius Basilides apostolorum tempore, de quo Eusebius libro quarto Historiæ ecclesiasticæ, capite octauo loquitur . Post hunc pauco tempore elapso Marcus, à quo Marcitæ hæretici dicti sunt, eidem adhæsit errori, dicens Christum non verè, sed putatiuè passum fuisse, Contra hunc errorem piget testimonia scripturæ adferre, cum vtrunque testamentum plenum sit testimonijs passionis Christi . Et dimisso veteri, in quo ferè omnia per figuras & ænigmata dicta sunt, quatuor Euangeliorum apertissima est historia enarrans Christi passionem. Nullus autem eorum ait Cyrenæum fuisse passum, sed solû portasse crucem, cui postea fuit Christus affixus . Et Paulus hoc sæpissimè in suis epistolis docet. In priore enim epistola ad Corinthios ait: Nos autem prædicamus Christum crucifixum. Et iterum: Nihil me scire iudicauit inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Et ut omnia alia omittam, Petrus apostolus eo die, quo spiritum sanctum recepit cum alijs, prædicâs populo, ait: Viri Israëlita, audite verba hæc, Iesum Nazarenum, virum approbatum à Deo in verbis, virtutibus, & prodigijs, & signis, quæ fecit Deus per illum in medio vestri, sicut scitis: hunc definito Concilio & præscientia Dei traditum, per manus iniquorum affligentes interemistis . Et infra: Certissimè sciat ergo omnis domus Israël, qui & dominum eum & Christum fecit Deus hunc Iesum, quem vos crucifixistis. Qui ergo per passionem suam mortuus est, quomodo non verè, sed putatiuè passus est? Quòd si non verè passus est, falsa est prædicatio Pauli. Contra talem insaniam non est opus plura adferre: quia, vt à principio statuimus, contra eos solos nunc agimus, qui Christo nomina per baptismum dederunt. Qui verò hæc asserunt, aut Ethnicos aut Iudæos se esse ostendunt, quoniam (vt ait Paulus) prædicare Iesum Christum crucifixum, Iudæis est scandalum, Gentibus autem stultitia.

Octaua hæresis est non minùs ingrata ipsi Christo, non agnoscentes etiam beneficium tam immensum, quale nobis contulit, videlicet redemptionem nostram . Huius hæresis autor est quidam Bassus nomine, sub apostolorum temporibus, de quo apud solum Philastrum reperio mentionem factam fuisse. Hic Bassus dixit, non sperari salutem neq; in Christi maiestate, neque in eius presentia corporali . Hunc errorem longo postea tempore suscitauit Petrus Abailardus, qui dixit non idèd filium Dei fuisse incarnatû, vt hominem liberaret. Et vt clariùs eius stultia mens adpareat, verba illius hic inseram, quæ beatus Bernardus ponit epistola. 190. Idèd, inquit, sicut dicunt doctores, hac necessitate incarnatus est filius Dei, vt homo, qui aliter liberari non poterat, per mortem innocentis iure liberareretur à iugo diaboli . Sed vt nobis videtur, nec diabolus vnquã ius aliquod in homine habuit, nisi fortè Deo permitte, vt carcerarius: nec filius Dei vt hominem liberaret carnem assumpsit. Hæc Petrus Abailardus. Ecce nouû alterum Goliath, qui omnibus catholicis doctoribus exprobrat, omnes eos errasse dicens . Verû hic Deo duce petra catholice fidei percussus corruet. Primum ergo, quod dicit diabolum nullum ius aut potestatem habere in homine, manifestè conuincitur per id, quod Dominus apud Ioannem ait: Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quic-

A quicquam. Si nullam potestatem habebat in homine, quomodo princeps mundi vocatur? Et apertius ostendit id quod sequitur, videlicet: & in me non habet quicquam . Quòd si in alijs hominibus nullum etiam ius aut potestatem habebat, quid opus erat addere, & in me non habet quicquam? Quia tamen per verba præcedentia dixerat diabolum habere potestatem super homines, ne quid simile de eo putari posset, addidit: & in me non habet quicquam . Vt autem nulla nostra expositione aut argumentatione sit opus, audi beatum Paulum expressè hoc dicentem: Nequando, inquit, det illis Deus poenitentiam ad cognoscendam veritatem, vt resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem . Vides hic laqueos diaboli nominari à Paulo: & captiuos homines à diabolo teneri ad eius voluntatem . Præterea, si homines capti non erant à dæmone per peccatum, nihil ergo Christus sua morte operatus est: quoniam si nos captiui non eramus, certè oportet vt nec redempti etiam simus. Non enim redimitur, nisi qui captus est . Verùm hoc ingratus & blasphemus Petrus Abailardus concessit, dicens filium Dei non idèd carnem assumpsisse, vt hominem liberaret. Sed error iste plurimis sacræ scripturæ testimonijs damnatur. Et, vt vetus testamentum omittã, ad nouum accedo. Apud Matthæum legimus angelum dixisse Ioseph de virgine Maria sponfa eius: Pa-
riet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Et apud Ioannem idem Christus ait: Non enim
misit Deus filium suum in mundum vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum . Et in cœna vltima carnem suam dans in cibum discipulis suis, ait: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Et calicem porrigens ait: Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. Et beatus Paulus ait: Vbi venit plénitudo temporis, misit Deus filium suum
factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus . Et alibi: Deus autem qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suã, qua dilexit nos, & quum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo, cuius gratia estis saluati. Et in alio loco: Et vos quum mortui essetis in delictis, & præputio carnis vestræ, conuiuificauit eum illo, donans vobis omnia delicta, delens quod aduersum nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis: & ipsum tulit de medio, adfigens illud cruci: & expolians principatus & potestates, traduxit confidenter, palàm triumphans illos in seipso. Et beatus Petrus apostolus ait: Sciètes quòd non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed precioso sanguine quasi agni incõtaminati & immaculati Christi. Postremò illa quatuor animalia, & vigintiquatuor seniores, quos Ioannes vidit cecidisse coram agno, cantabant dicentes: Dignus es accipere librum, & aperire signacula eius, quoniã occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione. Ecce isti, qui redemptione per Christum facta iam fruebantur, agnoscent redemptionem. Petrus autem Abailardus, quoniam per peccatum in captiuitate diabolica detinebatur, non agnoscebat redemptionem . Contra hoc sunt plurium conciliorum definitiones. In symbolo fidei adito in Concilio Nicæno sic de Christo filio Dei dicitur: Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis, & incarnatus est, atq; homo factus, passus, mortuus est, & resurrexit tertia die, ascendit ad cœlos, vturus iudicare viuos & mortuos. Hæc Concilium Nicænum . Et eadè ferè verba ponuntur in symbolo factò in Concilio Constantinopolitano, quod secunda synodus dicitur. Concilium Ephesinum, quod tertia synodus dicitur, in vltimo capitulo suorum Decretorum, sic ait: Est enim ineptum & stultum hoc dicere, quòd is qui ante omnia secula est cõsempiternus patri, secundæ generationis eguerit, vt esse inciperet: sed quia propter

propter nostram salutem, naturā sibi copulauit humanam, & processit ex muliere: idcirco dicitur esse natus carnaliter. Hęc Concilium Ephesinum. Et idem dicit Cōcilium Chalcedonense, quod quarta synodus dicitur: Ecce contra Petrum Abailardum omnia quatuor concilia, quæ beatus Gregorius dicit se venerari tanquam quatuor Euangelia. Obmutescat ergo Petrus Abailardus, & suam cōpescat superbam arrogantiam, qua non est veritus contra omnium sacrorum doctorum concordem doctrinam sentire. Contra hunc errorē nullum reperi scriptorem, præter beatum Bernardum, qui in quadam epistola ad Innocentium papam, quæ est in ordine. 190. de hac re disputat, à quo aliquid hausimus. Huius hæresis etiam non meminit Guido, imò nec ipsius Petri Abailardi vllam vnquam facit mentionem.

Petrus
Abailard.

Esaias. 11.

Matth. 2.

1. Ioan. 4.

Psalm. 110.

Nona hæresis negat in Christo fuisse spiritum timoris domini. Et hoc venenum etiam est à Petro Abailardo inuentum, quemadmodum illi impingit beatus Bernardus illa eadē epistola, videlicet. 190. quamuis contra illum non disputat. Sed eam redarguit & conuincit Esaias propheta, qui de Christo loquens, ita ait: Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Hęc virga, quæ de radice Iesse orta est, virgo est Maria de genere Dauid, qui filius fuit Iesse, vt Matthæus narrat. Flos autem est Christus, qui ait: Ego flos campi, & lilium conuallium. Super hunc florem requieuit ille septenarius spiritus, quem Esaias expressit, id est, septem eiusdem spiritus sancti dona, inter quæ spiritus timoris domini numeratur. Præterea, quid trepidat ponere in Christo spiritum timoris domini? An fortè quia timor est imperfectorum, secundum quod Ioan. ait: Perfecta charitas foras mittit timorem? Et idè fortè Petrus Abailardus timens negare in Christo fuisse perfectam charitatem, negavit in eo fuisse spiritum timoris. Quòd si ita est, trepidauit certè timore, vbi non erat timor. Nesciuit enim multiplicem esse timorem domini. Quidam nanque est timor domini seruilis, cum videlicet quis propter odium pœnæ, quam timet, fugit peccatum: qui timor seruilis dicitur, quia serui talem timorem consueuerunt habere. Dicitur etiam initialis, quia via quædam est & initium ad bonum. Vna enim pars iustitiæ est, declinare à malo: ad quam introducit hic seruilis timor, & idè initialis vocatur, de quo dicitur: Initium sapientiæ est timor domini. Hic timor est imperfectorum, quia perfecta cuiuscunque operis executio à charitate ortum habere debet. Hic autem timor non oritur à charitate, sed ab odio pœnæ. Hunc timorem perfecta charitas foras mittit: quoniam qui sic iam Deum diligit, vt ex amore eius cuncta operetur, tunc iam desinit agere propter odium pœnæ. Qui enim ex odio pœnæ agit, quasi coactus à pœna quam timet, agit: quam si sciret nunquam fore infligendam, desisteret ab actione. Qui verò ex amore agit, merè liberè agit. Hunc timorem Christus non habuit, quia perfectissimam habuit charitatem, quæ illum non permittebat. Alius est timor domini filialis, cum quis scilicet fugit malum ex solo amore patris, ne videlicet offendat patrem: qui idè dicitur filialis, quia tali timore bonus filius timere debet patrem. Et hunc non solum non expellit charitas, imò eum producit charitas, & ab ea ortum habet. Et hunc timorem habuit Christus, quia à multis, imò ab omnibus malis declinavit, & non timore alicuius pœnæ, sed ex solo Dei amore. Ergo fuit in eo timor filialis. Quòd si adhuc contendas, dicens hunc timorem filialem habere immixtam quandam pœnam, & ob hoc illum dicas non fuisse in Christo, cuius anima fuit beata ab origine suæ conceptionis: hoc nihil obstat: quia et si eius anima fuit beata, nihilominus tristabatur in passione, quæ tristitia multò grauior fuit pœna, quam illa, quæ est immixta timore filiali. Ergo qui potuit tri-

Aluit tristari quum esset beatus, timere etiam potuit præcipuè timore filiali, cuius si aliqua est pœna, mitissima certè est. Rursum: beati, qui iam extra omnem pœnam sunt, timent dominum, vt Propheta ait: Timor domini sanctus permanet in seculū seculi. Christo ergo nihil sua beatitudo ob stare potuit, quin Deū timuerit. Verū hoc Propheta dictum, de quodam alio timore interpretantur, quem vocant reuerentialem, qui non est aliud, quàm quædam ipsius Dei reuerentia: & hunc dicunt habere beatos. Quòd si hic sit à timore filiali distinctus, & timorem filialem negent inesse beatis, sed solum quem appellant reuerentialem, non tamen per hoc euadet Petrus Abailardus, quin aliquis spiritus timoris domini (vt Esaias dixit) fuerit in Christo: quoniam cum Christus præ omnibus reueritus sit Deum, adè vt propter illam reuerentiam Paulus dicat eum à Deo fuisse exauditus: consequens est, vt etiam supra omnes Deum timuerit hoc timore quem vocant reuerentialem. Non est ergo cur Petrus Abailardus trepidet Christo tribuere timorem: quoniam et si non habuit timorem seruile, quem perfecta charitas foras mittit, habuit tamen timorem filialem aut reuerentialem, quem perfecta charitas producit.

Decima hæresis asserit Christum sustinuisse vulnus lanceæ cum adhuc viuus esset. Huius erroris autor fuit quidam Petrus Ioanis, vt Guido Carmelita illi impingit. Et certè miror quòd homo qui vel parum Latine sciat, & legat Euangeliū Ioannis, in hunc incidat tā apertū errorem: nisi fortè superba eius malicia illū excæcante: quoniam beatus Ioannes enarrans passionē Christi, post multa tormēta quæ Christo illata esse dicit, de morte eius, sic ait: Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatum est. Et inclinatus capite tradidit spiritum. Iudei ergo, quoniam parasceue erat, vt non remaneret in cruce corpora sabbato (erat enim magnus dies ille sabbati) rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidem frugerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non frugerunt eius crura, sed vnus militū lancea latus eius aperuit, & cōtinuò exiuit sanguis & aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit, & verum est testimonium eius. Et ille scit quia vera dicit, vt & vos credatis. Hucusque beatus Ioannes in euangelio. Ex istorum autē verborum ordine clarissimè patet Christum fuisse iam mortuum cum latus eius fuit lancea percussus. Et si ergo angelus de cœlo aliud annunciareret nobis, non esset credendus. Neq; causa deuotionis aut cōtemplationis licet mēdacium fingere. Ille autē vt auget dolores passionis Christi, dicebat licitè posse dici & contemplari Christum fuisse percussus lancea cum adhuc viuus esset. At Deus non indiget mendacio nostro. Idè meritò error iste damnatus est in Cōcilio Viennensi sub Clemente papa. 5. Huius autem Cōcilij definitio habetur in volumine Clemētiarum Decretalium titulo De summa trinit. & fide cathol. Vbi postquam citauit illum locum Ioannis quem nos proxime narrauimus, sic definitur: Nos igitur ad tam præclarum testimonium, ac sanctorum patrum & doctorum communem sententiam, apostolicæ cōsiderationis, ad quam duntaxat hæc declarare pertinet, aciem conuertentes, sacro approbante Cōcilio declaramus prædictū apostolum & euangelistam Ioannem, rectum in præmissis factæ rei ordinem tenuisse, narrando quòd Christo iam mortuo vnus militum lancea latus eius aperuit. Hęc Concilij Viennensis definitio, cui magis quemlibet credere oportet, quàm phantasticis hæreticorum imaginationibus.

Vndecima hæresis est, quæ negat Christum surrexisse. Huius hæresis magister est Cerinthus, de quo iā aliàs diximus. Hic (vt Augustinus testatur) dixit Christū non surrexisse, sed aliquando surrecturum. Hęc hæresis adèd faciliter reuincitur, vt qui eam tutari velit, cogatur negare omnia quatuor

quatuor Euangelia, quæ consona voce affirmant Christum surrexisse. Nam Matthæus ultimo sui Euangelij capite, & Marcus etiam ultimo, & Lucas ultimo, & Ioannes penultimo sui Euangelij capite, omnes hi vnanimes testantur Christum surrexisse. Præterea, si Christus non surrexit, ergo ipse mendax est inuentus, qui apostolis suis prædixerat se post passionem suam & mortem resurrecturum. Falla etiam oportuit esse argumeta & sophistica, quibus (vt Lucas ait) suam resurrectionem probare voluit. Sic enim ait: Quibus & præbuit seipsum viuum post passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta apprensus eis, & loquens de regno Dei. Rursum, Si Christus non surrexit (ait Paulus) inanis est prædicatio nostra, inanis & fides vestra: Inuenimur & falsi testes Dei, quoniam testimonium diximus aduersus Deum, quod suscitauerit Christum, quem non suscitauit. In re igitur tam aperta superfluum esset longam texere disputationem.

Dodecima & vltima, quæ de hac re reperio hæresim, est quæ asserit Christum in cælos sine carne ascendisse. Hanc hæresim docuit Apelles, & cum ipso Apelle, quod sciam, sepulta fuit. Hic (vt Augustinus ait) dixit Christum sine carne resurrexisse, & sine eadem in cælum ascendisse. Quid hac sententia fabulosius dici potest? Nulla siquidem ratione mouetur, nullo argumento fulcitur, nulli fundamento innititur: sed merum somnium aut pura fabula apparet. Si Christus sine carne resurrexit: quis fuit ille, quem in medio discipulorum constitutum octaua resurrectionis die Thomas tetigit? Cuius erant illæ manuum cicatrices, & lateris vulnus, quæ Thomæ ostēdit, & palpanda præbuit? Diuinitas siquidem nec oculis corporeis videri poterat, nec manibus tangi, nec cicatrices sustinere. Præterea, discipulis apprensus Christus post resurrectionem, illis quæ conturbatis & conterritis, eod quod existimarent se spiritum videre, dixit: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipse sum. Palpate & videte: quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes. Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis aliquid quod manducatur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauum mellis. Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis. Quomodo ergo sine carne resurrexit, qui resurgens manus & pedes habet, & fauum mellis comedit? Rursum, Si Christus sine carne ascendit in cælum, quis est ille, quæ Stephanus in persecutione positus vidit, dicens: Ecce video cælos apertos, & filium hominis stantem à dextris virtutis Dei? At filius Dei, si carnem secludas, non amplius dicitur filius hominis. Accedit ad hæc, quod Christo ascendente in cælum, angeli dixerunt Apostolis: Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum? Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cælum. At cum Iesus in forma humana sit iudicaturus, conuincitur vt in forma etiã humana ascenderit. Aduersus tam apertum mendacium, & tam claram dementiam non est opus plura adferre. Et certè puderet me ista narrare, si illos hæreticos fuisset pudicum illa asserere. Sed cum eorum insaniam iam vulgata sint, & per multos scriptores qui de illis mentionem fecerunt, narrata: necesse fuit eas hic inferre, vt cum alijs hæresibus damnarentur.

CONCILIVM.

De hac re vnum solum reperio errorem omnibus ferè hæreticis communem. Omnibus namq; hæreticis semper fuit, & hucusque est proprium, conciliorum autoritati detrahere, eamq; pro viribus imminuere: quoniam

Aniam vident nihil esse adeo efficax ad eorum effrenatam audaciam reprimendam, sicut est concilij generalis autoritas. Quapropter cum hæretici omnes obstinate suos tueantur errores, euenit vt si fortè eorum aliquis error per concilium fuerit damnatus, ad hoc eis commune asylū confugiant, dicentes concilium in tali definitione errasse. Hoc egit Arius. Cum enim damnatus fuisset in concilio Nicæno, ille & eius sequaces acquiescere nolentes definitioni concilij, dixerunt concilium errasse. Ad eundem modum se habuit Nestorius in concilio Ephesino damnatus, vt ille & eius fautores suam sententiam concilij Ephesini decreto præponerēt. Nec aliud fecerunt Eutyches & Dioscorus in concilio Chalcedonensi damnati. Notissima est etiam historia de Ioan. Hufi Bohemo, qui cum amplexus fuisset doctrinam Ioan. Vvicleph, & eam vidisset in concilio Constantiensi damnari, nec tamen propter hoc desitit suum mordicus tenere errorem, dicens concilium Constantiense errasse in condemnatione Ioannis Vvicleph. Postremum omnium Lutherus, cum à principio prædicationis suorum errorum, concilium appellasset, timens postea ne fortè concilio congregato sua venenosa dogmata damnarentur, addidit hoc aliud venenum, dicens concilium generale quantumlibet probè (vt decet) congregatum, posse in fide & moribus errare, & concilium Constantiense errasse in condemnatione Ioannis Hufi. Aduersus ergo horum omnium hæreticorum dementiam hoc probandum est, concilium generale rectè congregatum non posse errare in fide. De concilij autem particularibus, quæ in singulis prouincijs fiunt, non est mens nostra disputare, quoniam illa talia errare possunt, & aliqua eorum errasse comperit. Concilium certè Carthagenense octoginta episcoporum, cui interfuit beatus Cyprianus martyr, errauit, definiens hæreticos & ab hæreticis baptizatos fore rebaptizandos. Et alia multa celebrauerunt Donatistæ concilia, in quibus ipsi iactabant se habere multas episcoporum centurias. Et de his quod errauerint non dubitamus. Verum etsi hæc aut alia similia prouincialia concilia errauerint, eorum error non obest toti ecclesie, cum huiusmodi error per definitionem generalis concilij corrigatur, quemadmodum docet beatus Augustinus libro secundo contra Donatistas, sic dicens: Et ipsa concilia quæ per singulas regiones vel prouincias fiunt, plenariorum conciliorum autoritati, quæ sunt ex vniuerso orbe Christiano, sine vllis ambagibus cedere, cum experimento rerum aperitur. Hæc Augustinus. De solis ergo concilij generalibus rectè cõgregatis dicimus, ea errare non posse. Vt autè hoc clarè comprobemus, oportet eos percontari, vtrum sit aliquis certus modus quo errans in fide doceri possit, vt reuocatus ab errore, certam teneat fidei regulam. Si dicant nullum talem modum esse certum, duo sequuntur inconuenientia. Primum, quod non rectè & sufficienter Deus ecclesie suæ prouiderit. Secundum, quod nullus quatumlibet in fide errauerit, per hoc peccabit: quia videlicet in medicabili ignoratia laborat. Impium enim est dicere vt Deus obligauerit aliquem ad id quod sibi impossibile est. Si nulla patet via certa, qua ab errore reuocari possit, erit ergo illi impossibile certam tenere fidei regulam: quapropter cum ea caruerit, non peccabit. Si autem dicant aliquam esse viam certam qua doceri possit vt relicto errore ad rectam fidem redeat, hæc non erit hominis cuiuslibet particularis doctrina, quoniam quilibet particularis homo errare potest in fide, etiam si papali dignitate fulgeat. Erit ergo via certa concilij generalis rectè congregati definitio. Quod si ipsum concilium etiam errare possit, nec ista esset certa via: adhuc effemus dubij an concilium ipsum rectè senserit, an malè. Quo facto, semper essemus hæsitantes, & similes (vt ait beatus Iacobus) fluctui maris, qui à vèto mouetur & circumfertur. Verum hic Lutherus & sui complices viam certissimam esse aiunt scrutinium scripturarum, penes quas dicunt esse iudicium omne ad contentiones de fide submouendas: quoniam

Ioh. 5. niam Christus dixit: Scrutamini scripturas, quoniam illa testimonium perhibent de me. Quibus obijcimus, quod ex illa autoritate solum habetur scripturas tenere testimonium, & non locum iudicis. Non enim dixit: Scrutamini scripturas, quoniam illa iudicium fuerunt de me, sed dixit: Scrutamini scripturas, quoniam illa testimonium perhibent de me. At testimonium officium non est ferre sententiam, sed solum testimonium dicere. Ad iudicem verò spectat testimonium dicta audire & scrutari: quibus auditis, iuxta eorum testimonium sententiam dicit. Quapropter fatemur, iuxta scripturam sacrae testimonium sententiam esse dicendam: verum opus est iudice, qui testimonium dicta inquirat, audiat, scrutetur: quo sublato, etiam ex scripturae sacrae testimonio non potest certitudo fidei haberi, quoniam ipsam eandem scripturam quisque pro suo arbitratu interpretabitur. Arrius certe plures scripturae locos pro sui erroris confirmatione adferebat. Nestorius (vt Gennadius in catalogo scriptorum ecclesiasticorum ait) sexaginta scripturae testimonijs sua haeresim confirmare nitentur. Et quis haereticus suam haeresim non conatus est scripturae autoritatibus probare? Si enim quempiam haereticum noua docentem interrogas, unde hoc probas, quod catholice ecclesiae antiquam fidem dimittere debeam: statim ille mille testimonia, mille exempla, mille adfert autoritates, de lege, de psalmis, de Apostolis, de Prophetis, quibus perperam interpretatis suum venenosum dogma confirmet. Quo pacto ergo tunc scriptura erit iudex, cum ea pro libito haereticus iuxta ac catholicus vtatur? Arrius & Athanasius contendunt de consubstantialitate filij. Arrius pro se adfert illud Christi dictum: Pater maior me est. Athanasius suam & catholicam fidem confirmat per illud quod Christus dixit: Ego & pater vnum sumus. Vterque eorum dicit se scrutatum fuisse scripturas, & quod illa testimonium perhibent de sua doctrina. Non est ergo sufficiens & certa via scrutinium scripturarum, quoniam eas quisque pro libito interpretatur. Opus est ergo iudice, qui sententiam dicat de interpretatione illarum scripturarum, quis sit verus earum sensus. Is autem iudex, vt nos certos sua sententia reddat, oportet vt talis sit qui falli non possit. Particularis autem homo, quicumque is sit, falli potest. Erit ergo necessarium generale concilium, talis iudex qui falli non potest, & nos certos de vera fide per suam sententiam faciat. Aut ergo nullus est iudex infallibilis cui certò credere teneamur, aut concilium generale erit talis iudex qui falli non possit. Quod si nullum esse talem iudicem dicas cui certò credere teneamur, qualem, bone Deus, tunc haberemus ecclesiam? quam inconstantem, quam dubiam, quam haesitantem? ipso certè Proteo multabiliorè. Quomodo non vacillabit omnis Christianorum fides, si non est certum cui credere teneamur? Et certè si quisque bene consideret, fomentum omnium haeresum validissimum est, dicere quod concilium generale rectè congregatum errare possit: quoniam illo admissio, omnes haereses per conciliorum autoritatem damnatae resurgent, & nulla inuenietur via qua illas ab ecclesia reijcere valeamus. Nam si scripturis sacris contra eos agatur, statim eas aut omnino reijciēt, eas esse catholicas negantes, aut perperam interpretabuntur, & ad suum sensum detorquebunt, sicut eos fecisse, & nunc facere experientia docet. Et ita ecclesiae facies esset omnino confusa, & turpis, & misera. Præterea, in concilijs generalibus rectè (vt decet) congregatis, adest spiritus sanctus eorum moderator & rector, qui eos in fide instruat. Quapropter sicut nec spiritus illis assistens errare potest, ita nec ipsa concilia quae ab eo diriguntur. At Deum assistere ipsis generalibus concilijs rectè congregatis, conuincitur per id quod Dominus ait: Si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quamcumque petierint, fiet illis à patre meo qui in caelis est. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo: ibi sum in medio eorum. Quod si hoc promissum vides duobus aut tribus in nomine Christi congregatis, quid futurum putas cum totum generale concilium

A cilium fuerit congregatum? Hoc etiam ex concilio Hierosolyma ab Apostolis celebrato clarius patet, vbi Apostoli in vnum congregati, vt de cessatione legalium desinirent, sic sententiam proferunt: Visum est spiritui sancto & nobis, &c. Rursum, Ecclesia habet spiritum sanctum illi assistentem, & eam gubernantem. Sic enim Christus promisit: Paracletus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quaecumque dixerò vobis. Nec enim haec verba ad solos apostolos referenda sunt: nec illa spiritus sancti missio (vt ait Bernardus) propter solos apostolos facta est. Ad quid enim necessariae erant Apostolis omnium gentium lingua, nisi quia omnes gentes docendae erant? Et ipsamet veritas ait: Ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi. Quod verbum nequaquam ad solos apostolos referendum est, cum illi non essent permansuri in hac misera vita ad finem usque mundi. Sed toti ecclesiae dictum est illud, cui Deus promittit se ad finem usque adfuturum. Hoc autem antea sub nomine Christi Salomon loquens praedixerat: Vineam (inquit) mea coram me est. Christus ergo semper ecclesiae astat tanquam sponsus sponsae suae cohabitans, tanquam caput membris suis haerens, vt ea vegetet atque regat. At concilium generale (vt in principio huius operis docuimus) ecclesiam vniuersalem repraesentat. Concilio ergo generali, in quo vniuersa ecclesia repraesentatur, Deus ipse assistit, illud docens omnia ad salutem necessaria. Deinde si concilium generale (vt diximus) vniuersalem ecclesiam repraesentat, sequitur concilium errare non posse in fide & moribus, quia ecclesia, quae per concilium generale repraesentatur, non potest errare in fide aut moribus. De ecclesia namque ipsamet veritas ait: Portae inferi non praeualebunt aduersus eam. Portae inferi sunt singula mortalia peccata, per quae fit introitus ad infernum. Quod si vniuersalis ecclesia in fide aut moribus errare posset, portae inferi praevalerent aduersus eam. Et apud Ioannem eadem veritas iterum ait: Ego rogabo patrem, & alium paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiscum in aeternum. Quae verba non ad solos apostolos referenda sunt, sed ad vniuersalem ecclesiam, cui promittit spiritus sancti praesentiam ad finem usque seculi. Hic beatus apostolus Paulus dicit: Viri diligite uxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquae in verbo vitae, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata. Si ergo Christus exhibuit ecclesiam sine macula & sine ruga, qualiter eam inficere poterit haeresis labes, aut peccati macula? Rursum, idem Paulus in alia epistola vocat ecclesiam columnam & firmamentum veritatis: ex quibus verbis conuincitur vt ipsa errore aliquo inuolui non possit. Non enim est possibile, vt ea quae columna & firmamentum est veritatis, erret. Ex his ergo & alijs plurimis quae possunt adferri, conuincimus generale concilium rectè (vt decet) congregatum, non posse in fide aut moribus errare. Dicimus autem concilium tunc esse generale, & rectè congregatum, quando pontificis summi autoritate conuocantur omnes, quorum interest de re illa desinire. Sine summi pontificis autoritate concilium generale celebrari non potest. Hinc non est mirum si Arminense concilium errauerit: quia ab haereticis Arrianis, fauente Constantio imperatore, & ipso Arriana haeresi infecto, congregatum est, contradicente tamen Liberio papa. Quapropter omnia in hoc concilio gesta, Damasus papa, conuocato postmodum Romam concilio, rescidit prorsus. Eadem ratione concilium Constantinopolitanum sub Constantino & Gregorio tertio celebratum, inane est & pestiferum, quia renitente Gregorio tertio congregatum fuit; & contra illius mentem & aliorum catholicorum lata est ibi sententia de imaginibus omnino ab ecclesia tollendis: & ideo hoc fuit postea in septima synodo, quae Nicæna fuit, sub Hirene imperatrice damnatum. Nec oportet

F. ALFONSI DE CASTRO MINORITAE

ad hoc vt concilium dicatur generale, quod omnes Christiani conuocentur, sed solum illi ad quos spectat docere & regere, quales sunt maiores ecclesiae, vt episcopi & similes. Ad hos enim spectat docere, & ad alios non. Et hoc valde consonum est rationi. Si enim omnes possent docere, omnes definire, ad omnes spectaret de fide sententiam dicere, tunc totum corpus vnum membrum esset: Paulus tamen ait: Nam & corpus non est vnum membrum, sed multa. Si dixerit pes, quoniam non sum manus, non sum de corpore, non ideo non est de corpore: & si dixerit auris, quoniam non sum oculus, non sum de corpore, non ideo non est de corpore. Si totum corpus oculus, qui auditus? Si totum auditus, vbi odoratus? Nunc autem posuit Deus membra, vnumquodque eorum in corpore sicut voluit: Quod si essent omnia vnum membrum, vbi corpus? Nunc autem multa quidem membra, vnum autem corpus. Et aliquibus interiectis subiungit: Nunquid omnes apostoli? Nunquid omnes prophetae? Nunquid omnes doctores? Ex quibus Pauli verbis conuincimus quosdam esse in ecclesia ad hoc a Deo destinatos, vt doceant & definiant: aliorum autem munus esse, doceri, & aliorum documenta suscipere. Hi ergo omnes, quorum interest docere, regere, definire, ij soli conuocandi sunt, non autem promiscuum vulgus. Cum enim dissensio esset in ipso ecclesiae nascentis exordio de ceremonijs veteris legis, quibusdam dicentibus eas simul cum lege euangelica debere seruari, alijs autem contrarij affirmantibus, congregatum est Hierosolyma hac de causa concilium: ad quod solum conuenerunt apostoli & seniores videre de verbo hoc: & tamen quae ibi determinanda erant, omnes cogerentur. Cui rei simillimum est id quod in veteri lege dominus precepit: Si dicitur le (inquit) & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & non lepram, & iudicium intra portas tuas videris verba variari: surge & ascende ad locum quem elegerit dominus Deus tuus, veniesq; ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, queresq; ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quodcumque dixerint qui presunt loco quem elegerit dominus, & docuerint te iuxta legem eius: sequerisq; sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, neque ad sinistram. Vides hic qualiter ad omne dubitationis vulnus amputandum mittit nos dominus non ad reges, non ad duces, non ad promiscuum plebem, sed ad sacerdotes Leuitici generis, & praecipue ad summum tunc temporis sacerdotem, ad quem magis quam ad quemlibet alium spectat (vt alijs in principio huius operis diximus) de fide definire. Maiores ergo ecclesiae ad concilium vocandi sunt, & non promiscuum vulgus. Quod si aliquis quantumlibet deiectus ex plebe, etiam non vocatus ad concilium accesserit, & velit toti concilio aliquid proferre, dicens se habere aliqua quae ad communem omnium vtilitatem spectant, is proculdubio non est contemnendus, sed audiendus, & postea ad maiores spectabit definire. Vnde Paulus in 1. ad Corinthios epistola ait: Si non fuerit interpret, taceat in ecclesia, sibi autem loquatur, & Deo: prophetae autem duo aut tres dicant, & ceteri dijudicent. Quod si alij reuelati fuerint sedenti, prior taceat. Ex quibus Pauli verbis constat eos esse audiendos, & non contemnendos, qui id quod sibi reuelatum fuerit, docere voluerint. Cum ergo omnes quorum interest, conuocati sunt, & summi pontificis auctoritate congregati, tunc concilium generale recte congregatum dicitur. Quod si omnes sic congregati, vnanimes & concordantes, aut eorum maior pars cum summo pontifice consentiat: illa erit certa sententia, & pro infallibili concilij generalis definitione tenenda. Pro hac re potuissem sacrorum doctorum testimonia, & conciliorum decreta adferre, sed omisi, quoniam contra damnantes concilia agimus, qui eadem concilio de se definiendi dicent: Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum. De hac re scripsit satis tamen breuiter Ioannes episcopus

ADVERSUS HAERESSES, LIB. IIII.

Fol. 127

episcopus Rossensis in eo opere, quod contra captiuitatem Babylonicam Lutheri fecit, duobus articulis, scilicet vigesimo octauo & vigesimo nono. Scripsit etiam vir doctissimus Iodocus Clichthoueus in eo opere, quod composuit pro assertionem veritatum in concilio Senonensi contra Lutherum definitarum capite tertio. Dionysius Riskel Carthusiensis ante istos per annos sexaginta, scripsit de auctoritate Concilij libros tres. Huius autem opus non vidi, sed testimonio Ioanes Trithemij in suo libro de ecclesiasticis scriptoribus hoc habui. Gulielmus Occam in libris dialogorum de hac re pertractat fusijs quam oportebat, & nescio an ita sane vt veritas postulat: quonia omnia quae ibidem pertractat, aded indecisa reliquit, vt nascias quas partes tenere velit. Ioannes Gerson etiam plures addidit tractatus, in quibus de potestate Ecclesiae & de Conciliorum auctoritate differit. Ioannes de Turre Cremata in libro de summa Ecclesiae. Ioannes Eckius, & alij complures de hac re locupletissime tractant.

COITVS.

DE hac re fuit quidam bestialis & turpis error. Nam Simo ille Magus, de quo in Actibus Apostolorum fit mentio, docuit promiscuum foeminarum usum esse licitum, ita vt quisque qua vellent, vt sine peccato possent. Eandem turpitudinem eodem ferè tempore docuit Saturninus quidam in Syria. In eodem errore fuerunt Nicolaitae: quapropter de illis dicitur in Apocalypsi: Hoc habes bonum, quod odisti facta Nicolaitarum, quae & ego odi. Hi Nicolaitae a Nicolao, qui vnus fuit ex septem diaconis, qui cum Stephano in ministerium viduarum deputati fuerant, occasionem sui erroris sumpserunt. Ille namque cum ab Apostolis increparetur de zelotypia vxoris, quam valde pulchram habebat, vt se de zelotypia coram Apostolis purgaret, vxorem in publicum produxit, dicens, vt qui vellent, ea vteretur: ostendere volens hoc factum se non esse aded zelotypum, vt ipsi impingebatur. Ex quo factum alij occasione sumentes, crediderunt hoc licitum esse, vt quisque qua vellent foemina vteretur: qui ab isto Nicolao originem se habere iactantes, Nicolaitae sunt appellati. Si quis tamen de hoc amplius nosse cupit, legat Eusebium libro tertio Ecclesiasticae historiae, cap. 29. Philaster etiam narrat talem fuisse Florianis consuetudinem, vt in ecclesia post occasum solis, extinctis lucernis, promiscue quas vellent mulieres accipientes cum eisdem miscerentur. Sed hunc errorem Augustinus his Florianis non tribuit, quauis de illis loquitur in libro de haeresibus, cap. 66. nisi forte alij sint de quibus Philaster loquitur, quoniam illi vocantur a Philastro Floriani: at ij, quorum Augustinus meminit, vocantur ab eo Floriniani, a Florino quodam illorum magistro sic dicti. Quis autem fuerit istorum Florianorum dux, & quo tempore vixerit, Philaster non expressit neque ego apud alium inuenire potui. Hunc eundem errorem promiscui concubitus suscitauerunt in Bohemia quidam dicti Adamitae, quorum princeps & dux fuit quidam Picardus ex Gallia Belgica. Hic enim (vt Aeneas Syl. in lib. de orig. Bohemorum refert) in Bohemiam sub Sigismundo Romanorum rege penetrauit, qui praestigijs quibusdam numerosam virorum ac mulierum plebem ad se traxit, quos nudos incedere iubens, Adamitas vocauit, se autem filium Dei dixit, & Adam vocari praecipit. Suis Adamitis connubia promiscua permisit: quauis sine illius assensu nefas esset mulierem cognoscere, sed vt quisque libidine vrente in aliquam exarsit, eam manu apprehendit, & adieus principem, dicebat se illam appetere. Quo audito, ille Picardus eorum princeps respondebat: Ite, crescite & multiplicamini. Hanc candem haeresim, sed cum magis obscena & nefanda turpitudi-

Vvaldēses. pitudine docuerunt Vvaldēses. Illi enim (vt Guido Carmelita de illis narrat) dixerunt quod vrente carnis libidine, omnis carnalis commixtio tam inter viros quā inter fœminas est licita. Et certē miror, quod in cogitationem hominum venire possit, non dico vt tale quid faciant, sed vt licitē illud fieri posse credant. Certus enim sum aliquos fuisse masculorum concubitores, quoniam hoc scripturæ sacræ testantur: sed vix credere possum, vt sic facientes, se male facere non credant, aut saltem non timeant, conscientia sua illos accusante. Lex enim naturalis, quæ omnium cordibus est insita, & nemine docente scitur, docet hoc nefandum & pessimum scelus esse fugiendum. Anabaptistæ omnium hæreticorum obscenissimi & impudentissimi, hoc tempore nostro docent hanc Adamitarū hæresim, addentes insuper quamlibet mulierem obligatam esse ad coeundum cum quocunque viro illam petente, & vice versa eodem vinculo ligant omnem virum ad tantundem reddendum cuiuscunque mulieri hoc ab illo petenti. Hi omnes hæretici de mendacio cōiuncuntur, si ex sacris literis ostenderimus, nullum coitum esse licitum, præter eum qui coniugio mediante inter virū & propriā vxorē habetur. Vt autē hoc clariū appareat, hoc prius supponendum est, omnem coitum possibilem haberi, esse triplicem tantum, videlicet aut cum iumento, aut cum homine masculino, aut cum femina. Coitus cū iumento, lege naturali damnatus est, & cum Deum legē scripta dānauit, dicens: Cum omni pecore non coibis, nec maculaberis cum eo. Mulier iterum ait: Qui cum iumento & pecore coierit, morte moriatur, pecus quoque occidite. Mulier quæ succubuerit cuiilibet iumento, simul interficietur cum eo. Sanguis eorum sit super eos. Coitum cum homine masculino, eadem lex dānat. Nam & Sodomā & Gomorrhā ciuitates incendio destruxit, ita vt egresso Loth, à maximo vsq; ad minimum omnes cōburerent propter peccatum D hoc. Et in Leuitico dominus ait: Cum masculino non commiscearis coitu fœmineo quia abominatio est. Et iterum: Qui dormierit cum masculino coitu fœmineo, vterque operatus est nefas, morte moriantur. Sit sanguis eorum super eos. Et Apostolus Paulus de Gētibus loquēs, ait: Propter hoc tradidit illos Deus in passiones ignominie. Nam fœminæ eorum mutauerunt naturalem usum in eum usum qui est contra naturā. Similiter autē & masculi relicto naturali vsu fœminæ, exarserunt in desiderijs suis inuicem; masculi in masculos turpitudinem operantes. Et voco hęc coitum cum masculino, etiam si cum fœmina coeāt tanquam cum masculino. Nam coitus ille contra naturam etiā est, & ideo damnatus. Omnis enim coitus, secundum cuius speciem aut modū generatio non potest haberi, iure naturę reprehenditur. Finis nanq; ad quem natura coitum ordinauit, est generatio, & multiplicatio speciei: propter quod omnis coitus, qui tali modo sit, quali impossibile esset generationē ad fœtum ex illo habere, naturali lege damnatur. Hoc ergo contra obscenissimos Vvaldenses sufficiat. Restat ergo solus coitus qui est viri cum fœmina. Hic autem coitus tripliciter fieri contingit. Aut enim aliquis coit cum illa, quæ sibi coniugio copulata est: aut cum illa, quę etiam cōiugio copulata est alteri: aut coit cum soluta, quæ videlicet non est alicui nupta. Si coit cū vxore alterius, talis coitus vocatur adulterium, & est lege diuina dānatus. Sic etiam lex diuina ait: Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius, & adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi sui, morte moriantur & mœchus & adultera. Et ipsa veritas in euangelio inter opera mala quæ coinquinant hominem, enumerat adulteria. De corde enim exeunt (inquit) cogitationes malę, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, &c. Coitus verò cū soluta, quæ nulli lege matrimonij est alligata, vocatur fornicatio: & hic coitus etiā diuina lege dānatur, vt patet ex dicto Saluatoris proxime citato, vbi inter ea quæ coinquinant hominem, post adulteria enumerauit etiam

A uit etiam fornicationes. Græci tamen (vt Guido illis impingit) dicunt simplicem fornicationem non esse peccatum. Martinus de magistris in suo lib. de temperantia, quæstione secunda de luxuria, dicit se fateri fornicationem simplicem esse peccatum mortale: tamen dicit insuper quod oppositū credere non sit hæreticum, quia (vt dicit) testimonia scripturæ sacræ non sunt expressi, quoniam etsi in pluribus locis prohibeatur fornicatio, tamen possunt dicta illa interpretari, quod nomen fornicationis sumitur generaliter pro luxuria in cōmuni: & quia illius multæ sunt species malę, ideo dicit fornicationē hoc nomine sumptam esse damnatam, quia luxuria ex genere suo est mala. Sed cum pace illius dixerim, ego credo Martinum alioqui virum doctum, in hac parte errasse, quoniam (vt aliās diximus) beato Hieronymo nobis suffragante, in sensu literarū consistit Euangelium, & non in nuda litera. Quapropter diximus non ad quemlibet spectare interpretationem scripturæ, sed ad solam ecclesiam: aut si in aliqua particulari persona talis potestas residet, ea est in solo summo pontifice. Ecclesia ergo quæ habuit ius & potestatem discernendi scripturas sacras à prophetis, illa habet potestatem discernendi verum & legitimum sensum à non vero. Nihil certē profuisset scire quanam sit scriptura diuina, si postea in eadem scriptura reciperemus sensum falsum pro vero. Sicut ergo credimus ecclesie dicenti hanc aut illam esse scripturam diuinam: ita etiam oportet credere eidem dicenti hunc aut illum esse eiusdem scripturæ sensum. At ecclesia catholica docet simplicem fornicationem esse peccatum, & contra legem diuinam, ergo tenendum est fornicationem esse lege diuina prohibitam: & ita necessarium est, vt hæreticus sit qui pertinaciter dixerit simplicem fornicationē non esse peccatum. Præterea concors omnium sacrorum doctorum de eadē re sententia, fidem facit, quoniam etsi in aliquibus plures eorum errauerint, fieri tamen nequit, vt omnes concorditer errent. Quomodo enim possibile est, vt omnes errent, qui (vt Paulus ait) ne nos erraremus, à Deo dati nobis sunt? At concors est omnium sanctorum doctorum sententia, simplicem fornicationē esse peccatum mortale, nec vllus vnquam ex his qui ab ecclesia probati sunt, oppositum asseruit. Sed iam videamus vtrum fornicationis nomen possit semper in sacris literis pro luxuria in genere accipi. Primum certē constat in illo Saluatoris dicto, quod paulo antè citauimus, nullo modo sic accipi posse, nisi inceptam Christo tribuerimus locutionem. Sic enim ait: De corde exeunt cogitationes malę, homicidia, adulteria, fornicationes. Ecce, post adulteria subiunxit fornicationes. Quis autem nisi ineptè loquens, post enumeratam speciem addit postea genus illius speciei? Species autem congruè post genus additur. Nullus enim aptè loquens sic diceret: De domo ista multa sublata sunt, videlicet vestes, vasa, arietes, pecora. Nam eo ipso quod arietes nominati erāt, pecora intelligebātur, quia arietes pecora sunt. Cū ergo Christus post adulteria subiunxerit fornicationes, signum est fornicationem ibi non posse capi loco generis, vt omnem carnis libidinem significet: nec pro adulterio, quoniam esset inanis eiusdem rei repetitio. Præterea hoc eodem ordine vitia illa carnis enumerat Paulus. Sic enim in epistola ad Galatas iuxta Ambrosij lectio nem dicitur: Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt adulterium, fornicatio, &c. Vbi iterū post adulteriū reperitur fornicatio, & ideo oportet vt nec pro adulterio ponatur, nec pro genere carnalis libidinis, sed pro specie distincta ab adulterio. Rursus, in epistola priore ad Corinthios sic ait: Nolite errare: neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Vides hic fornicarijs expressè denegatum esse regnū Dei. At nullus rationis capax à regno Dei excluditur nisi propter peccatum mortale. Neque hic etiam potest dici, quod fornicatio ponatur pro genere

nere cuiuslibet libidinis carnalis: quoniã tunc superflue adduntur reliquæ libidinis species, videlicet adulteri, molles, masculorũ concubitores: quoniã negato genere, negat omnes generis species: velut si dixeris, nullum animal esse in illa domo, eo ipse negasti ibi esse hominẽ, aut aliud quoduis brutum. Præterea si ibi nomen fornicarij pro genere ponitur, & non pro specie, & cuiuslibet fornicario regnũ Dei interdicitur, sequitur, vt qui fornicati onẽ (quẽ admodum illi loquũtur) simplicem commisit, sit prohibitus à regno Dei: quoniam fornicatio simplex, species quædam est luxuriæ. Negato ergo genere, negatur etiam species. Ex his ergo satis patet coitum soluti cum soluta, qui fornicatio dicitur, esse lege diuina prohibitum. Solus ergo coitus, qui est viri cum propria vxore, licitus est. Deinde promiscuus concubitus expressẽ lege diuina prohibetur. Nam quis verius potest dici promiscuus concubitus, quam quem meretrices sustinent: quoniam paratæ sunt cum quocunque volente coire. Et ille meretricius coitus propriẽ fornicatio dicitur, à fornicibus in quibus meretrices degere solebant. Talis autem coitus lege diuina prohibetur: Non erit (inquit) meretrix de filiabus Israël, nec scortator de filijs Israël. Sequitur infra, Quia abominatio est vtrũque ad dominum Deum tuum. Accedit ad hæc, quod si promiscuus concubitus esset licitus, & (vt turpes & obscœni Floriani faciebant) in ecclesia extinctis lucernis, mulieribus promiscue miserentur viri, cõtingeret sæpẽ vt filius coiret cum matre, & pater cum filia, quod natura horret, & lex diuina damnat. Aduersus ergo omnes præfatos hæreticos hæc dicta sufficiant.

Dei. 23.

Secunda hæresis est omnino præcedenti opposita, quoniam omnem coitũ damnat, dicens omnẽ coitum esse illicitum. Et de hac sententia inter plures hæreticos cõuenit. Verũ de hac re interius agemus in titulo de nuptijs, vbi probabimus (Deo duce) nuptias esse licitas, & à Deo probatas.

Tertia hæresis docet carnalẽ coitum vrente carnis libidine non esse peccatum, sed bene osculum: quia (vt dicunt) ad hoc nõ inclinatur natura, ad illum autem est naturalis quædã instigatio. Et hæc est vna ex hæresibus, quas Beguina & Begardi asseruerunt. Hic autem error duos in se cõplectitur. Vnus est, quod instigante carne carnalis coitus non est peccatũ, & de hoc conuenit inter hos & Vvaldenses, quos iam in prima hæresi euicimus. Alius est, quod osculum sit peccatum: & si de aliquo osculo loquantur, verũ dicunt: quoniam osculum per quod fit sollicitatio ad coitum, peccatum est, sicut & ipse coitus. Omnis enim operatio, à fine, ad quem dirigitur, sumit denominationem, ita vt si finis sit bonus, & reliqua ad sint, operatio erit bona: Si finis est malus, operatio erit mala. Omne ergo osculum, quod ad sollicitandã carnem dirigitur, peccatum est. Si verò de quolibet osculo loquatur, quod omne tale sit peccatum, manifestus est error: quoniam osculum, quod in signum pacis & veri amoris præstatur, tale non solum non est peccatum, se potius est actus virtutis, sicut & ipsa pax, cuius est signum. Christi enim discipuli se inuicem osculantes, signum pacis & veri amoris osculo præbebant. Quapropter Iudas hoc signum Iudæis dederat dicens: Quemcunque osculatus fuero, ipse est, tenete. Nam cũ discipuli Christi alicundẽ remeabant ad Christum, osculum ori illius in signum pacis infigebat. Hoc fecit & Iudas, vt tali signo proderet Christum. Ideo Christus dixit illi: Osculo filij hominis tradis: Præterea, nec omne osculum, quod causa sollicitandæ carnis præstatur, peccatum est: præcipue, si coitus ille, ad quẽ dirigitur, licitus est: vt in coniugibus contingit. Si enim vxor exigat à viro vt coeat cum ea, & vt hoc debitum vxori præstet, vir osculatur vxorem, vt vide licet per hoc excitetur caro ad reddendum debitum quod aliàs reddere non possit, non solum non est peccatum tale osculũ, sed virtutis actus, sicut & ipse coitus est actus iustitiæ, cum per illum vir reddat vxori, quod illius est. Postremo hæc

Mat. 27.

Ibidem.

A mò hæc sententia Beguinarum damnata est in cõcilio Viennensi sub Clemente. 5. celebrato: cuius concilij definitio habetur in libro Clementinarum titulo de hæreticis, cap. ad nostrum, vbi condemnantur octo Beguinarum errores, & is de quo agimus, septimo loco annumeratur per hæc verba: Septimò quod mulierum osculum, cùm ad hoc natura non inclinatur, est mortale peccatum: actus autem carnalis, cùm ad hunc natura inclinatur, peccatum non est, maxime cùm tentatur exercens. Hæc ibi. Qui error cum alijs septem ibidem numeratis simul damnatus est.

CONFESSIO.

Res quædam valde difficilis est confessio peccatorũ, per quã peccator sacerdoti omnia peccata sua in aurẽ dicit, qua re nihil durius aut grauius in tota lege euãgelica reperitur: idẽ propter operis difficultatem, multum hæretici nec salutem suam nec salutem aliorum consulentes, conati sunt eam funditus tollere, diuersis tamẽ vijs id aggredi tentarunt. Primus ergo de hac re error est, qui negat eam esse à Deo institutam, sed dicit sola humana constitutione stabilitam. Hunc errorem docuit in Hispania quidam Petrus Osmentis Doctor Theologiæ Salmantinus. Et hunc errorẽ dominus Alfonso Carillo archiepiscopus Toletanus & Hispaniarum primas, habito prius cum plurimis doctis viris consilio, damnauit, & hæreticum declarauit autoritate Sixti. 4. tunc pontificis max. ad hanc causam illi specialiter delegata. Quã definitionẽ idẽ Sixtus postea confirmauit: cuius confirmationẽ in fine huius hæresis, nec vno verbo murato, referemus. Hic est etiam error Lutheri: imò ante Lutherũ haic errorianam præbuerunt aliqui iuris canonici periti. Nam glossator decreti in principio distinctionis quintæ de poenitentia, dicit quod melius est credere illam confessionem peccatorum auricularem esse institutam ex quadam vniuersalis ecclesiæ traditione, quàm ex noui aut veteris testamenti autoritate. Secundus error est, qui dicit non esse necessarium confiteri sacerdoti, sed sufficit soli Deo peccata confiteri. Hic est error quorundam orientalium hæreticorum, qui dicuntur Iacobitæ, & hos sequitur Lutherus dicens nõ esse necessariam hanc clanculariam confessionem quæ in aurem sacerdotis fit, sed sufficit si soli Deo confiteatur. Hunc enim errorem ex primo deducit, velut putrem aquam ex fonte corrupto. Nam cùm adferentur testimonia scripturæ confessionem peccatorum præcipientis, interpretatus est ea de confessione quæ Deo fit, quam dicit esse diuino iure præceptam eamq; sufficientem. Tertius error dicit confessionem esse superfluum & inutilem si contritio adsit: & huius hæresis autor est Ioannes Vvicleph. Quartus error dicit non esse necessariam omnium peccatorum examinationem, nec esse omnia peccata mortalia confitenda: quoniam (vt Lutherus ait) dum volumus omnia purẽ confiteri, nihil aliud facimus, quàm quod misericordiæ Dei nihil volumus relinquere ignoscendũ. Quintus error omnino tollit confessionem, & iste est error Vvaldensium, qui coincidit cum errore qui est Iacobitarum & Lutheri, Sextus error est dicens in confessione non conferri gratiã qua homo iustificetur: & ita negat confessionem posse dici sacramentũ. Et hunc errorem etiam docet Lutherus. Hos omnes errores sic ex industria coniunxi, causa prolixitatis vitandæ, quoniam testimonia quæ contra illos citaturi sumus, aliquando duos errores, aliquando tres eorum simul conuincunt: idẽ ne eandẽ autoritatem bis aut ter repeteremus, hos errores simul coniunximus, vt citato alicuius testimonio, in eo tunc omnia quæ contra errores pugnat, annotemus. Omitto pro hac re testimonia quæ ex veteri testamento adferri possunt: quoniã omnia, quæ inde adferri possunt, pro hac

Lutherus.

Iacobita.
Lutherus.

Ioannes
Vvicleph.

Vvaldeses.

pro hac re, adeò obscura sunt, vt quauis nostro proposito faueant, illud tamè apertè ostendere nequeunt. Omitto etiam illa quæ in nouo testamento sub quadam figura & sub quodam velamine dicta sunt. Verbi gratia: Christus dixit decem leprosis salutem ab eo petentibus: Ite, ostendite vos sacerdotibus. Et leproso, quem descendens de monte tactu suæ manus purificauit, dixit: Vide, nemini dixeris: sed vade ostēde te sacerdoti, & offer munus. Ex quibus verbis etsi satis congruè dici possit confessionem designari, quoniam per lepram peccatum figuratur, quapropter per ostensionem lepræ sacerdoti faciendam, ostenditur peccatorum confessio sacerdoti facienda: & quòd mundatus è lepra adhuc debeat ostendi sacerdoti, significat, quòd mundatus à peccato per contritionem, adhuc debet ostendere peccatorum suorum maculas remanentes per confessionem sacerdoti faciendam: hæc inquam etsi satis piè dicta sint, non tamen sunt efficacia ad hæreticum reuincendum: quoniam nullus sensus sacræ scripturæ (vt in principio huius operis docuimus) efficax est ad fidem roborandam, & hæreticos reuincendos, nisi ille literalis sit. Ex sensu enim mystico nunquam potest sumi argumentum efficax contra hæreticos. At quòd ille sensus datus sit mysticus in illa litera, apertissimum est. Simile etiam est illud, quod Lazaro resuscitato Christus dixit Apostolis: Soluite eum, & sinite abire. Ex quo etiam colligi possit, quòd peccator quamuis per gratiam à Deo in contritione collatam sit à morte peccati suscitatus, nihilo minùs ligatus sacerdoti traditur, vt absoluaatur à vinculo quo tenetur ad certam pœnam pro peccati satisfactione soluendam. Hæc certè pia sunt, & multum ecclesiæ catholice fidem iuuant: sed quia non tam aperta sunt, idèd non sunt adeò efficacia vt oporteret. Quod ex toto sacro instrumento (mea quidem sententia) efficacius & fortius potest adferri, est illud verbum quòd Christus post resurrectionem suam discipulis dixit: Accipite spiritum sanctum, Quorum remisistis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Quæ verba subtili sunt examine discutienda, quoniã multa ex illis verbis nobis suffragantia colligere possumus. Primò ergo dicitur, quorum remisistis peccata, remittuntur eis. Quibus verbis iuxta sententiam omnium sacrorum dīctorum potestatem dedit sacerdotibus absoluendi homines à peccatis. At sacerdotes nō possunt peccata remittere, nisi prius ea cognouerint: quoniam qui sententiã de re aliqua laturus est, oportet vt plenè rem eandem prius agnoscat, sicut Sapiens ait: Qui iudicat quæ nouit, iudex iustitiæ est. Peccata autem aliorum, maximè quæ secretò, & intra cordis latebras cōmissa sunt, sacerdotes non possunt agnoscere, nisi ipsimet peccatores sacerdotibus peccata sua reuelent. Qui ergo sacerdotibus potestatem remittendi peccata dedit, illis eisdem verbis peccatoribus obligationem consistendi sua peccata iniunxit. Verù huic argumentationi fortasse respondebit quispiã, quòd ex verbis Saluatoris solum haberi potest confessionem esse sub consilio tanquam bonum quoddam opus, & ad salutem maximè conducens: qua confessione facta sacerdotes habent potestatem absoluendi, sibi per illa verba à Christo collatam. Sed hæc responsio facillè rejicitur per id, quod post illa verba immediate subiungitur: Quorum retinueritis, retenta sunt. Nihil certè aliud est sacerdotibus retinere peccata, nisi non remittere. Sensus ergo literæ est: Quorum non remisistis peccata, illa nō sunt remissa. Si ergo ad hoc vt peccata sint remissa, oportet vt ea sacerdos remittat: ergo ad hoc vt peccata sint remissa, oportet etiam vt peccator illa sacerdoti manifestet. Quòd si iterum fortè quis dicat ex illis verbis non haberi necessitatem confessionis clanculariæ, quæ nūc in aurem sacerdotis fit: de hac re nō contendo, modo concedat ex illis verbis haberi necessitatē confessionis, siue illa clancularia sit, siue publica: quoniam (vt latè aduersus Lutherum disputat Iacobus Latorum) in vtraq; earum potest consistere sacramentū pœnitentiæ. Non est enim sic de

A sic de necessitate sacramenti pœnitentiæ, q̄ confessio fiat secretè, vt si publicè fieret, non esset sacramentū: quauis malè ageret qui publicè confiteretur, nisi aliqua particulari iusta causa urgente. Præterea ex illis verbis: Quorum remisistis peccata, remissa erunt, conuincitur gratiam per absolutionem sacerdotis infundi à Deo. Sacerdote enim remittente ministerialiter, Deus verè peccata tunc remittit. At cum peccatorum remissio nunquam sine gratia gratum faciente habeatur: sequitur vt quoties sacerdos pœnitentem à peccatis absoluit, toties Deus gratiam infundat. Quòd si per illam gratiam infunditur à Deo, sequitur eam rectè dici posse sacramentum, quia post verba sensibilia significatiua absolutionem peccatorum, si peccator obicem non ponat, efficaciter sequitur gratiæ infusio. Ex his ergo verbis multa colligimus, videlicet cōfessionem esse necessariã, contra Valdenses: eamq; nō debere fieri soli deo, sed etiã sacerdoti qui absolururus est pœnitentē à peccatis, & hoc cōtra Iacobitas. Habemus etiã per confessionem infundi gratiã, & ita esse sacramentū, & hoc contra Lutherum. Rursus, si confessio sola humana inuentione est introducta, & non præcepto diuino, ostendant qui hoc dicunt, illam primariã Ecclesiæ institutionem: quam cum non sciant nec possint ostendere, oportet vt fateantur illã esse à Deo. Sicut enim isti exigunt à nobis apertum scripturæ testimonium, quod probemus confessionem fuisse à Deo institutam: sic nos exigimus ab eis apertam & veracem historiam, qua doceant primam Ecclesiæ institutionem de confessione faciendam. Nos pro nostra fide protulimus testimonium ex Euangelio Ioannis. Ipsi autem vt doceant fuisse ab Ecclesia institutam, nunquam ostendent primam Ecclesiæ institutionem. Quòd si quis dicat eã fuisse institutam in concilio Lateranensi, in quo facta est Decretalis illa nimis vulgata quæ incipit: Omnis vtriusq; sexus. Hoc si ad confessionem annuatim faciendam referatur, facile crediderim, quoniã ante illã Decretalem nescio an fuissent homines obligati ad confessionē quolibet anno faciendã. Sed si de cōfessione simpliciter dicatur eã cœpisse in ecclesia à tēpore illius concilij: constat illud esse falsum, quoniam Innocentius papa huius nominis tertius, sub quo illud concilium Lateranense celebratū est, & decretalis illa edita (vt Platina ait) adeptus est summū pontificatum circa annum domini. M. CC. ante quem per multas annorum centurias fuere Augustinus, Hieronymus, Ambrosius, & alij plures, qui dicunt confessionem esse necessariam: & constat eã tempore apostolorū fuisse exercitam. In actis siquidem Apostolorum dicitur. Multi credentium veniebant consistentes & annunciantes actus suos. Deinde Ecclesia catholica errare non potest in his quæ ad fidem & bonos mores spectant. At concursus omnium sacrorum doctorum de aliqua re sententia (vt in principio huius operis docuimus) manifestè ostendit eam esse mentem & definitionem Ecclesiæ: quoniam cum plures fuerint doctores sanctitate perinde ac scientia præcellētes diuersis temporibus diuersisque locis existentes, qui eidem sententiæ subscribere, quorum sententiam nunquam Ecclesia damnauit, sed ad eorum assertionem tacuit, quæ nunquam ad hæreses damnandas tacere solet, conuincitur inde illam sententiam cui omnes doctores subscribunt, esse veram Ecclesiæ catholicæ mentem, & veram fidem. Cum ergo omnium sacrorum doctorum sit concursus sententia, confessionem omnium peccatorum mortalium de quibus peccator recordatur, esse necessariò sacerdoti faciendam, & sine ea saluari non posse, eamq; à Christo esse institutam: constat inde hanc esse catholicæ Ecclesiæ fidem, confessionem videlicet peccatorum esse diuino præcepto & non humano introductam. Horum autem sacrorum doctorum aliqua pauca testimonia adferam, ex quibus hoc perspicuum euadet. Omitto in hac re Bernardum, Hugonem de sancto Victore, & Richardum, Bedam, Rabanum, Hildorum atque etiam Gregorium, quoniam horum notissima sunt testimonia. Ad

Leo papa. vetustiores accedo. Leo papa huius nominis primus, in epistola ad Theodorū episcopum Foroliuiensem, quæ est in ordine. 69. sic ait: Multiplex misericordia Dei ita lapsibus subuenit humanis, vt non solum per baptismi gratiam, sed etiam per pœnitentiæ medicinam spes vitæ reparatur æternæ, & qui regenerationis dona violassent, proprio se iudicio condemnantes, ad remissionem criminum peruenirent. Sic diuinæ bonitatis præsidij ordinatis, vt indulgentia Dei nisi supplicatione sacerdotum neque at obtineri. Mediator enim Dei & hominum, homo Christus Iesus, hanc præpositis Ecclesiæ tradidit potestatem, vt & confitentibus actionem pœnitentiæ darent, & salubri satisfactione purgatos, ad communionem sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent: cui vtique operi ipse Saluator interuenit, nec vnquam ab his abest quæ ministris exequenda commisit, dicens: Ego vobiscum sum vsq; ad cõsumationem seculi: vt si quid per seruitutem nostram bono ordine & gratulando impletur affectu, non ambigamus per spiritum sanctū fuisse donatum. Hæc Leo Papa. In quibus verbis multa sunt notatu digna, quæ nostro proposito deferuiunt. Cùm enim dixit diuinæ bonitatis præsidij ordinatis, innuit non esse humana cõstitutione introductam, sed diuino iure ordinatam. Cùm verò ait, veniam non posse aliter haberi nisi supplicatione sacerdotum, ostendit confessionis necessitatem. Dicens autem Deum semper assistere absolutioni & ministerio sacerdotum, satis apertè declarauit huius sacramenti efficaciam. Augustinus in lib. 50. homiliarum, homilia. 49. sic ait: Qui post vxores vestras vos illicito concubitu maculastis, si præter vxores vestras cum aliqua cõcubulistis, agite pœnitentiam, qualis agitur in Ecclesia, vt oret pro vobis Ecclesia. Nemo sibi dicat, occultè ago, apud Deum ago: nouit Deus, qui mihi ignoscit, quia in corde ago. Ergo sine causa dictum est: Quæ solueritis in terra, soluta erunt in cœlo? Ergo sine causa datæ clauæ Ecclesiæ Dei? frustamus euangelium Dei: frustamus verba Christi? promittimus nobis quod ille negat? nõne nos decipimus? Hæc Augustinus. Quibus verbis apertè dicit esse necessariam sacerdotis absolutionem, & non sufficere vt secretò Deo confiteatur pœnitens. Quòd si necessaria est sacerdotis absolutio, ergo necessaria est peccatoris confessio, quia sacerdos absoluere non potest peccata quæ nõ nouit. Et cùm in pluribus alijs locis hoc idem dicat, expressius tamen super Ioannem tractatu. 49. eandè sententiam explicat. Videat qui uolet. Satis etenim mihi est, qui breuitatè tenere promisi, vt lectorem admonuerim. Hieronymus exponens illud Ecclesiastici. 10. Si mordeat serpens in silentio, &c. sic ait: Si quem serpens diabolus occultè momorderit, & nullo conscio eum peccati venenò infecerit, si tacuerit qui percussus est, & non egerit pœnitentiam, nec vulnus suum fratri & magistro voluerit confiteri, magister qui linguam habet ad curandum, facile ei prodesse non poterit. Si enim erubescat ægrotus vulnus medico confiteri, quod ignorat medicina, non curat. Hæc ibi Hieronymus. Quibus verbis apertissimè ostendit confessionis necessitatem, vt sine ea vulnus peccati curari nõ possit. Ambrosius libro primo de pœnitentia, cap. 7. disputans aduersus Nouatianos negantes pœnitentiam posse peccatis proficere, sic ait: Cur baptizatis, si per hominem peccata dimitti non licet? In baptismo utiq; remissio omnium peccatorum est. Quid interest vtrum per pœnitentiam, an per lauacrum, hoc ius sibi datum sacerdotes vendicent: Vnum in vtroq; ministerium est. Sed dicet quia in lauacro operatur mysteriorum gratia. Quid in pœnitentiæ? nõne Dei nomen operatur? Quid ergo? Vbi vultis vèdicatis vobis Dei gratiam, vbi vultis repudiatis? Hæc Ambrosius. In quibus verbis B. Ambrosius clarissimè docet, in pœnitentiæ perinde ac in baptismo gratiam per sacerdotum ministerium conferri. Nunquam autem per ministerium sacerdotum pœnitentia completur, nisi cùm peccatorem sua peccata confitentem sacerdos absoluit. Ergo per pœ-

A per pœnitentiæ sacramentum, hoc est, per confessionem, homo recipit gratiã cuius oppositum dicit Lutherus in sexto errore supra nominato. Huius autem sacramenti necessitatem docet idem Ambrosius libro. 11. de pœnitentia, capite 7. cuius verba causa prolixitatis vitandæ relinquo, satis putans lectorem dirigere. B. Cyprianus sermone quinto de lapsis, loquens de illis, qui corde solum peccauerunt, sic ait: Hi quauis nullo sacrificij aut libelli facinore constricti sunt, quoniam tamè de hoc vel cogitauerunt, hoc ipsum apud sacerdotes Dei dolenter & simpliciter confiteantur, exomologesin conscientiæ suæ faciãt, animi sui pondus exponant, salutarem medelam paruis licet & modicis vulneribus exquirant. Et parum infra: Confiteantur singuli, quæso vos fratres, delictū suum, dum adhuc qui deliquit, in seculo est, dum admitti eius cõfessio potest, dum satisfactio & remissio facta per sacerdotes, apud dominum grata est. Hæc Cyprianus. Ex his Cypriani verbis duo colligimus: Vnum, quòd videlicet confessio faciendã est apud sacerdotes Dei, & non solum coram Deo: Alterum, quod illa non sit faciendã solum de publicis, sed etiam de occultis, quæ intra cordis latebras commissa sunt. Cuius oppositum docet Lutherus. De alijs autem occultis peccatis, quæ sic occulta sunt, vt ipsum peccatorem lateant, vel quia eorum nõ recordatur, vel quia firmiter credit, excusabili ignorantia non esse peccata, de his, inquam, non disputamus quòd ea cõstenda sint. Nullus enim fuit vnquam tam demens, vt putaret illa etiam sacerdoti in aurem fore narranda, quorum pœnitens non recordatur. Quòd verò Lutherus pro se adducit, dicens non oportere omnia confiteri, quia (vt dicit) sic facientes nihil relinquunt misericordiæ Dei ignoscendum: tale est ac si diceret non oportere etiam laborare, vt omnia opera nostra bona & benefacta sint, quum sic facientes multò minus velint aliquid relinquere misericordiæ Dei ignoscendum: quapropter illo argumento Lutherus etiam persuaderet hominibus, vt nolint omnia bene operari. Idem argumentum, quo nunc Lutherus probare nititur suam impiam asserionem, Paulus obijcit sibi ipsi, & illud velut inane ac nullius profus roboris contemnit, ac rejicit. Nam postquàm dixerat Paulus multò maiorem esse diuinam Dei gratiam, quàm nostra peccata, Ita vt vbi abundauerat delictū, dicat, superabundasse gratiã, obijcit sibi sic inquit: Quid ergo dicemus? ma nebus in peccato, vt gratia abundet? absit. Poterat fortassis alicui ignoranti in mentem venire, licere homini peccare, vt Deus postea abundantiorè impartiretur gratiam. Paulus tamen hanc sententiam non admittit, sed absurdissimam illam putat, dicens: Absit. Nunquam enim (vt ipse inferius ait) licet facere malum, vt inde eueniat bonum. Vt autem Lutherus intelligat, hanc esse Pauli sententiam, audiat Chrysostronum Homilia decima super epistolam ad Romanos, hæc Pauli verba interpretantem, qui hæc ait: Postquàm igitur ostenderat, magnam esse gratiam ex eo quòd magna curata sint peccata, videbatur ex eo imprudentibus peccandi datum hortamētum. Si enim propterea (dicit quispiam) gratia Dei maior apparet, quòd multa & magna peccata commissimus, à peccatis non abstineamus, vt magis appareat gratia. Ne igitur ista vel dicant, vel suspicentur, vide quomodo subuertat obiectionem. Primum quidem forti negatione cùm dicit, Absit, id quod solet facere in illis, quæ ex confesso vehementer sunt absurda. Hæc Chrysostronum. Eodem modo Luthero, cū dicit, non esse cõstenda omnia peccata, vt aliquid relinquamus, diuinæ misericordiæ, ignoscendum, ego respondebo. Absit. Quia non sunt faciendã mala, vt postea nobis illa Deus remittendo misericordiam suam ostendat. Adde quòd etiam si omnia confiteantur peccatores, adhuc omnia relinquunt misericordiæ Dei ignoscenda: quoniam etsi peccatores omnia confiteantur peccata, im mensam tamen exerceat misericordiam Deus, omnia remittens: cū etiam si omnia opera quantumlibet exactè fecerimus, magnam nobis exhibet misericordiam,

Rom. 7. diam, cum ea ad vitam acceptat æternam: quoniam non sunt condignæ passionis huius seculi ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Sed ne ex solis doctoribus latinis testimonia sumpserit videamur, operæ precium erit aliquorum Græcorum testimonia proferre. *Cyrrillus.* Cyrrillus libro tertio super leuiticum, exponens illud, Si peccauerit vnus aliquid de istis, pronunciet peccatum quod peccauit, sic ait: Est aliquod in hoc mirabile secretum, quod iubet pronunciare peccatum. Etenim cuiusuis generis pronuntianda sunt, & in publicum proferenda cuncta quæ gerimus: si quid in occulto gerimus, si quid in sermone solo, vel etiam intra cogitationum secreta commisimus, cuncta necesse est publicari, cuncta proferri. Proferri autem à nobis, aut ab illo, qui accusator peccati est & incensor. Hæc Cyrrillus. Vides hæc, qualiter omnia proferri iubet, & nullum cæleri permittit, si volumus diaboli accusationem euadere. *Chryostomus.* Chryostomus homilia. 3. super Mattheum, loquens de illis, qui baptizabantur à Ioanne, confitentes peccata sua, sic ait: Confessio peccatorum est testimonium conscientie timentis Deum. Qui enim timet iudicium Dei, peccata sua non erubescit confiteri. Qui autem erubescit, non timet. Perfectus enim timor soluit omnem pudorem. Illic enim turpitudine confessionis aspicitur, vbi futuri iudicij poena non creditur. Nunquid nescimus quia confessio peccatorum habet pudorem, & quia hoc ipsum erubescere poena est grauis? Sed ideo magis iubet Deus confiteri peccata nostra, vt verecundiam patiamur pro poena: nam & hoc ipsum pars est iudicij. Hæc Chryostomus. In quibus verbis hoc aduertere oportet, quod dicit iussisse Deum vt confiteamur peccata nostra, vt vel sic verecundiam patiamur, tanquam poenam pro peccatis nostris susceptam. Quæ verba nullatenus ad confessionem, quæ soli Deo fit, referri possunt. Plura certe de hac re adferre possem sacrorum doctorum testimonia, verum ne nimia prolixitate grauarem lectorem, omitto. Sed inter tam multa testimonia vel vnum esse debet (mea quidem sententia) efficacissimum, quod nulla humana autoritate populus vnquam potuisset adduci, vt occultissima scelera, quorum tacitam conscientiam horrebant, in alienas aures tanto cum pudore, tanto cum periculo, sine vlla cunctatione effunderet. Nec simile est vero, fieri potuisse, vt tot presbyteri promissuæ multitudinis confessiones audientes, secretum seruent, etiam hi, qui alias nihil continere possunt, nisi Deus ipse, qui sacramentum instituit, rem tam salubrem speciali gratia defenderet. Confessio ergo peccatorum, quæ sacerdoti fit, est à Deo instituta: in qua omnia sunt peccata reuelanda, quorum poenitentis recordatur: quibus reuelatis in confessione, & data à sacerdote absolutione, poenitenti Deus peccata dimittit, & gratiam infundit: quæ omnia diuersis testimonijs probata iam sunt. Sed de institutione confessionis, quod illa sit à Deo, testatur Sixtus quartus pontifex maximus, qui de hac re definiuit per hæc verba, quæ nunc subiiciuntur.

Extraneus sicut quartus. **S**ixtus episcopus, seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Licet ea, quæ de nostro mandato ritè fiant, plenam obtineant roboris firmitatè: tamen illis interdum nostri muniminis robor adijcimus: vt eò firmitus illibata persistant, quod magis nostro fuerint præsidio communita. Dudum siquidem ad audientiam nostram deducto, quod à modico tunc decurso tempore citra in Hispaniarum regnis, & præsertim in vniuersitate studij Salmanticensis, fuerant & adhuc erant nonnulli iniquitatis filij, qui quosdam falsas, sanctæ catholicæ fidei contrarias, erroneas, scandalosas, & malè sonantes propositiones, præsertim circa peccatorum confessionem, & ecclesiastica sacramenta in studio huiusmodi, & in frequentissimo hominum coetu veras esse publicè affirmare, & pertinacissimè sustentare ac defendere: apertissimas sacræ scripturæ autoritates eorum erroribus repugnantes, earum rectum, clarum & apertum sensum, falsis eorum interpretationibus impudenter violando refellere: huiusmodi

A modi quoque eorum falsa dogmata manifestè hæreticæ prauitatis labem continentia in aliorum mentes inserere, & simplicium animas illaqueare: & vt illa in plurium notitiam peruenirent, & vt in perpetuum de illis memoria haberetur, libros componere: & in publicum, vt illos legendi omnibus esset facultas, tradere præsumperant eatenus, & præsumebant. Nos tunc venerabili fratri nostro Alphonso archiepiscopo Toletano, per alias nostras literas commisimus, vt assumptis secum aliquibus in Theologia magistris, & alijs viris literatis (vocatis his, qui propositiones ipsas veras esse affirmare nisi erant, & nitebatur indies: & auditis quæ ipsi pro illarum veritate, & alij Christifideles ad dilucidandam earum falsitatem deducere vellent) an quæ in propositionibus huiusmodi continebantur, falsæ, & fidei præfatæ contraria, erronea, & malè sonantia existerent, autoritate nostra declararet, & decideret: & declaratione huiusmodi facta, illos quos in præmissis culpabiles esse reperiret, si iuxta sanctorum patrum instituta & canonicas sanctiones se emendare, & depositis de cordibus eorum totaliter erroribus prædictis, ad Ecclesiæ vnitatem, hæreticæ labe huiusmodi abiurata, redire, & iuxta declarationem suam, tales propositiones esse scandalosas, falsas, & hæreticas, ac malè sonantes fateri, & desuper confectum librum huiusmodi retractare, & cum effectu refutare recusarent, & in illis, eorumque erroribus pertinaciter insistere vellent, hæreticos, ac censuris & poenis in tales à iure promulgatis irretitos esse decerneret: plena sibi desuper autoritate concessa, prout in nostris inde confectis literis plenius continetur. Postmodum verò, sicut accepimus, præfatus Archiepiscopus ad executionem dictarum literarum, earum forma seruata ritè procedens, dilectos filios Petrum de Petramo & Petrum de Ocanna, ac Petrum de Caloca, necnon Didacum de Beldano, Martinum quoque Alfonso Delatorre, magistrum, & Petrum Didaci de Constanza, ac Ioannem de Quintanapalla, licentiatos in Theologia: necnon Telliū de Buendia Toletanum, & Vascon de Ribera, de Talauera, in eadem Ecclesia archidiaconos, Thomam de Cuenca, & Ioannem de Medina Decretorum Doctores: ac Gasparum Fernandi de Alcalá in eisdem Decretis licentiatum, & alios quamplures magistrum in Theologia, ac doctores & Licentiatos in eisdem Decretis: alios quoque, quamplurimos doctos & literatos viros ex diuersis regnorum prædictorum locis: pariter & dilectum filium Petrum de Osma, propositionum prædictarum autorem, eiusque sequaces, coram se ad suum oppidum de Alcalá Toletanæ diocesis euocari fecit: ac dicto Petro de Osma & sequacibus minime comparentibus, debito tempore expectatis, matura super omnibus propositionibus prædictis deliberatione præhabita, de vnanimi consilio & assensu magistrorum & prædictorum doctorum declarauit illas propositiones, per quas Petrus de Osma, & eius sequaces prædicti pertinaciter affirmare non verebantur, confessionem peccatorum in specie, ex vniuersalis Ecclesiæ statuto, non diuino iure compertam fore: & peccata mortalia, quod ad culpam, & poenam alterius seculi, absque confessione, sola cordis contritione: prauas verò cogitationes sola displicentia deleri: & quod confessio secreta sit, necessariò non exigi: & non peracta poenitentia contentes absolui non debere: & Romanum pontificem purgatorij poenam remittere, & super his quæ vniuersalis Ecclesia statuit, dispensare non posse: sacramentum quoque poenitentis, quantum ad collationem gratiæ, naturæ, non autem institutionis noui aut veteris testamenti existere: & alias, quas propter earum enormitatem, vt illi qui de eis notitiam habent, obliuiscantur earum, & qui de eis notitiam non habent, ex præsentibus non instruantur in eis, silentio prætermittendas ducimus, falsas, sanctæ fidei catholicæ contrarias, erroneas, & scandalosas, ac à fidei veritate alienas, & sanctorum patrum decretis, & apostolicis constitutionibus contrarias fore, manifestam hæresim continere, dictarum literarum & per illas sibi concessæ facultatis vigore declarauit:

rauit: & pro talibus haberi & reputari debere decreuit: prout in quibusdā authenticis scripturis desuper confectis plenius continetur. Et demum, (p̄missis sic ut praefertur gestis, & propositis in consistorio coram nobis) nos dilectis filijs nostris, Stephano tituli sanctae Mariae in Transtiberim, & Iohanni tituli sanctae Praxedis, Presbyteris, Cardinalibus, ut de praemissis gestis per ipsum Archiepiscopum diligenter se informarent: & quae inuenirent, nobis & alijs fratribus nostris sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus referrent: qui tam zelo fidei, quam ut nostris parerent mandatis, onus huiusmodi prompta voluntate suscipientes, cuncta diligenter rimarunt: & quae inuenirent, nobis & alijs fratribus nostris memoratis fideliter retulerunt: propositiones praefatas erroneas fore pluribus autoritatibus & rationibus, praeter illas, quas in Archiepiscopi processibus inuenirent, etiam demonstrantes zelo fidei memoratae. Nos igitur, ad quem spectat errores huiusmodi extirpare (habita eorundem sanctae Mariae in Transtiberim, & sanctae Praxedis Cardinalium relatione praedicta) ipsius Archiepiscopi solertiam & diligentiam in praemissis plurimum in domino commendantes, ex certa nostra scientia Archiepiscopi declarationem, & decretum huiusmodi, & prout illa concernunt, omnia & singula in scripturis praedictis Archiepiscopi super praemissis confectis contenta, autoritate apostolica, tenore praesentium, de eorundem referentium & aliorum fratrum nostrorum, una cum concilio & assensu, laudamus, confirmamus, & approbamus, ac praesentis scripti patrocinio communimus, suppletes omnes & singulos defectus, si qui forsitan interuenerunt in eisdem. Et nihilominus pro potioris cautele suffragio, omnes & singulas propositiones praedictas falsas, sanctae catholicae fidei contrarias, erroneas, & scandalosas, & ab euangelica veritate penitus alienas, sanctorum quoque patrum decretis, & alijs apostolicis constitutionibus contrarias fore, ac manifestam haeresim continere, dicta autoritate declaramus. D Praefato quoque Archiepiscopo scientia & autoritate praedictis committimus & mandamus, ut contra dicti Petri de Osina sequaces praedictos, si huiusmodi haeresim, in quam prolapsi sunt, abiurare, & eundem Petrum prout errantē secuti sunt, errores suos abiurantem, & se emendantem, sequi recusauerint, aut malitiose distulerint, iuxta praedictarum aliarum nostrarum literarum continentiam, tanquam haereticos procedere non omittat. Et ut gesta per eum probe & laudabiliter zelo fidei de mandato nostro, & per nos merito approbata, ad omnium incolarum illarum partium noticiam facilius perueniant (qua habita, possint seipsum, ne in praedictos prolabantur errores, liberius custodire) praesentes nostras literas cum processu per eum habito, ac dicti Petri abiurationem, singulis illarum partium episcopis significare non omittat: qui post significationem eandem, clero & populo suarum ciuitatum & dioecesium ea publicari procurent: & generaliter omnia faciat, quae pro huiusmodi haeresis extirpatione necessaria fuerint, seu ei quomodolibet opportuna videbuntur, non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ac omnibus illis, quae in dictis literis volumus non obstare, caeterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat, &c. Quod verò confessio sit necessaria, etiam si contritio adfit, praeter testimonia adducta testatur Concilij Constantinensis. In quo concilio, sessione octaua damnati sunt quadragintaquinque articuli Iohannis Vvicleph: & inter caeteros is vnus septimo loco assignatur, sub his verbis: Si homo debite fuerit contritus, omnis confessio exterior est sibi sua persuasa & inanis. Quae sententia simul cum alijs ibidem condemnata est. Deinde, Concilium Florentinum sub Eugenio quarto celebratum in definitione fidei, quam dedit Armenis, de sacramento poenitentiae differens, haec ait: Quartum sacramentum est poenitentia, cuius quasi materia, sunt actus poenitentis, qui in tres distinguuntur partes. Quarum prima est cordis contritio: ad quam pertinet,

Concilium
Constant.

Concilium
Florentin.

A net, ut doleat de peccato commisso, cum proposito non peccandi de caetero. Secunda est oris confessio, ad quam pertinet ut peccator omnia peccata, quorum memoriam habet, suo sacerdoti confiteatur integraliter. Haec concilium Florentinum. Ex quibus verbis apertissime conuincitur Lutherus negans omnia peccata esse necessario confitenda: Denique Concilium Tridentinum sub Iulio tertio celebratum multo apertius & copiosius ea, quae ad confessionem sacramentalem pertinent, definit. Nam sessione quarta, canone tertio haec ait: Si quis dixerit verba illa Domini Saluatoris, Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis, peccata remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt, non esse intelligenda de potestate remittendi, & retinendi peccata in sacramento poenitentiae, sicut ecclesia catholica ab initio semper intellexit, detorsit autem contra institutionem istius sacramenti ad autoritatem praedicandi Euangelium, anathema sit. Et canone sexto iterum ait: Si quis negauerit confessionem sacramentalem, vel instituta vel ad salutem necessaria esse iure domino, aut dixerit, modum secretae confitendi soli sacerdoti, quem ecclesia catholica, ab initio semper obseruauit, & obseruat, alienum esse ab institutione, & mandato Christi, & inuentum esse humanum, Anathema sit. Et rursum canone septimo inquit: Si quis dixerit in sacramento poenitentiae, ad remissionem peccatorum necessarium non esse iure diuino confiteri omnia, & singula peccata mortalia, quorum memoria cum debita & diligenti praemeditatione habeatur, etiam oculta, & quae sunt contra duo vltima Decalogi praecipua, & circumstantias, quae peccati speciem mutant: Sed eam confessionem tantum esse utilem, ad erudiendum, & consolandum poenitentem, & olim obseruatam fuisse, tantum ad satisfactionem canonicam imponendam, aut dixerit eos, qui omnia peccata confiteri studet, nihil relinquere, velle diuinam misericordiam ignoscendum, aut demum non licere confiteri peccata venialia, Anathema sit. Haec concilium Tridentinum. In quibus verbis omnes errores, quos supra enumerauimus, de confessione sacramentali, apertissime damnantur. De hac materia confessionis contra Lutherum scripsit Iohannes Rossensis episcopus, in eo opere, quod contra Lutheri Captiuitatem Babylonicam adidit. Scripsit etiam satis diffusè Iacobus Latomus in eo opere, quod pro assertionem determinationis facultatis Louanensis contra Lutherum composuit. Scripsit etiam frater Gaspar Sagerus ordinis Minorum. Alios autem, qui multi referuntur, non vidi. Alius est error ad hanc rem quodammodo spectans, qui dicit omnes homines cuiuscumque conditionis fuerint, posse audire confessiones, & poenitentes absolueri. Hic error est Martini Lutheri dicentis, omnes Christianos esse sacerdotes. Verum de hoc errore inferius disputabimus, in titulo de sacerdotibus, vbi (Deo duce) probabimus, non omnes Christianos esse sacerdotes.

Concilium
Tridentin.

Ioan. 10.

Lutherus.

CONFIRMATIO.

H Aeresis Graecorum est (ut ait Guido) confirmationem non esse sacramentum. Frater Bernardus de Lutzenburgo in suo cathalogo haereticorum de Graecis loquens, dicit eos sacramentum confirmationis paruulis statim post baptismum conferre, & hoc per simplices sacerdotes. Itaque hi duo contraria videntur Graecis tribuere, & nescio vtri eorum credam. Ut autem ingenue verum dicam, nulli istorum in hac re fido, quoniam neutrum video exacte rem inuestigasse, sicut ex alijs pluribus conijcere licet. Sive ergo hoc Graeci teneant, sive illud, hoc certum est, vvaldenses hunc errorem docuisse: quamuis Guido de eorum erroribus differens, nunquam hoc illis tribuat. Tameñ Aeneas Syluius, qui postea summus Pontifex effectus, & Pius secundus dictus est, in li-

Vvalden.

bro de origine Bohemorum, capite tricesimo quinto, errores Vvaldensium recensens, hunc inter alios illis impingit. Post istos Ioannes Vvicleph Vvaldensium instaurans sectam, dixit confirmationem posse à quolibet presbytero dari: non tamen (quod sciam) negavit confirmationis sacramentum, quoniam Thomas Vvalden. qui diligentissimè huius errores persecutus est, in suo primo tomo doctrinalis fidei, libro secundo, capite quinquagesimo septimo, solum hoc impingit Vviclepho, quòd videlicet dixerit confirmationem conferri posse à quocunque sacerdote, & quòd sola lueri temporalis cupiditate est reseruatum episcopis. Martinus Lutherus dogmata sua à lacubus putridis & infectis (vt solet) hauriens, Vvaldensibus consentit, dicens confirmationem neque esse sacramentum, neque gratiam conferre, sed esse meram ceremoniam, & ritum quandam. Vt autem hoc esse falsum conuincamus, memores esse oportet illius, quod in principio huius operis supra docuimus: multa videlicet esse fide tenenda, etiam si per scripturas sacras expressè probari non possint. Deinde, ne in posterum de nomine solum contendamus, hoc prius admonere oportet, vt quæ à recentioribus scriptoribus confirmatio vocatur, illa eadem sit, quæ ab antiquis & vetustioribus vocatur consignatio. Veteres siquidem ex ritu & ceremonia, quæ in illius sacramenti collatione obseruatur, consignationem appellauerunt, eò quòd chrismate, hoc est, oleo consecrato, episcopus hoc sacramentum conferens, frontem pueri iam baptizati vnxit, factò super frontem ex eodem chrismate signo crucis, quo tanquam validissimo & impenetrabili scuto muniatur aduersus dæmonis iacula. At recentiores ad effectum ipsius sacramenti aspicientes, confirmationem appellauerunt: quoniam in hoc sacramento donatur gratia, per quam fortior quilibet & firmior esse valeat ad pugnam cum dæmone sustinendam: & idè merito confirmatio dicitur, quia per illam firmior efficitur. His ergo suppositis, facile probabimus confirmationem esse sacramentum conferens gratiam, quod à solis episcopis ministrari potest. In Actis apostolorum legimus, quòd cù apostoli qui erant Hierosolymis, audissent quia Samaria recepit verbum Dei per prædicationem Philippi diaconi, miserunt ad eos Petrum & Ioannem. Qui cù venissent, orauerunt pro ipsis vt acciperent spiritum sanctum: nondum enim in quenquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine domini Iesu. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant spiritum sanctum. Ecce, hic vides ad impositionem manuum apostolicarum spiritum sanctum super iam baptizatos descendisse. Vnde conuincitur, confirmationis sacramentum gratiam suscipientibus conferre, quoniam hoc modo per impositionem manuum orationi coniunctam apostoli tunc conferebant confirmationem, sicut illum locum plures sacri doctores & vetustissimi interpretantur: & summi Pontifices sancti simul & docti, & antiquitate reuerendi, sic illum locum declarant: & concilij generalis definitio de confirmatione locum illum esse intelligendum decernit. Quæ omnia mox subiiciemus. At (sicut in principio huius operis docuimus) ille pro vero & indubitato sacre scripturæ sensu recipiendus est, quem Ecclesia nobis, pro vero sensu scripturæ dederit. Nam sicut ad eam spectat scripturas sacras à prophanis distinguere, ita ad eam spectat verum scripturæ sensum à falso separare. Cùm ergo Ecclesia nos doceat illum scripturæ locum de confirmatione aut frontis consignatione esse intelligendum, non est quòd amplius de illo dubitemus. In illo autè loco apertissimè dicitur, per manuum impositionem spiritum sanctum conferri: ergo per cõfirmationem præstat gratia nouiter confirmato. Quòd autem in illo loco Actorum apostolicorum nulla sit mentio de vnctione chrismatis, sed de sola manuum impositione, nihil mouere debet: quoniam & si hoc ibi subiceatur, nihilominus tamen certum est Christum ita iussisse, vt confirmandus chrismate vngeretur, & apostolos

Iosimes
Vvicleph.
Lutherus.

Ab. B.

A stolos ita fecisse, vt Christus illis præceperat. Nam Fabianus papa & martyr in epistola ad Orientales episcopos, reprehendens eos episcopos, qui non quolibet anno in feria quinta, quæ dicitur esse in cœna domini, conficiebant chrisma, sed chrismate duorum aut trium annorum sæpenumero utebantur, sic ait: Errant enim qui talia excogitant, & mente vesana potius quàm recta sentiunt. In illa enim die Dominus Iesus postquam cœnauit cum discipulis suis, & lauit eorum pedes, sicut à sanctis apostolis prædecessores nostri acceperunt, nobisq; reliquerunt, chrisma cõficere docuit. Ipsa enim lauatio pedum nostrorū significat baptismum, quando sancti chrismatis vnctione perficitur atque confirmatur. Hæc Fabianus papa. Quem Lutherus nec velut recentem aut trecentenarium (vt solet) rejicere potest, quoniam ante mille & fermè trecentos annos sub Decio Imperatore martyrio coronatus est. Præterea in eodè lib. Actorum apostolicorum reperimus iterum à beato Paulo simile quid fuisse factum. Hic enim cùm discipulos quosdam solo Ioannis baptismate baptizatos reperisset, illos verò baptismo in nomine Iesu baptizauit, quo factò imposuit illis manus, & venit spiritus sanctus super eos, & loquebantur linguis, & propheta-bant. Ecce, iterum vides gratiam per manuum impositionem dari. Quòd si gratia infallibiliter ibidem confertur sub aliquo signo sensibili exterius apparente, nil obstat quin sacramentum dicatur. Sed hic vnum aduerte, quòd nunquàm illa manuum impositio facta est nisi per solos apostolos, & nunquàm reperitur ab alijs discipulis facta: vnde sacri & vetusti doctores colligunt hoc sacramentum non posse ab alijs, quàm ab episcopis conferri, quoniam episcopi succedunt apostolis, reliqui verò presbyteri repræsentant discipulos, & illis succedunt. Hoc autem testimonijs sacrorum doctorum & vetustorum comprobare oportet. Damasus papa in epistola de episcopis sic ait: Quòd autem solis apostolis eorumq; successoribus proprij sit officij tradere spiritum sanctum, liber Actorum apostolorum docet, præsertim cùm nullus ex septuaginta discipulis, quorum isti (de presbyteris loquitur) in Ecclesia speciem gerunt, legatur donum sancti spiritus per manus impositionem (vt prædictum est) tradidisse. Hæc Damasus papa, doctus simul & sanctus, qui ante mille & plusquàm ceterum annos obiit. Innocentius papa, homo eiusdè farinae cum Damaso, quoniam sanctus & doctus fuit, in epist. ad Decentium Egubinum episcopum, cap. 3. sic ait: De cõsignandis vero infantibus, manifestum est ab alio fieri quàm ab episcopo, non licere. Nam presbyteri licet sint sacerdotes, Pontificatus tamen apicem non habent. Hæc autè Pontificibus solis deberi, vt vel consignent, vel spiritum paraclætum tradant, non solum consuetudo ecclesiastica demonstrat, verum illa lectio Actorum apostolorum, quæ asserit Petrum & Ioannem esse directos, qui iam baptizatis traderent spiritum. Nam presbyteris seu extra episcopum, seu præsentem episcopo, cum baptizant, chrismate baptizatos vngere licet, sed quod ab episcopo fuerit consecratum: non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solis debetur episcopis, cùm tradunt spiritum paraclætum. Hæc Innocentius. Ex istis verbis patet, confirmationem siue consignationem conferre gratiam suscipienti: & talem confirmationem non posse ab alio, quàm ab episcopo conferri. Et dicit id esse non solum ex consuetudine ecclesiastica, sed ex lege diuina, quæ in Actis apostolorum fundatur. Idem sub eisdem fermè verbis, quibus Damasus, dicit Leo papa, huius nominis primus, in epistola ad vniuersos Germaniæ & Galliæ episcopos, quæ est in ordine sexagesimal sexta. Videat qui volet, quoniam in volumine Conciliorum generalium inserta sunt hæc Leonis epistolæ. Melchiodorus papa & martyr in epistola quadam ad Hispaniæ episcopos, expressis huius sacramenti virtutem explicat, sic inquit: Spiritus sanctus, qui super aquas baptismi salutifero descendit illapsu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in confirmatione augmentum præstat

Fabianus
papa.

Ab. 19.

Damasus
papa.

Innocent.

stat ad gratiam. Et quia in hoc mundo tota ætate victuris, inter inuisibiles hostes & pericula gradiendum est, in baptismo regeneramur ad vitam, post baptismum confirmamur ad pugnam. In baptismo abluimur, post baptismum roboramur. At si continuò transituris sufficiant regenerationis beneficia, victuris tamen necessaria sunt confirmationis auxilia. Regeneratio per se saluat mox in pace beati seculi recipiendos: confirmatio autem armat & instruit ad agones mundi huius, & prælia referuandos. Qui autem post baptismum cū acquisita innocentia immaculatus peruenit ad mortem, confirmatur morte: quia non potest peccare post mortem. Hæc Melchisedes papa. Deinde Eusebius papa, qui hunc Melchisedem in Pontificatu præcessit, quiq; sub Diocletiano pro Christi nomine gloriosum sustinuit martyrium, in epistola tertia, quæ est ad episcopos Tusciæ & Campaniæ, de hac re apertius reddit testimonium, sic inquit: Hæreticos omnes quicumque Dei gratia cōuertuntur, & in sanctæ Trinitatis nomine credentes baptizati sunt, Romanæ Ecclesiæ regulam tenentes, per manus impositionem reconciliari præcipimus. Manus impositionis sacramentum magna veneratione tenendum est, quod ab alijs perfici non potest, nisi à summis sacerdotibus. Nec tempore apostolorum ab alijs, quam ab ipsis apostolis, legitur aut scitur peractum esse: neque ab alijs (sicut iam dictum est) quam ab illis, qui eorum locum tenent, vnquam perfici potest, aut fieri debet. Nam si aliter præsumptum fuerit, irritum habeatur & vacuum, nec inter ecclesiastica vnquam reputabitur sacramenta. Hæc Eusebius papa & martyr. In quibus duo sunt annotanda, quæ nostro proposito deseruiunt. Primum quidē ait, confirmationem esse sacramentum, quod Lutherani negant. Deinde dicit, illud non nisi ab episcopis posse conferri, quod negauit Ioannes Vvicleph. Vrbanius papa & martyr apostolorum temporibus vicinus, in epistola de communi vita, & oblatione fidelium, ad omnes episcopos scripta sic ait: Omnes fideles per manus impositionem episcoporum, spiritum sanctum post baptismum accipere debent, vt plenè Christiani inueniantur: quia quum spiritus sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam & constantiam dilatatur. Hæc Vrbanius papa, & martyr, qui aperte asserit per confirmationem aut manus impositionem spiritum sanctum infundi. Clemens etiam papa & martyr, qui quartus à beato Petro fuit, in quarta epistola sua hoc dicit idem circa finem epistolæ. Epistolæ autem istius habentur in illo volumine, in quo omnium conciliorum decreta coaceruata sunt in principio illius voluminis. Quòd autem Hieronymus in libro aduersus Luciferianos ait, esse magis propter honorem sacerdotij, quàm ex legis necessitate decretum, vt solus episcopus per impositionem manus spiritum sanctum conferat, hoc me non mouet, nec quenquam mouere debet: quoniã præstat credere magis Damaso & Innocentio, & alijs sanctis perinde ac doctis, quos citauimus, quàm soli Hieronymo, qui aliàs etiam opinatus est, inter presbyterum & episcopum, nullum esse ex lege diuina discrimen. Nec in hoc aliquid detrahimus Hieronymo (absit) nec propter hoc aliquid gloriæ illius deperit: quoniam ipsemet beatus Hieronymus catholicè (vt decet) sentiens, ad eundem Damasum papam scribit, dicens se illam solam velle tenere fidem, quàm illum Romanus Pontifex & verus Petri successor docuerit. Nec etiam mouere debet factum beati Gregorij, qui scribès Ianuario episcopo, permittit vt presbyteri sacramentum confirmationis baptizatis conferant: quoniam, vt ex illa eadem epistola patet, ipse prius hoc illis presbyteris ne id facerent prohibuerat: quia tamen inde scandalum nasci cognouit, permisit vt presbyteri illud cōferrent ad scandalum & maius aliud malum euitandum. Sic enim ex eadē epistola patet esse permissionem, & non concessionem. An autem malè fecerit sic permittendo vel non, ego non disputo, nec ad me spectat, qui nunc de castibus particularibus non ago. Si tamen cogor sententiam meam prodero, credo

virum

A virum sanctum simul & doctum neque errare voluisse, neque id quod faciebat ignorasse. Sed iam opus est, vt de hoc concilij definitione audiamus. Conciliū Ispalense secundum, cui interfuit beatus Isidorus, recensens ea, quæ presbyteris sunt interdicta, & solis episcopis reseruata, capite septimo suorum Decretorum inter alia etiam annumerat confirmationem, dicens: Siquidem nec benedicere eis Ecclesiam, vel altera consecrare, neque per impositiones manuum fidelibus baptizandis vel conuersis ex hæresi spiritum tradere, nec chrisma cōficere, nec chrismate baptizatorum frontem signare. Hæc Concilium Ispalense. Præterea inter quadragintaquinque articulos Ioannis Vvicleph in Concilio Constantiensi damnatos, is vnus vigesimo octauo loco constituitur, sub his verbis: Confirmatio iuuenum, & clericorum ordinatio, locorum consecratio referuntur Papæ & episcopis propter cupiditatem luci temporalis & honoris. Qui articulus cū alijs eiusdem Ioannis Vvicleph ibidem vnà super omnes lata sententia damnatus est. Postremò hanc hæreticā assertionem damnat Concilium Tridentinum sub Paulo tercio celebratum sessione septima, canone primo de confirmatione, sic inquit: Si quis dixerit confirmationem baptizatorum otiosam ceremoniam esse, & non potius verum & proprium sacramentum, aut olim nihil aliud fuisse quàm catechesim quandam, qua adolescentiæ proximi, fidei suæ rationem coram ecclesia exponebat, Anathema sit. Et rursum canone secundo ait: Si quis dixerit iniurios esse spiritui sancto eos, qui sacro cōfirmationis chrismati virtutem aliquam tribuunt, Anathema sit. Et iterum canone tercio inquit: Si quis dixerit sanctæ confirmationis ordinarium ministrum non esse solùm episcopum, sed quemuis simplicem sacerdotem, Anathema sit. Hactenus Concilium Tridentinum. Sed quia in illius decretis nihil de effectu huius Baptismini dicitur, oportet addere Concilium Florentinum sub Eugenio

B quarto celebratum, quod in definitione fidei data Armenis, de cōfirmationis sacramento differens hæc ait: Effectus huius sacramenti est, quia in eo datur spiritus sanctus & robor, sicut datus est apostolis in die Pentecostes. Vt videlicet Christianus audacter Christi confiteatur nomen. Ideoque in fronte, vbi venerundia sedes est, confirmandus inungitur, ne Christi nomen confiteri erubescat, & præcipue crucem eius, qui Iudæis est scādalum, gentibus autem stultitia secundum Apostolum, propter quod signo crucis signatur. Hæc Concilium Florentinum. Extant & alia concilia, quæ nostro proposito maximè fauent, videlicet Carthaginense tertium, & quartum, & Toletanum. i. cap. 20. & Braccarense primum, cap. 37. & hæc concilia, quia provincialia sunt, nō fuit opus ea integre referre, postquam iam generalia concilia protulimus. Vnum solum referre volo dignum quidem annotatione, quod refert Eusebius Cæsariensis libro Ecclesiasticæ historiæ, cap. 3. de Nouato hæretico, dicens ea, quæ baptismum subsequi solent, non fuisse in eo solenniter adimpleta, nec signaculo chrismatismatis illum fuisse consignatum, & ob eam causam nunquam potuisse spiritum sanctum promereri.

CONSILIVM.

DE hac re vnā solū inuenio hæresim, quæ nunc recens orta est, & à Luthero primo illius parente inuenta, quæ asserit, nullū esse discrimen inter concilium, & præceptum. Dicit enim Lutherus, omnia, quæ catholici Doctores vocant Euangelica consilia, esse diuina præcepta, non minorem vim ad obligandum habentia, quàm reliqua omnia diuina præcepta. Sed de hac hæresi nihil in præsentiarum disputare volo, quoniã inferius in titulo de præcepto de hac re agere decreui. Ad illum ergo locum mitto lectorem.

CON-

CONTRITIO.

ECce, iterum nobis occurrit Lutherus, qui p̄stō est, vt omnes bene agere volentes impediatur, & à bono opere deterreat. Is enim ait, cōtritionē, & peccati detestationem, quæ ab horrore gehennæ incipit, esse peccatū: tantum abest, vt illam probare velit. Vt autem eius infana mens omnibus pateat, verba eius referam. Contritio (inquit) quæ paratur per discussionem, collectionem & detestationem peccatorū, qua quis recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ, ponderando peccatorum grauitatem, multitudinem, foeditatem, amissionem æternæ beatitudinis, & acquisitionem æternæ damnationis: hæc contritio facit hypocritam, imò magis peccatorem. Hæc Lutherus. Ex quibus duo colliguntur Lutheri errores: Vnus, quo damnat contritionem, quæ oritur ex consideratione & odio gehennæ: & dicit talem cōtritionem esse peccatum. Alter, quo dicit, non oportere ad parandam veram cōtritionem, discutere & colligere omnia peccata, recogitando grauitatem, multitudinem & foeditatem eorum. Primò ergo manifestè errat, damnans contritionem, quæ oritur ex consideratione & odio gehennæ: quoniã etiã talis peccati detestatio, quæ ex solo gehennæ odio oritur, perfecta & meritoria non sit, nō tamen idèo est mala. Nam si talis peccati detestatio mala est, aut talem malitiam habet ex seipsa, aut eam contrahit ex causa vnde oritur, videlicet odio gehennæ, nullus est tam demēs, qui dicat talem detestationem peccati esse malā ex se: quoniã tunc quocunq; sine præfixo esset mala: ita vt etiã si talis detestatio fiat propter Deū, sit futura mala. Illa enim operatio, quæ ex natura sua mala est, qualemcunq; finem respiciat, mala erit. Quia enim velle furari malum est, propter quæcunq; finē illud fiat, semper malè fiet. Cū ergo talis detestatio peccati non sit mala ex se, oportet vt sit mala propter causam vnde oritur, videlicet propter odium gehennæ. At odiū gehennæ nō est malum. Potest enim quis licitè odisse gehennā, quoniã ad hoc ipsum inclinatur natura etiã nō vitiata. Adeo enim tenaciter inhæret naturæ illud gehennæ odium, vt prorsus gehennam diligere nequeat. Quòd si detestatio peccati ex se non est mala, nec odium gehennæ ex se est malum, qui sit, vt detestatio peccati, quæ ex odio gehennæ oritur, sit mala? Præterea, si talis detestatio peccati sit mala, sequitur inde timorem Dei seruilem esse malum: quoniam cōstat talem peccati detestationem procedere ex timore seruili. Verum hoc Lutherus concedit, idèo hoc expugnare oportet: quo factō, de Luthero vtrobicq; triumphabimus. Antequàm tamen eum aggrediamur, oportet bene scire de qua re cōtra eum pugnare velimus. Pro quo admonere expedit, dupliciter cōtingere posse, vt aliquis timore pœnæ fugiat peccatū. Fieri enim potest, vt quis sic peccatū timore pœnæ fugiat, vt si pœnā minime imminere cōspiceret, peccatum nunquā relinqueret. Et iste quāuis peccati opus effugiat, peccandi tamen voluntatē retinet. Quapropter eum, qui sic timore pœnæ peccatum detestatur, malè agere dicimus, & in hoc non est verus Dei timor etiã seruilis: quoniã qui verè Deum timet etiã timore seruili, ab omni peccato declinat. Vnde B. Ambr. sermone. 15. super Psal. 118. sic ait: Carnes animæ suat carnales cogitationes. Configat has carnes timor domini, & iudiciorum eius, & seruituti redigat. Quòd si carnes istæ reiiciunt clauos diuini timoris, haud dubiè dicitur: Non permanebit spiritus meus in hominibus, quoniam carnes sunt. Nisi igitur affigantur cruci hæ carnes, & configantur clauis à timore domini, non permanebit in his spiritus Dei. Hæc Ambrosius. De hoc ergo timore, & de huiusmodi peccati detestatione, non disputamus aduersus Lutherum: quinimò conuenit inter nos de hac re. Aliter contingit detestari peccatum timore pœnæ: sic videlicet, quòd timore pœnæ, & peccati opus, &

A peccandi voluntas prorsus abijciatur. Contingit enim, vt quis consideret gehennam, & grauisimam eius pœnam, quam maximè odit, & inde ascendat ad considerationem Dei, qui potest talem pœnam infligere, & sic considerans timet Deum velut potentem talem pœnam infligere. Et hic timor Dei dicitur seruilis, quando timetur Deus propter solam eius potentiam. Et hunc vt nos habeamus, & persuadet & incitat Dominus ipse, qui dicit: Eum timete, qui potest corpus & animam mittere in gehennam. Deinde peccator hoc timore percussus progreditur ad considerationem peccati sui, quod causa est vt talis pœna irrogetur peccatori: quapropter considerat quanta sit peccati grauitas, quanta eiusdem foeditas, quanta etiam enormitas, quæ talem exigit pœnā. Et consideratione tandè huius grauitatis & foeditatis peruenit vt absolute & simpliciter sic fugiat peccatum, quòd nulla in eo peccandi maneat voluntas, sic videlicet, quòd etiã iam pœnam nunquā fore infligendam certò sciret, nunquàm peccare vellèt, quoniam iam peccati enormitatē plenè agnouit, ad quā tamen cognoscendā ex consideratione & odio pœnæ surrexit. Talis ergo detestatio peccati, quæ (vt patuit) ex timore Dei seruili oritur, & ex cōsideratione & odio gehennæ procedit, bona est. Talis etiam timor Dei seruilis bonus est, imò donum est spiritus sancti: quod patet ex eo, quod proximè citauimus Ambrosij testimonio: Nisi (inquit) affigantur cruci hæ carnes, & configantur clauis à timore domini, non permanebit in his spiritus Dei. Vides hic timorē domini pertinere ad spiritū Dei. Sed quòd de timore seruili loquatur, conuincitur ex eo, quod parum infra in fine eiusdem sermonis ait: Ille enim, inquit, dignus est qui habet Christi timorem, vt crucifigat carnale peccatum. Hunc timorem sequitur charitas. Hæc ille. Ex cuius verbis patet, aliquem esse timorē domini bonum ante charitatem, quod tamen negat Lutherus: per quem timorem expellitur peccatum. Nec illū, qui sic peccatum ex illo timore deserit, Ambrosius reprehendit: quinimò laudat. Præterea, si ille timor Dei seruilis malus est, quis est ille timor, qui est initium sapientiæ? Non certè timor filialis, quoniam iste posterior est ipsa vera sapientia, cum ex charitate oriatur, non autem charitas ab illo. Qui sit ergo vt malus sit, qui totius boni initium est, & primus gradus ad virtutem capeffendā? Rursum, Dauid hoc timore fuit à somno peccati excitatus, neque in hoc reprehenditur, quinimò laudatur. Nam & peccatum illi dimissum est per hæc detestationē: tantum abest vt faceret magis peccatorem, prout Lutherus ait: Cū enim Nathan propheta cōminatus esset Dauid ex parte Dei afflictiones & angustias pro peccato cōmissō, Dauid peccatū agnoscens ait: Peccaui. Et Nathan propheta statim subiunxit: Dominus quoque transtulit peccatū tuum à te. Quòd etiã timore illo fuerit excitatus, ipsemet Dauid testatur dicēs: Circudederūt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me, dolores inferni circudederūt me, preoccupauerunt me laquei mortis. Deinde Esaias propheta ait: Domine in angustia requiesierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis. Sicut quæ concepit, cum appropinquauerit ad partum dolens clamat in doloribus suis, sic facti sumus. A facie tua domine concepimus, & quasi parturimus spiritum. Et vbi nos habemus, à facie tua domine, translatio. LXX. dicit à timore tuo: & Hieronymus ait esse idem à facie tua, & à timore tuo. Propheta etiam regius peccatores ad poenitentiam excitat, hoc timore eos compungens: Nisi conuersi fueritis (inquit) gladium suum vibrauit, arcum suum terendit, & parauit illum. Hunc etiam timorem inuocabat peccatoribus Ioānes Baptista dicens: Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructus dignos poenitentia. Et paulò post: iam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructū bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Et vt finem imponamus, quoties christus redemptor noster hunc timorē pecca-

peccatoribus incussit? Quoties eos per hunc timorem ad poenitentiam inducere voluit? Nisi poenitentiam (inquit) egeritis, omnes simul peribitis. Per timorem etiam illius ultimi atque terribilis iudicij excitatus ad bonum. Nam cum de iudicio differuisset, dixissetque, illum diem esse incertum, subiunxit: Vigilate ergo, quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Vides hic aperte qualiter timore iudicij compungit, ut ad bene agendum perducatur. Quod si hoc malum esset (ut Lutherus ait) Saluator ipse non tam ex animo hoc persuaderet. Parabola etiam publicani nihil aliud praeferit, quam contritionem qua per considerationem peccatorum, & considerationem enormitatis eorum paratur, bonam esse. Nam de publicano illo dicit veritas, quod descendit iustificatus. Verum quare iustificatus? Quia videlicet in templo orans, a longe stabat, neque audebat oculos ad caelum levare, sed percutiebat pectus suam dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Quare non audebat oculos ad caelum levare? Cognoscebat certe gravitatem & multitudinem peccatorum suorum, & ideo indignum se iudicabat qui propius accedere posset, aut oculos in caelum levare: ideo percutiebat pectus suum dicens: Deus, propitius esto mihi peccatori. Ecce, vides contritionem huius publicani quam paravit per discussionem, collectionem & detestationem suorum peccatorum. Et per illam contritionem iustificatus est, qui ante non fuerat iustus: quoniam ipsamet veritas ait: Amen dico vobis, descendit hic iustificatus. Verum cum ascendisset in templum oraturus, non erat iustus, sed descendit iustus. Postremo illa filij prodigi parabola ad quid aliud spectat, quam ut doceat nos ex odio poenae ad Deum converti, talemque conversionem esse Deo gratam? Filius siquidem ille, cum omnem substantiam quam a patre acceperat, male consumpsisset, in tantam redactus est inopiam, ut porcos pasceret: & tanta fame premeretur, ut cuperet faturari de filiquis, quas porci mandu cabant: & nemo illi dabat. Ecce, vides stimulum poenae grauis excitantem a somno peccati. Vide qualiter excitatur, quia cum fame periret, in se reuersus dixit: Quanti mercenarij, in domo patris mei abundant panibus: ego autem fame pereor. Quid autem fecit eum ad se reuerti? certe fame maxima quam patiebatur, fecit eum, qui extra se & patrem suum abierat in regionem longinquam vitorum, ut rediret ad se & ad patrem suum, id est, ad considerationem suae foeditatis, & bonitatis paternae. Felix necessitas, quae illum ad bene agendum compulit. Ad se ergo reuersus dixit: Quanti mercenarij patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereor. Surgam & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater, peccavi in caelum & coram te, iam non sum dignus vocari filius, &c. quod autem contritio huius bona fuerit, patet, quoniam receptus est a patre, & datur illi stola prima, videlicet prima gratia, qua per peccatum exutus fuerat, & gaudium fit cum eo, & merito, quoniam magnum gaudium fit in caelo super vno peccatore poenitentiam agente. Hic ergo filius et postmodum patrem diligebat, tamen initium totius suae conversionis, & primus gradus ad illam dilectionem fuit cognoscere suam miseram conditionem, & statum in quo erat. Ad hanc autem cognitionem incitavit & impulit fame quam patiebatur. Quid ergo obgannit Lutherus, & nouum vult nobis condere Euangelium? Haec enim tam aperta sunt testimonia, ut eum vndique transfigant. Sed iam operae precium erit, ecclesiae de hac re definitionem proferre, ut hostem vndique concludamus. Concilium Tridentinum sub Paulo tertio celebratum sessione sexta, capone octavo, haec ait: Si quis dixerit gehennae metum, per quem ad Dei misericordiam de peccatis dolendo confugiatur, vel a peccando abstinemus, peccatum esse aut peccatores peiores facere, Anathema sit. Et idem concilium sub Iulio tertio procedens sessione tertia, cap. 4. haec ait: Illam vero contritionem imperfectam, quae attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennae & poenarum metu communiter concipitur, si voluntatem peccandi excludat

Lut. 13.

Lut. 18.

Lut. 15.

Cavellium
Tridentinum.

A dat cum spe veniae, declarat sancta synodus non solum non facere hominem hypocritam, verum etiam donum Dei esse, & spiritus sancti impulsus, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum inuouentis, quo poenitens adiutus viam sibi ad iustitiam parat: & quantum sine sacramento poenitentiae per se ad iustificationem, perducere peccatorem nequeat, tamen eum ad Dei gratiam in sacramento poenitentiae impetrandam disponit: hoc enim vtiliter concussit Niniuitae, ad Ionae ^{Ionae 2.} praedicationem plenam terroribus poenitentiam egerunt, & misericordiam a Domino impetrarunt. Quamobrem falsum quidam calumniantur catholicos scriptores, quasi tradiderint sacramentum poenitentiae absque bono motu suscipientium, gratiam conferre: quod nunquam ecclesia docuit nec sensit. Sed & falsum docent contritionem illam esse extortam & coactam, non liberam, & voluntariam. Postquam concilium praefatum doctrinam de contritione dederat, ne quis contrariam impunere audeat dicere sententiam, placuit illi contra similes audaces canonem latae sententiae statuere, qui quintus in ordine est, haec verba habens: Si quis dixerit, eam contritionem, quae paratur per discussionem, collectionem, & detestationem peccatorum, qua quis recogitat annos suos in amaritudine animae suae, ponderando peccatorum suorum gravitatem, multitudinem, foeditatem, amissionem aeternae beatitudinis, & aeternae damnationis incursum cum proposito melioris vitae, non esse verum & vtilem dolorem, nec praeparare ad gratiam, sed facere hominem hypocritam & magis peccatorem: demum illam esse dolorem coactum, & non liberum ac voluntarium, Anathema sit. Haec tenus Concilium Tridentinum. In cuius verbis ambo Lutheri errores, de quibus in hoc capite differuimus, apertissime damnantur. De hac re scripsit ante quadraginta annos frater Stephanus Brulifer tractatum insignem de timore domini seruilis, aduersus quendam innominatum praedicatorum, qui tunc temporis populo praedicans, eadem docere tentauit de timore seruilis, quae nunc Lutherus docet. Scripsit etiam nunc Ioannes episcopus Rossensis in eo opere, quod contra Lutheri captiuitatem Babylonicam addidit: cui rei totum vnum articulum videlicet sextum tribuit. Iacobus Latomus in opere quod pro assertionem facultatis Louaniensis contra Lutherum scripsit, multo fusiuss quam Rossensis de hac re tractat. Alium autem non vidi.

B

CORRECTIO.

DE hac re est vnus error, dicēs quod populares possunt ad suum arbitriū dominos delinquentes corrigere, sed de hoc infra disputabimus in titulo de subditis.

CREATURA.

PRima de hac re haeresis est, dicens creaturas ab alio quam a Deo esse factas. Verum haec in plures adhuc sectas diuiditur. Quidam enim dixerunt totum hunc mundum fuisse ab angelis factum. Et huius erroris princeps fuit Simon ille Magus, de quo in Actis apostolorum fit mentio, quem secutus est Menander illius discipulus, & Saturninus, a quo Saturniani dicti sunt. Qui ait solos septem angelos fecisse mundum praeter conscientiam Dei patris. Et Cerinthus. Alij dixerunt creaturas factas esse a malo Deo. Hi enim (ut infra dicemus) duos posuerunt Deos. Vnum bonum, qui nihil rerum harum creauerit: alium malum, a quo omnes creaturas processisse dicunt. Huius haeresis autores fuerunt hi qui appellati sunt Gnostici. Hos secutus est impius Manichaeus.

Simon
Magus,
Menander,
Saturni-
nus,
Cerinthus

Gnostici,
Manichaeus

F. ALFONSI DE CASTRO MINORITAE

Augustinus tamen in libro de hæresibus, cap. 46. de Manichæis loquens, dicit C
illos afferere mundum fuisse factum à bono Deo, sed habere in se commixtionem mali. Sed Theophylactus Manichæos dicit afferere creaturam esse à malo Deo factam. Exponens enim miraculum illud quod est apud Ioannem, quâdo de quinque panibus satiavit dominus quinque millia hominum, sic ait: Confundantur Manichæi, dicentes quod panis & omnes creaturæ factæ sint à malo Deo: propterea si quis dederit eis panem, non accipiunt illum de manibus illius, sed procul quidem illum abijci iubent: stantes autem & maledicentes ei qui dedit, dicunt: Qui seminavit te, dispergatur: & qui pinsuit te, pinsatur carne, & similia. Confundantur itaque, dicentes quod boni Dei filius Christus panes multiplicavit. Nam si mala fuisset creatura, beatus Deus illam utiq; non multiplicasset, ut taceam interim quod ipse panes comedit. Hæc Theophylactus. Et Concilium Braccarense primum, cap. 13. hoc idem tribuere videtur Manichæo, quod illi tribuit Theophylactus, sicut infra patebit. Eundem etiam errorem cum Manichæo docuit postea Priscillianus. Hæc ergo istorum omnium hæreticorum communis hæresis conuincitur per id quod dicitur Genesis primo: In principio creauit Deus cælum & terram. Non ergo angeli, aut aliæ virtutes. Et Salomô ait: Creauit Deus, ut essent, omnia. Et Ecclesiasticus idem expressè asserit, dicens: Qui viuunt in æternum, creauit omnia simul. Verû hoc testimonio non conuincitur Manichæus, quoniam dicit malum Deum esse æquè ætærnum, sicut bonum: quapropter illum Ecclesiastici locum de suo malo Deo interpretabitur. Sed audiat Malachiam dicentem: Nunquid non Deus vnus creauit nos? Ecce Manichæe, Dei vnitatem, & illum vnum Deum creatorẽ omnium nostrum. Non ergo creaturæ sunt ab angelis, ut Simô, aut Menander, aut Valentinus dixerunt. Non etiam à malo Deo, ut impius Manichæus dixit, & illius sectator Priscillianus. Sed quoniam Manichæus (ut aliàs dicemus) vetus D
testamentum rejicit, ad nouum confugiamus instrumentum. Ioannes de filio Dei loquens, ait: Verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et paulò post: In mundo erat, & mundus per ipsum factus est. Et Paulus Apostolus ait: Qui autem omnia creauit, Deus est. Et particularem sermonem de cibis alibi faciens, reprehendensq; eos qui ab illis abstinere docent, ait illos habere cauteriatam conscientiam, qui prohibent nubere, & prohibent abstinere à cibis, quos creauit Deus ad percipiendum cû gratiarum actione. Et. xxiiij. seniores procidentes ante thronum in Apocalypsi dicebant: Dignus es domine Deus noster accipere gloriam, & honorem, & virtutem: quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam sunt, & creata sunt. Et Concilium Nicænum ad reprimendam hanc Manichæorum insaniam, adiecit in suo symbolo credendum esse in vnum Deum, factorem cœli & terrę, visibilem omnium & inuisibilem. Deniq; Conciliū Lateranense sub Innocentio papa huius nominis tertio, postquã tres omnes summæ trinitatis personas vnicam esse substantiam dixerat, hæc verba subdit: Vnum vniuersorū principium, creator omnium, visibilem & inuisibilem, spiritualium & corporalium: qui sua omnipotenti virtute simul ab initio temporis vtranque de nihilo cõdidit creaturam, spiritualem & corporalem, angelicam videlicet & mundanã: ac deinde humanam quasi cõmunem ex spiritu & corpore constitutam. Hæc concilium. Quæ verba habentur in volumine decretalium primo de Sum. Trin. & fide catho. Deinde Concilium Braccarense primū, cap. 13. sic definit: Si quis dicit creationem vniuersæ carnis non opificium esse Dei, sed malorum angelorū, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt, anathema sit. Hæc Concilium Braccarense. Contra Manichæos cū aliàs pluries scripserit Augustinus, tamẽ de hac re signanter scripsit super Genesis contra Manichæos.

Secunda

ADVERSVS HAERESSES, LIB. IIII. Fol. 138

A S Econda hæresis quã ex priore Manichæus deducit, est q̄ creaturæ sunt ma
læ ex se & generatione sua: quia (inquit) à malo Deo creatæ sunt. Cui sententia postea subscripsit Priscillianus. Hæc autẽ hæresis aded est aperta, ut non esset opus aduersus eam pugnare, nisi cõtra homines effrõtes & duræ cervicis ageremus. Sed suo eos telo configamus. Omnis creatura ex se bona est, quia (ut iam proximè conuicimus) omnis creatura ab vno Deo, qui summè bonus est, facta reperitur. Præterea, descripta per Moysen omnium rerum creatione, statim addidit: Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Quid ergo insanit Manichæus, dicēs ea omnia esse mala? Rursum, Sapiēs ait: Diligis domine omnia, & nihil odisti eorū quæ fecisti. Sed si creaturæ ex se malę essent, Deus id quod malum est, diligeret. Sed iam ad testamentum nouū recurramus oportet, quia cõtra Manichæos agimus. Paulus ait in priore ad Timotheum epistola: Omnis creatura Dei bona est. Postremò, Conciliū Braccarense primū, cap. 7. suorū decretorū sic definit: Si quis dicit diabolum nõ fuisse prius angelum bonum à Deo factum, nec Dei opificium fuisse naturã eius, sed dicit eum ex tenebris emerisse, non aliquem sui habere autorẽ, sed ipsum esse principium absq; substantia mala, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt, anathema sit. Et cap. 8. iterum: Si quis credit q̄ aliquas immundas creaturas diabolus fecerit, & tonitrua, & fulgura, & tempestates, & siccitates ipse diabolus autoritate sua facit, sicut Priscillianus dixit: anathema sit. Hæc Cõciliū Braccarense. Nec opus est plura adferre in re tam aperta. Cõtra hanc hæresim scripsit B. Augustinus in pluribus locis, præsertim in lib. 1. de libero arbitrio, quo loco ostendit nihil esse malum, nisi à nostro libero arbitrio, & in lib. 2. de moribus Ecclesiæ.


CRVX.

B DE hac re est vnus error, qui nullo pacto permittit crucem adorari, sed dicit esse idololatram eum qui crucẽ aut adorat, aut quomodolibet reueretur. Sed de hoc errore iam supra disputauimus in titulo de adoratione, errore primo.

FINIS LIBRI QVARTI.

AA 2

F. AL-



F. ALFONSI DE CASTROZAMOREN. MINORITAE, ADVERSUS HAERESIS, Liber V.

REFUTATIONES, ADVERSUS HAERESIS, Liber V.

DECIMAE.

Decimas non esse sacerdotibus soluendas quidam haeretici docuerunt: quanquam ad hoc docendum non eadem ratione omnes persuadebantur. Fuerunt enim quidam dicti Pseudapostoli, quorum dux & magister fuit quidam Gerardus Sagarellus de Parma circa annum domini. 1260. qui captus, & iudicio ecclesiae damnatus, igni traditus est. Hi ergo Pseudapostoli (vt Guido ait) dixerunt decimas non debere dari sacerdotibus Romanae ecclesiae: quia non sunt pauperes, sicut Apostoli. Post istos successit in eodem errore Ioannes Vvicleph, alia ratione motus. Dicebat enim quod decimae sunt purae eleemosynae, & parochiani possunt propter peccata suorum praelatorum ad libitum suum eas auferre. Sed haec sententia conuincitur esse haeretica per hoc, quod nulli licitum est transgredi praecipuum diuinum. Praecipuum autem diuinum est de decimis soluendis: Omnes (inquit Deus) decimae terrae, siue de frugibus, siue de pomis arborum, domini sunt, & illi sanctificantur. Haec autem decimae multiplici ratione praecipuntur a Deo. Prima, vt sit cibus in domo domini. Sic enim per Malachiam prophetam dominus ait: Inferte omnem decimam in horreum meum, vt sit cibus in domo mea, hoc est, ad sustentationem eorum, qui in domo mea sunt. Iuxta quod dictum fuerat in lege: Nihil aliud possidebant, decimarum oblatione contenti, quas in vsu & eorum necessaria separauit. Secunda causa est, vt seruiant in templo, & orent Deum pro populo. Et haec causa assignatur in libro Numerorum: Filijs (inquit) Leui dedi omnes decimas pro ministerio, quo seruiunt mihi in tabernaculo foederis, vt non accedant vltra filij Israel ad tabernaculum: solis filijs Leui in tabernaculo seruientibus, & portantibus peccata populi. Cui consonat id quod Apostolus ait: Qui altario deseruiunt, cum altario participant. Tertia causa est, vt vacent legi Dei, & populū doceant. Quae causa describitur in secundo libro Paralipomenon, vbi dicitur: Praecipit etiam habitantibus in Hierusalem, vt darent partem sacerdotibus & Leuitis, vt possent vacare legi domini. Cui consonat Paulus, dicens: Si seminamus vobis spiritualia, magnum est si nos carnalia vestra metamus? Quarta causa est pauperum egestas. Non enim propter solos ipsos sacerdotes decimae illis redduntur, sed etiam propter pauperum necessitatem. Vnde Augustinus ait: Decimae ex debito requiruntur. Qui eas dare noluerit, res alienas inuadit: & quanti pauperes in locis suis vbi ipse habitat, illo decimas non dante, mortui fuerint, tantorum homicidiorū reus ante aeterni iudicis tribunal apparebit: quia rem a Deo pauperibus delegatam, suis vsibus referuauit. Haec Augustinus. Ecce, vides Deū sapissimè praecipuum de decimis soluendis repetere. Non sunt ergo purae eleemosynae, cum illo iure debeantur. Quid ergo Pseudapostoli & Vvicleph aduersus Dei praecipuum docere tentant? Sed dicunt Pseudapostoli: Pauperes non sunt sacerdotes: habent vnde alijs viuant: nō ergo eis debentur, quia iam panis sufficiens est in domo domini. Esto. Sed nunquid haec sola fuit causa, vt decimae illis darerentur? Sed istis patrocinator Vvicleph dicens: Multi ex eis nec seruiunt in templo, nec Deum pro peccatis populi orant, sed ipsi peiores populo sunt, nec plebem sibi commissam docent: non est ergo cur illis decimae per-

Pseudapostoli.

Ioannes Vvicleph.

Leuit. 7.

Malac. 3. Num. 18.

Ibidem.

1. Cor. 9.

2. Par. 31.

1. Cor. 9.

C

A soluantur. Concedimus plures a sacerdotibus tales esse, vt profus indigni sint sacerdotis nomine. Sed nunquid propter solos sacerdotes decimae persoluantur eis? Pauperum enim egestatem ostendimus esse causam, propter quam decimae debeant persolui. Et propter hanc causam docent peritissimi Theologorum, sacerdotes etiam alijs abundantes in diuitijs, posse decimas recipere tanquam earum dispensatores, vt eas videlicet pauperibus distribuunt. Et qui hoc non faciunt, iniuste eas retinent. Sed esto, nec sacerdos qualis oportebat sit, nec decimas pauperibus diuidat, nunquid ideo quod illi iure debetur, est denegandum? Hac enim lege fieret, vt cum quilibet etiam laicus necessaria victui & vestitui haberet, si vltra hoc aliquis alius pecuniam, quam mutui lege aut alicuius rei venditione illi debebat, illi denegeret, nolens debitum soluere, iuste hoc faciat, quoniam communis omnium sanctorum sententia est, vt qui vltra necessitatem sibi aliquid reseruat, rapere dicatur. Ambrosius inquit: Plus quam sumptui sufficit, violenter detentum est. Et Hieronymus ait: Aliena rapere conuincitur, qui vltra necessitatem sibi reseruare probatur. Augustinus idem sapissimè repetit. Iuste ergo, iuxta Vviclephi & pseudapostolorum sententiam iste debitor posset negare debitum creditori superflua habenti, qua illa superflua iniuste habet. Verum absit vt hoc concedamus, quia etsi ille male agit retinendo, iste non ideo bene agit debitum negando: quoniam non ad quemlibet spectat, vt male agentem puniat. Ita etiam quauis sacerdotes non rectè officium sibi commissum exequantur, non tamen ideo plebs bene agit decimas illis denegando: quia non ad plebem spectat sacerdotum peccata punire, sed ad superiores, puta ad episcopos, aut archiepiscopos, aut summum pontificem: qui deberent sacerdotes male viuentes officio & beneficio priuare, & in eorum locum alios bonos subrogare. Quod si non fecerint, relinquendi sunt iudicio diuino puniendi. Nec opus est in hac re amplius morari, cum sit de hac re expressa definitio. Nam inter. 45. articulos Ioannis Vviclephi in Concilio Constantiensi condēnatos, is vnus decimo octauo loco constituitur, sub his verbis: Decimae sunt purae eleemosynae, & parochiani possunt propter peccata suorum praelatorum ad libitum suum auferre eas. Qui articulus simul cum alijs vna super omnes lata sententia, per Concilium Constantiense damnatur. Verum hic admonere volo lectorem, vt non existimet me sentire, vt ex praecipuo diuino sit nunc omnibus iniunctum decimas sacerdotibus tribuere iuxta veram & praecipuum decimae partis assignationem. Quod ideo dico, quia etsi ab omnibus receptū sit aliquid deberi sacerdotibus offerri, & hoc non solum iure diuino, verum etiam lege naturae, tamen vtrum id quod debetur, sit iuxta veram decimae taxationem computandum, de hoc est controuersia inter doctores: Canonistis dicentibus etiam illā decimae taxationem esse iure diuino adhuc sacerdotibus debitā: Theologis verò dicentibus talem decimae taxationem fuisse veteris legis ceremoniam, atque ideo fuisse per mortē Christi abrogatā, sicut & ceterae veteris legis ceremoniae. Quapropter dicunt aliquid deberi sacerdotibus de iure diuino & naturali: quod autem tale quid sit sumendum iuxta veram decimae taxationem, illud dicunt esse nunc in lege Euangelica ex solo iure humano. De qua re impraesentiarum non est mentis meae aliquid definitio: quoniam non suscepti onus tractandi opiniones, sed veram fidē contra haeticos, contra quos satis esse arbitror ostendisse sacerdotibus decimas deberi ex praecipuo diuino, quod nemini transgredi licet. At autem talis decima sit verè decima totius pars, an non, parū refert: quia etsi praecipuo diuino non esset indicta, iure tamen pontificio praecipitur, cui omnes Christiani subesse tenentur.

Concilium Constantiense.

DEVS.

C

Secretissima res est Deus, & quæ omnium intellectus maximè fugiat: adeò vt Propheta quidam fuerit coactus dicere: Verè tu es Deus absconditus. Nec mirum, quoniam (vt ait Paulus) habitat lucem inaccessibilem, quam nullus oculus ferre potest. Hinc cum Dominus pertransiret coram Propheta Helia, & ante dominum spiritus grandis & fortis, subuertens montes, & cõtere-rens petras, Helias operuit vultum suum pallio, quia videlicet sciebat tantum diuinæ maiestatis splendorem humanos oculos ferre non posse. Nam si filij Israël non poterant intendere in faciem Moyfi, eò quòd cū domino in monte habuisset colloquium, quid putas faciet intellectus humanus, si intendere velit in faciem Dei, vt illum propriij ingenij acumine penetret? Certè necessariū est vt fiat quod Sapiens ait: Scrutator maiestatis opprimetur à gloria. Quapropter nulla est res, in cuius cognitione perfecta magis oporteat captiuare intellectum nostrum in obsequium Dei, quam ipsemet Deus, quoniã ad inuestigandum supremū illud vnitatis & trinitatis mysteriū nullus intellectus fide destitutus sufficit. Hinc tot de hac re ortæ sunt hæreses (omitto Gentilium & Paganorum errores) quoniã suis viribus innitentes, de suo ingenio confisi, magis humanis argumentationibus quàm fidei tribuerunt. Et ita factum est, vt maiestatem diuinã perscrutari volentes, oppressi sint à gloria, & in multas hæreses lapsi sint. Quia ergo posuerunt in cœlum os suum, & montem illum qui super omnes mōtes est, tetigerunt: oportet vt lapidibus ora eorum obstruamus, iuxta præceptū domini dicentis: Omnis qui tetigerit montem, lapidabitur. Ad has ergo hæreses refellendas hoc ordine aggrediemur, vt primò illæ pertractentur, quæ ipsam diuinitatem absolutè sumptam respiciunt. Deinde illas discutiemus, quæ ad singulas diuinas personas spectat.

Prima ergo hæresis est, quæ asserit plures deos. Et hæc in plures factiones diuisa est. Hoc enim hæreticis est cõmune, vt nunquàm sibi constet. Quidam enim dixerunt duos esse deos, vnum bonum, à quo omnia bona: alterū malum, à quo omnia mala procedere dicebant. Huius hæresis primi autores fuere ij qui Gnostici appellati sunt: de quibus iam aliàs diximus. Post istos Apelles quidam (de quo Eusebius lib. 5. historiae ecclesiasticae, capite decimo tertio) eundem tutatus est errorem de duobus dijs, vno bono, altero malo: quanquàm aliquantum in hoc à Gnosticis differt, qui (vt Augustinus de hæresibus, capite. 23. refert) non dixit illos duos deos esse duo rerum principia, sed vnum tantum dicit esse principium, Deum scilicet bonum, & ab illo factum alterum Deum, qui cum malignus esset, mundum in sua malignitate fecit. Hos Gnosticos post aliquot annos imitatus Manichæus, eundem docuit errorem, & sub hoc magis præualuit quàm sub Gnosticis: adeò vt ab illo nomen accepit, & Manichæorum iam appelletur. Verùm hic Manichæus (vt commune est hæreticis, qui sepultas iam hæreses suscitant, & quo clariore appareant, insaniam augere procurant, ex suo cerebro non nihil addentes) vltra Gnosticos hoc dixit, duo videlicet scripturæ instrumenta à duobus illis dijs processisse. Testamentum vetus dicit esse factum à malo Deo, testamētum autem nouum à bono, & hunc conditorem noui testamenti dicit esse patrem domini nostri Iesu Christi, non autem illum qui fecit vetus testamentum. Hunc errorem post multa secula ab inferis reuocarunt Albanenses. Hoc enim illis impingit Guido. Et catalogus hæreticorum idem tribuit Albigenisibus. Alij autem hæretici dixerunt duos esse Deos, sed non dixerunt vnum bonum esse, alterum verò malum. Huius erroris autor fuit quidam nomine Cerdō, quanuis Philaster dicat Cerdonem sensisse duos deos, vnu bonum, & alterum malum.

Beatus

A Beatus tamen Augustinus lib. de hæresibus, cap. 21. dicit Cerdonem posuisse duo principia sibi aduersantia, & Deum legis ac Prophetarum nõ esse patrem Christi, nec esse bonum, sed iustum: alium verò Deum esse patrem Christi, & hunc esse bonum. Ecce, ex Augustini sententia Cerdon non posuit aliquem Deum esse malum, quoniam dicit illum esse iustum, quanuis non sit bonus. Vt autem beati Augustini sententia cõfirmetur, in medium producam Irenæum, multò vetustiorum Augustino & Philastro. Is enim Irenæus lib. 1. aduersus hæreses, cap. 28. de hoc Cerdone loquens, ita ait: Et Cerdon autem quidã ab his qui sunt erga Simonem occasionem accipiens, cum venisset Romam sub hoc Hygino, qui nonum locum episcopatus per successionē ab Apostolis habuit, docuit eum qui à lege & Prophetis annunciatus sit Deus, non esse patrem domini nostri Iesu Christi. Hunc enim cognosci, illum autē ignorari: & alterum quidem iustum, alterum autem bonum esse. Hæc Irenæus. Ex cuius verbis nil tale habetur, vt Cerdon senserit duos esse Deos, quorum vnus sit bonus, alter malus. Hunc Cerdonem secutus est Marcion Ponticus Cerdonis discipulus. Eodem tempore quo fuit præfatus Cerdon (vt Irenæus lib. 3. aduersus hæreses, cap. 4. ait) extitit quidam hæreticus Valentinus nomine, qui cum Platoniscus esset (vt Tertullianus in libro de hæresibus ait) Platonis sectam religioni Christianæ miscens, multa fragmenta fabulosa docuit. Is enim duo omnium rerum principia esse dixit, quæ appellauit profundum & silentiū: & profundum dixit esse patrem, & ex coniugio profundi & silentij processisse intellectum & veritatem, & protulisse in honorem patris æonas octo, id est, octo secula. De intellectu autem & veritate processisse verbum & vitam, & protulisse æonas decem. De verbo & vita processisse hominē & ecclesiam, & protulisse æonas duodecim, quæ omnes simul sunt triginta, id est, triginta secula. De trigesimo seculo dicit diabolum genitū, & à diabolo alios natos qui fecerunt hunc mundum. Itaque omnia ait processisse ex illis duobus principijs, profundo videlicet & silentio. Quæ omnia sunt mera fragmenta & meræ fabulæ, quæ nulla prorsus ratione fulciri possunt, sed ex cerebro delirantis aut somniantis hominis deriuata. Has fabulas indoctas secuti sunt Secundus, à quo Secundiani: & Prolomæus quidã, & Marcus, huius Valentini sectatores. Contra omnes hos hæreticos non est operosum disputare: cum apertissima sint scripturæ sacræ testimonia, quæ docent vnum tantum esse Deum, eumquæ esse summè bonum, à quo cuncta procedūt. In Deuteronomio dicitur: Audi Israël: dominus Deus tuus vnus est. Et in eodem libro iterum: Videte quòd ego sim solus, & non sit alius præter me. Naaman ille à lepra animæ pariter & corporis sanatus ait: Vere scio quòd non sit alius Deus in vniuersa terra, nisi tantum in Israël. Propheta regius, qui & ipse Israëlita erat, dicit: Quis Deus præter Dominum? aut quis Deus præter Deum? Et iterum: Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es Deus solus. Sapiens Salomon eandem etiam fidem docet: Nec enim (inquit) est alius Deus quàm tu, cui cura est de omnibus. Esaias etiam eandem fidem commendat, qui Deum describit ita loquentem: Ego dominus, & nõ est alius: Extra me non est Deus. Et in eodem loco: Ego dominus, & nõ est alter. Et iterum ibidem: Ego dominus, & non est alius. Et in eodem loco: Nunquid non ego dominus, & non est vltra Deus absque me? Eandē sententiam iterum ibidem repetit dicens: Conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terræ, quia ego Deus, & non est alius. Sed quoniam & Cerdon & Manichæus vetus testamentum non recipiunt: vt nulla illis ad fugam pateat via, testimonij noui instrumenti illos configere oportet. Paulus in priore ad Corinth. epist. sic ait: Scimus quòd nullus est Deus nisi vnus. Nam etsi sunt qui dicantur dii, siue in coelo siue in terra, siquidem sunt dii multi, & domini multi: nobis tamen vnus est Deus pater, ex quo omnia, & nos in illo. Et in epist. ad Gala

A A 4

tas ait:

F. ALFONSI DE CASTRO MINORITAE

Galat. 3.
Eph. 4.4. tas ait: Mediator vnus non est, Deus autem vnus est. Et alibi: Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus & pater omnium, qui super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Omitto hic rationes philosophicas adducere: quoniam non disputamus aduersus gentiles, sed aduersus eos qui Christo nomina in baptismo dederunt, & qui se Christianos iactant, cū nihil minus sint. Aristoteles sapissimè demonstrare contendit vnum tantū esse omnium rerum principiu. Verū cū scripturæ sint adeo apertæ, nō est opus nostris argumentationibus. Quod ait Cerdon, Deum videlicet legis & Prophetarum non esse patrem domini nostri Iesu Christi, cui subscribit Manichæus, addens Deum noui testamenti, nō esse eum qui dedit & vetus. Hęc impietas vnico Pauli verbo conuincitur: Multifariam (inquit) multisque modis olim Deus loquēs patribus in prophetis: nouissimè autem diebus istis locutus est nobis in filio, quē constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit & secula. Quod si aliud adhuc testimonium requiris, aperiat os suum ille mutus Zacharias, & dicat: Benedictus dominus Deus Israël, quia visitauit & fecit redemptionē plebis suæ. Patet quod loquitur de patre domini nostri Iesu Christi, quia non aliter visitauit & fecit redemptionem plebis suæ, nisi mittendo filium suum, vt saluaretur mundus per ipsum. De hoc ergo patre cū loquatur, addidit: Sicut locutus est per os sanctorum, qui à seculo sunt Prophetarum eius. Ecce manifestè patet, Deum qui locutus est per Prophetas, esse etiam locutum in nouo testamento in Euangelistis, & fecisse redemptionē nostram per filium suum. Quod si tertium adhuc petunt testem, petamus & nos auxiliari à beata virgine Maria, vt pro nobis de hac re testimoniu dicat: nec deerit petitioni nostræ. Illa siquidem magnificans Deum, eo quod respexerit humilitatem ancillæ suæ, & fecerit illi magna qui potens est, & alia multa quæ ad patrem domini nostri Iesu Christi necessariò referenda sunt: tandem ait: Suscepit Israël puerum suum, D recordatus misericordiæ suæ: Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham & semini eius in secula. Ille ergo Deus qui fecit nobiscum misericordiam, ille inquam locutus est ad patres nostros, Abraham & semini eius. Nō est ergo alius veteris, alius noui testamenti Deus: nec alius qui locutus est per Prophetas, & alius qui est pater domini nostri Iesu Christi. Verū hoc Paulus expressius docet, qui in epistola ad Romanos ait: Quoniam quidē vnus est Deus, qui iustificat circumcisionem ex fide, & præputium per fidem. Quid ergo insanit Manichæus? Nōne in circumcisione vetus, & in præputio nouum testamētum designatur? Sed iam videamus reliquum quod aiunt: vnum videlicet ex duobus dijs, quos ponunt, malum esse. Quæ vlla vnquā maior potuit esse blasphemia? Quæ aures hoc ferre possunt, aut quis intellectus hoc cogitare potest, vt Deo malitiam impingat? Non possunt hæc vilo pacto coherere, vt Deus sit, & malus: quoniam si Deus est, necessariò bonus est: & si bonus non est, Deus certò non est. His certè hæreticis apertissimè conuenit id, quod Paulus de Gëtibus loquens ait: Cū cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Ecce, qualiter isti impij & blasphemi hæretici Deum glorificant, qui eum malum dicunt. Vide quales illi gratias reddunt, qui supremam illi malitiam impingunt. Cū ergo omnium cordibus à natura insitum sit, vt Deum esse bonum agnoscamus, pro re tam aperta piger testimonia scripturæ adferre: quoniã & si quis ea desideret, apertissima sunt: adeò vt ipsum euangelium, cui soli isti hæretici credunt, dicat: Nemo bonus, nisi solus Deus. Contra hos hæreticos nō esset argumentum arguentis, sed lapidibus, iuxta præceptum domini dicentis: Homo qui maledixerit Deo suo, portabit peccatū suum: & qui blasphemauerit nomē domini, morte moriatur. Lapidibus opprimit eum omnis multitudo populi, siue ille ci-

ADVERSVS HAERESSES, LIB. IIII. Fol. 141

A ille ciuis, siue peregrinus fuerit. Qui blasphemauerit nomē domini, morte moriatur. Quis autē verius Deo maledicit, quā qui dicit Deum esse malum? hic ergo lapidibus opprimendus venit à tota multitudine.

S Ecunda hæresis est, quæ docet Deum esse corporeum. Huius hæresis prius (vt existimo) autor extitit Tertullianus. Quanquam hunc Tertullianum de hac re quodammodò excusat beatus Augustinus in libro de hæresibus, capite octogesimo sexto, dicens non propter hoc dicendū esse hæreticum Tertullianum, quia potuit ita de Deo sentire, vt diceret eum esse corpus quoddam, non quidem tale quod partes habeat, quarum aliæ maiores, aliæ minores existāt, quod etiam loco sit circumscriptum, & certis limitibus conclusum: sed idē potuit nominare corpus, quia videlicet non est inane, sed est aliquid, qui vbiq; totus est. Sed reuera nescio an talis res quæ partes non habet, congruè & aptè posset vocari corpus. Verū beatus Augustinus mitissima vsus censura excusauit quod potuit. Considerauit nanque nullum esse acerbius & grauius crimen quod Christiano possit obijci, quā crimen hæreseos: idēo antequam illud alicui impingamus, oportet prius rem anxie examinare, & lapidem ad filum reducere. Discant ergo ab Augustino eximio fidei zelatore, hi qui tam leuiter de hæresi pronunciant, ne si fortè quispiam docuerit aliquid, quod ab eorum placitis vel digito transuerso discedat, statim hæresim inclaiment, nullam prorsus hominis excusationem admittentes, etiam cū facile excusari potest. Cū ergo beatus Augustinus Tertullianum de hac re excuset, nolo ego aduersus eundem seuerior esse iudex. Malo enim (iuxta beati Chrysostomi sententiam) de misericordia Deo rationem reddere, quā de crudelitate. Sed quauis Tertullianus fuerit excusatus, non tamen idēo pugnare desinam aduersus iam narratam hæresim, quoniam non aduersus homines est nobis colluctatio, sed aduersus hæreses, præcipuè quod huic hæresi non desunt fautores, qui illam tutati sunt etiam absque Tertulliano. Fuerunt enim quidam hæretici appellati Vadiaci, qui dixerunt Deum esse corporeum, & habere membra vt homines habent: moti ex eo quod sapenumero in sacris literis, potissimum in veteri instrumento, Deo membra tribuuntur, & Adam factus esse dicitur ad imaginem & similitudinem Dei: vnde colligunt Deum habere membra quemadmodum Adam. Hi hæretici à suo errore nomen sortiti, vocati sunt Anthropomorphitæ, quia anthropos Græcè, idem est quod homo Latinè. Hæc autem hæresis orta est in partibus Aegypti tempore Damasi papæ, & Theodosij senioris: contra quam scriptis & eam confutauit (vt dicitur in historia Tripartita libro decimo, capite septimo.) Theophilus Alexandrinus episcopus. Frater Bernardus de Lutsemburgo in suo catalogo hæreticorum, dicit hanc hæresim cœpisse sub Agapeto papa, & Berengario imperatore. Et constat eum loqui de Agapeto huius nominis secundo, quoniam Agapetus huius nominis primus (vt Platina refert) fuit sub Iustiniano imperatore, ad quem videndum è Roma vsque ad Constantinopolim accessit, vbi & mortuus est. Oportet ergo vt is Agapetus, de quo catalogus loquitur, sit secundus. A Damaso autem, sub quo pestis hæc orta est, vsque ad Agapetum ferè sexcenti anni intercessere: quapropter nescio apud quem legerit eam cœpisse sub Agapeto & Berengario. Et, quod magis miror, in eodem loco de eisdem Anthropomorphitis loquens, postquam dixerit eam cœpisse sub Agapeto & Berengario, subiunxit quod Theophilus Alexandrinus condemnauit hæresim Anthropomorphitarum: pro cuius rei confirmatione adfert testimonium ex collationibus Cassiani. Et certè hæc duo minime coherere possunt, vt hæresis cœperit sub Agapeto, & eam Theophilus Alexandrinus condemnauerit, & sic sentientes disputatione confuderit: quoniam à Theophilo Alexandrino, de quo Cassianus mentionem facit, vsque ad Agapetum papam secundum ferè sexcenti elapsi sunt an-

sunt anni, & vsque ad Agapetum primum ferè Trecenti anni, quoniam Theophilus iste (vt patet ex historia Tripartita libro decimo, cap. decimo) tempore Damasi papæ fuit. Nam ad eum misit Isidorum quendam episcopum legatum. Vnde conijcere licet fratrem Bernardum de Lutemburgo ex centonibus pluribus malè confutis illud opus confasse, nulla rerum coniectura facta. Apud vnum autorem fortè legerat hanc hæresim sub Agapeto incepisse, & nihil ampliùs ibi legit. Apud Cassianum legit aliud, videlicet quòd Theophilus eam disputatione conuicerit. Et iste illa duo non considerans atq; simul coherere possent, in vnum coniunxit. Quid quod rerum consonantia omiſsa, facillimum erat deprehendi ab homine versato inter eruditos autores, falsum esse quòd sub Agapeto incepit? quoniam præter id quod historia Tripartita refert, Augustinus qui vrrunque Agapetum per aliquod secula præcessit, in libro de hæresibus, capite. 50. huius hæresis meminit sub nomine etiam Antropomorphitarum. Hæc coactus sum digito ostendere, partim amore veritatis allectus, partim calore iracundiæ accensus: cum videam quosdam aded futiles & profusos in pronuntiando & in scribendo, vt quicquid legerint, etiam apud quemcunq; nulla facta rerum indagine, statim transcribant, & coram tota multitudinè magna cum fiducia pronuntiet, satis sibi esse putantes quòd apud alium quempiam legerint. Hæc ergo Antropomorphitarum sententia apertè hæresios conuincitur. Si Deus corporeus est, & figuram habet humanam, & membra, & partes vt homo, oportet vt finitus sit, & certis limitibus concludatur: quoniam id quod infinitum est, nullius potest esse figuræ, cum ad figuram perficiendam necessariò requiratur, vt termino vel terminis claudatur. At Deus, qui infinitus est, nullo potest limite concludi, ergo nec figuram habere, nec loco claudi. Excelsior est enim caelo, (vt est apud Iob) & super stellarum verticem collocatur. Et Propheta ait: Magnus dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis. Quòd si magnitudinis eius nullus est finis, nulla etiam illius erit figura. Præterea si corporeus est Deus, & membra vt homo habet, sequitur quòd non sit totus vbique, sed pars eius in vno loco, & pars alia in alio loco, & ita erit per partes in loca diuisus, quod summæ illius perfectioni maximè obuiat. Rursum, oportet etiam in Deo fateri compositionem, & dicere ea quæ in Deo sunt, non esse omnia infinitæ perfectionis: quoniam quælibet illarum partium ex quibus componitur, minor est suo toto: & ita non æquè perfecta, vt totum: quapropter necessariò erit finita, quoniam quod infinitum est, excedi non potest. Multa alia similia possunt fieri argumenta sumpta ex imperfectionibus, quæ corporibus adiacent: sed ea prolixitate euitans, omitto, quoniam sine illis ex sacra scriptura apertissimum habemus testimonium. Ipsa enim veritas apud Ioannem ait: Spiritus est Deus. Si spiritus est Deus, ergo non est corporeus, & membra humana habens: quoniam eadem veritas apud Lucam ait: Spiritus carnis & ossa non habet, sicut me videtis habere. Quod autem Antropomorphitæ pro se adferunt, parum momenti habet, & ex praua scripturæ intelligentia procedit. Quauis enim scriptura sacra sæpè nomet Dei membra, vtputa caput, oculos, linguam, aures, manus, brachia, & his similia, non tamen sunt illa iuxta literam sumenda, sed iuxta mysterium latè per res illas designatum. Sunt enim pleraq; in sacris codicibus, maximè in veteri instrumento, quod carnali populo & adhuc rudidatum est, quæ nullo modo iuxta literæ primam significationem accipienda sunt, nec accipi possunt, sed in illis quid res ipsa per literam significata vterius portendat aspiciendum est. Res nanq; ipsæ sæpè etiam significant, & aliquid ingerunt sensibus, æquè vt voces. Quod in omnibus metaphoricis locutionibus contingere est manifestum, in quibus propter similitudinem inter aliqua reper tam, vnum alterius nomine appellatur, vt si voracem lupum dixeris, aut aua-

Iob. 22.

Iob. 144.

Iob. 4.

Luc. vii.

Arum talpam: non quòd hæc sint, sed illa, quibus similia esse reperiuntur. Ad eundem modum oportet multa in sacris literis interpretari, & non secundum primam vocum significationem, testante Apostolo, quòd litera occidit, spiritus ^{1. Cor. 3.} autem viuificat. E quibus multis hoc vnum & præcipuum est, quotiescunq; Deo aliquod membrum, aut aliqua effigies tribuitur, tunc membro audito intelligas illo nomine Deo tribui vim illam & virtutem, quæ perfectior in illo membro reperitur: vt cum audis in Deo caput, intellige diuinam essentiam, quæ omnia præcedit. Et cum dicitur caput respectu corporis mystici, quod est Ecclesia, intellige influxum in reliqua mēbra, quæ nos sumus. Cum audis oculos, intellige virtutem videndi talem, vt nihil eum latere possit. Sic enim ait Apostolus: Nulla creatura ei inuisibilis est, omnia nuda & aperta sunt oculis ^{Heb. 4.} eius. Aures habere dicitur, quia talis est in eo vis, vt verbū quantumlibet submissè prolatum, latere eū non possit, de quo Sapiens ait: Auris cœli audit omnia, & tumultus murmurationis non abscondetur. Quòd si in hanc expositionem hi hæretici non slectuntur, sed omnia contendunt iuxta literæ primam significationem intelligi debere, cogentur fateri Deum esse monstrum quoddam, imò tale aliquid quod nihil sit, cum aliquando nominetur leo, aliàs vermis, aliàs locusta. Vnde manifestè conuincitur hæc non esse accipienda iuxta primam literæ significationem: sed iuxta id, quod res ipsa per illas voces designatæ significant. De quorum omnium mystica significatione extat liber beati Anselmi, cui titulus est de membris Deo attributis: in quo exponit quid singula membra Deo attributa significant. Est etiam de eadem re alius tractatus sub nomine Hieronymi inscriptus, quem velut nothum, & beatum Hieronymum minimè redolentem, vir doctissimus Erasimus Roterodamus in quarto tomo operum illius collocauit: in quem locum reiecit omnia, quæ hucusque **B** falsò ascripta erant Hieronymo. Contra hos Antropomorphitas scripsit Theophilus Alexandrinus, cuius proximè fecimus mentionem. Scripsere etiam (vt testatur Ioannes Trithemius in suo catalogo scriptorum Ecclesiasticorum) Faustus episcopus Regiensis, & Ratherius monachus, sed nullum istorum operum vidi.

Tertia est hæresis, quæ potius dicenda est blasphemia, asserens Deum esse mendacem. Hæc est Armenorum hæresis, quemadmodum illis impingit ^{Armeni.} Guido. Dicunt enim Deum dixisse Cain, quòd à nullo homine occideretur, & tamen (vt ipsi aiunt) Cain occidit seipsum, & ita conuincunt Deum dixisse falsum, cum ab homine fuerit occisus. Et certè (vt ingenuè fatear) vix possum credere, etiam si Guido testatur, quòd Armeni in tam grauem errorem sint lapsi, vt Deum esse mendacem fateantur, quoniam hoc non potest in sensum hominis cadere, vt veritatem dicat esse mendacium, præcipue cum Armeni, etsi hæretici sint, scripturas tamen sacras non reijciant. Nam hoc nunquam illis impingit Guido. Si ergo scripturas sacras recipiunt, quomodo poterunt dicere Deum esse mendacem, cum ipsæ scripturæ toties Deum prædicent veracissimum? Non enim (inquit scriptura) est Deus quasi homo, vt mentiat. Et propheta Hieremias ait: Dominus autem Deus verus est. Et ipsemet ^{Num. 2.} Deus ait: Ego sum via, veritas, & vita. Si ergo veritas est, quomodo mentiri poterit? Certè non magis quàm frigus calefacere: aut nigredo albefacere. Præterea quomodo Deus mentiri posset; qui tantum abominatur peccatum? qui toties homines à mendacio deterret, tanquam à vitio pessimo? Abominatio est domino (inquit Sapiens) labia mendacia: qui autem fideliter agunt, placent ei. ^{Prou. 12.} Et alibi: Os quod mentitur, occidit animam. Rursum, si Deus semel mendacij conuincitur, restat vt nunquam ei in posterū credatur. Hoc est enim, teste Ari ^{Sap. 1.} stotele, mendacis hominis præmium, vt illi veritatem dicenti non credatur. Quòd si Deo non est credendum, peribit omnis lex, omni conuictus: nulla erit fides.

F. ALFONSI DE CASTRO MINORITAE

fides. Et non est certè, quòd de hac re amplius contendamus, cum sit tam aperta dementia, vt quiuis etiam infidelis & paganus eam agnoscat. Non est enim natio tam barbara, quæ non horreat mendacium. Quæ de Cain adferunt, non reperiuntur in sacris literis. Scriptura enim sacra non dicit Cain seipsum occidisse, imò nec vllam mortis illius facit mentionem; quamuis aliqui doctores opinentur Cain fuisse virum illum, quem Lamech credens esse feram, occidit. Ceterum etsi scriptura dixisset Cain fuisse occisum à Lamech, aut seipsum precipitasse, non idèd Deus arguendus erat mendacij, quia Deus nõ dixerat quòd Cain non esset occidendus ab aliquo homine, sed dixit: Omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur. Quibus verbis solum prohibuit omni homini occisionem Cain: non tamen negauit eam futuram.

Gen. 1.

Quarta hæresis minuit Dei omnipotentiam. Nam Petrus Abailardus (vt illi impingit beatus Tho.) dixit quòd Deus non potest facere res aliter quam facit, quapropter dixit omnia de necessitate absoluta euenire. Sed de hoc errore inferius disputabimus, cum de futuri contingentij agemus.

Petrus Abailard.

Quinta hæresis est quæ negat in diuinis personarum numerum. Huius hæresis autor fuit Noëtus quidam, à quo Noëtiani dicti sunt. De hoc Noëtoto beatus Epiphanius differens in libro octoginta hæresum, hæresi. 57. ita ait: Alius post Bardesanem. Noëtus nomine surrexit, non ante multos annos, sed ante hoc nostrum tempus centum triginta plus minus annis, Atianus vrbis Ephesi existens, qui alieno spiritu ductus, voluit à seipso, quæ neque prophete, neq; apostoli, neq; Ecclesia ab initio obtinuit neque cogitauit, dicere ac docere. Hic à seipso infanix elationibus elatus, ausus est dicere patrem passum esse. Insuperq; ad maiorem fastum ac dementia delatus, seipsum dixit esse Mo- sen & fratrem suum Aaron. Et aliquibus interiectis, addit: Moritur autem idem paulò post vnà cum proprio fratre, non velut Moses in gloria: neque ipsius frater Aaron ille sepultus est in honore. Abiecti enim sunt velut transgressores, & nemo ex pijs ipsos cooperuit. Postea verò sequaces eius mente corrupti, corroborarunt hoc dogma, per ea subducti quibus etiam præceptor ipsorum ab initio. Hæc Epiphanius. Hunc sequutus est Sabellius, eiusdem Noëti (vt Philaster ait) discipulus, à quo Sabellio Sabelliani dicti sunt, & sub hoc nomine nota est magis hæresis, quàm sub nomine Noëti. Orta est hæc pestis apud Ptolemaidem Aegypti, sub Galieno Imperatore, & Sixto papa huius nominis secundo. Hi ergo dixerunt in diuinis vnã tantum esse personã: diuersis tamen nominibus nominatam. Ex quo fonte corrupto hunc etiam vitiatum riuulum deducunt, patrem videlicet esse passum, quemadmodum & filium: quod fateri fuit illis necessarium, cum dicerent patrem & filium eandem esse personam. Et ita ab hac doctrina nomen sortiti, vocati sunt Patripassiani: quia patrem passum esse docebant. Eundem errorem (vt August. ait libro de hæresibus, capite. 70.) docuit postea Priscillianus. Istorum hæresis inde orta est (vt ait Eusebius Cæsariensis. 10. lib. histo. Ecclesiastica, cap. 29.) quòd nescierunt distinguere inter essentiam & personam: vel (vt verbis Eusebij vtar) inter substantiam & substantem: cum tamen latum sit inter illa discrimen. Substantia quidem aut essentia, aut natura, quo vocabulo Theologi scholastici magis vtuntur, est commune aliquid pluribus singularibus, in quo indiuidua singula conueniunt, & quod totum cuiuslibet singularis perfectionem explicat. Persona verò est singulare quoddam, vnumq; numero, mente & ratione præditum, à cæteris eiusdem naturæ indiuiduis singulari proprietate discretum: vt cū dicis hominem, in communi naturam explicas humanam omnibus hominibus communem: communem dico non res, sed sola vocis dictione: cum verò dicis Petrum, Ioannem, Franciscum, personas nominas, quæ in illa natura humana conueniunt. Conueniunt, inquam, sola (vt dixi) vocis dictione, quia quilibet eorum dicitur & est verus ho-

Not. Sabell.

Priscill.

ADVERSUS HAERESSES, LIB. IIII. Fol. 144.3.

Arus homo. Aut si mauis, conueniunt in definitione explicante rei perfectione, qui in quolibet singulari reperitur. In Deo ergo substantia aut essentia est ipsa deitatis natura, quæ totam deitatis perfectionem ducit. Persona verò est singulare quoddam, in quo deitas existit, ab alio singulari realiter separatũ, realiter inquam, non per naturam, sed per proprietatem personalem: vt cum dicimus Deum, substantiam explicamus naturæ diuinæ omnibus personis communẽ. Communem inquam, non (vt diximus de homine) sola vocis dictione, sed vere & realiter communem. Cum verò dicimus patrem, aut filium, aut spiritum sanctum, vnum singulare, aut vnã personam dicimus, in qua deitas subsistit. Cum ergo hoc Trinitatis & vnitatis mysterium tam altum sit, vt humanum & angelicum superet intellectum, hic oportet captiuare intellectum nostrum in obsequium fidei. Quapropter superfluum est, imò ridiculum, rationibus & argumentis hoc agere, sed solis scripturarũ testimonijs, ex quibus aperte demonstrabimus, Deo duce, eiusdem Dei vnitatem, & personarum trinitatem. In libro Genesis, descripta omnium aliarum creaturarum productione, cum de homine creando Deus decernit, sic dicit: Et vidit Deus quòd esset bonũ, & ait: Faciamus hominẽ ad imaginem & similitudinẽ nostram, & præsit, &c. Et paucis interpositis subiungit: Et creauit Deus hominem ad imaginem suam. His verbis, & diuinitatis vnitatis, & personarũ pluralitas aperte ostenditur. Sic enim dixit: Vidit Deus quòd esset bonum, & ait: Faciamus hominem, &c. Cũ verò post nomen singularis numeri quale est Deus, subiunxit verbum pluralis numeri, videlicet faciamus, declarauit pluralitatem personarum: quoniam si vna tantum esset persona, non dixisset in plurali numero, faciamus. Deinde etiam mysterio non caret id quod sequitur. Dicens enim, faciamus in plurali, addidit imaginem, & non imagines: ad similitudinem dixit, non ad similitudines: per hoc innuens, quòd etsi pluralitatem personarum denotauerit plurali numero loquens, non tamen per hoc credendum esse in Deo esse plura exemplaria, sed vnum tantum, ad cuius imaginem & similitudinem homo factus est. Addens insuper nostram, iterum pluralitatem personarum ostendere voluit, vt responderet verbo faciamus. Si enim tantũ vna esset persona, vt Sabellius mentitus est, neam dixisset, non nostram. Præterea in eodem libro cum de subuersione Sodomæ & Gomorræ agitur, sic dicitur: Igitur dominus pluit super Sodomam & Gomorram sulphur & ignem à domino de cælo, & subuertit ciuitates has. Si tantum est vna persona in diuinis, quis est hic dominus qui pluit à domino? Cum enim dixit, dominus à domino, filium ostendit, per quem (vt ait Ioannes Euangelista) facta sunt omnia: qui & à domino pluerè dicitur, quia à quo habet esse, ab illo habet & operari. Dicens ergo, dominus à domino, patrem & filium ostendit. Dominus enim filius est, & à domino, quoniam à patre genitus. Pater autem dominus est, sed non à domino, quoniam ingenitus est. Rursum, Propheta Regius de Christo loquens, vocem patris ad Christum dictam refert in hunc modum: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Et iterum idem: Ex vtero ante luciferũ genui te. Quæ verba Apostolus Paulus de Christo filio Dei esse dicta testatur, qui de Christo loquens in hunc modum ait: Cui enim dixit aliquando angelorum, ego hodie genui te? Non est autem possibile, vt idem gignat seipsum vt sit: nec intellectus hominis potest hoc capere, vt idem sit pater sui ipsius, & filius sui ipsius. Alius est ergo qui gignit, & alius qui genitus est: alius pater, alius filius. Deinde ipsa summa veritas sapissimè hanc docuit veritatem. Nam obijcitur illi Phariseis, quòd de seipso testimonium diceret, ac propterea testimonium illius non esset verum, respondit: Et si iudico ego, iudicium meum verum est: quia solus non sum, sed ego, & qui misit me pater. Et in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testi-

Dicitur in hoc loco de Deo
non per seipsum

Gen. 1.

Gen. 19.

Ioan. 1.

Psal. 2.

Psal. 109.

Heb. 1.

Ioan. 8.

Deut. 17.

monium prehibet de me, qui misit me pater. Nihil certe apertius quicquam dici poterat contra Sabellium. Si enim pater & filius vna est persona (vt Sabellius somniauit) filius solus esse dicitur, etiam si cum illo sit pater: quemadmodum dicerem solum Tullium scripsisse Tusculanas quaestiones, etiam si Cicero scripserit eas, quoniam Tullius & Cicero vna est persona, quamuis diuersa sunt nomina. Quod verò sequitur, apertius adhuc est. Volens enim probare testimonium suum esse verum, citauit pro se legem dicentem duorum hominum testimonium esse verum. Cum ergo ipse & pater illud testimonium perhiberent, oportet vt illud sit verum. Ecce, quo argumento Pharisæos conuincit. Si verò pater & filius vna esset persona, malè argumentaretur, nec bene pro se legem citaret: quia lex testimonium duorum probat, non testimonium vnus. Oportet ergo vt pater & filius duæ sint personæ, si **C H R I S T I** argumentum alicuius est valoris. Et iterum ipsamet veritas eisdem Iudæis ait: Ego & pater vnum sumus. Dicens sumus in plurali, manifestè declarauit se & patrem duas esse personas: quoniam alioqui sum dicitur erat, non sumus. Dicens verò, vnum sumus, declarauit earundem personarum vnam esse deitatem. Et iterum ad patrem orans eadem veritas ait: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Quorum verborum sensus non est, Deum patrem esse solum verum Deum, vt à deitate excludamus **C H R I S T V M**: quoniam iam supra, cum de persona **C H R I S T I** ageremus, probauimus contra alios hæreticos **C H R I S T V M** esse verum Deum. Sensus ergo est, vt cognoscant te, & quem misisti **I E S V M C H R I S T V M**, esse solum verum Deum. Cum ergo patrem & **I E S V M C H R I S T V M** coniunctione copulatiua numerasset, eos dixit esse verum Deum. Ex quibus verbis etiam & personarum pluralitas, & diuinitatis vnitas manifestatur. Verum etsi hæc scripturæ testimonia efficacia sint ad probandum personarum pluralitatem cum deitatis vnitate, non tamen ostendunt veram trinitatem: quoniam ex illo dicto, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, conuincitur plures esse personas, non tamen conuincitur esse tres. Vt autem hoc conuincamus, alia oportet adferre testimonia. Et primò illud est omnium efficacissimum, quantum sub quadam figura latens, quod Abrahamæ ad illicem Mambrae sedenti contigit. Cum enim eleuasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes propè eum. Quos cum vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui, & adorauit in terra, & dixit: Domine, si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum, &c. Vides hæc tres primò apparuisse, & his tribus Abrahamam loquens quasi vni, ait: Domine, quo verbo & personarum trinitas, & diuinitatis vnitas declaratur: quoniam etsi certum sit illos tres angelos fuisse, tamen Abrahamam non tam ad angelos, quam ad illum cuius imaginem illi gerebant, verba sua dirigens, ait: Domine, si inueni gratiam in oculis, &c. Dauid etiam propheta & rex, vt ostenderet Deum trinum in vnitate, ait: Benedicat nos Deus, Deus noster benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ. Cū enim ter Deum nominasset, ne fortè inde occasione aliquis caperet suspicandi tres esse Deos, relatione postmodum faciens, in singulari numero dixit, & metuant eum omnes fines terre. Ter enim nominans Deum, tres declarauit personas. Addens autem, metuant eum, &c. declarauit omnes tres vnum esse Deum. Esaias etiam exprimens voces Seraphin laudantium deum, ait: Sanctus, Sanctus, Sanctus. Sed ne ex eo quòd ter sanctus dixerat, vnitatem diuine substantiæ scissam esse aut diuisam aliquis suspicaretur, subiunxit, dominus Deus sabbaoth. Cū ergo ter sanctus dixit, trinitatem personarum ostendit. Addens autem postea dominus Deus, in singulari, eiusdem trinitatis vnitatem declarauit. Ipsa etiam veritas, Christus videlicet redemptor noster, cum rediuius iam surrexerat, ascensus in cœlum apostolis

A apostolis ait: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Ecce, hæc vides tres personas proprijs nominibus appellatas. Sed cum omnes tres nominaret, in nomine dixit, non in nominibus, vt per hoc ostenderet omnes tres vnū esse deum, & vnam habere deitatis substantiam. Beatus Ioannes in sua canonica epistola hanc rem apertissime docet: Tres sunt (inquit) qui testimonium dant in cœlo, pater, verbum, & spiritus sanctus: & hi tres vnum sunt. Hoc autem testimonium aded est clarū, vt nulla possit tergiversatione cædari. Ibi enim audis tres, & vnum. Tres contra Sabellium, vnum contra Arrium: quemadmodum postea dicemus. Paulus quoque, vt in diuisam sanctæ trinitatis operationem ostenderet, ait: Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorum, amen. Cum enim ter ipsum explicuit, personarum trinitatem manifestauit. Sed addens postea, ipsi, & non ipis, ostendit illas tres personas vnum esse. Et alibi: Gratia domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & communicatio sancti spiritus, sit cū omnibus vobis. Vide ibi tres expressè personas nominatas, quāquam ibi non denotetur earundem vnitas. Sed præsentī proposito satis est hoc, quoniam nunc contra Sabellium agimus negantem in diuinis plures esse personas. Postremò Ioannes in Apocalypsi postquam descriperat illa præclara quatuor animalia, de illis adhuc loquens ait: Et requiem non habebant die ac nocte dicētia, Sanctus, sanctus, sanctus, dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est. Quæ verba simillima sunt illis quæ ex Esaiâ proximè citauimus. Cū ergo tot sint de hac re clarissima scripturæ sacræ testimonia, non est quòd aliquis Sabellio deliranti credat, sed captiuè vnusquisque intellectum suū in obsequium huius fidei, credens deum esse trinum & vnum, trinum in personis, & vnum in essentia. Si enim sola ratione humana hoc mysterium perferuari aliquis voluerit, opprimetur à gloria tanti mysterij. Huic enim dictum esse videtur illud canticorum. Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt. Quia quanto magis nitimur ad hoc mysterium sola ratione inuestigandū, tanto minus cognoscimus, & ob hoc ipsum deum à nobis auolare facimus. Hanc hæresim damnat Leo papa huius nominis primus. Nā epistola septuagesimā prima, quæ est ad Astorigensem episcopum, in qua Priscillianistarum errores rejicit, sic ait: Primò itaque, capitulo demonstratur quā impie sentiant de trinitate diuina, qui & patris, & filij, & spiritus sancti vnam atque eandem asserunt esse personam: tanquam idem Deus nunc pater, nunc filius, nunc spiritus sanctus nominetur: nec alius sit qui genuit, alius qui genitus est, alius qui de vtroque processit: sed singularis vnitas in tribus quidem vocabulis, sed non tribus sit accipiēda personis. Quod blasphemie genus de Sabellij opinione sumpserūt, cuius discipuli etiam Patripassiani merito nuncupantur: quia si ipse est filius qui & pater, crux filij patris est passio: & quicquid in forma serui filius patri obediendo sustinuit, totum in se pater ipse suscepit. Quod catholice fidei sine ambiguitate contrarium est, quæ trinitatem vnitatis sic *ὁμοῦσίου* confiteretur, vt patrem & filium & spiritum sanctum sine confusione indiuisos, sine tempore sempiternos, sine differentia credat æquales. Hæc Leo Papa, vir præter pontificalem dignitatem sanctus simul & doctus. De hac re scripsit diuus Hilarius Pictauorum episcopus in duodecim libris de trinitate, in quibus contra omnes hæreticos de ea malè sentientes disputat: quamuis præcipuè agat contra Arrium. Scripsit beatus Augustinus quindecim libros de trinitate, in quibus multo clariùs & expressius quàm Hilarius rem ipsam pertractat. Scripsit etiam iterum de trinitate & vnitate Dei librum vnum. Richardus de sancto Victore, post istos, eorū dicta & præcipuè Augustini perstringēs, & quodāmodo exponens, composuit sex libros de trinitate. Specialem autem scriptorē, qui contra Sabellium solum de hac re scripserit, hucusque non vidi.

Sexta hæresis est circa personarum diuinarum æqualitatem: quoniam et si plures fateatur personas in diuina natura subsistentes, eas tamē dicit esse inæquales. Prius ergo de filij persona pertractemus, deinde de spiritu sancto dicemus. De persona ergo filij est vna hæresis, quæ dicit filium esse minorem patre, neque esse eiusdem substantiæ cum patre, sed esse meram creaturam. Huius blasphemæ autor primus (quod sciam) fuit Arrius quidam presbyter Alexandrinus, tempore Constantini maioris, & Siluestri papæ: cuius rei historiā qui plenè scire desiderat, legat decimum librum historiæ scholasticæ per Russinū additum, & primum librum historiæ tripartitæ à capite duodecimo vsq; in finem. Verum aliqui sunt qui hunc errorem impingunt Origeni, qui plus quàm per centum annos præcessit Arrium: à quo Origenes Arrium hausisse ferunt. Beatus enim Augustinus in libro de hæresibus, capite quadragesimo tertio de Origenes loquens, sic ait: Dicit præterea ipse Origenes, quod filius Dei sanctis hominibus comparatus, veritas sit: patri collatus, mendacium: & quantum distat Apostoli à Christo, tantum filius à patre. Vnde nec orandus est filius cum patre, quia non est autor indulgendarum petitionum, sed supplicator. Hæc de Origenes Augustinus. Hoc etiam impingit Origeni Theophilus Alexandrinus episcopus in suo paschali per beatum Hieronymum è Græco in Latinum traducto, qui libro secundo eiusdem paschalis dicit Origenem docuisse filiū non esse orandum, neque cum filio patrem. Epiphanius in quadam epistola ad Ioannem episcopum Hierosolymitanum, quam Hieronymus Latinam fecit, ait Origenem fuisse patrem Arrij, innuere volens Arrij doctrinam ab Origenes fuisse deductam. Ad hunc eundem errorem accedit proximè Metangismonitarū hæresis. Hi enim dicebant (vt August. libro de hæresibus, capite quinquagesimo octauo ait) sic filium esse in patre, sicut vas paruum in vase maiore, filium minorem patre facientes. Et ita à doctrina sua nomen acceperunt, Metangismonitæ vocati. *μεταγισμονιται* Græcè, vas dicitur Latinè, *μεταγισμονιται* dictio composita id est quod infusio vnus vasis in aliud. Inde metangismonitæ, id est (si ita licet loqui) transfusantes vel inuasantes. Quis autè fuerit istorum dux, & princeps, Augustinus subicit. Huius hæresis tot extitere post Arrium fautores, vt longum esset & difficile omnes enumerare. Nulla enim fuit vnquam hæresis quæ tantum inualuerit, quoniam valde diffusa, longo tempore durauit. Ab ortu siquidem solis & meridie, videlicet ab Aegypto veniens, per Græciam transfuit in Aquilonem, & inde Gothi egressi totum penè occidentem hoc veneno infecerunt, quoniam illi Ariianis maximè fauebant. Durauit autem hæc pestis ferè per trecentos annos, aut fortè amplius. Nam Hispaniam hoc morbo laborasse tempore Gregorij papæ, ipsomet Gregorio narrante cognouimus: qui. 3. lib. dialogorum, cap. 31. refert Ermigildum primogenitū filium Leonigildi regis Hispaniarum, qui à Gothis origenem duxerat, & Arrianus erat, fuisse ad veram fidem à Leandro Ispalensi archiepiscopo conuersum. Qui Ermigildus ob hoc à patre in vincula & carcerem coiectus, cū in die paschalis à quodam episcopo Arriano eucharistiam sumere noller, ex mandato patris interfectus est, & verus Dei martyr effectus. Mortuo patre successit illi alius filius secundus nomine Recharedus, qui & ipse Arrianus erat: sed hic mortuo patre à Leandro conuersus est ad fidem catholicam, quemadmodum & frater eius Ermigildus. Hic Recharedus paulatim omnes Arrianos eiecit ab Hispania: nec permisit vnquam aliquem sub eo militare qui Arrianus esset. A Constantino autem, sub quo Arrius insanire cœpit, vsq; ad Recharedum ferè ter centum anni interiecti sunt. Hæc narraui vt videatur quanto tempore hæc pestis Ecclesiam vexauerit. Cuius hæresis fautores, etsi non omnes, enumerabo tamè præcipuos, eos videlicet qui famosiores fuere. Post Arriū successit in eadem secta Aëtius quidam: post Aëtium Eunomius alter: post istos Acacius, eodem ferè tempore. Hi

Arrius.

Metangismonitæ.

Gothi.

Aëtius.

A tres, videlicet Aëtius, Eunomius, Acacius, tempore Constantij Imperatoris filij Constantini maioris, fuerunt. Qui autè plura de illis nosse cupit, legat quintum librum historiæ tripartitæ. Varimandus quidam, contra quæ scripsit Idacius clarus Hispanus. Maximinus episcopus, contra quæ Augustinus scripsit, & publicè disputauit, quæ disputatio habetur in sexto tomo operū Augustini impressio ne Parisiensis. Felicianus alius, cū quo disputauit publicè idem pater Augustinus, quæ disputatio habetur in eodè tomo operum Augustini. Pascenarius quidam comes, cū quo etiam disputauit idem pater, & ad quem pro hac re aliquot misit epistolas, quæ disputatio reperitur inter epist. Augustini, epist. 178. Secutus est Petrus Abailardus etiam hunc errorem: quoniam (vt illi impingit beatus Bernardus epist. 190.) posuit gradus in trinitate, dicens personas esse inæquales: qui etsi verbis voluerit differre ab Arrio, re tamen assentit illi. Fuere alij multo plures, qui Arrianam hæresim tutati sunt, sed hi fuere clariore. Hæc hæresis ex his quæ iam alibi diximus, facile conuincitur. Superius quidem cū de Christi persona ageremus, ostendimus ex scripturis Christum filiū Dei esse verū Deum. Ostendimus etiam in huius tituli, quem modo pertractamus, hæresi prima, tantum esse vnum Deum. Aut ergo Christus filius Dei non est Deus, aut si est Deus, oportet vt sit vnus cum patre Deus, quoniam ipse Deus pater per Esaiā prophetam loquens, ait. Ante me nō est formatus Deus, & post me non erit. Ego sum, ego sum dominus, & absq; me non est Saluator. Si ergo ante Deum patrem non fuit alius Deus, nec post illū (vt ille ait) erit alter, ergo filius non est Deus. Quod si Deus est, oportet vt sit ille idem Deus qui pater: quia nec antè nec post ipsum est alius Deus. Præterea si filius est Deus, quomodo potest pater filiū aliquo tēpore præcedere (vt ait Arrius) cū dicat Deus pater, post me nō erit alius Deus? Si filius est Deus, ergo patri coæternus. Nā si patri non est coæternus, sed posterior patre, ergo non est Deus: quia pater ait: Post me non erit alius Deus. Vides quibus angustijs premitur Arrius, dicens filium minorem patre, nec eiusdem substantiæ cum eo, nec coæternum patri, sed posteriorem patre, & ab eo creatum. Hæc enim dicens, cogitur negare filium Dei esse deum, aut si fateatur esse deum, cogitur ponere duos deos, cū dicat illum non esse eundem deum qui & pater, sed alium. Si ergo pater est vnus Deus, & filius alter Deus, iam duo erunt dij. Sed contradicit pater, dicens: Ego dominus, & non est amplius. Extra me non est Deus. Si filius est Deus, & non de substantia patris (vt ait Arrius) iam extra patrem esset Deus. Et certè tam efficax mihi videtur hæc argumentatio, vt quemlibet Arrianum conuincat. Sic enim eum concludit, vt nulla rimula pateat illi qua elabi possit. Nihilominus tamen plura aduersus eum citabimus testimonia. Ioannes namq; Euangelista de filio Dei loquens ait: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Aut ergo filius Dei nihil est, aut factus non est. Quod si aliquid est, & factus est, vt Arrius fateatur, ergo per verbum Dei, hoc est per filium factus est: ergo filius Dei per seipsum factus est, & ita erat antequam fieret. Quæ omnia de nulla re vnus intellectus capere potest: rātū abest, vt de filio dei verè dicatur. Rursum, si filius dei est, ergo equalis patri, & eiusdem naturæ cum eo: quoniam non est aliter possibile vt filius sit, qui nō est de substantia patris. Non est enim possibile vt filius hominis sit, qui non sit homo: multo ergo minùs filius erit dei, qui non est Deus. Si Deus, aut ergo idem Deus cum patre, & est quod fides catholica docet: aut alter Deus, & tunc erunt plures dij. Non est etiam possibile vt filius hominis sit, qui non est de substantia hominis genitus: sic ergo non erit possibile, vt filius dei sit, qui non est de substantia diuina genitus. Quod si ex eadem substantia patris genitus est, & Deus est vt pater, oportet vt equalis sit patri, alioqui nec de substantia patris erit, nec Deus erit. Propterea (inquit Ioan.) magis quærebant eum Iudæi interficere, quia non solum

Eunomius
Acacius.
Varimandus.
Maximinus.
Felicianus
Pascenarius.Petrus.
Abailard.

Esaiæ. 43.

Esaiæ. 45.

Ioan. 1.

Ioan. 5.

foluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat deum, aequalem se faciens Deo. Peiores sunt Iudæis Arriani, & obtusiores ingenio illis: quoniam Iudæi bene intellexerunt Christum prædicantem se æqualem patri per hoc solum quod dixit se filium dei. Videbant enim non posse aliter fieri ut filius dei esset, quin esset etiam Deus, & per consequens æqualis patri, & eiusdem naturæ cum eo. Præterea, Behemoth ille qui diaboli figuram gerit, principium viarum, hoc est operum dei, in libro Iob prædicatur: eo quod prima sit dei creatura. Oportet ergo hac ratione, ut filius dei non factus esse credatur, aut illum post Behemoth factum esse putetur: quoniam alioqui non erit possibile ut Behemoth sit principium viarum dei. Deinde ipsemet filius dei de hac re testimonium perhibet, dicens: Ego & pater vnum sumus. Qui locus (mea quidem sententia) apertissime Arrium conuincit: quanquam Erasmus Roterodamus, vir de bonis literis optimè meritis, aliter sentiat, dicens hoc loco parum agi contra Arrianos: qua de re eum nunc in contentionem voco, non quod cum Arriani cum sentire credam (quod absit & illum sentire, & me de illo credere) sed ut ostendam quod malè locum illum Ioannis circumspererit: nec mirum, quia quandoq; (ut est in prouerbio) bonus dormitat Homerus. Credo certè eum aliter nunc sensurum, si locum reuifat, & diligèter scrutetur. Ut autem clariùs agamus, verba eiusdem Erasmi referam. Is enim doctissimus vir in annotationibus super primam catholicam epistolam Ioannis, exponens illud: Tres sunt qui testimonium dāt in cælo, &c. sic ait: Dominus Ioannis decimo dicit: Ego & pater vnum sumus. Hoc testimonio quomodo prosterneatur Arrianus, nisi doceas vnum in literis sacris non appellari, nisi quæ sunt eiusdem substantiæ? Nunc quum innumera loca suppetant, quæ docent intelligi de consensu mutuâq; beneuolentia, ad confirmandam opinionem orthodoxi valebit: ad retundendam hæretici pertinaciam non video quantum valeat. Quod autem D Christus ibi loquatur de concordia quam habet cum patre, probabili coniectura colligitur, quod Christus non responderet ad id quod dixerat sese vnum cum patre, sed quod deum appellabat patrem suum, seque singulari quodam modo vocabat filium dei. Hucusq; Erasmus: Sed salua huius viri doctissimi reuerentia, hic locus apertissimè Arrium conuincit. Ut autem hoc ostendamus, video à nobis hoc exigere, ut probemus locum illum nullo pacto posse de animorum concordia intelligi. Pro qua re plenè exhibenda illud est ante omnia aspicendum, quid est in eo loco subiecta materia, de qua sermo fiebat: & quis scopus ad quem Christi verba dirigebantur. Hoc enim est maximè necessarium ad cuiuslibet scripturæ intelligentiam, videlicet eiusdem scripturæ circumstantias scrutari, ex quarum scrutinio facillè scripturæ intellectus hauritur. Christus siquidem in eo loco cum de ouibus suis differeret, dixit: Et nõ rapiet eas quisquam de manu mea, hoc est de potestate. Solenne est enim in sacris literis potestatem nomine manus designari. Et ut alia multa testimonia omittam, illud est apertum vbi dicitur: Factum est verbum domini in manu Aggei propheta. In manu, id est, in potestate eius. Sic etiam hic accipiendum est cum Christus dicit: Et non rapiet eas quisquam de manu mea: nisi fortè velimus Deum cum Antropomorphitis corporeū credere: quoniam etsi de Christo posset iuxta literam dici quod habeat manus iuxta naturam humanam, de patre tamen hoc nõ potest dici, de quo postea dicitur: Nemo potest rapere de manu patris mei. Christus ergo volens ostendere oues suas esse tutas, dicit: Et nõ rapiet eas quisquam de manu mea. Ut autè hoc probaret, addidit sequentia, dicens: Pater qui dedit mihi, maior omnibus est. Sic enim ibi legit Erasmus: Et nemo potest rapere de manu patris mei. Ut enim probet Christus neminem posse rapere oues suas de manu sua, hoc assumit, quod videlicet nemo potest rapere de manu patris sui, Vnde colligit quod nemo possit etiã de manu sua assumere. Quod si quis de

A quis de collectione dubitauerit, tanquã malè collegerit, addidit: Ego & pater vnum sumus. Quo dicto probauit bene collegisse in argumentatione sua. Nã si ille & pater vnum sunt, non magis poterit rapere de manu sua, quã de manu patris. Et quod ille sit verborum ordo, ex litera ipsa patet, & Augustinus & Theophylactus sic eam distribuunt. Cũ ergo ad hunc finem verba illa Christus dixerit, constat apertissimè, nullo pacto posse intelligi de veritate animorum, sicut alibi dicitur: Erat eorum cor vnum, & anima vna. Nam si de vnitare & consensu animorum verba illa interpretentur, collectio Christi erit nullius valoris, ut clarissimè patet. Sic enim argumentatur: Nemo potest rapere de manu patris mei, ergo nemo potest rapere de manu mea. Si quis neget eum bene collegisse, probat dicens: Ego & pater vnum sumus. Vnus inquam potestate, de qua tunc erat questio, vnum inquam natura. Vnam certè oportet esse manum patris & filij, ut bene colligat filius neminem posse rapere oues de manu sua, per hoc quod nemo potest rapere de manu patris sui. At si de vnitare animorum & mutua beneuolentia loqueretur, qualis erat illa collectio? Quis non videt illam esse prorsus inualem? Ad hunc enim modum posset quis in gratia existens dicere & argumentari: Nemo potest hunc calamum rapere de manu mea, quia nemo potest rapere de manu patris omnipotentis qui in cælis est. Quod si quis dicat collectionem esse prorsus inutilem, in eiusdem collectionis probationem subijcet id quod CHRISTVS dixit: Ego & pater vnum sumus. Iam (ut opinor) satis apertè ostendemus quã efficax sit hoc scripturæ testimonium aduersus Arrianos. Quod si Erasmus bene circumsperisset, certò scio quod rectius intellexisset. Verum ille (ut patet) non aspexit ad præcedentia, sed solum ad sequentia, per quæ Christus respondit Iudæis. Iudæi nanque audito illo verbo melius quã Arriani illud intellexerunt, ex illo colligentes CHRISTVM se dicere Deum, quia dixerat sese vnum cum patre, quod dictum per sequentia verba quodammodo confirmat. Accedit ad hæc, quod Paulus de eodem filio Dei loquens ait: Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Vides hic æqualitatem Dei. Cur ergo Arri, audes dicere Deum patrem maiorem, filium verò esse minorem? Aduerte etiam quod hic Paulus de Christo loquens secundum expressam diuinitatem dixit, cum in forma Dei esset: non autem dixit, cum in forma Dei factus esset, sicut aliàs de eo iuxta humanitatem dictum est: Verbum caro factum est. Non ergo sic dixit, sed ita, cum in forma Dei esset, quia esse est proprium Dei, iuxta illud: Ego sum qui sum. Ex eodem etiam scripturæ testimonio conuincitur Sabellius. Nam qui par est & æqualis, alterum habeat oportet cui collatus æqualis reperiatur. Ex illa ergo æqualitate duæ ostenduntur personæ. Sed iam opus est ut contra dictum Origenis ostendamus filium Dei orandum. Hoc autem non est magnum negotium, cum apertissima sint scripturæ testimonia. Propheta siquidem de filio Dei loquens, ita ait: Adorate eum omnes angeli eius. Hæc autem verba Paulus interpretatur esse dicta à patre cœlesti de filio suo vnigenito, sic dicens: Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes angeli Dei. Quomodo ergo nõ est orandus, quem clarè constat esse adorandũ? Quo testimonio nõ minus prosterneatur Arrius quã Origenes. Si enim filius Dei est creatura (ut Arrius ait) quomodo illum Deus pater adorare iubet, qui aliàs omnis creaturæ adorationem tam strictè prohibuit? Omitto Magorum adorationem huic etiam in cunabulis existenti exhibitam. Præterea, Stephanus cum lapidaretur à Iudæis, Iesum Christum filium Dei orabat, dicens: Domine Iesu suscipe spiritum meum. Positis autè genibus clamauit voce magna dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum. Petrus etiã ut Aeneam paralyticum à morbo liberaret, ait: Aenea sanet te dominus Iesus Christus. Vox certè illa deprecantis est non imperantis.

Philipp. 2.

tis: quia nemo imperat, nisi illi quæ credit sibi subiectū. Deniq; Paulus ait: Dedit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, coelestium, terrestriū, & infernorum. Quod antè Esaias prophetauerat, qui Dei nomine loquens ait: Mihi curuabitur omne genu. Talis autem genuflexio cuiusdam adorationis & humillimæ deprecationis indicium est. Præter hæc tam aperta scripturæ testimonia extat Cōcilij Nicæni definitio, quod sub Constantino maiore celebratum est: in quo trecenti & decem & octo patres congregati, talem ore proprio ad suam & nostram salutem confessi sunt fidem. Fides Nicæni concilij. Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, visibilem & inuisibilem conditorem. Et in vnum dominum Iesum Christum filium Dei, natum de patre vnigenitum, hoc est, de substantia patris, Deū de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum non factum consubstantiali patri, id est, vnus substantiæ cū patre (quod Græci *ὁμοούσιον* dicunt) per quem omnia facta sunt quæ in cœlo & in terra, &c. Hæc Concilium Nicænum. Eandem fidē protulit Cōcilium Constantinopolitanum sub Theodosio maiore celebratum, & Cōcilium Ephesinum sub Theodosio iuniore, & Cōcilium Chalcedonense sub Martino Imperatore, & plurima alia concilia hoc idem confessi sunt: de qua re extat liber vnus beati Hilarij de synodis celebratis aduersus Arrianos, in quo libro reddit rationem eorum conciliorum quæ aduersus Arrianos celebrata sunt. Verū quoniam Arriani aliquot scripturæ loca perperam intellecta adducunt in suæ hæresis testimonium, pro illis fermè omnibus dissoluendis sufficit admonere lectorem, vt quoniam in Christo duæ sunt naturæ: quædā diuina, secundū quam æqualis est patri: altera humana, secundum quā minor est patre: quotiescunq; scriptura Christo tribuit infirmitatem, aut inæqualitatem patri, aut alia huiusmodi, ea intelligat esse interpretanda iuxta naturam humanam, secundum quam infirmus fuit & debilis, & D patre minor. Secundum illam verbum caro factum esse dicitur, secundū quam patrem orat, & cū clamore valido & lachrymis preces effundit. Reliqua autē de illo iuxta diuinitatem sunt accipienda. Contra hanc hæresim plures scripserunt. In primis Athanasius, quem cū eodem Arrio disputasse ferunt, scripsit de vnitate deitate trinitatis libros duos. Beatus Cyrillus scripsit opus insigne, quod thesaurum inscripsit, quatuordecim libris partitum, in quo contra plures hæreticos agit, præcipuè tamen contra Arrianos. Ex latinis scriptoribus primus (quod sciam) ex his qui extant fuit Hilarius Pictauiorum episcopus, qui etiam in libris de trinitate diffusè contra Arrium & alios hæreticos disputet, tamen specialem librum de hac re contra Arrium ædidi de patris & filij vnitate. Victorinus Afer, à quo dicitur Hieronymum didicisse Rhetoricam, quatuor libris contra Arrium disputat, quod opus ante annos quinque est impressum Basileæ inter illa opera quæ in antidoto hæresum coaceruata sunt. Beatus Ambrosius scripsit de fide orthodoxa contra Arrianos librum vnum, Beatus Augustinus sæpissimè cū Arrianis (vt iam ostendimus) disputauit, & libros contra eos composuit plures: contra sermonem Arrianorum librum vnum: Cōtra Maximinum Arrianorum episcopum libros tres: Contra Felicianum librum vnum. Idacius clarus Hispanus, qui (vt suspicor) eodem fermè tēpore fuit quo Augustinus, scripsit aduersus quendam Varimandum Arrianum insigne opus, quod etiam habetur in eo volumine quod Antidotum hæresum inscribitur. Alios autem non vidi.

Alogiani.

Septima hæresis est, quæ negat filium Dei esse verbum. Huius hæresis autores (vt Augustinus in libro de hæresibus, cap. 30. ait) dicti sunt Alogiani, quasi sine verbo. Logos enim Græcè, Latine verbū dicitur. Et quia in Euāgelio Ioannis expressè hoc habetur quod filius Dei sit verbum patris, hac occasione Euāgelium illud non recipiebant, dicētes illud nō esse Ioannis Apostoli.

A stoli. Contra hanc hæresim non est opus disputare, cū sit tam apertum testimonium Ioannis Apostoli, quod nullo pacto negare possunt. Superius enim ostendimus catalogum librorum canonicorum, in quo insertum est Euāgelium Ioannis. Quo catalogo assignato, tunc signauimus arma catholicis & hæreticis communia, quibus & hæreticum se tueri, & catholicum pugnare oportet. Cū ergo hi hæretici prouocent catholicos ad certamen, non est quòd armania recepta veluti culpata rejiciant. Sed ne testimonijs carere videar, opus est vt aliunde etiam testimonia petamus ad hanc hæresim rejiciendam. Sapiēs nanq; ait: Cū quietum silentium continerent omnia, & nox suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus domine exiliens de cœlo, à regalibus sedibus durus debellator in mediam exterminij terram posiliuit. Hæc autem verba constat non posse intelligi de sermone prolatio, qui verberato ære sonat, quoniam ille omnipotens non est, sed solus Deus omnipotens est. Et alibi expressius: Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis. Et Propheta in persona patris loquens, ait: Eructauit cor meum verbum bonum. Gonstat autem qd de filio Dei loquatur, quoniam de illo sunt illa quæ sequuntur: Speciosus forma præ filijs hominum, &c. Et Esaias apertius hoc docet, qui ait: Exiccatum est foenum, & decidit flos: verbum autem Dei nostri manet in æternum. Verbum autem prolatio simul cū ipso sono transit, & minorem durationem quam foenum habet: quapropter fieri nequit vt ad illud verba Esaiæ referantur, sed ad filium Dei, cuius aduentus in hunc mundum in illo capitulo prædicatur. Illud ergo verbum quod est æternum & omnipotens, & quod est fons sapientiæ, quodq; pater coelestis eructauit gignendo, & quod ex ore altissimi prodijt: illud inquam est filius Dei. Taceant ergo Alogiani, & quæ nō intelligunt venerentur tanquam sacramentum absconditum, & nolint res diuinas ex capacitate sui intellectus metiri.

B Octaua hæresis est de filij persona malè sentiens. Dicit enim filium Dei ignorare diem vltimum. Huius hæresis autores (vt Isidorus lib. 8. Etymologiarum, cap. 5. ait) dicti sunt Ignoitæ, eò quòd ignorantiam impingant Deo. Quis fuerit primus huius hæresis inuentor, aut quo tempore cœperit, Isidorus non prodidit, neque apud alium ego inuenire potui. Ad hoc autē dicendum moti sunt propterea quòd Christus apud Mattheum dixit: De die illa & hora nemo scit, neque angeli cœlorum, nisi solus pater. Et apud Marcum expressè nominatur filius, vbi sic dicitur: De die autem illo vel hora nemo scit, neque angeli in cœlo, neque filius, nisi pater. Sed antequam huic obiectioni responderemus, oportet vt nostram & catholicam fidem prius confirmemus. Propheta regius ait: Omnis consummationis vidi finem. Cū ergo vltimus dies finis sit & consummatio temporis, sequitur quòd illum viderit. Si fortè dicas illud Propheta dictum non esse filio Dei tribuendum, saltè Esaiæ dictum non poteris hac occasione rejicere: quoniam de Christo filio Dei pro nobis crucifixo loquens, ita sub nomine eiusdem Christi ait: Torcular calcui solus, & de gentibus non est vir mecum. Calcui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea: & aspersus est sanguis super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinavi: Dies enim vltionis in corde meo, annus retributionis mea venit. Hic apertè vides filium Dei fatentem se scire diem vltimum, quoniam ait: Dies vltionis in corde meo. Quæ verba constat in persona filij Dei esse dicta, quoniam qui dixerat, Torcular calcui solus, &c. eadem verborum consequentia subiunxit dicēs: Dies vltionis in corde meo. Præterea Paulus de filio Dei loquens ait: In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Si omnes thesauri sapientiæ & scientiæ, ergo etiam notitia vltimæ diei. Rursum, Omnia per filium Dei facta sunt (vt ait Ioannes Apostolus) ergo etiam tempus & omnes dies per illum facti sunt: ergo & vltimum ab illo mente

mente iam factus est, qui nouit omnia quae facturus est, antequam fiant. Deinde ipsemet filius Dei ad patrem loquens ait: Omnia mea tua sunt, & tua mea sunt. Aut ergo filius scit diem ultimum quemadmodum pater, aut pater ignorabit quemadmodum filius, quoniam alioqui falsum esset quod filius ait patri: Omnia tua mea sunt. Et in alio loco: Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Sed si filius ultimae diei notitiam sibi pater seruaui, oportet ut non omnia filio suo pater dederit. Accedit ad hoc, quod si ultimum ignorat, omnes etiam qui sunt ante illum oportet ignorare: quoniam si ignorat diem ultimum, sciet etiam illum solum sibi ignoratum: & si sciret omnes praecedentes diem ultimum, necessarium sciet diem proximè sequentem esse ultimum, aliàs non esset certus se scire omnes dies praecedentes. Quod si certò scit omnes dies praecedentes ultimum, tunc iam sciet proximè sequentem fore ultimum, & ita sciet ultimum. Aut ergo ultimum scit, aut si ultimum ignorat, praecedentes eum ignorare erit necessesse. Ostenso igitur quod filius Dei scit ultimum diem aequè bene ut pater, superest ut declaremus quo pacto intelligendum sit cum ait se diem illum nescire. Pro qua re valde suffragatur nobis id quod in Actis apostolorum legimus discipulos interrogasse dominum, dicentes: Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel: quibus ille respondit: Non est uestrum nosse tempora vel momenta quae pater posuit in sua potestate. Ibi certè filius non negat se scire, sed solum ait non spectare ad illos illius diei scientiam. Vnde colligitur illum diem esse secretum, & nulli reuelandum. Quod prudens ipse dominus fecit, ut nos cautos redderet, & hac occasione vigilare faceret: ideo dixit, de die illa nemo scit. Quod autem hac occasione illud dixerit, ex decursu literae colligitur, quoniam statim subiunxit: Vigilate ergo, quia nescitis qua hora dominus uester venturus sit. Ne autem fortè crederent labore aut industria aut aliqua humana ratiocinatione se posse illum diem scire, addidit, neque; angeli caelorum, ut hoc dicto illos ad quolibet huius diei scrutinium deterreret. Sed quia fortè discipuli hoc vellent ab ipso Christo eorum magistro discere & inquirere (ut eos ab hac inquisitione separaret) ulterius addidit, neque; filius, sed solus pater. Quasi hoc verbo illis diceret: Nolite solliciti esse de illius diei notitia, quoniam illa nullus habet: neque; a me ipso petatis, quoniam nec ego etiam scio. Non quod ipse simpliciter nesciat, sed quia etsi sciat, non tamen ut illis reuelare debeat: quemadmodum si aliquid tibi secretè commissum est ut nulli alteri reueles, & postea aliquis a te de illa re sciscitetur: respondebis, & meritò, te nescire, quoniam etsi scias, non tamen sic scis ut reuelare possis. Sacra autè scriptura, cum pro hominibus erudiendis facta sit, eodè more loquendi utitur quo homines loqui solent. Quapropter (ut ait beatus Augustinus in libris de doctrina Christiana) eisdè tropis, figuris, & metaphoris, utitur, quibus in nostra communi locutione utimur. Filius ergo Dei fatetur se nescire diem illum, quia etsi sciat, non tamen sic ut reuelare debeat. Quod manifestè ostendit illa sententia. Non est uestrum nosse tempora vel momenta quae pater posuit in sua potestate. Noluit autè illis dicere apertè, scio, sed nolo vobis reuelare: ne illos hac responsione tristes redderet, aut minus erga seipsum affectos hac occasione efficeret. De hac re logè disputat beatus Hilarius in 9. lib. de Trinitate, paulò ante finem.

Nona haeresis etiam filio ignorantiam impingit. Origenes namque (quemadmodum illi tribuit Epiphanius in quadam epistola ad Ioannem episcopum Hierosolymitanum) dixit filium non posse videre patrem, nec spiritum sanctum posse videre filium. Et certè Epiphanius citat verba Origenis in libris Periarchon, ubi sic Origenè dixisse refert: Sicut enim incongruum est dicere, quod possit filius videre patrem, sic inconsequens est opinari, quod spiritus sanctus possit videre filium. Haec dixisse Origenem refert Epiphanius. Ut verum fatear, miror virum tam doctum, qualis fuit Origenes, in tam apertum errorem

A errorem fuisse lapsum, cum sit tam apertus locus scripturae ita dicens: Nemo nouit filium, nisi pater: neque patrem quis nouit, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. In hoc loco tam verè tribuitur filio notitia patris, ut ex eo magis reseruet quis suspicari spiritum sanctum non videre patrem. Quamquam & hoc non ita se habet, quoniam ea quae ad se dicuntur, quae nunc recentiores Theologi absoluta & essentialia appellant, tribus personis sunt communia, sicut & ipsa essentia. Quapropter etsi in his locutionibus reperiatur dictio exclusiva, per quam prima fronte excludi videatur aliqua persona, nulla tamen earum excluditur, sed solum excluduntur illae res quibus essentia diuina non sic se comunicat. Ut vnum è multis gratia exempli adferam, per Esaiam prophetam Deus pater loquitur dicens: Ego dominus, & non est alter formans lucem, & creans tenebras. Nunquid ergo dicemus filium aut spiritum sanctum non formare lucem, quia dixit pater, non est alter formans lucem? Absit. Nam de filio Dei Ioannes ait: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et cum aquae creatur, spiritus domini ferebatur super eas. Et de eodem spiritu Dauid ait: Verbo domini caeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Ad hunc modum interpretandum est id quod dicitur: Nemo nouit filium nisi pater, neque; patrem quis nouit nisi filius. Notitia enim res est quae ad se dicitur, hoc est, absoluta, ac proinde essentialis, & omnibus tribus personis communis: quapropter etsi ibi dictio exclusiva ponatur, non est tamen intelligendum aliquam personam diuinam excludi, quin etiam spiritus sanctus cognoscat patrem sicut filius, & filium aequè perfectè sicut pater. Hoc autè quod de spiritu sancto dicimus, clariùs patebit cum in sequentis haeresis expugnatione conuincerimus ex sacris literis spiritum sanctum esse patri & filio consubstantialem, hoc est eiusdem cum illis substantiae: quapropter erit necessarium, ut omnia quae sunt patris & filij, sint etiam spiritus sancti: ita ut spiritus sanctus verè dicere possit vtrique; quod filius dixit patri: Omnia mea tua sunt, & tua mea sunt. Vnde apertissimè conuincitur spiritum sanctum cognoscere patrem quemadmodum filium, & filium quemadmodum patrem.

Decima haeresis impetit spiritum sanctum, quoniam ait spiritum sanctum esse minorem patre & filio, & non esse eiusdem substantiae cum patre, sed esse veram creaturam. Huius haeresis princeps fertur Macedonius quidam Constantinopolitanus episcopus, tempore Constantij imperatoris, & Liberij papae, a quo Macedonio Macedoniana haeresis appellata est: quamquam & eandem haeresim priùs docuerat Arrius, qui sicut dixit filium dissimilem patri, & esse creaturam, ita etiam docuit de spiritu sancto. Sed quoniam Arrij sequaces diuisi sunt, quibusdam affirmantibus filium quodammodo similem patri, licet non eiusdem essentiae: quae partem tenuit Eunomius quidam corpore leprosus, & artis dialecticae callidissimus: alijs autem affirmantibus filium per omnia similem patri, sed spiritum sanctum esse illis prorsus dissimilem meramque, esse creaturam, & istorum dux fuit Macedonius, ideo ab eo nomen accepit, ut Macedoniana haeresis diceretur: quoniam sub Arrio magis disputatum est de filio quam de spiritu sancto. Hi sic sentientes vocati sunt pneumatomachi, id est, spiritus sancti impugnatores. *πνευμα* Graecè, est idè quod spiritus Latine. Quod si in sacris literis reperiatnr praeposito articulo *το* (ut annotat Didymus in libro de spiritu sancto) semper significat spiritum sanctum. *μάχημα* Graecè, est idem quod Latine pugno. Inde dictio composita *πνευματομάχος*, id est, spiritus sancti oppugnator. Hic non possum continere me ipsum, quin referam quam bellam illius vocis etymologiam adferat Bernardus de Lutemburgo in suo catalogo haereticorum, ubi sic ait: Et dicitur a pneuma, id est, spiritus: & tocos, id est, mater: quia spiritum sanctum ex matre ipsa processisse dicebat, & de filio Dei. Et certè non est mirandum quod ignorauerit: sed illud valde miror, esse aliquem tam impudentis arrogantiae, ut quod prorsus ignorat, non vereatur tanta cum autoritate docere.

te docere. Sed hoc non potest vlllo pacto tolerari, quòd videlicet, vt etymologia, quam ex suo cerebro finxerat, proposito negotio conueniret, addidit Macedonium sensisse; quòd spiritus sanctus ex matre processerit & de filio Dei, tanquàm si filius Dei coiens cum matre, genuisset spiritum sanctum. Dispeream si vel per somnium Macedonius tale dixit, aut si frater Bernardus hoc apud aliquem scriptorem de Macedonio reperit. Nam beatus Augustinus in libro de hæresibus, cap. 52. de Macedonio loquens, nihil tale illi impingit: Philaster qui hos hæreticos non Macedonianos, sed Semiarianos appellat, nūquam huius fabulæ meminit. Ecclesiastica historia in decimo libro, cap. 25. de Macedonio loquens, nullum tale figmentum illi tribuit. Historia tripartita libro quinto, cap. 41. de hæresibus Macedonij differens, nec vllum matris nomen circa spiritum sancti productionem ibidem posuit: sed solum dicit, Macedonium sensisse quòd spiritus sanctus sit patri dissimilis, & minister illius, & illa dixerit spiritui sancto tribuenda, quæ de angelis dicuntur. An autè angeli dicantur in scriptura habere matres, videat frater Bernardus de Lutzemburgo. Beda in libro de ratione temporum de Macedonio faciens mentionem, nunquam illum tale sensisse refert, quale illi impingit Bernardus de Lutzemburgo. Et vt ad recentiores descendā, Platina in vita Felicis papæ huius nominis secundi, idem dicit de Macedonio, & sub eisdem ferè verbis quibus Ecclesiastica historia de Macedonio differuerat. Guido cū semper Augustinum & Isidorum sequatur, etiam hic sui similis, solum Augustini & Isidori de Macedonio censurā refert. Vbi ergo Bernardus de Lutzemburgo inuenit Macedoniū dedisse spiritui sancto matrem, ex qua & filio Dei spiritum sanctum processisse dicat? Certè ego aliud non possum conijcere, nisi quòd fortè apud alium similis farina legit, & nulla adhibita rei indagine (vt aliàs de illo diximus) in suum opus transcripserit: aut fortè (q̄ magis credo) ipse apposuit è suo cerebro, vt etymologia per eū allata subiectæ materiæ conueniret, & ita (vt est in prouerbio) ad lapidem applicauit amussim. Sed iam opus est, vt ad oppugnationem hæresis accedamus. Pro qua re memores esse oportet eorum quæ superius contra Sabellium attulimus. Ibi enim ostendimus trinitatem vnitatis, patrem videlicet & filium & spiritum sanctū vnum esse Deum. Ipsa enim veritas dixit Apostolis suis: Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ, baptizates eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Cū in nomine dixit, & non in nominibus, apertè ostendit eorum trium vnum esse nomē, vnamque substantiam. Spiritus sanctus ergo est Deus, & patri consubstantialis. Præterea (vt supra de filio sumus argumentati) cū vnus tantum sit Deus, & non plures, non potest esse vt spiritus sanctus sit Deus, quin sit vnus cū patre & filio Deus: quoniam alioqui plures essent dii, quod catholica fides abominatur. At quòd spiritus sanctus sit Deus, Paulus Apostolus testatur, qui in priore ad Corinthios epistola ait: An nescitis quoniam membra vestra templum sunt spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo? Et ne quisquam ipsum spiritum sanctū negaret Deum, continuo secutus ait: Et non estis vestri, empti enim estis precio magno. Glorificate ergo & portate Deum in corpore vestro. Cū dixit, portate Deum in corpore vestro, insinuauit nobis spiritum sanctum esse Deum, cuius templum membra nostra esse prædixerat. Et in eadem epistola iterum: Nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Diuisiones verò gratiarum sunt, idem autem spiritus. Et diuisiones ministracionum sunt, idem autem dominus. Et diuisiones operationum sunt, idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Ecce hic vides spiritum sanctum vocatum dominum & Deum. Præterea nisi spiritus sanctus esset Deus, quomodo esset possibile, vt peccatum in illum sit tam graue, quòd (vt Christus ait) neque in hoc seculo neque in futuro remittatur? Fieri enim non potest, vt grauius sit peccatum

in crea-

A in creaturam, quàm illud quod aperto Marte fit in Deum. At si spiritus sanctus esset creatura (vt Macedonius ait) grauius esset peccatum in creaturam, quàm in Deum. Rursum, Petrus ad Ananiam, qui fraudauerat Apostolos de precium agri venditi, ait: Anania, cur tentauit Satanas cor tuum mentiri te spiritui sancto? Vt autem explicet spiritum sanctum esse deum, subiunxit: Non es mentitus hominibus, sed Deo. Quem ergo spiritum sanctum prius dixerat, eundem postea deum nominauit. Deinde opera spiritus sancti arguit eum esse deum, quia ea illum facere cognoscimus, quæ non nisi à deo fieri possunt. Gratiam donat, vt Apostolus ait: Diuisiones gratiarum sunt, vnus autem spiritus qui impartitur. Tamen David ait: Gratiam & gloriam dabit dominus. Ergo spiritus sanctus qui gratiam donat, est Dominus & Deus. Charitatem effundit in cordibus nostris. Caritas Dei (inquit Paulus) diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Spiritus sanctus peccata remittit, quod soli Deo est proprium. Dominus enim Iesus Christus sanctis Apostolis insufflans ait: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remissa sunt. Apostolis datur spiritus sanctus, vt possint peccata dimittere. Si ergo illi per spiritum sanctum peccata remittunt, multò melius ille, in cuius virtute hæc faciunt, remittet. Quomodo ergo non est Deus, qui peccata propria autoritate dimittit? Spiritus sanctus loquutus est in Prophetis, vt pater & filius. De deo enim patre Zacharias dixit: Locutus est per os sanctorum qui à seculo sunt Prophetarum eius. Et Petrus ait: Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirate locuti sunt sancti dei homines. Et Paulus ait: Omnis scriptura diuinitus inspirata. Sed spiritus sanctus in Prophetis & Apostolis loquitur, & omnis talis scriptura diuinitus inspirata est, ergo spiritus sanctus Deus est. Spiritus sanctus vbique est, vt pater, quod manifestè ostendit Propheta dicens: Quò ibo à spiritu tuo? & quo facie tua fugiā? si ascendero in cœlum, tu illic es, &c. Multa alia similia ex scriptura sacra diligens lector colligere potest. Sed iam audiamus ecclesiæ definitionem. Concilium Constantinopolitanum, 150. episcoporum sub Theodosio maiore & Damaso papa, damnata hæresi Macedoniana, talem protulit fidem: Credimus in vnum Deum, patrem omnipotentē, factorem cœli & terræ, &c. Sequitur: Credimus in spiritum sanctum dominum & viuificantem ex patre procedentem, cum patre & filio adorandum & conglorificandum, qui locutus est per Prophetas. Eandem fidem docuit Ephesinum cōcilium, eandem amplectitur concilium Chalcedonense, eandem recepit Cōcilium Lateranense sub Innocentio papa huius nominis tertio celebratū, cuius definitio habetur in libro Epistolarum decretalium titulo de Summa Trinitate & fide catholica. Cōtra hanc hæresim scripsit Didymus Alexandrinus duos libros de Spiritu sancto, quod opus beatus Hieronymus latinitate donauit. Basilius aduersus Eunomiū addidit librum vnum. Beatus Ambrosius omnibus in hac parte copiosior est, qui tribus libris de spiritu sancto ad Gratianum imperatorem adit, strenuè pro fide catholica pugnat.

Vndecima hæresis ait spiritum sanctum esse animā mūdi. Huius hæresis magister & doctor fuit Petrus Abailardus. Hoc enim impingit illi beatus Bernardus in quadam epistola ad Innocentiū papam, quæ est ordine eius epistolarum. 190. Hæc sententia inde dignoscitur esse hæretica, si animaduertimus illud commune atque notissimum omnibus principium. Omne totum maius est sua parte. Quod non solum verum est de maioritate (vt ita loquar) vel de excessu in magnitudine molis, sed etiam de excessu secundum perfectionem, ita videlicet quòd oportet omne totum esse maius, hoc est perfectius qualibet sua parte seorsum sumpta. Quo fundamento iacto, facile superædificabimus veram fidei doctrinam, quòd scilicet spiritus sanctus nec sit

C C

nec

nec esse possit anima mundi: quia inde sequeretur spiritum sanctum esse minorē mundo, quia pars mundi, cū sit anima eius. Sequitur etiā spiritum sanctum esse mundi limitibus inclusum & circumscriptum atq; definitum, quod tamē fateri aperta est blasphemia: quoniam (vt proximē conuicimus) spiritus sanctus est Deus. At Deus nullis locorum spacijs clauditur. Nōne cogitas quōd Deus excellentior cœlo sit, & super stellarum verticē sublimetur? Cœlum & cœli cœlorū eum capere nō possunt. Et qualiter capere possunt cœli illum qui mensus est pugillo aquas, & cœlos palmo pōderauit? Si ergo mūdus nō potest capere spiritum sanctum, non est possibile quōd spiritus sanctus sit anima mundi: quoniā omnis anima capitur ab eo corpore, quod fouet & viuificat.

Joh. 22.
2. P. II. 2.
Ej. 1. 40.

Grati.

D Vodecima hæresis est, quæ negat spiritum sanctum procedere à patre & filio. Hanc hæresim docuerunt & tutati sunt Græci per multas annorū centurias, ita vt hæc fuerit vna ex præcipuis causis propter quas à Romana & catholica ecclesia diuisi sunt. Eundem errorem tenent Armeni. Dicunt enim spiritum sanctum à patre procedere, sed non à filio: ad quod inde mouentur, quia in Euangelio solum inuenitur processus à patre, nunquam tamen ibi (vt dicunt) reperitur processus à filio. Et in symbolo Nicæno, & symbolo Constantinopolitano, solum ibi ponitur processus à patre, in quibus nulla fit mentio de processione spiritus sancti à filio. Quapropter negant spiritum sanctum à filio procedere. Sed ne in vacuum laboremus, de sola voce contententes, quæramus quid intelligitur per hoc quod est procedere ab alio. Et ego nō possum aliud intelligere, quàm esse ab alio productum, & deriuatum ab alio, vt fluuius procedit à fonte, quia ab illo trahit originem suam: calor procedit ab igne, à quo productus est: lux procedit à sole, à quo generatur. Sic etiā filius procedit à patre, à quo genitus est. Spiritus sanctus procedit à patre & filio, quoniam ab utroque productus est. Quōd si aliud illis significat procedere ab alio, q̄ produci ab illo, aut deriuari ab illo, tunc de voce contendimus, & ignoramus de qua re loquantur. Si verò nobiscum sentiūt de vocis significatione, aperte illis ostendemus ex sacris literis spiritum sanctum procedere à filio, sicut à patre: quoniam producitur à filio, sicut à patre. Hoc autem ita se habere, ipsa veritas nos docet, quæ apud Ioannem ait: Cū autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Non enim loquetur à semetipso, sed quæcunque audiet, loquetur, &c. Quæ verba exponens Didymus in secundo libro de spiritu sancto, ita ait: Non enim loquetur à semetipso, hoc est, non sine me, & sine meo & patris arbitrio, quia inseparabilis à mea & patris est voluntate: quia non ex se est, sed ex patre & me est. Hoc enim ipsum quod subsistit à patre & meo illi est. Ego veritatem loquor, id est, in spiro quæ loquitur. Siquidem spiritus est veritatis. Hæc Didymus. Quem, eō quōd Græcus esset, libentiùs protulimus, vt fortè hac occasione eius expositio faciliùs à Græcis recipiatur. Quæ sequuntur apud Ioannem, magis adhuc nostram fidem confirmant: Ille (inquit de spiritu sancto Christus) me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Omnia quæcunq; habet pater, mea sunt: propterea dixi, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Quod est dicere, de meo accipiet: hoc est, sicut à me per productionē habet essentiam, ita & scientiam omnem. Sicut enim filius dixerat aliàs se audiuisse à patre suo, ita nunc dicit spiritum sanctum audire ab eo. Quomodo autem audiat, declarat subdens, quia de meo accipiet, hoc est, quia de mea substantia & à me productus est, & producitur, & producet. Quod autem dixi à me illum accepturum, non miremini, quia sicut accipit à patre, ita accipit à me. Omnia enim quæ pater habet, mea sunt. Si ergo de substantia patris accipit, de mea oportet q̄ accipiat. Si ergo de substantia patris filius, certè non potest aliter esse quin ab illo procedat. Sed, vt hanc nostrā interpretationem magis firmam & certam ipsis Græcis red-

Ioan. 16.

A cis reddam, produco in medium ex eorum familia testem, fide dignum, videlicet Cyrillum, qui libro vndecimo super Ioannem, cap. 1. prædicta Ioannis verba interpretans, hæc ait: Minimè autem alicuius rei indiget spiritus naturaliter, vt accipere illi quod nō habeat, opus sit: hoc enim credere impium est. Verum quoniam consubstantialis filio est, proceditque per eum, omnem eius habens virtutem, ideo ait: quia de meo accipiet. Subsistere namq; per se spiritum credimus, & id esse verè quod dicitur. Verum quum insit in substantia Dei, & ex ea procedat, omnia quæ dei sunt, in seipso naturaliter habet. Nō enim participatione, aut habitudine, nec vt alius à substantia dei: sed quæadmodū floris odor qualitatem eius naturalem olfactui offert, ita de deo & de spiritu sancto intelliges, sublimius vim exempli accipiens. Nihil igitur detrahitur spiritui, quum accipere à filio credatur. Nā quum per filium naturaliter procedat, vt proprius eius, cum omnibus, quæ absolutè habet, accipere dicit, quæ ipsius sunt. Hæc Cyrillus. Quem, eō libentiùs produximus in testem aduersus Græcos, quōd Græcus & ipse sit, & ideo illis minimè suspectus esse debet, imò valde æstimandus, & magna cum reuerentia multis nominibus ab illis recipiendus. Sed admoneo lectorem, ne præfata Cyrilli verba legens erret, putans hoc aduerbium, naturaliter, quum dixit, Spiritum sanctum per filium naturaliter procedere, vsurpatum ab illo esse more scholasticorum Theologorū, qui illis semper vtuntur, ad significandum id quod est oppositum libero. Nam si iuxta hanc significationem caperetur, falsum esset quōd spiritus sanctus naturaliter procedit à filio, quia liberè procedit, propterea quōd per principium productionis liberum, hoc est, per voluntatē producitur à filio. Cyrillus autem illud aduerbium, naturaliter, vsurpauit pro necessario: ita vt velit dicere spiritum sanctum necessariò procedere à filio. Hoc autè verū esse, tota Theologorū schola fatetur, nec inde sequitur spiritum sanctum non liberè produci: quia libertas non opponitur necessitati, sed coactioni. Præterea spiritus sanctus etiā est spiritus filij, sicut spiritus patris: quod non diceretur, nisi à filio procederet sicut à patre. Paulus siquidè in ea quæ est ad Romanos epistola, ait: Qui autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Et alibi: Misit Deus spiritum filij sui in corda vestra. Ecce hic vides nominatum spiritum sanctum esse spiritum filij, qui aliàs dicitur spiritus patris. Ex quo conuincitur vt à filio etiam sicut à patre procedat. Rursum, Spiritus sanctus mittitur à filio, sicut à patre: signum est ergo quōd etiam à filio sicut à patre procedit. Filius siquidè ait: Si ego non abiero, paracletus non veniet ad vos. Si autè abiero, mittam eum ad vos. Qui ergo à filio mittitur sicut à patre, fieri necesse est vt à filio sicut à patre procedat. Accedit ad hæc, quod Athanasius in symbolo ait: Spiritus sanctus à patre & filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. Et hic etiā Græcus est. Sed iam post hæc omnia audiamus ecclesiæ definitionem. Concilium Lateranense sub Innocentio papa huius nominis tertio celebratum, fidem suam per hæc verba protulit: Firmiter credimus & simpliciter confitemur, quōd vnus solus est verus Deus, æternus, immensus, & incommutabilis, omnipotēs, & incomprehensibilis, & ineffabilis, pater, & filius, & spiritus sanctus. Tres quidem personæ, sed vna essentia, substantia seu natura simplex, omnino. Pater à nullo, filius à patre solo, ac spiritus sanctus pariter ab utroque, absque initio semper ac sine fine. Pater generans, filius nascens, & spiritus sanctus procedens: cōsubstantiales, & cōomnipotentes, & cōæterni. Hæc Concilium Lateranense. Ex cuius fidei definitione omnes præfate hæreses, quas de Deo & de personis eius exortas esse narrauimus, prosternuntur. Hæc autem concilij fides habetur in volumine Epistolarū decretalium titulo de summa trinitate, & fide catholica, Et concilium Lugdunense sub Gregorio nono celebratū, expressius hanc fidem docuit, ita dicens: Fidei ac deuota professione fatemur quōd spiritus

Cyrillus.

Rom. 8.
Galat. 4.

Ioan. 16.

Concilium
Lateran.

Concilium
Lugdun.

sanctus æternaliter ex patre & filio, non tanquã ex duobus principijs, sed tanquam ex vno principio, non duabus spirationibus, sed vnica spiratione procedit. Et paucis interpositis subiungit: Sed quia nonnulli propter irrefragabilis præmissæ veritatis ignorantiam in errores varios sunt prolapsi, non huiusmodi erroribus viam præcludere cupientes, hoc sacro approbante concilio, damnamus & reprobamus omnes qui negare præsumpserint æternaliter spiritum factum ex patre & filio procedere, siue etiã temerariò ausu asserere, quòd spiritus sanctus ex patre & filio tanquã ex duobus principijs, & non tanquã ex vno procedat. Hęc ex concilio Lugdunensi: quòd decretũ habetur in sexto libro epistolarũ decretalium, titulo de Summa Trinitate & fide catholica. Verũ ne Græci horum conciliorũ definitiones reijciant hac occasione quòd à Latinis celebrata fuerint, opus est vt alicuius concilij apud eos celebrati definitionem illis obijciamus. Concilium Ephesinũ, quòd sub Theodosio iuniore celebratum est, & tertia synodus appellatur, in epistola à toto concilio ad Nestorium missa, circa finem epistolæ sic ait: *Quantus enim in sua sit substantia spiritus eius, & intelligatur in persona proprietate iuxta id quòd spiritus est, & non filius, attamen alienus ab illo non est. Nam spiritus appellatus est veritatis, & veritas Christus est, vnde & ab isto similiter sicut ex Deo patre procedit. Hęc ibi. Nec possunt calumniari dicentes hanc esse epistolam Cyrilli, & non concilij definitionem: quoniam, vt patet, principium epistolæ sic habet: Religioso & Deo amabili confacerdoti Nestorio Cyrillus, & quicumq; sunt apud Ephesi synodum. In qua inscriptione præpositus est Cyrillus, quoniam ex commissione Cælestini papæ in illo præsidebat concilio. Quòd autẽ Græci dicunt Euangelium non ostendere processionẽ spiritus sancti à filio, iam ostendimus esse falsum: quia etsi ibi non explicetur sub nomine processionis, sub verbis tamen æquipollentibus satis declaratur. Concilium etiã Nicænum & Constantinopolitanum etsi dicant spiritum sanctũ procedere à patre, & taceant de filio, nõ tamen dicunt solum procedere à patre. Quid, quòd dicentes illum procedere à patre, hoc solo dicto testati sunt illũ processisse à filio: quoniam (vt ait Boëtius in libro de Trinitate) exceptis relationibus oppositis, omnia quę de vna persona dicuntur, dicuntur etiã de alijs. Cũ ergo spiratio actiua non opponatur filiationi, sed solũ spirationi passiuæ; quæ cõuenit spiritui sancto, sequitur inde, vt cũ dicitur spiritum sanctum procedere à patre, intelligatur inde quòd etiã procedat à filio.*

Tertiadecima hæresis omnes personas diuinas impetit, & conuictijs afficit: quoniam ait potentiam esse propriam patris, nõ appropriatam, sapientiam filij, benignitatem spiritus sancti. Hunc errorem tribuit etiam Petro Abailardo sanctus Bernardus in illa epistola. 190. quã sæpẽ iam citauimus. Hęc hæresis facillẽ conuincitur, si primò supponamus rem illam non esse verè alicuius propriam, quæ pluribus conuenire dignoscitur. At cùm constet ex sacris literis, potentiam, sapientiam, & benignitatem, sicut omnia alia quæ ad se dicuntur, omnibus tribus personis conuenire, sequitur inde, vt nulli personæ aliqua illarum sit propria. Patrem ille fatetur potentem, sed audiat de filio dictum esse: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et quum angelorum ministerio in gloriam ascendit, percontantibus aliquibus quis ille esset, alij respondent: Dominus fortis & potens, dominus potens in prælio. Et inter nomina quæ filio dei tribuit Esaias, sunt ista, videlicet, Deus fortis, pater futuri seculi: quæ non ob aliam causam quàm propter eius potentiam illi tribuuntur. Sed audi iam filij & spiritus sancti potentiam simul. Verbo domini (inquit Psaltes) cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Filij sapientiam concedit Petrus Abailardus: audiat ergo Paulum Deo patri tribuentem sapientiam. Is enim in calce epistolæ ad Romanos ita ait: Con-

Agniti soli sapienti Deo per Iesum Christum, cui honor & gloria in secula seculorum. De spiritu sancto ait ipsamet Spientia discipulis suis loquens: Cùm autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. At quomodo sapiens non est, qui potens est docere omnem veritatem? Et vt reliqua omittam, inter alia spiritus sancti dona Esaias enumerat sapientiam, scientiam, & intellectum. Non potest ergo fieri, vt qui sapientiam & scientiã donat alijs; sapiens ipse non sit. Sola iam benignitas superest, vt ostendatur communis tribus. Hanc cùm Petrus Abailardus tribuat spiritui sancto, non est opus, nisi vt ostendamus illam conuenire patri & filio. De patre ipsam & veritas, testatur quòd benignus sit. Nam cùm apud Lucam præcepisset vt beneficiamus ijs qui odiunt nos, statim subdidit: Et eritis filij altissimi, quia ipse benignus est super ingratos & malos. De filio autem Salomon testatur, qui de sapientia diuina, quæ filius dei est, loquens, ita ait: Est enim in illa spiritus intelligentie sanctus, &c. sequitur: Suavis, amans bonum, acutus, qui nihil vetat benefacere, humanus, benignus, stabilis, &c. Si in sapientia est spiritus benignus, quomodo ipsa benigna non erit? Sed expressius hoc nos docet Paulus, qui in epistola ad Titum ita dicit: Cùm autem benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri, &c. Colligamus autem ex his omnibus, nec potentiam esse propriam patris, nec sapientiam filij, nec benignitatem spiritus sancti, sed omnia quæ ad illos dicuntur, omnibus personis esse communia. Dicuntur tamen appropriata, quia etsi sunt omnibus communia, habent tamen aliqualem cum vna persona conuenientiam & similitudinem: vt potentia etsi omnibus personis sit communis, dicitur tamen conuenire patri, quia ille est fons (vt Augustinus ait) totius deitatis, à quo reliquæ duæ personæ procedunt. Dicitur etiam filius sapientia, quia etsi pater & spiritus sanctus sapientes sint, tamen filius est genitus per intellectum patris, & est notitia quædam ab illo producta: & propter hanc similitudinem illi appropriatur sapientia, quæ omnibus est communis. Ad eundem modum solemus tribuere spiritui sancto bonitatem & amorem: quia spiritus sanctus productus est à patre & filio per illorum voluntatem, & est amor ab ambobus productus. Propter hanc cum illo conuenientiam illi tribuitur amor, quoniam omnibus sit communis. Huius hæresis non meminit Guido, sicut nec aliarum quas docuit Petrus Abailardus.

DIABOLVS.

DE hac re est vnus Manichæorum & Priscillianistarum error, quo docent diabolum ex sua natura malum esse, nec posse esse bonum. Hęc hæresis etsi iam superius prostrata fuit quum de creatione & creaturis omnibus disputauimus, nihilominus tamen aduersus hanc non pigebit particularia adferre testimonia. *CHRISTVS* enim de diabolis loquens, ait: In veritate non stetit, quia non est veritas in eo. Et quo verbo patet eum creatum fuisse in veritate, sed per suam malitiam ab illa cecidisse. Nam si in ea nunquam fuisset, non dixisset, in veritate non stetit, sed dixisset, nunquam in veritate fuit. Hoc autem alibi expressius docuit, dicens: Videbam Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem. Qui ergo de cœlo cecidit, in cœlo fuisse necesse est, vbi non nisi boni existunt. Quod etiam clariùs ostenditur per illud quod ait diabolum cecidisse vt fulgur: id quod ideò dictum esse constat, quia fulgur lucem in sua origine habet, quæ quum parum dureret, & citò extingueretur, simul cum suo casu vertitur in tenebras. Sic etiam diabolus

bolus quum in luce gratiæ & claræ cognitionis à DEO creatus fuerit, parum in ea manens, de cœlo cecidit, & in tenebras detrusus est. Ideo ait: Videbam **C** Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem. Eftias etiam de eo sub nomine regis Babylonis ait: Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris? Qui mane oriebaris dixit, propterea quod in principio suæ formationis aut creationis lucem habuit. Ezech. etiam propheta sub nomine regis Tyri de eo dicit: Tu signaculum similitudinis Dei, plenus sapientia, & perfectus decore, in delicijs paradisi Dei fuisti. Sequitur: Tu cherub extensus & protegens, & Posui te in monte sancto Dei. In medio lapidum ignitorum ambulasti, perfectus in vijs tuis à die conditionis tuæ, donec inuenta est iniquitas in te. Ecce quàm multis verbis declarat diabolum aliquando fuisse bonum. Quod si quis dicat verba illa solum ad regem Tyri esse referenda, quomodo illi conuenire potuit quod dixit, in delicijs paradisi Dei fuisti? Et iterum: Posui te in monte sancto Dei? Hic autem mons sanctus Dei cœlum est, de quo per Prophetam dicitur: Mons Dei mons pinguis, mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. Et alia multa ibidem referuntur, quæ regi Tyri nequaquam conuenire possunt, prout annotat beatus Hieronymus in expositione Ezechielis. Preter hæc omnia scripturæ sacræ testimonia, est etiam aperta ecclesiæ definitio. Nam Leo papa huius nominis primus in epistola ad Toribium Aftorigensem episcopum in qua errores Priscillianistarum damnat, capite sexto hæc ait: Sexta annotatio indicat eos dicere quod diabolus nunquam fuerit bonus, nec natura eius opificium Dei sit, sed eum ex Chao & tenebris emerfisse: quia scilicet nullum sui habeat autorem, sed omnis mali ipse sit principium atq; substantia: cum fides vera, quæ est catholica omnium creaturarum siue spirituum siue corporalium bonam confiteatur substantiam, mali nullam esse naturam: quia Deus qui vniuersitatis est conditor, nihil non bonum fecit. Vnde & diabolus bonus esset, si in eo, quod factus est, permaneret. Sed quia naturali excellentia malè vsus est, & in veritate non stetit, non in contrariâ transijt substantiam, sed à summo bono, cui debuit adharere, disciuit: sicut ipsi qui talia asserunt, à veris in falsâ prouunt: & naturam in eo arguunt, in quo spõte delinquant, ac pro sua voluntaria peruersitate damnantur. Quod vtiq; in ipsis malum erit, & ipsum malum non erit substantia, sed pœna substantiæ. Hactenus Leo papa vir quidem sanctus perinde ac doctus. Et concilium Lateranense sub Innocentio tertio celebratum, hæc ait: Diabolus enim & alij dæmones à Deo quidem natura creati sunt boni, sed ipsi per se facti sunt mali: homo vero diaboli suggestionem peccauit. Hæc concilium. Quæ verba habentur in libro Decretalium, capite primo de Summa Trinitate & fide catholica. Demum Concilium Braccarense primū de hac re definit, quod in capite septimo suorum decretorum ita ait: Si quis dicit diabolum non prius fuisse angelum bonum à Deo factum, nec Dei opificium fuisse naturam eius: sed dicit eum ex tenebris emerfisse, non aliquem sui habere autorem, sed ipsum esse principium atque substantiam malam, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt, anathema sit. Hæc concilium Braccarense. Quod autem Manichæi pro se adducunt illud Christi de diabolo dictū: Ille homicida est ab initio, parum mouet: quoniam illud non sic accipiendum est, vt intelligamus diabolum initio suæ creationis fuisse homicidam, quia tunc homo non erat quem occideret, vt homicida vocaretur: sed dicitur homicida ab initio conditionis humanæ, quando statim vt homo conditus est à Deo, diabolus illi mortem propinauit.


Secunda hæresis est Origenis, dicentis diabolum aliquando liberandum fore à pœna inferni. Hoc enim illi impingit Augustinus in libro de hæresibus, capite quadragesimo tertio. Verū de hac iam superius, cum de beatitudine ageremus, disputauimus. Ibi enim ostendimus & beatitudinē & pœnam

Anam inferni esse perpetuas, nec vnquam finem habituras. Et præter illa quæ illic de omnibus damnatis dicta sunt, hanc hæresim peculiariter conuincit illud quod apud Matthæum veritas ait se hominibus malis in iudicio dicturū: Ite (inquit) maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo, & angelis eius. Ex quibus verbis satis aperte constat diabolum sicut & homines malos pœna æterna fore puniendos.

Tertia hæresis est, quæ asserit diaboli suggestiones in nobis fieri contactu lapidum, aut herbarum, prout illorum sagax malitia nouit singula singulis vitijs cōuenire. Sed de hac nihil hoc loco dicere placuit, quoniã infra aptiorem illi captabimus locum, videlicet in titulo, tētatio. Illo enim loco, iuuante Deo, de hac re disputabimus.

FINIS LIBRI QVINTI.

CC4 F. AL



F. ALFONSI DE CA-

STRO ZAMOREN. MINO-

RITAE, ADVERSUS HAERESes, Liber V.I.

ECCLESIA.

Hoc nomen Ecclesia, Græca vox est ἐκκλησία. Latine autē idem sonat quod coetus, aut congregatio, & solet capi pro ipsa hominū cōgregatione: quæ significatio sæpissimè in sacris literis habetur. Aliquando etiā significat locū illum in quo populus cōgregatur, præcipuè locū in quo cōgregatur populus vt reddat laudes Deo, qui locus proprio vocabulo dicitur tēplum. Sic enim inuenimus in libro Iudith: Postea verò conuocatus est omnis populus, & per totam noctē intra ecclesiā orauerunt petentes auxilium à Deo Israël. Quo loco (vt apertè constat) ecclesiæ nomen ponitur pro ipso loco, in quo congregatur populus. Verum hæc significatio rarior est in sacris literis. Hæc ergo significatio omnia, (quoniā de rebus ad illam pertinentibus, infra sub titulo Templi differemus) primam significationem pertractemus, de qua aliquas reperio hæreses. Prima est quæ asserit intra ecclesiā non esse bonos & malos, sed solos bonos ad illam pertinere asserit. Huius hæresis autor fuit Donatus quidam, à quo Donatistæ appellati sunt. Hic Donatus (vt August. libro de hæresibus, cap. 69. refert) è Numidia, quæ pars Africæ est, exiens, totā penè Africam suo errore infecit. Cuius erroris initium & causa fuit, quia Cæcilianus contra voluntatem Donati fuerat ordinatus ecclesiæ Carthaginensis episcopus. Cui Cæciliano crimina imponēs, quæ probare nō potuit, à iudicibus, qui optimè rem nouerunt, tanquā impostor Donatus iudicatus est. Qui volens suam falsitatē pertinaci diffensione firmare, schisma in hæresim commutauit. Nam ab ecclesia se diuisit, dicens in sola Donati parte esse veram ecclesiā: in alijs autem partibus, quæ Cæciliano fauebant, non esse ecclesiam, quia etsi ibi aliqui essent boni, ex cōmunionem tamen malorū maculabantur, & ita ecclesia peribat. Hic tandē Donatus, adiunctis sibi eiusdē factionis episcopis, Maioranum quendam apud Carthaginem ordinauit episcopum, post quē Donatus alius successit, tantæ doctrinæ & eloquentiæ, vt ab eo multi (vt Augu. ait) putent fuisse vocatos Donatistas. Et hic secundus Donatus est ille de quo beatus Hieronymus in libro illustriū virorum facit mentionem, quanuis dicat ab illo Donatianos esse appellatos. Nam opuscula quæ Donatū scripsisse Arriano dogmati conuenientia refert Hieronymus, illa August. huic secundo tribuit, à quo ait propter doctrinæ eminentiam plerosq; putasse Donatianos fuisse vocatos. Et in hac parte magis crediderim August. quod Apher fuerit, quemadmodum Donatus, quapropter melius potuit rem agnoscere. Nec possum hic tacere quæ hoc loco Bernardus de Lutsemburgo in suo catalogo hæreticorū de Donatistis loquēs ait. Hic enim cum dixisset Donatum, primum videlicet (vt ex eius litera facile est conijcere) fuisse temporibus Constantij Imperatoris, & Iulij papæ (& id quidē bene, Platina illi fauente in vita Liberij papæ) postea subiungit dicens: Cyprianum Carthaginensem episcopum scripsisse diuersos tractatus & epistolas aduersus hunc Donatum. Quis iam ferre poterit hominem toties in eundem lapidem offendentem? Cyprianus siquidem tempore Cornelij papæ fuit, & eodem die quo Cornelius Romæ, quanuis non eodem anno, Cyprianus Cathagine sub Valeriano & Galieno principibus (vt Hieronymus ait) passus est. A Cornelij autem

A autem passione vsque ad Iulium, sub quo Donatus fuit, septuaginta aut plures anni intercesserunt. Qui fit ergo, vt Cyprianus scribat aduersus Donatum, septuaginta annis ipso posteriorem? Et certè (ni memoria me fallit) in omnibus Cypriani operibus nulla est mentio de aliquo Donato, præterquam in secundo libro, cuius secunda epistola est ad quendam Donatum, in qua nec nomen hæreseos positum est, nec de hæresi vlla memoria, sed solum enarrat Donato in illa epistola qualiter fuerit ex gentibus ad fidem Christi conuersus: & mundi laqueos illi declarat: vt hac occasione cautum illum redderet. Verum hic bonus homo fortè legens epistolę solum titulum, putauit illum esse Donatum hæresarchum, cū tamen constet esse alium hæretico vetustiore. Ad hos Donatistas pertinent Rogationi, à Rogato quodam dicti, de quibus mentionē facit Augustinus epistola. 48. Ad hos etiam pertinent Circuncelliones, de quibus aliās dicemus. Hunc errorem post multas annorū centurias suscitauit ab inferis Ioannes Huf: cui in eodē errore successit Ioannes de Rockesana, qui concilio Basiliensi astans (vt Aeneas Syluius in libro de origine Bohemorū refert) concilio obedire nolens, recessit. Hunc eundem errorem vltimus omnium defendit Lutherus. Contra hunc errorem est illud Prophætæ: Et si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo: tu vero homo vnanimis, dux meus & motus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cum consensu. Vides hic malum simul cum bono in domo Dei. Domus autē Dei, ecclesia est, quæ admodum Apostolus Paulus testatur, dicens: Hæc tibi scribo, sperans me venire ad te citò. Si autem tardauero, vt scias quomodo oporteat in domo dei cōuersari, quæ est ecclesia dei viui. Præterea Paulus Apostolus docet omnes fideles ad ecclesiā dei pertinere, qui in exordio prioris epistolæ ad Corinthios, sic ait: Paulus vocatus Apostolus Iesu Christi per voluntatē dei, & Sothenus frater ecclesiæ dei quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis, cū omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi in omni loco ipsorum, & nostro, &c. Ex quibus verbis ilud esse annotandum, quod dixit, ecclesiæ dei, nō autem dicit huius aut illius hominis, vt hæretici faciunt, qui ecclesiam dei toto orbe terrarum diffusam, ad paruū ipsorum numerum coarctant, sed ecclesiā dei appellauit. Sanctificatos eos dicit in Christo Iesu, quia per baptismum fuerat in Christo regenerati. Et tamen hos ipsos quos appellauit ecclesiam dei, & sanctificatos in Christo Iesu propter baptismum susceptum, in multis postmodū redarguit. Contentiones inter illos esse asserit, quibusdam dicētib; Ego sum Pauli: alij, ego sum Cephæ. Cū enim (inquit) sit inter vos zelus & contentio, nōne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Et postmodum de fornicatione quosdam eorum reprehendit. Hos ergo quos de multis peccatis reprehendit, ecclesiam dei appellauit, quia sanctificati erant in Christo Iesu per baptismum. Et in 2. epist. ad Corinth. iterum illis scribens, vocat eos ecclesiam dei, cū tamen eos postmodum arguat, & minetur illis nisi fecerint poenitentiam. Rursū, Ecclesia esse vnū corpus, iuxta Paulum, cuius corporis caput est Christus. Huius autem corporis membra sunt omnes fideles, de quibus qui iusti sunt, membra sunt viua & sana: qui autem peccatores, membra sunt mortua & putrida, in sine refecanda. Hoc autem ex ipsius Christi verbis patet, qui ait: Ego sum vitis, vos palmites. Et parum antè: Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum. Aduerte quod non dixit, Palmitem non ferentem fructum esse iam sublatum, sed esse tollendum. Ex quo conuincitur fideles adhuc per veram fidem Christo coherere, qui ab eo tolerantur vsque ad mortem, in qua si cum nullo fructu reperiuntur, refecantur omnino tanquam membrum putridum. Deinde ipsamet veritas plurimis parabolis docuit, in ecclesię gremio cōtineri omnes fideles: Simile, inquit, est regnum

Rogationi.
Circuncel-
lioner.
Ioannet
Huf.
Ioannes
de Rock-
esana.
Lutherus.
Egal. 54.

1. Tim. 3.

1. Cor. 14.

1. Ioh. 3.

2. Cor. 11.

2. Cor. 13.

Ioan. 15.

Mat. 13.

Indub. 6.

Donatist.

gnum cœlorum sagenæ missa in mare, & ex omni genere piscium congregan-
 ti: quam, cū impleta esset, educentes, ac secus littus sedentes, elegerunt bonos **C**
 in vasa, malos autē foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi. Exibunt
 angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum
 ignis. Ecce, vides hīc regnū cœlorum cōparatum esse non multitudini bono-
 rum piscium, sed sagenæ, quæ bonos & malos continet. At regnum cœlorum,
 de quo hīc loquitur, cū constet non esse patriam cœlestem, quæ est ecclesia
 triumphans, sequitur quod sit ecclesia militans, quæ a quoque cœlestem regna-
 tur. In illis etiam nuptijs, quibus cōparatum est regnum cœlorum, nōne
 inuentus est vnus non habens vestem nuptialem? Talem autem defectum con-
 stat fuisse magnū scelus, quoniam propter illud ligatis manibus & pedibus iu-
 beretur mitti in tenebras exteriores, vbi erit fletus, & stridor dentium. Ex de-
 cem virginibus, quibus regnum cœlorū iterum comparatum est, quinque erant
 fatuæ, quæ acceptis lampadibus, non sumpservnt oleum secum: & idēo tan-
 quam fatuæ repulsæ sunt. Rursum, beatus Paulus in posteriore epist. ad Timo-
 theum ait: In magna autem domo non solum sunt vasa aurea & argentea, sed
 & lignea, & fictilia, & quædam quidem in honorem, quædam autem in contu-
 meliam. In contumeliam videlicet ea quæ sunt fictilia. Magnam autem do-
 mum Apostolus appellat ecclesiam, quæ domus Dei est, in qua aurea vasa &
 argentea sunt iusti, fictilia autem sunt peccatores. Accedit ad hæc, quod si ec-
 clesia ex solis prædestinatis (vt Ioannes Huls ait) coalesceret, & illi, iuxta eun-
 dem, damnari non possunt, nec membra diaboli esse, ecclesia ista non esset mi-
 litans dicenda, sed triumphans: quoniam sicut à deo prædestinati sunt, ita apud
 deum, cui omnia sunt præsentia, triumphatores reputantur. Satis enim trium-
 phat, qui prædestinatus est. Nec minus Lutherum conuincit, id quod domi-
 nus Saliator noster circa fratrem in nos peccantem facere iussit: Si peccauerit **D**
 (inquit ille) in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum.
 Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe te-
 cum adhuc vnum vel duos, vt in orē duorum vel trium testium stet omne ver-
 bum. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ. Si autem ecclesiam non audie-
 rit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Ecce, vides peccantem in nos fratrem,
 ad Ecclesiam pertinere membrumque aliquod illius esse. Nam alioqui non
 præciperetur vt peccatum illius denuntiaretur Ecclesiæ, ab illa corrigend-
 um: neque Ecclesia illum aut corripere aut quomolibet punire posset.
 Quia si non est membrum ecclesiæ, neque ad illam pertinet, nullam in illo
 Ecclesia habebit potestatem. Dicitur nanque illi id quod Paulus ait: Quis
 tu es qui iudicas seruum alienum? Oporteret igitur fateri, iuxta iustorum hære-
 ticorum sententiam, vt quisquis mortaliter peccauerit, sit eo ipso extra Eccle-
 siæ potestatem & iurisdictionem constitutus. Hoc autem concedere quàm sit
 absurdum, & à vera fide alienum, nemo est vir doctus qui hoc apertè non vi-
 deat. Accedit ad hæc, quod si ex solis iustis (vt isti hæretici docent) constat Ec-
 clesia catholica, oportet necessariò fateri Ecclesiam esse inuisibilem, vt pote in
 solo spiritu, qui videri non potest, consistentem. Nemo enim potest agnoscere
 omnes qui verè sunt iusti, & qui sunt peccatores. Nam in his iudicandis atq;
 discernendis sæpè homines falluntur, iustos pro iniustis, & iniustos pro iustis
 iudicantes. Causa huius deceptionis est: quia homines non intuentur cor, in
 quo bonitas aut malitia residet, sed ea sola vidēt quæ foris patent. Si Ecclesiam
 inuisibilem esse concedunt, quomodo fratrem in nos peccantem & audire no-
 lentem, denuntiabimus Ecclesiæ? Quomodo in rebus dubijs Ecclesiam cōsu-
 lemus, si illam non videmus? Qualiter Ecclesiæ monitis aut præceptis obtem-
 perabimus, si quæ sit Ecclesia, agnoscere non possumus? Oporteret certè Ec-
 clesiam visibilem esse, vt illam adire, consulere, venerari, & illius præceptis
 obedire

obedire possumus. Sed de hac re abūdè suprā libro primo disputauimus. Quo
 loco multis sacra Scripturæ testimonijs, multisque vrgentissimis rationibus
 ostendimus Ecclesiam militantem visibilem esse omni busque conspicuā, idēo
 non est opus nunc aliquid inde repetere. Denique in arca Nōē, quæ typum
 gessit huius Ecclesiæ inferioris, quoniam in mari huius seculi ambulans,
 quamuis iactata multis fluctibus, nunquā tamen submergetur: in illa, in-
 quam, animalia immunda simul reperiuntur cum mundis. In ista ergo Eccle-
 sia inferiori, quæ hīc militat, omnes reperiuntur: soli infideles extra illam sunt:
 omnes qui fidem orthodoxam firmiter tenent, in illa continentur. Quod si
 qui inter eos peccatores sunt, Ecclesia eos tolerat, vsque ad littus maris, hoc
 est vsque ad finem seculi, & tunc fiet separatio per ministerium angelorum,
 qui bonos pisces, id est, bonos homines reponent in vasa sua, id est, in loca il-
 lis à Deo preparata: malos autem mittent in caminum ignis, vbi erit fletus, &
 stridor dentium. Qua separatione facta, accipiet eam vir suus Christus glo-
 riosam, non habentem maculam au rugam, aut aliquid huiusmodi, sed san-
 ctam & immaculatam. Ante hanc etiam separationem opere complendam,
 nos mente & sola cogitatione malos à bonis separantes, vocamus nunc Ec-
 clesiam immaculatam, columbam sine felle, talem videlicet eam nunc confi-
 derantes, qualis postmodum est futura: non quod per hoc bonos à malis sepa-
 remus, quoniam talis separatio in littore maris, hoc est, in fine seculi facien-
 da est. Nam illud quod dicit Apostolus, Ecclesiam videlicet esse sine macula
 & sine ruga, beatus Hieronymus dicit in futuro seculo esse complendum. Is
 enim exponens tricesimum primum caput Hieremiæ in fine capituli, sic ait:
 Vide quanta habeat loca Ecclesia, & quomodo illud Apostolicum, vt sit sine
 macula & ruga, in futuro & in cœlestibus seruetur. Audis angelos, audis sca-
 biē, audis ruinas & cineres, & regionem mortis & tenebrarum, & de tua virtu-
 te & impeccantia gloriaris? Hæc Hieronymus: Quod verò Donatistæ & Ro-
 gatistæ dicunt bonos ex cōmunionem malorum inquinari, & ob hoc dicebant
 malos nō pertinere ad Ecclesiam, nec esse in eam recipiendos, ne ex eorum cō-
 munionem boni inficerentur: hoc apertissimè conuincitur per illud dictū Chri-
 sti, quod Apostolus ait: Vos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim **Ioh. 15**
 quisquam esset qui traderet eum: propterea dixit, non estis mundi omnes. Vi-
 des hīc Iudam mixtum cum apostolis, & tamen eius malicia nihil eis nocuit,
 quia cū ille dicatur immundus, alios tamen Christus dixit esse mundos.
 Quod autem Iudas communionem sacramenti cum alijs acceperit, infrā cū
 de Eucharistia agemus, Deo duce probabimus. Propterea dominus per Eze-
 chielem prophetam ait: Et erunt in montibus quasi columbæ cōuallium om-
 nes trepidi, vnusquisque in iniquitate sua. Sua dixit, non alterius. Et Paulus de
 premio tam bonis quàm malis reddendo loquens, ait: Omnes nos manifestari **1. Cor. 5**
 oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout
 gessit, siue bonum siue malum. Propria dixit, nō autem aliena. Et alibi: Vnus-
 quisque onus suum portabit. Suum dixit. Et iterum de indignè sumentibus cor-
 pus domini ait: Quicumque manducauerit panem hunc, & biberit calicē domi-
 ni indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Sibi, inquam, dixit, non alijs. Et Io-
 annes in Apocalypsi: Iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta sunt in libris, se-
 cundum opera eorum. Secundū opera eorum dixit, nō secundum opera alio-
 rum. Præter hæc omnia tam clara scripturæ testimonia extat aduersus primam
 erroris partem Ecclesiæ vniuersalis definitio. Nam inter articulos Ioānis Huls
 in Constantiensis cōcilio, sessione quintadecima condemnatos, plures sunt ad **Concilium
 Constant.**
 hanc rem pertinentes. Tertius enim articulus sic ait: Præsciti non sunt partes
 Ecclesiæ, cum nulla pars eius ab ea finaliter excidat, eò quod prædestinationis
 charitas qua ipsa ligatur, nō excidit. Articulus quintus sic dicit: Præscitus est
 aliquan-

aliquando sit in gratia secundum presentem iustitiam, tamē nunquā est pars sanctae Ecclesiae. Et vicesimusquartus articulus eiusdē est iste: Gratia p̄destinationis est vinculū quo corpus Ecclesiae, & quodlibet eius membrū iungitur ipsi capiti insolubiliter. Qui articuli simul cū alijs eiusdē Ioannis Huys vna super omnes lata sententia in Cōcilio Cōstantiensi condēnati sunt. Contra hūc errorē, p̄ter Augustinū, nō agnosco alium scriptorē. Is enim plures de hac redidit tractatus. Vnū ad Vincentium Donatistam, & est in numero epistolarum suarū, epistola quadagesimoctava: Alterū cōtra Fulgentiū Donatistā, & in hoc magis disputat contra illam secundā partē erroris, quo Donatistae docent bonos maculari ex cōmunionē malorū. Alius tractatus eiusdē & hic p̄cipuus est contra epistolā Petiliani, in quo acriter pugnat pro vnitatē Ecclesie toto orbe diffusae. De istis duobus erroribus Donatistarum Guido non facit vllam mentionē, quamuis de Donatistis differit: Et miror, cū Augustinus illos tribuat Donatistis, quem Guido semper sequitur.

Secundus error est, qui docet Ecclesiam errare posse, Hunc errorē docuit (vt catalogus h̄reticorum ait) quidam Ioannes de Vvesfalia tēpore Frederici imperatoris huius nominis tertij, qui propter hūc errorem & alios Moguntiae damnatus fuit, & eius libri combusti. Hic ergo Ioannes inter alios errores hunc vnum docuit, Ecclesiam videlicet errare posse, & aliquando errasse, nec tantam esse Ecclesiae in definiendo certitudinem, vt errare non possit. Si de errore earum rerum quae fidem & bonos mores respiciunt, hic loquitur, constat eius doctrinam esse h̄reticam, quam supra iam expugnauimus, cū de conciliorum autoritate differuimus. Si autem loquatur de errore earum rerum quae nec fidem nec mores spectant, doctrina illius non est h̄retica, quoniam certum est in talibus Ecclesiam posse errare. Nullum est enim periculū, etiam si omnes quotquot sunt, sentirent, pertinaciterq; assererēt Carolū Cæsarem huius nominis quintum, Hispaniarumq; regem eiusdem nominis primum, nunquam in Italiam venisse, quamuis certō sciamus eū in pluribus Italiae oppidis fuisse, & Bononiae, quae Italiae ciuitas est, à Clemēte papa huius nominis septimo imperij coronam suscepisse. Cū tamen hac res minimum ad salutem pertineat animarum, nullum esset inde salutis dispendium etiā si vniuersalis Ecclesia de hac re falleretur. Nam omnes catholici viri fatentur Ecclesiam posse falli in his maximē quae non respiciunt ius, sed quae solā rem gestam concernunt: vel (vt verbis magis vulgatis vtar) potest Ecclesia errare in his quae sunt facti, quemadmodum contingit cū aliquis per verba futuri temporis contrahit cū aliqua muliere, quā postmodum carnaliter agnouit sine vllō maritali affectu: quo facto, cū alia postea cōtrahit per verba presentis temporis, vero (vt decet) martiali animo: in tali euentu Ecclesia iudicat istum esse alligatum priori foeminae, & decernit eum esse liberum & solutum à secunda, quia Ecclesia credit piē illū coisse cū priore foemina animo adimplendi & exequendi quod prius pollicitus fuerat: quo casu vera esset vxor illius, vt Ecclesia sentit. Res tamen aliter se habuit, vt prius diximus. Ecclesia certō scit illā esse verā vxorē istius, in quā iste prius verū mariti animum concepit, & in hoc nunquā fallitur. Quod autem in hanc aut illam animum habuerit, Ecclesia non potest certō scire, & per consequens falli potest. An autem iste Ioannes de Vvesfalia de hoc an de illo errore docuerit, cū dixit Ecclesiam posse errare, mihi (vt ingenue fatear) non est certum, quoniam bonus catalogus non expressit, neque ego apud alium inueni. Credo tamen quod de primo errore senserit, & propterea meritō condemnatus fuit.

Tertia h̄resis est, quae Ecclesiae potestatem minuit. Et huius erroris autores fuerunt Vvaldeses, siue pauperes de Lugduno. Quos secutus est postea Ioānes Vvicleph, dicēs decretales epistolas esse apocryphas, & nul-

Alius momenti, & stultos vocat eos qui illis incumbunt. Hunc securus est p̄fatus Ioannes de Vvesfalia, qui apertē docuit neq; apostolos neq; eorum successores p̄latos Ecclesiae habere à Christo autoritatem cōdendi canones seu leges. Eundem errorem hoc nostro seculo docet Lutherus. Si quis tamen ad hunc errorem pertinere dicat illud quod alij docuerunt, obedientiam non esse p̄standam summo pontifici, aut alijs quibuscunq; p̄latis Ecclesiae, tunc plures habebit hic error protectores. Pseudapostoli dixerunt ipsos non subijci alicui, nisi soli Christo, quemadmodum (inquiunt) apostoli soli Christo fuerunt subiecti. Begardorum etiam & Beguinarum h̄resis fuit, quod homo in statu perfectionis existens, non tenetur alicui homini obedire. Horū ergo h̄reticorum, videlicet Vvaldensium, Pseudapostolorum, & Begardorum, h̄resis pestilentior est quam Ioannis Vvicleph & aliorum: quoniam illi etsi negent Ecclesiam posse condere leges & statuta, ad quorum obseruationē omnes homines teneantur, non tamē negant in vniuersum subditos debere obedientiam suis p̄latis. Cū ergo probauerimus Ecclesiam posse aliquid decernere & statuere, cui omnes obedire teneantur, & cuius transgressio sit letalis, actū erit de omnibus his h̄reticis. Pro hac re Salomon testimonium reddit, dicens: Conserua fili mi h̄reticis patris tui: & ne dimittas legem matris tuae: liga ea in corde tuo iugiter, & circūda gutturi tuo. Quod si haec verba ad sola p̄cepta dei, qui & verus & solus est pater noster, dicas esse referenda, non obliſto. Verūm dic mihi, quae est illa mater, cuius legem docet non esse dimittendā? Hęc enim duo coniunxit & p̄cepta patris, & legem matris. Quibus verbis docuit p̄cepta Dei patris esse conseruanda: & p̄cepta Ecclesiae matris nostrae, in qua per baptisma, quod in ea recepimus, renati sumus, non esse contemnenda. Et iterum: Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. Ecce h̄c patres dixit, non pater, vnde constat illa verba nō posse de solis p̄ceptis diuinis intelligi. Quod si dicas verba illa fore interpretanda de patribus veteris testamēti, quibus permissa fuit à Deo potestas in re dubia decernēdi: quare idem non dicitur de p̄latis legis Evangelicae: p̄sertim cū diuinus P̄saltes dicat: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, cōstitues eos principes super omnem terram. Et ipse Deus in Deuteronomio ait: Qui autem superbiert nolēs obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israēl, cunctusq; populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia. Quod si tantum valuit autoritas & potestas sacerdotis legis veteris, vt eius imperium nullus sine mortis periculo contemnere auderet, quantō maior erit autoritas sacerdotis supremi in lege noua? Certē multō maior, cū maius sit sacerdotium huius, quam sacerdotium illius. Verūm huic obiectioni respondentes obijciunt nobis Paulum dicentem: Si spiritu ducimini, nō estis sub lege. Et iterum: Empti estis precio magno, nolite fieri serui hominum. Quibus verbis volunt nos esse per Christum liberatos à lege Mosaica, quapropter aiunt nō oportere amplius hominibus nos subijci. Sed haec non ita se habent, quoniam etsi Christus nos liberauit à seruitute peccati, & à seruitute legis Mosaicae, hoc est à iugo ceremoniarum & legitimorum, non tamen sustulit obedientiam p̄latorū, imō strictius p̄cepit. Per illa autē verba Paulus non auertit subditos ab obedientia p̄latorum, quam aliās apertissimē commendasse ostendimus: sed ab illa auertit seruitute, qua quisq; illius se esse fatebatur, à quo baptizatus erat: quidam dicens: Ego sum Pauli: alius, ego sum Apollō: atq; alius, ego sum Cephe. Christus enim solus pro nobis passus est, atque ideo totos nos ipsos illi soli debemus. Sed dimisso testamento veteri, in quo multa adhuc exempla nobis suffragantur, accedamus ad nouum, in quo veritas clariūs lucet. Christus enim secretō peccatē, postquam semel correptus audire noluerit, ad Ecclesiam

fiæ iudicium deferri præcipit: & si eam non audierit, iubet reputari tanquam Ethnicum & publicanum, hoc est, vt per excommunicationem segregetur à cæterorum consortio, vt vel sic erubescens resipiscat. Excommunicatio autem non nisi pro crimine letali, eoq; graui, & cui est adiuncta pertinacia, infligitur. Constat ergo graue crimen esse Ecclesiæ inobedientiam, quæ tam graui poena punitur. Verum quia aliqui istorum hæreticorum (vt Lutherus) excommunicationes irridet, idè aliud proferamus testimonium. Discipulis suis Christus loquens, & in eis omnibus prælati illorum successoribus, ait: Qui vos audit, me audit. Qui vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit, spernit & eum qui misit me. Ex quibus verbis colligimus obedientiam, quæ propter Dei hominibus præstatur, non esse humanam seruitutem (vt Lutherus mentitur) sed esse Dei seruitutem: quoniam ait: Qui vos audit, me audit. Colligitur etiam inobedientiam Ecclesiæ pro inobedientia Dei reputari apud ipsam Deum. Et Paulus in prima ad Thessalo. epistola ait: Scitis quæ præcepta dederim vobis per dominum Iesum. Et paucis interiectis subdit: Itaq; qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum, qui etiam dedit spiritum suum sanctum in vobis. Hoc etiam Moses clarissimè docuit, cum populo Israël murmuranti aduersus eum & Aaron fratrem eius, dixit: Dabit vobis dominus vespere carnes edere, & mane panes in saturitate, eò quòd audierit murmuraciones vestras, quibus murmurati estis contra eum. Nos enim quid sumus? Nec contra nos est murmur vestrum, sed contra dominum. Ex quibus duobus locis scripturæ proximè citatis satis apertè conuincitur præcepta iusta præpositorum non esse dumtaxat humana dicenda, cum vim suam & robur habeant à præcepto diuino, præsertim cum illorum contemptores tanquam contemptores diuinorum præceptorum coram Deo reputentur. Præterea ipsa veritas iterum apud Matthæum ait: Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisei: quæcunq; dixerint vobis, facite: secundum verò opera eorum nolite facere. Vides hic obedientiam nobis iniunctam, & non solum aliquorum, sed omnium præceptorum. Quæcunq; (inquit) dixerint vobis, facite. Quid est autem dicere, quæcunq;? Nunquid facturi sumus scelera, si nobis præcipiantur? Absit. Per illa enim verba solum præcipitur nobis obedientia earum rerum quæ ad cathedram pertinent, hoc est, earum rerum quæ ad faciliorem obseruantiam mandatorum Dei conducunt, & viam aperiunt. De alijs autem præceptis quæ ab hac obseruatione præceptorum Dei homines auertunt, dixit alibi ipsa veritas: Quare transgredimini præcepta Dei propter traditiones hominum? Et infra: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me. Sine causa autem colunt me, docètes doctrinas & mandata hominum. Quibus verbis Christus reprehendit eas hominum traditiones quæ legi diuinæ aduersantur, & nõ (vt Lutherus somniat) omnes leges humanas. Rursum, Paulus in epistola ad Romanos ait: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas, nisi à Deo. Quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, sibi damnationem acquirunt. Et ad Titum scribens, ait: Admone illos principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse. Et in epistola ad Hebræos: Obedite præpositis vestris, & subiaccete eis. Ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri. Et quòd de prælati Ecclesiastici loquatur, conuincitur per id quod in eodem capite antè præmiserat. Mementote præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei: Suam super autoritatem circa inobedientes declarat Paulus, cum in priore epistola ad Corinthios ait: Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate, & spiritu mansuetudinis? Et in secunda epistola iterum: Idè enim hæc absens scribo, vt non præfens durius agam secundum potestatem quam dominus dedit mi-

A dit mihi in ædificationem, & non in destructionem. Et in secunda ad Thessalonicenses: Quòd si quis non obedierit verbo nostro per epistolam, hunc note, & non comisceamini cum illo, vt confundatur. Nõ est autem minor potestas in Ecclesiæ prælati nunc, quam tunc fuit: erit ergo obedientia prælati Ecclesiæ in his quæ ad obseruationem legis diuinæ conducibilia esse noscuntur. Quid ergo impij Valdéses, pseudapostoli, & Begardi, & Vviclephite, & Husfite oblatrant, & Ecclesiæ obedientiam contemnunt, cum tot scripturæ testimonijs sit confirmata? Verum Lutherus in hac parte eò truculentior bestia quòd cautior, admittit Ecclesiæ obedientiam, sed negat eam dilatarì posse vltra ea quæ expressè in sacris literis habentur. Quòd si ad hunc modum oporteret fabulam ludere, periret omnis cultus, & tota Christianæ reipublice religiosa politia destrueretur, imò ipsa Christiana religio tota laberetur, cum sua fundamentum est illius, eo ipso prorsus euerteretur. Diei dominicæ festiua solennitas non reperitur iniuncta in sacris literis, tamen Ecclesia præcipit diem dominicam obseruari. Neq; hoc centenarium aut trecentenarium est inuentum (prout Lutherus & ei adhaerentes obijcere solent) sed ab ipsis nascètis Ecclesiæ cunabulis prodijt, & hucusq; à Christianis religiosè obseruatum est. Diuorum imagines esse venerandas scriptura nunquam præcepit, & tamen septima synodus quæ in Nicæa fuit cõgregata, decreuit ab omnibus Christianis digna veneratione suscipi. Scripturæ sacræ nunquam iusserunt vt stantes & erecti audiamus Euangelium cum publicè legitur: aut quòd leuemus manus cum corpus domini leuatur à sacerdotè, aut quòd tundamus pectora, aut quòd flectamus genua ante altare dum oramus, hæc inquam atq; alia huiusmodi piæ ceremoniæ non sunt expressè in sacris literis, earum tamè aliquas Ecclesia statuit, alias perpetua cõsuetudine obseruauit hucusque. Quæ omnes si sustollantur, quia scripturæ non sunt in sacro instrumento, statim infra paucissimos dies ea, quam vocamus deuotionem, vel (vt melius dicam) sacrorum affectus periret. Nam is cultus qui adhuc in Christianorum pectoribus viget, quanuis minimus sit, his tamen ceremonijs fouetur & nutritur. Et nisi ad has compellerentur Christiani, citissimè aut nullus aut frigidissimus cultus Dei futurus esset. Verum & si hæc ita se habent, minima tamè sunt ad ea quæ mox subiiciemus. Perpetuam siquidem virginitatem Mariæ nunquam sacra litera apertè expresserunt, non audeat ergo aliquis Mariam Christi matrem, virginem iam appellare, eò quòd sacra litera illud non producit. Nunquam sacra litera eandem sacratissimam virginem nomine matris Dei appellauerunt, sed solum matrem Christi, aut matrem Iesu eam nominant: malè ergo Concilium Ephesinum contra Nestorium censuit eam theotocon, hoc est, matrem Dei verè & meritò esse nominandam. Si ad Lutheri gnomonem, quem nobis præscribit, essent omnia examinanda, nec dicemus patrem ingenuitum esse, nec filium asseremus consubstantialem patri, quoniam nullum istorum in sacris literis expressè reperitur, sed ex quadam ratiocinatione infallibili Ecclesia collegit, declarans ea quæ erant obscura, & eruens ea quæ erant abscondita. Quòd si hoc in causa fidei statuere licuit, cur non etiam licebit eos mores statuere, qui ad obseruationem mandatorum Dei maximè conducunt? Nam de cæteris factemur prælatos ecclesiæ nihil posse statuere, quoniam (vt inquit Paulus) data est illis potestas in ædificationem, non in destructionem. Deus siquidem præcepit nobis vt illum coleremus, nec tamen expressit quando: Ecclesia autem potestate sibi à Deo tradita vtens, expressit, vt die dominico præcipuè missam audientes Deum coleremus. Præcepit etiam Deus ieiunium, nec id vno aut altero tantum loco dixit, sed ferè innumeris, nunquam tamen expressit diem ieiunij: quapropter ne tale ieiunium perpetuò sine eiusdè obseruatione præteriret, eò quòd nulla certa esset signata dies, Ecclesia expressit dies quibus ieiunant

inundandum est. Præcepta ergo ecclesiæ expressiua & declaratiua sunt mandatorum Dei, & quæ viam parant ad obseruationem præceptorum diuinorum. Et ita Ecclesia illa sua præcepta statuens, non aliud statuit quàm Deus (vt Lutherus illi impingit) sed eadem statuit quæ Deus, cum illa quæ decernit, tendunt ad clariorem intellectum & faciliorem obseruationem mandatorum Dei. Cum enim Paulus nonnulla statuisset quæ in scripturis antea non erant expressa, statim subiunxit. Si quis videtur propheta esse aut spiritualis, cognoscat quæ scribo vobis, quia domini sunt mandata. Præterea idem Apostolus decernit virum fidelem debere permanere cum vxore infideli, & fidelem vxorem cum viro infideli, si alter coniugum infidelis nullum incommodum inferat fidei alterius, & velit cum altero fidei permanere: & si discesserit nolens cum fidei habitare, discedat fidei manente libero ad susceptionem alterius. Et tamè cum hæc statuit aut decernit Paulus, fatetur nunquã dominũ hoc dixisse. Nã hoc daturus decretũ præmisit dicẽs: Dico ego, nõ dominus. Rursum, idẽ Apostolus præcepit mulierem velato capite orare, viros autẽ capite nudato, quod tamẽ nulla antea scriptura expresserat. Quia tamen spiritu prophético vidit alii quos futuros, qui prælatorum statuta damnarent, postquã præceptũ illud dedit, subdidit: Si quis autẽ videtur contentiosus esse, nos talẽ consuetudinẽ nõ habemus, neq; Ecclesia Dei. Deinde cũ contentio exorta esset an in lege Euãgelica obligarẽtur homines ad obseruationem legitimorũ in veteri lege præceptorũ, deuoluta est causa ad Apostolos & seniores, qui erant in Hierusalẽ, qui habito maturo (vt decebat) cõcilio, & re prius anxie examinata, talẽ protulere sententiã. Visum est spiritui sancto, & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quã hæc necessaria, vt abstineatis vos, ab immolatis simulacrorũ, & sanguine, & suffocato, & fornicatione: à quib; custodiẽtes vos bene agetis. Hęc quatuor quæ Apostoli decreuerunt esse necessaria, certum est non esse nobis in lege Euãgelica à Deo iniuncta, imò nec iam sunt necessaria omnia illa. Verũ Apostoli metuentes ne hac occasione Iudæorum & Gẽtilium cõmunio impediretur, ne etiam hac occasione aliqui ex Iudæis auerterentur à susceptione legis Euãgelicæ, inhibuerunt illa quatuor pro illo tempore, vt facilius Ecclesia ex gentibus & Iudæis coalesceret. Ecce Apostoli statuerunt quæ nec in scriptura reperiebantur expressè, nec à Deo vnquã audiuerant. Quid ergo? Detrudemus Ecclesiam in tales angustias, aut cõcludemus eam intra tam strictos limites, vt dicamus eã nũc minoris esse potestatis ad aliquid statuendũ quod non exprimitur in sacris literis, quàm tunc fuit? Si dicant Ecclesiam nunc nõ habere tantam potestatem, quãtam tunc, ostendant expressè per sacras literas clarissimè (vt à nobis exigunt) dicentes Ecclesię potestatem esse nunc minorẽ, & Deum minuisse potestatem, quam semel Ecclesiæ dederat: & si id ostenderint, meritò cedam. Cũ autem id ostendere non possint, cur volunt Ecclesiæ statuta intra limites scripturæ sacræ cõcludere, quæ olim talibus limitibus nõ sepiebantur? Potuissem hinc plura sacrorum virorum testimonia adferre, sed vitandæ prolixitatis causã, omitto, tum etiam, quia hi contra quos nunc agimus, videlicet Vvicleph & Lutherus stoccipendũ sanctorum quorumcunq; virorum dicta. Sed præter hæc omnia tam clara testimonia, hæc hæreticorũ assertio est iam in pluribus cõcilijs damnata. Nam inter octo errores Begardorum & Beguinarũ, qui in Cõcilio Viennensi sub Clemente quinto celebrato damnati sunt, tertius in ordine est, quo aiunt illos qui sunt in statu perfectionis, & spiritu libertatis, non esse humanæ subiectos obedientiæ. Huius autem concilij decretum habetur in lib. Clementinarum cõstitutionum titulo De hæreticis, cap. Ad nostrum. Et cõciliũ Constantiense cõdemnans in sessione octaua plures articulos Ioãnis Vviclephi, hunc inter alios locauit, sub his verbis: Decretales epistolæ sunt apocryphæ, & seducunt à Christi fide, & clerici sunt

1. Cor. 14.
1. Cor. 7.

2. Cor. 11.

1. Th. 15.

Concilium
Viennense.Concilium
Constant.

A stulti qui student eis. Qui articulus simul cum alijs vna super omnes lata sententia damnatus est. Et in sessione quintadecima iterum condemnat idem cõciliũ plures assertions Ioannis Hufs, inter quas hæc inuenitur sub his verbis: Obedientia Ecclesiastica est obedientia secundum adinventionem sacerdotum Ecclesiæ, præter expressam autoritatem scripturæ. Dicamus ergo iuxta catholicam fidem, Ecclesiæ statuta non esse contemnenda, sed strictè obseruanda. An autem quæcunq; transgressio illorum sit mortalis, non differo: quoniam video quosdam, & non ex infima Theologorum scholasticorum sorte, qui asserunt transgredientes præcepta Ecclesiæ, modo id non omittant ex contemptu, sed ex infirmitate quadam, aut fortè negligentia, non peccare mortaliter: alios autem scio docere oppositum. Cũ autem ego in hoc opere solam fidem pertractare stauerim, de opinionibus hominum variè sententium disputare nolo. Contra hanc hæresim scripsit Ioannes Rossensis episcopus in eo opere, quod contra captiuitatem Babylonicam Lutheri addidit, articulo. 27. Scripsit etiam Iodocus Clichthouæus multò diffusius in suo Antiluthero, parte prima.

Q Varta hæresis est, quæ docet Ecclesiam ipsam, hoc est, Ecclesiasticos viros, non posse vllas diuitias possidere, nec agros nec possessiones vllas: quia (vt dicunt) Apostoli, quibus primores Ecclesiæ successerunt, pauperes fuere, nihil penitus possidentes. Huius hæresis primi inuentores (vt refert August. lib. de hæresibus, cap. 50.) fuerunt Vadiani siue Anthropomorphytæ: qui hac occasione ab Ecclesia separauerunt seipsos, quia dicebant nõ licere episcopis diuitias possidere, quos tamè diuites esse videbãt. Post istos multo tempore elapso surrexerunt Vvaldenses, siue pauperes de Lugduno, qui illis impingit Aeneas Syluius lib. de origine Bohemorum, cap. 35.) dixerunt sacerdotes pauperes esse debere, & sola cõtentos esse elemosyna. Huius tamè erroris non meminit Guido, cũ hæreses Vvaldensium recenset. Eum dem errorem docuit Marsilius Paduanus, vir quidem Ecclesiæ toti & ecclesiasticis omnibus odiosè infensus. Vixit hic Marsilius sub Ioanne papa huius nominis xxij. & ab eodem damnatus est. Vvaldenses imitatus est hoc loco, quemadmodum alibi semper, Ioannes Vvicleph. Postremus omnium Lutherus hoc nostro seculo eundem tutatur errorem, persuadens principibus vt bona Ecclesiæ diripiant, quod & in multis Germaniæ superioris oppidis factum esse audiui. Huius hæresis fundamentum superius euertimus, cũ de apostolorum paupertate differuimus. Ibi enim docuimus ex sacra scriptura apostolos aliquid possedisse. Similiter supra in titulo de decimis, ostendimus decimas ex iure diuino deberi sacerdotibus: è quibus decimis primam portionem capere potest sacerdos, & reseruare pro sibi necessarijs, victu scilicet & vestitu. Sed præter hæc omnia sunt adhuc alia specialia scripturæ testimonia. Sacerdotes enim legis veteris habuerunt possessiones & agros. Nam postquã populus Israël adeptus est terram promissionis, Leuitica tribus vnde sacerdotes sumebantur, ex præcepto domini accepit ab alijs tribubus quadraginta octo vrbes cum suis suburbanis. Decimas etiam omnium terræ nascentium, & omnium pecudum recipiebant Leuitæ. Cur hoc non licebit sacerdotibus nouæ legis, præcipue cùm non reperiat hoc esse à Christo illis interdictum, quemadmodum supra docuimus cùm de apostolorum paupertate disprauiimus? Præterea à Paulus Apostolus ad Timotheum scribens qualem oporteat episcopum esse, inter cætera exigit ab eo hospitalitatem. At hospitalitas exerceri nequit ab eo qui facultates non habet, quas ministrare possit ijs quos hospitio receperit. Dicit etiam ibidem Paulus, oportere episcopum bene regere domum suã, quoniam (inquit) ijs qui domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit? Ad bonum autẽ domus prepositum spectat, vt prouideat

Anthropo-
morphite.

Vvaldeses.

Marsilius
Paduanus,
Ioannes
Vvicleph.
Lutherus.

1. Th. 15.

1. Tim. 3.

vxori & filijs quos habet, de victu & vestitu, & de illis rebus sine quibus hæc C
 misera vita consistere nequit. Hæc autem nullus sine facultatibus commodè
 exequi potest. Rursum, Pius papa & martyr in epistola Italicis directâ, sic ait:
 Ad sedem apostolicâ perlatum est, quod sint inter vos contentiones & amulatio-
 nes, & prædia diuinis vsibus tradita quidam humanis applicant vsibus: & domi-
 no Deo cui tradita sunt, ea subtrahunt, ut suis vsibus inseruiant. Quapropter
 ab omnibus illius vsurpationis contumelia depellenda est, ne prædia vsibus se-
 cretorum celestium dicata à quibusdam irruentibus vexentur: quod si quisquã præ-
 sumperit, velut sacrilegus habeatur, & sicut sacrilegus iudicetur. Hæc Pius pa-
 pa: quem non possunt incusare quod malus fuerit, cum martyrio vitam finie-
 rit. Nec ut trecentarium (quæadmodum facere solet Lutherus) possint eum
 rejicere, quoniã decimus à Petro summus pontifex fuit. Quid ergo impius Lu-
 therus suadere audeat principibus, ut Ecclesias diripiant atque spolient? Non-
 ne videt à Papa sanctissimo velut sacrilegos esse iudicatos qui hoc faciunt?
 Huic papæ sanctissimo alius eiusdem farinae homo subscribit, videlicet Urbanus
 papa & martyr, qui de hac re tale addidit decretum: Videntes ergo sacerdotes
 summi, & alij, atque Leuitæ, & reliqui fideles plus utilitatis posse adferre si hæ-
 reditates & agros, quos antè vendebant, Ecclesijs, quibus præsidebant episco-
 pi traderent, eò quod ex sumptibus eorum tam presentibus quam futuris
 temporibus plurima & elegantiora possent ministrare fidelibus communem
 vitam ducentibus, quam ex precio eorum, coeperunt prædia & agros quos ven-
 dere solebant, matribus Ecclesijs tradere, & ex sumptibus eorum viuere.
 Ipsa verò res in ditione singulorum parochiarum episcoporum, qui locum
 tenent apostolorum, erant & sunt vsque adhuc, & futuris semper debent ef-
 fe temporibus. E quibus episcopi & fideles dispensatores eorum, omnibus com-
 munem vitam diligere volentibus, ministrare cuncta necessaria debent, prout D
 melius potuerint, ut nemo in eis egens inueniatur. Hæc Urbanus papa &
 martyr. Post Urbanum confirmauit eandem sententiam Lucius papa & mar-
 tyr, qui in epistola ad episcopos Galliarum & Hispaniarum damnat rapien-
 tes bona Ecclesiarum. Plura alia sacrorum virorum testimonia pro hac re po-
 tuissimè adferre, quæ breuitatis causa omitto. Si quis tamen curiosus lector ea
 videre desiderat, legat librum decretorum, r. 2. causa quæst. 1. & in sequentibus
 questionibus, videlicet. 2. 3. 4. 5. in quibus locis multa huius rei testimonia
 Gratianus reposuit. Accedit ad hæc, quod multi ex summis pontificibus re-
 lati sunt inter sanctos, etiam ab eo tempore quo Ecclesia possedit diuitias. Et
 multorum conciliorum decreta sunt de bonis Ecclesiarum non alienandis, de
 œconomis Ecclesiarum. Et Concilium Chalcedonense, quod vnum est ex illis
 quatuor quæ beatus Gregorius fatetur se recipere velut sancta quatuor E-
 uangelia, capite. 22. districtius inhihet clericis, ne post mortem episcopi ra-
 piant res ad eum pertinentes. Vnde patet concilij autoritate esse permissam
 rerum proprietatem episcopis. Postremò ex pluribus assertionibus Ioannis
 Vviclephi in Concilio Constantiensi, sessione octaua damnatis, aliquæ sunt
 quæ ad hanc rem pertinent. Decimus enim articulus sic ait: Contra scriptu-
 ram sacram est, quod viri Ecclesiastici habeant possessiones. Trigésimus secun-
 dus dicit: Ditare clericum, est contra regulam Christi. Et in sequenti assertione
 ait: Siluester papa & Constantinus Imperator errauerunt Ecclesiam dotando.
 Et trigésimus sextus articulus est: Papa cum omnibus clericis suis possessione
 habentibus sunt hæretici, eò quod possessionem habent, & omnes consentien-
 tes eis, scilicet domini seculares, & ceteri laici. Hi omnes articuli simul con-
 demnati sunt in illa sessione octaua Concilij Constantiensis. Verum hæc atten-
 dant domini Ecclesiastici, quod quamuis illis liceat diuitias possidere, non ta-
 men licet eas uare custodire, aut indebitè expendere. De hac re scripsit Io-
 docus

Urbanus.

Concilium
Chalcedo-
nense.Concilium
Constantiense.

A docus Clichthouæus in eo opere, quod addidit pro declaratione veritatum de-
 finitarum in Concilio Senonensi.

ELEMOSYNA.

D E hac re est vnus error, docens non licere eleemosynas tribuere fratri-
 bus mendicantibus. Huius erroris dux fuit Ioannes Vvicleph, qui asse-
 ruit cum omnem esse ipso facto excòmmunicatū, qui eleemosynas fra-
 tribus contulerit. Ad cuius assertionem duplici mouetur ratione. Vna, quia il-
 le omnem monachorum ordinem damnat, & monachos vitam priuatam de-
 gentes asserit non esse de religione Christiana. Et sanctos viros qui diuersos
 monachorum ordines instituerunt, peccasse in hoc dicit, & nisi de hoc eos poe-
 nituerit, contendit eos esse damnatos. Altera ratio qua mouetur est, quia om-
 nem mendicantem dicit esse fratribus illicitam, quoniam (ut ait) fratres per
 labores manuum debent victum acquirere, & non per mendicitatem. Itaque
 iste Vvicleph ut vnum protegat errorem, alium adfert aut pestilentiorum, aut
 æqualem: dignum quidem patella operculum. Monachatum, quæ ille in vni-
 uersum damnat, non est presentis negocij nunc defendere: infra, Deo duce,
 longiorem suo loco faciemus disputationem. Quod autem laborem manuum
 à monachis exigit vnde viuere debeant, non damno in vniuersum, nec etiam
 generaliter probo. Ego quidem etsi monachus sum, cum Euchitis aut Messa-
 lianis non sentio, qui dicebant monachis omnem manuum laborem esse illi-
 citum. Vellem enim quosdam manibus laborare, nec tamen omnes. Sed de
 hac re alibi differemus sub hac inscriptione aut titulo, Labor. Mendicantem,
 B Deo adiutore, probabimus suo loco, cum de illa sub eis nomine differemus,
 non solum esse licitam, verum etiam meritoriam. Sublatis igitur fundamentis,
 quibus hæc impia Vviclephi assertio innititur, necessarium est ut & ipsa cor-
 ruat. Nam si monachatus licitus est, & monachis mendicare licet, alijs etiam
 licebit illis eleemosynam impendere. Hæc etiam assertio Vviclephi vna est
 ex illis. 45. quæ in octaua sessione Concilij Constantiensis damnatae sunt. Ar-
 tculus enim eius vigésimus ibidem damnatus sic ait: Conferens eleemosy-
 nam fratribus, est excommunicatus eo facto. Quæ assertio simul cum qua-
 draginta quatuor eiusdem Vviclephi ibidem damnata est. Cum ergo Eccle-
 sia huic liti finem imposuerit, non est quod nos de hac re amplius contende-
 re debeamus.

D E hac re nullum alium errorem reperi apud aliquos eorum qui de hæ-
 resibus scripserunt, aut hæreses recensuerunt. Verum beatus August.
 lib. 21. de ciuitate Dei, cap. 22. dicit se cõperisse quosdam putantes ele-
 mosynam tantæ esse virtutis, ut qui eam exercuerit, quantumlibet criminose
 & nefariè viuat, æternum tamen supplicium non sit habiturus: sed illis dunta-
 xat dicebant perpetuum supplicium esse destinatum, qui eleemosynas non fe-
 cerunt, aut facere contempserunt. Huius hæresis cum Augustinus nullum pro-
 diderit autorem, ergo illam hic omittere decreueram: sed quia fortè in poste-
 rum (ut quotidie simile nostris demeritis exigentibus experimur) aliquis exur-
 get qui illam defendere conetur, mataui sententiam, & illam huic operi inte-
 xui, sola narratione contentus. Ad eius siquidem confutationem apertissimū
 & efficacissimum est illud Pauli: Si distribuero in cibos pauperum omnes fa-
 cultates meas, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Si quis au-
 tem amplius de hac re videre optat, legat beatum August. lib. 21. de ciuitate
 Dei, cap. 27. quo loco redarguit hunc errorem, quem supra. 22. capite eiusdem
 libri narrauerat.

Vvicleph.

Concilium
Constantiense.

1. Cor. 13.

EPISCOPVS.

Aërius.

DE hac re est vnus error, quo docent episcopum non esse simplici sacer-
dote superiorē. Huius erroris autor fuit Aërius quidam, quamuis Phi-
laster de illo loquens, nunquā hoc illi tribuit. August. tamē in lib. de hē
refibus, cap. 53. de illo loquens ait, quod dolens quia episcopus ordinari nō po-
tuit in Arrianorum hāresim lapsus est, & alia plura addidit dogmata, quorum
vnum fuit hoc, presbyterum videlicet ab episcopo nulla differētia debere di-
scerni. Hunc eundem errorem post multos annos ab inferis suscitauerunt Vval-
denfes, dicentes nullum esse inter sacerdotes discrimen. His postea subscripsit
Marsilius Paduanus. Vvaldenfes (vt aliās diximus) semper secutus est Ioan-
nes Vvicleph, & omnes eorum errores tutatus est: quapropter vt sui similis
esset, hunc etiam docere tentauit: quē errorem ex eodē fonte deduxit, ex quo
Aërius. Nam Thomas Vvalden. in suo doctrinali fidei antiquæ, tomo. 1. lib. 2.
artic. 3. cap. 60. quo loco hanc rem ille pertractat, dicit Ioannem Vvicleph am-
bisse episcopatum Vigoriensem, quē tamen non fuit assecutus, & Ideo cōtem-
nere cōepit, quod prius anxie desiderauerat. Hoc enim sapiēsimē euenire ex-
perientia didicimus, vt qui non potest consequi quod maximē optat, ad con-
temptum illius rei & vilipendium confugiat, vt vel hoc remedio, suo impotē-
ti desiderio medeatur, & alijs persuadeat se parum optasse quod assecutus nō
fuit. Sic etiā quia Aërius & Vvicleph episcopatū assequi nō potuerūt, illius di-
gnitatem & eminentiā gradum se contemnere simularunt. Ioanni Vvicleph
consentit Lutherus, qui in libello contra falsā nomina statuum Ecclesiæ, hæc
ait: Episcopi sunt indoctæ larvæ papales, quæ non solum ad veritatem oppri-
mendam creatæ sunt, sicut & creator ipsorum, idē deleri debet episcoporum
regimen, & deuari episcopatus. Et in libro de captiuitate Babylonica iterū
ait. Omnes quotquot baptizati sumus, & qualiter sacerdotes sumus, & quilibet
laicus potest Ecclesiās consecrare, pueros confirmare, &c. Hæc Lutherus. In
quibus verbis non solum sacerdotes, sed etiā laicos dicit esse pares episcopis.
Ante tamen quā hanc hāresim oppugnare aggrediar, lectorem admonere de-
creui, ne videlicet existimet me sic his hæreticis in hac parte contradicere, vt
sentiam episcopatum esse alium ordinē à sacerdotio. Quod idē præmonui,
quia sunt aliqui sentientes episcopatum differre à sacerdotio, quemadmodū
sacerdotium à diaconatu, ita videlicet vt alius character imprimatur in episco-
pi ordinatione, ab illo qui impressus fuerat cū fuit ordinatus sacerdos. Alij
rursū docent, nec aliū imprimi characterem, nec alium esse ordinem episco-
pi & sacerdotis: sed dicunt esse eiusdē ordinis diuersos gradus, ita vt intra eun-
dem ordinem duo sint gradus, vnus altero ex sua primæua institutione supe-
rior. De qua re non est meum impræsentiarum definire: quoniam (vt aliās sæ-
pē statui) non hic hominum variē sentientium opiniones pertracto, sed solum
catholicam fidem. Idē hanc rē alijs discutiendam relinquo. Mei ergo propo-
siti est solum ostendere, inter episcopum & sacerdotem esse aliquod discrimē,
non quod à Cæsare (vt Ioannes Vvicleph murmurat) emanauerit, sed quod ab
ipso Christo & eius apostolis processerit, ita vt episcopus ab ipsa diuina insti-
tutione sit alio simplici sacerdote dignitate superior. Hoc autem sic cōuinci-
mus. Oportet enim vmbra similem esse corpori, & figuram veritati. Omnia
autem quæ in veteri testamento præcesserunt, figuræ quædam fuerunt eorum
quæ in lege noua futura erant, Paulo testate, qui ait: Omnia in figura contin-
gebant illis. At in lege veteri distinctio fuit sacerdotum. Nam Aaron summus
fuit sacerdos, filij autem eius minores sacerdotes. Summus sacerdos distincta
habebat ornamenta à minoribus. Summa sacerdos intrabat in sancta sancto-
rum,

1. Cor. 10.
Exod. 19.

Arum, quod alijs sacerdotibus non erat licitum, vt patet ex libro Leuitici, & ex
epistola Pauli ad Hebræos. Ad solum summum sacerdotem pertinebat cele-
brare festum expiationis, vt patet ex eisdem locis. Cū ergo tam latum præ-
cesserit in lege veteri inter sacerdotes discrimen, cōiicinus inde vt diuersum
etiam in lege noua sacerdotium fuerit à Christo institutum. Hoc etiā nostrū
argumentum confirmatur auctoritate Leonis papæ, qui in epistola. 66. quæ est
ad vniuersos Germaniæ atq; Galliæ Ecclesiarum episcopos, sic ait: In diuinis
enim literis præcipiente domino solus Moyſes in tabernaculo Dei crexit al-
tare, solus ipse vnxit, qui vtiq; summus Dei sacerdos erat, sicut scriptum est
de eo: Moyſes & Aarō in sacerdotibus eius. Ideoq; id, quod tantū facere prin-
cipibus sacerdotum iussum est, quorum typum Moyſes & Aaron tenuerunt,
omnino decretum est vt episcopi vel presbyteri, qui filiorum Aaron gestant
figuram arripere non præsumant. Hæc Leo papa. Præterea Paulus ad Titum
scribens, ait: Huius rei gratia reliqui te Crete, vt ea quæ defunt corrigas, & cō-
stituas per ciuitates presbyteros, sicut ego tibi disposui. Hoc loco beatus Pau-
lus nomine presbyterorum intellexit episcopos, quoniam (vt Theophylactus
admonet, & ante illum Chrysoſtomus) nolebat Paulus vniuersam insulā (vi-
delicet Cretam) vni episcopo demandari, potissimum cum adeo magna fuisse
dicatur, vt centum oppida munita habuerit. Idē Tito scribit, vt vnicuiq; vi-
bi proprium præficiat presbyterum, hoc est, episcopum, credēs hoc modo po-
pulum melius fore curandum. Præter hoc etiam ipsa literæ series hoc conui-
cit. Nam cū præcepisset presbyterorum ordinationem, subiungens postea
qualis debeat esse is qui ordinandus est, tunc iam expressit episcopi nomen,
quo argumento conuincitur eundem appellare episcopum, quem prius appel-
lauerat presbyterum. Hoc iam semel in posterum dictum sit. Episcopus ergo
(vt ad scopus conuertamur) presbyteros ordinat: simplex autē sacerdos hoc
non potest, quemadmodum infra cū de sacerdotibus agemus, Deo fauente
ostendemus. Non est ergo prorsus idem episcopus & presbyter. Rursū, si ex
diuina ordinatione idem est omnino presbyter & episcopus, sequitur inde, vt
quemadmodum episcopus presbyteros ordinat, ita è cōuerso presbyter pos-
sit ordinare episcopos: quod nunquā factum esse legimus: quoniam est Pau-
lus dicat Timotheo scribens: Noli negligere gratiam quæ in te est, quæ data
est tibi per prophetiam cū impositione manuum presbyteri: Chrysoſtomus
tamen & Theophylactus & reliqui exponunt de episcopo, hoc adiciēs Chry-
soſtomus, quod presbyteri episcopum non inthronizabant. Deinde episcopi
sunt successores apostolorum, & eorum locum tenent, alij autem clerici in lo-
cum. 70. discipulorum subrogati sunt. At nullus dubitat, quod & ipse Vvi-
cleph concessit, vt testatur Thomas Vvalden. apostolos videlicet singulari
quadam prærogatiua fuisse superiores meritō & dignitate cæteris discipulis.
Quod autem apostolorum successores sint episcopi, reliquorum verō disci-
pulorum alij sacerdotes, hoc Vvicleph negat, sed dicit sacerdotes omnes suc-
cedere apostolis, & diaconos reliquis discipulis. Quare ipse inde cōcludit om-
nes sacerdotes esse pares. Vt ergo suo telo configanus eum, hoc totis viribus
est annitēdum, vt ostendamus omnium testimonio, episcopos solos esse apo-
stolorum successores, sacerdotes verō & reliquos clericos esse successores disci-
pulorum. Addidi de reliquis clericis, quia video aliquos putantes solos sa-
cerdotes subrogatos esse in locum discipulorum, quod non ita se habere con-
uincitur ex eo, quod Philippus diaconus è numero discipulorum fuit, & Ste-
phanus, & alij diaconi. Omnis igitur his recentioribus, quibus non tanta fi-
des debetur, primus omnium testimonium pro nobis dicat Beda, qui lib. 3. su-
per Lucam, cap. 15. sic ait: Sicut duodecim apostolos formā episcoporum exhi-
bere simul & demonstrare nemo est qui dubitet, sic & hos. 72. figuram presby-
terorum,

1. Tim. 4.

1. Cor. 6.

Beda

terorum, id est, secundi ordinis sacerdotum gessisse sciendum est: tamen si primis Ecclesiae temporibus, ut apostolica scriptura testis est, utriusque presbyteri, utriusque vocantur episcopi, quorum unius scientiae maturitatem, aliud industriam curae pastoralis significat. Hæc Beda. Eandem sententiam profert Isidorus in quodam sermone in synodo habito, ita dicens: Presbyteri quippe successores & vicarij sunt. 70. discipulorum, qui præcedebat Dominum Iesum Christum in omnem civitatem, & locum quod erat ipse venturus. Ita presbyteri, quia adiutores sunt episcoporum, rudes populos initiant, baptizandos vniuersitati Ecclesie incorporant, in omnibus sacramentis usque ad manus impositionem populo Dei ministrant. Episcopi verò successores sunt Apostolorum. Hæc Isidorus. Et Beatus Damascus in epistola de coepiscopis, quos solum sacerdotes esse decernit, postquam dixerat eos non posse confirmationis sacramentum ministrare, ita dicit: Quod autem solis apostolis eorumque successoribus proprium sit officium tradere spiritum sanctum, liber Actuum Apostolorum docet, præsertim cum nullus ex 70. discipulis, quorum isti in Ecclesia speciem gerunt, legatur donum sancti spiritus per manuum impositionem (ut prædictum est) tradidisse. Hæc Damascus. Vides iam tres illustres viros pro nobis dedisse testimonium, qui omnes fatentur episcopos successores esse apostolorum, presbyteros verò locum tenere discipulorum. Sed quod res firmior reddatur, plures adhuc pro hac re testes adhibeamus. Urbanus papa & martyr in epistola de communi vita & oblatione fidelium, loquens de rebus Ecclesie assignatis, à quibus dispensari debeant, sic ait: Ipsæ verò res in ditione singulorum parochiarum episcoporum, qui locum tenent Apostolorum, erant, & sunt usque adhuc, & futuris semper debent esse temporibus. Hæc Urbanus papa. Quibus verbis satis aperte dicit episcopos successores esse Apostolorum, nulla presbyterorum habita mentione. Anacletus papa & martyr, qui quartus à beato Petro apostolo ecclesie catholice præfedit, in epistola de patriarchis & primatibus ac reliquis episcopis, ita ait: Sacerdotum fratres ordo bipartitus est, & sicut dominus illum constituit, à nullo debet perturbari. Scitis autem à domino apostolos esse electos & constitutos, & postea per diuersas prouincias ad prædicandum dispersos. Cui verò messis coepisset crescere, videtur paucos esse operarios, ad eorum adiumentum. 70. eligi præcepit discipulos. Episcopi verò domini apostolorum: presbyteri quoque. 70. discipulorum locum tenent. Hæc Anacletus papa & martyr. In quibus verbis id aduertendum maxime est, quod ait dominum instituisse bipartitum sacerdotum ordinem. Huic Anacleto soli magis crediderim quam mille Vviclephitis, imò magis quam Hieronymo aut Augustino, aut cuius alij recentiori quantumlibet sancto & docto. Nam præter vitæ sanctitatem, quam martyrium maxime commendat, beatos apostolos vidit, & (ut ipse in principio epistolæ, quam modo citauimus, testatur) à beato Petro apostolo fuit presbyter ordinatus. Vnde credendum est illum veram apostolorum mentem penetrasse, & illorum spiritum tenuisse. Et ut aliquid ultra addamus, beatus Augustinus, de hæresibus, cap. 53. Aerij errores enumerans, hunc inter illos recenset, quod videlicet presbyteros pares episcopis fecerit. Præter hæc omnia tot illustrium virorum testimonia, illud maxime hoc nostrum propositum roborat, quod superius cum de confirmatione ageremus, docuimus. Ibi enim ostendimus confirmationis sacramentum non posse conferri ab aliquo tantum sacerdote, sed à solo episcopo, & hoc ex diuina institutione, & non ex ecclesie ordinatione. Si ergo confirmationem ministrat episcopus, & illam non potest alius presbyter ministrare, conuincitur inde ut non sit idem presbyter & episcopus. Sed his omnibus obijcit nobis Ioannes Vviclephus beatum Hieronymum, qui super epistolam ad Titum, exponens illum locum, Huius rei gratia aliqui te Crete, &c. ita ait: Idem ergo est presbyter, qui episcopus: & antequam diaboli instinctu studia in religione fierent,

fierent, & diceretur in populis: Ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem Cepha, communi presbyterorum concilio Ecclesie gubernabantur. Postquam verò vnusquisque, eos quos baptizauerat, suos putabat esse, non Christi, in toto orbe decretum est, ut vnus de presbyteris electus superponeretur cæteris, ad quem omnis ecclesie cura pertineret, & schismaticum semina tollerentur. Hæc Hieronymus. Cui obiectioni respondet Thomas Vvalden. loco illo superius citato, verum esse quod episcopi sint presbyteri. Nam hoc sentit Hieronymus. Quod autem inter episcopum & presbyterum non sit aliqua distinctio, hoc Hieronymus non expressit. Sed re vera fallitur Thomas Vvalden. quoniam in toto illo decursu post verba proxime citata nihil aliud conatur Hieronymus, quam ut ostendat ex diuina institutione non esse differentiam inter episcopum & presbyterum, sed tale discrimen fuisse postea inuentum ad schismaticam tollendam. Et interpretatur Hieronymus dictum de superpositione episcoporum cæteris presbyteris ab ecclesia inuenta, debere intelligi de sola præsentia in concilio, ita videlicet quod toti communi consilio sacerdotum præsit vnus episcopus in edictis canonibus, hoc non tamen ex institutione diuina, sed ex humana consuetudine arbitratur euenire. Et de hac præsentia dicit dictum Hieronymus debere intelligi. Vtrum autem hæc expositio verum sensum Hieronymus & veram eius mentem exprimat, ego nolo nunc discutere, sed lectori relinquo, qui locum illum Hieronymus attentè (ut decet) legens, facile comprehendet satis alienam esse à mente Hieronymus illam expositionem. Sed ut clarius pateat qualis fuerit Hieronymus de hac re sententia, videamus quid in dialogo Orthodoxi & Luciferiani dicat. Ibi enim circa mediū dialogi, sub persona Orthodoxi de confirmationis sacramento differens, ita loquitur: Quod si hoc loco quaeris quare in ecclesia baptizatus, nisi per manus episcopi non accipiat spiritum sanctum, quem nos asserimus in vero baptisate tribui, discere hanc obseruationem ex ea autoritate descendere, quod post ascensum domini spiritus sanctus ad apostolos descendit. Et multis in locis idem factitatum reperimus, ad honorem potius sacerdotum, quam ad legis necessitatem. Alioqui si ad episcopum tantum impetrationem spiritus sanctus defluit, iugendi sunt qui in viculis, aut in castellis, aut in remotioribus locis per presbyteros & diaconos baptizati, ante dormierunt, quam ab episcopo inuiserentur. Hæc ibi Hieronymus. Ex quibus verbis clare patet illum sentire non esse ex necessitate legis quod episcopus solus per manus impositionem spiritum sanctum conferat, sed hoc esse ex ecclesie institutione ad honorem sacerdotum. Ideo aliter Hieronymus testimonio respondere oportet. Sed antequam respondeam, percontari expedit Ioannem Vviclephum, quare Hieronymus testimonio contra nos nunc pugnet, cum alibi & Hieronymus & omnes alios sacros doctores tam facile reiiciat & vilipendat? Aut ergo illum cum pro nobis citatur, recipiat, aut nullo pacto illum nobis obijciat. Deinde cur nobis obijcit vnum solum Hieronymum contra tot illustres viros sanctitate perinde ac doctrina insignes? Nunquid vnus Hieronymus dictum præferre vult sententiam tot clarissimorum virorum? Parum dixi, nunquid fortè toti Ecclesie catholice, aut concilio illam representanti, solum Hieronymus præponet? Concilium siquidem Ispalense secundum (ut supra cum de confirmatione ageremus, ostendimus) definit à solis episcopis posse confirmationem conferri, & (ut postea ostendemus) idem concilium censet presbyterum nullo modo posse alium in presbyterum aut diaconum ordinare. Quod si ordinare attentauerit, eius ordinationem decernit esse nullam, & esse necessariò iterandam ab episcopo, ut sic ordinatus possit aliquid exercere. At si ex institutione diuina illud posset presbyter ministrare, quantum peccaret contra ecclesie decretum faciens, nihilominus eius ordinatio esset valida, quæ admodum dici solet de clerico excommunicato conficiente eucharistiam, qui quantum peccet sacramentum consecrans, nihilominus tamen rata & firma est eius consecratio. Cum ergo tam expref-

expressa sit cōcilij definitio, quis contra eam opponere audebit solius Hiero. sententiam: Ergo certè doctrinam beati Hiero. summè extollo, eius sanctitatē maximè veneror, sic tamen, vt putem eum hominem fuisse, qui cum hinc ageret, falli potuit, sic etiam vt eius sententiæ plurimorum catholicorum doctorum & pontificū, quales fuere Damafus, Vrbanus, Anacletus, decreta illi præferam. Nec mirum debet hoc esse alicui. Nam præter hoc quòd illi pontifices sancti fuerunt vt Hiero. & eorum aliqui martyrio clari, & omnes doctrina insignes, ipsemet Hieron. illorum decretis libentissimus suam subiicit sententiam, vt patet ex aliquot eius epistolis ad Damasum papam. Nec etiam mirari quisquam debet, q̄ beatus Hiero. vir alioqui doctissimus, sic deceptus fuerit: quoniam quandoq; bonus dormitat Homerus. Quòd maximè euenire potuit tunc, quando adhuc doctrina illa non fuerat in quæstionem deducta, nec tunc ecclesia aliquid de ea desinierat: quapropter potuit sine vllò fidei dispēdio ita sentire, maximè cum habuerit aliquot scripturæ testimonia, quæ pro illo sententiam dicere videbantur: quæ oportet vt sigillatim discutiamus. Primò ergo quòd narrat, ad tollendum schisma quo vnusquisque eos quos baptizabat, suos putabat esse, non Christi, decretum fuisse vt vnus de presbyteris electus, superponeretur cæteris, ad quem omnis Ecclesiæ cura pertineret: quo pacto Hiero. hoc probet, ego nescio, imò oppositum ex Actibus Apostolorum conijci potest, præcipuè quia remedium illud quod beatus Hiero. dicit fuisse adhibitum, non erat sufficiens vt schisma tolleretur: quoniam etsi illo modo schisma intra vnā urbem exortum tollebatur, non tamè schisma inter plures vrbes. Per illud siquidem remedium non tollitur quin omnes vnus vrbs dicatur Pauliani, à Paulo illius ciuitatis episcopo alij Petriani à Petro alterius ciuitatis episcopo. Quo factò quis non videt adhuc schismatum semina manere, cum dicatur adhuc, ego sum Pauli, ego sum Cephæ? Non erat autem præcisè curandum vt hoc aut illo modo schisma nõ fieret, sed vt nullo. Ideo vt ex apostolica historia conijci potest, aliud remedium efficacius illi schismati adhibitum est, vt videlicet omnes Christo initiati, communi vocabulo Christiani appellarentur, à Christo, qui caput est omnium, qui etiam (vt Ioānes Baptista testatur) est qui verè nos baptizat. Ad cuius rei confirmationem, beati Athanasij proferam testimoniū. Is enim disputans contra Arrium reijcientē hanc vocem *ὁμοούσιον* propter illius nouitatē, ostendensq; propter nouitates hæreticorum insurgentium, Ecclesiam consueuisse noua constringere nomina, ita ait: Et vt quod dico, planius fiat, vtor exemplo: In ipso Christianæ religionis prædicationis initio omnes qui credebant domino nostro Iesu Christo, non Christiani, sed discipuli tantummodo nominabantur. Et quia multi nouorum dogmatum autores extiterant doctrinæ obuiantes apostolicæ, omnes sectatores suos discipulos nominabāt, nec erat vlla nominis discretio inter veros falsosq; discipulos, siue qui Christi, siue qui Dositæ, siue Theodæ, siue Iudæ cuiusdam, siue etiam Ioannis sectatores, qui se quasi Christo ecclesiæ fatebantur, quin potius vno discipulorum nomine censerentur. Tunc apostoli conuenientes Antiochiam, sicut eorū (Luca narrante) testātur acta, omnes discipulos nouo nomine, id est Christianos, appellant, discernentes à communi falsorum discipulorum vocabulo, vt & diuini per Esaiā oraculi sermo impleretur, quo ait: Seruientibus verò mihi vocabitur nomen nouum. Hucusque Athanasius, Rabanus super Actus Apostolorū, exponens locum illum vbi de impositione Christiani nominis dicitur, sic ait: Omnes sectæ nomen trahebant de suo autore, idèò fundata fide, & firmitate obtinente, primū in Antiochia, vbi præ cæteris locis fides florebat, sumptum est à Christo nomen Christianum. Hęc Rabanus. Et certè hoc remedio veriùs obuiatum est schismati, quàm constituendo (vt Hiero. ait) vnum ex presbyteris, qui cæteris superpositus, omnē ecclesiæ cura

siæ curam haberet. Sed iam reliqua quæ pro se beatus Hieron. adfert, videamus. Apostoli ad Philip. verba sunt ista: Paulus & Timotheus serui Iesu Christi, omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis, cū episcopis & diaconibus, gratia vobis & pax, & reliqua. Philippi vna est vrbs Macedonia, & certè in vna ciuitate plures, vt nuncupantur, episcopi esse non poterant, sed quia eosdem episcopos illo tempore quos presbyteros appellabant, propterea (inquit) de episcopis quāsi de presbyteris est locutus. Deinde in Actibus Apostolorum scriptum est, quòd cum venisset Apostolus Miletum, miserit Ephesum, & vocauerit presbyteros ecclesiæ eiusdem, quibus postea inter cætera sit locutus: Attendite vobis & omni gregi in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos regere Ecclesiam domini, quā acquisiuit per sanguinē suam. Quo loco diligentiùs obseruare admonet Hiero. quomodo vnus ciuitatis Ephesii presbyteros vocans, postea eosdem episcopos dixerit. Alia etiā pro se citat, quæ quia debiliora sunt, & minùs efficacia, omitto. Illud ergo primum nõ constat an sit ita intelligendum qualiter Hiero. interpretatur, quoniam nomine episcoporum Ambrosius ibi intelligit Paulum & Timotheum. Sic enim ait: Cum episcopis & diaconibus, hoc est, cum Paulo & Timotheo, qui vtiq; episcopi erāt: simul & significauit & diaconos qui ministrabant eis. Ad plebē enim scribit. Nam si episcopos scriberet & diaconibus, ad personas eorum scriberet: & loci ipsius episcopo scribendum erat, nõ duobus vel tribus, sicut ad Titū & Timotheum. Hęc Ambro. Ex cuius verbis satis patet q̄ diuersum à Hiero. sentiat. Sed quoniam aliud testimonium ex Actibus apostolicis apertius est q̄, vt possit eludi, idèò aliter & veriùs respondendū videtur, nomina illa, videlicet presbyter & episcopus, ex sua primæua institutione latiore habuisse significationem quā modò habeant. Episcopus enim dictio Græca est, & cōposita ab *ἐπι* præpositione Græca, quæ idè significat q̄ Latine super: *σκοπος* verò idè est quod intendere: & ita episcopus tantum valet ac superintendens, inde *ἐπισκοπεῖν* superintendere. Episcopi ergo nomē inde sumptum videtur, quòd is qui præficitur alijs, eorum curæ superintendere debet. Iuxta quam nudam interpretationem nulli dubium quin presbyteri parochi episcopi dici debeant, nā ipsi etiam superintendant curę animarū sibi commissarum. Presbyter etiam est vox Græca, *πρεσβύτερος* Latine interpretatur senior. Presbyter ergo gratis est nomen, quæ non iuxta numerum annorum computada venit, sed iuxta sensus maturitatē: quemadmodum Sapiens ait: Senectus venerabilis est non diuturna, neq; annorum numero cōputata. Cani autem sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata. Vnde Anacletus papa in epistola de ordinatione episcoporum, sic ait: Porro Moysi præcipitur vt eligat presbyteros, vnde & in prouerbij dicitur: Gloria senum canities. Hęc verò canities sapientiam designat, de qua scriptum est: Canities hominum prudentia est. Cumq; nongentos & amplius annos ab Adam vsque ad Abraham vixisse homines legerimus, nullus alius primus appellatus est presbyter, id est, senior, nisi Abraham, qui multò paucioribus vixisse annis conuincitur: non ergo propter decrepitam senectutem, sed propter sapientiam presbyteri nominantur. hęc Anacletus. Si ergo propter sapientiam, qua insignitus esse debet, presbyter nominatur, apparet vocem ex sua institutione plus etiam significare quàm nūc significet: nam iuxta illam omnes sapientes presbyteri dici possent, cum tamen multi sint qui modò presbyteri non dicantur. Quòd si contendas nomen presbyteri ab annorum numero esse alicui tribuendum, oportebit concedere vt omnes senes verè possint dici presbyteri: quod tamen nunc non ita fiet. Nomen ergo presbyteri ex quacunque deriuatione sumatur, commune est episcopis & cæteris sacerdotibus. Episcopi nomen etiam commune est ex sua prima institutione omnibus sacerdotibus, præcipuè illis quibus animarum cura commissa est. Ec

clesia ergo, timens ne propter vocabulorum indistinctam significationē quis opinaretur res etiam esse prorsus indiscretas, vocabulorū significationes contraxit hoc modo, vt ille solus nominaretur episcopus, qui alijs sacerdotibus superior existens, totius ciuitatis curam haberet: ille autem diceretur presbyter, qui corpus domini conficere aut consecrare posset. Itaque ecclesia hoc statuens, non constituit nouum ordinē, aut eiusdem ordinis nouum gradum decreuit, sed gradus sacerdotij antiquos, & à Deo institutos, censuit proprijs nominibus nuncupari, ne fortē ex communione aut identitate vocabulorū occasio oriretur existimandi res etiā ipsas per illa nomina designatas, esse prorsus easdem. Hoc autem ecclesiam posse nullus meritō dubitare poterit: quoniam si ecclesia propter nouas causas emergentes potuit rebus antiquis noua imponere nomina, quid prohibet vt nouis etiam insurgentibus causis potuerit antiqua vocabula ad contractiorem significationem restringere? Quod si aliquis Hieronymo plūs iustō deditus, adhuc Hieronymi sententiā tenere voluerit, talibus angustijs opprimetur, vt oporteat eum etiam dicere diaconos esse episcopos. Nam Paulus Timotheo, qui episcopus erat, scribens, diaconū eum nominat, dicēs: Ministerium tuū imple. Quo loco Gracē habetur *διακονειν*, hoc est, diaconatum: vbi apertē pro officio episcopi diaconatum dixit. Et non immeritō, quoniam vox diaconatus (vt de alijs diximus) iuxta suam primam significationem ministerium significat. Episcopus autem cum etiā sit minister, sicut Christus de seipso dixit, idēd non immeritō episcopo scribens dixit: Ministerium tuum vel diaconatum tuum imple. Ecclesia hanc diaconi vocem ad solum ministrum, qui in certo gradu in altari ministrat, contraxit. Ne autem ista ex nostro cerebro cōficta esse videātur, huius rei duos testes adfero. Theophylactus super primum caput epistolae ad Philip. declarans illud, cum episcopis, & diaconis, sic ait: Episcopos sacerdotes dicit. Neque enim plures praeter vnum erant episcopi, qui singulis ciuitatibus praesiderent: quippe cū nondum essent huiusmodi nomina dispartita, sed episcopi tantum diaconi & presbyteri dicebātur. Hęc Theophylactus. In quibus maximē aduertere oportet quod ait, cum nondum essent huiusmodi nomina dispartita: vbi apertē ostendit esse factam partitionem non rerum, sed vocabulorum. Eandem sententiam innuit beatus Augustinus in quadam epistola ad beatū Hieronymū, quae est in ordine epistolarum Augustini. 19. Sic enim, inquit: Quanquam enim secundū honorum vocabula, quae iam ecclesiae vsus obtinuit, episcopatus presbyterio maior sit, tamen in multis rebus Augustinus Hieronymo minor est. Hęc Augustinus. In quibus verbis id maximē obseruare oportet quod dixit, secundū honorum vocabula, quae iam ecclesiae vsus obtinuit: non autem dixit, secundum gradus honoris, quos ecclesiae vsus obtinuit. Vbi apertē innuit fuisse ex ecclesiae vsu illorum vocabulorum distinctiones. His ergo ita digestis, respōdemus Hieronymo, verum esse quod tunc temporis presbyteri etiam dicerentur episcopi, quia tunc non erat facta vocabulorum distinctio: nec tamē ex eo sequitur quod idem prorsus fuisset qui episcopus. Verūm dicit aliquis, si tunc vocabulorum significationes erant indiscretae, quo pacto valebimus ex sacris literis illarum rerum distinctionē agnoscere? Cui quaestioni respondemus, quod per ratiocinationē. Scimus enim ex sacris literis, solos Apostolos, quibus episcopi succedunt, tribuisse spiritū sanctum per manus impositionem: quod alij discipuli, quorum locum alij minores sacerdotes tenent, nunquam praestiterunt. Scimus Apostolos, & episcopos eorum successores, alios ordinasse in sacerdotes, de alijs autem discipulis hoc nunquam legitur. Inde conuincimus, episcopos maioris semper fuisse potestatis, quam alij sacerdotes. Hoc autem quod de ordinatione dixi, quod solus episcopus potest ordinare, ipsemet Hieronymus fatetur. Nam in epistola ad Euagriū sic ait: Quid enim facit, excepta or-

pta ordinatione, episcopus, quod presbyter non facit? Hęc ille. Et in fine epistolae iterum ait: Et vt sciamus traditiones apostolicas sumptas de veteri testamento: quod Aaron, & filij eius, atque Leuitae in templo fuerunt hoc sibi episcopi, & presbyteri, & diaconi vendicent in ecclesia. Hęc Hieron. Ex quibus verbis patet beatum Hieronymum sibi ipsi in hac parte minimē cōstare: quoniam si hoc est in ecclesia episcopus, quod in lege veteri Aaron: & hoc presbyter, quod filij Aaron, conuincitur etiam inde vt ex ipsa institutione diuina episcopus sit quo uis alio presbytero maior: quoniā (vt iam proximē docuimus) Aaronis sacerdotiū ex ipsius Dei institutione maius erat quam sacerdotium filiorum Aaron. Hanc rem prolixē satis & vltra statutam breuitatem pertractaui, quoniam neminem de illa scripsisse reperi praeter vnum Thomam Vvalden. qui etsi aliqua ex parte iuuare potuit, rem tamen (vt decebat) minimē absoluit. De Guidone pudet dicere, quoniam Aërianorum hereses recensens, & hanc illis anumerans, cum cōtra alios eorum errores testimonia adduxisset, hunc solum intactum reliquit, nullum adferens scripturā aut sanctorum Doctorum testimonium, aut vllum argumentum propter quod se ostenderet illā assertionem de hæreſi meritō notasse.

Alius est etiam error circa episcoporum personas exortus, quo docetur nullum peccatorem aut iniustum hominem posse esse episcopum. Huius erroris autores fuerunt Vvaldenses, dicentes quod presbyterū nō dignitas, sed vitae meritum efficiebat potiorē. Hos imitatus est Ioannes Vvaldeph. Et quidem si hi dixissent, vt qui malus est & criminofus, ordinandus nō esset in episcopum, id rectē admonuissent: quoniā illud saepe docet Paulus apostolus. Sed quoniā docent, eum qui semel in peccatum labitur, dignitatem & officiū episcopatus amittere, ita vt hęc duo minimē coherere possint in vna persona, vt episcopus simul & malus sit: hoc certē malē senserunt. Verū quoniam sunt alij qui hoc etiam de quolibet sacerdote docuerunt, alij rursus de qualibet etiam laicali potestate hoc idem senserunt, idēd vsque ad alium locum hęc res disputanda differatur, cum videlicet de omnibus simul sub titulo De potestate agemus.

EVANGELIUM.

Inter alias Flagellantium hæreſes hęc vna fuit, qua dixerunt post aduentū suae sectae euangelium desijſſe. Quē errorem non nisi idiotae homines, quales fuere Flagellantes, docere potuissent: cum sint tam aperta scripturā sacrae testimonia testantia Euangelium in perpetuum, hoc est, in finē seculi duraturum. Sapiens nanq; de lege à Deo hominibus data loquens, ait: Testamentum aeternum constituit cum illis, & iustitiā & iudicia sua ostendit illis. Vides qualiter vocatur testamentum aeternū, & constat quod non loquitur de prioris testamenti, quia illud reuocatum est, vt probat Paulus saepe, praecipuē in epistola ad Heb. & per prophetā Baruch Dominus loquēs, hoc clariūs expressit. Et statuam illis (inquit) testamentū alterum sempiternū, vt sim illis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Et Propheta regius ait: Redemptionē misit dominus populo suo: mandauit in aeternum testamentū suum. At non fuit nobis data alia redemptio nisi in aduentu filij Dei, qui verbo & opere praedicās, Euangelium nobis in testamentum suū reliquit, quod in morte sua confirmatum est, & tunc reuocatum prius. Hoc ergo Euangelium, quod solū verē dici potest testamentū, quia illud solū cōfirmatum est, hoc in quā testamentum mandauit nobis in aeternū: non ergo cessabit vnquam. Et ipsa veritas hoc idē confirmat dicens: Amen dico vobis quod nō praeteribit generatio hęc, donec om-

nia fiant. Quæ verba exponens Theophylactus super lucam ait: Generationē
Esai. 23. vocat non eos qui tunc aderant, sed omnium fidelium generationē. Solet enim
 scriptura hoc nominare modo, vt: Hæc est generatio quærentium dominum.
 Quia autem turbationes & bella, & alterationes dixit futuras tam elemento-
 rum quæ rerum, ne quis suspicetur, quod fortè aliquando destruendus sit Chri-
 stianismus, dicit: Non. Non enim præteribit hæc Christianorum generatio. Cœ-
 lum quidē & terra immutabuntur: sermones autē mei & Euangelium meum
 non peribunt, sed manebunt. Tametsi commoueantur omnia: fides tamen in
 me non deficiet. Apparet autē hoc loco, quod ecclesiam omni creaturæ præfe-
 rat. Ecclesia enim eius, & verbum ac euangeliū nequaquā peribunt. Hactenus
 Theophylactus. Præterea in verbis quibus quotidie vinum in sanguinē Chri-
 sti transsubstantiamus, sic dicitur: Hic est calix sanguinis mei noui & æterni te-
 stamenti, qui pro vobis & pro multis effundetur, &c. Quæ verba etiā non ex-
 pressè inueniantur in euangelio, certò tamen credendum est ecclesiam illa à
 Christo recepisse. Verū vt nulla iā pateat rimula ad fugam, audiant Paulū hoc
Heb. 13. idē dicentē: Deus autē pacis (inquit) qui eduxit de mortuis pastorem magnum
 ouium in sanguine testamēti æterni dominū nostrū Iesum Christū, apert vos in
 omni bono, &c. Rursus de quatuor illis animalibus quæ Ezechiel vidit, & Ioā-
 ni in visione mōstrata sunt, dicitur quod ibant & nō reuertebantur cū ambularent.
 At quod per illa quatuor animalia designati sunt quatuor Euāgelistæ, apertius est
 quod vt dubitari debeat, aut probatione indigeat. Quid est dicere quod semper ibāt,
 nisi quod Euangelia semper manebunt? Tēpore procedente & ipsa etiā pro-
 cedunt. Quod si euangeliū iam (vt isti Flagellantes mentiuntur) cessasset, non
 verè diceretur de animalibus quod ibant & nō reuertebantur. Testamentū siqui-
 dē vetus quoniā reuocatum est, & iā amplius nō obligat, finiuit iter suū, nec di-
 cetur de eo quod vadit & nō reuertitur quæadmodum de quatuor animalibus di-
 citur quod ibant, & nō reuertebantur. Vnde B. Greg. Hom. 6. super Ezech. ait: Te-
 stamentū nouum etiā per testamēti veteris paginas testamentū æternū appel-
 latū est, quia intellectus illius nunquā mutatur. Bene ergo dicitur quod rotæ euntes
 ibant, & nō reuertebantur cū ambularent, quia nouū testamentū nō rescindi-
 dit, dū vetus iā spiritaliter intelligitur. Post se nō redeunt, quia vsque, ad finē mū-
 di immutabilia persistunt. Ambulant ergo, sed nō reuertuntur, quia sic spirita-
 liter ad cor nostrū veniunt, vt eorū præcepta vltius nō mutantur. Hæc Greg.
 Accedit ad hæc, quod ij qui sentiunt euangeliū finitū esse, & aliud loco eius subro-
 gatū testamentū, aut negant Christū mortuū, aut volunt eū iterum crucifige-
Heb. 9. re. Nā si (vt ait Paulus) testamentū in morte testatoris cōfirmatū est, ergo euan-
 geliū iā cōfirmatum est, aut Christus mortuus nō erit. Quod si Christus mor-
 tuus est, & testamentū eius oportet sic esse firmū, vt nunquā reuocari possit, & si
 aliud post istud succedet, vt illud etiā firmetur, oportebit testatoris mortē ac-
 cedere: quapropter oporteret vt Christus iterū moreretur, vt per eius mortē
 illud aliud testamentū cōfirmaretur. Quis autē hoc fateri audebit? Certè non
 alius quā ille qui sibi ipsi iterū crucifigit filiū Dei. Paulus namque ait: Christus re-
Rom. 6 surgens ex mortuis, iā non moritur: mors illi vltimā non dominabitur. Aduer-
 sus tam insanam & impiam hæresim piget plura adferre.

Secunda hæresis est dicens euangelium non fuisse prædicatum ab Apo-
 stolis secundum spiritalem intellectum, sed solum secundum literam. Huius
 erroris (vt Guido refert) autor fuit abbas Ioachim, quem secutus est qui-
 dam alius Petrus Ioannis. Verū de hoc errore iam suprā disputauimus cū de
 rebus ad Apostolos pertinentibus ageremus.

Lutherus.
 Melanctō.
 Brentius.

Tertia hæresis cōtra euāgelij valorē & dignitatē orta est, quæ negat euā-
 geliū esse legē, iuxta verā & propriā legis rationē. Hoc docet Luth. quē
 secutus est in hac parte Philip. Melan. & Brentius, & reliqui omnes hu-
 ius fa-

A nã. Hoc autē idē docent, vt hac ratione cōtendant se esse liberos ab obliga-
 tione omnium bonorū. Nā idē dicunt euangeliū non esse legē, quia asserunt
 euangelium nihil prorsus præcipere, sed solū manifestare nobis bonū nunciū
 de Iesu Christo filio Dei, quod ille solus merito suæ passionis sit expiator pec-
 catorum nostrorum, & redemptor animarū nostrarum. Et (vt magis illorū sen-
 tentia pateat) verba illorū referā. Luther. in lib. de capt. Babyl. hæc ait: Quic-
 quid sit lege cogente peccatum est, inde in nouo testamento non sunt præce-
 pta vrgentia, sed tantū exhortationes, & obsecrationes. Et iterum: Euangeliū
 nihil aliud est, quā prædicatio de resurrectione Christi, quare hic opera om-
 nino sunt sublata. Hæc Luth. Philippus Melanctō in locis communibus hæc
 ait: Nouum testamentum non est aliud, nisi bonorū omnium promissio, citra
 legē, nullo iustitiarum nostrarum respectu quia bona nobis promittuntur ci-
 tra conditionē, cū nihil vicissim à nobis exigatur. Hæc Philip. Melanct. Dein-
 de, doctores missi ad Concilium Tridentinum à duce Vvirtembergensi, quo-
 rum præcipuus erat Brentius in Confessione suæ fidei, quā illic scriptā obtu-
 lerunt, in titulo de euangelio, hæc scripserunt: Euangelium non est aliud quā
 bona & læta annunciatio de filio Dei domino nostro Iesu Christo, quod ipse
 solus sit expiator peccatorum nostrorum, & redemptor & saluator noster. Hæc
 Brentius & socij eius. Ex omnibus verbis istorum hæreticorum quæ hic cita-
 uimus, duos potissimum aut tres annotare oportet errores. Primus est, qui bo-
 norum operum necessitatē negat, sed de hoc infrā differemus, in titulo de fi-
 de, & in titulo de operibus. Secundus error est, quo dicitur nullum esse in lege
 euāgelica præceptum, & de hoc etiā nihil hoc in loco dicemus, sed de illo in-
 frā (Deo duce) in titulo de præceptis disputabimus. Tertius error est quo asse-
 runt euangelium Christi non esse dicendum legem, & de hoc est præsens dif-
 putatio, vt apertè conuincam esse manifestum errorem. Primò quidē illud est
 apertum testimoniū contra hanc assertionē, quod Deus per Esaiam prophetā
 ait: Ecce seruus meus, suscipiā eum: electus meus, cōplacuit sibi in illo anima
 mea, dedi spiritū meum super eum, iudicium gentibus proferet. Nō clamabit,
 nec accipiet personā, nec audietur vox eius foris. Calamum cassatū non con-
 teret, & lignum fumigans nō extinguet, in veritate educet iudicium. Nō erit
 tristis, neque turbulentus donec ponat in terra iudicium: & legē eius insulæ ex-
 pectabunt. Ex his verbis cōstat apertissimè euāgelium appellatum esse legem
 Christi. Nam verba ista ex Esaiā citata intelligenda esse de Christo saluatore
 nostro, apertissimè Matthæus declarat dicens, Ea omnia quæ de puero electo,
 in ijs verbis Esaiæ dicta sunt, esse impleta in Christo saluatore nostro. De hoc
 autē puero à Deo electo, quē Marthæus interpretatur esse Christum, dixit
 Deus per Esaiā quod legē eius insulæ expectabunt, insulas appellans omnes
 animas, quæ à turbulento huius mundi mari circumdatæ sunt. At Christus sal-
 uator noster nullam aliā legem præter euangelium dedit. Igitur euangelium
 iuxta Esaiā vaticinium est lex. Præterea per Hieremiam prophetam Dominus
 ait: Ecce dies venient dicit dominus, & feriā domui Israël, & domui Iuda fix-
 dus nouum: non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris in die
 qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Aegypti, pactum
 quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorū, dicit dominus. Sed hoc
 erit pactum quod feriam cum domo Israël post dies illos, dicit dominus: Da-
 bo legem meam in visceribus eorum, & in cordē eorum scribam eam. Hæc ver-
 ba esse intelligenda de nouo testamento, quod est euangelium, apertissimè de-
 clarauit Paulus in epist. ad Heb. Nam ex illis Hieremiæ verbis Paulus vult cō-
 tuincere, per aduentum euangelij & noui testamenti, esse abrogatum vetus te-
 stamentum. Quoniam postquam illa verba Hieremiæ plenè citauerat, ex illis
 argumentum sumens, sic ait: Dicendo autem nouum, veterauit prius: quod
 autem

Esai. 42.

Matth. 12.

Hier. 31.

Hebr. 8.

autem antiquatur & senescit, propè interitū est. In quibus verbis Paulus aperte notat veteris testamenti dissolutionem & mortem. Deinde ex eodem Hieremias vaticinio, probat Paulus eminentiam euangelij supra testamentum vetus. Nam postquam dixerat legem Mosaicam esse imperfectam, quia non poterat saluare illius obseruatores, quod nunc facit euangelium in fide Christi, ad confirmationem huius euangelicæ gratiæ, adducit prædicta verba Hieremias, sic inquit: Contestatur autem nos & spiritus sanctus. Postquam enim dixit, hoc autem testamentum, quod testabor ad illos post dies illos, dicit dominus: Dabo leges meas in cordibus eorū, & in mentibus eorum inscribā eas, & peccatorum & iniquitatum eorum iam non recordabor amplius. In quibus verbis multa indicat Paulus quæ habet nouum testamentum supra vetus. Primum est, quod nouum testamentum potens est per merita Christi, hominum peccata ita delere vt prorsus obliuioni tradatur, quod nequaquam facere poterat testamentū vetus. Deinde, lex vetus data est in tabulis lapideis, propter corda dura eorum & lapidea, quia talibus dabatur lex: nouum autē testamentum datum est in cordibus hominum. Nā de illo propheta Hieremias loquutus fuit dicens: Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorū scribam eam: & de eodem testamento nouo verba illa interpretatur Paulus in loco prædicto. Vnde Haymo prædicta Pauli verba quæ habentur ad Hebræos. 8. interpretans, hæc ait: Magna distantia est inter legem & legē, inter scripturam & scripturā, inter doctores legis, doctoresq; euangelij, inter literā, & gratiā spiritalis intelligentiæ. Nam litera legis scripta est in tabulis lapideis, gratia autē spiritalis intelligentiæ data est fidelibus per spiritum sanctum, per quē charitas Dei diffusa est in cordibus fidelium. Hoc autē quod dicit, dabo leges meas in mente eorum, & in cordibus eorum superscribā eas, specialiter ad sanctos Apostolos pertinet, qui gratiā noui testamenti non habuerunt scriptā tabulis lapideis, nec in membranis, sed in mente & in cordibus suis diuinitus exaratā habuerūt. Et paucis interpositis subdit: Nos autē partim in cordibus, plenius autē in membranis scriptum habemus ab illis nobis relictum, vt in illis meditando exerceamur. Hactenus Haymo. Ex quibus aperitissimè constat euangelium & nouū testamentum iuxta Hieremias & Pauli sententiā esse veram legē & perfectiorē quā lex Mosaicā. Rursum, ipsemet Paulus ex propria sententia sæpè Euangelium appellat legem. Nam in epistola ad Romanos Euangelium laudās, hæc ait: Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu liberavit me à lege peccati & mortis. Quæ verba interpretans Anselmus in cōmentarijs super epistolas Pauli, hæc ait: Lex Moyfi est spiritalis, sed non vitæ: quia nō viuificat dimissis peccatis. Lex autē quā spiritus sanctus ponit, est vitæ: quia viuificat remittendo peccata. Lex Moyfi est lex Dei, sed factorū, lex operum: lex quæ iubet, non iuuat: lex quæ ostendit peccatū, nō tollit. Lex autem spiritus lex est fidei, lex gratiæ, lex misericordiæ, lex quæ tollit peccatū, & liberat à lege membrorū, quæ nō est Dei, sed peccati & mortis, quoniā reos facit & mortem operatur. Hæc Anselmus. In quibus verbis euangelium sæpissimè appellat legē, & hoc nō ex suo cerebro, vt Luthemani faciunt, sed ex mente Pauli. Et in epistola ad Galatas Paulus iterū ipsum euangelium vocat legē, sic inquit: Per legē enim legi mortuus sum. Per quæ verba docet, id quod totius epistolæ scopus habet, per aduentū euangelij, mortuā esse legem Mosaicam. Euangelium ergo, iuxta Pauli sententiā, est lex per quā mortui sumus legi Mosaicæ, hoc est, liberi ab illa. Nam viuere legi, iuxta propriā Pauli phrasim, qua ille in epistola ad Romanos vtitur, est esse sub lege. Et, ex opposito, mori legi est esse liberum à lege, quoniā debitor mortuus, iā est liber ab exactiōe creditoris. Et hanc esse Pauli mentem docent omnes sacri interpretes, qui super Pauli epistolas cōmentaria ediderunt. Haymo prædicta verba interpretans, ait: Ego enim per legē, subau-

subaudis euangelij, mortuus sum legi Moyfi, id est, nihil illi debeo, quia nō sum subiectus ei. Chrysofomus duplicē sensum reddit illis Pauli verbis, & quem nunc ex Haymone citauimus, primo loco statuit, sic inquit: Duplicē habet hic sermo considerationē. Aut enim de lege gratiæ loquitur. Solet enim Paulus & hanc appellare legem, veluti cū ait: Lex autē spiritus vitæ liberavit me. Hæc Chrysofomus, quē in hac parte, sicut alibi ferè semper imitatur Theophylactus. Eidē sententiæ per omnia subscribit Anselmus, & quisquis catholicus æstimatur. Neq; hactenus vidi aliquē orthodoxum Pauli interpretem, ex plurimis quos videre curavi, qui ab hoc sensu recederet. Deinde, ex ipsa legis ratione & diffinitione cōuincitur aperte euangelium esse legē. Nam legis nomine sacræ scripturæ appellatur, quicquid nos ad aliquid agendum cōpellit. Propter hanc enim causam (vt Chrysofomus & Theophylactus docent) Paulus ipsam carnis concupiscentiā legem appellat: quia & si illa nō cogat, vehementer tamē stimulat ad malè agendū: & homines voluptuosi obediunt illi perinde ac legi præcipienti. At cū euangelio aliqua sunt præcepta (prout ipsi Virtèbergenes in suæ fidei cōfessione fatentur) quæ nos ad aliquid agendum non solū stimulant, sed compellunt, ergo euangelium est lex. Sed dicunt illi quod licet in euangelio sint præcepta, nō tamen noua, sed antiqua, illa videlicet quæ erant in lege Mosaicā ex lege naturali assumpta. Et hæc dicūt declarari in euangelio, & nulla alia dari in illo noua præcepta cōtendunt. Hoc autē esse falsum & hæreticum, infra Deo duce in titulo de Præcepto aperte ostendemus. Præterea, diffinitio illa aut descriptio euangelij ab istis data, est prorsus insufficientis, & minimè complectens omnia quæ ad euangelium pertinent. Nam iuxta illam diffinitionē oportet dicere, legem veterē esse euangelium, imò antè illā legem fuisse euangelium: quia statim ab initio casus humani datum fuit nuncium de remedio habendo per aduentum Christi futuri mediatoris, sine cuius fide (vt Petrus docuit) nulla est salus. Omnes ergo iusti antè incarnationē verbi nouerunt illud bonum nuncium, & per consequens, iuxta istorum diffinitionem, euangelium. Nam ob hanc causam Christus dicitur in Apocalypsi agnus occisus ab origine mundi, quia extunc passio eius fuit hominibus promissā in suorum peccatorum remedium, & ad hoc à Deo patre acceptata. Illa ergo annunciatio de filio Dei Domino nostro Iesu Christo, fuit omnibus nobis communis, quanquam antiquis fuit solū promissum, quod nobis est exhibitum. Sed hoc non obstat, quia promissio illis data etiam fuit illis lata annunciatio, quia sola spe lætabantur, iuxta id quod Paulus ait: Spe gaudētes. Accedit ad hæc omnia quod Paulus Galatis scribens dicit esse aliud euangelium doctrinam asserentem legalia esse necessaria ad vitam æternam: ergo ex opposito doctrina quæ asserit illa non esse necessaria dicitur, iuxta Paulū verum euangelium. Et inde vtrā sequitur quod euangelium non sit sola illa læta annunciatio, sed etiam fides credendorum. Cōtra hanc hæresim neminem vidi qui ex professo scripserit, solus Hermas Letmarius in opere illo de instauranda religione pauca quædā obiter scripsit libro. 8. cap. 9. Postremò, hæc hæresis damnata est in Cōcilio Tridentino sub Paulo tertio celebrato, quod sessione sexta duos de hac re condidit canones, quorum vnus est in ordine vigesimus, & alter vigesimus primus, qui sub his verbis continentur: Si quis hominem iustificatum, & quantumlibet perfectum, dixerit, non teneri ad obseruantiam mandatorum Dei & ecclesiæ, sed tantū ad credendum, quasi verò euangelium sit nuda & absoluta promissio vitæ æternæ, sine conditione obseruationis mandatorum, anathema sit. Si quis dixerit, Christum Iesum à Deo hominibus datum fuisse, vt redemptorem, cui fidant: nō etiā vt legislatorem, cui obediant, anathema sit. Hæc Concilium Tridentinum.

E V C H A R I S T I A .

DE hoc mirifico sacramēto, omniumq; sacramentorū præstantissimo plurimæ ortæ sunt hæreses, quarum omnium autoribus perperam successit, Deo pro sua gloria zelante, ac puniente ingratitude erga tantum beneficium nobis exhibitum. Omnes quidem aut parentes aut patroni earū hæresum infelicem in hac vita habuerunt exitum: infeliciorum imò verò infelicissimum retinentes in alio seculo. In differendis verò huiusmodi hæresibus hoc ordine procedemus, ut primò de his agamus quæ substantiam sacramenti tangunt. Postea verò eas pertractabimus quæ eiusdem sacramenti efficaciam minuerè conantur. Postremò de illis loquemur quæ preparationem animi ad huius sacramenti receptionem exactam tollunt.

Primus de hac re est error dicēs nullo modo ex pane posse cōfici corpus Christi, eò quòd panem creaturam diaboli esse dicant. Hunc errorem Guido carmelita Catharis tribuit, à quo Cathari maximè absunt: nisi forte ipse alios Catharos præter Nouatianos inuenit. Sed video qua occasione homo iste in hunc scopum illiserit. Beatus namq; Augustinus in libro de hæresibus capite quadragesimo de Manichæis differens qualiter illi dicebant alimentum esse immunda propter mali principij cōmixture, eamq; quibusdam execrandis purgationibus adhibitis purificabant. Nā farinæ, ex qua panis pro eucharistia conficiendus erat, humanū semen miscebat, dicentes semine admixto farinam purificari, atque ea sic (vt dicebant) per seminis mixture purificata, sacramentum execrandū conficiebant. Propter istas nempe ciborum execrandas purificationes beatus Augustinus vocat eos non Catharos, quod Latine sonat mundos sed potius Catharistas, hoc est, purificatores. Ex quo loco perperam intellecto homo iste (vt puto) deceptus est, vt errorem istum Catharorum factioni tribueret. Nam Manichæos hic vocauit Augustinus Catharistas, propter illam ciborum purificationem, non quòd Manichæi factioni eorum hæreticorum ascribantur, qui vñtato nomine Cathari appellantur. Nihil enim inter Manichæos & Catharos conuenit. Nouatiani namque Cathari vocati sunt (vt aliàs dicemus) propter animæ munditiam quā iactabant, propter quam ab ecclesia separati sunt, quòd illa peccatores respicientes velut benigna mater amplecteretur. Constat tamen bonum Guidonem putasse hos Catharos esse illos qui Nouatiani dicuntur. Quia de his Catharis differēs, dicit iam aliàs se de illis fuisse loquutum, cum videlicet de Nouatianis tractauerat. Hic error satis (vt arbitrator) reiectus est ex his quæ supra aduersus Manichæos disputantes docuimus, omnem scilicet creaturam bonā esse, omnesq; ab vno principio nēpe Deo prodijisse. Quòd si panis sua natura bonus est, non eget illa horrenda purificatione, vt ex eo eucharistia cōfici possit. Quapropter non est quòd amplius aduersus hunc errorem pugnemus.

Secunda hæresis circa materiam huius sacramenti est, quæ asserit non posse hoc sacramentum cōfici in azymo pane, sed præcisè in fermentato. Iste est error Græcorū, qui inter alia peruersa dogmata, propter quæ ab Ecclesia Romana discessere, hoc vnum tuentur: Romanam ac catholicam Ecclesiam iugillantes, quòd in pane azymo conficiat. Latinos omnes hac de re Azymistas vocant, eos anathematizant (vt testatur beatus Anselmus in quadam epistola de fermentato & azymo) & teste Guidone carmelita non permittunt Latinos sacerdotibus in eorum altaribus sacrum mysterium conficere. Quòd si ipsis nescientibus aut inuitis celebrare contigerit, lauāt altaria, quoniā ea credunt esse polluta ex falso (vt asserunt) sacrificio per sacerdotem Latinum in azymo confecto. Hanc etiam hæresin amplectuntur Armeni, eandem tenent

Antem Ruteni. Ne autem gratis id dixisse videantur, hoc argumento suam sententiam confirmant. Eo pane conficiendum est hoc sacramentum à nobis, quocumque christus ipse cum illud sacramentum instituit, confecit: ipso etenim opere exemplum nobis dedit, vt quemadmodum ipse fecit, ita & nos faceremus. Christum autem in fermento confecisse, Euangelium Ioannis testatur, dicens eum ante diem festum Paschæ cenasse cum discipulis, in qua cena sacramentum istud instituit, nobisq; illud conficiendi potestatem tribuit. At ante Pascha fermentato vesciebantur Iudæi, non azymo, sicut & in septem diebus Paschæ azymos panes (iuxta legem) comedebant, fermentatos verò edere non licebat. Verum hæc argumentatio futulis est omnino, cum nec verum assumat, neque bene colligat. Si enim eorum collectio firma esset, illos suo ipsorum gladio velocissimè confoderemus. Oporteret namque illa ratione necessariò in azymo conficere, quia Christum in azymo confecisse (si tamen ritu Iudaico eum pascha celebrasse non negetur) clarissimè ex tribus Euangelistis constat, quibus minimè Ioannem repugnare ostendimus. Vt autem clarior omnia manifestentur, ipsorum Euangeliorum litera recitetur. Matthæus sic habet: Prima autem die azymorum accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Vbi vis paremus tibi comedere Pascha? At Iesus dixit: Ite in ciuitatem ad quandam, & dicite ei: Magister dicit: Tempus meum prope est, apud te facio pascha cum discipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus, & parauerunt pascha. Vespere autem facto discumbebat cum duodecim. Et infra: Coenantibus autem eis accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit, deditq; discipulis suis, & ait: Accipite & comedite: hoc est corpus meum. Hæc Matthæus, ex quo manifestè conuincitur Christum eo tempore quo iam fermentatum comedere non licebat, nempe in cena primæ diei azymorum, à quo Iudæi festiuitatem Paschæ auspicabantur, hoc sacramentum instituisse, discipulisque suis ad comedendum dedisse. At quum christus tunc legem non soluerit, imò eam se velle seruare ostenderit, colligitur illum nec fermentatum comedisse, nec discipulis suis ad comedendum dedisse. Confecit ergo in azymo. Marci autem historia simillima est huic. Sic enim habet: Et primo de azymorum, quando pascha immolabant, dicunt ei discipuli: Quò vis eamus & paremus tibi vn manduces pascha? Et mittit duos ex discipulis suis, & dicit eis: Ite in ciuitatem, & occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans, & cætera. Et infra: Vespere autem facto venit cum duodecim. Et infra: Et manducantibus illis accepit Iesus panem, & benedicens fregit, & dedit eis, & ait: Sumite: hoc est corpus meum. Hæc Marcus, qui etiam ostendit eo die eaq; hora confecisse quando iam Iudæis non licebat fermentato vesci. Demum Lucas eadem refert: Venit (inquit) dies azymorum, in qua necesse erat occidi pascha, & misit Petrum & Ioannem dicens: Euntes parate nobis pascha, vt manducemus. Et infra: Euntes autem inuenerunt sicut dixit illis, & parauerunt pascha. Et cum facta esset hora, discubuit, & duodecim apostoli cum eo. Et infra: Et accepto pane grarias egit, & fregit, & dedit eis dicens, hoc est, corpus meum quod pro vobis datur. Hoc facite in meam commemorationem. Ecce Lucam per omnia cum reliquis consentientem. Quòd autem Ioannes ait ante diem festum Paschæ hæc acta esse, ipsamet scriptura docente declaratur. Nam Iudæorum festiuitates à vespere in vespere computabantur. Et de festiuitate agni paschalis specialiter dicit scriptura: Immolabitq; eum vnuerſa multitudo filiorum Israël ad Vesperam. Et iterum in Leuitico: Mense primo quartadecima die mensis ad vespere pascha Domini est, & quintadecima die mensis huius solennitas azymorum est. Septem diebus azyma comedetis, dies primus erit vobis celeberrimus sanctusq;. Vnde patet solennitatem azymorum quintadecima luna incipere, eumq; die qui

quintadecima occurrebat, esse celeberrimum totius solennitatis paschalis. Qui dies hac ratione pascha appellatur, ut apud Ioannem quum dicitur: Iudæi non intrauerunt pratorium Pilati, ut non contaminarentur, sed manducarent pascha. Non quidem pascha, id est, agnum paschalem, quoniam illum iam nocte præterita, qua Christus cœnauit cum discipulis suis, Iudæi etiã comederant, quod Marco conuincitur, dicere: Et prima de azymorum, quando pascha immolabant, dicunt ei discipuli: Quod vis eamus & paremus tibi ut manduces pascha? Ex quibus verbis constat Iudæos eodem die comedisse agnũ paschalem, quo Christum. Cũ ergo Ioannes ait Iudæos feria sexta, quæ Christus passus est, non intrasse in prætorium Pilati, ut non contaminarentur, sed manducarent pascha, nomine paschæ ibi azymos panes nominauit, quos septẽ diebus continuis comedere tenebantur; quorũ primus & celeberrimus dies ille erat, quo Christus passus est. At panes illos comedere hominibus immundis non licebat, atq; ideo abstinerunt à domo gentilis hominis, ne hac occasione cõtaminati impediretur ab esu illorum. Si ergo quintadecima luna primus dies azymorum, isq; celeberrimus est, qui à vespera diei præcedentis iuxta legem computandus est, & quartadecima luna vergente iam vesperẽ agnus comedẽdus est, manifeste colligitur eam vesperam quartadecimæ lunæ qua agnus comeditur, initium esse primi diei azymorum, qui quintadecima luna celebra tur. Quo fit, ut tũc in vnum coeant dies primus azymorum & pascha, aut eius agni paschalis. Atq; ita constat in illa agni paschalis cœna non licere iã Iudæis vesci fermentato, quod iam ab eo tẽpore primus azymorum dies computabatur. Eum ergo diem, quem Marcus appellauit primum diem azymorum, decem quartam scilicet lunam, quod in eius vespera primum panes illi comederentur, Ioannes dixit ante diem festum paschæ, pascha nominans primum diẽ solennitatis paschalis, qui quintadecima luna celebrandus erat. Cũ ergo ostenderimus inter Ioannem & alios Euangelistas de hac re conuenire: nõ est quod impij ac blasphemij Græci calumniantur, dicentes alios Euangelistas in hoc (ut ipsi asserunt) errasse, atque ideo à Ioanne, qui posterior scripsit, correctos esse. Nam si semel ad sacras literas (ut Augustini verbis vtatur) vel minimũ admittatur mendacium, nihil amplius in eis solidæ veritatis manebit, qua possit aduersarius conuinci. Præterea Euangeliorum, sicut & cuiuslibet alterius scripturæ sacræ, autor est spiritus sanctus: ipse autem Euangelista velut calamus fuit, quo mediante spiritus sanctus scripturam sacram in ordinem redegit. Quis verò ita demens erit, ut scripturæ alicuius mendacium calamo imputet, qui moueri nequit, & non potius scriba calamum mouentis? Quod fit, ut qui asserit mendacium quantumlibet paruum in sacra scriptura reperiri, illud crimen Deo illius autori impingat, & non scriptori. At Deum mendacij nota inurere manifesta est blasphemia. Taceant ergo blasphemij Græci, & manus ori suo imponant, definantque Deum blasphemare, dicentes Matth. Marc. Luc. cœnam dominicam narrantes errasse, atque à Iohanne correctos fuisse. Neq; enim errauerunt, neq; à Iohanne vlllo pacto dissentiunt. Et si dissentirent (quod obnixè negamus) non esse certè cur plus Ioanni credendum esset quàm aliis tribus concordibus, cùm in ore duorum aut trium stet omne verbum. Fateantur ergo necesse est, qui pro catholicis haberi volunt, Christũ in azymo pane consecrassẽ. Si ergo collectio Græcorum valida esset, potius colligeremus in fermento non posse celebrari, quàm in azymo. Si enim necessarium eo pane conficiendum est hoc sacramentum, quo Christus confecit: cõstat autem Christum in azymo confecisse: necessarium erit etiam nos in azymo conficere. Hoc tamen non ita se habet. Nam & in fermentato confici potest, sicut & in azymo, quoniam azymum & fermentatum sacrificans, verũ panem sacrificat. Et cùm legimus dominum corpus suum ex pane confecisse, legimus

Agimus panẽ accepisse, & quamuis certũ sit azymũ fuisse, illud tamen Euangelistæ subtraherunt. Et cùm alibi se & carnẽ suam panẽ vocauit, nec azymum dixit nec fermentatum, fortè sciens præterijt, ut vel hoc argumẽto ostenderet liberum nobis manere quo pane cõficere vellemus. Nõ enim azymum & fermentum substantialiter differunt: sicut nec homo nouus ante peccatum, & inueteratus fermento peccati. Verũ dices, si Græci in fermentato conficientes rectè conficiunt, quid causamur eos in hoc hæreticos? Cui obiectioni respondemus eos nõ ideo censendos hæreticos, quod in fermentato conficiant: sed quia sic cõficientes putant in azymo nõ posse confici: Quod tamẽ falsum esse ostendimus, cũ in eo dominũ confecisse monstrauius. Præterea cũ ipse celebraret, ait: Hoc facite in mei cõmemorationem. Si autẽ voluisset ut nos, quibus hoc in apostolis præcepit, in azymo nõ conficeremus, præmonuisset nos in eis, & dixisset: Ne faciatis hoc in azymo. Cũ ergo dicens hoc facite, azymum nõ excepit, in quo tamen ipse consecrauit: quis audebit excipere quod ipse nõ excepit, & prohibere quod non solũ nullo sermone prohibuit, sed etiã opere cõfirmauit? Nos autem sic conficientes in azymo, credimus Græcos verè in fermentato conficere, quamuis sic conficientes peccet propter Ecclesiæ diuisionem quã faciunt, & à cuius obedientia se separauerunt. Ecclesia siquidẽ etĩ cognosceret in vtroq; legitime confici posse, quibusdã tamen iustis causis ad vnã certam materiam, nempe ad azymũ omnes fideles arctauit. Primum quod Christus in ea confecerit, quod efficiens non solũ non prohibuit ut in azymo conficeremus, imò potius inuicauit dicẽs, hoc facite in meam cõmemorationem, supple quod ego facio. Deinde quia in azymo sinceritas, in fermento autem malitia designatur, iuxta Apostolum dicentem: Itaq; epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitia, sed in azymis sinceritatis & veritatis. Et dominus in Euangelio: Cauete à fermento pharisæorum, quod est hypocrysis. Quapropter in lege præceptum erat: Omnis oblatio quæ offertur domino, absq; fermento fiet, nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio domini. Nimirum hoc tropo designans in omni opere bono omnẽ prorsus inanẽ gloriam vitandam. Cũ ergo fermentum malitiam designet, qualis in Christi humanitate nullatenus valet inueniri, Ecclesia merito censuit in azymo esse celebrandum, ut signũ exterius, scilicet panis accidentia, esset signato conformius. Cui præcepto repugnantes Græci, etĩ verè conficiant, tamen sic conficientes peccant, eò quod Christum in prælatis Ecclesiæ spernunt, ipso dicente: Qui vos spernit, me spernit. Quæ res in concilio Florẽtino, quod pro vniõne Græcorum sub Eugenio. 4. huius nominis pontifice celebratũ est, definita fuit. Nam concilium illud definit, in azymo siue fermentato pane triticeo corpus Christi veraciter confici: sacerdotesque in altero ipsum domini corpus conficere debere, vnumquẽq; scilicet iuxta suæ Ecclesiæ siue orientalis siue occidentalis consuetudinem. Et hanc definitionem Græci tunc susceperunt, quamuis postea illam contempserint. De hac re beatus Anselmus nimis breuẽ compendiosum tamen fecit tractatum, qui inscribitur de fermentato & azymo.

Tertia hæresis est circa verba quibus hoc sacramentum conficiendum est. Vvaldenses namq; (ut ait Guido carmelita, capite nouo de hæresib; Vvaldensium) consecrant sine consueta Ecclesiæ forma, qua Christus consecrans, nobis consecrandi modum tradidit: sed dicendo septies pater noster, & benedicendo panem & vinum, se consecrare dicebant. Verũ Aeneas Sylvius, qui & Pius secundus pontifex maximus, vir certè meo iudicio logè diligentior circa inquisitionem historia quàm Guido, in libro de orig. Bohe. cap. 35. errores Vvaldensium ad vnum vsq; recensens, nihil tale cõminiscitur. Antoninus etiam Florentinus archiepiscopus quarta parte suæ summæ, titulo. 11. cap.

cap. 7. enumerans errores pauperum de Lugduno, qui & Vvaldenses appellatur, nullam huius rei facit mentionem. Bernardus de Lutzemburgo in suo catalogo, nec in titulo Pauperes de Lugduno, nec in titulo Vvaldenses (nam eos hoc duplici nomine bis inter hæreticos annumerat) nihil simile eis tribuit, imò in titulo Vvaldenses, secutus historiã Aeneas Syluij in lib. de origine Bohemorũ, aliquid huic assertioni repugnans cõmemorat. Nã istorum assertiones enumerãs Aeneas Syluius, quẽ & sequitur Bernardus de Lutzemburgo, sic ait: Sacerdotem quocunq; loco, quocunq; tẽpore, sacrum Christi corpus conficere posse, petentibusq; ministrare: sufficere vt verba sacramentalia tantum dicat. Ex quibus verbis plus colligimus eos verã conficiendi formam tenere, quã omittete. Præterea assertio ipsa adeo est insana, vt vix persuaderi possim aliquem hominem Christo initiatum, & inter Christianos nutritum, eam docuisse, cum nullus sit sacræ scripturæ locus vnde huius rei suspicio haberi possit, nisi fortẽ ansam erroris acceperint ex ea particula quę in oratione dominica connumeratur, scilicet, panem nostrum quotidianum da nobis hodie. At cum isti tantum dominicæ orationi tribuant, vt nullam aliam præter illam admittant (sicut infra in titulo de oratione ostendemus) possibile est, vt eam arbitrentur etiam ad corporis Christi consecrationem efficacem, præcipuè cum Vvaldensium secta (vt aliàs diximus) ab homine prorsus literarum ignare suscitata fuerit. Aduersus hanc hæresim, quòd tam deimens ac fatua sit, pugnare dedignamur, cū tam aperta sint scripturæ testimonia apud Matthæi, Marcum & Lucam, dicentia Christum corpus suũ consecrasse supra acceptũ panem dicendo: Hoc est corpus meum. Quorum vnus, scilicet Lucas, addidit Christum facta consecratione dixisse, hoc facite in meam commemorationẽ. Quo elogio & illa facere, & eisdem verbis quibus ipse fecerat, iussit. Et Paulus in 1. ad Corinthios epistola eadem commemorat, quæ cum sint luce clariora, prætereo.

Quarta hæresis est, quæ negat verum Christi corpus realiter in sacramento sub panis speciebus, & sanguinem sub speciebus vini contineri: in quo errore conueniunt plures, ijq; inter se (vt hæreticorũ mos est) valde diuersi. Quidam nanq; dixerunt ibi esse carnẽ alicuius hominis, siue iustus ille fuerit, siue peccator, nõ esse curandum, in quam carnem panis ibi præexistens conuerteretur, quæ caro (vt asseriebant) proficiebat in remissionem peccatorum. Alij rursus dicebant panem illum conuerti in carnem hominis, non tamen quibuslibet sine discrimine, sed in carnem hominis iusti ac sanctificati, qui templum esset Dei, qui diuinam in se habitationem possideret. Et hunc errorem apparer habuisse Nestorius ex 1. synodo Ephesina. Nam Nestorius (vt superius ostendimus) dixit duas personas in Christo: vnã quæ esset homo, & aliam quæ esset Deus, in illo homine tanquã in templo habitans. Itaq; dicebat in Eucharistia contineri veram carnem, sed illam esse carnẽ puri hominis, non autem Dei. Inter hos ergo errores de hoc cõuenit, ibidem videlicet carnem filij hominis contineri, non autem carnem Dei. Sed penes hoc ab inuicem discedunt, quòd primi asserunt eam esse carnem cuiuslibet hominis, siue iusti, siue peccatoris. Qui autem sint huius erroris auctores, apud neminem reperi, nisi quòd illum Ephesina synodus condemnat. Alij dicunt ibi esse carnem cuiusdam puri hominis, iusti tamen. Vtriq; ergo negant ibi esse carnem filij Dei. Sunt adhuc alij qui negant prorsus ibi carnem contineri. Hi autem nullam prorsus admittunt carnem ibi realiter contineri: dicunt tamen carnem filij Dei ibi esse non verè & realiter, sed tantũ in signo & figura, quemadmodum continebatur in alijs rebus quæ in veteri testamento Christum representauerunt, vt fuit agnus paschalis, vacca extra portã ciuitatis pro peccatis populi immolata, & petra quæ virga percussa sitienti populo aquam mini-

Matth. 26.
Mar. 14.
Luc. 22.

Nestorius.

A ministravit: in quibus omnibus Christus continebatur, non realiter, sed significatiuè, eò quòd signa quædam erant ipsum Christũ representantia. Quapropter verba illa, quibus & Christus tunc panem in suum corpus conuertit, & nos etiam nunc ex eius præcepto in eius cõmemorationem facimus, dicendo: Hoc est corpus meum, ad hunc seculum derorquent, vt dicat eo modo esse intelligenda, quo Paulus dixit: Petra autem erat Christus. At petram esse Christum, non ea ratione dixit Paulus, quòd vera esset petra, sed quòd petra illa representauit Christum, ac ideo dicitur ab eo Christus: tanquã si expressius dixisset, id quod petra illa significabat, Christus est. Ad hunc modum dicunt intelligendum esse quòd Christus ait: Hoc est corpus meum, non quòd ibi sit verum Christi corpus, sed quoddam signum Christum representans. Huius erroris primi duces (vt Guidoni placet) fuerunt Armeni. Nestorius tamen quos auctores in hoc secutus fuerit Guido, vt hanc hæresim Armenis impingeret, quam nullum alium illis tribuisse reperio. Omnes enim quos huius peruersi dogmatis fecisse mentionem reperio, asserunt hæc fuisse Berengarij inuentionem. Hic Berengarius natione Gallus, clericus diaconus Ecclesie sancti Maurij Andegauensis fuit, homo parum eruditus (vt Guidonius testatur) sed dialecticis quibusdam captiunculis prorsus denitus, per quas fallacem huius mundi gloriam, quam maxime cupiebat, se capturum sperabat. Qua de causa factum est, vt in hanc quam modo retulimus insaniam proruperit. Hac occasione motus Leo nonus tunc summus Ecclesie pontifex, vir omnium historicorum testimonio vitę sanctitate clarus, Verceilis concilium congregauit, quo Berengarium ascitum, minimeq; (vt Lanfrancus ait) venire volentem, cum suis complicibus, nisi citissime resipiscerent, perpetuo damnauit anathemate. Leo tamen pauco postmodum interiecto spatio moritur, atq; Berengarius in sua obstinatione persistens, venenum suæ hæresis per totas diffudit Gallias. Qua de re Victor secundus, qui Leoni 9. successit, concilium Turonis per Hildebrandum Ecclesie Romanæ tunc Cardinalem, ac illius vice concilio præsentem celebrauit: in quo Berengarius per quosdam eruditissimos viros, & præcipuè per Lanfrancum Cantuariensem archiepiscopum cõuictus, sed minime emendatus est. Nam inde exiens ad vomitum velut canis redijt. Quam ob causam Nicolaus secundus qui Victori in Ecclesie administratione successit, Romæ conciliũ centum & tredecim episcoporum congregat, in quo adstans Berengarius, aut emendatus, aut emendatum se pœnã timore simulans, palinodiam cantauit, quæ in volumine decretorum recitatur de conf. di. 2. c. Ego Berengarius. Berengario successit post centum & eo amplius annos impius quidam Almaricus, de quo iam supra fecimus mentionem. Hic dicebat non aliter esse corpus Christi in eucharistia, quã in alio quouis pane, aut qualibet alia re. Sic enim de illo refert Bernardus de Lutzemburgo in suo catalogo, citans quendam Cæsarium monachum. Alium autem neminem inueni qui hoc Almarico tribuat. Antoninus nanq; Florétinus quarta parte summa, titulo vndecimo, capite septimo, recensens errores Almarici, nihil tale cõmemorat. Et Platina enarrans vitam Innocentij tertij sub quo in Concilio Lateranensi dogmata Almarici condemnata sunt, cum illius alios errores recenset, nec tamen huius meminit. Cæsarium quem catalogus citat, non vidi. Illũ catalogum ergo secutus, Almaricum hunc inserere decreui, eò quòd istius dogma non longè absit à Berengario: quapropter etiam eodem feriendus sit gladio quo ille. Post istos omnes ad centũ annos & eo amplius Ioannes Viclephi eundem amplexatus est errorem, vt patet ex Concilio Cõstantiensi, sessione octaua. Demum hoc nostro tempore Ioannes Oecolampadius, cuius vitã iam breui supra descripsimus, hæc hæresim à tot annis sepultam reduxit ab inferis, eamq; quoad potuit scriptura muniuit tam ex sacro instrumento, quã ex di-

1. Cor. 10.

Armeni.

Bereng.

Almaricus

Oecolamp.

ctis sanctorum, aliquibus malè adductis, quibusdam detruncatis, omnibus tamen malè intellectis. Is enim ea verba Christi, quibus nos quotidie sacramentum consecimus, scilicet, Hoc est corpus meum, sic exponit, id est, hoc significat corpus meum, vel hoc est figura corporis mei. Ut autè hoc clarius pateat, verba eius referam. Oecolampadius: Tèpus est vt accedamus ad id in quo status est sermonis: nempe vt probemus verba cœnæ dominicæ eodem tropo dicta, quo illa quæ Apostolus dixit: Petra autem erat Christus: hoc est, petra significabat Christum, vel erat figura Christi. Nā in hoc totum dissidium est. Si enim *ὁ πηλιος* & substantiue absque tropo exposuerimus, est: asseremus corpus Christi in altari non tantum sacramentaliter (vt vocant) sed tā verè ac in celo est, adesse. Sin nostra conuenit expositio, de transsubstantiatione, vel de cōsubstantiatione (vti liceat aduersariorum verbis) suspicandum nihil. Ita sapè ex minimis verbulis summæ quæstiones emergunt. Neq; in hoc cōtenderim, si quis per corpus magis figuram corporis intelligi, quàm verbum est velit per significat interpretari. Nam id ipsum mihi arridet: vt unq; tamen probo, eò qd eundem sensum reddit, siue est significat interpreteris, siue corpus figurā & sacramentum corporis. Nos sensum non verba quærimus. Hucusq; Oecolampadius. O illustrem scripturæ expositorem: Si ad hunc modum liceat scripturas exponere, vel potius dixerim alienare aut deprauare, inexhausta suggeretur sulcandarum hæresum materia. Omnis etiam auferetur gladius quo hæreticus configi possit. Nulla quidem scriptura erit quæ non pari facilitate possit corrupti. Multum quidè hoc nouo tropo exultarent olim Cerdonitæ, & Manichæi, & quisquis negauit Christum verum corpus habuisse, verumq; hominem fuisse. Nec minus hac noua expositione gauderent Arriani, Eunomiani, Aëriani, ac cæteri omnes qui negarunt Christum esse Deum. Nam omnia quæ illis repugnare viderentur, facile sibi conciliarent exponendo verbum est per significat: vt si dicatur, Deus erat verbum, id est, figura quædā deitatis fuit verbum. Et illud: Verbum caro factum est, sic exponetur, id est, verbum factū est quædam carnis figura: aut sic, verbum carnè per quandam figuram significat. At quis orthodoxus tales ac tam inuitas, tā distortas, tamq; à litera alienas expositiones patiatur? Cæterum quòd plures adfert sacræ scripturæ locos, in quibus huiusmodi tropi deprehenduntur, non inficior. Sæpenumero etenim scripturæ sacræ figuris & tropis vtuntur (sicut Augustinus ostendit in libro secundo de doctrina Christiana) nec tamen ex eo quòd sæpe vtuntur figuris, colligendum est omnem scripturæ locutionem esse figuratam. Quapropter ex hoc quòd alibi scriptura sacra tropo quodam sit vsa, non bene colligit Oecolampadius vt etiā nunc figurata locutione vtatur. Nā etiā bis mille locos ostēdat quibus figurata insit locutio, hi tamè omnes nunquàm efficient qd istis verbis etiā aliqua adsit figurata locutio, qualè ipse finxit. Nunquid dicit aliquis hanc esse iustā consecutionem, Paulus tropo vsus est cū dixit: Petra autè erat Christus: ergo & Christus similiter tropo vsus est quū dixit: Hoc est corpus meum? Atq; ideo adhuc Oecolampadio probādū restat, vt in his verbis, scilicet: Hoc est corpus meum, aliquis sibi sit tropus, quod nusquàm efficiet. Præterea & si quæsdā figuratas locutiones in scriptura admittamus, non tamen talè qualem Oecolampadius confingit, vt per verbū est intelligamus significat. Nā quod adducit de Paulo scilicet, Petra autè erat Christus, nullo modo propositum suum iuuat. Non enim Paulus dixit Christum esse petrā corporeā, sed spiritualem: quòd ex precedentibus clarè conuincitur. Sic nanq; ait, Bibebant autem de spiritali consequenti eos petra, petra autem erat Christus. Vides iam quā petram dixerit esse Christū, nempe spiritalem, de qua bibebant, quæ populi illius comes exiit, multis cum miraculis adiuuit. Quòd si adhuc contēdas ad petram corpoream referendum, dic quæso vbinam inueniatur illam sensibilem petram

1. Cor. 10.

2. Cor. 10.

A petram, è qua vnda profluit, populū fuisse secutam quocunq; perrexisset: Huius quidem tanti miraculi nullam Moses fecit mentionem, quum tamen alia minora recensuerit. Verum hoc Paulus tribuit illi petra, quam dixit esse Christum. Bibebant, inquit, de spiritali consequente eos petra. At petra nō eos comitabatur, sed Christus, opem illis in omni euentu laturus. Sic enim exponit Ambrosius. Sequens tamen petra dicta est, quæ intelligitur esse Christus. Vbi enim defeciebat humanū eis suffragium, aderat Christus: ideo sequebatur, vt vbi defecisset, ille subueniret: nec enim petra aquam dedit, sed Christus. Hæc Ambrosius. Sed multò clarius hæc ex Chrysostomo discimus, qui illum Pauli locū explanans ait: quum dixisset quòd potū spiritualè bibebant, addidit: Petra autè erat Christus. Non enim ipsius petra natura aqua scaturiebat, siquidè etiā antea scaturisset: sed alia quædam spiritalis petra omnia operata est, hoc est, Christus, qui præsens vbiq; omnia fecit miracula, ideo dixit, consequente. Hæc Chrysostomus. Demum Theophylactus eodè modo locū illū interpretatur, dicens: De esca quidem cū meminisset, nulla præterea indiguit assertione, quæ per se satis pateret, nec quicquam esset à sui natura immutata. In potu verò, quia eius duntaxat subministrādi modus immutaretur, assertionibus vtitur, dicens nequaquam lapidis ipsius naturam potum hunc præstitisse, qui & si aliàs scaturisse cōceditur, spiritalis tamen alius lapis id omne operabatur, id est, Christus. Consequenti autem eò dixit, vt ostenderet Christum eundè hūc illis vbiq; adfuisse, & miracula huiusmodi factitasse omnia. Hæc Theophylactus. Ex istis clarissimis autoribus manifestum est iam, Paulū non dixisse Christum esse illam corpoream petram, ex qua manauit aqua: sed Christum esse illam petram spiritalem figuratam per aliam corpoream. Atq; ita non erit opus exponere est per significat: cū Christus verè & realiter sit illa petra, de qua Paulus loquitur, nempe spiritalis. Ad hunc etiam modum cū Christus Ioan ^{Mat. 11.} nem Baptistam laudaret, non dixit absolute, Ipse est Helias: sed ait: Et si vultis recipere, ipse est Helias ille qui venturus est. Quod & annotauit Chrysostomus, dicens: Non dixit, Hic est profectò Helias: sed, si vultis suscipere, hic est: Si mente videlicet attenta vtriusque gesta, & animo facili nō contentioso suscipere volueris. Neq; finem hic fecit: sed vt ostendat quanta solertia opus sit, cū dixisset, Helias addidit, qui venturus est. Et confestim adiecit, Qui habet aures audiendi, audiat. Hucusq; Chrysostomus. Et Theophylactus, quem nobis idè Oecolampadius Latinum dedit, illū Matthæi locum explanās ait: Si vultis (inquit) accipere, hoc est, si sana mente iudicatis, & nō inuida, ipse est Helias, quem dixit propheta Malachias venturū. Etenim præcurfor & Helias idè sortiti sunt ministerium, & hic quidè prioris aduentus, Helias autè posterioris præcurfor. Hæc Theophylactus. Ecce hic etiā clarè patet non esse opus exponere est per significat, cū Ioannes verè & realiter fuerit non Helias absolute, sed Helias ille qui erat vterus. Fateor quidè Heliam Ioannem significasse, atq; ideo Ioannes verè & realiter fuit nō Helias, sed ille què Helias significauit. De his duobus locis differui, quoniā hi inter alios ab Oecolampadio citatos præcipui sunt, quibus ipse innititur, vt probet hoc verbū est, posse exponi per hoc verbū significat: in quibus satis (vt arbitror) clarè ostendimus, non esse opus tam violenta atq; notha expositione. Quòd si hoc gratis donare velimus Oecolampadio, vt in proximè citatis locis ex Matthæo & Paulo, ac alijs pluribus locis opus sit hoc verbum est per significat exponere, nunquid consēquens ideo erit necessariò in omnibus Christi verbis exponere est, id est, significat? Certè vel parum doctus dialecticus videt hanc collectionem esse infirmam. In verbis Pauli cū dicit: Petra erat Christus, exponi debet verbū est per significat: ergo in verbis Christi quum dicit, hoc est corpus meum, verbum etiā est, exponi debet per significat. Nā vt hæc collectio valida esset, oportebat eā

Mat. 11. Chrysost.

1. Cor. 10. Luc. 11.

iuuare per additionem alicuius vniuersalis enunciationis, huius videlicet: In omnibus Christi dictis, & Pauli, hoc verbum est exponi debet per verbum significat. Qua vniuersali sublata, nusquam concludes hæc Christi verba esse exponenda per verbum significat, ex hoc quod illa Pauli verba sic exponenda sunt: imò de quouis alio loco Pauli minimè colligetur verbum est ibidè repertum exponi debere per significat, per hoc quod alibi sic expositū sit, nisi fortè præmiseris vniuersaliter in omnibus illius locis ita fieri oportere. At non credo Oecolampadium adeò insanisse, vt hanc vniuersalem admittat. Cæterum nec prætereundū censeo quod Oecolampadius eiusq; sequaces asseuerant literas sacras promiscuo populo lingua vulgari tradendas, vt à quolibet sine discrimine legantur. Nam ex hoc loco eorum temeritas conuincitur: præcipuè si quædam Oecolampadij verba proximè citata repetamus. Sic enim dixit: Ita sæpè ex minimis verbulis summæ quæstiones emergunt. Hæc ille. Si ex minimis verbulis summæ quæstiones (vt ais) emergunt, qualiter ex opposito tam claras asseris scripturas sacras, vt à populo intelligi valeant? Nunquid homo in literis minimè versatus, nec spiritu Dei illustratus (non enim omnes hoc Dei spiritu sunt donati) poterit eas quæstiones dissoluere, quas viri in literis exercitati minimè explicare valent? Aut fortè plebanus homo negocijs huius mundi implicitus poterit in his Christi verbis, hoc est corpus meū, deprehendere tropum aliquem, vel figuratam locutionem, quā nullus ex tam ingenti multitudine virorum sanctitate & doctrina clarissimorum, qui à Christo passo vsque ad hoc tempus fluxerunt, valuit inuenire, præter vnum Berengarium, & alterū Oecolampadium? Quod si tā claræ sunt scripturæ sacræ, vt populo legendæ atq; ab eo intelligendæ sine discrimine tradantur, cū tot sancti viri sanctitate perinde ac doctrina clari hunc tropum nusquam in his verbis deprehenderint, certū est ibi nullum esse. Hucusq; id solū egimus, vt ostenderemus Oecolampadij argumentationes futiles esse & inanes, minimeq; efficaces ad suū perniciosum dogma stabiliendum. Superest ergo, vt nos melius nostrum propositum confirmemus: quod Deo autore, qui semper veritati adhat, facile (vt spero) efficiemus: quoniam plurima nobis suffragatur pro hac re testimonia, eaq; adeò expressa, vt nulla valeant tergiversatione cædari. Equibus aliqua pauca ego adferam: reliqua verò qui habere voluerit, fontes illi vberrimos ostendam, vnde ad naufragam vsque haurire valeat.

LUC. 22.

Primò ergo illa verba Christi expressa sunt, quibus ait: Hoc est corpus meū. Nil certè expressius quicquam dici potuit: nec in re tanti momēti, qualis est ista, credendum est Christum tropo aliquo aut figurata locutione vsū fuisse, ne ansam errandi hac occasione nobis præberet. Verū quum de hac re iam satis dixerimus, opus est vt ex alijs testimonijs ostendamus nullum ibi esse tropum, verumq; ibi esse corpus Christi, quod natum est de virgine, & pro nobis in cruce pepēdit, iacuit in sepulchro, ac deinde reuixit, ad cœlosq; ascendit. Hoc autè totum illud Ioānis sextum caput cōfirmat, in quo sapissimè hanc sententiā repetit, vt nulla nobis dubitatio maneret. Ego sum (inquit Christus) panis viuus, qui de cœlo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in aternū. Et panis quē ego dabo, caro mea est, quā ego dabo pro mundi vita. Ecce hic bis positum hoc verbū dabo, vt semel referas ad donationem in modū cibi, iterum autem referas ad passionē, in qua seipsum morti tradidit pro nostra omnium vita: ac si parū expressius dixisset: Panis, quē vobis daturus sum ad comedendum, caro mea est, caro, inquam, illa quā dabo pro vestra omnium vita. Verum fortè vt iam cœpisti, etiam hic interpretaberis verbum est, per significat, vt dicas sic esse intelligendum: Panis quē ego dabo, carnem meam significat, aut figura quædam est corporis mei. Quod si ad hūc modum etiā hunc locū peruertis, manifestè iam te illis Iudæis Capernaitis annu-

Ameras, qui audito illo Christi verbo quod capere non poterant, litigabant ad inuicem, dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Quapropter oportebit vt verba quæ huic contentioni Christus respondit, tibi objiciamus: Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Ecce iam eandem sententiam Christus repetit, ostendens carnem suam verè esse cibum, & qua præuidit vnum Berengarium & alterum Oecolampadium exposituros hoc verbum est, per significat, ne quid tale suspicari meritò possent, iam non repetit hoc verbum est, sed ait: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Ex quibus verbis nihil tale iam potest fingi, vt verbum manducare exponatur per significare: nisi fortè iterum confingiat exponens carnem per figuram carnis, dicens sic debere intelligi, nisi manducaueritis carnem, id est, figuram carnis filij hominis, &c. Quis non videt hanc esse tam alienam à litera expositionem, vt nulla ex parte illi conuenire valeat? Verum ne quid tale iam fingi possit, manifestè ostendunt verba, quæ Christus subnectit, dicens: Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Caro enim mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Ecce iam non dicit solū caro mea est cibus: sed ne vilo pacto exponi valeat est per significat, addidit verè, dicens: Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Nihil clariùs aut expressius dici potuit, quàm dicendo, caro mea verè est cibus. Quod si caro Christi in Eucharistia tantum est significatiuè, & per quandam imaginem, non ergo verè est cibus, sed significatiuè aut imaginariè est cibus. Quod bene notabis lector, nam hic locus præ omnibus alijs maximè aduersarium configit, nostrumque propositum confirmat. Caro (inquit) mea verè est cibus, ac si diceret, non significatiuè aut figuratiuè, sed verè est cibus. Nam si figuratiuè tantum esset cibus, nequaquam verè esset cibus. Nunquam enim imagines aut figuræ dicuntur verè esse illa quorum sunt imagines. Qui enim diceret imaginem Dei verè esse Deum? Non credo Oecolampadium hoc dicturum. Si enim hoc diceret, præter alia incommoda contra omnium fidem, hoc esset aduersus Oecolampadium peculiare, imagines scilicet esse tolerandas, cum imago Dei verè sit Deus. Oecolampadius tamen (vt aliàs dicitur) imagines non sustinet. Si ergo imago aut figura non dicitur verè esse id cuius est imago, sed tantum significatiuè: qualiter caro Christi, quæ nullo modo (vt Oecolampadius ait) comeditur, dici poterit verè cibus? Si autè dicas eo modo dici cibū, quo verbum Dei dicitur cibus, vt ibi: Non in solo pane viuit homo: certum est verbum Dei ibi non dici esse verè cibum, sed per quandam metaphoram, aut similitudinem: vt quemadmodū cibus corporalis in stomachū traiectus, sufficientiq; calore digestus nutrit corpus, vitamq; illi confert: sic verbum Dei auditum, memoriæq; bene mandatū, calore charitatis sic digestum, vt opere quis compleat quod voce audierat, nutrit animam, vitamque illi spiritalem confert. Si quis (inquit Christus) sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in aeternum. Ex his ergo Christi verbis clarissimè conuincitur, verum Christi corpus in eucharistia sub speciebus panis, & verum sanguinem sub speciebus vini contineri. Verum quia Oecolampadius per quandam rimulam elabi conatur, dicens illud sextum Ioannis caput nullo pacto tendere ad eucharistiam, sed ad manducationem spirituales carnis, per quam, vt ipse dicit, habemus vitam æternam: oportet vt ostendamus omnem cateruam virorum sanctitate & doctrina clarissimorum, hoc Ioannis caput sextum de eucharistia intellexisse, atque ita exposuisse. Nam in principio huius libri ostendimus sensum sacræ scripturæ ab Ecclesia esse petendum. Nam cuius autoritate scripturas has pro diuinis amplectimur,

mur, eadem etiam autoritate oportet illarum scripturarum sensum tenere. C
Parum quidem refert verba tenere, sensum autem verborum penitus ignorare. Nec difficultas circa sola verba versatur, quorum significationem Grammaticus scire potest, sed circa sensum. Et ipsemet Oecolampadius in verbis superius citatis dixit: Nos sensum, non verba quaerimus. Si ergo magis quaerendus est sensus, quam verba: cum ex Ecclesiae decreto teneamus hanc aut illam esse diuinam scripturam: ex eius etiam decreto oportebit sensum scripturae, quem illa nobis praestiterit, tenere. Ex sensu certe scripturae fides nostra pedit, non ex nudis verbis. Oportet ergo audire Ecclesiam de hac re, & videamus quid nobis decernat.

ET primum ostendamus sigillatim diuersorum patrum in hac re communem omnium fuisse sententiam, illud Ioannis caput de Eucharistia esse intelligendum. Et primum omnium in acie constituo Theophylactum ab eodem Oecolampadio latinitate donatum. Is enim exponens illud Ioannis: Panis, quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita, sic ait: Manifeste autem nobis hoc loco de mystica communionem corporis sui dicit: Nam panis (inquit) quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita. Porro potestatem suam indicans, quod non ut seruus & minor patre crucifigendus sit: sed voluntarie, inquit: Ego dabo carnem meam pro mundi vita. Nam quamuis & a patre dicatur esse traditus, attamen & seipsum tradidisse dicitur. Et illud quidem est, ut discamus eius cum patre concordiam: hoc autem, ut liberam voluntatem filij non ignoremus. Attende autem quod panis, qui a nobis in mysterijs manducatur, non est tantum figuratio quadam carnis Domini, sed ipsa caro Domini. Non enim dixit: Panis, quem ego dabo, figura est carnis, sed caro mea est. Transformatur enim arcanis verbis panis ille per mysticam benedictionem, & accessionem sancti spiritus, in carnem Domini. Et ne quem conturbet, quod credendum sit panis caro. Etenim in carne ambulante domino, & ex pane alimoniam admittente, panis ille qui manducabatur, in corpus eius mutabatur, & similis fiebat sanctae eius carni, & in augmentum & sustentationem conferebat iuxta humanum morem. Igitur & nunc panis in carnem domini mutatur. Et quomodo (inquit) non apparet nobis caro, sed panis? Ut non abhorreamus ab eius esu. Nam si quidem caro apparuisset, insuauiter affecti essemus erga communionem. Nunc autem condescendente domino nostrae infirmati, talis apparet nobis mysticus cibus, qualibus alioqui assueti sumus. Hucusque Theophylactus: quem ideo tam prolixè citauimus, quod maxime nostro negotio fauet, atque omnes Oecolampadii capitula his solum verbis soluit. Beatus etiam Cyrillus, illa quae sexto Ioannis capite a Christo dicuntur de hoc mirifico sacramento, exponit, ut quilibet ibidem videre potest. Ut autem hoc lector sine tuo labore videas, decreui hic inferere ea quae ille libro quarto super Ioannem, capite sexto decimo disserit, in hunc modum. Cyrillus: Distinguit rursus inter mysticam benedictionem, & manna: & aquarum fluentia ex lapide, & calicis sancti communicationem. Iterum eadem repetit, ne magis mannae miraculum admirentur, sed ipsum potius suscipiant, qui coelestis panis & aeternae vitae largitor est. Patres enim (inquit) vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis, qui de caelo descendit, ut aliquis ex ipso comedat, & non moriatur. Manna namque alimentum non aeternam vitam, sed breue famis remedium adferebat. Non ergo erat cibus verus, id est, panis de caelo. Sanctum verò Christi corpus ad immortalitatem & vitam aeternam, nutriens, cibus est. Ita inquit. Sed aqua illi ex petra biberunt: quid igitur inde lucrati sunt, qui mortui fuerunt? Non erat igitur potus ille verus, sed verus potus est sanguis Christi, quo radicitus mors euertitur atque destruitur. Non enim hominis simpliciter sanguis

Theoph.
Ioan. 6.

Cyrius.

Ioan. 6.

Aguis est, sed eius qui naturali vitae coniunctus, vita effectus. Propterea corpus & membra Christi sumus, quia per hanc benedictionem mysterij ipsum filium Dei suscipimus. Haec Cyrillus. Ex quo manifestè patet de sacramento Eucharistiae interpretari ea quae de mystico pane Ioannis sexto reponuntur. In quo admonere primum Lectorem decreui, ut quoties apud Cyrillum de pane loquentem repererit mysticam benedictionem, intelligat hoc admirabile sacramentum. Hac etenim voce ille saepissimè utitur, cum impraesentiarum, tum etiam alibi saepe. Chrysostomus etiam haec verba de hoc praestantissimo sacramento exponit Homilia quadagesima quinta super Ioannem: ubi ostendit quae verba huic sacramento conueniant, quae autem non. Nam explanans illa verba, Ego sum panis vitae, sic ait: Iam in mysteriorum traditionem deuenturus est, & primum de diuinitate sua sic disputat: Ego sum panis vitae. Neque enim de corpore hoc dictum est, de quo circa finem inquit: Panis, quem ego dabo, caro mea est: sed adhuc de diuinitate. Etenim illa propter Deum verbum panis est, quem admodum hic panis propter aduenientem ei spiritum panis coelestis efficitur. Haec Chrysostomus, qui clarissimè distinguit inter ea verba Christi quae ad suam diuinitatem, & ea quae ad corpus eius, ut sub mysterijs velatur, pertinere videntur. Atque sermonem de his mysterijs, hoc est, de hoc sacramento (nam hoc ipse appellat mysteria) inchoari docet ab illo loco: Panis, quem ego dabo, caro mea est. Quod valde notabis Lector, quoniam hoc plurimum tibi deseruiet ad obuiandum huiusmodi haeticorum technis. Beatus Augustinus apertissimè omnia illa quae de carne Christi Ioannis sexto dicuntur, ad hoc Eucharistiae sacramentum refert. Quod ut clarissimè Lector agnoscas, ex multis quae tractatu vigesimo sexto super Ioannem dicit, hoc vnum adferam. Exponens enim illum locum, scilicet, **Qui manducat** **B** meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam, sic ait: Ad vtrumque autem respondet quod ait aeternam. Non ita est in hac esca, quam sustentandae huius corporis vitae causa sumimus. Nam qui eam non sumpserit, non viuet: nec tamè qui eam sumpserit, viuet. Fieri enim potest, ut senio vel morbo vel aliquo casu, plurimi & qui eam sumpserint moriantur. In hoc vero cibo & potu, id est, corpore & sanguine domini, non ita est. Nam & qui eam non sumit, non habet vitam: & qui eam sumit, habet vitam, & hanc utique aeternam. Haec Augustinus. Vbi explicans dicta verba Christi de Eucharistia, asserit apertissimè ibi esse verum Christi corpus, & verum sanguinem. Si enim dixit: In hoc vero cibo & potu, id est, corpore & sanguine domini. Quo nihil potest expressius dici. Sunt etià alij plurimi sacri doctores, qui etsi Ioannem in vniuersum non exposuerunt, tamè inter ea quae scripserunt alijs locis, partes huius capituli exposuerunt, quod proposito, quod tunc pertractabant, conducere videbant. Quae connumerare non pigebit, atque eò maxime quod non tam facile inueniri queant: quae nos aliud agentes annotauimus huic negotio postmodum applicanda. Cassiodorus in primis exponens illud Psalmi, Tu es sacerdos in aeternum, sic ait: Cui enim potest veraciter & euidenter aptari, nisi domino saluatori, qui corpus & sanguinem suum in panis ac vini erogatione salutariter conserauit: sicut ipse in Euangelio dicit: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam aeternam. Sed in ista carne ac sanguine nil cruentum, nil corruptibile mens humana concipiat: ne (sicut dicit Apostolus) corpus domini indignè maderet: sed viuificatricem substantiam atque salutarem, & ipsius verbi propriam factam, per quam peccatorum remissio, & aeternae vitae dona praestantur. Haec Cassiodorus: qui manifestè fatetur in Eucharistia corpus ac sanguinem contineri, & hoc probat testimonio adducto ex Ioannis sexto, quod viderit huic proposito aptissimè. Beatus Gregorius exponens illud Iob sexto: Nunquid rugiet onager cum habuerit herbam:

Chrysost.

Ioan. 6.

Cassid.
Psal. 109.
Ioan. 6.

1. Cor. 10.

bam: ait: Tunc ergo herbam onager inuenit, cum gentilis populus gratiam diuinæ incarnationis accepit. Tunc bos vacuum præsepe non habuit, cum plebi Iudaicæ eius carnem expectanti lex exhibuit, quem diu expectatum prophetauit. Vnde natus dominus in præsepe ponitur, ut videlicet signaretur quia sancta animalia quæ ieiuna diu apud legem inuenta sunt, incarnationis eius fœno satiarentur. Præsepe enim natus impleuit, qui cibum semetipsum mentibus mortalium præbuit, dicens: Qui comedit carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Hæc Grægorius. Qui asserens Deum se dedisse nobis in cibum, adfert pro hac re testimonium ex Ioannis sexto. Ambrosius libro sexto de sacramentis, capite primo: Sicut verus est Dei filius dominus noster Iesus Christus, non quemadmodum homines per gratiam, sed quasi filius ex substantia patris: ita vera caro, sicut ipse dixit, quam accipimus, & verus est potus. Sed forte dicas quod dixerunt tunc temporis etiam discipuli Christi audientes dicentem: Nisi quis manducauerit carnem meam, & biberit sanguinem meum, non manebit in me, nec habebit vitam æternam. Fortè dices, quomodo vera? Qui similitudinem video, non video sanguinis veritatem. Primò omnium dixi tibi de sermone Christi, qui operatur ut possit mutare & cõuere instituta naturæ. Deinde ubi non tulerunt sermonem Christi discipuli eius, sed audientes quòd carnem suam daret manducare, & sanguinem suum daret bibendum, recedebant. Solus tamen Petrus dixit: Verba vitæ æternæ habes, & ego à te quòd recedam? Ne igitur plures hoc dicerent, veluti quidam esset horror cruoris, sed maneret gratia redemptionis, idè in similitudinè quidem accipis sacramentum, sed veræ naturæ gratiam virtutemque cõsequeris. Ego sum (inquit) panis viuus, qui de cœlo descendi. Sed caro non descendit de cœlo, hoc est, carnem in terris assumpsit ex virgine. Quomodo ergo descendit panis de cœlo, & panis viuus? Quia idem dominus noster Iesus Christus cõfors est diuinitatis & corporis. Et tu qui accipis panem diuinæ eius substantiæ, in illo participas alimento. Hucusque Ambrosius. Vbi aduerte Lector quàm clarè asserat nos manducare carnem Christi, & qualiter verba quæ habentur Ioannis sexto, exponat de vera Christi carne, quam dicit nos sub panis specie manducare. Hilarius octauo libro de Trinitate sic ait: Nò est humano aut seculi sensu in Dei rebus loquendum, neque per violentam atque impudentem prædicationem cœlestium dictorum sanitati alienæ atque impiæ intelligentiæ extorquenda peruersitas est. Quæ scripta sunt, legamus, & quæ legerimus, intelligamus, & tunc perfectæ fidei fungemur officio. De naturali enim Christi in nobis veritate quæ discimus, nisi ab eo discamus, stultè atque impiè discimus. Ipse enim ait: Caro mea verè est esca, & sanguis meus verè est potus. Qui edit carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. De veritate carnis & sanguinis non est relictus ambigendi locus: nunc enim & ipsius domini professione, & fide nostra verè caro est, & verè sanguis est. Et hæc accepta atque hausta hæc efficiunt, ut nos in Christo, & Christus in nobis sit. Hæc Hilarius. In quibus apertissimè ostendit nos manducare veram Christi carnem, & bibere verum eius sanguinem, adducto pro hac re testimonio, quod putauit conueniens, ex Ioannis. 6. capite. Cyprianus in expositione orationis dominicæ sic ait: Hunc autem panem dari nobis quotidie postulamus, ne qui in Christo sumus, & eucharistiam quotidie ad cibum salutis accipimus, intercedente aliquo grauiore delicto, dum abstenti & non communicantes à cœlesti pane prohibemur, à Christi corpore separemur, ipso prædicante & monente: Ego sum panis vitæ, qui de cœlo descendi. Si quis ederet ex hoc pane, viuet in æternum. Panem autem quem ego dederò, caro mea est pro seculi vita. Quando ergo dicit, in æternum viuere si quis ederet de eius pane, ut manifestum est eos viuere qui corpus eius attingunt, & eucharistiam iure commu-

nicationis accipiunt, ita contrà timèdum est & orandum, ne dum qui absterus separatur à Christi corpore, procul remaneat à salute, comminanti ipso & dicente: Nisi ederitis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Et idè panem nostrum, id est, Christum dari nobis quotidianè petimus, ut qui in Christo manemus & viuimus, à sanctificatione & corpore eius non recedamus. Hæc Cyprianus. Vides hic lector, qualiter Cyprianus asserit eum, qui ab Eucharistiæ communionem separatus est, esse etiam separatum à corpore Christi, atque idè à salute. Cui aptat testimonium ex Ioannis. 6. nempe illud: Nisi ederitis carnem filij hominis, &c. Et in libro primo aduersus Iudæos eandem sententiã cõfirmat testimonio ex illo loco Ioannis adducto. Demum Origenes Homilia. 7. super librum Numerorum, sic dicit: Et quæ prius ænigmata designabantur, nunc in specie & veritate complentur. Et idè ille qui species figuratum & ænigmatum differebat, dicit: Scimus autem quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes in Moyse baptizati sunt, in nube, & in mari. Et omnes eandem escam spiritualem manducauerunt. Et omnes eundem potum spiritualem biberunt. Bibebant autem de spiritali consequenti eos petra. Petra autem erat Christus. Vides quomodo ænigmata legis Paulus absoluit, & species ænigmatum docet, & dicit quia petra in ænigmate erat apud Moysen antequàm iungeretur huic nostræ Æthiopiæ. Nunc in specie petra Christus est. Nunc enim os ad os loquitur per legem Deus. Antea in ænigmate fuit baptismus in nube, & in mari: nunc autem in specie regeneratio est in aqua & in spiritu sancto. Tunc in ænigmate erat manna cibus: nunc autem in specie caro verbi Dei est verus cibus: sicut ipse dicit, quia caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Hucusque Origenes. Ex quo multa nobis suffragantur. Nam cū disserat de his quæ prius in figura habebantur, & nunc in veritate habentur, tria adducit exempla, quorum vnū est manna, qui cibus Iudæis fuerat, sed in figura: figurabat namque eucharistiã, in qua nos Christi carne pascimur in veritate: & nò figura, ut Oecolampadius ait: pro qua re confirmanda, ut vides lector, Origenes citauit testimonium ex Ioan. 6. capite, quod huic proposito vidit esse commodissimum. Pater ergo ex tot virorum clarissimorum testimonio, ea quæ de pane & carne & sanguine Christi Ioan. 6. dicuntur ad eucharistiæ sacramentum esse referenda. Verum ut hominem autorum testimonio obruamus, ostendamusque velut hæreticum ab Ecclesiæ vnicate diuisum, alia insuper producam illustrium virorum testimonia, qui manifestè probant in hoc præstantissimo sacramento verum Christi corpus & sanguinem sub speciebus panis & vini contineri. Leo primus sanctitate perinde ac doctrina clarus, in epistola ad Constantinopolitanos ita scribit: In Ecclesia Dei omnium ore tam consonum est, ut nec ab infantium linguis veritas corporis & sanguinis Christi inter communis sacramenta fidei taceatur, quia in illa mystica distributione spiritalis alimonie hoc impartitur, ut accipientes virtutem cœlestis cibi, in carnem ipsius, qui caro nostra factus est, transeamus. Hæc Leo. Iuuenius etiam presbyter Hieronymo antiquior, carmine hexametro euangelicam historiam describens, ait:

Hæc vbi dicta dedit, palmis sibi frangere panem:
 Disiunq̃ue dehinc tradit: sanctumque precatus,
 Discipulos docuit, proprium se tradere corpus.
 Hinc calicem sumit dominus, vinasque repletum
 Sanctificat gratis verbis, potumque ministrat.
 Edocuitque suum se disiisse cruorem:
 Atque ait, hic sanguis populi delicta remittet.
 Hunc potate meum, laus veris credite dicitis.

Arnobius super Psal. 110. sic ait: Cõfessio Trinitatis, & magnificètia Deitatis, opus eius: iustitia eius immutabilis perseuerat in secula seculorum, in qua iustitia

Ioan. 6.

Cyprianus.

Ioan. 6.

Ibidem.

Origenes.

1. Cor. 10.

Leo primus.

Iuuenius.

Arnobius.

stitia memoria fecit mirabilium suorum, dicens: Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis. Quando hoc dixit misericos & miseratus dominus? Tunc sine dubio, quando escam dedit corporis sui timentibus se. Et hoc testamentum memor erit dominus in æternum, per quod virtutem operum suorum annunciauit populo suo. Hæc Arnobius. Vides lector qualiter Arnobius asserat dominum dedisse nobis escam corporis sui. Irenæus in lib. 5. aduersus hæreses, hanc etiam fatetur fidem, dicens: Quædo & mixtus calix, & fractus panis percipit verbu Dei, sit eucharistia sanguinis & corporis Christi, ex quibus augetur & consistit nostræ carnis substantia. Quomodo negant carnem capacem esse donationis Dei, qui est vita æterna, quæ & sanguine & corpore Christi nutritur, & membrum eius sit, quemadmodu Apostolus ait in ea quæ est ad Ephesios epistola: Quoniam membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius? Non de spiritali aliquo & inuisibili homine differens hæc (Spiritus enim neque carnem neque ossa habet) sed de ea dispositione quæ est secundum hominem quæ ex carnibus & neruis consistit, quæ de calice, qui est sanguis eius, nutritur, & de pane, qui est corpus eius augetur. Hæc Irenæus: quem Trithemius in libro de Ecclesiasticis scriptoribus martyrem fuisse docet, eumq; discipulum fuisse Polycarpi martyris testatur Hieronymus, qui & eundem Polycarpum martyrem asserit fuisse discipulu Ioannis euangelistæ: ex quo patet hunc Irenæum ab Apostolo Christi fuisse edoctu mediante Polycarpo. Quæ idcirco dixi, quod efficacius sit eius testimonium. Ignatius demum discipulus, vt credo, Christi, coæuus saltem apostolis, in quadam ad Romanos epistola sic ait: Panem Dei voco panem coelestem, panem vitæ, qui est caro Iesu Christi filij Dei viui, qui natus est in nouissimo ex semine Dauid & Abrahæ. Et potum voco sanguinem eius, qui est dilectio incorruptibilis, & vita æterna. Hæc Ignatius beatissimus martyr. Plurimos alios auctores, eosque illustres, de quorum testimonia etiam nobis suffragari possent, prudens omisi, ne onerarem lectorem, & ne breuitatis (quam in principio operis promisi) videar oblitus. Ea tamen in posterum aduersus alios errores de eucharistia adferemus: quæ cum legeris, rogo lector attendas plurima ex illis huic seruire proposito. Hæc certè talium virorum testimonia, etiam si locus scripturæ deesset, sufficere deberent ad quancunq; fidem confirmandam, etiam si centum Oecolampadij repugnarent. Verum quum tot illustres viri Oecolampadio repugnant, qualiter non veretur aduersus tot clarissimos viros, imò aduersus totam ecclesiam collum exerere? Certè in causa est id quod Cyrillus dicit de Iudæis litigantibus, ac dicentibus: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Sic enim ait Cyrillus. De Deo non sine magna impietate cõclamant, nec in mentem venit nihil esse impossibile apud Deum. Nam quum animales essent (vt ait Paulus) spiritalia intelligere non poterant, sed fatuitas quædam tam magnum sibi videretur mysterium. Hæc Cyrillus. Ita ergo (vt pater) Oecolampadio fatuitas quædam tam magnificum videretur mysterium, nec intelligit quid intus lateat, nec considerat nihil esse impossibile apud Deum. Quare autem non intelligit, in aperto est: quia teste Paulo, animalis homo non percipit ea quæ Dei sunt. At quis magis animalis quam Oecolampadius, cuius manifesta sunt opera carnis? Nam cū monachus esset ordinis sanctæ Brigittæ, reiecta continentia quam in monachatu voverat, vxorem duxit: cum tamen ea esset ætate, qua si in seculo liber maneret, vxore abstinerere debuisset, Saram imitatus, quæ dixit: Consenui, & quomodo voluptati operam dabo? Verum hic fortè ex senibus illis erat qui exarserunt in concupiscentiam Susannæ. Ceterum vt rem penitus absoluamus, superest vt concilia quæ in huius rei confirmationem celebrata sunt, adferamus. Primò tertia synodus ex his quatuor quas beatus Gregorius fatetur se venerari tanquam quatuor Euangelia, quæ quidem

A quidem synodus Ephesina prima est ducentorum episcoporum numero, in quo præsedit summi pontificis vicem gerens Cyrillus Alexandrinus episcopus; In epistola quadam à toto concilio missa Nestorio hæretico Constantino-politano episcopo, de cuius dogmate agebatur, qui dicebat duas esse in Christo personas, aliam Dei, aliam hominis, sicut aliàs iam de hoc disseruimus, ita dicitur: Sic etiã ad mysticas benedictiones accedimus, & sanctificamur participes sancti corporis & preciosi sanguinis Christi omnium nostrum redemptoris effecti, non vt communem carnem percipientes (quod absit) neque vt viri sanctificati, & verbo coniuncti secundum dignitatis vnitatem, aut sicut diuinam possidentis habitationem, sed verè viuificatricem, & ipsius verbi propriam factam. Vita enim naturaliter vt Deus existens, quia propriè carne vnitus est, viuificatricem eam esse professus est: & ideò quauis dicat ad nos: Amen amè dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem: non tamen eam vt hominis vnus ex nobis existimare debemus. Quomodo enim iuxta naturam suam viuificatrix esse caro poterit hominis? sed vt verè propriam eius factam qui propter nos filius hominis est factus & vocatus. Hæc Concilium. Per quod decretum omnes hæretici negantes veram Christi carnem verumq; sanguinem in eucharistia contineri, qualitercunq; id negent, hic apertè reijciuntur. Verum quum hoc viderit Oecolampadius, perpensens quantæ arrogantia sit faciè toti concilio opponere, ad hoc confugit, vt dicat illud non esse ex actis in concilio, sed esse in epistola à Cyrillo ad Nestoriu directæ. Hoc autem manifestè conuincitur falsitatis ex titulo eiusdem epistolæ. Sic enim inscriptio epistolæ habet: Religioso & Deo amabili cõsacerdori Nestorio Cyrillus, & quicunque sunt apud Ephesi synodum. Ex ista epistolæ inscriptione apertè colligitur epistolam à toto concilio esse ad Nestoriu mandatam: quod fit vt quæ in ea continentur, velut acta concilij esse recipienda. Post aliquot deinde annorum centurias Leo nonus, vt diximus, celebrauit concilium Vercellis, in quo hoc impiu Berengarij dogma damnatū est. Deinde sub Victore secundo aliud conciliu Turonis celebratum est præsidente Ildebrando Romanæ ecclesiæ diacono Cardinali: in quo iterum Berengarij dogma sicut à toto concilio, ita & ab ipso Berengario reiectum est. Demum sub Nicolao secundo concilium Romanu centum tredecim episcoporum coactum est hac de causa, quod Berengarium ad vomitum redijisse compertum est, in quo iterum Berengarius concilij decretum suscipiens, suo dogmati renunciauit. Quorum conciliorum acta incuria scriptorum non habemus. Nam in eo volu mine conciliorum quod Parisijs impressum est, à quinta synodo Constantino-politana vsq; ad concilium Constantiense nullum aliud concilium interponitur: in quo interiecto temporis spatio constat multa concilia celebrata fuisse, eaq; non parui momenti. Itaq; ex illo Vercellensi, Turonensi, ac Romano concilij, nihil aliud reperio præter abiurationem, quæ à concilio Romano oblata est Berengario, vt eam coram toto illo conuentu legeret, ac ita esse faceretur. Quæ quidem abiuratio ponitur in volumine decretoru de consec. dist. 2. cap. Ego Berengarius. Demum post hæc omnia Concilium Constantiense recensens errores Ioannis Vicleph, tertio loco istum collocat his verbis: Christus non est in eodem sacramento identicè & realiter in propria præsentia corporali. Quem errorem cum alijs omnibus eiusdem auctoris vna super omnes lata sententia damnat. Deinde Concilium Tridentinum sub Iulio tertio celebratum sessione tertia, cap. 1. hæc ait: Principio docet sancta synodus, & apertè ac simpliciter profiteretur, in almo sanctæ Eucharistiæ sacramento post panem, & vini consecrationem, Dominum nostrum Iesum Christum verum Deum, atque hominem verè, realiter, ac substantialiter sub specie illarum rerum sensibilibum contineri. Nec enim hæc inter se pugnat, vt ipse Saluator noster semper ad dexteram

xteram patris in coelis affideat, iuxta modū existendi naturalem, & vt multis nihilominus alijs in locis sacramentaliter præsens sua substantia nobis adsit, ea existendi ratione, quam etsi verbis exprimere vix possumus, possibilem tamen esse Deo cogitatione per fidem illustrata assequi possumus & constanti finē credere debemus. Ita enim maiores nostri omnes quotquot in vera ecclesia fuerūt, qui de sanctissimo hoc sacramento differuerunt, apertissimē professi sunt hoc tam admirabile sacramentū in vltima cœna redemptorem nostrum instituisse, cū post panis viniq; benedictionem se suum ipsius corpus illis præbere, ac suum sanguinem disertis ac perspicuis verbis testatus est, quæ verba à sanctis Euangelistis cōmemorata, & à diuo Paulo postea repetita cū propriam illam & apertissimam significationem præ se ferant, secundū quam à patribus intellecta sunt, indignissimum sanè flagitium est; ea à quibusdā contentiosis, & prauis hominibus ad fictitios, & imaginarios tropos, quibus veritas carnis & sanguinis Christi negatur, contra vniuersum ecclesiæ sensum detorqueri, quæ tanquam columna, & firmamentum veritatis hæc ab impijs hominibus excogitata cōmenta velut satanica detestata est, grato semper & memore animo præstantissimum hoc Christi beneficium agnoscens. Hæc est doctrina Concilij Tridentini. Verū ne aliquis nimium audax huic doctrinæ impunè se contradicere posse putet, canonem latæ sententiæ contra huiusmodi contraditores protulit, cuius verba sunt quæ sequuntur: Si quis negauerit in sanctissimo eucharistiæ sacramento contineri verè, realiter, & substantialiter corpus, & sanguinem, vnà cum anima, & diuinitate domini nostri Iesu Christi, ac proinde totum Christum, Sed dixerit tantūmodo esse in eo vt in signo, vel figura, aut virtute, anathema sit. Contra hanc impiam hæresim olim cū eam primus Berengarius tutaretur, scripsit primus Lanfrancus Cantuariensis archiepiscopus. Post eum Guidmundus ex monacho Auerlanus episcopus. Eodē tempore Algerius, ex scholastico monachus Corbiensis in Saxonia. Scripsit etiam aduersus eū teste Ioanne Trithemio quidam Adelmanus, ex clerico Leodiensi episcopus Brixienis, qui eiusdem Berengarij condiscipulus fuerat. Scripsit etiam aduersus eundem Hildebertus quidam episcopus Cenomanensis, ac postea archiepiscopus Turonensis, vt testatur idem Trithemius in libro de Ecclesiasticis scriptorib⁹. Hos duos vltimos fateor me nō vidisse, aliorū tamen opera legi. Post istos omnes hoc nostro tempore contra Oecolampadium scripsit omnibus istis lōgè diffusius atq; acutiùs Ioānes Rossensis episcopus, vir nō minus vita quàm doctrina clarus, qui illis antiquis scriptoribus merito cōparari valet. Quod si multos tales episcopos ecclesia in sui regimen retineret, qualis ille est, non sic labentē plorarem, vt nūc (proh dolor) ingemiscimus. Si omnia ad vnguem quæ ad hoc negociū spectant, habere vis, lege viri huius ad finē vsq; librum. Spero, Deo autore, si dubius accesseris, confirmaberis, & omni scrupulo sublato discedes in firmissima fidei petra fundatus. Scripsit etiam aduersus eundē Oecolampadium Ludocus Clichthouæus, alios non vidi, quanuis plures alios scripsisse audiam.

Quinta de hac re orta est hæresis, quæ asserit in Eucharistia post factam consecrationem manere eundem panem qui ante consecrationem ibidem erat. Sed hæc hæresis in duas factiones est scissa. Quidam enim dixerunt panem simul esse cum Eucharistia, nec amplius insanierunt. Horū dux fuit Ioannes Vvicleph, cuius iam sæpè fecimus mentionē. Alij verò insaniam augentes sic affirmāt panē ibidem esse, quod asserunt panem esse corpus Christi. Hoc autem recens est inuentum, nempe à Martino Lutero prodiens, qui ait has esse veras: panis est corpus Christi: vinum & sanguis Christi. Inter hos duos, scilicet Vvicleph & Lutherum, de hoc cōnuenit, quod vterque fateatur post consecrationem superstitem esse panem: moti hac ratione, quod sæpè in

nouo

A nouo instrumento appellatur hoc sacramentum panis, vt in Actis Apostolorum dicitur: Vna autem sabbati, cū conuenissemus ad frangendum panem, Paulus disputabat cum eis, profecturus in crastinum. Et in prima ad Corinth. epist. Panis quē frangimus, nōne participatio corporis domini est? Quoniam vnus panis & vnus corpus multi sumus, omnes qui de vno pane & de vno calice participamus. Et rursus in eadem epist. Quotiescunque enim manducabitis panē hunc, & calicē bibetis, mortem domini annunciabitis, donec veniat. De hoc autem inter istos est dissidium, quod Vvicleph non admittit panē illum, qui ante consecrationē erat, dici posse corpus Christi: Lutherus autē illud concedit, asserens has esse veras, panis est corpus Christi, vinum est sanguis Christi: motus hac ratione, quæ illi est aded efficax, vt nullus sit qui illi possit obstare. Verba (inquit) diuina accipienda sunt iuxta Grammaticæ nudā intelligentiam: ita vt non liceat ei per angelum, nedum per hominem, vim vllam fieri, ne detur occasio aduersarijs scripturas eludendi. At vis (vt ait) sit verbis diuinis, si quod Christus dicit panem, hoc nos dicamus intelligi panis accidentia: & quod ille vinum vocat, hoc nos dicamus esse tantū vini speciē. Omnibus ergo modis verus panis (ait) ac verum vinum superest in altari, ne verbis Christi fiat vis, si species sumatur pro substantia. Nullam enim transubstantiationis (inquit) Euangelistæ fecere mentionē. Sed hoc recens quoddam inuentum est, nempe trecentenarium (vt ait) nec eo amplius. Sic ergo dicit Lutherus esse verba consecrationis intelligenda. Hoc, id est, hic panis, est corpus meum. Hic, id est, hoc vinum, est sanguis meus. Ecce quibus præstigijs cōfidit Lutherus seducere tot sapiētes viros, quot sunt in ecclesia. Credit fortè omnes nos infantes esse adhuc in cunabulis, vt similibus nanijs decantatis valeat nos dementare. Contra hos omnes vno eodemq; gladio pugnandū est.

B Nam quum ostenderimus facta consecratione nullum panem manere, simul etiam patebit hanc enunciationem, scilicet, panis est corpus Christi, nullo pacto esse veram. Primum ergo ostendamus hanc Lutheri interpretationem esse à litera remotissimā: quod vel ex eo constare manifestè potest, quod articulus hoc, vel pronomen demonstratiuum, cū sit neutri generis, nullo modo potest referri ad panem, quod panis masculini sit generis. Fortè dices ibi substantiuū positum, quemadmodū adiectiuum in neutro genere ex Grammaticorū regula in substantiū locum subrogare liceat: atque ita dices hunc esse sensum. Hoc, id est, hæc res (panem demonstrato) est corpus meū. Veniamus iam ad verba calicis, in quibus nullum tale reperire poteris subterfugium. Sic enim dicitur ibi: Hic est sanguis meus. Vides qualiter articulus vel pronomen demonstratiuum ibidem positum est masculini generis: cū autem vinum neutri generis sit, qui sit vt pronomen hic, possit demonstrare vinum? Si enim dixisset, hoc est sanguis meus, anam præbuisset opinandi vinū ibidem manere. At cū dicat, hic est sanguis meus, quis non videt articulum masculini generis nullo pacto ad vinū posse referri, quod neutro genere nominatur? Hæccine est Græmica Lutere, iuxta quā ais verba Dei esse nudè interpretanda? Aded enim nuda est hæc interpretatio, vt literam à suo vero sensu prorsus denudet, nihilque apud literā de vero eius sensu relinquit. Quod si ad Græcam linguam ceu fontem noui instrumenti nos reuocēs, credens fortè hanc collectionē minimè valere deciperis. Nam pronomen demonstratiuū quod Græcè ponitur, vtrobiq; neutrum est. Verba namq; quibus corpus consecratur, sic habent, τοῦτο ἐστὶ τὸ σῶμα μου. Verba autē quibus cūsecratur sanguis, sic habent, τοῦτο γάρ ἐστὶ τὸ αἷμα μου. Vides iam vtrobiq; pronomen positū neutrum esse, nec τούτο: Nomē autē Græcè significās corpus, scilicet τὸ σῶμα, & nomē significans sanguinē, scilicet τὸ αἷμα, vtrunq; neutrum est. Ex quo patet vtrobiq; pronomen demonstratiuum sequenti nomini esse aptandū: nullo modo autē ad præcedens referendū: quia

G G

cūm

cum nomen ibi pro pane positum sit *ἀπὸ τοῦ*, quod constat esse masculini generis, conuincitur pronomen neutri generis ad panem minimè referri posse. **V**inum autè Græcè dicitur *οἶνος*, quod constat esse etiam masculini generis. Colligimus ergo Christi verba nullo pacto fauere Lutheri, imò potius illi omnino repugnare. Nullo etenim modo expressius potuisset dicere nihil illic remanere panis, quàm quum dixit: Hoc est corpus meum. Non enim dixit, hic, id est, in hoc loco, est corpus meum: aut cum hoc quod videtis, est corpus meum, tantum in pane aut simul cum pane consideret, sed hoc est (inquit) corpus meum, nimirum declarans manifestè (vt hæreticorum ora obstrueret) hoc totum quod porrigebat, ipsius corpus esse. Cæterum quod res sit apertior, & tergiuersandi nullus pateat locus, Euangelistarum verba referamus. Matthæus enim sic ait: Cœnantibus autem eis, accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, & ait: Accipite & comedite, hoc est corpus meum. Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes: Hic est enim sanguis meus noui testamèti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Marcus verò sic narrat: Et manducantibus illis, accepit Iesus panem, & benedicens fregit, & dedit eis: & ait illis, Sumite, hoc est corpus meum. Et accepto calice gratias agens dedit eis, & biberunt ex illo omnes. Et ait illis: Hic est sanguis meus noui testamèti, qui pro multis effundetur. Lucæ autè verba sunt ista. Et accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem postquam cœnauit, dicens: Hic est calix, nouum testamèti in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. Ex omnibus his Euangelistarum verbis patet nullum esse locum, in quo post factam consecrationem sacramentum vocetur panis aut vinum, sed tantum corpus aut sanguis. Si enim Christus in pane suscepto nullam fecisset mutationem, eumque vt susceperat, minimè variatum discipulis porrexisset, dici meritò posset merum panem dedisse discipulis. Verum quum priusquam discipulis manducandum porrigeret, panem conuerterit in carnem, nequaquam dici potest, eum panem, quem in manus susceperat, discipulis tribuisse: sed corpus suum, in quod conuerterat. At Lutherus obstat, sic dicens: Euangelistæ referunt Christum in manus sumpsisse panem. Et nos etiam hoc ipsum fatemur. Verum quum recipiunt apostoli, iam non audis panem nominari, sed corpus: nec vinum, sed sanguinem. Quod autè aiunt Lutherus & eius imitatores, hoc mirabile sacramentum vocari panem, atque inde colligunt aut panem ibi esse, aut ipsum panem esse corpus Christi, non rectè colligunt. Id enim solenne est sacris scripturis, vt panem appellent quod comedit quouis modo potest: quia (vt dicit Ecclesiasticus) Initu vitæ hominis aqua & panis. Hoc modo manna dictus est panis, vt apud Prophetam: Panem cœli dedit eis, omne delectamētum in se habentem. Ecce, panem vocat scriptura quæ aliàs dixit esse velut semen coriandri. Hoc etiani modo filius Dei secundum diuinitatis substantiam dictus est panis, quod spiritualiter manducatus mentem intus reficiat. Sic enim dicit ipse: Ego sum panis vitæ, qui de cœlo descendi. Quæ verba (vt supra admonuimus) minimè ad corpus referenda sunt, sed ad diuinitatis substantiam, quod hæc de cœlo descenderit, non autem corpus. Simili modo nos fatemur Christi corpus panem dici generali ista appellatione: quia videlicet specie panis opertum, à nobis manducatur in spiritualem interioris hominis refecionem. Possumus etiam aliam huius appellationis rationem reddere, nec omnino ineptam, quinimò conformem communi vsui loquentium, & ipsis etiam scripturis sacris. Vltatissimus siquidem est loquendi modus, vt res eo nomine appellemus, quo res, ex qua genita est, vocabatur. Si enim alicui dedisses vinum, quod ille postmodum artificio aliquo aut operante natura vertisset in acetum, quod ille iterum ad comedendum aliquam aliam

rem ti-

A rem tibi porrigeret, diceret tibi, nec improprie, ecce tuum vinum, quod largitus es mihi: nimirum hac locutione designans acetum illud ex vino douato fuisse genitum, aut vinum in acetum fuisse versum, quapropter factum est, vt nomine vini gaudeat nunc etiam acetum, quia ex illius materia genitum est: cum ramen verè & iuxta nominis propriam significationem acetum non possit dici vinum, quod res sint specie substantiaque differentes. Nec ab hoc modo loquendi abhorret sacra litera. Vide quid dicatur in exodo: Tulitque Aaron virgam coram Pharaone & seruis eius, quæ versa est in colubrum. Vocauit autè Pharaon sapientes & maleficos, & fecerunt etiam ipsi per incantationes Aegyptiacas & arcana quædam similiter: proieceruntque singuli virgas suas, quæ versa sunt in dracones, sed deuorauit virga Aaron virgas eorum. Ecce iam vides virgam Aaron versam in colubrum, atque post eam versionem iterum vocari virgam, cum nihil minus sit quàm virga. Nam & deuorat aliorum virgas, quod virgæ minimè conuenit. Virga tamè post eam versionem vocatur, quod ex illa materia à Deo factus sit coluber ille. Ad hunc modum etiam in sacratissima Eucharistia, cum panis vertatur in corpus Christi, fit inde vt corpus in quod vertitur, eodem nomine vocetur quo panis conmutatus in corpus vocabatur: non quod panis sit, sed quia panis loco subrogatus, atque idè preteriti panis nomen conseruat. Sed circa hoc non erat opus tot argumentis, cum Ecclesia huic liti iam finem imposuerit. Verum hoc fecimus, vt hæreticorum cauillis responderemus, ostenderemusque rationem de ea, quæ in nobis est fide concilium Constantiense sessione octaua enumerans. 45. errores Ioannis Vvicleph, hunc primo loco collocat, sub his verbis: Substantia panis materialis, & similiter substantia vini materialis, manent sine subiecto in eodem sacramento altaris, quem errorem cum alijs. 44. vna super omnes lata sententia concilium damnat. Verum etsi hoc sufficienter ostendat panem non manere, non tamen ostendit panem transsubstantiari in corpus Christi, quod Lutherus negat, irridetque, dicens hanc transsubstantionem esse recens inuentam, nec vetustiore quàm trecentenariam. Si de vocabulo solo est dissidium, indigna pro suis res est, vt pro ea digladiemur, modò conueniat inter nos de re. Res autem est, panem non manere post consecrationem, ipsumque conuerti in corpus Christi. Siue autem illam versionem appellet transsubstantionem, siue transmutationem, siue conuersionem, non multum curabo, dummodo fateatur panem non manere post consecrationem, illumque verti in corpus Christi. Horum primum iam ostendimus cum ex alijs, tum ex concilij Constantiensis definitione. Alterum ostendere superest, panem scilicet verti in corpus Christi, idque non esse recens theologorum scholasticorum inuentum, nempe trecentenarium, vt Lutherus ait. Pro qua re plurima sanctorum patrum citabo testimonia: quæ omnia si bene consideres lector, videbis etiam aduersus prædictam Berengarij & Oecolampadij heresim manifestè pugnare. Primum omnium profero Anselmum, virum quidem sanctitate perinde ac doctrina clarissimum, quem non potest Lutherus, vt solet, dicere trecentenarium: & ex isto gradatim procedam, ascendendo ad alios multo antiquiores, vsque ad illos qui fuerunt apostolorum temporibus vicini. Is ergo Anselmus in commentarijs super Paulum, exponens illud ex priore epistola ad Corinthios, Hic calix noui testamèti est in meo sanguine, hæc ait: Testamentum nouum in Christi sanguine consequuti sumus, per quod ad nouam hereditatem perueniamus, quia beneficij diuini sanguis testis est. Vnde & ad tritio-

fanguinē de pane & vino facit: quia panis comestus mutatur in carnē, & vinū potatū vertitur in sanguinē per creatoris operationē. Hæc Ansel. Haymo, vir etiā illustis inter Theologos, ante septingentos annos natus, in Cōmentarijs super Paulū, exponens illud ex priore epistola ad Corinthios. Quoniam vnus panis & vnum corpus multi sumus, hæc ait: Caro quam verbum Dei patris assumpsit in vtero virginali in vnitatē suæ personæ, & panis qui consecratur in Ecclesia, vnum corpus Christi sunt. Sicut enim illa caro corpus Christi est, ita iste panis transit in corpus Christi: nec sunt duo corpora, sed vnū corpus. Diuinitatis etenim plenitudo, quæ fuit in illo, replet & istū panē: & ipsa diuinitas verbi, quæ implet coelū & terrā & omnia quæ in eis sunt, ipsa replet corpus Christi, quod à multis sacerdotibus per vniuersum orbē sanctificatur, & facit vnū corpus Christi esse: & sicut ille panis & sanguis in corpus Christi trāsēūt, ita omnes qui in ecclesia dignē comedunt illud, vnū corpus Christi sunt, sicut ipse dicit: Qui māducat carnē meā, & bibit sanguinē meū, in me manet & ego in eo, Hæc Haymo. Theoph. exponēs illud Ioānis, Panis quem ego dabo caro mea est, sic ait: Attēde autē quod panis qui à nobis in mysterijs māduccatur, nō est tantū figuratio quādā carnis domini, sed ipsa caro domini, Nō enim dixit, Panis quē ego dabo, figura est carnis, sed caro mea est. Trāsformatur enim arcanis verbis panis ille per mysticā benedictionē & accessionē sancti spiritus in carnē domini. Et neminē cōturber, quod credendus sit panis caro. Etenim & in carne ambulāte domino, & ex pane alimonia admittēte, panis ille qui māduccabatur, in corpus eius mutabatur, & similis fiebat sancti eius carni, & in augmentū & sustentationē cōferebat, iuxta humanū morē. Igitur & nūc panis in carnē domini mutatur. Hæc Theoph. Quibus verbis nihil potest apertius dici. Nā dixit panē transformari in carnē, & iterū dicit mutari in carnē: vocans nēpe transformationē, quod recentiores Theologi, dixerūt transubstantiationem. Isidorus lib. 1. de Ecclesiasticis officijs, cap. 18. eidem sententiæ fauet, sic dicens: Panis enim quē frangimus, corpus Christi est, qui dicit: Ego sum panis viuus, &c. Vinū autē sanguis eius est, & hoc est, quod scriptū est: Ego sum vitis vera. Sed panis quia confirmat corpus, idē corpus Christi nūcupatur, vinum autē quia sanguinē operatur in carne, idē ad sanguinē Christi refertur. Hæc autē duo sunt visibilia, sanctificata tamē per spiritū sanctum, in sacramentū diuini corporis transeunt. Hæc Isidorus. Quia satis apertē docet transubstantiationem, cum dicit panem & vinum transire in corpus Christi. Quod autem dixit quod credēdus sit panis caro, eodē modo dixit quo superius exposuimus, quia scilicet panis vertitur in carnē, conseruato scilicet in re postera rei præcedentis vocabulo. Damascenus etiā lib. 4. de fide orthodoxa, cap. 14. hanc eandem sententiam, quamuis alijs verbis, dicit sic enim ait: Corpus enim secundū veritatem coniunctū est diuinitati, quod ex sancta virgine corpus est: nō quod ipsum corpus assumptum ex coelo descenderit, sed quod ipse panis & vinum transmutatur in corpus & sanguinem Dei. Si autem modum requiris, quoniam pacto sit, sat sit tibi audire, quoniam per spiritum sanctum, quemadmodum ex sancta Deipara seipso & in seipso Dominus carnem sustentauit. Et nihil amplius cognoscimus, quam quod verbum Dei verum est, & efficax, & omnipotens, modus autem inscrutabilis. Neque est hoc etiam dictū promptum, quomodo naturaliter per comestionem panis, & vinum & aqua per portionem in corpus & sanguinē comedentis & bibentis transmutatur, & non sit aliud corpus præter id quod prius erat ipsius. Sic & propositionis panis vinūq; & aqua per inuocationem & aduērum spiritus sancti supernaturaliter transmutatur in corpus & sanguinem Christi, & non sunt duo, sed vnū & idem. Hucusque Damascenus. Vides hic ter nominatā transmutationem panis in corpus, & vini in sanguinem. Quod autem ad finem dixit, Et non sunt duo, sed vnum & idem, vt non

Haymo.

Idem G. Theoph.

Isidorus.

Damasc.

vt non referre posses ad panē & corpus: quod illa scilicet nō sunt duo, sed vnū & idē, vt nil tale intelligas, superius dicta manifestant. Superius namq; dixerat corpus quod ex alimētū nutritur, & in quod alimētū cōuertitur, nō esse aliud corpus præter id quod prius erat ipsius ante comestionē. Sic etiam panis in eucharistia non in aliud corpus Christi conuertitur, quā in id quod ante consecrationē prius habebat, vt scilicet nō sint duo corpora, vnū quod ante cōsecrationē, aliud in quod facta cōsecratione panis transmutatur. Hunc autē Damascenū nō potest Lutherus dicere recentē, nisi fortē talē se credit Lutherus, vt illi mille anni sint tanquā dies hesternæ quæ præterijt: quoniam hic, teste Ioanne Trithemio, fuit tēporibus deuotissimi imperatoris Theodosij senioris, à quo ad nostrū hoc tēpus mille centū anni & eo amplius elapsi sunt. Angul. lib. sententiarū prosperi huic sententiæ fauet, sic dicens: Nos autē in specie panis & vini, quā videmus, res inuisibiles, id est carnē & sanguinē honoram⁹, nec similiter comprehendimus has duas species, quemadmodū ante consecrationē cōprehendebamus: cū fideliter fateamur ante consecrationē panē esse & vinū quod natura formauit, post consecrationē verò carnē Christi & sanguinē, quod benedictio consecrauit. Hæc August. In quibus verbis aperte indicat panem terrenū nō manere post factā consecrationē. Nā duo tēpora sibi inuicem opposita distinguit, in quibus diuersas rerū cōditiones esse ostēdit, vnū ante cōsecrationē, alterū post cōsecrationē. In primo tēpore est solus panis sine corpore Christi, in altero solū dicit esse corpus Christi, & nō panē. Ambrosius libro quarto de sacramentis, capite 4. aperitissimē hanc docet sententiam, sic inquit: Meus panis est vītatus, sed panis iste panis est ante verba sacramentorū: vbi accesserit consecratio, de pane fit caro Christi. Hoc igitur astruamus, quomodo potest qui panis est, corpus esse Christi, consecratione: Consecratio igitur quibus verbis est: cuius sermonibus: Dñi Iesu. Nā per reliqua omnia quæ dicuntur, laus deo defertur, oratione petitur pro populo, pro regibus, pro cæteris. Vbi venit vt cōficiatur venerabile sacramentū, iā non suis sermonibus sacerdos, sed vtitur sermonibus Christi. Ergo sermo Christi hoc cōficit sacramentū. Quis sermo Christi? Nēpe is, quo facta sunt omnia. Iussit dominus, & factū est coelū, Iussit dominus, & facta est terra. Iussit dominus, & facta sunt maria. Iussit dominus, & omnis creatura generata est. Vides ergo quā operatorius sit sermo Christi? Si ergo tāta vis est in sermone domini Iesu, vt inciperēt esse quæ non erāt: quanto magis operatorius est vt sint quæ erāt, & in aliud cōmutentur. Hæc Ambro. Et cap. 5. eiusdē libri iterū ait: Antequā cōsecratur, panis est: vbi autē verba Christi accesserint, corpus est Christi. Deniq; audi dicentē: Accipite & edite ex eo omnes, hoc est corp⁹ meū. Et ante verba Christi, calix est vini & aqua plenus: vbi verba Christi operata fuerint, ibi sanguis efficitur qui plebē redemit. Ergo videte quātis generibus potēs est sermo Christi vniuersā cōuertere. Hactenus Ambro. Quibus verbis, nihil manifestius potest de siderari. Nā dicit, ex pane fieri carnē Christi, & panē cōmutari & cōverti in corp⁹ Christi. Quoties autē ex vna re fit alia, nō manet illa prima ex qua posterior facta est. Vt gratia exēpli quādo ex ligno fit ignis, nō manet lignū illud ex quo ignis est factus. Et idē contingit in omni re, ex qua fit alia. Basil. Mag. in lib. de ritu missæ ab eo coposito eidē sententiæ fauet, sic dicens: Rogamus te dñe, vt veniat spiritus sanct⁹ tuus super nos & super hæc proposita munera, & benedicat ea, sanctificetq;, & faciat hūc eūdē panē preciosum corpus, & vinū preciosum sanguinē dñi saluatoris nostri Iesu Christi, qui effusus est pro mundi vita. Hæc Basil. In quibus verbis illud idē annotare oportet, quod in verbis Ambrosij anotauius. Gregorius Nissenus huius Basilij frater in lib. de mystica vita Moysi, exponēs rationē illius cibi manæ in deserto dati patribus, sub cuius figura de eucharistia differit, sic ait: Is igitur mirabilis sine agricultura panis, varietate qua-

Angul.

Ambro.

Basilus.

Gregorius Nissenus.

te qualitatē ad suscipiendū habitudinē, virtutem suam cōmutat. Nam cū sit panis, ignorat labefieri: sic in carnē vertitur: nouit olus imitari. Quicquid denique assumentī conueniens & expetitum sit (vt Apostolus vult) qui hanc nobis mensam præparauit, in id commutatur. Hæc ille: quibus verbis semel atque iterum dicit panem verti in carnem. Eusebius Emyssenus, à beato Hieronymo libro de viris illustribus valde laudatus in quodam sermone de cœna domini hæc ait: Magnitudinem cœlestium meritō cœlestis confirmat autoritas, quia caro mea verè est, cibus & sanguis meus verè est potus. Recedat ergo omne infidelitatis ambiguum: quandoquidē quia qui dator est muneris, ipse est testis veritatis. Nam visibilis sacerdos, visibiles creaturas in substantiam sui corporis & sanguinis sui verbi sui secreta potestate conuertit, dicens: Accipite, & bibite: hic est sanguis & corpus meum. Ergo sicut ad initium præcipientis domini repente ex nihilo subsisterunt excelsa cœlorum, profunda fluctuum, vasta terrarum pari: potentia in spiritualibus sacramentis, verbi præcipit virtus & rei seruit effectus. Hæc Eusebius. Quibus verbis, vt apertissimè constat, nihil potest apertius dici. Cyprianus in martyr, in sermone de cœna domini hæc ait: Panis iste, quem dominus discipulis porrigebat, non effigiè, sed natura mutatus, omnipotentia verbi factus est caro, & sicut in persona Christi humanitas videbatur & latebat diuinitas, ita sacramēto visibili ineffabiliter diuina se infudit essentia, vt esset religioni circa sacramenta deuotio, & ad veritatem, cuius corpus sacramenta sunt, syncerior pateret accessus vsque ad participationem spiritus, non quoddam vsque ad consubstantialitatem Christi, sed vsque ad societatem germanissimam eius hæc vnitas peruenisset. Hæc Cyprianus. Quibus verbis nihil potest dici apertius, cū dicat panem non effigiè sed natura mutatum esse, & omnipotentia verbi factum esse carnem. Hanc enim naturæ panis mutationem qua, factus est caro, nos vocamus conuersionem aut transsubstantiationem. Cyprianus item adhuc eandem sententiam iterum apertius docet, in sermone de vnctione chrisimatis, sic dicens: Dedit itaque Dominus noster in mensa, in qua vltimum cum Apostolis participauit conuiuium proprijs, manibus panem & vinum: in cruce verò manibus militum corpus tradidit vulnerandum, vt in Apostolis secretius impressa sincera veritas & vera sinceritas exponeret gentibus, quomodo vinum & panis caro esset & sanguis, & quibus rationibus causæ effectibus conuenirent, & diuersa nomina vel species ad vnā reducerentur essentiam, & significantia & significata eisdem vocabulis censerentur. Hæc Cyprianus. In quibus verbis non solum nobiscum sentit de conuersione panis in corpus, & vini in sanguinem Christi: sed etiam responderet ijs quæ aduersarij nostri nobis in hac parte objicere solent. Nam dicit vnā tantum esse substantiam siue essentiam, quæ duobus nominibus videlicet panis & carnis appellatur, & nomen substantiæ prioris, quam ille appellat causam, tribui substantiæ posteriori, videlicet corpori CHRISTI, quod ille vocat effectum: & ob hanc causam dicit, corpus CHRISTI vocari panem. Si Cyprianus dicit vnā tantum ibi esse essentiam, & duo esse illius nomina, oportet vt iuxta illum ibi non sit panis, sed solum corpus Christi: quia aliàs non vna tantum esset essentia duobus nominibus appellata. Pontianus papa & martyr, huic sententiæ etiam fauet, qui fuit temporibus Alexandri imperatoris. Is enim in Epistola prima, quæ est ad Felicem Sucrionum, hæc ait: De sacerdotibus autem domini, quos nos audiuimus contra prauorum hominum insidias adiuuare, eorumque causas portare, scitote vos in eo valde Deo placere, qui sibi eos ad feruendum ascituit, & familiares in tantum sibi esse voluit, vt etiam aliorum hostias per eos acceptaret, atque eorum peccata donaret, sibiq; reconciliaret. Ipsi quoque proprio ore corpus domini conficiunt, & populis tradunt. Hæc Pontianus papa.

Eusebius
Emysenus

Cyprianus

Pontianus
papa.

In qui-

A In quibus verbis id potissimum annotandum est, quod dicit sacerdotes conficere corpus Christi. Non possunt autē conficere corpus domini, nisi verbis suis per secretā Dei potestatem illic assistentem, panem cōuerterent in corpus, & vinum in sanguinem Christi. Irenæus, Apostolorum tēporibus vicinus. lib. 5. aduersus hæreses sic ait. Quādo ergo & mixtus calix, & fractus panis percipit verbum Dei, fit Eucharistia sanguinis & corporis Christi, ex quibus augetur & consistit noster salutis substantia, quādo negant carnē capace esse donationis Dei, quæ est vita æterna, quæ & sanguine & corpore Christi nutritur, & membrum eius sit. Hæc Irenæus. Telesphorus papa & Martyr, in Epistola sua decretali, quā scripsit ad omnes Christi fideles, de missarum celebratione loquens, hæc ait: Missarum celebrationes ante horam diei tertiam minimè sunt celebrandæ: quia & eadem hora Dominus crucifixus est, & super Apostolos spiritus sanctus descendisse legitur. Ab episcopis autem idem Angelicus hymnus pro tēpore & loco, in missarum solennijs celebrandus est, atque solenniter recitandus. Ipsi enim, qui proprio ore corpus domini conficiunt, ab omnibus sunt audiendi, obediendi atque timendi. Hæc Telesphorus Papa, qui fuit aliquantulum vetustior Irenæo: quoniam hic fuit sub Seuero & Pertinace imperatoribus: Telesphorus autē, vt Damascus in suo pontificali refert, fuit sub Antonino pio imperatore. Et in verbis istius Telesphori idē annotare oportet, quod supra in verbis Pontiani annotauimus. Nā si per sacerdotis verba panis non conuertitur in corpus Christi, nō est alia via qua sacerdos corpus illud conficere possit. Quia nec generat illud, nec vllō modo producit, neque veram vllā efficientiam circa corporis illius substantiā habet. Neque satis esset ad hoc, si illud corpus de cœlo ad terrā verbis suis descendere faceret: quia qui rē aliquā de vno loco ad aliud transmutat, non propter hoc rectè dicitur, quod verè conficiat illā. Hæc ergo tā multa & tantorū virorum testimonia satis esset debent, vt ostendamus Lutherō transsubstantiationē non esse nouā, nec trecentenariā, vt ipse asserit, sed multò vetustiore, nempe ab ipsis Ecclesiæ primordijs proditam. Quod si de vocabulo contendat id esse nouum, nos nō verba curamus, sed res: quoniam vocabulorū proprietates inquirere, Gramaticorū est munus: nō Theologorū. Nā si de re constat vocabuli nouitas nō debet orthodoxū offendere, vt beatus Athanasius ait, in ea quā habuit aduersus Arriū disputatione. Nouis namque hæresibus succedentibus, Ecclesia nouit vocabula noua cōfingere, ad clarius res exprimendū, & hæresibus obuiandum. Cū enim in ipso nascentis Ecclesiæ initio quisquā ab eo nomē acciperet, à quo baptizabatur, aut à quo edocebatur, ita vt dicerent: Ego sum Pauli, ego sum Cephæ, ego sum Apollo, factū est hac de causa ad obuiandū huic pesti, vt omnes Christo initiati cōmuni vocabulo vocarentur Christiani, quod nomen primū Antiochiæ hac occasione natum esse historiæ produnt. Postea etiam surrexit Arrius, docens filium patri iniqualem, nec eiusdem substantiæ: cui hæresi Ecclesia obuians effinxit sibi nomen consubstantialitatis, nunquam in sacris literis repertū. Sic etiā videns hæreticos insurrexisse, qui dicerent panem manere simul cum corpore, ad denotandum panem minimè post consecrationem superstitem, sed esse versum in corpus, nomen transsubstantiationis confinxit, quod rē, vt apparet, adeo clarè applicet, vt nullum hæresis vestigiū post se relinquat. An autem congruè aut ornate aut politè explicet, non curo, modo fideliter ac catholicè doceat. Neque vi deo causam quare non habeat hanc autoritatem Ecclesia fingendorū vocabulorum, sicut & quamlibet rempublicā habuisse dignoscitur, ex quorū cōsensu & fictione concordia vocabula vim accipere significatiuā. Sed iam opus est vt ostendamus Ecclesiā de hac re definitē. Conciliū Lateranense sub Innocē- Concilium
Lateran.

Concilium
Tridentinum.

stus, cuius corpus & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis & vini veraciter continetur, transsubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem potestate diuina, vt ad perficiendum mysteriū vnitatis, accipiamus ipsi de suo, quod accepit ipse de nostro. Hæc concilium. Et ponuntur hæc verba in volumine epistolarum decretaliū Tit. de Sum. Trin. & fid. Car. in capitulo, Firmiter credimus. Postremò, Conciliū Tridentinum sub Iulio Tertio celebratū, sessione tertia, ca. 4. docet quid de hac re necessariò sentiendum sit, sic inquit: Quoniā autē Christus redēptor noster corpus suū, id quod sub specie panis offerebat, vere esse dixit, idē persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, idq; nūc denuò sancta hæc synodus declarat, per consecrationē panis & vini, cōuersionem fieri totius substantiæ panis in substantiā corporis Christi Domini nostri, & totius substantiæ vini in substantiam sanguinis eius, quæ conuersio conuenienter & propriè à sancta catholica Ecclesia transsubstantiatio est appellata. Et post datā hanc doctrinā à cōcilio, ne quis cōtra illā docere, aut sentire præsumat, canonē latæ sententiæ, qui est secundus in ordine contra huiusmodi præsumptores protulit, cuius verba sunt hæc: Si quis dixerit in sacrosanctæ Eucharistiæ sacramēto remanere substantiā panis, & vini vnā cū corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi, negaueritq; mirabile illā, & singularē conuersionē totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem, manentibus duntaxat speciebus panis & vini, quam quidem conuersionē catholica Ecclesia apertissimè transsubstantiationem appellat, Anathema sit. Hæc tenus Concilium Tridentinum. In quibus verbis definiuntur omnia quæ huic negotio videbantur necessaria.

Aguarj.

Mat. 26.

Concilium
Lateran.

Sexta hæresis est, quæ asserit pro calicis consecratione non esse apponendū vinum, sed solam aquam. Hic est error quorundam, qui ab effectu vocati sunt Aguarij. Sic enim eos beatus August. in lib. de hæresibus, cap. 64. appellat: nec tamen quam pro se habeant rationem, refert. Verum ex Ecclesiastico dogmate proximè citando constat eos sobrietatem ad eò diligere, vt eius consuandæ causā etiam pro calicis consecratione vinum euitandum putent. Quis fuerit huius hæresis autor, & quo tempore cœperit, apud neminem inuenire potui. Aduersus hunc errorem tres Euangelistæ pugnant, Mattheus scilicet, Marcus, & Lucas. Hic enim omnes referentes modum dominicæ cœnæ, dicunt Christum calicem porrexisse discipulis, & vt ostenderent quem illis in calice liquorem præbuerit, addiderunt verba Christi dicentis: Non bibam amodò de hoc genimine vitis vsque in diem illum, cū illud bibam vobiscum nouum in regno patris mei. Ex quibus verbis satis apertè ostenditur eum liquorem, quem Christus discipulis in calice potandum dedit, fuisse geminum vitis, nempe vinum. Quòd si quis fortè pertinax contendat de alio quopiam vitis fructu esse illa verba intelligenda, hoc plurimorum conciliorū definitionibus rejicitur, quæ asserunt vinum in calice esse necessarium pro sanguinis consecratione, vt panis pro corporis consecratione. Concilium nanq; Lateranen. sub Innocentio tertio celebratum, inter alia sic definit: Vna verò est fidelium vniuersalis Ecclesia, extra quam nullus omnino saluatur. In qua idem ipse sacerdos est sacrificium Iesus Christus, cuius corpus & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis & vini veraciter continentur. Hæc concilium. Ex quo patet sub specie vini sanguinē latere, & non sub specie aquæ. Alia sunt insuper concilia quæ hoc exprimunt: quæ quoniam aduersus proximè describendam hæresim iterum citanda sunt, prætereò vsq; ad locum illum. Accedit huc etiam quòd signa debent esse aliqua ex parte similia signatis. At inter aquam & sanguinem nulla versatur similitudo, præcipuè si philosophis credimus, asserentibus puram aquam nullius esse alimenti. Non erat ergo consentaneum aquam in signum sanguinis institui.

Septi-

Septima hæresis est quæ cum hac proximè enarrata velut ex diametro pugnat. Nam hæc sic vinum in calice apponit, quòd nullam penitus miscet aquam, asseritq; eam minimè miscendam esse. Hic est error Græcorum à Guidone carmelita vndecimo loco inter errores Græcorū locatus. Est etiam error Armenorum, quem Guido. 24. ordine recenset. Pro eius erroris reprobatione est vnum hoc iaciendum prius fundamentū, quòd modica scilicet aqua vino mixta, in vini substantiam conuertitur, aut in sua substantia sine conuersione manens, cū modica sit, minorisq; efficacix quàm vinum, non vertit vinum à sua natura. Vtrum autē horum sit verius, non sum ad eò demens vt audeam definire, quod Innocentius. 3. pōtifex summus, vir alioqui doctissimus, non ausus est definire, prout in cap. Cum Marthæ. tit. de celebratione missarū, patet. Hoc ergo iactò fundamentò, facile hoc nostrum, id est, catholicum super ædificabimus dogma. Nam hoc sacramentū in memoriā dominicæ mortis sit, Paulo testante, qui ait: Quotiescunq; manducabitis panem hunc, & calicē bibetis, mortem domini annuntiabitis donec veniat. At Christo mortuo (vt est apud Ioannem) vnus militum lancea eius aperuit, & continuò exiuit sanguis & aqua. Vt ergo sacramentū calicis velut perfectum signum illud representet, oportet vt in calice aqua vino miscatur, quæ aquam de Christi latere simul cum sanguine exeuntem representet. Quod etsi ex Christi institutione non esset, ecclesia nihilo minus hoc statuere poterat, quum aqua (vt diximus) vinum cui miscetur, non destruat. Hoc autem ita faciendū esse, atq; ita esse factum ab ipsis ecclesiæ primordijs pluribus edocemur testimonijs. Cyprianus libro secundo epistola tertia, quæ est ad Ceciliū, hæc ait: Quando autem in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur, & credentium plebs ei, in quem credidit, copulatur & iungitur. Quæ copulatio & coniunctio aquæ & vini sic miscetur in calice domini, vt cōmixtio illa non possit ab inuicè separari. Vnde ecclesiam, id est, plebē in ecclesia constitutā fideliter & firmiter in eo quod credidit perseverantem, nulla res separare poterit à Christo, quo minus hæreat semper & maneat in diuina dilectione. Sic autē in sanctificando calice domini offerri aqua sola nō potest, quomodo nec vinum solū potest. Nā si vinum tantū quis offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis. Si verò aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo. Quando autem vtrunq; miscetur, & adunatione confusa sibi ibi inuicè copulatur, tūc sacramentū spirituale & cœlestē perficitur. Alexander autē primus, apostolis vicinus (nam sub Aelio Adriano imperatore ecclesiā rexit) sic ait in decretis suis, quæ in. 1. To. conciliorū generalium inseruntur. In sacramentorū quoq; oblationibus, quæ inter missarū solēnia domino offeruntur, passio domini miscenda est, vt eius, cuius corpus & sanguis cōficatur, passio celebretur: ita vt repulsis opinionibus superstitionū, panis tantū & vinū aqua permixtū in sacrificio offeratur. Nō debet enim (vt à patribus accepimus) & ipsa ratio docet, in calice domini aut vinū solū, aut aqua sola offerri, sed vtrunq; permixtū: quia vtrunq; ex latere eius in passione profuisse legitur. Hæc ille. Vides hęc papā sanctū simul atq; doctū, vicinumq; apostolorū temporibus, testari se ita à patribus nēpe ab apostolis vel eorū discipulis suscepisse. Et inter Ecclesiastica dogmata, quæ B. Augustinus (vel vt alij volunt, Genuadius) vno volumine collegit. 75. loco tale dogma locatur: In eucharistia nō debet pura aqua offerri, vt quidā sobrietatis falluntur imagine, sed vinum cū aqua mixtū, quia & vinum fuit in redemptionis nostræ mysterio, cū dixit: Nō bibam amodò de hoc genimine vitis: & aqua mixtū, non quòd post cœnā dabatur, sed quòd de latere eius lancea perfollo aqua cū sanguine egressa, vinum de vera eius carnis vite cum aqua expressum ostendit. Hæc tenus Ecclesiasticū dogma. Prætereò in collectario, quod beatus Martinus Braccharenis episcopus fecit ex concilijs oriētalibus. 55. cap. sic habetur: Nō oportet aliquid aliud in san-

in sanctuario offerri præter panem, & vinum, & aquam, quæ in typo Christi benedicuntur, quia dñi in cruce pederet, de corpore eius sanguis efflavit & aqua: hæc tria vnum sunt in Christo Iesu. Hæc hostia & oblatio Dei in odore suauitatis. Hæc ibi. Rursus Carthaginense concilium tertium in suorum decretorum cap. 24. sic habet: In sacramentis corporis & sanguinis domini nihil amplius offeratur, quam ipse dominus tradidit: hoc est, panis, & vinum aquæ mixtum. Ex quibus verbis videtur concilium quippiam plus asserere, scilicet Christum ita tradidisse, ut scilicet aqua vino misceretur. Quod etsi textus non sit scripturæ expressus, mihi tamen valde probatur, quod sobrietatis causa credentem Christum aquam vino miscuisse. Cui alludere videtur illud Salomonis: Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem, immolauit victimas suas, miscuit vinum, proposuit mensam suam. Misit ancillas suas ut vocarent ad arcem, & ad moenia ciuitatis. Si quis est paruulus, veniat ad me. Et insipientibus locuta est: Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis. Post concilium Carthaginense Sexta generalis synodus in speciali contra ipsos Armenos canone. 32. per sequentia verba definiuit. Quoniam nouimus in Armeniorum regione vinum tantum in sacra mensa offerri, aquam illi non miscentes qui incruentum sacrificium peragunt, prætexentes ecclesie doctorem Ioannem Chrysostomum in interpretatione Manichei hoc asserentē. Ut iam nunc ab ignorantia liberentur, illius patris mentem orthodoxè aperimus. Cum enim antiquam Hydroparastarum hæresim, qui pro vino solum aquam in sacrificio vti sunt, subuerteret, illam orationem composuit, in qua aqua in sacrificio missæ adiunctionem amoueri illi existimant, cū tamen non doceat S. Chrysost. per solum vinum oblationem fieri, quandoquidē & suæ ecclesie vbi est illi pastoralis administratio tradita, aquam vino miscendam tradidit, quando incruentum peragi sacrificium oportet, ex precioso & honorando nostri redemptoris sanguine & aqua contemperationem attendēs, quæ in totius mundi viuificationem effusa est, & peccatorum redemptionem. Et in omni etiam ecclesia vbi spiritalia luminaria refulserunt, hic ordo diuinitus traditus seruetur. Nam & Iacobus Domini nostri Iesu Christi secundum carnem frater, & Basilius Cæsariensis Archiepiscopus, cuius gloria omnem terrarum orbem peruasit, mystico nobis inscripto tradito sacrificio, ita peragendum in sacro mysterio ex aqua & vino sacrum poculum ediderunt. Et qui Carthagine conuenerunt sancti patres, ita aperte tradiderunt. Si quis ergo episcopus vel presbyter non secundum traditum ab Apostolis ordinem facit, deponatur ut imperfecte ac simpliciter mysterium enuncians, & quæ tradita sunt innouans. Hactenus sexta Synodus. Denique Concilium Florentinum sub Eugenio quarto celebratum in definitione fidei Armenis data, loquens de sanctissimo Eucharistiae sacramento, hæc ait: Tertium est Eucharistiae sacramentum, cuius materia est panis triticeus, & vinum de vite. Cui ante consecrationem aqua modicissima admisceri debet, Aqua autem idem admiscetur, quoniam iuxta testimonium sanctorum patrum ac doctorum Ecclesie, pridem in disputatione exhibitum, creditur ipsum dominum in vino aqua permixta hoc instituisse sacramentum. Deinde, quia hoc cōuenit dominicæ passionis representationi. Hæc Concilium Florentinum. Ex his ergo omnibus constat aduersus schismaticos Græcos & Armenos, aquam vino in calicis consecratione esse miscendam.

Octava hæresis est, non substantiam sacramenti, sed eius virtutem & efficaciam oppugnans: quæ asserit hunc sacratissimum cibum nec prodesse quicquam, nec etiam lædere. Huius hæresis magistri atque autores fuerunt Messaliani, qui & *εὐχέλται*, id est orantes, vel *ἐν θουσιάζουσι*, id est afflati aut diuini appellantur, quorum historiam iam supra narrauimus. Hanc eandem tutantur hæresim Armeni, ut eis impingit Guido Carmelita, dicens hunc esse illorum

vigesi-

A vigesimum tertium errorem. Verum hi à Messalianis in hoc diuiduntur, quod Messaliani asserunt nihil prodesse aut lædere, Armeni autē dicunt solum corporis salutem prodesse. Concordi tamen sententia hi omnes asseuerant nihil prodesse animæ. Quibus merito dici possit id, quod per Malachiam prophetam Dominus ait: At vos o sacerdotes, qui despicitis nomen meum, & dixistis, in quo despeximus nomen tuum? Offertis super altare meum panem pollutum, & dicitis, in quo polluimus te? In eo quod dicitis, mensa domini despecta est. Hæc ibi. Nonne despecta facit mensam domini, qui dicit eam nullo vti esse? Hæc autem assertio manifestæ hæreseos conuincitur per ea quæ Ioan. 6. à Christo dicta sunt in huius sacramenti approbationem & laudem, in quibus non semel huius præstantissimi sacramenti virtus ostenditur. Qui manducat (inquit Christus) carnem meam, & bibit sanguinem meum, habet vitam æternam. Nonne factis prodesse tibi videtur, quod manducatum vitam præstat æternam? Quod si hæc ad futurum referas, ut scilicet intelligatur eum qui manducauerit, in posterum habiturum vitam æternam, tunc cum primum manducatur, nihil conferre: etiam hoc dicto fateris eucharistiam aliquid comodi adferre suscipienti. Nam etsi sola futurorum spes non beet hominem, non est tamē dubitandum multo feliciorē esse eum qui sperat (etiā si nihil habeat) quam qui desperat. Nam qui sperat, initium quoddam possessionis habet: quod fit, ut in ipsa rei priuatione eum aliarum spes. Sic enim ait beatus Ioannes: Scimus quoniam cuncti apparuerunt, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Et omnis qui habet hæc spem in eo, sanctificat se, sicut ille sanctus est. Magnum ergo commodum eucharistiam adferre fateris, cum admittas ex eius manducatione ius nos quoddam acquirere ad vitam æternam post mortem possidendam, præterea tale ius ad habendam in posterum beatitudinem, nullus expers gratiæ habere potest. Nam

B quantum beatitudo sit donum Dei, ut Apostolus ait, gratia Dei vita æterna, vel ut alia translatio ait, donum Dei vita æterna: hanc tamen gratiam nunquam de plenitudine Christi recipimus, nisi pro alia gratia, qua hic nos prius iustificari oportet, ut in eam veniamus indulgentiam, qua dicitur: Ibunt iusti in vitam æternam. Necessarium est ergo eum qui dignè suscipit hoc sacramentum, si in posterum hac de causa habiturus est gloriam, suscipere etiam in presenti gratiam. Verū quod res sit apertior, alia quæ sequuntur Christi verba referamus, quoniam illa expressius nostrum propositum confirmant. Qui manducat (inquit) meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Et (ut beatus Ioannes in quadam epistola ait) Omnis qui in eo manet, non peccat: colligitur hinc manifestè, hoc Christi corpus manducatum, omnē prorsus peccati culpam à nobis abigere, quod non paruum emolumentum est. Nunquam etiam aliquis in Deo manet, aut Deus in illo speciali existentia, nisi per charitatem. Qui manet (inquit Ioannes) in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Si ergo qui manducat carnem Christi, & bibit eius sanguinem, in illo manet, ergo in charitate & dilectione manet. Nā si non diligeret, non maneret in illo. Quoniam (ut beatus Ioannes ait) qui non diligit, manet in morte. Quia de causa Christus nos alibi monebat in dilectione sua manere, ut fructum aliquem adferre possemus, quod fit ut qui hoc sacramentum recipit, charitatem etiam recipiat, per quam in Deo maneat. Ut autem Christus hoc propositum magis confirmaret, tertio eandem sententiam repetit, dicens: Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem: & qui manducat me, & ipse viuet propter me. Viuens pater misit filium, quia voluntate patris incarnatus est: viuit propter patrem in quantum Deus, non quod ipse in se non haberet vitam, sed quia non à se, sed à patre nascens, habuit vitam nascendo, à quo habuit diuinitatē genitus. Viuit etiam propter patrem in quantum homo, quia voluntate patris factus homo corpus quod assumpsit, viuificauit. Ait ergo: Sicut misit me viuens pater,

pater, & ego uiuo propter patrem: & qui manducat me, uiuet propter me, id est, quemadmodum homo factus sum patris voluntate, & homo factus uiuo, corpusq; meum uita repleo: sic qui carnē meam manducat, propter me uiuet, quoniam carnem meam habet, quā uiuificatrix est propter inhabitantē in ea diuinitatem. Ecce ergo manifesta Christi uerba, quibus saepe testatur magnam uilitatem manducantibus hoc sacramentum successuram, nempe uitam aeternam. Rursus, ipsum rei uocabulum hoc indicat. Vocatur etenim Eucharistia, quod Latine dicitur bona gratia, indito ab effectu uocabulo, quod magnā gratiam sumentibus conferat. Deinde cum in hoc sacramento recipiatur non solum corpus aut humanitas Christi, sed ipsa diuinitas humanitati coniuncta: quis credat Deum aliquem inhabitare, cui non magna dona concedat? Quapropter beatus Bernardus hoc sacramentum ceteris preferens, ait: In hoc sacramento non solum gratia, sed ille à quo est omnis gratia, sumitur. Quibus uerbis expressit magis esse recipere ipsum totius gratiæ fontem, quod in alijs sacramentis non sic corporaliter fit, quàm recipere gratiam, quam omnia sacramenta præstant. Magnam ergo gratiam sacramentum eucharistiæ præstat, pro qua infuuro donat uitam aeternam. Ex quibus alia multa oriuntur, ut sancti testantur, quorum unum aut alterum solum citabo. Cyrillus lib. 4. super Ioannem, cap. 17. sic ait: Pias quæso cogitationes suscipias, studiosè sancteq; uiuas, & benedictione participes, quæ (mihi crede) non mortem solum, uerum etiam morbos omnes depellit. Sedat enim, quum in nobis maneat Christus, sauientem membrorum nostrorum legem, pietatem corroborat, perturbationes animi extinguit, nec in quibus sumus peccatis considerat, sed ægrotos curat, collicos redintegrat, & sicut bonus pastor, qui animā suam pro ouibus suis posuit, ab omni nos erigit casu. Hæc Cyrillus. Quod autē dixit, nec in quibus sumus peccatis considerat, propter peccata uenialia dixit, de quibus dicitur: Septies in die cadit iustus. Et propter peccata quæ nos latent, de quibus etiam alibi dicitur: Ab occultis meis munda me domine. Hoc autem ex præcedētibus, quæ in eisdem lib. cap. eodem refert, consistare potest. Beatus Chryostomus homilia. 45. super Ioan. de hoc sanguine in sacramento nobis exhibito ita ait: Hic sanguis effusus uniuersum abluuit orbem terrarū, de quo multa Paulus ad Hebræos profecutus est. Hic sanguis abdita & sancta sanctorum purgabat. Quod si eius figura tantam habuit vim in templo Hebræorum, & in media Aegypto lumentibus aspersus, longè magis ueritas. Hic sanguis aureū altare significauit. Sine hoc princeps sacerdotū in penetralia ingredi nō audebat. Hic sanguis sacerdotum faciebat, hic sanguis in figura peccata purgabat. In qua si tantam habuit vim, si umbrā ita mors horruit, quantopere quæso ipsam formidabit ueritatem? Hic nostrarum animarum salus est, hoc lauatur anima, hoc ornatur, hoc incenditur. Hic igne clariorem nostram mentem reddit, & auro splen didiorē. Huius sanguinis effusio cœlum peruium fecit. Admiranda sanè ecclesiæ mysteria, admirabile sacrariū. Ex paradiso fons scaturijt, à quo sensibiles fluij emanarent. A mensa hac prodijt fons qui fluiuos spiritales diffundit. Iuxta hunc fontem non steriles salices germinant, sed quercus cœlum ipsum attingēt, quæ fructus tempestiuos & solidos semper producunt. Si quis aestuat, ad hunc fontem se conferat, & recreabitur. Mundat squalorē & sordes: estus mitigat, non solares, sed quos ignitæ sagittæ imprimunt. Etenim ortum suum supernè habet, inde radicem uide irrigatur. Multi huius fontis riuū, quos paracletus diffundit: & filius arbiter est, neque bidente aut ligone uiam facit, sed animos nostros aperit. Hic fons lucis, diffundens radios ueritatis. Hic supernæ adstiterunt uirtutes, fluctuum eius pulchritudinem inspicientes. Nam manifestius quàm nos illæ propositorum uirtutem & fulgorem inaccessibleē intuentur. Hucusq; Chryostomus, quæ tam prolixè citauī, ut uideant hi hæretici, aut qui

eos post-

A eos postmodū sequentur, quantum hic sanctus huic præstantissimo sacramento tribuerit, qui cū multa elegantissimeque dixerit, nec tamen rem absoluit: quoniam id quod laudabat, maius re uera est omni laude. Post testimonia horum sanctorum uirorum, & firmiorem & certiore nostram sententiam efficiamus, operæpretium erit ecclesiæ definitionem proferre. Concilium Florentinum sub Eugenio quarto celebratū in definitione fidei Armenis data de sacramento eucharistiæ, differens, hæc ait: Huius sacramenti effectus, quē in anima operatur dignè sumentis, est adunatio hominis ad Christū. Et quia per gratiam homo Christo incorporatur, & membris eius vnitur, cōsequens est quod per hoc sacramentū in sumētibus dignè gratia augeatur, omnemq; effectum, quem materialis cibus & potus, quo ad uitam agunt corporalem, sustentando, augendo, reparando, & delectando, sacramentum hoc & quoad uitam operatur spiritualem. In quo (ut inquit Urbanus papa) gratiam Saluatoris nostri memoriam recensem, à malo retrahimur, confortamur in bono, & ad uirtutū, & gratiarum proficimus incrementum. Hæc concilium Florentinum. Eidem sententiæ subscribit Concilium Tridentinum sub Iulio tertio celebratum sessione tertia, cap. 2. sic inquit: Ergo Saluator noster discessurus ex hoc mūdo ad patrem, sacramentum hoc instituit, in quo diuitias diuini sui erga homines amoris uelut effudit, memoriam faciens mirabilium suorum, & in illius sumptione colere nos sui memoriam præcepit suamq; annunciare mortem, donec ipse ad iudicandum mundum ueniat. Sumi autem uoluit sacramentū hoc tantquam spiritalem animarum cibum, quo alantur, & confortentur uiuentes uita illius qui dixit, Qui manducat me & ipse uiuet propter me, & tantquam antidotum quo liberemur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus præseruemur. Pignus præterea id esse uoluit futuræ nostræ gloriæ, & perpetuæ felicitatis, adeoq; symbolum unius illius corporis, cuius ipse caput existit: Cuiq; nos tanquam membra, arctissima fidei, spei & charitatis connecti one attrictos esse uoluit, ut id ipsum omnes diceremus, neque essent in nobis schismata. Et post datam hanc definitionem, ne quis contra eam sentire auderet, canonem quintum latam sententiam contra pertinaces cōtinentem protulit, cuius hæc sunt uerba: Si quis dixerit, uel præcipuum fructum sanctissimæ eucharistiæ esse remissionem peccatorum, uel ex ea non alios effectus prouenire, anathema sit. Hactenus Concilium Tridentinum.

Nona hæresis, quæ etiam sacramento efficaci uirtuti repugnat. Nam asserit hoc præstantissimum sacramentum, in die cœnæ domini, feria scilicet quinta maioris hebdomadæ confectum, esse maioris uirtutis, quàm alio quolibet die consecratum. Huius erroris duces fuerunt Græci, ut testatur Guido carmelita: qui illorum errores recensens, hunc decimo octauo loco col locat, dicitq; eos hac occasione nulla alia die anni quàm die cœnæ conficere, confectumq; illo die sacramentum per totum annum conseruare, ut inde infirmis ministretur. Hos Græcos secuti sunt Ualdenses. Sic enim idem Guido illis impingit, qui hunc ait esse nonum illorum errorem, nescio tamen quos auctores secutus, quoniam apud nullum alium ex his qui illorum errores enarrant, inuenio ullam de hac re factam mentionem. Aeneas Syluius libro de origine Bohemorum, capite trigesimo quinto recensens Ualdensium errores, nihil tale eos dixisse memorat, alios tamē plures recenset, quorum nunquā meminit Guido. Quapropter ut in alijs, ita etiam hinc ualde miror istius boni hominis, nec scire unquam potui ad cuius exemplar hos errores depinxerit. Hic error manifesta est infania: quoniā nos super uerum panem uerba Christi proferentes, uerè conficimus corpus Christi, quocunq; die id fiat. Non enim sacramentum ex tempore pendet, sed ex materia & forma, pane scilicet, & Christi uerbis debita intentione prolatis. Christus enim dicens Apostolis suis,

H H Hoc

ENC. 22. Hoc facite in meam cōmemorationem, non dixit vt hac sola die quæ per annorum volumina obuennisset, hoc sacramentum conficerent. Nihil tale dixit, nullam eis temporis legem præscripsit: sed absolutè ait, Hoc facite in meâ cōmemorationem. Et beatus Paulus Corinthios edocēs, ait se tradere illis, quod à domino acceperat. Quale autè sit illud, inter alia subiungit: Quotiescunque enim manducabitis panem hunc, & calicem domini bibetis, mortem domini annuntiabitis donec veniat. Non dixit, in die anniuersaria cœnæ dominicæ: sed ait, quotiescunque. Si quocunq; die, quacunq; hora verba Christi debita intentione super panem proferantur, verè conficitur corpus Christi, qui ergo fit vt in die cœnæ domini confectum, maiorem virtutem hoc sacramentū habeat, quàm alio quocunq; die? Si idē corpus est sub illis panis speciebus quocunq; die conficiatur, ergo quantum ad sacramentū spectat, eadem erit operatio. In operationibus siquidē naturalibus hoc euenit, vt causā inuariata, subiecto que manente vniformi, idem semper sequatur effectus. In liberis autem actionibus, qualis est ista, variatio actionis à sola voluntatis mutatione oritur. At Deus huius sacramenti vim & virtutem nobis exprimens, absolutè dixit: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinē, in me manet, & ego in eo. Non dixit, qui manducat in hoc aut illo die, in me manet: sed absolutè dicens, qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, immediatè subiunxit, in me manet, & ego in eo. Quod si dierum discrimē statuere voluisset, addidisset certè. Qui autem manducauerit carnem hoc die, plus ex me habebit, aut plus gratiæ recipiet, quàm alio quolibet die. Verū cum nil tale admonuerit, quid fabulantur insani Græci? Sed non est mirandum: quia hic est Græcorum genius, vt nunquàm nugari desinant, semper in anilibus fabulis fingendis operam consumant. Beatus namq; Cyrillus in lib. 6. aduersus Iulianum apostatam, refert Solonem hoc conuicio fuisse à quodam Aegyptio affectum: Vos Græci quando à pueritia aut infantia discederis, vsque ad eōs pueros ac vana existimauit.

Zmberus. **D**ecimus error est circa præparationem animi ad huius sacramenti receptionem, asserens hanc præparationem non oportere fieri per peccatorum suorum discussionem, & eorundem confessionem: nec vllam penitentiam requiri, sed solam fidem, qua scilicet credant & confidant se gratiā ibi consecuturos. Huius tam pestiferi erroris autor factus est Martinus Lutherus, neminē in hac re ducem sui erroris habens: quod raro contigit ei. Nulla enim est assertio eius ex his venenosis per Germaniam ab eo diffusis, quæ alium nō habuerit autorem ab Ecclesia (vt nunc Lutherus est) reiectum, præter hanc quam modo pertractauimus, aut fortè alteram, quam cum sua damnatione Lutherus inuenit. Quanquàm & hanc etiam ex auctoritate Cypriani inferiūs citanda patebit fuisse olium, nec tamen impunè, sicut eam nunc Lutherus docet. Vt autem clariūs insana Lutheri mens pateat, eius verba subiungam, quæ talia sunt: Magnus error est eorum, qui accedunt ad sacramentum eucharistiæ, huic innixi, quod sint confessi, quod non sint sibi conscij alicuius peccati mortalis, quod præmiserint orationes suas & præparatoria: omnes illi iudiciū sibi manducant & bibunt. Sed si credant & confidant se gratiam ibi consecuturos, hæc sola fides facit eos puros & dignos. Hæc Lutherus. Hunc eundem errorem aliqua ex parte docet Thomas de Vio cardinalis vulgò nominatus Caietanus. Hic enim docet, non esse necessarium ex iure diuino, vt qui peccati mortalis sibi conscius est, se per sacramentalem confessionē præparet ad eucharistiā suscipiendam: sed tantum hoc dicit esse necessarium & determinatione ecclesiæ semel in anno, quando videlicet in Paschate oportet recipere eucharistiā, alio autem tempore dicit satis esse cordis contritionem. Vt autem verbis meis integra præstetur fides, verba illius citabo, quæ ille refert in sua summa de peccatis,

Actus actualis confessionis nescio aliud quàm tempus periculi mortis ex diuino iure, & semel in anno ex determinatione ecclesiæ. Ad ministrandum autem sacramenta sin e nouo peccato mortali, eademque suscipienda, & alia eiusmodi, quæ mundam exigunt conscientiam, contritionē sufficere constat. Hæc Caietanus, qui non solum ea quæ diximus docet, sed indubitata & manifesta esse affirmat. Vt autem ostendamus hanc assertionem esse hæreticam, considerare prius oportet quid & quale hoc sacramentum sit. Nonne cibus? Certè credo hoc non inficiabitur Lutherus, qui non ad eō insanit vt cum Oecolampadio neget veritatem corporis & sanguinis Christi. Quanquàm sic insanire optauerit, anxieque modum quæsierit quod id faceret, vt ipsemet testatur in quadam epistola ad Argentinenses de hac re missa: quam fateor me non legisse, præter quoddam eius fragmentum, quod Dominus episcopus Rossensis citat in penultimo capite totius operis de veritate corporis & sanguinis aduersus Oecolampadium. Rossensis autem, quum ob eius vitæ candorem maximè fidam quod talia non imposeret Luthero, verba quæ ille ex Luthero citat, hæc inferere decreui. Hoc (inquit Lutherus) diffiteri nec possum, nec volo, quod si Carolostadius, aut alius quispiam ante quinquēniū mihi persuadere potuisset in sacramento præter panem & vinum esse nihil, ille magno beneficio me sibi deuinctum reddidisset. Grauibus enim curis anxius in hac excutienda materia multum desudabam, omnibus nervis extensis me extricare & expedire conatus sum, quum probè perspiciebam hac re papatu cum primis me valde incommodare posse. Hæc Lutherus. Attende obsecro Lector, quo spiritu Lutherus ducatur, qua intentione sacramentorum mysteria perscrutetur, vt scilicet papatu incommodaret. Qui alteri nocere cupit, is certè non habet **B** spiritum DEI. At qui spiritu DEI caret, quo spiritu penetrabit adyta sacramentorum, & mysteriorum diuinorum? Suo? nequaquam: quoniam illa iam mysteria esse desissent, si noster spiritus inuestigare ac intimè perscrutari ea valeret. Sed iam ad cœptum prius negocium reuocemus orationem. Lutherus ergo fatetur in Eucharistia esse verum corpus & verum sanguinem CHRISTI, admitritque hanc sacratissimam Eucharistiam cibum esse, nec tamen solum corporis, quin potius animæ, quod eam nutriat, impinguetque. Nam hac occasione Paulus Corinthios non sine stomacho reprehendit, quod nullum huius cibi fecissent discrimen ab alijs quæ in solius corporis alimoniam sumuntur. At cum nihil nutriatur nisi quod viuat, oportet vt quisquis hoc sacramentum perceperit, prius vitam habeat, vt eo nutiri possit. Omnis autem qui peccat, manet in morte. Omnis ergo qui hoc mysterium suscepturus est, eam oportet faciat diligentiam, quæ vt immunis sit à peccato, est necessaria. Qui autem peccatis fuerat maculatus, nulla postmodum per penitentiam expiatione facta, sola fides (vt supra ostendimus, & infra adhuc longius differemus) minimè eum emundat. Necessarium est ergo, vt qui peccauerit, quoniam Deo mortuus est, per penitentiam prius vitam recuperet, antequàm hoc sacramentum recipiat, si illo nutiri atque impinguari vult: quoniā hic cibus est viuorum, & non mortuorum. Præterea beatus Paulus Corinthios reprehendens quod nullam huius cibi ab alijs differētiā fecissent, docet eos qualiter oporteat eos parari ad huius sacramenti susceptionem, dicens: Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus domini. Quid quæso est seipsum probare, nisi inquirere vitam suam qualisnam fuerit, disquirere de operibus num iusta fuerint, aut aliqua expiatione digna? quemadmodum & alibi dixit: Opus autem suum probet vnusquisque, & sic in semetipso tantum gloriam habebit, & non in altero. Et alibi: Omnia pro-

probate: quod melius est, tenete. Probare ergo Paulo est tētare, inquirere, discutere. Præcipit ergo Paulus, vt homo seipsum probet, id est, discutiat quod intus habeat, qualia sint opera eius, quale propolatum in posterum. Hæc autem discussio aut probatio non in cassum fieri præcipitur, nempe vt si discussione præmissa in aliquo eum conscientia mordeat, abstineat quousque per poenitentiam præterita peccata diluerit. Sin verò sufficienti discussione atque probata nullus scrupulus vrget, sic de pane illo edat. Quod si non ad hunc scopum examinatio illa tendit, frustrâ eam præcipit Paulus, si ea nihilominus neglecta dignè hoc sacramētum sumeretur. Quod longè à Pauli sententia esse, eius sequentia verba declarant. Nam quum dixerat: Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, subiunxit: Qui enim māducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Quibus verbis expressit illum indignè manducare, qui prius non se probauerit atque discussit. Hanc autem expositionem esse verè Germanam literæ, constat ex ipsius Pauli dictis: imò aded est Germana, quod non potest ceteri expositio, cū nil aliud sit quàm ipsius Pauli verba. Ceterum quò res clariùs pateat, Theophylactus Pauli optimum interpretem citabo, qui locum illum Pauli exponens, sic ait: Consuevit Paulus cū aliqua de re sibi tractanti, alia opportunè differēda incideret, & hanc ipsam transigere, quemadmodum impræsentiarum cū de mensa cœptus sit sermo, de mysticis etiam rebus incidente sermone, & mystica disputat, vt pote quemadmodum sint necessaria, & bonorum omnium caput in eo consistere patefecit, vt tersa & nitida conscientia ad diuina mysteria concedatur: inquit: Neminem tibi in iudicem proposuerim præter teipsum. Tua itaque conscientia examinata discussaque adito ea mysteria, non festis modo profestisque diebus, sed quouis tempore, cū purum te & dignum compereris. Hæc Theophylactus. Deinde hoc ipsum valde confirmat, si consideremus rerum ordinem, quem Christus seruauit quum discipulis suis corpus suum manducandum præbuit. Antequam enim corpus suum apostolis exhibuisset, legem de esu agni paschalis prius impleuit, & postea discipulorum pedes lauit. Neque id sine mysterio credendum est eum fecisse, qui aliàs permisit discipulos vt testatur Euangelium, illotis manibus manducare. Illo nanque factò designauit, prius animorum affectus, qui pedibus significantur, esse purgandos, quam quilibet ad hoc tam sublime præsumeret accedere sacramentum. Cuius rei figura præcessit in Exodo, vbi dicitur: Et missa aqua lauabunt in ea Aaron & filij eius manus suas ac pedes, quando ingressuri sunt tabernaculum testimonij, & quando accessuri sunt ad altare, vt offerant in eo thymiama domino, ne fortè moriantur. Sic etiam verus sacerdos CHRISTVS, secundū tamen ordinem Melchisedech, adducturus Apostolos suos ad verum altare, mensam scilicet dominicam, in qua corpus suum omni thymiamate preciosius offerendum erat, prius eorum pedes lauit, eorum purgauit affectus. Propterea dicit: Vos mundi estis, sed non omnes. Vt intelligeret illam pedum lotionem ad animorum affectum esse referendam, qua Iudas minime lotus erat, & si exteriores eius pedes velut omnium aliorum apostolorum Christus lauisset. His deinde peractis, porrigens Apostolis corpus & sanguinem suum, admonuit eos, vt quoties hæc essent facturi, memores essent tam immensi atque magnifici beneficij illis exhibiti. Hoc nempe sermone eos ad mutuam illi exhibendam charitatem excitans, vt scilicet hæc agentes redamaremus eum qui suam erga nos eximiam dilectionem tanto nobis exhibito beneficio ostenderit. Post hæc omnia Euangelistæ commemorant, Iudam, qui parum pio affectu hoc sacramentum sumperat, vitam cum mala morte commutasse, vt scilicet caueremus nobis ipsis, ne si indignè sumeremus, quid simile nobis cōtingeret, sicut & pluribus alijs postmodum accidisse refert Paulus. Nam postquam ad-

mouerat, eum qui indignè manducasset, & bibisset, iudicium sibi manducare & bibere, subiunxit: Ideò inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. ac si diceret: quia multi indignè sumperunt, etiam in hac vita infirmitate, & repentino interitu puniti sunt. Quid ergo futurum speras in alia, nisi quod multò duriùs punientur. Ad hæc etiam accedit quod in Leuitico præcipit dominus dicens: Ego dominus. Dic ad eos, & ad posteros eorū: Omnis homo, qui acceperit de stirpe vestra ad ea quæ consecrati sunt, & quæ obtulerūt filij Israël domino, in quo est immunditia, peribit coram domino. Quod si ad illam futurorum vmbra aut offerendam, aut tangendam, tantam Deus exigit munditiam, quantò maiorem credendum est eum exigere ad sui corporis & sanguinis sui oblationem, siue perceptionem? Rursus (vt beati Hieronymi verbis vtat) Ioseph ille iustus propterea sindonem munda inuolutum in sepulchro nouo corpus domini sepeliuit, præfigurans corpus domini accepturos, tam mundam mentem debere habere, quàm nouam. Quod si præter hæc scripturæ testimonia, aliqua etiam sanctorum patrum quis desideret, quod ea clariùs rem fortè explicant, quàm vt Lutherus possit eludere, ea iam nunc subiicimus. Augustinus in epistola ad Iulianum comitem sic ait: Ab his pietas domini nostri Iesu Christi nos liberet, & seipsum edēdum tribuat, qui dixit: Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternā in seipso. Sed vnusquisque antequam corpus & sanguinē domini nostri Iesu Christi accipiat, seipsum probet: & secundum Apostoli præceptum, sic de pane illo edat, & de calice bibat: quia qui indignè manducat corpus & sanguinem domini, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus domini. Quando enim eū accipere debemus, antea ad confessionē & poenitentiam recurrere debemus, & omnes actus nostros curiosius discutere, & peccata obnoxia si in nobis senserimus, citò festinemus per confessionem & verā poenitentiam abluere, ne cum Iuda proditore diabolum intra nos calantes, pereamus. Hæc Aug. Quibus verbis nihil potest appetitius dici ad Lutheri temeritatē conuincendam. Ilichius etiam (Ioanne Trithemio autore) Gregorij Nazianzeni quondam auditor, super. 26. Leuitici, exponens illud: Custodite sabbata mea, & pauete sanctuarium meum, sic ait: Propter quod sanctuarium eius paucamus, vt nec corpus nostrum polluamus, nec ad corpus Christi, in quo est omnis sanctificatio (in ipso enim omnis plenitudo inhabitat diuinitatis) sine subtili dijudicatione nostri temerè accedamus, sed prius nosmetipsos probemus, reminiscētes eius qui dixit: Quicumque manducauerit panem aut biberit calicem domini indignè, reus erit corporis & sanguinis domini. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo comedat, & de calice bibat. Qualem probationem dicit: Id est, vt in corde mundo atque conscientia, & poenitentia eorum, quæ olim deliquit, intendente, participetur sanctis ad abluionem peccatorum suorum. Hæc Ilichius, qui nostram, id est, catholicam apertissime confirmat sententiam. Gregorius Nissenus frater Basilij magni in libro de mystica vita Mosi, huic sententiæ subscribit, ita inquit: Illud verò prætermittēdum nullo pacto est, quod posteaquam mare transierūt, posteaquam amaritudo aquarum sitienti, virtute ligni in dulcedinem conuersa est, posteaquam deliciose apud fontes & palmas fuerunt, postea deniq; quàm ex lapide biberunt, tunc quæ ab Aegypto viatica & cibos sibi assumpserunt, penitus eos defecerunt, tunc omni nutrimento quod ab Aegypto ferebant, absumpto, desuper sibi desluit cibus varius simul & simplex. Simplex visu, atque vnicus. Qualiter varius? Ad singulorum cupiditates se vertens. Quid igitur hūc discimus? Quod oporteat videlicet fide, baptisate, labore, omni virtute, omni Euangelica doctrina mundos purosq; animos nostros facere, ita vt omnino alienigeni mores, & Aegyptiaca vita, vitiorum scilicet omnium tur-

ba, nos deficiat, & demum depurato defecatoq; animo coelestē cibum esse suscipiendum, quem nulla nobis satio agriculturæ artibus produxit, sed panis est absque semine, absque aratione, absque alio humano opere nobis paratus. Haecenus Gregorius ille. Beatus Hieronymus in Commentarijs super epistolam ad Titum, declarans episcopi virtutes, ita scribit: Si autem laicis imperatur, ut propter orationē abstineant se ab vxorum coitu, quid de episcopo sentiendum est, qui quotidie pro suis populique peccatis illibatas Deo oblaturus est victimas? Relegamus Regum libros, & inueniemus sacerdotē Abimelech de panibus propositionis noluisse prius dare David & pueris eius, nisi interrogasset vtrum mundi essent pueri à muliere, non vti que aliena, sed coniuge. Et nisi eos audisset ab heri & nudiustertius vacasse ab opere coniugali, nequaquam panes, quos prius negauerat, concessisset. Tantum autem interest inter propositionis panes, & corpus Christi, quantum inter vmbra & corpora, inter imaginem & veritatem, inter exemplaria futurorum & ea ipsa quæ per exemplaria præfigurabantur. Quomodo itaque mansuetudo, patientia, sobrietas, moderatio, abstinentia lucri, hospitalitas quoque & benignitas, præcipue esse debent in episcopo, & inter cunctos laicos eminentia: sic & castitas propria, & (vt ita dixerim) pudicitia sacerdotalis: vt non solū ab opere se immundo abstineat, sed etiā à iactu oculi, & à cogitationis errore mens Christi corpus cōfectura sit libera. Hæc Hieronymus, qui tamen nihil de fide commemorat, sed hanc præsupponens, vitiorum abstinentiam præcipit, & non qualemcunque, sed omnino exactam. Cyprianus item martyr beatissimus, cuius doctrina cū sanctitate certat in sermone quinto de lapsis, aduersus hanc insanam Lutheri assertionem strenuè pugnat, dicens: Emerfit enim fratres delectissimi, nouum genus cladis. Quasi parum persecutionis procella seuerit, accessit ad cumulum sub misericordiæ titulo malum fallens, & blanda pernicies. Contra euangelij vigorem, contra Domini ac Dei legem, temeritate quorundam laxatur incautis communicatio, irrita & falsā pax, periculosa dantibus, & nihil accipientibus profutura. Non quærunt sanitatis poenitentia, nec veram de satisfactione medicinam. Poenitentia de peccatoribus exclusa est: grauissimi extremiq; delicti memoria sublata est. Operiuntur morientium vulnera, & plaga letalis altis & profundis visceribus infixā, dissimulato dolore cōtegitur. A diaboli aris reuertentes, ad sanctū domini sordidis & infectis nidore manibus accedunt. Mortiferos idolorum cibos adhuc penè ructantes, exhalantibus nunc etiā scelus suum faucibus, & cōtagia funesta redolentibus, domini corpus inuadunt, quū occurrat scriptura diuina, & clamet, & dicat: Omnis mūdus manducabit carnē, & anima quæcunque manducauerit ex carne salutaris sacrificij, quod est domini, & immunditia eius super ipsum, & peribit anima illa de populo suo. Apostolus item testetur, & dicat: Nō potestis calicem domini bibere, & calicem dæmoniorum: non potestis mensā domini cōmunicare, & mensā dæmoniorum. Idem contumacibus & peruicacibus comminetur & denūciat, dicens: Quicumq; ederit panem aut biberit calicē domini indignè, reus erit corporis & sanguinis domini. Spreitis his omnibus atq; cōtemptis, vis infertur corpori eius & sanguini eius: plus modò in dominum manibus atq; ore delinquunt, q̄ cū dominum negauerunt. Ante expiata delicta, ante exomologesin factam criminis, ante purgatam conscientia sacrificio & manu sacerdotis, ante offensam placatam indignantis domini & minantis, pacem putant esse, quam quidam verbis fallacibus venditant. Non est pax illa, sed bellum. Neque ecclesiæ iungitur, qui ab euangelio separatur. Quid iniuriam beneficium vocant? Quid impietatem vocabulo pietatis appellāt? Quid eis qui flere iugiter, & rogare dominum suum debent, intercepra poenitentia lamentatione communicare se simulant? Hæc sunt huiusmodi lapsis, quod grando frugibus, quod

1. Cor. 11.

ibidem.

A quod turbidum sydus arboribus, quod armentis pestilens vastitas, quod nauigij saua tempestas. Solatia aeternæ spei adimunt, arborem à radice subuertūt, sermone morbo ad letale contagium serpunt, nauem in scopulis, ne in portum perueniat, illidunt. Non concedit pacem facilitas ista, sed tollit: nec communicationem tribuit, sed impedit ad salutem. Haecenus Cyprianus. Ex quo clarè perspicias lector iam aliās fuisse qui hanc Lutheri dementiam tutati sint, quos tam acriter beatus Cyprianus infectatur, nec minùs facturus nunc, si superstes esset, aduersus Lutherū. Denique vt iam finem negotio imponamus, Ecclesiastica dogmata etiam Luthero in hac parte repugnant. Nam inter Ecclesiastica dogmata per beatum Augustinū aut per Gennadium in vnum volumen collecta. 53. loco tale dogma locatur: Quotidie eucharistiæ communionem percipere, nec laudo, nec reprehendo. Omnibus tamē dominicis diebus communicandum suadeo & hortor, si tamen mens in affectu peccandi non sit. Nam habentem adhuc voluntatem peccandi, grauari magis dico eucharistiæ perceptione quàm purificari: & ideo quāuis quis peccato mordeatur, peccandi non habeat de cætero voluntatem, & communicaturus satisfaciat lacrymis & orationibus, & confidens de domini miseratione, qui peccata pia confessioni donare consuevit, accedat ad eucharistiam intrepidus & securus. Sed hoc de illo dico, quem capitalia & mortalia peccata non grauant. Nam quem mortalia crimina post baptismum cōmissa premunt, hortor prius publica poenitentia satisfacere, & ita sacerdotis iudicio reconciliatum communioni sociari, si vult non ad iudicium & condemnationem sui eucharistiam percipere. Sed & secreta satisfactione solui mortalia crimina non negamus, sed mutato prius seculari habitu, & confesso religionis studio per vitæ correctionem, & iugi imò perpetuo luctu, miserante Deo, ita duntaxat, vt contraria pro his quæ poenitet, agat, & eucharistiā omnibus dominicis diebus supplex & submissus vsque ad mortem percipiat. Hucusque Ecclesiasticum dogma: cui cū Lutherus repugnet, toti ecclesiæ, cuius esse dignoscitur, repugnare conuincitur atq; ideo meritò hereticus censetur, & vt talis euitatur. Reiecto ergo venenoso Lutheri dogmate, salutaris ecclesiæ traditionibus assentientes, fateamur ei qui non indignè velit hoc sacramentum percipere, cōtritionem & confessionem esse necessariam. Recepto tamen absolutionis sacramento qui accedunt, cognoscetes quàm magnus sit is quem suscepturi sunt, dicere eos oportet illud Luca: Serui inuitiles sumus: quod facere debuimus, fecimus. Post quæ omnia ^{Luc. 7.} orare oportet Deum, à quo sancta desideria, recta concilia, & iusta sunt opera, vt ipse sibi in anima nostra dignum præparet habitaculum, sine quo nos nihil validū facere possumus. Sed quia ex confidentia Caietani & estimatione eiusdem, multi illam tueri volebant, & opere iuxta illius doctrinā exercebant sanctissimam eucharistiam, sine sacramentali confessione præuia recipere audentes, ideo ecclesia huic tam pernicioso morbo occurrere volēs, in Concilio Tridentino sub Iulio tertio sessione. 3. cap. 7. sequens statuit Decretum. Si non dect ad sacras vllas functiones quempiam accedere nisi sanctè, certè quò magis sanctitas & diuinitas coelestis huius sacramenti viro Christiano comperta est, eò diligentius cauere ille debet, ne absq; magna reuerentia & sanctitate ad id percipiendum accedat, præsertim cū illa plena formidinis verba apud Apostolum legamus: Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi māducat & bi- ^{1. Cor. 11.} bit, non dijudicans corpus domini. Quare communicare volenti, reuocandū est in memoriam eius præceptum, Probet autem seipsum homo. Ecclesiastica ^{ibidem.} autem consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, vt nullus sibi conscius mortalis peccati quantumuis sibi contritus videatur, absque præmissa sacramentali confessione, ad sacram eucharistiam accedere debeat, quod à Christianis omnibus, etiā ab ijs sacerdotibus, quibus ex officio incubuerit ce-

lebrare, hæc sancta synodus perpetuò seruandum esse decreuit, modò non de-
fit illis copia confessoris. Quòd si necessitate vrgente sacerdos absque præuia
confessione celebrauerit, quamprimùm confiteatur. Post hanc doctrinam da-
tam à concilio Tridentino, ne quis còtra illam temerè sentire aut docere au-
deret, contra huiusmodi temerarios audaces canonè latae sententiæ protulit,
qui vndecimo loco collocatus, hæc verba retinet: Si quis dixerit solam fidem
esse sufficientem reparationem ad sumendum sanctissimum eucharistiæ sa-
cramentum, anathema sit. Et ne tantum sacramentum indignè atque ideò in
mortem & condemnationem sumatur, statuit atque declarat ipsa sancta syno-
dus, illis quos conscientia peccati mortalis grauat, quantumcumque etiam se-
contriros existemet, habita copia confessoris, necessariò præmittendam esse
confessionem sacramentalem. Si quis autem contrarium docere, prædicare,
vel pertinaciter asserere, seu etiam publicè disputando defendere præsum-
pserit, eo ipso excommunicatus existat. Hactenus concilium Tridentinum.
Ex quibus verbis constat vtrumque errorem superius enarratum, Lutheri
videlicet & Caietani, esse apertè damnatum, Sed contra Caieni senten-
tiam id potissimum annotare oportet in verbis concilij quod non dixit, se
statuere nouum præceptum, sed solum declarare id quod re ipsa erat ne-
cessarium. Aduersus hanc hæresim scribit Dominus episcopus Rossensis in
eo opere quod aduersus omnes Lutheri errores ædidi. Cui rei articulum
sui operis quintumdecimum tribuit. A quo, præter illam quam proximè ci-
taui, Cypriani autoritatem nihil mutatus sum: reliqua autem sanctorum
virorum testimonia, quò rem ampliùs locupletaremus, ex nostro labore con-
tulimus. Quod ideo te lector admonui, vt etiam si hanc nostram epitomen le-
geris, non ideo ab illius lectione abstinendum putes, quòd illic multa quæ te
docerè possint reperies.

Vndecima de hoc sacramèto hæresis est, asserens eos qui aliquibus pec-
catis fuerint obuoluti, etiam si ad mensam dominicam accedant, & à sa-
cerdote consecratù panem recipiant, nõ recipere corpus domini. Hu-
ius hæresis nullum vnquam potui reperire autorem, quanquam reperio illi nõ
defuisse patronum. Nam petrus Lombardus, qui vulgo Magister sententiarù
dictus est, in quarto libro suarum Sententiarum, distinctione nona, postquam
reueñsit quorundam sanctorum testimonia quæ huic errori in speciem faue-
re videntur, hæc verba subiunxit: Hæc verba & alia huiusmodi, vbi de spiritua-
li manducatione agitur, quidam obruso corde legentes, erroris caligine inuo-
luti sunt, adeò vt præsumpserint dicere corpus & sanguinem Christi à bonis
tantum sumi, & non à malis. Hæc Petrus Lombardus. Ex quibus verbis patet
fuisse olim aliquos qui hunc errorem tuerentur. Nec tamen aliquis ex his om-
nibus qui super Magistrum sententiarum commentarios ædiderunt, memorat
aliquem huius errores autorem, quod tamen ab eis exigendum erat, cum cõ-
mentandi onus susceperint. Sit quiuis huius erroris autor, dum tamen constet
eum semel fuisse asserum, necessarium est nobis eum expugnare: quod paucis
(Deo autore) absoluemus. Nã Apostolus dicens, Qui manducat & bibit indig-
nè, iudicium sibi manducat, manifestè asserit, quantumcumque indignum posse
manducare corpus Christi, quamuis talis manducatio valde sit illi incommo-
da, nempe quæ iudicium damnationis illi inferat. Similiter de Iuda proditore
constat ex Euangelio eum in cœna vltima cum alijs apostolis sumpsisse corpus
dominicum, nec tamen dignè, cum iam diabolus misisset in cor, vt traderet eum
Iudas. Verùm quoniam audio aliquos id vehementer negare, vt apertius rem
hanc colligamus, Euangelistarum verba oportet referre. Matthæus enim do-
minicam cœnam enarrans, sic ait: Vespere autem factò discumbebat cù duo-
decim discipulis suis: & edentibus illis dixit: Amen dico vobis quia vnus ve-
strum

1. Cor. 11.

Ioan. 13.

Matt. 26.

Astrum me traditurus est. Et infra: Cœnãtibus autem eis, accepit Iesus panem,
& benedixit ac fregit: deditq; discipulis suis, & ait: Accipite & comedite: Hoc
est corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit, & dedit illis, dicès: Bibite
ex hoc omnes. Ad hunc autem modum ferè omnino eisdem verbis referunt
Marcus & Lucas ea quæ ad cœnam spectant. Vides hinc primò omnes duode-
cim primùm cœnæ altitisse, & postmodum nulla prorsus adhuc de Iudæ re-
cessu ad principes & sacerdotes mentione facta, subditur: Cœnãtibus autem
eis, omnibus scilicet duodecim, accepit Iesus panem, deditq; discipulis suis.
Quo loco quum nullus excipiat, intelligendù est omnibus discipulis astan-
tibus dedisse, ac ita dedisse Iudæ. Hoc autem expressius conuincitur ex calicis
distributione, vbi dicitur: Bibite ex hoc omnes: ergo & Iudas bibit, quum eum
adfuisse constet. Quòd si bibit ex calice, cur non etiam manducauit panem:
cum etiam in calice (vt proximè ostendemus) integra sit Christi substantia si-
cut in pane? Quòd si adhuc cõtendas Iudam minimè astitisse, dicasq; eum cœna
facta in qua cù vndecim fuerat, continuò ante corporis cõsecrationè abijisse ad
principes & sacerdotes, vt de modo proditoris eos cõueniret, & cù eis paci-
ficeretur, atq; ita nec corpus nec sanguinem, quod alij receperat, recepisse: hoc
ex Ioanne facilè cõuincitur. Et vt res sit apertior, hinc cõsiderare oportet qua-
liter Christus (vt Ioannes testatur) bis ad cœnam sederit, ita vt primò cœnam
iuxta ritum Iudaicum agnum paschalem edendo fecerint: huic cœnæ nullus
dubitare potest Iudam adfuisse, quum testentur Matthæus, Marcus, & Lucas,
astitisse duodecim. Hac cœna peracta, surgens à cœna, lauit pedes discipulorù,
cuius rei solus Ioannes meminit. Quod cum alij Euangelistæ prætermiserint,
vix poterit quis ab eis edoceri qualiter Christus bis ad cœnam sederit, quum
continua narratione de cœna pertractent, nullum prorsus vnus ab altera di-
scrimen signantes. Lotis igitur discipulorum pedibus, iterum Christus rediit
ad mensam. Quod Ioannes satis apertè expressit, dicens: Postquam ergo lauit
pedes eorum, accepit vestimenta sua: & cum recubisset iterum, dixit eis: Sci-
tis quid fecerim vobis? Et infra post hæc commemorat buccellam datã Iudæ,
quum adhuc in mensa essent. Ex quibus verbis manifestè colligitur Christum
bis ad mensam cœnantem recubuisse, semel antequàm discipulorum pedes la-
uerat, atq; iterum postquam eorum pedes lauit. Et in hoc secundo mensæ ac-
cubitu Christus corpus suum discipulis dedit. De prima cœna est quod Mat-
thæus, Marcus, & Lucas aiunt vespere factò discubuisse cù duodecim discipu-
lis suis. Ad secundam cœnam post pedum lotionè factam spectat quod dicunt:
Cœnãtibus autem eis, accepit Iesus panem, & benedixit ac fregit, deditq; di-
scipulis suis, & ait: Accipite & comedite: hoc est corpus meum. In hac autè cœ-
na factum est quod Euangelistæ referunt Christum dixisse: Vnus vestrum me
traditurus est, atq; postmodum, vt innotesceret Ioanni traditorem futurum Iu-
dam, dicunt panem intinctum Iudæ porrexisse. Quòd autem hæc in secunda
cœna facta fuerit, in qua suum corpus consecrauit, apertè Ioannes & Lucas
testantur. Quòd verò alij Euangelistæ narrant corporis Christi consecrationè
postquam dixerant Christum dixisse: Vnus vestrum me traditurus est, hoc est
ex communi modo loquendi, quo sacrae literæ vtuntur, vt postquam generali
locutione aliqua enarrauerint, iterum ad priora quæ restabant clariùs disseren-
da redeant. Sic etiam Matthæus, Marcus & Lucas, de hac cœna disserentes sub
nomine vnus quasi vna sit, licet lotio pedum fuerit interiecta, continua nar-
ratione ea quæ Christus dixit, subiungunt, scilicet: Vnus vestrum me traditu-
rus est, & quæ sequuntur. At his enarratis, ad cœnæ historiam, ex qua aliqua
prætermissa fuerant, redeunt, subiungunt: Cœnãtibus autem eis, accepit Ie-
sus panem, & benedixit ac fregit, &c. ita vt ab illo loco quandam historiam re-
trocessionem factam agnoscas, non autem continuationem: quod ex illa con-
iunctio-

iunctiōe apposita, videlicet autem, suspicari licet. Nam si profectio illa esset
 historiarū, dixisset: Cœnantibus eis accepit Iesus panem. At cū dixerit, cœnan-
 tibus autem eis, credendum est historiam ad præterita quæ dicenda restabāt,
 redire. Hæc autem idēd differui, vt inde appareat Iudam vsque ad vltimam
 cœnam, siue vsque ad finem cœnæ mansisse cum alijs vñdecim. Quod fit vt si
 Iudas adfuerit, māducauerit etiam corpus domini & biberit eius sanguinem,
 præcipuē cū Christus dixerit: Bibite ex eo omnes. Et Marcus ita illos fecisse
 quemadmodum dominus præceperat, testatur dicens: Biberunt ex eo omnes.
 Huic autem sententiæ Lucas apertissimē fauet: qui postquā verba consecra-
 tionis calicis dixerat, statim subiungit: Veruntamē ecce manus tradentis me,
 mecum est in mensa. Ex quibus verbis satis pater Iudam fuisse præsentem cū
 Christum consecrauit calicem, & tradidit discipulis. Et cū Marcus dicat, bi-
 berunt ex eo omnes, conuincitur etiam Iudam bibisse. Ne autem hæc ex no-
 stro cerebro dicta videantur, sacros producā autores, quibus in hac parte sub-
 scripsi. Theophylactus super illud Matthæi vicesimosexto. Cœnantibus autē
 eius, accepit Iesus panem, sic ait: Apposuit autem vescentibus, vt ostenderet
 crudelitatem Iudæ: quia in mensa & communione ciborum illius, quando & si
 fera fuisset, mansuetiorem se exhibuisset, tunc neq; quū argueretur intellexit,
 sed & corpus illius gustans non pœnituit. Hæc Theophylactus. Et Chryso-
 stomus in Homilia de proditiōe Iudæ, in eandem subscribit sententiam, dicens:
 Fuit quidem aliquando pascha Iudaicum, sed exemplum & euacuatum est pa-
 schæ spiritalis aduentu, quod Christus tradidit. Nam cū manducaret (in-
 quit) & biberet, accepit panem, & fregit, & dixit: Hoc est corpus meū, quod
 pro vobis tradetur. Agnoscunt quod loquor, qui diuinis sunt consecrati my-
 sterijs. Et iterum accepit calicem, & dixit: Hic est sanguis meus qui pro multis
 effundetur in remissionem peccatorum. Et præsens Iudas erat ista Christo di-
 cente. Ille est sanguis, dic Iuda, quem triginta denarijs vendidisti. Ille est san-
 guis, de quo ante cum Pharisæis pacta fecisti. O Christi misericordia. O Iudæ
 dementia. Ille enim triginta denarijs pacifcebat, vt venderet, & Christus ei
 sanguinem quem vēdidit offerebat, vt haberet remissionem peccatorum. Hæc
 Chrysostomus, qui expressē asserit Iudæ mensæ dominicæ ascedisse, Christum-
 que illi sanguinem suum tribuisse. Augustinus autem tot locis hanc senten-
 tiam repetit, vt nesciam quem illorum cæteris præferam. Nam omnes in me-
 dium adferre non patitur compendij ratio, quam tenere decreui. Super Ioan-
 nem tractatu. 50. sic ait: Talis erat Iudas, & tamen cum sanctis discipulis intra-
 bat, & exhibat. Ad ipsam cœnam dominicam pariter accessit. Conuersari cum
 eis potuit, eos inquinare nō potuit. De vno pane & Petrus accepit, & Iudas:
 & tamen quæ pars fidelis cū infideli? Petrus enim accepit ad vitam, Iudas ad
 mortē. Quomodo enim ille odor bonus, sic ille cibus bonus. Sicut ergo odor
 bonus, ita & cibus bonus, bonos viuificat, malos mortificat. Qui enim mandu-
 cauerit & biberit indignē, iudicium sibi manducat & bibit. Hæc Augustinus.
 Quibus verbis nihil potest expressius pro vstra sentētia dici. Ex his ergo do-
 ctoribus simul cum Euangelij litera, constat Iudam sumpsisse corpus & sangui-
 nem domini. At cū hoc sumpsit, iam diabolus (vt est apud Ioannem) miserat
 in cor eius, vt dominum suum atq; magistrum venderet. Colligitur ergo mani-
 festē, eum qui indignē ad mensam dominicam accedit, verum Christi corpus
 accipere, quamuis nihil illi proficit, imō quā maxime obest, nō ipsius panis na-
 tura, sed ipsius accipiētis vitio. Et hoc est quod sub alijs verbis recētiore The-
 ologi dixerunt, scilicet quod talis indignus quamuis manducet sacramentali-
 ter, non tamen spiritualiter, quia corpus manducatum quantumcunq; sit bo-
 num, ex accipiētis malitia illi obest. Sæpē enim comperimus quæ valde bona
 sunt, alijs ob suam malitiam obesse. Nā si rei bonitas sufficeret accipienti fru-
 stra do-

Mar. 14.

Luc. 22.

Ioan. 13.

A fra dominus præcepisset, dicens: Quod iustum est, iustē exequeris. Pro huius
 ergo rei confirmatione superfluum erit quicquam superaddere, quum satis ex
 dictis nostrum propositum constet.

D Vodecima hæresis est, quæ asserit, corpus Christi verū non esse in Eu-
 charistia, nisi tantū in vsu, hoc est, quādo quis vtitur ea, accipiendo, & edē-
 do illā. Aliās autē extra cōmunionem corpus Christi in ea nō esse do-
 cēt. Ex hoc errore aliū similit̄ errorē deducunt, velut putridā aquam ex fonte
 corrupto, Dicunt enim Eucharistiam nunquā esse seruandam in altari, aut in
 quocunq; alio loco post missæ celebrationē propter quācunq; veri similit̄ fut-
 uram necessitatem. Huius erroris pestiferi inuētores sunt Lutherani: an autē
 ipse Lutherus illorū dux & magister hoc ipsum docuerit, mihi nō constat, nec
 in illius operibus, quæ hæcenus videre potui, simile aliquid inueni. Sed hoc tā-
 tūm legi in quodā libro, à Martino Burzero (vt dicitur) æditū, cui titulus est,
 Liber Reformationis, & postea mutatis aliquib; excussus est sub nomine cōsul-
 toriæ deliberationis. Et hunc errorē audio ab omnibus Lutheranis nūc publi-
 cē doceri. Hæc suā hæresim hoc argumēto isti probare nituntur, quod Christus
 ad solam communionem, vt ipsi putant, Eucharistiam instituit: quod quā-
 falsum sit, facillimē constare potest ex his, quæ suprā diximus in expugnatio-
 ne prædictarum hæresum, & multo facilius constare poterit ex his quæ infe-
 rius dicemus in titulo de Missa. Hanc istorum sententiam esse hæreticam, pro-
 prio illorum argumento conuincō. Nam illi quotiescunq; contra aliquam
 nostram doctrinam argumentantur, semper exigunt à nobis verbum Dei, &
 scripturam sacram, quæ apertē declaret id quod nos asserimus, & docemus:
 & cum talis aperta scriptura nobis deest, statim proclamant, hominum esse tra-
 ditionem, & doctrinam Satanicam. Oportet ergo vt eadem mensura, iuxta do-
 B mini præceptū, metiamur Lutheranos, quia illi nos metiri volunt, Nā, vt ait Sa-
 piens, pondus & pondus, mensura & mensura vtrunq; abominabile apud Deū.
 Et in lege Mosi prohibitū erat, ne quis in sacculo diuersa pondera haberet, ma-
 ius & minus. Exigamus ergo ab istis Lutheranis, vt proferāt nobis verbū Dei,
 & sacram scripturam, quæ hanc illorum assertionem apertē declaret. Hanc au-
 tem, vt notissimum est, illi exhibere nō poterunt, Et inde necessariō cōsequi-
 tur, vt hanc illorum doctrinam, iuxta illorum regulas, traditionem humanam
 esse dicamus, & inentionem satanicam. Quoniam Christus pactum nobis-
 cum faciens de sua corporali assistentia in Eucharistia, post verba consecratio-
 nis à sacerdote prolata, nullam addidit conditionem de communionem facien-
 da: & cū sacerdotibus dedit potestatem consecrandi, & consiciendi hoc san-
 ctissimum sacramentum, nullam apposuit de communionem facienda condi-
 tionem. Sed tantūm dixit illis, hoc facite in meam commemorationē. In qui-
 bus verbis nulla communionis sit mentio, sed tantūm consecrationis. Luthe-
 rani ergo ex sua propria temeritate, ad virtutem consecrationis apponere vo-
 lunt communionis necessitatem, quam Christus ipse non statuit. Præterea, si
 ad veram & realem Christi corporis adfistētiā in Eucharistia necessaria esset
 alicuius accipientis voluntas, sequeretur inde virtutē verborum consecratio-
 nis & potestātē sacerdotis ad consecrandum, pendere à voluntate accipientis,
 ita vt quum quis sacrę communionis particeps esse voluerit, tunc Christus ibi
 adsit, & si nullus fuerit tali voluntate affectus, minimē ibidem Christus adsit.
 Hoc autē sentire esset impiū, & temerariū, cū sit contra totius Ecclesiæ, diffini-
 tionē. Nā conciliū Florentinū sub Eugē. 4. celebratū in definitione fidei data
 Armenis de sacramento Eucharistiæ differens, hæc ait: Forma huius sacramēti
 sunt verba Saluatoris, quibus hoc cōficit sacramentū. Sacerdos enim in perso-
 na Christi loquens, hoc cōficit sacramentū. Nā ipsorū verborū virtute, substā-
 tia panis in corpus Christi, & substātia vini in sanguinē conuertuntur. Hæc
 Conci-

1. Cor. 20.
Deut. 25.Concilium
Florentinū.

concilium Florentinum . In quibus verbis apertissimè declaratur integram potestatem conficiendi corpus Christi esse in sacerdote, & in verbis consecrationis, absq; vlla cõmunicantis voluntate, ita vt quoties sacerdos debita intentione verba cõsecrationis super panẽ protulerit, ibi verè adsit Christi corpus. Etiam si nullus adstet, qui communicare velit. Rursus, si ex voluntate cõmunicantis penderet sacerdotis potestas ad consecrationem, nullus vnquam sacerdos posset esse certus se integrè confecisse Eucharistiæ sacramentum: quia nunquam sibi cõstare poterit de voluntate alterius, an velit communicare, an non. Deinde statuamus aliquem adstantem velle statim post consecrationem sacerdotis suscipere de manu illius Eucharistiã, tunc iuxta istorum sententiã continuò post consecrationem aderit ibi verè, & realiter corpus Christi: quia nihil quod ad huiusmodi realem, & corporalem assistentiam ab istis exigitur, ibi deesset. Sed post hanc consecrationem integrè factam facillè contingere potest, vt ille qui ad communionem paratus erat, mutet voluntatem, & communicare nolit. In quo euentu, non est dubium Christi corpus in Eucharistia verè & realiter esse, quamuis nulla fuerit sequuta eiusdem Eucharistiæ communio. Præter has vrgentes rationes sunt etiam plurima sanctorum viro- rum testimonia, quæ docent sanctissimam Eucharistiã seruari debere, pro multis necessitatibus, quæ occurrere solèt: præsertim pro infirmorum communi- one. Cyrillum in primis profero, qui in Epistola ad Catorisum episcopum, de quibusdam alijs similibus farina loquens, hæc ait: Audio quòd dicit illi, mysticam benedictionem, si ex ea remanserint in sequentẽ diem reliquias, ad sanctificationem iuutilem esse: sed insaniunt hæc dicentes: non enim alius fit Christus, neque sanctum eius corpus mutabitur, sed benedictiones virtus & viuifica gratia perpetuò manent in illo. Hæc Cyrillus. Ex quibus verbis constat quosdam alios fuisse tempore Cyrilli, qui hunc Lutheranorum errorem dementem errorem docentes. Beatus Ambrosius in oratione funebri, de obitu fratris sui Satyri laudãs singularem illius erga Deum pietatem & deuotio- nem, refert de illo quòd intraturus in mare, & prouidens morti quæ tunc sæpè contingere solet, non mortem metuens, sed ne vacuum mysterijs exiret è vita, ab ijs, quos initiatos sacris esse cognouerat, diuinum illud fidelium sacramen- tum sibi dari poposcerit, nõ vt curiosos oculos insereret archanis, sed vt fidei suæ tali sacramento consequeretur auxilium, quodq; datum sibi sacramentum ligari fecerit in orario, & orariũ in collo inuoluerit, atq; ita se deiecerit in ma- re, non requirens aliquod aliud auxilium aut remedium: quoniam solius fidei arma quaesierat, & his solis se totum ac satis munitum credebat. Et his omni- bus dictis addit Ambrosius quod nõ deseruerit fratrem suum spes illius, quo- niam primus seruatus fuit ex vndis, & in portum terrenę stationis euectus. Bea- tus Hieronymus in epistola ad Rusticum monachum, refert Exuperium Tolo- sanum episcopum portasse corpus domini canistro vimineo inclusum. Augu- stinus, lib. 2. de Visitatione infirmorum, cap. 4. docet, bonum esse & vile infir- mantibus hoc adferre sacramentum, tanquam viaticum saluberrimum. Euse- bius lib. 5. Ecclesiasticæ historiæ, cap. 24. citat partem quandam epistolæ missæ ab Irenæo episcopo Lugdunensi ad Victorem papam ex qua apertissimè col- ligitur, quod Romani pontifices catholicis episcopis qui aliundè Romam ve- nissent, Eucharistiã in signum amicabilem visitationis mittere solebant. Et in historia tripartita, lib. 6. eiusdem historię, cap. 34. refertur sacerdotem quendam, cū per corporis infirmitatem non potuisset ad infirmum accedere, misisse pa- rum eucharistiæ ad domum infirmi. Deniq; Clemens Petri discipulus, & in ca- thedra successor, inter multa quæ à beato Petro se accepisse narrat, vnum est quod nostram doctrinam maximè commendat, sic inquit: Tribus gradibus com-

Cyrillus.

Ambro.

Hieron.

Clemens
papa.

missa sunt sacramenta diuinorum secretorum presbytero, diacono, & mi- nistro, qui cū timore & tremore reliquias corporis domini debent custodire fragmentorum, ne qua putredo in sacrario inueniatur, ne cū negliger agi- tur, portioni corporis domini grauis inferatur iniuria. Hæc Clemens papa & martyr, qui satis apertè docet Eucharistiã suo tempore seruari in sacrario, & in illa sic seruata, esse verum corpus Christi. Ex his omnibus testimonijs con- stat antiquissimã esse Ecclesiæ consuetudinem eucharistiã consecratam post missæ celebrationem dignè & reuerterter pro futuris necessitatibus (præser- tim pro communiõne infirmorum) obseruari. Nec opus est pro hac re pluri- bus sanctorum testimonijs vt, cū apertissima sit de illa Ecclesiæ definitio, non semel data, verũ sæpè repetita: nam Vormaciensis concilij decretum, quod Gratianus citat de conse. dist. 2. cap. Presbyter, hæc verba continet: Presbyter Eucharistiã semper habeat paratam, vt quando quis infirmatus fuerit, statim eum communicet, ne sine communiõne moriatur. Et in proximo sequenti ca- pitulo ponitur aliud decretum concilij Arelatensis, in quo imponitur poena il- li qui non bene custodierit Eucharistiã. Sed ne fortè quis hæc præfata decre- ta paruipendat, propterea quia concilia, à quibus educta sunt, non fuerunt ge- neralia, sed prouincialia: idèò necessarium est vt generalium cõciliorum defi- nitiones proferam. Concilium Lateranense sub Innocentio tertio celebratũ, ad quod tam Græci quàm Latini cõuenerunt, capite. 20. suorum decretorum hæc ait: Statuimus in cunctis ecclesijs, vt christina & Eucharistia sub fideli cu- stodia clauibus adhibitis conseruentur, vt non possit ad illa temeraria manus extendi ad aliqua horribilia vel nefaria exercenda. Hæc Conciliũ Lateranen- se. Post hunc Innocetium, sub quo fuit celebratum præfatum concilium, suc- cessit in Põtificatu Honorius Tertius, qui multò copiosius dedit de hac re de- cretum, sic inquit: Ne propter incuriam sacerdotum diuina indignatio gra- uis exardescat, districtè præcipiendo mādamus, quatenus à sacerdotibus Eu- charistia in loco singulari, mundo, & signato, semper honorificè collocata, de- uotè ac fideliter conseruetur. Et paucis interpositis subdit: Quã in decenti ha- bitu, superposito mundo velamine ferat, & referat manifestè ac honorificè, an- te pectus cum omni reuerentia & timore, semper lumine præcedente, cū sit cãdor lucis æternę, vt ex hoc apud omnes fides & deuotio augeatur. Hæc Ho- norius: & habentur hæc verba, in cap. Sane. de cele. Mis. Postremò Concilium Tridentinum sub Ilario tertio celebratum, sessione. 3. cap. 6. per hæc verba defi- nit. Consuetudo asseruandi in sacrario sacram Eucharistiã, adèò antiqua est, vt eam seculum etiam Niceni concilij agnouerit. Porro de ferre ipsam sacram Eucharistiã ad infirmos, & in hunc vsum in ecclesijs conseruari, præterquam quod cū summa æquitate & ratione coniunctum est, tum multis in concilijs præceptum inuenitur, & vetustissimo catholicæ Ecclesiæ more est obseruari: quare hæc sancta synodus retinendum omnino salutarem hunc & necessariũ morem statuit. Post datum hoc decretum, ne quis temerè illi contradicere au- deret, Canonem latæ sententiæ contra huiusmodi temerarios adiecit, qui est in ordine septimus, sic inquit: Si quis dixerit, non licere sacram Eucharistiã in sacrario referuari, sed statim post consecrationem adstantibus necessariò di- stribuendam, aut non licere vt illa ad infirmos honorificè deferatur, Anathe- ma sit. Hæc tenus Concilium Tridentinũ. Ex quibus omnibus apertissimè con- stat hereticam esse Lutheranorum assertionem, dicentium, Corpus Christi nõ esse verè & realiter in Eucharistia, nisi tantũ eo tempore, quo aliquis commu- nionis illius particeps esse vult.

VLtima (quod scia) de hac re hæresis est, quæ asserit necessariò sub vtra- que specie, scilicet panis & vini, esse cõmunicandum, ita quòd qui sub vna specie tantum communicat, etiam si laicus sit, peccat: quoniam (vt

Concilium
Vormaci-
ense.

Concilium
Lateran.

Concilium
Tridentin.

aiunt) contra præceptum Christi agit, qui præcepit sub vtraque specie communicare. Huius hæresis autores primi fuerunt Græci: hos postmodum sequuti sunt Bohemi, in sua adhuc damnatione manentes, atque occasione hac à Romana Ecclesiâ obedientia hucusq; diuisi. Nec tamen hunc errorem velut cæteros Bohemorum, Ioannes Hufs eorum propbeta suscitauit. Nam post inceptâ huius Ioannis dementiâ pauloq; progressam (vt Aeneas Syluius in libro de origine Bohemorum cap. tricesimo quinto testatur) artulit Bohemiâ hanc nouam pestem quidam Petrus Dresensis Germanus, qui à suis cognitis quod vval densium lepra fuisset infectus, patria pulsus est, indeq; fugiens, Pragam Bohemiâ ciuitatem velut hæreticorum asyllum petijt. In qua tunc ciuitate Iacobellus quidam Misnensis, moribus perinde ac literis clarus, curam tenebat populi, sua prædicatione edocedi. Hunc Petrus cū cōuenisset, mirari se ait hominē doctum simul ac sanctum, qui populi instruendi onus suscepisset, non animaduertisse errorem communionis Eucharistiæ, qui iam pridem Ecclesiam pessundasset, in qua sub vna tantum specie dominicum corpus populo ministratur, cū apud Ioannem sub duplici specie panis viniq; sumi iubeatur, dicente domino, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nō habebitis vitam in vobis. Commotus his Iacobellus præfatus, cū perquisitis vetustis sanctorum codicibus, communionem calicis aliquando vītatā ple neq; laudatam inuenisset, populum admonet ne deinceps cōmunionem calicis, sine qua saluari nemo posset, negligeret. Huic cæteri qui iam in Bohemia aderant hæretici consenserunt, non modicum læti quod sententiam aliquam inuenissent in sacro (vt aiebant) Euangelio fundatā, per quam Romana sedis vel ignorantia vel nequitia argui posset. Hoc pestiferum dogma post centum & eo amplius annos sequutus Lutherus, totam penē Germaniam hoc infecto errore, in qua iam laici vt sacerdotes sub vtraq; specie communicant, damnationem (vt aiunt) ni ita fecerint, incurfuri. Vt autē omnibus pateat quā mordicus hoc dogma Lutherus teneat, eius verba referam. Is enim cū aliās sanam doctrinam prædicasset, postmodum bene actorum pœnitēs, in hæc verba prorupit: Hunc articulum reuocauit libro de captiuitate Babylonica, & iterum his scriptis reuoco, & dico Bohemos & Græcos in hac parte nec hæreticos, nec schismaticos, sed Christianissimos & Euangelicissimos esse, quos & his verbis oro & obtestor in domino, vt in ea sententia firmiter permaneant, cū pro se habeant expressum textum Euangelij, & longæum apud Græcos in hunc diē seruatum catholicum vsum Ecclesiæ. Nec moueantur Tyranni illius Romani & Antichristi vastatorijs & impijs decretis, quibus alteram partem sacramenti per vim abstulit ijs, quibus Christus ipse donauit. Hæc Lutherus. Pro huius erroris confutatione hoc primū statuere oportet, totum Christum sub qualibet huius sacramenti specie integrè contineri, quoniam ex hoc tota fermē huius causæ virtus pendet. Hoc autem ex eo maximè conuincitur, quod ait Apostolus: Christus iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. At si sub specie panis corpus esset exāgue, oporteret necessario, vt esset etiam inanimatum, atque cadauer, quod anima corpus exanguē minime vegetare potest. Corpus autem cū semel assumptum à diuinitate, nunquam postea fuerit ab ea reiectum, fieret inde vt quoties panis consecraretur, toties Christus ibi velut in sepulchro mortuus iaceret, totiesque corpus eius nouum cadauer fieret. Vt autem hæc non fiant, erit necessario concedendum sub specie panis corpus Christi esse animatum, atque ideo sanguine vegetatum. Quod cū à diuinitate nunquam sit separatum, totum etiam Christū in duabus naturalibus ibidem esse fieri oportebit. Perinde etiam de sanguine dicendum est. Nam quum eum pro nobis semel iam in ara crucis effusum, in resurrectione sua Christus resumpserit, nunquam iterum eum fusurus, conuincitur inde

Græci.
Bohemi.Petrus
Dresensis.
Iacobellus.

Ioan. 6.

Rom. 6.

A tur inde etiam nunquam sanguinem verum illius integrè alicubi esse sine eius corpore vero. Quod si sub specie vini solus sanguis maneret, toties sanguinē fundi oporteret, quoties vinum consecraretur, quod vi consecrationis sanguinis ibidem constitutum, à corpore tunc separaretur. Vt autem hæc fugiamus, erit sine vlla hæsitacione concedendum in sacramento Eucharistiæ sub vtraque specie, panis scilicet & vini, totum Christum integrè contineri. Verum ne quis de hac re dubitare audeat, profero Concilij Florentini sub Eugenio 4. celebrati definitionem, quæ in ratione fidei de sacramentis Ecclesiæ data, cum de sacramento Eucharistiæ differit, hæc verba continet. Sacerdos enim in persona Christi loquens, hoc conficit sacramentum. Nam ipsorum verborum virtute substantia panis in corpus Christi, & substantia vini in sanguinem conuertuntur, ita tamen quod totus Christus continetur sub specie panis, & totus sub specie vini, sub qualibet quoque parte hostiæ consecrata, & vini consecrati, separatione facta, totus est Christus. Hæc Concilium Florentinū. Et licet hoc de continentia verum sit, non tamen perinde est de significacione. Nam quamuis sub illis panis speciebus totus integer Christus lateat, non tamen totum Christum species illæ significant, sed solum corpus illud pro nobis in ara crucis oblatum, quum iam scilicet exanguē erat, sanguine in vniuersum à corpore separato. Ad eundem modum species vini & si totum integrū Christum contineant, non tamen aliud significant quā sanguinem illum effusum quum à corpore esset separatus. Nec tamen eum esse separatū significant, quoniam falsum esset signum: sed eum solum significant, qualiter solus erat quum separatus erat à corpore, ita vt significatio non ad separationem, sed ad sanguinem referatur. Secundum pro nostri, id est, catholici dogmatis confirmatione iaciendum fundamentum est, gratiam quæ in hoc sacramento confertur, non tam conferri virtute signi, quā virtute signati. Non enim illæ species panis aut vini, quæ exterius patent, tales sunt quæ ex se animam viuificent, quæ hominem in electorum sortem resuscitare valeant, aut quæ nos in Deo esse efficiant, & Deum in nobis: sed hæc omnia sunt virtute carnis, quæ propter inhabitantem in ea vitam, nempe diuinitatem, viuificatrix esse censetur. Ex his duobus tertium iam clarè confurgit, nihil scilicet plus gratiæ conferri virtute sacramenti ei qui duplicem speciem sumpsit, panis scilicet & vini, quā qui tantum vnam. Nam quum, exceptis speciebus, quæ gratiam nequaquam conferre possunt, tantum sumat, nempe totum Christum integrè, qui vnam sumit speciem, sicut qui ambas, non est cur plus gratiæ accipiat virtute sacramenti hic quā ille: præcipue cū vnicum sit sacramentum, & non duo, quamuis duæ sint species, aut duo signa. Quum ergo hæc ita se habeant, constat nihil gratiæ laicis deperire propter alteram, id est, vini subtractam speciem. Post hæc omnia quartum addendum censui, vt quadrata structura confurgat, nullum esse datum à Christo præceptum de manducatione Eucharistiæ sub vtraq; specie. Nam quod in primis adducunt ex Ioannis sexto: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis: admittimus quidem, atque extensis (vt aiunt) brachijs amplectimur illa verba de corporali atque visibili esu Eucharistiæ esse intelligenda. Neque mihi placet, quod Caspar Sagerus, vir alioqui doctus & catholicus, pro fide aduersus Lutherum strenuè decertans ait, hæc verba de spirituali esu, qui per fidem & charitatem fit, esse intelligenda, motus illis verbis quæ postmodum in eodem capite Christus subiunxit: Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicquam. Verba quæ locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Ex quibus verbis ille colligit verba illa de spirituali esu esse intelligenda. Verum hæc non ita se habent, vt patet legenti Theophylactum, Cyrillum, Chrysostomum, Augustinum: qui omnes in ex-

Concilium
Florentinū.

positione super Ioannem fatentur illa ad corporalem & visibilem manducationem esse referenda. Et istorum omnium dicta superiùs hæresi quarta recensuimus. Quòd autem subditur, Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicquam, sic exponunt Theophylactus & Cyrillus, id est, caro ista quam dixi viuificaturam eum qui illam sumpserit, suapte natura hoc efficere non valebit, tamen hoc efficiet propter inhabitantem in ea spiritum filij Dei. Nam hic spiritus est qui verè viuificat, caro autem sola nihil prodesse poterat, sed propter coniunctionem cum verbo, ad altiorem quandam dignitatem eleuata est, vt viuificatrix esse possit. Quemadmodum enim si alicui liquori mel infundas ac misceas, totum liquorem dulcem facit, eamque illi tribuit proprietatem, quam aliàs non habebat: sic diuinum verbum carni vnitum, quoniam verbum vita est, carnem ipsam etiam viuificatricem fecit: atque idèd caro ex se non prodest quicquam, sed à spiritu habet vt viuificare possit. Quòd vero dixit: Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt, huc tendit, quòd viderat Iudæos murmurare, credentes Christum eis præcepisse vt more ferarum carnem humanam ederent, sanguinemque biberent: atque idèd eos reprehendens de carnali illa suorum verborum intelligentia, edocet eos mysterium quoddam latere, verbaque sua sic esse intelligenda, non quòd crederent corpus suum dentibus atterendum, sed sub sacramento manducandum. Dicimus ergo atque fatemur verba illa, scilicet: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c. de corporali esu esse intelligenda, nec tamè admittimus Christum illis verbis præcepisse, vt Eucharistiam sub duplici specie acciperemus. Nulla nanque in illis verbis specierum panis aut vini fit mentio, sed solum de signatis, scilicet carne & sanguine, quæ sub illis signis continentur. Nò enim dixit: Nisi manducaueritis carnem filij hominis sub specie panis, & biberitis eius sanguinem sub specie vini, non habebitis vitam in vobis. Non sic dixit, sed sic: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. At cum diximus sub specie panis corpus contineri simul etiam & sanguinem, fit, vt qui Eucharistiam sub specie panis sumit, carnem manducet sanguinemque bibat, cum sanguinis sumptio verè potus dicatur, sicut & carnis acceptio dicitur manducatio. Nec tamen hac occasione fat erit sacerdoti conficiendi vnam sine altera speciem sumere: quoniam sacerdos conficiens & consecrans, ipsum summum sacerdotem Iesum Christum repræsentat, qui pro nobis corpus & sanguinem suum in ara crucis obrulit, sicut ipse Christus expressit, dicens: Hoc facite in meam commemorationem. Quid est dicere, hoc facite, nisi, hoc conficite, hoc consecrate? Scio tamen aliquos ex ipsis hæreticis esse qui hoc apertissimè negant, imò irrident ralem interpretationem, quum dicimus, hoc facite, valere tantum ac si dixisset, consecrate. Nam quidam Ioannes Riuius Arthendoriensis in quadam epistola de comunione sub vtraque specie, hanc interpretationem irridet, sic inquit: Nam quum apud Euangelistam legatur, *τοῦτο ποιεῖτε*, non poterit, Hoc facite, pro sacrificare, accipi. Nam hanc planè Græca vox interpretationem respuit. Hæc ille. Non erat opus, vt veram literæ interpretationem agnosceremus, literam Græcam citare, quæ nihil prorsus hac in parte à Latina dissentit, neque interpretationem nostram (vt Ioannes Riuius ait) magis quam Latina litera respuit. Non enim sumus tam rudes, aut Latini sermonis, vel Græci tam ignari, vt putemus hoc verbum facio, aut hoc verbum Græcum *ποιεῖ* illi respondens, significare ex sua institutione idem quod consecrare, aut sacrificare. Verum etsi hoc ita se habeat: tamen quia solenne est, & apud doctissimos viros sæpè vsurpatum, vt nomen aut verbum generale accomodetur ad particulares illius species, hinc euenit vt sæpè illius significatio varietur, iuxta varietatem particularis materię, de qua fit sermo.

Hoc au-

A Hoc autem verbum, facio, aut Græcum illi respondens, videlicet *ποιεῖ*, generale verbum est, ad omnem efficiendi modum explicandum. Nam qui legit, aut scribit, aut pingit, aut cantat, aut bibit, aut saltat, aliquid facere dicitur. Proinde si quis vno saltu transiliret aquæ torrentem, & postea diceret alijs, Facite vos hoc, nullus ne gabir per illa verba illum præcipere alijs, aut similiter transiliret torrentem. Si quis etiam pictor peritus coram discipulis pingens, diceret postea discipulis suis, Facite hoc, omnes audientes intelligerent magistrum præcepisse discipulis, vt aliud simile pingerent. Et tamen hoc verbum facere, nec pingere, nec saltare significat ex sua propria & adæquata significatione, quamuis omnia illa signo quodam generali significet. Ad eundem prorsus modum accipienda sunt verba Christi, quum ait, Hoc facite in meam commemorationem. Illis enim verbis præcepit Apostolis, vt quod illum fecisse viderant, ipsi postmodum facerent. At Christus panem in manus suas acceperat, benedixerat, consecrauerat, consecratumque eisdem Apostolis distribuerat. Dicens ergo Apostolis: Hoc facite, præcepit illis, vt panem accipientes similiter benedicerent & consecrarent. Non est ergo absurda (vt Ioannes Riuius ait) sed Germana literæ interpretatio, quum illa verba Christi, Hoc facite, per ista verba, consecrate, sacrificare, explicamus. Illis nanque verbis potestatem consecrandi illis dedit. Tunc enim à Christo ordinati sunt sacerdotes, eis adiungente vt in suæ passionis commemorationem hoc facerent. Quod expressit ^{1. Cor. 11} Paulus: Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite quotiescunque biberitis, in meam commemorationem. Si facere hic pro consecrare ponitur, quod ad solos sacerdotes (vt aliàs differemus) spectat: constat solis sacerdotibus dictum esse, vt quotiescunque bibunt, in sui commemorationem faciant. Cuius autem rei esset futura commemoratio, verba subiuncta manifestant. Quotiescunque enim (inquit) manducabitis panem hunc, & calicem biberitis, mortem domini annunciabitis donec veniat. Memoriam ergo dominicæ mortis sacerdos in altari agit, non autem ille qui à sacerdote recipit: quapropter sacerdos hac lege deuinctus est, vt quotiescunque celebret, nec panem sine vino consecret, nec vnam speciem sine altera sumat: quoniam & si sub qualibet specie totus integer Christus lateat, non tamen quælibet species totum Christum significat aut repræsentat: sed species panis solà carnem significat, species vini solum sanguinem repræsentat, eiusque solius memoriam gerit. Quòd fit, vt si solum panem consecraret, aut solum panem consecratum sumeret, solius oblationis memoriam faceret, qua Christus obrulit suum corpus: nulla autem tunc memoria fieret sanguinis effusi, atque pro nobis à Christo oblato, quòd species panis etsi sanguinem contineat, non tamen sanguinem repræsentat, aut eius memoriam facit. Ad hunc eundem modum si solum vinum consecraretur, aut illud consecratum solum sumeretur, solius sanguinis oblato atque effusi, & non corporis memoria fieret. At cū sacerdotes consecrantes, in memoriam dominicæ mortis quam pro nobis tulit, consecrare teneantur, colligitur inde vt sub vtraque specie id facere obligentur, quum neutra absque altera perfectam Christi oblationem repræsentet: quod Christus innuit cum post panis & vini consecrationem dixit, Hoc facite in meam commemorationem. Quidnam est hoc quod facturi sunt in tuam commemorationem? Hoc, inquam, totum quod ego proximè coram vobis feci. Verum cum recipienti de manu alterius consecrantis, nihil tale præcipiatur vt in memoriam dominicæ oblationis sumat, nunquam is qui de manu alterius sumit, siue laicus ille sit, siue sacerdos, tenetur in eandem memoriam sic sumere, vt vnam sine altera non sumat. Illi enim simul non agunt aliquid circa sacramentum, atque ideo eis non dictum est, Hoc facite in meam commemorationem. Neque eis etiam dicitur, Bibite ex eo omnes: sed solum ijs qui

bus dabatur, nempe Apostolis, qui omnium futurorum sacerdotum personas gerebant, quibus in Apostolis hoc sacramentum in memoria Christi conficere præcipiebatur. His ergo solis dicitur: Bibite ex eo omnes. Nisi forte dicitur illa verba ad omnes Christianos esse referenda, omnesque Christianos (vt Lutherus ait) esse sacerdotes. Verùm de his aliàs longiùs disputabimus. Quòd verò ex hoc colligunt Eucharistiam esse sumendam sub vtraque specie, quòd Christus sub vtraque specie discipulis suis illam dedit, ineptè quidem colligunt. Nam si ex omnibus Christi factis in hoc sacramento (omitto alia eius facta) esset sumendum argumentum ad sic necessariò faciendum, Græci conficientes in fermentato, licitè non conficerent, quum (vt superiùs sub hoc titulo ostendimus) Christus in azymo confecerit: eos tamen licitè sic posse cõficere diximus. Rursum, si omnia quæ Christus in cœna sua peregit, cum corpus suum & sanguinem sub speciebus panis, & vini Apostolis suis dedit, essent nunc necessariò à sacerdotibus facienda, quando Eucharistiam alijs administrant, oporteret etiam necessariò pedes aliorum lauare ante hanc Eucharistiæ distributionem. Nam Christus ipse, vt ex euangelio constat, priùs discipulorum pedes lauit, quàm corpus suum, & sanguinem discipulis traderet. Nec solùm lauit, sed illis, vt similiter in posterum facerent, expressum mandatum dedit, sic inquit: Si ego magister & dominus laui pedes vestros, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodùm ego feci vobis, ita & vos faciatis. Hoc autem Christi mandatum, secundum faciem literæ, non minus cogit, quàm hæc verba domini, Bibite ex eo omnes. Verùm catholica Ecclesia non vitur hac ablutione pedum, quamuis olim illam habuerit in vsu, vt constat ex antiquis doctoribus, præsertim ex Cypriano, & Augustino. Quare autem hæc consuetudo prorsus inoleuerit, declarat beatus Augustinus, epistola. 119. quæ est ad Ianuarium de ritibus Ecclesiæ, capite. 18. sic inquit: De lauandis verò pedibus cū dominus hoc propter formam humilitatis, propter quam docendam venerat, commēdauerit, sicut ipse consequenter exposuit, quæsitum est quoniam tempore potissimum res tanta etiam facta doceretur, & illud tempus occurreret, quo ipsa commendatio religiosiùs inhaereret. Sed ne ad ipsum sacramentum Baptismi videretur pertinere, multi hoc in consuetudinem recipere noluerunt: nonnulli etiam de consuetudine auferre non dubitauerunt. Hæc Augustinus, qui satis apertè docet talem pedum ablutionem idèd fuisse reiectam, ne putaretur eam esse rebaptizationem. Existimauit enim Ecclesia multò melius esse illam externam ceremoniam omittere, quàm pertinaci illius retentione tam pessimi erroris dare occasionem. Præterea, si ad imitationem Christi essent omnia in hoc sacramento necessariò peragenda, non liceret ieiuno stomacho recipere Eucharistiam, quum CHRISTVS discipulis suis non ieiunis, sed cœnatis corpus suum dederit. Hoc autem, quod CHRISTVS tunc fecit, quamuis tempore sequenti aliquandiu seruatum fuerit, vt ex priori Pauli ad Corinthios epistola constat: postea tamen reiectum est, non ex sola consuetudine, sed ex præcepto sextæ generalis synodi, canone. 39. Hanc autem Ecclesiæ sanctionem laudat beatus Augustinus: & grauius reprehendit eos, qui hanc Ecclesiæ sanctionem arguunt, sic dicens in epistola ad Ianuarium, quæ est. 118. cap. 6. Illud magis mouere potuit homines, vtrum iam reiecti die illa, vel offerrent, vel sumerent Eucharistiam, quod in euangelio dicitur, Cū autem illi manducarent, accepit Iesus panem & benedixit, cum etiam superiùs dixisset, cū sero factum esset, recumbebat cū duodecim, & manducantibus eis dixit, Quoniam vnus est vobis me tradet. Postea enim tradidit sacramentum. Et liquidò apparet, quando primùm acceperunt discipuli corpus, & sanguinem domini, non eos accepisse ieiunos. Nunquid tamen propterea calumniandum est vniuersa Ecclesiæ,

A clesiæ, quòd à ieiunis semper accipitur? Et hoc enim placuit spiritui sancto, vt in honorè tanti sacramenti in os Christiani priùs dominicum corpus intraret, quàm exteri cibi. Nam idèd per vniuersum orbem mos iste seruat. Neq; enim quia post cibos dedit dominus, propterea pransi aut cœnati fratres ad illud sacramentum accipiendum cõuenire debent, aut (sicut faciebāt, quos Apostolus arguit & emēdat) mensis suis ista miscere. Nanq; saluator, quò vehementiùs cõmendaret mysterij illius altitudinē, vltimum hoc voluit infigere cordibus, & memoriæ discipulorū, à quibus ad passionē digressurus erat. Et idèd nō præcepit quo deinceps ordine sumeretur, vt Apostolis, per quos Ecclesiæ dispositurus erat, seruariet hunc locum: Nā si hoc ille monuisset, vt post cibos alios semper acciperetur, credo quod eū morē nemo variasset. Cū verò ait Apostolus de hoc sacramento loquēs, Propter quod fratres cū cõuenitis ad manducandum, inuicē exspectate: Si quis esurit, domi māducat, vt nō ad iudiciū conueniatis, statim subtegit, Cetera autem cū venero, ordinabo. Vnde intelligi datur, quia multū erat, vt in epistola totū illū agendi ordinē insinuaret, quē vniuersa per orbē seruat Ecclesia, ab ipso ordinatū esse, quod nulla morū diuersitate variatur. Hactenus Aug. In quibus verbis id potissimū inter alia annotare oportet, quantū Aug. tribuerit decretis Ecclesiæ, quā à spiritu sancto semper regi, firmissimè credit. Deinde nec liceret in calice aquam vino miscere, quoniam et si Christus pro sua sobrietate ita fecisse credatur, Euāgelistæ tamē nihil tale com memorant. At hi, cõtra quos nūc agimus, nihil recipere volūt quod nō sit in sacris literis expressum: quò sit vt aquā vino miscere nō debeāt, quia nullus Euāgelistarū expressit Christū in calice sancto aquā vino miscuisse. Vides iam satis (vt existimo) quod futile sit argumentū inde colligere nos esse obligatos ad præbendū laicis Eucharistiā sub vtraque specie: quod Christus sic porrexit Apostolis.

B. Omitto quorundā responsonē, assignantiū discrimē, quod Apostoli ordinati sunt sacerdotes à Christo per illa verba: Hoc facite in meā cõmemorationem. De his enim verbis non constat Christū facta cõsecratione immediatè ea dixisse, antequam Eucharistiā sub vtraque specie Apostolis dedit, vel post. Quòd si priùs dixit quàm dederit, constat eū sacerdotibus dedisse. Si verò verba illa Christus post datam illis Eucharistiā dixit, manifestum est illum non sacerdotibus tunc dedisse. Quòd mihi ex literæ decursu magis probatur. Nec tamen idèd (vt diximus) argumentum est efficax, vt sic nos facere obligemur. Quòd si alicui negotio illud argumentū deseruire potest, huic certè erit, vt credamus non esse contra euangelicam institutionem, Eucharistiam sub vtraque specie alijs etiam laicis porrigere, quod firmissimè fatemur. Nam olim per multa secula sic apud omnes catholicos vsitatum esse, ex multorū sanctorum scripturis didicimus. Sother, papa qui tertiusdecimus à beato Petro summus Ecclesiæ pōtifex fuit, sic ait: In cœna Domini à quibusdam perceptio Eucharistiæ negligitur, quæ quoniam eadem die ab omnibus fidelibus (exceptis his quibus pro grauissimis criminibus inhibuitur) percipienda sit, ecclesiasticus vsus demonstrat: cū etiam poenitentes eadem die ad percipiendam corporis & sanguinis dominici sacramenta reconcilientur. Hæc Sother papa. Quæ verba habentur, de Consecrat. Distinct. 2. cap. In cœna. Cyprianus martyr Sothere plus quàm vno seculo posterior, de eadem re testimonium reddit, qui in sermone de lapsis loquens de quadam puella à dæmone obsessa, quæ ad ipsum Cyprianum diuina celebrantem myteria, adducta fuerat, hæc ait: Vbi verò sollempnibus adimpletis calicem diaconus offerre præsentibus cœpit, & accipientibus cæteris locus eius aduenit, faciem suam paruula instinctu diuinæ maiestatis auertere, eos labijs obturantibus premere, calicem recurrere. Perstitit tamē diaconus, &, reluctanti licet, de sacramento calicis infudit. Tunc sequutus singultus, & vomitus. In corpore atque ore violato eucharistia permanere non potuit.

tuit. Sanctificatus in domini sanguine potus de pollutis visceribus erupit, tanta est potestas domini, tanta maiestas. Hæc Cyprianus. Augustinus Cypriano posterior huius ecclesiastici vsus testimoniū reddit, sic inquit: Quum frangitur hostia, dum sanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud quam dominici corporis in cruce immolatio eiusque sanguinis de latere effusio designatur? Hæc Augustinus. Et habentur, De consecrat. distinct. 2. in cap. Quum frangitur. Hanc consuetudinem fuisse adhuc in ecclesia tempore beati Gregorij papæ, constat ex his quæ ille in quadam homilia paschali refert. Sic enim ad populū loquens, ait: Quid sit sanguis agni, non iam audiendo, sed bibendo didicistis: qui sanguis super vtrumque postem ponitur, quando nō solū ore corporis, sed etiam ore cordis hauritur. Hæc Gregorius, & habentur De consecrat. distinct. 2. in cap. Quid sit. Et huius rei aliquando in ecclesia catholica factæ, historia tripartita meminit. In huius nanque historia cap. trigesimo libri noni, vnus ex ijs tribus autoribus ex quorum fragmentis consarcinatis tripartitæ nomen accepit, nempe Theodoretus, enarrans verba beati Ambrosij quibus Theodosium excommunicauit propter immensam crudelitatem quam Thessalonica exercuerat, & qualiter eum ab ingressu templi prohibuit, sic ait: Quibus igitur oculis aspicias cōmunis domini templum? Quibus calcabis pedibus sanctum illius pavementum? Quomodo manus extendes, de quibus sanguis adhuc stillat iniustus? Quomodo huiusmodi manibus suscipies sanctum Domini corpus? Qua temeritate ore tuo poculum sanguinis preciosi percipies, quando furore verborum tuorum tantus iniustus est sanguis effusus? Recede igitur, recede, nec altero peccato priora crimina augere contendas. Hæc ibi. Ex quibus verbis duo annotanda sunt. Primum est, olim laicis eucharistiam dari in manus: quod cum ex alijs historijs, tum etiam ex hoc loco colligitur. Sic enim dixit: Quomodo huiusmodi manibus suscipies sanctum domini corpus? Secundum est, laicos sub specie vini eucharistiam tunc recipere. Postquam enim de susceptione corporis dixerat, subdidit: Qua temeritate ore tuo poculum sanguinis preciosi percipies? Nisi forte quis dicat Theodoretum hunc presentis historiae autorem Græcum fuisse atque ob id eam more suo narrasse, quod Græcis (vt diximus) mos sit eucharistiam sub vtraque specie sumere. Hoc colligitur ex eis aliquando factum fuisse, quod tamen ecclesia re postmodum bene circumspecta deleuit, nec immerito, cum ad hoc faciendum nec autoritas nec causa illi deesset. Causæ quidem ad id tollendum plurimæ subsunt. Prima, numerosa fidelium multitudo indes crescens, propter quam communicandam periculum erat effusionis sanguinis, quod in præcedente tempore propter populi paucitatem non adeo timendum erat. Altera huic proxima, delatio vini ad loca distantiora pro communicandis infirmis, quo casu timendum valde erat ne inopinato deferentis lapsu sanguis effunderetur. Nam ob aliam similem causam, cum olim communio sub vtraque specie laicis daretur, sanguinem domini a diacono fuisse fufum, in vita sancti Donati episcopi & martyris legitur, vbi hæc verba habentur: Cumque die quadam missam celebrasset populo, & de corpore Christi venerabiliter recrearetur, diaconus sanguinem sacrum populo tradens cecidit, & sanctum calicem comminuit. Hæc ibi. Deinde ne vinum pro infirmis conseruatum vertatur in acetum, quod plurimum contingere solet. Quarta ratio est, quod apud plerasque gentium nationes magna est vini raritas, ob quam difficillimum esset, & aliquando impossibile vt sub vini specie totus populus communicaret: quoniam vinum deesset quod tantæ multitudini sufficeret. Et quod præ his omnibus magis curandum erat, ne scilicet homines hac occasione in eum ducerentur errorem, vt crederent sub vtraque eucharistia specie non æquè totū Christum contineri, sicut de quibusdā, nempe Nestorianis, dicitur in hunc errorem lapsos

August.

Gregorius.

Causæ tollende communionis sub vtraque specie. Prima. Secunda.

Tertia. Quidam.

Quarta.

Nestorian.

lapsos fuisse. Quò fieret, vt cum laboranti in extremis species vini propter quasdam vrgentes causas subtraheretur, suspicaretur se non integrè communicatum. Causæ ergo suppetunt, eaque non contemnendæ: nec autoritas defuit. Nam si ex hoc quòd Christus communicauit semel discipulis sub vtraque specie, fatetur illud licitè fieri posse, si ecclesia non prohiberet: ergo si ostendamus Christum in vna tantū specie eucharistiam aliquando discipulis communicasse, fateri etiam oportebit hoc ipsum etiam licere, eucharistiam videlicet sub vna tantum specie populo communicare, præcipuè quum constet de Apostolis post Christum aliàs id fecisse. De Christo patet. Nam Lucas enarrans historiam discipulorum euntium in castellum, quod dicitur Emaus, quibus Christus resurgens factus est obuiam, ait: Et factum est dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis, & aperti sunt oculi eorū, & cognouerunt eum, & ipse euauit ex oculis eorū. Hunc autē panem fuisse eucharistiā ex eo cōstare potest, quod dicit, benedixit, ac fregit. Nunquā enim aliter consecratio illa in Euangelio, nec in Epistolis Pauli nominatur, nisi benedictio. Et cognouerunt eū in fractione panis, quippe quòd viderint modū obseruantem, quē in coena vltima tenuerat, quū apostolis suum corpus porrigebat. Verū ne ista sic dicta nostræ fallaci suspitioni imputentur, grauissimos autores sic sentientes citabo. Theophylactus itaque hunc Lucæ locum exponens ait. Et quando permittit, tunc aperiuntur oculi eorum, & agnoscunt eum. Insinuatur & aliud quiddā, nempe quòd oculi eorum qui benedictū panem assumant, aperiuntur vt agnoscant illum. Magnā enim & indicibilem vim habet caro domini. Hæc Theophylactus. Hoc etiam testatur August. in 3. lib. de consensu Euangelistarum, sic inquit: Non incōgruenter accepimus hoc impedimētum in oculis eorum a Sarana factum fuisse, ne agnosceretur Iesus, sed tamen a Christo facta est permissio vsque ad sacramentum panis, vt vnitatem corporis eius participata, renoueri intelligatur impedimentum iniuicæ, vt Christus posset agnosci. Hæc Augustinus. Huius sententiæ est Chrysostomus Homilia. 17. super Matth. atque idem asserit Beda super Lucam. Quorum verba, vt prolixitatem fugerem, in medium adferre contempsi. Cum ergo Christus tunc sacramētum dedit, panem solū Lucas commemorat dedisse, nullam vini faciens mentionem. Esto, Christus tunc corpus suum non dedit, quoniam de hac re nihil definire volo: Apostoli tamen hoc idem vsurparunt. Nā in Actis Apostolorum dicitur de his qui conuersi fuerant per Petri prædicationem, quòd erant perseverantes in doctrina Apostolorum, & communicatione & fractione panis, & orationibus. Vides hic nullam vini factam mentionem. Et alibi in eodem libro dicitur: Vna autem sabbati, cum conuenissemus in crastinum ad frangendum panem, Paulus disputabat cum eis profecturus in crastinum. Neque hic aliqua de vino facta est mentio. Nec solū tempore Apostolorum, sed etiā longè in posterum seruatum fuisse ritum de cōmunionem sub vna tantū specie ex varijs testimonijs conuincere possumus: nam beatus Cyprianus in epistola ad Antoninum, quæ est secunda libri quarti, refert presbyteros qui in fide defecerant, & postea resipiscebāt, non solere recipi ad cōmunionem sacerdotalem, sed tantū ad cōmunionem laicam, quæ alia nō potest esse nisi illa quæ datur sub vna specie tantū: quoniam nulla alia potest esse differentia, inter laicam & sacerdotalem cōmunionem, nisi quòd laicus sub vna tantum specie communicat, sacerdos verò sub vtraque. Et huius rei testimonium etiā apertum præbet beatus Ambrosius, qui de laicorum cōmunionem differens, nulla prorsus vini mentione facta, solū panem commemorat. Et ideò in oratione funebri fratris sui Satyri, asserit (vt in proxima præcedenti hæresi citauimus) illum gestasse sacramentum eucharistia in libello precum suarum, & ab illo fuisse seruatum in naufragio. Ex quo apertè colligitur alteram sacramenti

Luc. 24.

Theophyl.

August.

Act. 2.

Act. 104.

Cyprianus.

Ambros.

menti speciem ab altera separatam, tunc fuisse traditam. Est adhuc aliud exemplum, quod in proxima etiam præcedenti heresi ob aliam causam narrauimus, & quia huic proposito ob alium finem maximè suffragatur, ided illud repetere oportet. In historia tripartita libro. 6. refertur, quòd cum puer quidam nomine Serapionis, qui iam morti appropinquabat, peteret à presbytero Eucharistiam, presbyter illam puero tradidit, vt ad infirmum portaret: quia ille propter nostris intemperiem & suam imbecillitatem ad infirmum venire non potuit. Et in hoc euentu solam speciem panis puero fuisse traditam refert historia illa, nullam profus sanguinis mentionem faciens. Deinde Leo papa huius nominis priuus in quodà decreto, & in sermone quarto de quadragesima præcipit vt communio non fiat sub vna tantum specie, propter hæresim Manichæorum, & aliorum, qui prædicabant Christum assumpsisse corpus phantasticum sine sanguine, & ob eam causam contendebant, eucharistiam sine sanguine esse sumendam. Ex quo Leonis decreto apertè conijcitur ante Leonem papam fuisse consuetudinem communicandi sub vna tantum specie laicos, & illam decreto Leonis fuisse sublatam: & à tempore illo ob iustam causam incepisse consuetudinem communicandi sub vtraque specie: quæ postea tempore aliquanto durauit, sed ob aliàs multas causas denique sublata est. Si ergo Christus semel discipulis suis in vna tantum specie communicauit: si apostoli alijs etiam in vna tantum specie sæpè communicarunt, si consuetudo illa per multa tempora postea in ecclesia seruata est, conuincitur, minimè ex Christi præcepto Christianos omnes obligari ad sumendum sub vtraque specie. Adde quòd in Ioan. 6. cap. in quo de hoc sacramento fit mentio, sæpè fit memoria panis, nunquam autem memoria vini. Nam etsi de sanguine fiat mentio, non tamen vt sub specie vini sumendus est. Deinde vna earum petitionum, quæ in oratione dominica memorantur apud Matthæum, est de hoc sacramento sub his verbis: Panem nostrum super substantialem da nobis hodie: in qua nulla de specie vini fit mentio. Præterea figuras huius sacramenti, quæ cū multæ sint, rarissimæ tamen in specie vini, sed omnes ferè in specie cibi præcesserant, vt de manna, & agno paschali, & panibus propositionis. Quòd autem in Genesi dicitur, Melchisedech panem & vinum obtulisse, figura quidem fuit huius sacramenti sub vtraque specie, non tamen in plebeo homine, sed in vero dei sacerdote: quoniam intelligendum est, non quod illa obtulerit Abraham (Nam vt illa porrigerentur Abraham, non erat necessarius Christi sacerdos) Sed quod illa obtulit Deo, gratias ei reddens pro victoria, quam Abraham de inimicis habuerat. Cum ergo tot testimonijs comprobetur nullum esse de hac re diuinum præceptum, vt omnes videlicet Christiani sub duplici specie eucharistiam sumant: quid prohibet ecclesiam statuere vt laici ad vnam tantum speciem ardeantur, præcipue cum ad id statuendum tot vrgentes causæ subsint, & nullum inde in commodum sequatur? Est ergo constantissimè fatendum ecclesiæ vsus hactenus obseruatum de communione sub vna tantum specie laicis præstanda, sacris literis minimè difformem, quinimò iustum verèq; catholicum esse. Quapropter Græci, Bohemi, & Lutherani oppositum asserentes, hæretici consendi sunt, ac velut tales euitandi. Sed neque in his amplius iam remorari decet letorem, cum à pluribus concilijs fuerit iam hæc causa definita. Concilium namque Constantiense sessione. 13. per hæc verba definit: Et sicut hæc consuetudo ad euitandū aliqua pericula & scādala rationabiliter introducta, quòd licet in primitiua ecclesia huiusmodi sacramentū reciperetur à fidelibus sub vtraque specie, postea à conscientibus sub vtraque specie, & à laicis tantummodo sub specie panis suscipiatur: cum firmissimè credendū sit, & nullatenus dubitandum, integrum Christi corpus & sanguinè ram sub specie panis, quam sub specie vini veraciter contineri, vnde cum huiusmodi consuetudo ab ecclesia & sanctis

Matth. 6.

Genes. 14.

Concilium
Constantiense.

A sanctis patribus rationabiliter introducta, & diutissimè obseruata sit, habèda est pro lege, quam non licet reprobare, aut sine ecclesiæ autoritate pro libito mutare. Quapropter dicere quòd hanc consuetudinem aut legem obseruare, sit sacrilegium aut illicitū, ceteri debet erroneū: & pertinaciter asserentes oppositum præmissorū, tanquam hæretici arceudi sunt, & grauiter puniendi per diocæsanos locorū. Hæc concilium Constantiense. Et conciliū Basiliense, in quo longius hæc res cum Bohemis disputata est, hanc eandem præfati concilij sententiam sessione trigesima confirmat. Si quis autem à me petat, quando cōmunio sub vtraq; specie inter laicos deserit, ego (vt ingenuè loquar) ignoro: Nam, etsi in re hac iuestiganda omnem adhibuerim diligentiam, apud nullum tamen scriptorē potui huius rei inuenire initium, neq; vllam ante Concilium Constantiense inuenio de hac re ecclesiæ definitionē. Credere igitur par est ex communi fidelium populorū & orthodoxorū præsulum tacito consensu, receptam esse sub vna tantum specie cōmunionem. Quando autem primū incepit, mihi nō constat. Contra hanc hæresim scripsit olim (vt Ioannes Trithemius testatur) quidā Ioan. Hagen Carthusiensis. Postea hoc nostro tempore multi scripsisse feruntur, è quibus vidi Casparum Sagerum in suo scrutinio diuinæ scripturæ, & Episcopum Rossensem, qui in eo opere, quod contra omnes Lutheri errores ædidit, vnum de hac re integrum fecit articulum: & Iodocum Clichthouæum in eo cōpendio, quod fecit veritatū in cōcilio Senonensi definitarum. Albertus Pighius in lib. controuersiarum Ratisponæ habitarum, controuersia septima.

Concilium
Basiliense.

E V N V C H V S.

B Vit quædā non minùs crudelis & temeraria, quàm erronea sententiā quorundam dicentium esse necessarium ad Deo bene seruiendū, vt quisque castratus & eunuchus sit. Huius heresis autores (vt August. lib. de heresibus. cap. 37. ait) fuerunt quidā nominati Valesij, qui non solum seipos, sed etiā eos quos hospitio recipiebant, castrabant, credentes sic Deo se debere seruire. Hic error satis apertè conuincitur per id, quòd vnum ex legis præceptis est, vt neminè occidamus. Quo præcepto non solū prohibetur (vt ipsamet veritas exposuit) occisio, sed omnis res quæ ad illam quoquo modo tendit. Nam sicut in præceptis affirmatiuis non solum præcipiuntur res illic expressæ, sed illis præceptis etiam mandantur res illæ, sine quibus aliæ non possunt haberi: ita in præceptis negatiuis, hoc est, in prohibitionibus, non solū prohibentur illæ res ibidem expressæ, sed etiam interdiciuntur aliæ omnes res, quæ ad illas maximè impellunt, & latam viam aperiunt. At certum est eum qui castratur, aded periclitari, vt tunc maximè dubia sit eius vita. Vidi enim ego ipse quendam castrari à chirurgo, vt vel sic morbū alio qui incurabilem depelleret, qui tamen ex ea sola occasione mortuus est. Cū ergo tam periculosum sit castrare aliquem, vt verisimiliter de morte illius agatur, cum castrandus est, conuincitur inde vt talis castratio eodem præcepto sit prohibita, quo prohibetur hominis occisio. Nec erit vnquam licita, nisi causa salutis adipsicendæ, quam alia faciliori via assequi non possit. Præterea, si necessarium esset vt omnes castrarentur, coniugia perirent, quæ Deus approbavit, præcipiens vt nullus dimittat vxorem suam, excepta causa fornicationis. Et Paulus iubet virum reddere debitum vxori, vt videlicet inuicem non fraudentur. At quomodo vir castratus poterit vxori debitum persoluere, cum talis debiti solutio non alio modo fiat, quàm per carnalem coitum? Rursum, si oporteret omnes viros castrare, citissimè humanum genus finiret, non ex dei præcepto & voluntate, se ob defectum pro-

Matth. 19.
1. Cor. 7.

ctum propagationis. Sed huic sententiæ obuiat præceptum domini dicentis: **C**rescite & multiplicamini. Quod præceptū in mundi exordio propter generis humani multiplicationē obligauit omnes: nunc autē cū iam sit satis propagatum, & latē diffusum, non obligat, nisi necessitas vrgeret, vt si fortē humanū genus esset ex aliquibus calamitatibus ad tantā paucitatē redactum, vt necesse esset ad eius conseruationē homines misceri mulieribus. Eo enim casu instāte, tunc præceptū illud de multiplicatione speciei humanæ fortē vires suas resumeret, & æquē obligaret, sicut à principio institutionis humanæ. Nam hac sola ratione filia Loth coeuntes cū patre, excusantur à peccato incestus, quia videlicet credebant post incendiū Sodomæ & Gomorrhæ omnes homines perijisse, neque alium præter earum patrē superstite esse. Tantam enim sancti viri putarunt esse illius præcepti vim, vt etiā ad patris cū filia cōcubitum extendi existiment propter vitanda generis humani deletionē. Beatus siquidem Irenæus lib. 4. aduersus hæreses, cap. 51. de filiabus Loth loquens, sic ait: Illæ quidem filia secundū simplicitatem & iuocentiā putantes vniuersos homines perijisse, quemadmodū & Sodomitæ, & vniuersam terrā iracundiam Dei superuenisse, dicebant hæc. Quapropter & ipsæ excusabiles sunt, arbitantes se solas relictas cū patre suo ad conseruationē generis humani, & propter hoc circumueniebāt patrem. Hæc Irenæus martyr. Eidē subscribit Origenes, qui Homilia. 5. super Genesim ait: Quamuis grande eis crimē videretur furari concubitus patris, grauior eis tamen videbatur impietas, si humanæ (vt putabant) posteritatis spe seruata castitate delerent. Propter hoc ergo consiliū ineunt, minore (vt ego arbitror) culpa, spe tamē argumentoq; maiore. Patris mœstilitiam vel rigorē vino molliunt & soluunt. Singulis ingressæ noctibus, singulæ suscipiunt ab ignorante conceptū. Vtrāq; nō repetunt, nō requirunt. Vbi hīc libidinis culpa? Vbi incesti crimen arguitur? Quomodo dabitur vitio, quod nō iteratur in facto. Hęc **D** Origenes. Tamē B. August. lib. 22. contra Faustum, cap. 43. aliquā illis fœminis culpam tribuit, dicens: Et porius quidem nunquā esse matres, quā si vti patre debuerunt. Sed quamuis illas peccasse censeat Augustinus, tamen illas valde excusat, quia videlicet non ardor libidinis motæ, sed solū propter conseruationem humani generis fecerunt, credentes humanum genus tunc perire, si ipsæ patre suo non vterentur. Et hoc quidem pro nostro testimonio satis est: quoniam si illa voluntas conseruandi genus humanū per coitum bona nō esset ex se, nullo modo potuisset illas à tanta malitia liberare, quantum illis incoestus talis constare potuisset. Eucherius Lugdunensis episcopus lib. 2. super Genesim, Origenis sententiam tuetur, & eisdem verbis quibus Origenes, nec vno mutato verbo. Accedit ad hæc, quod Dominus in Euangelio non cōmendauit natos eunuchos ex vtero matris suæ, nec eunuchos qui facti sunt ab hominibus: sed eos cōmendauit eunuchos qui se castrauerunt propter regnum cœlorum. Hæc autem castratio nō sic est accipienda, quod membra virilia refecerentur: quoniam si tales eunuchos Christus laudasset, eadem ratione etiam laudasset illos qui ab vtero matris nati fuissent eunuchi, aut qui ab hominibus facti sunt eunuchi, quod non fecit. Præterea illo modo et si opus venerit omnino abigatur, non tamen tollitur illius operis mala voluntas, quæ maximē vitanda erat: cū ab ea omnis bonitas aut malitia exterioris operis pēdeat. Noui ego hominē, à quo membrum virile ob virgentem infirmitatem fuerat abscissum, qui tamen (vt ipse postea fatebatur) vehementem carnis pruritem patiebatur, & sæpē dolebat se non posse exequi quod caro cōcupiscebat. Quid ergo illi proderat castratum fuisse? Certē parum proderat animæ suæ salutē, cum libidinis ardor carnem vreret, & praua voluntas intra secreta animæ adhuc latitaret. Abiant ergo Valisij, & animas suas à praua volūtate castrant, & corpora intacta relinquunt.

EXCOM-

EXCOMMUNICATIO.

A Quasi semel hostem alicuius se declarauit, quacunque re potest, nocere illi procurat, & omnem illius potestatem minuere, & funditus, si potest, tollere conatur. Quod in Viclephistis, & Hussitis, & Lutheranis facile est agnoscere: quoniam hi omnes, velut viperarum genimina, matris suæ ecclesiæ viscera rodere nunquam cessant: & cum in ea per baptismum fuerint nati, ab ea per hæresim exeuntes, illam occidere volunt, omnem ab illa potestatem auferentes. Inter alia ergo quæ ab ecclesia separare nituntur, est potestas excommunicandi. Dicit enim Vicleph excommunicationem à papa aut quocunq; ^{Vicleph,} alio prælato inflictam, non esse timendam: quia est censura (vt dicit) Antichristi. Et Ioannes Huss asserit clerum suppeditare laicos per excommunicationē ^{Ioannes} & alias censuras. Lutherus autē muros Hiericho iam destructæ reedificare tentans, ait excommunicationem non solum non esse timendam, sed cum gaudio recipiendam & procurandam. Vt ergo istorum ora obstruamus, ex sacris literis ostendamus ecclesiā habere potestatem excommunicandi: deinde enarrabimus incommoda quæ excommunicato eueniunt propter solam excommunicationem, vt vel sic agnoscat Lutherus quantum sit timenda. Potestatem excommunicandi tribuit Christus ecclesiæ, cum apud Matth. ait: Si peccauerit ^{Matth. 18.} in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum: Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum: Si autem te nō audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos, vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ. Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Quid autem est dicere, sit tibi sicut ethnicus? Idem certē est **B** ac si dixisset, nullam prorū cū eo habeto cōmunionem, quoniā cōmunionem cum infidelibus, est Christianis intardicta. Vnde Paulus ait: Quæ pars fidelis cū ^{1. Cor. 6.} infideli: Et beatus Ioannes in sua secunda epistola ait: Si quis venit ad vos, & hanc doctrinā non habet, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue, cōmunicat operibus eius malignis. Ecce prædixi vobis, vt in die domini non cōfundamini. Quod ergo fuit populo Israël Chanaanus, hoc est homini Christiano homo infidelis. Cū ergo dixit, sit tibi sicut ethnicus, idem est ac si dixisset, cum illo non esse comunicandum. Vt autem sententiam ecclesiæ excommunicantis aliquem, ratam & firmam esse nullus dubitaret, addit: Amen dico vobis, quæcunq; alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlis: & quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta & in cœlis. Quæ verba exponens beatus Hieronymus in cōmentarijs super Mattheū, ait: Quia dixerat, si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus, & poterat contemptoris fratris hæc occulta esse responsio, vel tacita cogitatio, si me despicias, & ego te despicio: si tu me condemnas, & mea sententia condemnaberis: potestatem tribuit Apostolis, vt sciat qui à talibus condemnantur, humanam sententiam diuina sententia roborari: & quodcunq; ligatum fuerit in terra, ligari pariter & in cœlo. Hæc Hieronymus. Vides hic Hieronymum tribuentem ecclesiæ potestatem excommunicandi, & hoc non ex suo cerebro (quemadmodum hæretici faciunt) sed ex verbis Euangelij, quæ de illa potestate censet esse intelligenda. Hieronymo cōsentit Chrysostomus, qui exponens illa Matthei verba, ait: Vide qualiter duplicibus colligauit necessitatibus, & pœna quæ hic est, scilicet proiectione ab Ecclesia, sit tibi sicut ethnicus & publicanus: & supplicio futuro, quod est esse ligatum in cœlo. Hæc Chrysostomus. Christianus Druthmarus super Mattheum idem dicit, & ferè eisdem verbis, quibus Hieronymus: ideo nō fuit opus ea repetere, sed satis est indicasse lectori. Eandē etiam sententiam docet Urbanus papa ^{1. Ioan. 10.} & mar-

& martyr in epistola de communi vita & oblatione fidelium. In ea enim epist. postquam inhiuit ne ecclesiae facultates caperentur in alios vsus conuertenda, & cuiunq; diripienti excommunicatione minatus, ne talem excommunicationem aliquis vilipenderet, ait: **Quod autem sedes episcoporum in ecclesijs excelsa constituta & preparata inueniuntur vt thronus, speculationem, & potestatem iudicandi & soluendi atque ligandi à domino sibi datam materiam docent.** Vnde ipse Saluator in Euangelio ait: **Quaecunque ligaueritis super terram, erunt ligata & in caelo.** Et quaecunque solueritis super terram, erunt soluta & in caelo. Et alibi: **Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.** Ideo ista praerulimus charissimi, vt intelligatis potestatem episcoporum vestrorum, in eisq; dominum veneremini, & eos vt animas vestras diligatis, & quibus illi non communicant, non communicetis: & quod eiecerint, non recipiatis. Haec Urbanus papa & martyr, cuius epistola habetur in eo volumine, in quo sunt omnium conciliorum decreta coaceruata. Hos autem doctores citauit, vt videat Lutherus qualiter illum Euangelij locum sacri doctores sint interpretati, ex illo colligentes, ecclesiam habere potestatem excommunicandi. Verum & si talem potestatem praelati ecclesiastici habeant, non tamen debent illam temere & pro leuissima culpa infligere: quoniam cum sit acerbissima punitio, nullus ex poena debet plecti, nisi pro crimine letali, nec pro quolibet tali, sed (vt patet ex contextu literae euangelicae) pro solo illo, cui est admixta pertinacia. Vnde Leo papa huius nominis primus in epistola ad episcopos per Viennensem prouinciam constitutos, quae est. 67. sic ait: **Nulli Christianorum facile communicatio denegetur, nec ad indignantis fiat hoc arbitrii sacerdotis, quod in magni reatus vitionem inuitus & dolens quodammodo debet animus vindicantis.** Cognouimus enim pro commissis & leuibus verbis quosdam à gratia communionis exclusos, & animam pro qua Christi sanguis effusus est, irrogatione tam saevi supplicij fauciatam, & inermem quodammodo exutamq; omni munimine diabolicis incurribus, vt facile caperetur, obiectam. Certè si quando causa talis emerferit, vt pro commissi criminis qualitate aliquem iuste faciat communionem priuari, is tantum poenae subdendus est, quae reatus inuoluit, nec participes esse debet supplicij, qui consors non docetur commissi. Haec Leo papa. Ex cuius verbis multa sunt quae postmodum annotabuntur. Quod autem nostro proposito seruit, est, excommunicationem non esse irrogandam alicui nisi pro culpa, eaq; graui. Prius enim quam aliquis excommunicetur, discutienda est criminis qualitas. Quod si in eo crimine inuentus fuerit, corrigendus est, & omnibus vijs ad poenitentiam induendus. Et si monitiones contemnens poenitere noluerit, nec ad rectum tramitem redire, tunc merito excommunicandus erit, vt vel sic confusus & erubescens respiscat. Nam hic est vnus finis, propter quem aliquis excommunicari debet, propter suam, excommunicati videlicet, utilitatem. Vnde beatus Paulus de Corinthio illo loquens, qui cum nouerca sua coibat, sic ait: **Iudicauit tradere huiusmodi hominem Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi.** Vides qualiter traditur Satanæ, vt scilicet spiritus saluus sit. Et in priore ad Timotheum epistola dicens aliquos circa fidem naufragium passos esse, subdit: **Ex quibus est Hymeneus & Alexander, quos tradidi Satanæ, vt discant non blasphemare.** Et in posteriore ad Thess. epist. ait: **Quod si quis non obedit verbo nostro per epistolam, hunc notate, & ne commisceamini cum illo, vt confundatur.** Primò ergo per excommunicationem prospicitur ipsius excommunicati utilitati, vt videlicet cum viderit se à communionem fidelium eiectum, vel sic confusus poeniteat male actorum. Saepissimè namq; compertum est vt excommunicatione aliquis coactus, emendet quae prius malè gesserat. Cuius rei cum plurima possint adferri exempla,

A exempla, illud omnium maximum est quod narratur. 9. lib. historiae tripartitae, cap. 30. de Theodosio imperatore, qui ob crudelem multorum hominum caedem Thessalonicae illius iussu factam, ab Ambrosio Mediolanensi episcopo excommunicatus est, & ab ingressu ecclesiae prohibitus. Hanc excommunicationem imperator patienter tolerans, eò quod iuste sibi inflictam cognouit, octo continuis mensibus ab ingressu ecclesiae abstinuit, domiq; manens, sletibus & gemitibus poenitentiam pessimi sceleris agebat, veniamq; à domino postulabat. Quod Ambrosius plenè cognoscens, post illos octo menses ecclesiae communionem illi dedit. Propter hoc autem factum nunquam imperator fuit aduersus Ambrosium etiam alijs irritantibus indignatus: imò postea de hac re Ambrosium Constantinopoli laudauit. Multum certè profuit Theodosio excommunicatio illa, quae illum ad peccati sui cognitionem adduxit, & illius poenitentiam agere coegit. Felix enim est necessitas quae nos ad meliora perducit. Et propter hanc causam vocatur excommunicatio medicinalis, quia finis eius est mederi peccatori morbo peccati laboranti. Erit namq; medicinalis excommunicatio, si eam contempserit, sed potius confusionem suam aspiciens, emendet quae malè prius egerat. Si autem contemnens excommunicationem, poenitere negligat, tunc excommunicatio non est illi medicinalis, sed letalis. Verum etsi letalis sit, non tamen propter hoc excommunicatio reuocanda est, quoniam excommunicans non solum consulit utilitati ipsius excommunicati, sed etiam incolumitati totius reliquae communionis. Quia enim vnus pecus morbidum inficit omne pecus: idè pecus infectum sequestratur, ne reliquas actu suo inficiat oues. Nec propter hoc pastor iudicatur crudelis, sed pius: imò crudelis & secors & ignauus esset censendus, si hoc non faceret. Vnde beatus Ambrosius libro secundo, de offic. cap. vigesimo septimo sic ait: **Cum dolore amputatur etiam quae putruit pars corporis, & diu tractatur, nisi potest sanari medicamentis: si non potest, tunc à medico bono abscinditur.** Sic episcopi affectus bonus est, vt optet sanare infirmos, seipsetia auferre huiusmodi, adurere aliqua, non abscindere: postremò quod sanari non potest, cum dolore abscindere. Haec Ambrosius. Non ergo (vt Lutherus objicit) crudelis est censenda mater ecclesia, eò quod filium suum tam saeuo supplicio punit, quia ad filij utilitatem facit, quam si filius contempserit, consulit incolumitati aliorum, quia videlicet mauult, & rectè vnū perdere, quam omnes. Ex his ergo omnibus satis patet ecclesiam habere potestatem excommunicandi, & in quos, & propter quae finem talis excommunicatio est exercenda. Praeter haec omnia ad eandem rem confirmandam, non paruum, imò maximū pondus habet totius vniuersalis ecclesiae antiqua consuetudo, quae per scripta & decreta summorum pontificum & sanctorum & doctissimorum cognoscitur. Deinde plurimum conciliorum decreta hodie extant, quibus dicitur: Siquis tale aut tale fecerit, excommunicetur, aut priuetur communionem, aut anathema sit: quod idem est. Postremò in Concilio Constantiensis sessione octaua condemnantur. 45. assertiones Ioannis Vvicleph, quarum vna est haec: **Nullus praelatus debet aliquem excommunicare, nisi prius sciat eum esse excommunicatum à Deo: & qui sic excommunicat, eò haereticus ex hoc, vel excommunicatus.** Et alia assertio eius ita habet: **Excommunicatio papae & cuiuscunq; praelati non est timenda, quia est censura Antichristi.** Quae propositiones cum alijs eiusdem vna super omnes lata sententia damnatae sunt. Nunc ergo opus est vt ostendamus qui sint huiusmodi excommunicationis effectus, vt Lutherus agnoscat illam non esse (vt ait) optandam, sed maximè fugiendam. Primò ergo excommunicatus traditur Satanæ, vt ab eo facilius & liberius torqueatur. Nam etsi propter peccatum ante excommunicationem iam sit in demonis potestate, quia seruus demonis per peccatum est factus: tamen per excommunicationem maiorem in eo habet demon potestatem, vt facilius pro sua libidine illum tor-

quere possit. Ante excommunicationem enim, etsi per peccatum claritatem amiserat, quapropter Christo non est viuaciter coniunctus, non tamen ab eo est profusus separatus: quoniam per fidem nonnullam habet vnionem: quemadmodum membrum aridum carens vita, quod corpori per nervos & pellem coniungitur, & aliquantulo fouetur corporis calore. Et propter hanc fidem & coniunctionem particeps est orationum communium, quæ ab ecclesia fiunt. Et propterea dæmon nõ tantam potestatem in eum habet, vt pro sua libidine illum vexet, quoniã resistit virtus reliquorum membrorũ, quibus est per fidem coniunctus. Post excommunicationem verò destituitur hoc auxilio, & à corpore magis separatur, & sic dæmon potest eum facilius quàm antea torquere. Certum enim est, quòd is qui in sordibus est (vt est in Apocalypsi) sordescere potest adhuc: quemadmodum qui iustus est, iustificari potest adhuc. Ita qui in dæmonis erat potestate, potest adhuc magis illius potestate subdi. Ioannes siquidem refert dæmonem intrasse in Iudam post acceptam buccellam panis, & tamẽ ante acceptam buccellam iam diabolus erat in eo: quia Ioannes antea dixerat quòd diabolus miserat in cor Iudæ, vt traderet Christum. Ecce diabolus qui iam Iudam possederat, iterum intrat in eum, maiorem in eum accipiẽs potestatem. Sic etiam est in excommunicato, qui per peccatum ante excommunicationem iam erat possessus à dæmone, seruus eius effectus: post excommunicationem verò maiorem in eum dæmon accepit potestatem. Non enim iam fouetur à corpore, vt antea: quia nec iam bonorũ Ecclesiæ est particeps, nec illi profunt communes ecclesiæ orationes, nec pro illo publicas & solennes preces fundere licet. Cuius rei hoc manifestum est testimonium, quòd cũ in die pasceus ecclesia oret pro omnibus, etiã pro Paganis, pro solis tamen excommunicatis, qui publicè denunciati sunt, non orat. Quòd si talibus auxilijs destituitur excommunicatus, verosimile est vt maiorem in eum dæmon habeat potestatem quàm ante excommunicationem, etiam si in peccato fuisset. Hoc autem testimonio Pauli comprobatur. Nam certum est Corinthium illum, qui patris uxorem acceperat, tunc possessum esse à diabolo: tamẽ Paulus iudicauit illum tradere Satanæ. Et de Alexandro & Hymeneo, qui à vera fide errauerant, testatur se illos tradidisse Satanæ. Vnde clarè patet Paulum tradidisse Satanæ eos qui iam à diabolo possessi erant. Sed si ab eo possidebantur, quomodo illos tradit dæmoni, & cur? Certè qui possidebantur, non profusus sub illius ditione erant, & ideò tradit vt magis sint illi subiecti, & liberius illos possit torquere. Vt autem clariùs pateat hæc veritas, & hanc esse verborũ Pauli sententiam, aliquorum sanctorum testimonia proferam. Pro qua re maximè facit illud, quod supra ex epistola. 67. Leonis papæ citauimus. Eius postrema verba sunt hæc: Cognouimus enim pro commissis & leuibus verbis quosdam à gratia communionis exclusos, & animam, pro qua Christi sanguis effusus est, irrogatione tam sæui supplicij sauciatam, & inermè quodammodo, exutamq; omni munimine, diabolicis incuribus, vt facilè caperetur, obiectã. Hæc Leo. Quibus verbis etsi reprehendat eos qui temerè excommunicationem inferunt, tamen satis apertè declarat hunc quem diximus excommunicationis effectum. Beatus Augustinus in libro de verbis Apostoli, sermone. 68. eadẽ docet sententiam, sic dicens: Omnis Christianus dilectissimi, qui à sacerdotibus excommunicatur, Satanæ traditur. Quomodo? quia scilicet extra ecclesiam diabolus est, sicut in ecclesia Christus: ac per hoc quasi diabolo traditur, qui ab ecclesiastica cõmunionem remouetur. Vnde illos, quos tũc Apostolus Satanæ esse traditos prædicat, excommunicatos à se esse demonstrat. Hæc Augustinus. Et beatus Ambrosius exponens illud quod de Alexandro & Hymeneo Apostolus ait, videlicet: Quos tradidi Satanæ, vt discant non blasphemare, ita dicit: Traditio autem hæc est, quia commotus Apostolus blasphemijs eorum, sententiã protu-

A protulit in eos. Diabolus autem qui ad hoc paratus est, vt auersos à Deo accipiat in potestatem, audita sententia corripit eos, vt intelligerent hæc causa se pœnis altringi, quia blasphemauerant: Hæc Ambrosius. Eandem sententiam docet Origenes, quia in Homilia secunda super librum Iudicum ita ait: Nõ solum per Apostolos suos Deus tradidit delinquentes in manus inimicorum, sed & per eos qui ecclesiæ præsidet, & potestatem habent non solũ soluendi, sed & ligandi, traduntur peccatores in interitum carnis, cũ pro delictis suis à corpore Christi separantur. Hæc Origenes. Quæ verba in volumine Decretorum, causa vndecima, quæstione tertia, in capitulo Audi, sub nomine Hieronymi vitiosè citantur, quoniam præter id quòd Hieronymus super librum Iudicum non scripsit, illa verba iuxta eundem literæ ordinẽ prout ibi sub inscriptione Hieronymi ponuntur, habentur in Homilia. 2. Origenis super librum Iudicum. Sed ad scopum nostrum redeamus. Hanc sententiã docet etiam Antherus papa, & martyr, qui in epistola ad episcopos prouincie Beticæ & Tolerantæ ita ait: Veteri quidem lege habetur, quicumque sacerdotibus non obtempersset, aut extra caltra positus lapidabatur à populo, aut gladio ceruice subiecta contemptum expiabat cruore. Nunc verò inobediens spirituali animaduersione truncatur, & eiectus ab ecclesia rabido dæmonũ ore discerpitur. Hæc Antherus papa. Cuius doctrinam martyr pro Christo susceptum maximè commendat. Lutherus tamen pro sui erroris (quem ipse putat veram fidem) confirmatione, martyr subire maximè reformidat, quoniam intra Saxonie angustias sic se continet, vt inde exire non audeat, non putans se alibi fore tutum. His omnibus assentit beatus Urbanus papa etiam & martyr in illa epistola superius citata, quæ est de communi vita fidelium. Is enim pontifex sanctus prohibens ne bona ecclesiæ in alios vsus conuertantur, ita ait: Hæc fratres valde cauenda sunt & temenda, quia res ecclesiæ non quasi propria, sed vt communes & domino oblatae, cum summo timore non in alios quàm in præfatos vsus sunt fideliter dispensanda, ne sacrilegij reatum incurant qui eas inde abstrahunt vbi traditæ sunt, ne pœnam & mortem Ananiæ & Sapphiræ incurrãt, & (quod peius est) anathema maranatha fiant, & si non corpore, vt Ananias & Sapphira ceciderint, anima tamen, quæ potior est corpore, mortua & alienata à consortio fidelium cadant, & in profundum barathri labantur. Hæc Urbanus papa & martyr. Quibus verbis dicit excommunicationem esse peiorem morte. Quid ergo Lutherus dicere audeat excommunicationem non esse timendam? Nunquid non omnes à natura habent vt mortem horreant, & formident? Multo ergo magis erit horrenda & formidanda excommunicatio, quæ peior est morte. Ex his etiã conuincitur falsum esse quod Lutherus ait excommunicationem esse pœnam præcisè externam, quia cùm excommunicatus (vt iam satis euicimus) tradatur Satanæ, ab illo vexandus, & omni munimine destitutus, dæmonis incuribus obijciatur: & illius anima magis à dæmone possideatur, quàm ante excommunicationem: colligitur inde excommunicationem esse etiam pœnam internam. Secundus excommunicationis effectus est, separari ab aliorum communi coniunctu & cõtubernio, ita vt illis nec loqui valeamus, nec illos hospitio recipere. Paulus enim in priore epist. ad Corinth. ait: Si is qui frater nominatur inter vos, est fornicator aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere. Et in. 2. epist. ad Thessal. Quòd si quis non obedierit verbo nostro per epistolam, hunc notate, & non commisceamini cum illo, vt confundatur. Et beatus Ioannes in sua. 2. catholica epistola, ita dicit: Si quis venit ad vos, & hanc doctrinã non adfert, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue, communicat operibus eius malignis. Ecce prædixi vobis, vt in die domini non confundamini. Ex his beati Ioannis verbis apertè constat excom-

municatum esse priuatum beneficio hospitalitatis, & familiari aliorum hominum colloquio. Et beatus Calixtus papa & martyr in epistola ad omnes Galliciarum episcopos, has omnes poenas excommunicationis quas externa sunt, vno litera decursu complectitur, dicens: Excommunicatos quoque à sacerdotibus nullus recipiat ante vtriusque partis iustam examinationem, nec cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut osculo communicet, nec aue eis dicat: quia quicumque in his vel in alijs prohibitis, scienter excommunicatis communicauerit, iuxta Apostolorum institutionem & ipse similiter excommunicationi subiacebit. Hæc Calixtus papa. Cuius epist. est inter illas pontifici epistolas, quas B. Isidorus præfixit volumini conciliorum generalium. Et Concilium Carthaginense quartum, cap. 73. & Concilium Braccarense primum, cap. 33. inlibent sub excommunicationis poena, ne aliquis communicet excommunicato. Quid ergo tibi videtur Lutheri? sunt hæc omnia adeo bona, vt meritò (quemadmodum tu doces) sint optanda? Si illa essent optanda & perquirenda, nõ illa beatus Paulus infligenda decerneret ad illorum confusionem. Nullus enim confunditur cum fruitur illis quæ maximè optauerat. Apostoli certè non confundebantur cõtumelijs sibi pro Christo illatis, quia illas maximè optauerat. Ideò eũ irrogabantur, ibant à conspectu concilij gaudentes, quoniam digni habiti fuerant pro nomine Iesu cõtumeliam pati. Ita si excommunicatio bona esset, & ob id optanda, eũ infertur, nullus deberet confundi. Et tamen Paulus vult peccatorem excommunicari, vt excommunicatus confundatur, vt vel sic respiscat. Si episcopus excommunicans alium (vt ex beati Ambrosij sententia supra patuit) dolere debet quia alium excommunicat: multò magis oportet vt doleat is qui excommunicatur, quoniam episcopus non dolet propter se, sed propter seuum, quod alteri irrogat, supplicium. Verũ hĩc admonere oportet lectorem, vt non existimet communionem eũ excommunicatis esse adeò interdicitam, vt non liceat vllò pacto eũ illis conferre. Nam si aliquis hac ratione eũ excommunicato loquitur, vt illum doceat viam rectam, & à via pessima illum auertat, & reducat ad gremium ecclesiæ, à qua suis demeritis exigentibus est eiecctus, tunc rectissimè facit: & si excommunicatum poenitere, & Ecclesiæ se subijcere persuaserit, magnam pro hac re mercedem à Deo recipiet, tantum abest vt hoc faciens peccet. Vnde beatus Augustinus enarrans Psalmum quinquagesimum quartum, sic ait: Diligamus inimicos, corripiamus, castigemus, & excommunicemus, eũ dilectione etiam à nobis separemus. Videte enim quid dicat Apostolus: Si quis autem non obaudit verbo nostro per epistolam, hunc notate, & nolite cõmisceri eũ eo. Sed ne subrepat tibi iracundia, & turbet oculum tuum, non inquit vt inimicum eum existimetis, sed corripite vt fratrem, vt erubescat. A quo induxit separationem, non præcidit dilectionem. Hæc Augustinus. Cũ ergo excommunicatio non prohibeat dilectionem proximi, sequitur vt nec etiam sit prohibitum colloquium quòd ex charitate procedit, & ad charitatem ordinatur.

EXORCISMVS.

Valdenses ad hoc solũ nati esse videntur, vt ecclesiã euertent si possent. Nulla enim re vitur ecclesiã, quam nõ tentarint destruere. Omnem (vt dicitur) mouerunt lapidem, vt eam oppugnarint. Exorcismos omnes ab ecclesiã tollere conati sunt, dicentes, omnes benedictiones aquarũ, candelarum, palmarum, ornamentorũ, calicum, & patenarum, altarium, coemeteriorum, esse irridendas, & nihil prorsus habere momenti. Vniclephistæ autẽ eũ in verba Vvaldensium iurasse videantur magis quàm in verba Christi aut ecclesiæ,

A ecclesiæ, hĩc (vt alibi semper) Vvaldensium sectam tumentur. Dicunt enim tales benedictiones esse magis deductas ex vera necromantia, quàm ex sacra Theologia: quia si per tales exorcismos & benedictiones credimus naturã meliorari (vt ipsi dicunt) falsum est. Vt autẽ istorũ calumnias rejiciamus, dicemus prius quid sit exorcismus. Exorcismus Græca vox est, & Latinè sonat idẽ quod adiu ratio. Et propriè exorcismus est inuocatio illa nominis diuini, quæ fit super energumenos, hoc est, habentes spiritũ immundũ, adiurando eum per virtutẽ diuinã, vt egrediatur ab eis. Vnde August. lib. i. de vita beata: Exorcizare est, per diuinã immundum spiritum adiurando expellere. Hinc etiam exorcismus dicitur omnis benedictio cuiuscunq; rei, quæ contra dæmones aut contra alia similia toxica vitimur, vt benedictio aquarũ, salis, candelarum, palmarum, &c. In his enim omnibus inuocamus nomen domini, precantes vt illa res sint eo fauente, qui solus hoc potest facere, nobis in auxilium & tutamen aduersus dæmonem. Quæ quidem inuocatio nescio quo modo possit rectè accuari, cùm tam aperta sit in sacris literis. Omitto hĩc quod Beda super. 19. Actorum Apostolicorum refert ex Iosepho, regem Salomonem suam gentẽ docuisse modos exorcismi, quibus immundi spiritus expulsi ab homine, vltiùs reuerti non sint ausi. Ad Euangeliũ accedamus. Discipuli redeuntes de prædicatione, quã illis magister omnĩ Christus præceperat, dicit illi: Domine etiã dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo. Quid est dicere in nomine tuo, nisi ad inuocationẽ tui nominis? Et ipse dominus ascendens in celũ promisit se nunq; illorũ inuocationi defuturũ, dicens: In nomine meo dæmonia eijciẽt. Quod autẽ hoc nõ semper fiat, vt inuocato nomine Iesu, dẽmõ egrediatur, minima fides ipsius inuocantis est in causa. Nã si perfectè credidisset, hæc & maiora fecisset. Et ad hos solos, videlicet in fide perfectos, Dei promissio pertinere videtur, quia prius dixerat: Signa autẽ eos qui crediderint, hęc sequẽtur, & cetera. Et apud Lucã Dominus ait: Si habueritis fidẽ sicut granũ sinapis, dicetis huic arbori moro: Eradicare, & transplantare in mare, & obediet vobis. At arbor morus sensum non habet, & iussa fidelis præcipientis adimplet. Non est ergo mirũ quòd dæmones fidelibus obediant, nõ quidẽ propter ipsorũ fidelĩum naturalem virtutem, sed propter fidẽ quã habent. Quid ergo erũt ne discipuli Christi & eius Apostoli dicendi necromantici aut magici, eò quòd inuocato nomine Iesu dæmones eijciant à corporibus hominũ obsessorũ? Et quod magis adhuc exultat hanc nominis inuocationẽ, est, quòd aliquãdo, etiã per reprobos homines eijciuntur dæmones ad inuocationẽ nominis Iesu, & hoc ad ipsorũ inuocantiũ condemnationem, aut propter videntiũ & audientiũ vtilitatem. Pro vtriusq; confirmatione est illud quod in Actis Apostolorum legimus, quòd eũm Apostoli eiecissent dæmonia, tẽrauerunt aliqui de circumueuntibus Iudeis exorcistis inuocare super eos qui habebant spiritus malos, nomen domini Iesu, dicentes: Adiuro vos per Iesum, quem Paulus prædicat. Erant autem cuiusdam Iudæi nomine Sceuæ principis sacerdotũ septem filij, qui hoc faciebant. Respondens autem, spiritus nequã, dixit eis: Iesum noui, & Paulum scio: vos autẽ qui estis? Et insiliens in eos homo in quo erat dæmonium pessimum, & dominatus amborum, inualuit contra eos, ita vt nudi & vulnerati effugeret de domo illa. Hoc autẽ notum factũ est omnibus Iudeis atq; Gẽtilibus qui habitabãt Ephe, & cecidit timor super omnes illos, & magnificabatur nomẽ domini Iesu. Hæc ibi. Ex quibus verbis patet apud Iudæos fuisse exorcistas, de quibus Christus apud Lucã ait: Si ego in digito Dei eicio dæmonia, filij vestri, hoc est exorcistæ, in quo eijciunt? Patet etiã quã potens fuerit nominis Iesu inuocatio, & per eius virtutẽ adiuratio, vt etiam per reprobos facta, tanta operetur. Nõ ergo illa sunt attribuenda arti magicæ (vt impij & blasphemij Vniclephistæ docent) sed solũ Deo, qui adest prope omnibus inuocantibus eum cum fide &

humilitate. Vnde August. libro. 10. de ciui. Dei, cap. 22. sic ait: Vera pietate homines Dei aëriam potestatem inimicam contrariamq; pietati exorcizando ei-
 ciunt, non placando: omnes tentationes aduersitatesq; eius vincunt, orando
 non ipsam, sed Deum suum aduersus ipsam. Non enim aliquē vincit aut subiug-
 gat, nisi societate peccati. In eius ergo nomine vincitur qui hominem assump-
 sit, egitq; sine peccato, vt in ipso sacerdote ac sacrificio fieret remissio pecca-
 torum. Hæc Augustinus. De exorcismis qui fiunt ad dæmonum eiectionem,
 hæc dicta sufficiant. Nunc ad aliarum rerum benedictiones accedamus. Benedi-
 ctiones altarium ex veteri lege ortum habuerunt. Nam Moyses ex præcep-
 to dñmini in tabernaculo erexit altare, & ipse vnxit. Ex quo argumento de-
 ducit Leo papa huius nominis primus in epistola. 66. folis episcopis, quorum
 figuram summus sacerdos representauit, licere altaria cōsecrare & benedicere.
 Hoc idem docet beatus Damasus papa in epistola de cōepiscopis. Idē cen-
 set Cōcilium Ispalense secundum, capite septimo suorum decretorum. Demū
 Cōcilium Agathense, cap. decimoquarto ita decernit. Altaria placuit non so-
 lū vnctiōe. Chrlsmatis, sed etiam sacerdotali benedictiōe sacrari. De benedi-
 ctione aquæ suprā satis disputauimus, quæ Lector nō contēnat videre, quo-
 niam ex eo loco multa hauriet huic proposito apta. Benedictiones panis & re-
 liquorum fructuum non sunt nouæ, & ab hominibus inuētæ (quemadmodum
 Ecclesia impingunt Vviclephistæ) sed ab ipso Deo processerunt, qui opere &
 verbo ita nos facere docuit. Nam cū Deus pisces maris creasset, benedixit eis.
 Et in Exodo: Nō adorabis Deos eorum, nec coles eos. Nō facies opera eorū,
 sed destrues eos, & cōfringes statuas eorum. Seruietisq; domino Deo vestro,
 vt benedicā panibus tuis & aquis. Et in Leuitico dominus præcepit populo
 Israël dicens: Cū ingressi fueritis terram quam ego dabo vobis, & messueritis
 fegetem, feretis manipulos spicarum primitias vestras ad sacerdotem. Qui ele-
 uabit fasciculum coram domino, vt acceptabile sit pro vobis altero die sabba-
 ri, & sanctificabit illū. Et in Deuteronomio præcipit dominus vt de omnibus
 fructibus primitiæ offerantur domino, & dentur sacerdoti, vt inuocet nomen
 domini super eas. Et apud Ezechielē expressius ait: Primitiua ciborum vestro-
 rum dabitur sacerdoti, vt reponat benedictionem domui tuæ. Quem locū ex-
 ponens Hieronymus, ait: Primitiæ ciborum nostrorum sacerdotibus offerun-
 tur, vt nihil gustemus nouarum siugū, nisi quod sacerdos antē gustauerit. Hoc
 autem facimus, vt reponat sacerdos benedictionem & oblationem nostram in
 domo sua, siue vt ad precatōnem suam dominus benedicat domibus nostris.
 Grandis dignitas sacerdotum, sed grandis ruina si peccauerint. Hæc Hierony-
 mus. Quid ad hæc dicetis impij Vviclephistæ: nunquid Deus docuit populū
 Israël necromantiam, aut magicæ artis peritiam? Absit à cordibus omnium ta-
 lis impietas. Deus enim strictissimē inhibuit, & odiosē nimis abominatur ido-
 lolatram, super quam tamen fundatur magia. Sed ad legem nouā accedamus.
 Christus panē daturus Apostolis, benedixit: similiter & calicē daturus, prius
 gratias egit: & cū cœnassēt, hymnum dixit, docens nos, vt cū comederimus,
 similiter faciamus. Quòd si quis respondeat illa de solo mystico pane, & mysti-
 ca benedictione verba fieri, audiat Apostolum Paulum, qui ita in priore ad Ti-
 motheum epistola ait: Omnis creatura bona est, & nihil reiiciendum quod cū
 gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei, & orationē.
 Quæ verba exponens Theophylactus, ait: Ergo immundum erit nisi sanctifice-
 tur? Nequaquam: sed ex permisso id ponit. Nam primum asseuerādo, nihil di-
 cit immundum, deinde cōcedimus (inquit) immundum id fieri: habes tamen
 quam adhibere possis medelam. Cruce obfigna, laudem Deo & gratias redde,
 sic immunditia omnis & foeditas dilaberur. Cū enim gratias agimus, omnia
 emundantur. Hæc Theophylactus. De sacris vestibus, & pallis, & vasis quanti
 sint mo-

A sint momenti, & qua reuerentia contrectanda, docet Clemens papa & martyr
 in quadam epistola ad Iacobum fratrem Domini, quæ inscribitur de sacris ve-
 stibus & vasis. Legat eā qui de hac re docere voluerit. De benedictione lumi-
 num solū adferam decretum concilij. 4. Toletani. Illud enim concilium de be-
 nedictione cerei paschalis decernens, cap. 8. suorū decretorum ita ait: Lucerna
 & cereus infra vigiliis apud quasdam ecclesias non benedicitur, & à no-
 bis cur benedicatur, inquirunt. Propter gloriosum enim nostris ipseus sacra-
 mentum hæc solenniter benedicimus, vt sacra resurrectionis Christi myste-
 rium, quod tempore huius mortis votiū aduenit, benedictione sanctificati lu-
 minis suscipiamus. Et quia hæc obseruatio per multarū loca terrarum, regio-
 nesq; Hispaniæ in Ecclesijs commendatur, dignum est propter vnitatē pacis,
 vt in Gallicanis Ecclesijs conferuetur. Nulli autem impunē erit, qui hoc con-
 temperit, sed patrum regulis subiacebit. Hæc Concilium Toletanum. Quo in
 loco hoc solū admonere oportet, vt licet talis cerei benedictionem omitte-
 re non sit contra fidē: erit tamen contra fidē, vilipendere, & credere nullius va-
 loris & momenti, imò mortifera esse quæ Ecclesia cōgregata statuit obseruan-
 da. Valeant ergo impij Vviclephistæ, & vereantur appellare magicos & necro-
 manticos tot sanctos viros, quorū doctrina & sanctitate fulget Ecclesia vt sol
 & luna. Ipsi enim potius dicendi sunt necromantici & incantatores, qui diabo-
 lica astutia homines idiotas & simplices dementant & incantant, illos à veri-
 tate fidei auertentes, & ad impia dogmata conuertentes. Sed opus est vt eorū
 obiectioni respondeamus. Obijciunt enim nobis Vviclephistæ, quòd nos vo-
 lumus benedictionibus nostris creaturas facere meliores quàm Deus eas per
 naturam fecerit. Talis autem creaturarum profectus, vt meliores efficiantur,
 nulla (vt aiunt) experientia cognoscitur. Ridiculum est ergo eas benedicere. O
 B forte argumentum. Dic, nōne ex Euangelio constat, eum qui habuerit fidem
 sicut granum sinapis, habere tantam virtutem, vt si dixerit arbori moro, trans-
 plantare, transplantetur statim? At cū ante fidem susceptam hoc non possit,
 conuincitur vt per fidei accessiōnem fiat melior. Quid ergo prohibet vt idem
 dicamus de alijs rebus quæ benedictionem suscipiunt, vt meliores fiant, quàm
 per naturam fuerint? Non quòd homo eas meliores faciat, sed Deus
 ad preces ipsius benedicientis. Sed de hac re iam suprā in
 titulo de aqua fecimus longiorem disputa-
 tionem: quapropter ad illum
 locum mittimus le-
 ctorem.

FINIS LIBRI SEXTI.

F. ALFONSI DE CASTRO,
ZAMORENSIS MINORITAE
aduersus hærefes, in Li-
brum VII.

P R A E F A T I O.

Quando hoc opus aggressus sum, decreueram in tot libros illud partiri, quot sunt literæ in alpha-
beto. Credebam enim sub vnaquaque alphabeti litera tot reperiri dictiones ab illa incipientes,
que significarent res de quibus aliquando fuissent hærefes ortæ, ut sufficerent ad vnum iustum
librum absoluendum. Verùm cum ad hunc locum perueni, agnoui non ita ut decreueram, fieri
posse nisi forte iustam vnius libri mensuram minuere vellem: quoniam sub hac sexta litera alphabeti,
videlicet f, solas tres dictiones, easque nimis steriles reperi, de quarum significatis aliquæ pertractentur
hærefes. Quare cum in hoc loco agnoscerem me frustratum esse spe mea, antequam aliquid scribere capis-
sem, processi ad sequentis literæ explorationem faciendam, timens ne quid simile in ea mihi postea accide-
ret. Ea igitur probe (ut decebat) explorata, vnicam duntaxat sub ea reperi dictionem, de cuius significato
fuisse aliqua hæresis pronuntiata. Hoc idem reperi in aspirationis nota, videlicet h. Quapropter nutabū-
dus hoc loco hasi, nesciens quid me verteterem: quoniam si iuxta id quod primò decreueram, prosequi vellem,
in inanis gloriæ notam meritò incurrissem, eò quod ex multitudine librorum in opere gloriam fuissem vi-
sus captasse. Omnia igitur mihi circumspectanti, visum est prudentiùs fore sententiam semel decretam mu-
tate, quam malè definitam pertinaciter tueri: præsertim cum lex diuina doceat modum, ad cuius imitatio-
nem id corrigere valeamus. Deus namque olim præcipiens populo Iudaico esum agni paschalis, mandauit
ut vnusquisque tolleret agnum per domos & familias suas. Verùm considerans multas esse pauperes do-
mos, intra quarum lares minimè posset vna nocte integer agnus denorari, remediū adiecit ut quisque ta-
lis iungat sibi vicinum qui coniunctus est domus eius, quousque tot sint animæ que sufficere possint ad
esum totius agni. Quælibet præcedentium literarum alphabeti adeò dines fuit, & tantam habuit dictio-
num familiam, ut sufficiens fuerit ad persiciendum vnius libri iustum volumen. At hæ tres que nunc
proximè sequuntur, adeò pauperes sunt, & tam modicam habent familiam, ut due illarum,
(ne dicam vna) vix sufficiant ad vnum integrum librum absoluendum. Idcirco
decreui omnes has tres alphabeti literas in vnam domum concludere:
ut librum, quem earum quælibet sola absoluerit ob suam penu-
riam non poterat, simul iunctæ absoluant. Quod si
forte in posterum aliquid simile de-
prehendero, idem me fa-
cturum decer-
no.

Exod. 12.

F. ALFON-

F. ALFONSI DE CA-
STRO, ZAMOREN. MINO-
RITAE, ADVERSVS HÆ-
refes, Liber VII.

F A T V M.



Vm variæ fuerint de hac re philosophorum sententiæ, nullâ tamē
earum hic pertractabo, sed iuxta meū primū institutum, solū enar-
rabo quid senserit hi qui se Christianos profitentur & iactant, & si
nihil minus sint. Fuit ergo de hac re quidā error afferens fato con-
uersationes hominū esse imputandas. Huius erroris autor fuit (ut

Bardeſa.

Aug. libro de hæresibus capite tricesimo quinto ait) Bardesanes quidā Syrus,
vir doctus: quē Augustinus dicit prius fuisse catholicum, & postea in Valenti-
ni errores fuisse lapsum, addidisseq; de suo hunc quem diximus errorem. Verū
Eusebius Cæsariensis libro quarto historiæ Ecclesiasticæ capite vltimo de hoc
Bardesane loquens, aliter quam Augustinus de illo sentit. Dicit enim illum in
schola Valentini nutritum, postea verò cum magistri errores notasset, ad verā
fidei regulam rediisse, quamuis non omnes illius errores reliquisset adferat. Di-
cit etiam illum scripsisse contra Marcionem, & alios hæreticos, & ad Antoni-
num imperatorem dialogum de fato, quem dialogum Eusebius de nullo erro-
re notat, sed potius eum appellat dialogum potentissimum. An autem ita fen-
serit ut Augustinus illi impingit, ego non possum definire. Epiphanius epi-
scopus in libro octoginta hæresum, hæresi. 56. de hoc Bardesane differens, ali-
ter quā Eusebius & Augustinus de illo sentit. Sic enim ait: Post hos deinceps
sequitur Bardesianus quidam sic vocatus. Bardesianus autem hic, ex quo hæ-
resis Bardesianistarum orta est, ex Mesopotamia secundum genus erat, ex in-
habitantibus ciuitatem Edessenorum. Qui primū quidem optimus vir fuit,
& libros non paucos conscripsit, quando sanam mentem habebat. Nam ex san-
cta Dei Ecclesia procedebat, doctus existens in duabus linguis, Græca & Sy-
rorum. Augaro autem Edessenorum principi viro sanctissimo familiaris erat
primū, & simul eius adiutor & ipsius eruditionis particeps. Durauit post il-
lius obitum vsque ad tempora Antonini Cæsaris, non Pij appellati, sed Veri.

Et multa in Abidan astronomum contra fatum differens, collegit. Sed & alia
eius scripta secundum piam fidem circumferuntur. Apollonio verò Antoni-
ni amico contra dicebat, admonenti ut negaret seipsum Christianum dicere.
Hic autem fermè in confessionis loco constitutus erat, sermonesque pruden-
tes respondit pro pietate viriliter defensionem suscipiens, mortem se non for-
midare dicens, quam necesse sit adfore etiamsi regi non contradiceret. Et sic
vir hic per omnia magnopere ornatus erat, donec in errorem sectæ suæ inci-
dit, factus instar pulcherrimæ nauis, cui incomparabile onus immittitur, & que
iuxta ripas portus tracta est, & totum mercimonium perdidit, & alijs qui na-
uem ascenderunt mortem induxit. Corruptus enim hic per Valentinianos,
& ex ipsorum improbitate, venenum & zizania horum haurit. Multa autem
& ipse alia principia emissionesque ac productiones narrauit, & abnegata
mortuorum resurrectione suam hæresim docuit. Hastenus de Bardesane, si-
ue Bardesiano sanctus Epiphanius, qui & si dicat illum in Valentini errores
fuisse lapsum, aperte tamen dicit illum contra hæresim de fato loquentem scri-
psisse. Verùm & si hic Bardesanes hanc hæresim non fuerit tutatus, non de-
fuit tamen qui illi impensè fauerit. Hunc enim errorem docuit Priscillianus,
qui di-

qui dixit homines esse fatalibus stellis alligatos, & ipsum corpus nostrum secundum duodecim signa coeli esse compositum, constituens in capite Arietē, Taurum in ceruice, Geminos in humeris, Cancrum in pectore, & hoc modo alia signa per ceteras corporis partes distribuit vsque ad plantas, quas Piscibus tribuit: quia hoc vltimum esse signum astrologi docent. Et huius erroris non meminit Guido cum de Priscillianistis loquitur: quod valde miror: cum aperte illum prodiderit Augustinus, quem Guido semper imitatur. Hæc ergo doctrina facile connicitur hæreseos, quoniam aperte tollit hominis arbitrium, vt nullam prorsus in eligendo habeat libertatem: quoniam si homo liber est in eligendo, ita vt res aliter agere possit quam agit, consequens est vt homo non sit fatalibus astris alligatus. Quod si ex astrorum virtute pendet quicquid acturus est homo, & non ex sua electione: non est ergo hominis arbitrium liberum. At hominem esse in suis electionibus liberum, infra (Deo præstante) ex sacris literis ostendimus. Præterea si fato omnia reguntur in homine, non erit quod laudemus in homine aut vituperemus. In his enim quæ à natura insunt, nec laudamus nec vituperamus. Rursus si homines à fato ducuntur, nulla consultatione erit opus, quoniam in his quæ non possunt aliter euenire, superflua est omnis consultatio. Nullus enim erit adeo demens, vt de crastino solis ortu vel de hodierno occasu consultet, quia quocumque adhibito consilio non est in nostra potestate quin hodie sol occidat, & cras oriatur. Non erit etiam opus pugnare aduersus vitia: imò inanis esset talis pugna: sed expectandum erit quod fata ducant, quibus homo non potest repugnare, cum sit (vt dicunt) fato subiectus. Frustra igitur persuadetur boni amor & profectio, & dissuadetur vitium. Frustra dixit Propheta: Declina a malo, & fac bonum. Frustra etiã dixit Paulus: Fugite fornicationē. Quis ergo suadebit alicui illa quæ non sunt sub eius potestate? Nullus nisi demens suadebit alicui vt ordinem coeli euertat. Deinde si fato homines subijciuntur, non erit opus legibus. Vt quid præcipitur mihi pax, si me fata impellunt ad bellum? Iniuste mihi interdicitur furtum, si me furari fata cogunt. Peribit etiam hac ratione iustitia, quæ vult vt bonis præmium, malis autem & dyfcolis poena irrogetur. Iniuste fur aut adulter punitur, si à fato vterque sic cogitur, vt neque adulteriū hic, neque ille furtū vltare vllō modo possit. Nulla certa erit causa propter quā bonum agens præmio potius donetur, quam malum agens. quare hic puniatur, non autem ille, cum vterque ex necessitate, & non ex libertate agat? Quod si alicui bonum aut malum imputandum venit, imputabitur fato, quod ad bonum aut malum impellit. At cum tale fatum sit iuxta istos certus ordo astrorum in causando aut influendo, qui certus ordo sit à Deo ordinatus, & illis syderibus tributus, conuincitur vt in Deum etiam mala hominum referantur, qui fatum sic disposuit, vt hominem ad malè agendum cogeret. Hoc autē adeo est impium, vt aures horreant audire, Deum esse autorem præcipuum nostrorum vitiorum. Accedit ad hæc id quod experientia & aliorum testimonio cognouimus. Sæpe enim cōtingit geminos ex eodē vtero nasci valde disparis ingenij, vt clarè patet de Iacob & Esau, quorū quantā fuerit dissimilitudo, liber Genesis apertissime ostendit. Quod si forte dicas ex illis geminis vnū prius fuisse natum quam alterū, & ita per illius tēporis intervallū quod fuit inter ortū vnus, & ortū alterius, fuisse aliū & alium syderū aspectū, & ita aliud & aliud fatū: tunc petam ab eis, cum in vno & eodē vtero essent, à quo fato fuit ordinatum, vt prior vnus quā alter nasceretur, cum tamen sæpe contingat vt simul ex eodē semine, & ex vno coitu, ambo gemini concipiantur? Cū ergo ex eodē semine, & ex eodem coitu concepti sint, cōuincitur vt saltem intra vterū vnum & idē sit vtriusque fatum. Quod si idē erat, quo pacto fieri potuit vt à fato ductus aut impulsus vnus prior exiret quā alter? Hæc omnia adeo aperta sunt, vt non sit opus in re tam aperta plura expendere: sed

solum

A solum audiamus Ecclesiæ de hac re definitionem. Concilium Braccarense pri-^{Concilium Braccar.} mum, cap. 9. suorum decretorum, sic ait: Si quis animas & corpora humana fatali signo credit astringi, sicut Pagani & Priscillianus dixerunt, anathema sit. Et cap. decimo iterū ait: Si qui duodecim signa, id est, signa quæ mathematici obseruare solent, per singula animæ vel corporis mēbra dissipata credunt, & nominibus patriarcharum ascripta dicunt, sicut Priscillianus dixit, anathema sit. Hæc Concilium Braccarense. Leo papa huius nominis primus etiã hanc heresim damnat. Nam in quadā epistola ad Astoricensem episcopū, quæ est in ordine, 71. in qua errores Priscillianistarum condemnat, sic ait: Vndecima ipsorum blasphemia est, qua fatalibus stellis & animas hominum & corpora opinantur astringi: per quā amentiam necesse est vt omnibus Paganorum erroribus implicati, & fauentia sibi (vt putant) sydera colere, & aduersaria studeant mitigare. Verū ista sectantibus nullus in Ecclesia catholica locus est: quoniam qui se talibus persuasionibus dedit, à Christi corpore totus abscessit. Hæc Leo papa, vir quidem sanctus pariter & doctus. De hac re scripsit beatus Thomas Aquinas opusculum de fato, quod est vigesimoseptimum in ordine opusculorū eius. Sed in illo tractatu parum aut ferè nihil contra hunc errorem disputat, ad alia se diuertens. Beatus Gregorius Nissenus scripsit de fato paruum libellum, sed elegantem. Qui autem copiosius & exactius hanc rem (meo iudicio) discussit, est beatus Augustinus in quinto libro de Ciuitate Dei, à primo capite vsque ad finem vndecimi. Quo loco, obsecro te Lector, vt legas etiam Cōmentarios doctissimi viri Ludouici Viuis, quoniam multum te ille iuuabit ad philosophorū de fato varias sectas intelligendas.

FIDES.

B EX omnibus hæreticis solus Petrus Abailardus causam potissimam suarū hæresum prodidit. Certum est enim maximam hæresum partem, imò v-^{Petrus Abailard.} terius dixerim totam hæresum colluicē inde esse ortam, quia videlicet volunt hæretici concludere fidem intra limites nostri intellectus, vt illa non putent credenda, quæ intellectus noster non potest ratione comprehendere. Hic autem morbus cum fuerit omnibus hæreticis communis, solus tamen Petrus Abailardus morbum aperuit. Is enim (vt beatus Bernardus illi impingit epistola. 190.) dixit nihil esse credendum, quod excederet virtutem nostri intellectus. Pro hac re adfert illud Sapientis: Qui citò credit, leuis est corde. ^{Eccle. 19.} Credere autem citò (dicit ille) est adhibere fidem ante rationem. Hunc autem errorem Paulus aperte reijcit, dicens: Fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium. Quæ Pauli verba siue ad fidei definitionem spectent, siue (vt Erasmo in annotationibus placet) laus quædam fidei, & non definitio dicenda sint, hoc certum erit, Paulum vera de fide pronunciaffe. Quid ergo est dicere argumentum non apparentium, nisi (quod Chrysostomus exponit) conuictio earum rerum quæ non videntur? Quasi fides sit quæ cogat nos credere ea etiam quæ non videmus, nec ratione inuestigare possumus. Verum hic admonet Erasmus Paulum non loqui de ea fide, qua ea quæ credenda sunt credimus, sed de fide qua alicui fidimus, hoc est de fiducia. Sed ignoscet mihi obsecro, quoniam aliter esse ipsamet Pauli verba conuincunt. Nam post illud fidei siue encomium siue definitionem subiungit multa quæ ad fiduciam minimè referri possunt: vt est illud: Fide intelligimus aptata esse secula verbo Dei. At fiducia non proprie respicit præterita, quemadmodum futura. Deinde de Enoch loquens, ait: Antè translationem enim testimonium habuit placuisse Deo. Sine fide autem impossibile est placere Deo. Vt autem apertius

L L

innueret

innueret de qua fide loquebatur, subdidit: Credere enim oportet accedere ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit. At credere Deum esse, non video quo pacto ad fiduciam possit referri. Basilius Magnus in expositione Psalmi. 115. interpretatur illum locum Pauli de vera fide, qua credimus: & non de fiducia. Beatus Augustinus in libro quinquaginta homiliarum, homilia. 32. exponit illud Pauli de fide, & non de fiducia. Beatus Bernardus in illa epistola proximè citata etiam de fide exponit hoc Pauli testimoniū, citans aduersus Petrum Abailardum. Et Theophylactus in Commentarijs super Paulum, etiam de fide exponit. Quapropter spero Erasmus non malè consulturum, si nos ab eo hic dissentimus, cū ipse dissentiat ab Augustino, Basilio, & alijs. Sed iam ad huius causæ caput nostra reuertatur oratio. Paulus apostolus in ea quæ est ad Romanos epistola, de Abraham loquens, ait: Qui contra spem in spem credidit, ut fieret pater multarum gentium. Sed quomodo in spem contra spem? Quia videlicet ex natura nulla erat spes, ut iam gignere posset, eò quòd ipse multa esset ætate cōfectus, quia ferè centenarius: & vxor eius Sara, ex qua fuerat illi semen promissum, duplici erat mortificatione affecta, videlicet senio & sterilitate. Idèd iuxta naturam nō erat spes, neq; verisimile, ut Sara & senex & sterilis ex homine sene conceptura foret. Verum etiā hoc ratio non suggererat, spem tamen habuit, credens possibilia esse, quæ illi Deus promiserat. Quòd si non sunt credenda ea, quæ sunt supra rationem, immeritò Paulus laudauit Abraham, quia contra spem in spem credidit. Immeritò etiā Zacharias pater Ioānis Baptistæ fuisset punitus, quia partum vxoris suæ, quam senem & sterilem sciebat, credere noluit. Hic enim, iuxta Petrum Abailardum, potius fuisset præmiandus quàm puniendus, quoniam (ut ille pro se citauit) qui citò credit, leuis est corde. In priore epistola ad Corinth. Paulus ait: Sermo meus & predicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapiētiae verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis, ut fides vestra non sit in sapiētia hominum, sed in virtute Dei. Quid hinc respondebit Petrus Abailardus? Si non sunt credenda (ut ille ait) nisi ea, quæ ratione cōprehendi possunt: tunc nostra fides pendebit ex humana sapientia. Paulus tamen dicit, fidem nostram non esse in sapientia hominum, sed in virtute Dei. Et beatus Gregorius ait: Fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. Et beatus Augustinus in libro quinquaginta homiliarum, homilia tricesima secunda, eandem ostendit doctrinam, dicens: Arcana & secreta regni Dei prius quærunt credentes, quòd faciant intelligentes. Fides enim gradus est intelligendi: intellectus autem, meritum fidei. Apertè hoc Propheta dicit omnibus præproperè & præposterè intelligentiam requirentibus, & fidem negligentibus. Ait enim: Nisi credideritis, non intelligetis. Habet ergo & fides ipsa quoddam lumen suum in scripturis, in prophetia, in Evangelio, in apostolicis lectionibus. Et paucis interpositis subdit: Videtis ergo fratres, quandiu sint peruersi, & properando viciosi, qui, tanquam immaturi conceptus, ante ortum quærunt abortum: qui nobis dicunt, quid me iubet credere, quòd non video? Videam ego aliquid, ut credam: Iubes credendum quòd non videam? Ego videre volo, & videndo credere, non audiendo. Dicat Propheta: Nisi credideritis, nō intelligetis. Ascendere vis, & gradus obliuisceris. Vtiq; peruersè homo, si iam tibi possem ostendere quid videres, non hortarer ut crederes. Hucusq; Augustinus. Quibus verbis apertè satis impetit Petrum Abailardum, & videtur verba sua dirigere Augustinus in aliquem, qui fortè similiter ut hic Abailardus senserat. Beatus Basilius exponens Psalmum. 115. in exordio Psalmi sic ait: Fides supra omnem rationem sententiarum disciplinarumque animam sublimem trahit. Fides deniq; non geometricis aut necessarijs nititur probationibus. In nomine domini Iesu Christi Nazareni surge, & ambula. Hanc enim vocem continuo per spiritum sanctum subsecutus est, statim effe-

tim effectus. Ex prodigio namq; diuinitatis vnigeniti, manifestatio necessaria videntibus est orta. Dic quæso quid ad fidem faciendā, veritatemq; persuadendā vehementius: an dialecticæ propositiones secū symperasmata consequentia trahentes, an potius tale tantumq; ostentum ab omnibus clarissimè visum, omnemq; virtutem excedēs? Et parum infra: Deniq; in quolibet studio, quòd ordine in finem procedit, impossibile primorū subiectorum demonstrationes inquirere: sed necesse omnium artium, quæ probatione nituntur, principia sine vestigatione aut ratione posita, reliqua quæ deinceps sequuntur cum ratione ostendant. Sic & Theologiæ mysterium ex fide minimè rationibus probata ædificium quærit. Hæc Basilius. Sed dicet mihi aliquis: ut quid tam diu moraris hominum testimonia citans? quoniam Petrus Abailardus, omnium hominum quantumlibet sanctorum & doctorum sententias aspernatur, & pro libito refellit. Fateor, pro hac causā in primo huius operis libro illum in iudicium vocavi: verum etiā illum non moueant, mouebunt tamen lectorem pium. Et si ille non recipit alios doctores, recipiet tamē Paulum, ex quo conuincimus, fidem esse supra humanam intelligentiam. Illud autem quòd Petrus Abailardus ex Ecclesiastico pro se citauit, videlicet, Qui citò credit, leuis est corde, nō de fide in Deum est accipiendum, sed de mutua inter homines ipsos credulitate. Nam alioqui virgo gloriosissima leuitatis arguenda veniret, eò quòd credidit angelo dicenti, Deum fore ex illius carne concipiendum, nulla ad hoc petita aut exhibita ratione, quā id futurum possibile conuinceretur. Captiuemus ergo nos intellectum nostrum in obsequium Christi, ut Christo & veris eius discipulis credamus, & sic credentes, intelligemus facilius ea, quæ antea intelligi à nobis non poterant.

Secunda est hæresis, quæ sic extollit fidem, ut bonis operibus detrahat. Hunc errorem (ut August. refert lib. de hæresibus, cap. 54.) docuit primò Eunomius quidam Arrianus, qui dixit omnes qui fidem quā ille docebat tenebant, fore saluos, etiam si quantumlibet graua peccata committerent, & in illis perseuerarent. Hunc errorem iam diu sepultum, spiritu pythnico aut potius diabolico instinctus Lutherus suscitauit ab iuferis, dicens solam fidem iustificare: quapropter opera ait non esse necessaria ad assecutionem vitæ æternæ, quòd si fiant, ea nullo pacto iustificare asserit. Sed hoc secundum, vsq; ad alium locum differimus. Nunc ergo de solo primo disputabimus, probantes non solam fidem sufficere, sed etiam exigi à nobis bona opera: nam aliās oportebit fateri, neq; homicidium, neq; periuriū, neq; adulterium, neq; furtū fore homini imputanda, modò ille credat se saluandum per virtutem promissionis in baptismate factæ. Hanc enim fidem sufficere docet Lutherus. Sic enim ait: Iam vides, quod diues sit homo Christianus siue baptizatus, qui etiam volens non potest perdere salutem suam quantumscunque peccatis, nisi nolit credere. Nulla enim peccata eum possunt damnare, nisi sola incredulitas. Hæc Lutherus. O vocem impiam, & totius nequitiae fomentum. O serpentis sibilum venenatum. Nouerat quippe callidissimus serpens, Deum iuxta operum qualitatem singulis redditurum, siue bonum, siue malum, prout in corpore gessit: idèd excogitauit quò pacto posset homines securos operum facere, ut præmio frustraret. Attendite obsecro, & videbitis quòd venenosum riuuli ex hoc vitiatò fonte scateant. Si sola fides iustificat, nunquā ergo per alicuius sacramenti susceptionem homo iustificabitur. Ecce iam vides omnem sacramentorū virtutem perijisse. Pœnitentia enim nihil prodest peccatori, si sola fides iustificet. Cōfessio peccatorū nihil iuuat, sed sola fides. Eleemosyna, ieiunium, oratio, & reliqua huiusmodi nullius sunt momenti, quia sola fides iuxta Lutherum iustificat. Nullū quantumlibet letale crimen obest, modò credat: quia sola fides sufficit ad salutem. Quis hæc ferre poterit? Nō certè Christianus homo: imò vel parū pius philosophus ethnici-

cus tolerare non poterit. Quis enim ethnicus non abominatur furtū? Quis nō horret homicidiū qualecunq;? Quis nō execratur parricidium? Quis nō odit adulterium? Quis vnquā periturus nō malè audiuit? Quis vnquā laudauit iusti foederis violationē? Omnia tamē hæc, & si quæ sunt alia peiora, habenti fidem Lutherus permittit. Excommunicatio idē ab eo cōtēnuit, quia solā fidem sufficere putat: quapropter si credit, quantumlibet & quomodolibet excōmunicetur, nihil putat illi obesse excōmunicationem. Sæpe enim contingit homini aberranti, restamq; viā relinquēti intrare per syluā densā, credens illic esse verum & rectum iter: cui paulō progredienti obsistūt densi rami arborū: ille autē, ne retrocedat, rūpere nititur. Quod si vltērius aliquid aliud impedimentū fortius se opponat, quicquid illud sit, omnino aut frāgere, aut euellere, aut quoquo modo tollere conatur, ne inceptā semel viā deserat. Sic mihi videtur Lutherus fecisse. Nā cū hunc, quē diximus, tutari cōpisset errorē, obijciebatur illi sacramentorum efficax virtus, prosternit omnia sacramenta: opponebatur contritio, deijcit contritionē: obsistebat satisfactio pro peccatis, tollit prorsus satisfactioem. Hæc autem omnia, ne illum priorē errorē deserat: sicq; factum est, vt quod semel perdidit definiendi temeritas, conseruauerit postea & auxerit tuendi pertinacia. Frangas, inquit Quintilianus, citius q̄ corrigas quæ in prauū induruerunt. Verū ad nostrum institutum reuertamur, & omnis ar gumētis ad scripturæ iudicium reuertamur. Sed antequā disputare aggrediamur duo prius admonere oportet, vt intelligamus nostræ disputationis scopū, & nō disputemus frustra, nesciētes de quo cōtēndimus. Primum quod præmonere oportet est, nos in hac parte de illa solū iustificatione loqui, qua quis ex peccatore fit iustus, quæ à theologis scholasticis vocatur prima gratia. Nā est alia iustificatio, qua iustus fit iustior, prout Ioannes in Apocalypsi ait: Qui iustus est iustificetur adhuc. Sed de hac iustificatione impræsentiā non loquimur, quoniā infrā cōmodiorē locū huic disputationi dabim⁹ in titulo de Operibus. Alterū quod admonere oportet est, varias esse significationes huius vocis, fides, nō solū apud prophanos autores, sed etiā apud sacras literas. Nā aliquādo fides idē est q̄ fidelitas, quæ opponitur fraudulētiæ. Et iuxta hanc significationē dicimus aliquē fideliter rē aliquam agere, quando illā agit sine fraude & sine negligētia. Hanc fidē diffinit Cicero lib. i. officiorū, sic dicens: Fides est dictorū conuentorumq; cōstantia & veritas. Ex quo (quanquā hoc videbitur fortasse cuiusdā durius, tamē vt audeamus imitari stoicos, qui studiosē exquirūt vnde verba sint ducta) credamus, quia fiat quod dictū est, appellatā fidē. Hæc Cicero. Et Terētius in Andria: Tristis seueritas inest in vultu, atq; in verbis fides. Quib⁹ in locis fides ponitur pro veritate, sine fraude, & sine mēdacio. Ab hac fide dicitur fidelis is qui verax est. Sic capit Paulus sæpissimē, præsertim in prioribus ad Timotheū. vbi ait: Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quod Christus Iesus venit in hunc mundū peccatores saluos facere. Fidelē sermonē dixit pro veraci. Et iuxta eandē significationē vsus est hoc nomine fidesi terū in eadē epistola, dicens: Fidelis sermo, si quis episcopatū desiderat, bonū opus desiderat. In eadē etiam significatione accepit Ioannes eā vocem in Apoc. cū dixit, Christū esse testē fidelē. Hac fidei significatione vsus est Propheta, quando inuitat nos vt laudemus Deum, causam reddens ait: Quia rectum est verbū domini, & omnia opera eius in fide, hoc est, omnia opera Dei sunt vera, & nō fucata, neq; ementita. Alio modo capitur fides, pro sponsonē siue iureiurando, quo nos adstringimur ad aliquid faciendum, Hoc modo accepit Vergilius octauo Aeneidos, quum dixit: Accipe daq; fidē. Iuxta hanc significationē sole mus latinē dicere, liberare fidē, pro eo quod est, facere quod promissum erat. Iuxta hanc significationem apud eos qui verā linguæ latinę agnitionē habent, dicitur publica fides, id, quod vulgariter dicere solemus, saluum cōductū, aut

A publicā securitatis promissionem. Hac significatione vsus est B. Paulus in prioribus ad Timotheū epist. vbi hæc ait: Adolescentiores autem viduas deuita. Cū enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt: habentes damnationē, quia primā fidem irritā fecerunt. Fidē dixit pro voto aut promissione castitatis seruandæ, quam in viduitate dederant, & quia hanc promissionē non adimpleuerant, sed potiùs violauerāt nubentes, idē dicit illas primā fidem irritā fecisse. Potest etiā & in hac significatione accipi id quod in epistola ad Romanos idē Paulus ait: Nunquid incredulitas illorū fidem Dei euacuauit? Fidē dixit pro promissione, iuxta quam Deus non deficit, vt nō redderet quod promisit. Nā si nō reddidit, nō fuit culpa illius, sed incredulitas Iudæorū, quæ fecit illos indignos ad recipiendas Dei promissiones. Nō enim Deus promiserat omnibus præmiū, sed solū credentibus. Et hunc esse verū Pauli sensum, apertē conuincitur per ea quæ statim subdit: Est autem (inquit Paulus) Deus verax, omnis autem homo mendax, sicut scriptū est, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cū iudicaris. Tertio modo capi solet fides pro fiducia, ita accepit Terentius in Phormione dicēs: Ita ne parū mihi fidē esse apud te, hoc est, parū mihi fides? In hac etiā significatione accepit Cicero in oratione pro Quinto Ligario, cū dixit: Cuius ego causam, animaduertite quæso, qua fide defendā, cū prodo meā? In quibus verbis Cicero voluit ostēdere quantum haberet fiduciam obtinendī causam Quinti Ligarij, quam tuendam susceperat. In sacris scripturis frequēs & apertus est huius significationis vsus. Et primò, ille est apertissimus locus, vbi beatus Iacobus ait: Si quis autem vestrū indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non impropert. Postulet autem in fide nihil hæsitans. Postulare in fide dixit, pro eo quod est, postulare cum fiducia & confidentia diuinæ bonitatis, quod dabit postulatū. Iuxta hanc significationem accepit Christus ipse saluator noster, cū dixit: Omnia, quæcunq; orantes petitis, credite quia accipietis & fiet vobis. In quibus verbis, credite dixit: pro confidite. Et iuxta hunc modū accipiendum est id quod Petro dixit reprehendens eum: Modicę fidei quare dubitasti? Manifestū est etiā id quod Ioānes de Christo saluatore nostro loquēs ait: Cū autē esset Hierosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius, vidētes signa quæ faciebat. Ipse autem Iesus, nō credebatur semetipsum eis: eò quod ipse nosset omnes. Credere se eis, dixit, pro eo quod est, se fidere illis. Quarto modo accipitur fides pro eo quod vulgò cōscientiam dicimus. Hoc modo accepit Cicero in oratione pro Cælio, vbi hæc ait: Sed vestræ sapientiæ tamē est Iudices, nō sic causā iusta est, viris fortibus oppugnandi Marcū Cæliū, idē vobis quoq; vos causam putare esse iustā, alieno dolore potiùs q̄, vestræ fidei consulentī. In quibus verbis, consulere fidei dixit, pro eo quod vulgò dici solet, agere secundū conscientiā. Hac significatione vsus est Paulus, cū in epist. ad Rom. ait: Omne quod nō est ex fide, peccatū est. Quibus verbis Paulus significare voluit, peccatū esse omne q̄ reclamāte cōscientia fit. Sic enim locū illum interpretatur Theoph. qui in illū locū, hæc ait: Quum enim nō fuerit cōsiliū, neq; crediderit, purū esse cibū, sed gustarit ipsum praua cōscientia, omnino peccabit. Hæc Theoph. Et iuxta hanc significationem, dicitur à Irisperitis & à Theologis aliquē esse bonæ fidei possessorem, & alium esse malæ fidei possessorem. Nam illum dicunt esse bonæ fidei possessorem, qui cum recta conscientia possidet rem aliquam, & iudicat illam esse suam. Ille verò dicitur malæ fidei possessor, qui sciens rem esse alienā, possidet illam. Quinto modo accipitur fides pro obiecto fidei, hoc est, pro ipsis credibilibus: sicut etiam Paulus accipit sp̄, quando dicit, expectantes beatam spem. In hac significatione accipit idē Paulus fidem, vbi ait: Vna fides, vnū baptisma. Nā idem est quod omnes credere tenentur, & nō licet fidē in varias sectas diuidere, quemadmodū diuiditur hæresis. Sic accepit Athanasius in sym-

Alban. bolo dicēs: Hæc est fides catholica, quā nisi quisq; fideliter firmiterq; crediderit, saluus esse non poterit. Sexto modo appellatur fides à Paulo totus status & religio euangelica, quæ cōtinet omnia bona per Christū in hac vita nobis cōcessa. *Galat. 3.* Lex (inquit Paulus) pedagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides, iā nō sumus sub pedagogo. Fidē venisse dixit, quia lex euangelica iā stabilita est. Et hunc statū post euangelium susceptū, vocare sole mus statū fidei, & gratiæ, hoc nomine illum distinguētes à statu legis Mosaicę, Iuxta nullam significationē istarū quas hæcenus enumerauimus, capimus hæc vocē, fides, quādo cōtendimus quod nō sola fides iustificat. Est alia septima huius vocis acceptio, multò magis frequens in sacris literis, & est crudelitas quædā siue persuasio, aut assensus firmus & certus, sed ineuidens de omnib. quæ à Deo per Prophetas suos, & per se, & per Apostolos suos nobis reuelata sunt. Et in hac significatione vti sunt hac voce, nō solū ecclesiastici autores doctissimi & eloquentissimi, quales fuerunt, Cyprianus, Lactantius, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus: sed prophani etiā autores, qui principes linguæ Latinæ, omnium iudicio, cōsentur. Cicero lib. 2. de diuinatione ait: Adhibēda fides somniantium visis non est. Et Plinius lib. 9. cap. 18. Omnibus his fidē Nili inundatio affert, omnia excedentē miracula. Fidē afferre dixit, pro facere vt aliquis credat. Titus Lilius lib. 1. historia ait: hæc Romulo regnati, militiæ domiq; gesta, quorum nihil absōnum fidei, diuinæ origenis, diuinitatisq; post mortē credite fuit. Absōnū fidei dixit, pro incredibili. Verg. in. 4. Aeneid. Credo æquidē, nec vana fides, genus esse deorum. Ex his omnib. testimonijs cōuincimus Lutheranos iniuste nos reprehendere, propterea q̄ in hac significatione vtiur hac voce, Fides: Quoniā dicunt eam nō esse Latinam, nec sacris literis cōformem, & idēo admonēt suos sectatores, ne illa vtiuntur in tali significatione. Sed velint, nolint, nos illa vtemur, quemadmodam sacri doctores eloquentissimi vti sunt, D quando de fide, quæ virtus est Theologica, aut de illius actu loquuntur. Nam vtrunque horum, videlicet actus, & habitus ad illum inclinans, siue infusus ille sit, siue acquisitus, fides appellatur: quia solenne est, vt actus & habitus qui ad illos inclinant, eodem nomine censeantur. Sed nos hoc loco de actu fidei disputamus, non de habitu: quia non meremur per habitus, sed per actus. His itaque omnibus præsuppositis, opus est vt iam aggrediamur ad pugnam contra Lutheranos, & probemus non semper solam fidem iustificare peccatorem, sed etiam necessaria esse opera ad iustificationem. Propheta cum petisset à domino, quis in illius tabernaculo esset habitaturus, respondit statim, dicens: *Psal. 14.* Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Operatur dixit. Et cū postmodum aliqua virtutum opera enumerasset, subdit claudens psalmum: Qui facit hæc, non mouebitur in æternum. Non dixit, qui credit hæc, sed, qui facit hæc, vt ostenderet operum virtutem & necessitatem. Præterea dominus per Esaiam prophetā bona opera nobis cōmendat his verbis: Quiescite agere peruersē, discite bene facere. Querite iudiciū, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam. Sed quid opus est tot adferre testimonia, cum omnes libri prophetarum pleni sint admonitionibus, quibus nos ad bona opera hortantur, alliciunt, & impellunt? Quod si nouum testamētum appellas, reiiciens forte in hac parte vetus, ad nouum instrumentum volo mecum accedas, & audi Christum apud Matth. dicentem: Non omnis qui dicit mihi, domine, domine, intrabit in regnum cœlorum: sed qui facit voluntatē patris mei, qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum. Multi dicēt mihi in illa die: Domine, domine, nōne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc cōstebor illis: Quia nunquā noui vos: discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. Quis autem est, qui dicit Christo: domine, domine, nisi qui fidem habet, qua credit eū esse ve-

A esse verum dominum: nec tamen omnis talis intrat in regnum cœlorum. Nō ergo sola fides iustificat hominem. Quod autem talia Christi verba sint intelligenda de fideli non habente opera charitatis, testantur omnes sacri huius loci expositores, & quibus aliquos citabo, vt vel inde nostram sententiam firmiter faciamus, ostendentes illam fuisse sanctorum virorum doctrinam. Theophylactus exponens illum Matthæi locum, sic ait: Hoc loco ostendit seipsum dominum: quandoquidem dicit, domine, domine. Nam ita se & Deum dicit. Docet autem nos, si fidem absq; operibus habuerimus, nihil nobis eam profuturam. Nam dicendo, qui facit voluntatem, non dixit, qui semel fecit, sed qui vsque ad mortem facit. Hæc Theophylactus. Et Christianus Druthmarus super Matthæum exponens illa eadem verba, ait: Non in hoc confidat aliquis, quia Christianus est: si non facit opera Christianitatis, nō intrabit in vitā æternam: quia qui se dicit nosse Deū, & mādata eius nō custodit, mendax est. Hæc ille. Beatus Hieronymus in libro primo Commentariorum super Matthæum, hoc modo illa verba pertractat: Sicut supra dixerat, eos qui habent vestē vitæ bonæ, non recipiendos propter dogmatum nequitiam: ita nunc ē cōtrariō asserit, ne his quidem accommodandam fidem, qui cū polleant integritate fidei, turpiter viuunt, & doctrinæ integritatem malis operibus destruant. Hæc Hieronymus. In cuius verbis aduertere oportet, quod dixit integritatem fidei non sufficere. Beatus Basilius in regula monachorum, capite nonagesimo quarto, inducit monachos petentes in hunc modum: Quomodo potest quis sine charitate tantam fidem habere, vt montes transferat, aut substantiam suam diuidat, & corpus suum tradat vt ardeat? Huic autem monachorum quæstioni responderit Basilius huiusmodi verbis. Basilius: Si memores sumus domini dicentis: Faciunt enim omnia vt videantur ab hominibus: sed & illud, quod respondit illis dicentibus, Domine, nōne in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in tuo nomine virtutes multas fecimus? cum ait ad eos: Nescio vos vnde sitis. Non quia mentiti sunt, sed quia Dei gratia abusi sunt ad proprias voluntates: quod vtiq; alienum est à charitate Dei. Hæc Basilius. Sufficiunt hæc virorū sacrorum testimonia, quibus comprobauimus verā esse ac literæ Germanæ expositionem eam quam nos prius proposueramus. Patet etiam ex eorum omnium testimonio concordī, fidem solam sine operibus non sufficere. Sed reliqua testamenti noui percurramus testimonia. Apud Ioannem Dominus Iesus Christus ait: Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum patet. Tollere autem eum (vt infra ipsemet ait) est mittere illum in ignem vt ardeat. Quum ergo non ob aliud condemnatur, quàm quod fructum nō fecerat, conuincitur inde opera esse necessaria. Rursum, de vltimo iudicio dominus differens, vitam æternam pomittit his, qui opera pietatis in pauperes & egenos exereuerunt: & ignem æternum decernit illis, qui eiusmodi opera facere contempserunt. Veniat ergo Lutherus, & extollens se supra omne quod dicitur Deus, Dei sententiam reuocet, & gloriam promittat hominibus sceleratis, si credant. Promissiones certæ huiusmodi sunt promissiones serpentis antiqui, qui primis parentibus scientiam promittens, scientiam sustulit, & ignorantiam loco eius subrogauit. Sic enim videtur facere Lutherus, qui dum gloriam æternam solū credenti promittit, ignem æternum sibi & illi parat. Deinde, adulescenti petenti à domino, quid faciendo vitam æternam possideret, respondit Christus verus magister: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Ecce, hic vides mandata exigi tanquam necessaria ad vitæ æternæ consecutionē. Nam si necessaria non essent, non iam præcepta, sed consilia dicenda essent. Hoc enim existimo esse discrimen inter præceptum & consilium, quod hoc suadet tanquam bonum, non tamen exigitur vt necessarium: illud verò sic exigitur, vt de illo ratio reddenda sit. Quod si necessaria nō sunt, præcepta dicenda

cenda non sunt. Non enim præcipiuntur, nisi ut fiant. Hoc autem de manda-
 tis seruandis iterum reperit Dominus, quum in cœlum ascensurus discipulis
 suis ait: Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & fi-
 lij, & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quęcunq; mandauit vobis. Nō
 dixit, docentes eos credere tantum, sed seruare omnia. Nō ergo sola fides suf-
 ficit. Et apud Marcum eodem temporis articulo ait: Qui crediderit & bap-
 tizatus fuerit, saluus erit. Ex quo patet etiam vltra fidem requiri baptismum.
 Non ergo sola fides sufficit ad salutem: aut si hæc sola sufficit, baptismus non
 est necessarius. Quum verò dixit: Qui autem non crediderit, condemnabitur:
 docuit baptismum sine fide non prodesse, quęadmodum nec fides sine bap-
 tismo. Paulus etiam in ea quę est ad Rom. epistola ait: Non auditores legis iusti
 sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Auditores legis hic vecat
 eos, qui ex auditu crediderunt: quoniam fides est ex auditu. Et in priore ad
 Corinth. epistola ait: Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, cha-
 ritate autem nō habuero, nihil sum. Quibus verbis apertissime ostendit, fidē
 solam non sufficere, sed esse etiam necessariam charitatem. Et rursus eisdem
 Corinthios admonens, dicit: State in fide, viriliter agite, & confortamini. Om-
 nia autem vestra in charitate fiāt. Quibus verbis post fidei admonitionem ad-
 didit charitatis opera, innuens fidem sine illis non sufficere ad salutem. Et in
 posteriore epistola ad eosdem ait: Omnes nos manifestari oportet ante tribu-
 nal Christi, ut referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum,
 siue malum. Ecce, patet præmia distribuenda singulis iuxta eorū operum qua-
 litatem. Verūm, quid moramur in re tam aperta. Beatus enim Iacobus in sua
 catholica epistola ait: Qui autem perspexerit in lege perfectē libertatis, & per-
 manserit in ea, nō auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in suo
 facto erit. Et in alio eiusdem epistolę capite. Vis autem scire o homo inanis, D
 quoniam fides sine operibus mortua est? Et iterum ibidē: Videtis quoniam ex
 operibus iustificatur homo, & nō ex fide tantum. Et rursus: Sicut enim corpus
 sine spiritu mortuū est: ita fides, sine operibus mortua est. Vides quā aperte, quā
 sine vllis inuolueris hæc sententiā docet beatus Iacobus? Tam clara certē sunt
 hæc pro nostra, hoc est catholica doctrina testimonia, ut Lutherus eorum cla-
 ritate & efficaciam perspicens, nesciens quō se diuerteret, ad commune omni-
 bus hæreticis asylum confugiat, dicēs talem epistolam nō esse Iacobi apostoli,
 neq; apostolico spiritu dignā. Ob eandem etiā causam negat librum Apocaly-
 psis: nimirū quia per illius testimoniū temeraria Lutheri reuincebatur doctri-
 na. In eo enim lib. sic dicitur: Beati mortui, qui in domino moriūtur. A modo
 enim iam dicit spiritus, ut requiescāt à laboribus suis. Opera enim illorum se-
 quuntur illos. Et iterum: Et alius liber apertus est, qui est vitę, & iudicati sunt
 mortui ex his quę scripta erant in libris secundum opera ipsorum. Et rursus:
 Ecce venio cito, & merces mea mecum est, reddere vniciq; secundum opera
 sua. Propter hæc ergo tam clara horum librorum testimonia, quę aduersus Lu-
 therum militant, Lutherus decreuit his libris fidem nō præstare, dicēs eos nō
 esse ex canone sacrorum librorum. Verū de hac re in primo huius operis libro
 capite secūdo differuimus. Ante enim quā ad pugnam accederemus, ne fortē in
 posterum quid simile, ut nunc, contingeret, de armis vtriq; parti communibus
 disputauimus, ut prius conueniret inter nos de armis quibus esset pugnadum.
 Ibi ergo ostendimus hos libros esse canonicos: quapropter non est quōd am-
 pliūs de hac re disputemus. Accedit ad hæc, quod si sola fides iustificaret (ut Lu-
 therus ait) omnia in vno mandato, videlicet in fide, complerentur. Paulus ta-
 men dicit omnia in vno mandato cōpleri, nempe in charitate: nō autē in fide.
 Sed charitatem nominans, fidem includit, quę est eius fundamētum. Quōd si
 fortē Lutherus propter hæc testimonia dicat se intelligere de fide formata quę
 viuunt per

viuunt per charitatem illam fouentem, tunc cōuenit inter nos: quoniam nos etiā
 dicimus talem fidem iustificare, quamuis de illa etiam non admittamus quōd
 sola iustificet. Nam si fides ut iustificare possit, opus habet charitate, multō ve-
 rius charitas dicēda est iustificatrix, à qua habet fides ut iustificet, quā ipsa fides,
 quę per charitatem iustificat. A forma enim, quę rei perfectionem præstat, capi-
 tur ipsius rei ut substantia, ita & proprietates & denominatio. Paulus autem fi-
 nem legis dicit esse charitatem, & non fidem. Præterea, quomodo fides potest
 esse sola sine operibus, si ipsa fouetur à charitate? Charitas enim nō est otiosa,
 quoniam (ut ait Paulus ad Galat. 5.) In Christo Iesu neq; circumcisio aliquid va-
 let, neq; præputium, sed fides quę per charitatem operatur. Et Dominus apud
 Ioannem: Si diligitis me, madata mea seruare. Si ergo charitas adest, operatur:
 quōd si nō operatur, iam charitatis nullum est signum. Vnde beatus Ioannes
 in sua prima catholica epistola sic ait: Qui habuerit substantiam huius mundi,
 & viderit fratrem suum necesse habentem, & clauerit viscera sua ab eo, quo-
 modo est charitas patris in eo? Probatio ergo dilectionis (ut ait beatus Grego-
 rius) exhibitio est operis. Dicamus ergo non solam fidem iustificare, sed etiam
 opera esse necessaria. Qui autem sola fide cōtentus, sine operibus putat esse si-
 bi satis, videtur mihi similis esse illi homini, de quo dicitur in Euangelio, quōd
 cœpit ædificare, & non potuit consummare. Nam fides fundamētū est, super
 quod, veluti super quandam firmissimam petram, Deus fundauit ecclesiam su-
 am: super quod etiam nos omnes fundari præcipit Paulus, ut stabiles & immo-
 biles simus à spe Euangelij quod audiuimus. Ideo beatus Augustinus libro de
 fide & operibus, cap. 16. interpretans illud Pauli ex priore ad Corinthios epi-
 stola, ubi dicit Christum esse fundamētum, hæc ait: Si Christus, proculdubio
 fides Christi. Per fidem quippe habitat Christus in cordibus nostris, sicut idē
 B Apostolus dicit. Hęc Aug. Si ergo fundamētum est fides, aliquid superædifi-
 candum erit: quoniam qui fundamētum iacit, de reliquo ædificio cogitat. Illud
 verò quod superædificandū est, ut ædificiū maneat laudabile, est opus bonum.
 Vnde Paulus in priore epistola ad Corinth. ait: Si quis autem superædificat su-
 per fundamētū hoc, aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fœnum, stipu-
 lam, vnus cuiusque opus manifestum erit. Ex quibus Pauli verbis patet ope-
 ra esse illa, quę superponenda sunt fundamēto fidei. Qualiter autem quisque
 superædificauerit, ignis probabit. Qui ergo fide sola contentus, opera contem-
 nit, is meritō cœpit ædificare, & nō potuit cōsummare. Propter has vergētissi-
 mas rationes, quę apertissime conuincunt opera esse necessaria ad beatitudi-
 nem assequendam, posteriores Lutherani volentes ducis sui sententiā cor-
 rigere, fatentur ingenuē operum necessitatem: quia sine illis, ut aiunt, vera fi-
 des esse non potest: illa tamen opera nihil prorsus ad hominis iustificationem
 valere dicunt. Nam quidā Ioan. Riuius Arthendoriensis ex Lutherianorum fa-
 ctione in quadam epistola ad amicum innominatum, quę inscribitur de sola fi-
 de, postquā opera fidei cōiunxerat, sibi ipsi objicit atq; respondet, sic inquit:
 Opera igitur, dicit aliquis, requiruntur. Fateor, verū non ut iustitiam per ea
 assequamur, & hæredes existamus æternorum bonorum, id quod statim a rena-
 scentia fumus: sed ut fidem per ea nostram comprobemus, palamq; omnibus
 notam ac testatam faciamus. Namq; ea demum solida ac perfecta est fides, quę
 est per charitatem efficax, ut Apostolus inquit. Quemadmodū enim cuiusmo-
 di sit arbor, de fructibus cognoscitur: ita vera ne sit fides, an secus, ex operibus
 atque factis perspicitur. Et aliquibus interpositis subdit: Nam ne erres, fides in
 Deum plena atque perfecta, nō simplex vlla credulitas, sed persuasio firma est
 cum spe fiduciaque erga Deum iuncta: sic ut non spei minus in fide, quā cre-
 dulitatis adsit. Nam simplex illa de Deo persuasio, solum aditus quidam & ve-
 lut ianua est ad ipsam solidam ac perfectam fidem. Hactenus Ioannes Riuius.
 Eandem

Ioannes
Spange.

Eandem sententiã docet quidã Spangebergus in sua Margarita Theologica, in titulo de operibus, quãst. 5. vbi sic ait: Non potest fides existere cū mala cōscientia: quia fides est fiducia, quòd Deus sit nobis propitijs, mala conscientia iudicat contrariũ. Item qui nō agunt pœnitentiã, sed indulgēt vitiosis cupiditatibus, non retinent fidē. Et in eodē libro in titulo de fide iterũ ait: Fides non tantũ est notitia historiã de Christo, sed est vera fiducia cordis, quã assentitur promissioni euangelij, præcipuè autem significat fiduciã misericordiã promissã propter Christum. Hęc ille. Philippus Melancton illis omnibus doctior, & Melanctō. in titulo de bonis operibus hęc ait: Qui nō agunt pœnitentiã, sed indulgent vitiosis cupiditatibus, nō retinent fidem. Et in titulo de gratia, & iustificatione sic ait: Fides significat haud dubiè in hac causã, apud Paulum, fiduciam misericordiã promissã propter Christum. Et si autē indocti quidã Sycophantã rabiosè reclamant, & negant, fide significari fiduciã misericordiã, tamē nihil dubito, prouocare ad omnes doctos, & bonos viros. Et aliquib⁹ interpositis subdit: Fides igitur se habet correlatiuè ad misericordiã tanq̃ ad obiectũ. Quare cū dicitur, fide iustificamur, ita rectè intelligi hęc figura poterit, cū trãformabitur in correlatiuam. Iustificamur per misericordiã promissã propter Christum. Sed hęc misericordia fide apprehendenda est. Hoc enim agit Paulus reconciliari homines fiducia alieni beneficiij, non propter propriã dignitatē, seu qualitatē operũ. Et post pauca theologis scholasticis detrahēs iterũ ait: Scholastici cū dicunt hominē per gratiã iustificari, nihil ibi dicunt de fiducia misericordiã, sed somniãt hominē propter propriã dignitatē, & nouitatē illã, seu propriam mundiciem sine fiducia misericordiã pronunciar iustum. Hactenus Philip. Melancton. In quibus verbis multa sunt reprehensione digna: & oportet singula annotare, vt omnibus palam fiat eius malitia. Primò cōtra Theologos scholasticos manifestam proponit calumniam, dicens illos somniare hominem propter propriam dignitatē sine fiducia misericordiã diuinę esse iustum. Dispeream si hoc aliquis scholasticus theologus ex his qui ab ecclesia pro catholicis habentur, vnquã asseruit. Omnes enim fatentur neminē sine misericordia diuina aut saluari aut iustificari posse. Omnes scholastici fatentur cum Paul. 3. nō ex operibus iustitiã quã fecimus nos, sed secundum misericordiam Dei saluos nos fieri, per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti. Deinde quòd negat hominē per gratiã iustificari, irridēs scholasticos theologos hoc asserentes, cōtradicit Paulo in epistola ad Titum dicenti: Iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundũ spem vitæ æternæ. In quibus verbis Paulus apertissimè dicit homines iustificari gratia. Et certè si bene aduerteret Philippus Melancton gratiã virtutē & propriã naturã conditionē, apertè intelligeret nos magis tribuere diuinæ misericordiã & bonitati, cū dicimus hominem iustificari per gratiã, q̃ si dicamus illum iustificari per fiduciam misericordiã promissã. Nam fiducia illa misericordiã promissã opus nostrum est, quauis misericordia ipsa cui fides sit diuina. Et inde necessario consequens est, vt qui dicit hominem per fiduciam misericordiã promissã iustificari, dicat etiam hominem per propriũ opus suum iustificari, quod maximè derogare videtur, præsertim, iuxta illorũ sententiã, merito Christi. At cū dicimus hominē per gratiã iustificari, totum tribuimus gloriã Christi, nihil proorsus ex illa iustificatione nobis arrogantes: quia gratia nihil à nobis habet, sed tota producit à Deo, iuxta id quod Propheta ait: Gratia & gloriã dabit dominus. Apertè etiã manifestat suam ignorantia, in prædictis verbis Philip. Melancton, & ex illa errore suum procedere manifestissimè ostēdit. Ignorat quidē, aut saltē ignorare se ostēdit hęc præpositionē, per, varias habere significaciones, & varias causarũ naturas denotare, iuxta varietatem vocũ quibus adiungitur. Nã aliquando di-
cit

Tit. 3.

Tit. 3.

psal. 83.

A cit causam efficientē, aliquando instrumentũ quo aliquid fit, aliquãdo causam formalem, aliquãdo mediũ seu dispositionem ad aliquid adquirendum. Vt (gratia exempli) si Petrus pictor penicillo aliquo pingat tabulam aliquã & colore albo illã afficiat, dicere possumus tabulã illam esse albã per albedinē tanq̃ per causam formale: per penicillũ, tanq̃ per instrumentũ: per Petrũ, tanq̃ per causam efficientē. Et horum omnium cōstant exēpla apud Latinos autores. Nã Columella lib. 6. cap. 2. ait: Vini singulos sextarios per cornu faucibus infundito. Vbi illa præpositio, per, instrumentũ denotat. Per alium ostēdere suã sententiã, & per alium dare, dixit Terentius in comœdia tertia. In quibus verbis, præpositio illa, per, medium denotat. Per imprudentiã decipi, dixit Cicero in oratione pro Roscio Comedo, vbi cōstat illã præpositionē denotare causam efficientem, ita vt dicat imprudentiã fuisse causam deceptionis. Terent. in Hecyra dicit: Ancillas dedo, quolibet cruciatu per me exquire. Vbi Donatus interpretatur, per me, id est me auctore & permittente. Et eodē modo interpretari oportet illud Persiani: Per me sint omnia protinus alba. His omnibus prælibatis facillè nostra sententia intelligetur, & ab omnib. extensis (vt aiunt) brachijs recipietur, nisi forte ab eo qui obstinato animo esse voluerit, aut protin⁹ fuerit insanus. Dicimus hominē iustificari per Christũ, quatenus Deus est, tanquã per causam quã nostrã iustificationē efficit in nobis. Iustificamus insuper per Christum, quatenus homo est, tanquã per causam meritoriã nostrã iustificationis. Iustificamur etiã per sanguinē Christi, tanq̃ per mediũ aut per instrumentũ, quo Christus nobis meritus est nostrã iustificationē. Iustificamur etiã per gratiã, quẽ vera iustitia est, tanq̃ per formã nobis inherentiẽ: sicut per albedinē corpus aliquod dicitur albũ, & per nigredinē, nigrũ. Dicimus etiã hominē iustificari per fidē, tanquã per mediũ quo tendimus ad iustificationē. Est enim fides mediũ quoddã, & necessaria quẽdã dispositio præparans animã ad iustificationem adeo suscipiendã. Nihil igitur detrahimus misericordiã diuinę, aut fidei: nec tollimus fiduciã misericordiã illius, propterea quòd dicimus hominē iustificari per gratiã, quoniã vnumquodq; istorũ quẽ diximus, habet suã propriã & peculiarē causalitatē in hominis iustificatione. Est alius error in illis verbis Philippi Melan. & aliorũ, quo asserunt fidē amitti per quodlibet peccatũ mortale. Sed de hoc errore nolo impræsentiarũ disputare, quoniã alien⁹ est à primo huius nostræ disputationis themate, & de illo specialiter differem⁹ in proximè sequenti cap. post finitã huius hæresis expugnationē. Restat adhuc vnus alius error, qui in illis prædictis verbis Philippi Mel. & aliorũ cōtinetur. Dicunt enim fidē illã, qua iustificamur, esse fiduciã misericordiã promissã propter Christum: & cū hęc dixit Philip. Melanctō, desiderauit in illius verbis modestiã & vrbani-
tatē. Nã appellat nos indoctos & sycophãtas & rabiosos, propterea quòd contra illorũ sententiã reclamamus: & dicit, nos negare, fidē significare fiduciã misericordiã. Ego quidē nolo retaliare iniuriã, quanq̃ facile possem, præsertim si nō pro me sed pro alijs respōdere vellē: hoc tamē vnũ facere nitar, vt ostendã corã doctis & bonis viris, ad quos ille prouocauit, non esse indoctos, aut sycophãtas eos, qui prædictã illorũ assertioni cōtradiciūt. Sed ante omnia opus est, vt omnes intelligãt illũ calumniã malitiosè & mēdaciter cōtra nos fingere cū dicit, nos negare fidē significari fiduciã. Nã hoc ipsum, nos in principio huius disputationis apertè cōfessi sumus, & apertè probauimus, ita sæpè accipi in sacris literis, & apud prophanos autores latinissimos. Negamus tamē fidem illã, qua nos iustificari sacre literæ perhibēt, esse fiduciã, & hoc ipsum nunc probare oportet, partim rationibus, partim testimonijs sacre scripturæ, partim etiã testimonijs sanctorũ & doctorũ virorũ. Et primò obijcio illis Paulum, de quo inaniter gloriantur, & cuius testimonio suam doctrinã se tueri mentiuntur. Is enim in epi. ad Ephe. apertissimũ pro nobis reddit testimoniũ, quũ de Christo loquens

Columella.

Terentius
Cicero.

Ephē. 2. loquēs, hęc ait: In quo habemus fiduciā, & accessum in cōfidētia, per fidē eius. Ecce, vides Philippe Paulū apertissimē ponentē discrimē inter fidē & fiduciā. C
Nā dixit fiduciā oriri à fide, quoniā dicit nos habere illam per fidē. Dixisti te prouocare in hac causā ad omnes doctos, & bonos viros. Nūquid Paulū reculas, iudicē dicēs illū nō esse bonū, nec doctū: sed fortē dicis, Paulū nō ita interpretandū esse, vt nos putamus, verū ne per hęc viā pateat tibi fuga, testimoniū
Theophyl. Theoph. tibi offero, qui prēdictū locū Pauli interpretans, hęc ait: Atqui nō vt captiui adducti sumus, neq; quōd peccauimus: sed libertatē habemus, neq; eā simplicē, sed cū confidentiā, fiduciā, & audaciā. Vndenā hęc nobis bona? Per fidē, inquit: hęc enim solutis peccatis libertatē nobis & fiduciā imposuit. Hęc Theop. Ex quibus verbis apertissimē cōstat Paulū sensisse fiduciā in nobis causam esse à fide, & inde vltteriū sequitur fidē qua iustificamur, nō esse fiduciā sed causam fiduciā. Et hoc ipsum Saluator noster apertissimē ostēdit, quū mulieri, quæ sanguinis fluxū patiebatur, dixit: Cōfide filia, fides tua te saluā fecit. Ex quibus verbis apertē cōuincitur, fidē esse causam fiduciā. Nā idē iubet illam cōfidere, quia iā habet fidē, talem, vt salutē animæ impetrauerit. Præterea, fides illa, quā tantopere laudat Paulus in epist. ad Heb. est fides per quā iustificamur. Nā de illa loquēs dicit: Abel per illam testimoniuū consequutū fuisse, se esse iustū, & illā dicit esse sine qua impossibile est placere Deo. At fides illa de qua Paulus ibidē loquitur, nō est fiducia. Quāquā Eras. Roter. in Annotationibus super illum Pauli locū ad Heb. dicit: Fidē illo loco à Paulo accipi pro fiducia. Et nūc hoc aduertēs, apertē intelligo latēs venenum in verbis Erasmi, & ex istis, sicut etiā ex alijs eius verbis cognosco verū esse prouerbiū, quod vulgō iactatū est apud Germanos catholicos. Erasmus posuit oua, sed Lutherus exclusit pullos. Nā credo, Lutheranos ex hac Erasmi sentētia causam accepisse, vt dicerent, fidē illā, qua iustificamur, esse fiduciā misericordiæ promissæ propter Christū. Sed his omisiss ad nostrū scopū reuertamur, vt probemus fidē in illo loco epi. ad Hebr. nō significare fiduciā. Nā de illa loquens Paulus dicit: Credere oportet accēdētem ad Deū, quia est, & inquirentibus se remunerator sit. Et iterum fide intelligimus aptata esse secula. At, credere, & intelligere, operationes sunt intellectus, & inde sequitur quōd nō pertinent ad fiduciā, quia hęc est actus, aut passio voluntatis, quod vel ex eo constat, quōd est proxima spei & posterior illa. Quōd si hoc Philippus negare contendat, conuincam illum iudicio docti & boni viri, vnus certe ex illis, ad quos se prouocasse dixit. Seneca epist. 16. hęc ait: Dicam tamen sententiā, quōd iam de te spem habeā, nondum fiduciā. Ex his verbis Senecæ, apertē cōstat fiduciā, illius iudicio, esse aliquid maius spe, & illa post rursus: & inde cōuincitur, fiduciā pertinere ad voluntatē, quæ admodum spes, quæ illam præcedit. Deinde multa sunt circa quæ versatur fides, prout sunt, quōd Deus est trinus & vnus, quōd filius Dei incarnatus est, natus est ex Maria virgine, crucifixus est, mortuus & sepultus est, resurrexit, ascendit in cælū, sedet ad dexterā patris: circa quæ omnia nullo modo potest esse fiducia, nec circa aliquod eorū, quoniā fiducia semper est respectu futurorū, & nunquā respicit præsentia neq; præterita: illa autē, quæ nūc proximē enarrauimus pertinere ad fidē, omnia sunt præterita, præter vnū quod semper est præsens, de vnitāte Dei, & Trinitate personarū. Præterea, Paulus ad Corin. scribens separat fidē à spe, & per cōsequēs à fiducia. Nunc autē, inquit Paulus, manent fides, spes, charitas: tria hęc. Si fides (vt Lutherani dicunt) cōplectitur in se spem, iam nō tria, sed duo sunt. Si tria sunt (vt Paulus ait) oportet necessariō fidem ab alijs duabus separare. Post hęc tam aperta scripturæ testimonia opus est, vt sanctorū, & doctissimorū virorum iudiciū requiramus, quoniā Philippus Melan. vt ex dictis illius, quæ supra citauimus, constat, ad huiusmodi viros prouocauit. Aug. in lib. de Spiritu & litera, ca. 31. de fide, qua iustificamur, distē-

A differēs, hęc ait: De hac enim fide nunc loquimur, quā adhibemus, cū aliquid credimus: nō quā damus, cū aliquid pollicemur: nam & ipsa dicitur fides. Sed aliter dicimus, nō mihi habuit fidē: aliter autē, nō mihi seruauit fidē. Nā illud est, nō credidit, quod dixi: illud, non fecit, quod dixit. Secundū hęc fidem, qua credimus, fideles sumus Deo: secundum illam verō, qua fit, quod promittitur, etiā Deus ipse fidelis est nobis. Hoc enim dicit Apost. Fidelis Deus, qui non vos permittit tentari, super id quod potestis. Hęc Aug. Ex quibus verbis apertissimē patet fidem qua iustificamur, non esse fiduciā, sed operationē intellectus, qua Deo aliquid reuelanti, aut dicenti credimus. Et hęc August. dicens, nunquā fiduciā aut cōfidentiā habuit memoriā. Basilius in libro de vera, & pia *Basilius.* fide, fidem diffiniens, sic ait: Fides est assentiens approbatio sine hæsitatione, Hęc Basil. Chrysost. super secundū caput Matthei hęc ait: Quam magna Magorum fides est, nō dicentes, Si magnus est puer hic, quæ necessitas fugæ est, & occultæ recessiois? hoc enim est veræ fidei, non querere causas eorum, quæ verè præcipiuntur, sed suaderi solū ab eis. Et in expositione symboli iterum ait: Fides religionis catholicæ, lumen est animæ, ostium vitæ, fundamentū salutis æternæ. Fides lampas est, quia sicut lampas illuminat domū, ita fides animā. Hęc Chryf. Ex quibus omnib. constat per illam nō esse fiduciā: quia cū illa non sit operatio intellectus, constat per illam non posse animā illuminari. Sed iam ista omittamus, & vt magis Philippum, & suos cōplices conuincamus, demus illis, gratia disputationis, fidem esse fiduciā misericordiæ promissæ propter Christum: nunquā tamen inde habebunt quōd per talem fidem homo iustificetur. Nam peto ab illis de qua fiducia loquuntur, cū dicunt hominem iustificari per fiduciā misericordiæ promissæ propter Christum. Si intelligunt de fiducia misericordiæ iam acceptæ, per illam nullo modo potest homo iustificari: quia illam præcedit, saltem natura, ipsa iustificatio, tanquam obiectum circa quod tendit ipsa fiducia. Absurdū est enim dicere quōd homo iustificetur per aliquid posterius ipsa iustificatione. Si verō intelligunt de fiducia misericordiæ nondum acceptæ sed accipiendæ, hęc sola satis esse non potest ad iustificationem hominis cōplendam. Quia hęc fiducia si nō habet secum spem & charitatem & opera mandatorum Dei, quibus imitatur, vana erit fiducia, & indigna quæ assequatur id quod sperat. Huius rei apertissimū testimoniū est quod multi fuerunt & sunt, hanc fiduciam habentes, qui tamen illa frustrati sunt, & non sunt assequuti quod sperabant. Nam Salomō in Prouerbijs ait: Via stulti recta *Prou. 12.* in oculis suis. Et in eodem libro iterum ait: Est via quæ videtur homini iusta, *Prou. 14.* nouissima autem illius ducunt ad mortem. Et rursus in Ecclesiaste ait: Sunt *Eccle. 8.* impij qui ita securi sunt, quasi opera iustorum habeant. Et Ecclesiasticus ait: *Eccle. 7.* Non te iustifices ante Deum, quoniam agnitor cordis est. Sed his omnibus testimonijs multō efficacius & apertius est, quod de Episcopo Laodiceæ Ecclesiæ Angelus dixit in Apocalypsi Ioannis: Quia tepidus es, & nec frigidus nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo. Quia dicis, diues sum & locupletatus, & nullus ego, & nescis quia tu es miser & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Nihil potest apertius dici cōtra temerariā multorum hominum fiduciam, & vanam eorum securitatē. Pharisæus etiam ille euangelicus, in templo orans, magnum nobis præbet argumentum ad cōuincendum hanc vanam fiduciam. Nam ille iustum se esse indubitanter credebat, de sua iustificatione confidens, gratias Deo agebat, quōd non esset sicut cæteri homines, & tamen *Luc. 18.* hic non descendit iustificatus: sed Publicanus ille, qui nihil tale de se credens, à longē stabat & percutiebat pectus suam, dicēs: Deus propitius esto mihi peccatori. Deinde, si hęc istorum sententia vera esset, multō plures essent Christiani iusti & salui quàm peccatores damnati: quoniā vix vnus aut alter Christianus est, qui hanc fiduciam non habet. Nam & hoc ipsum testatur Salomon

in Prouerbijs, dicens: Omnis via viri recta sibi videtur, appendit autem corda Dominus. In quibus verbis Salomon docet, homines sæpè decipi in æstimatione quam de seipsis habent: quoniam nõ tales sunt apud Deum, quales sibi videntur. De hac etiam vana fiducia testatur Chrysoſtomus Homilia prima super primum caput Matthæi, vbi hæc ait: Vnusquisque nostrum in nulla alia re spem suam post Dei misericordiam, nisi in morum sanctitate constituit. Hæc Chrysoſtomus. Augustinus in libro de singularitate clericorum ait: Lubrica spes est, quæ inter fomenta peccati, saluari se sperat. Et iterum: Expedi bene timere, quàm male fidere. Hæc Augustinus. Sed audiamus Bernardum, qui apertius hanc vanam fiduciam condemnat, sermone tertio de Annuntiatione, vbi postquam citauit illa Saluatoris verba ad mulierem adulteram, Neque ego te condemnabo, vade, amplius noli peccare, hæc ait: O vox misericordiæ, o auditus latitiæ salutaris, Audiam fac mihi mane misericordiã tuam, quia in te speraui Domine. Sola nimirum spes apud te miseracionis obtinet locum, nec oleum misericordiæ, nisi in vasa fiduciæ ponis. Sed est infidelis fiducia solius maledictionis capax, cum videlicet in spe peccamus. Quamquam nec fiducia dicenda sit, sed insensibilitas quædam & dissimulatio pernicioſa. Quæ enim fiducia ei qui periculum non attendit? aut quod ibi timoris remedium, vbi nec timor sentitur, neque materia ipsa timoris? Fiducia solacium est, nec eget illo solatio, qui latatur cum malefecerit, & exultat in rebus pessimis. Hæc Bernardus, qui nihil apertius dicere poterat contra vanã Lutherianorũ istorum fiduciã. Sed iam, ne ex verbis Philippi Melan. supra citatis, aliquid reprehensione dignum omitamus, opus est vt lectorẽ admoneamus, de ridicula expositione, quã ille dedit huic propositioni, Fide iustificamur. Dicit enim fidẽ se habere correlatiuẽ ad misericordiam, tanquam ad obiectum. Quare cum dicitur, fide iustificamur hoc modo rectè intelligi dicit, si illud nomẽ, fides transformetur in correlatiuum sic dicendo, Iustificamur per misericordiã promissam propter Christum. Quis hæc audiens nõ ridebit? Aut quis vnquam putauit, fidem esse correlatiuum ad misericordiã magis quã ad aliam rem credibilem? Quis etiam vnquam docuit pro vno correlatiuo substituere aliud? Multum certè fuissent olim gaudii hæretici Patristiani, si hoc nouum genus interpretandi sacram scripturam fuissent assecuti. Nam quoties legimus in sacris literis, filium Dei fuisse passum, illi interpretarentur de patre diuino, dicentes, filium esse correlatiuum ad patrem, ac proinde licere vnum correlatiuum interpretari per aliud, & loco filij substituere patrem. Sed quis hæc non irrideat? Quis nõ hæc abominetur? Certè Lutherus istorum omnium coryphæus in libro de capti. Babylonica, de sacramento Eucharistia differens, docet sacram scripturam esse interpretandam in simplicissima verborum significatione, & nunquam extra Grammatica propriam significationem, ne aduersarijs detur occasio eludendi. Obsecro igitur candidum lectorem, vt diligenter aduertat, & tandem iudicium ferat, an sit simplicissima & propria significatio, vnum correlatiuum interpretari per aliud illius correlatiuum. Postremò, vt Philippum vndique vallemus, & si demus illi veram & Germanã esse illam interpretationem, quam ille reddit huic propositioni, Fide iustificamur, iuxta illã interpretationem nihil magis tribuit fidei quã operibus, etiam si fidem capiat pro fiducia. Nam peto ab hoc Philippo & eius sectatoribus, an dicat hominem iustificari per solam fiduciam misericordiã promissã, an per solam Dei misericordiam. Si per solam misericordiam promissam dicit hominem iustificari, ergo fiducia misericordiæ nõ magis operatur ad iustificationem, quã poenitentia, aut alia pietatis & religionis opera. Si per fiduciã dicit hominem iustificari, quum illa sit opus nostrum, consequens est vt etiã dicant, per aliquod opus nostrum nos iustificari, quod tamen ipsi audire abhorrent, tantum abest, vt fateri velint. Aduersus hanc hæresim militant etiam omnia illa, quæ

la quæ inferius pro expugnatione proximè sequentis hæresis adducemus. Superest vt Lutheri obiectionibus respondeamus. Primum namque obijcit illud Apostoli Pauli ad Romanos. 5. Iustificati ergo ex fide, pacem habeamus apud Deum. Et illud ad Ephesios secundo: Gratia estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis. Et in epistola ad Hebræos: Sine fide impossibile est placere Deo. Et in Actibus Apostolorum beatus Petrus loquens de Gentibus cõterſis ad Christum, ait: Et qui nouit corda Deus, testimonium perhibuit: dans illis spiritum sanctum sicut & nobis, fide purificans corda eorum. Et per prophetam Abacuc, capite secundo dicitur: Iustus ex fide uiuit. In quibus omnibus scripturæ locis & alijs quamplurimis iustificatio & purificatio tribuuntur fidei, nulla operum mentione facta. Signum est (inquit Lutherus) quod sola fides sine operibus iustificat hominem. Huic autem obiectioni respondemus, verum esse quod in illis scripturæ locis dicitur, fidem scilicet iustificare hominem, & sine illa neminem esse iustum: non tamẽ sic dicitur fidem iustificare, quod alia omnia excludantur à iustificatione. Non enim per hoc, quod effectus dicitur producti ab vna causa, per hoc excluditur alia quæ particeps fuit illius productionis: vt gratia exempli, si quis dicat Petrum esse genitum à Ioanne, nõ per hoc asserit eum non esse genitum à matre, etiam si mater taceatur: aut si dicat eum esse factum à patre & matre, non idè colligendum est inde, vt intelligat talis sic loquens, Petrum non fuisse productum à Deo. Scriptura ergo, etsi dicat iustificationem pendere ex fide, non tamen dicit eam pendere ex sola fide. At dicunt, de iustificatione loquens expressit fidem, nulla mentione operum facta. Fatemur eum tunc tacuisse de operibus, non tamen illa exclusit à iustificatione. Nam si per hoc quod tacentur, debent reputari pro exclusis, oportet etiam dicere baptismum non esse necessarium, quin sine ipso quilibet saluari posset: quoniam in nullo illorum locorum scripturæ, quæ modò citauimus, fit mentio aliqua baptismi: fides ergo sine baptismò saluabit? Absit. Quod si Lutherus dicat baptismum necessitatem alibi fuisse expressam, etsi in his locis taceatur, & hoc sufficere asserat: & nos hoc etiam illi respondebimus, quod licet in his locis scripturæ citatis, aut alijs quibuscumque taceantur opera, quum de iustificatione fit sermo, non per hoc intelliguntur exclusa à iustificatione, quoniam factis est pro illorum assertionem, operum virtutem & efficaciam alibi fuisse expressam, sicut patet in testimonijs per nos primum adductis. Præterea, si per hoc quod opera tacentur, licet ea excludere, aut eorum exclusionem inferre, eadem ratione licebit fidem etiam excludere à iustificatione, quia sæpè operibus tribuitur iustificatio, nulla fidei mentione facta. Et, vt alia huius rei testimonij omittam, vel illud est apertum, quod in commendationem eleemosynæ dicitur: Eleemosyna ab omni peccato & morte liberat. Vide quod dixit, ab omni peccato. Et iterum de eadem: Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis. Et rursum ipsaemet veritas ait: Date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis. Aduerte quod dicit, omnia. Posset ergo aliquis sic argumentari, eo modo quo Lutherus: Ecce Saluator commendat nobis eleemosynam, & nullam prorsus tunc de fide mentionem faciens, dicit omnia nobis esse munda. Ergo fides non est necessaria, sed sola eleemosyna sufficit, maxime quia in die iudicij (vt ipse Dominus per Matthæum ait) de hac petet rationem, nec tunc etiam vllam fidei mentionem facit. Absit autem, vt quis dicat solam eleemosynam sufficere ad vitam æternam, cum Paulus dicat: Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, charitatẽ autem non habuerò, nihil mihi prodest. Quotiescumque ergo fides, aut quæuis alia virtus laudatur, vel aliquid honoris illi tribuitur, semper intelligendum est hac subintelligita conditione, si rectè suum exequatur officium. Tunc autem dicitur suum officium rectè exequi, si alia non omiserit, quæ aliàs præcepta sunt. Sicut enim

elemosyna dicenda est bona, quando ex fide procedens solo Dei respectu fit: sic etiam fides tunc erit sufficiens, quando illi fuerint opera necessaria coniuncta. Nō enim per hoc, quod vna atq; altera virtus laudatur, statim inuidendum est alijs: quia virtutes non sibi inuicem inuident, quemadmodum homines facere solent: quia aliorum laudes existimant suas esse contumelias, putantq; suae gloriae detrimentū esse cuiuscunq; alterius laudes. At virtutes non ita: sed omnes sua sorte contentae, & quelibet suum gradum agnoscens, nec inferiorē despicit, nec altiori inuider. Per hanc ergo quae diximus, faciliē (vt existimo) cui libet obiectioni responderi posset, fatentes fidem iustificare, fidem exigi, fidem purificare, sed non solam, sed cum ea exiguntur omnia illa, quae aliās praecepta inueniuntur. Nam alioqui frustra praeceperetur. Verū vnus nobis restat scrupulus adhuc tollendus. Paulus siquidē in ea quae est ad Rom. epist. ait: Arbitramur iustificari hominē per fidē, sine operibus legis. Et in epist. ad Galat. Scientes autem, quod non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi: & nos in Christo Iesu credidimus, vt iustificemur ex fidē Christi, & nō ex operibus legis. Propter quod ex operibus legis nō iustificabitur omnis caro. De his duobus scripturae locis maximē gloriāntur Lutherani, quia (vt ipsi aiunt) in illis sic tribuitur iustificatio hominis ipsi fidei, vt excludantur opera. Quibus respondemus, Paulū in illis duobus locis loqui de operibus legis veteris, puta de ceremonijs & alijs ritibus, quae omnia fuerant per Christi mortem deleta, & nullam penitus virtutem habentia, quapropter nec iustificare ququam poterant. Non autem loquebatur de operibus aliorum praeceptorū decalogi. Ipsa autem materia, de qua in illis epistolis tractat, ita est apertē cōiuncta: quoniā (vt beatus Hilarius ait) circumstantiā scripturarum solent scripturae sensum aperire. Certum est autem, Paulum in illis duabus epistolis circa hoc versari, vt ostendat legem Mosaicam, quae solis Iudaeis data fuerat, iam cessasse, legemq; Christi nouam esse omnibus communem. Ideo post illa verba, quae ex tertio capite epistolae ad Rom. citata sunt, statim subiunxit: An Iudaeorum Deus tantum? Nōne & Gentium? Imō & Gentium: quandoquidem vnus est Deus qui iustificat circumcisionem ex fide, & praeputium per fidem. Et de epistola ad Galatas manifestum est in illa hoc velle docere Galatas, vt videlicet crederent legitima non esse ampliū exercenda. Nam ob hanc causam testatur se reprehendisse Petrum, q̄ videlicet per simulationem Gentes iudaizare cogebat. Nulla in illis epistolis, ad Rom. videlicet, & ad Galat. fit mentio de alijs operibus, q̄ de operibus legis veteris. Nil ergo aduersus nos illa scripturae loca agunt: quoniā etiā nos fatemur illa opera legis veteris iā nullius esse momenti. Potest adhuc aliter responderi ad hoc argumentum, vt dicamus Paulum loqui in illis locis de operibus ante fidem susceptam factis, quae omnium cōsensu nullius sint meriti apud Deum, & de his nos etiā fatemur nihil prorsus agere ad hominis iustificationem. Nam etsi illa sint aliquando necessaria ad iustificationem, vt poenitentia in peccatore, nunquam tamen illis imputabitur iustificatio. Opera autem, de quibus nos contendimus esse necessaria ad iustificationē, sunt opera facta post fidei susceptionē, & ista sunt de quibus Apostolus Iacobus ait, Fides sine operibus mortua est. Iuxta hunc sensum interpretatur Beda, qui in Cōmentarijs super cap. 2. epistolae Iacobi, hanc ait: Quoniā Paulus Apost. praedicans iustificari hominē per fidem sine operibus, non bene intelletus est ab eis qui sic dictū acceperunt, vt putarent, cum semel in Christū credi dissent, etiā si malē operarentur, & facinorosē flagitioseq; viuerēt, saluos se esse per fidem, locus iste huius epistolae eundē sensum Pauli apostoli quomodo sit intelligendus, exponit. Ideoq; magis Abrahāe exemplo vitur, vacuam esse fidem si non bene operetur, quoniā Abrahāe exemplo etiam Paulus Apost. vsus est, vt probaret iustificari hominē sine operibus posse. Cum enim bona opera

Secunda
obiectione
Rom. 3.
Galat. 2.

Iaco. 2.
Beda.

A commemorat Abrahāe, quae eius fidē comitata sunt, satis ostendit Apostolum Paulum nō ita per Abrahā doceri iustificari hominē per fidem sine operibus: vt si quis crederit, nō ad eū pertineat bene operari: sed ad hoc potius, vt nemo arbitretur meritis priorum bonorū operum se peruenisse ad donum iustificationis, quae est in fide. In hoc se gentibus in Christū credentibus Iudaei praefere cupiebāt: quia dicebāt se meritis bonorū operū quae in lege sunt, peruenisse ad euangelicā gratiā. Ideoq; scandalizabatur multi qui ex eis crederent, quod in circumcisis Gentibus, Christi gratia traderetur. Vnde Apost. Paulus dicit posse hominē sine operibus, scilicet praecedentibus, iustificari per fidē. Nam iustificatus per fidē, quomodo potest nisi iustē operari? Hanc Beda. Quod autē dicit, iustificatū per fidē nō posse nisi iustē operari, nō sic intelligendum est, vt qui semel iustificatus est, nō possit à sua iustificatione excidere, aut q̄ coactus sit ad bene agendū: sed idē dixit, quia cum iniustē operatus fuit, eo ipso amittet iustificationē. Sentit ergo hanc duo simul cohaerere non posse, hominem esse iustificatum per fidem, & illum iniustē operari. Scio, hanc Pauli loca aliter ab alijs exponi, & aliter obiectioni praeterita responderi ab eisdem: mihi tamen ij duo sensus magis placent, quoniam magis Germani sunt literae. Theophylactus illa loca exponit iuxta primū modum, quo nos exposuimus. Ad eundem modum interpretatur B. Ambrosius. Et beatus Hieron. docet illum locum epistolae ad Galatas esse eodem modo intelligendum. Tertio obijcit nobis Philippus Melan. illud Pauli ad Rom. Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Ex quibus verbis censet Philip. Melancton apertē colligi Abraham fuisse iustificatum per solam fidem. Sed fallitur Philippus in hac parte, nō intelligens quid sit reputari ad iustitiam. Non enim est, vt Philippus putat, primam iustificationem acquirere, sed est inter opera iustitiae computari. Docet B itaq; Paulus in illis verbis, fidem qua Abraham credidit Deo, fuisse opus iustitiae, & meritū ita docet Paulus. Quoniam iustum est, vt quisque Deo (qui veracissimus est) aliquid dicenti credat. Quod autem reputari ad iustitiam, significet id quod diximus, apertē ostendo ex alio loco sacrae scripturae. Nā Propheta regius, laudans facinus Phinees sacerdotis occidentis Iudaeum fornicantem cum muliere Madianitida, ait: Et steter Phinees & placauit, & cessauit quassatio. Et reputatum est ei in iustitiam, in generatione & generatione vsque in sempiternum. Ecce occisionem hominis reputatam esse Phinees ad iustitiam, vt dicit Chrysol. Homil. 17. super Matth. cuius verba citantur à Gratiano in cap. Occidit. 33. q. 8. Certum est autem in illis verbis Prophetae, reputari ad iustitiam occisionem, non significare Phinees fuisse iustificatum per talem occisionem, sed solū significare illum sic occidendo illos fornicatores, fecisse opus iustitiae, & talem occisionem fuisse acceptatam à Deo tanq̄ opus iustū. Eodē igitur modo interpretandum est Paulus, quando dixit fidem Abrahāe reputatam esse illi ad iustitiam, nō quod per solam illam fidem fuerit iustificatus, sed quod sic credendo fecerit opus iustum. Fortē Philippus & sui sectatores putabūt se videri nos per id quod Paulus cōtinuō subdit, dicēs: Ei autē qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Ei verō qui nō operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides eis ad iustitiam. Ex quibus verbis, fortē Philippus colligit fidem sine operibus iustificare. Sed longē aliter quā Philippus putat, verba illa Pauli sunt intelligenda. Nam Paulus illo loco, postq̄ dixerat fidem Abrahāe reputatam esse illi ad iustitiam, statim differit de operibus, post fidem & gratiam susceptam factis. Duos itaq; Paulus in illo loco distinguit homines iam iustificatos. Sunt enim aliqui qui post fidem & gratiam susceptam opera bona fecerunt, & istis dicit mercedem (hoc est, gloriam aeternam, quae vera est merces) deberi nō secundum gratiam, hoc est, non gratis & ex pura libertate, sed secundum debitum: quia gloria

ria aeterna debetur operibus bonis, non ex natura aut dignitate naturali ipsorum operum, sed ex promissione diuina. Sunt alij qui post fidem & gratiam susceptam nullum bonum opus operati sunt, quia forte nullum fuit illis datum tempus, in quo rectè operari potuissent, prout contigit illis qui à baptismo suscepto statim mortui sunt, & istis sola fides reputatur ad iustitiam, non solum ut iusti sint in hac vita, sed etiam ad gloriam aeternam, quam Chrysostr. in hoc loco appellat iustitiam plenam & cumulatam. Et hoc tribuitur istis non secundum debitum, ut primis, sed secundum gratiam & merà liberalitatem Dei, & hoc est quod dicit Paulus secundum propositum gratiæ Dei. Quòd autem istis non detur merces, ita secundum debitum, sicut primis, inde euenit, quòd primi aliquod proprium opus habuerunt, in quo Deo seruiuerunt, & idè merces est aliquo modo illis debita: secundi autem solam fidem habuerunt, quæ, ut ait Paulus, Dei donum est, & idè non propriè dici potest opus nostrum, quia nullus eam proprijs viribus potest acquirere, iuxta id quod Saluator ait: Nemo venit ad me, nisi Pater meus traxerit illum. Iuxta hunc modum exponunt hæc Pauli verba beatus Anselmus, & Glossa, quæ vulgò dicitur Ordinaria, & beatus Thomas. Alteram interpretationem reddunt eisdem verbis hi tres doctores, quos proximè citauimus: Sed multò magis arridet illa, quam ego nunc proximè enarraui, quoniam magis mihi videtur esse litera Germana. Quartò nobis obijciunt illud Pauli, Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Si quis autem superædificet supra fundamentum hoc aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, foenum, & stipulam, vniuscuiusq; opus manifestum erit. Dies enim Domini declarabit: quia in igne reuelabitur, & vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod superædificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Ex his Pauli verbis Lutherani se conuincere putant, fidem solam sufficere ad salutem. Nam Paulus, ut illi existimant, his verbis docet saluos fore omnes qui habuerint Christum pro fundamento sui spiritualis ædificij, quicquid postea edificent. Dicunt enim Paulum solum duos ordines superædificantium Christo constituere, & vtrosque fore saluos: eos quidem qui ligna, foenum, & stipulam superædificant, saluari per ignem: alios verò, qui aurum, argentum, & lapides pretiosos superædificant, saluari sine igne. Cum igitur omnes qui fidem Christianam habent, teneant Christum, quia (ut Paulus ait) ille per fidem habitat in cordibus nostris. Et ob eandem causam ipse Paulus gloriatur, se fundamentum posuisse apud Corinthios, quia fidem Christi illis tradiderat, inde Lutherani apertè colligere se putant, omnes qui credunt in Christo, tandem fore saluos, aut per ignem tribulationis consummentem mala opera perpetrata, aut sine huiusmodi igne, qui nihil mali sed solum bona opera fecerunt. Sed hæc istorum argumentatio, ex praua & detorta verborum Pauli intelligentia procedit. Et certè si hæc Pauli verba rectè, ut decet, considerentur, apertissimè cognoscetur multò magis nobis fauere quam illis. Nam ex illis verbis, ut postea in titulo de purgatorio longius comprobabimus, colligitur esse purgatorij ignem post hanc vitam, & distinctionem peccatorum mortalium à venialibus, pœnamque venialium esse solum temporalem. Sed his omissis, quæ ad alium locum disputanda relinquimus, opus est vt ad nostrum scopum accedentes, probemus nihil tale in verbis Pauli contineri, quale hæretici putant. Primò quidem decipiuntur, putantes eos qui opera mala perpetraverunt, & in eorū affectu permanent, habitare in Christo, & illum habere pro fundamento. Nā beatus Ioannes in sua prima canonica epistola dicit: Si dixerimus, quoniam societatem habemus cum illo, & in peccatis ambulamus, mentimur, & veritatem non facimus. Quid est autem in tenebris ambulare, nisi opera peccatorum facere?

A cere? sunt enim ipsa peccata verissimè tenebræ. Et iterum in eadem epistola: Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. At qui peccata committit, non ambulat sicut Christus, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: ergo ille, iuxta Ioannis sententiam, in Christo non manet. Et iterum in eodem loco: Qui odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat. Ex quibus Ioannis verbis apertissimè conuincitur, illum qui odit fratrem suum, non habitare in Christo, qui lux est verissima: quoniam, ut ait Paulus, quæ societas luci ad tenebras? Et rursum iterum idem Ioannes ait, Omnis qui in eo manet, non peccat. Et iterum: Qui non diligit, manet in morte, Omnis qui odit fratrem suum, homicida est: Et scitis, quoniam omnis homicida non habet vitam aeternam in se manentem. Si non habet vitam, ergo nec habet CHRISTVM, qui vera est vita. Postremò Salomon de Sapientia diuina, quæ CHRISTVS est, differens ait: In maleuolam animam non introibit sapientia, neque habitabit in corpore subdito peccatis. Cum igitur ex his omnibus apertè constet, CHRISTVM non habitare in cordibus peccatorum, inde etiam conuincitur, illos non habitare in Christo: quia Christus est in omnibus, qui in eo sunt. Et inde vterius sequitur eos, qui peccata habent, non habere Christum pro fundamento sui spiritualis ædificij. Et quòd de his talibus non loquatur Paulus in prædictis verbis, sed de solis iustis, in quibus Deus habitat per gratiam, facile persuadetur per id quod idem Paulus continuo post illa verba subdit: Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autè templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. Attende obsecro quid dicat: Disperdet, inquit, non saluabit. Ex quibus verbis apertè conuincitur, non superædificare supra fundamentum, quod Christus est, qui, & si teneat fidem, tamen fidei coniungit peccata mortalia. Et hunc esse verum Pauli sensum confirmo testimonio Augustini libro de fide & operibus, cap. 16. vbi declarans prædicta Pauli verba, postquam dixerat fidem etiam esse fundamentum, sicut Christus, hæc ait: Non enim fides illa dæmonum, cum & ipsi credant, & contremiscant, & filium Dei consiteantur Iesum, potest accipi in fundamentum. Quare? Nisi quia non est fides, quæ operatur per dilectionem, sed quæ exprimitur per timorem. Fides itaq; Christi, fides gratiæ Christianæ, id est, ea fides quæ per dilectionem operatur, posita in fundamento, neminè perire permittit. Hæc Aug. Est adhuc aliud in verbis Pauli diligenter considerandum, quod manifestè ostèdet Lutheranos in eorum verborum intelligentia fuisse deceptos. Nā Paulus, superædificantes supra fundamentum spiritualis ædificij distinguens, nulla alia ædificia superædificata commemorat, nisi aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, foenum, stipulam. At peccata mortalia neque aurum sunt, neque argentum, neque lapides pretiosi, quoniam omnia hæc pretiosa sunt, peccata verò mortalia adeò vilissima sunt, vt nullius sint pretij aut valoris, nisi forte apud eos, qui latantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Sed neque lignis, neque foeno, aut stipulæ comparantur peccata mortalia in scriptura sacra, quoniam istæ res materiales facillè consumuntur igne, peccata verò mortalia habent ignem aeternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Et ob hanc causam illa comparatur in sacra scriptura plumbo, & ferro, & grauibus saxis, quæ suo pondere premunt, & à coelorum summo vsque ad infernum trahunt. Peccata autem venialia, eò quòd leuia sunt, & per ignem tribulationis purgari possunt, leuissimis rebus, & quæ facillè igne consumi possunt, comparata sunt, videlicet lignis, foeno, & stipulæ. Duos igitur ordines superædificantium Christo, Paulus commemorat. Sed vtrosque iustos. Primi qui superædificant aurum, argentum, aut lapides pretiosos, sunt qui nihil purgandum habent, & hi statim post mortem recipiunt mercedem gloriæ aeternæ. Cateri verò, qui superædificant ligna, foenum,

aut stipulam, sunt qui peccata sola venialia commiserunt, aut si peccata mortalia commiserunt, poenitentiam illorum egerunt, sed non plenam satisfactionem, & hos purgari oportet antequam mercedem gloriae recipiant, & hoc aut per ignem tribulationis in vita praesenti, aut per ignem purgatorij in vita futura. Et hoc est quod Paulus dixit eos saluos fore, sic tamen quasi per ignem. Quinto nobis obijciunt testimonia aliqua sacrae scripturae, quibus omni credenti absq; vlllo discrimine, & sine vlla exactione bonorum operum, promittitur iustitia & vita aeterna. Nam Christus saluator noster apud Ioannem ait: Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipso, non pereat, sed habeat vitam aeternam. Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam. Et Paulus ad Romanos scribens, ait: Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi, in omnes & super omnes qui credunt in eum. In his omnibus locis aperte promittitur iustitia, & deinde vita aeterna omni credenti. Et inde se recte colligere putabunt Lutherani, fidem solam sine operibus satis esse ad iustitiam consequendam. Huic obiectioni scio alios aliter respondere, sed omissis illis responsionibus, quae a litera longe distare videntur, alias referam quae magis literae conueniunt. Primo igitur respondeo, omnia illa sacrae scripturae testimonia, esse intelligenda de fide viuua, quae quidem per dilectionem operatur, & pro hac re suffragatur nobis B. Augustinus in lib. de fide & operibus, cap. 13. vbi postquam dixerat mores bonos & fidei sibi inuicem esse conexas, sicut dilectio Dei, & dilectio proximi: quarum altera sine altera esse non potest, haec quae sequuntur ait: Ideo aliquando, alterum sine altero, pro plena doctrina inuenitur scripturam commemorare, vt etiam hoc modo intelligatur alterum sine altero esse non posse, quia & qui credit Deo, debet facere quod praecipit Deus, & qui propterea facit, quia praecipit Deus, necesse est, vt credat Deo. D. Haec Augustinus. Quae verba valde notanda sunt, & pro insigni quadam regula retinenda: quoniam iuuant multum ad intelligentiam multorum aliorum locorum sacrae scripturae, & valent etiam ad confirmationem eorum quae diximus in solutione primi argumenti. Et adhuc apertius huic nostrae solutioni fauet in eodem opere, cap. 14. sic inquit: Paulus non qualibet fidem, qua in Deo creditur, sed eam salubrem, planeque euangelicam definiuit, cuius opera ex dilectione procedunt. Et fides, inquit, quae per dilectionem operatur. Vnde illam fidem, quae sufficere ad salutem quibusdam videtur, ita nihil prodesse asseuerat, vt dicat: Si habeam omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Vbi autem haec fidelis charitas operatur, sine dubio bene viuunt. Plenitudo enim legis charitas. Haec tamen Augustinus. Alio modo potest responderi praedictae obiectioni, per vnam insignem regulam & notatum dignissimam, quam pro intelligenda sacrae scripturae annotat Radulphus Flauius, vir longe doctissimus, in Commentarijs super Leuiticum. Dicit enim circa vniuersales enunciationes quae in sacra scriptura reperiuntur, hoc esse summum considerandum, an in eodem loco aut alibi reperiatur aliqua particularis enuntiatio quae illi vniuersali contradicat. Et si talis inueniatur, dicit vniuersalem illam enunciationem esse intelligendam cum exceptione illius particularis, quae reperta est illi contradicere. Quoniam nisi hoc ita esset interpretandum, necessarium esset fateri multas contradictiones in sacra scriptura reperiri, quod absurdum esset & graue piaculum id confiteri. Vt autem regulam istam notissimam faciam, aliqua ex sacra scriptura proponam exempla, in quibus manifesta reperierit contradictio, nisi iuxta istam regulam conciliantur. Primo omnium illud est notissimum, quod Asslucrum dixisse Hester reginae vxori suae, sacra scriptura testatur, Non pro te, sed pro omnibus haec lex constituta est. Cum dixit pro omnibus, necessario oportet excipere ipsam Hester ita vt: sit sensus, pro omnibus, praeter te.

ter te. Nam alioqui minime constare potest, vt pro omnibus lex constituta sit, & non pro illa. Praeterea illud est etiam apertissimum quod legitur in libro Iob, Nemo mundus a forde, nec infans cuius est vnus diei vita super terram. In hac generali locutione, necessario intelligendum est, includi exceptionem Christi saluatoris nostri, & virginis Mariae matris eius, & aliorum sanctorum, quos in vtero matris fuisse sacrificatos sacra testatur scriptura. Nam si haec exceptio non intelligatur inclusa in illa vniuersali praedicta, necessarium erit fateri illam vniuersalem esse falsam. Hac regula vsus est Paulus interpretans illud Prophetae, ex psalmo. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Nam quia ex illa vniuersali, forte quis eam male intelligens, colligere tentasset Patrem coelestem se etiam subdidisse pedibus Christi, ad dissoluendum hanc malam collectionem, in priori ad Corinthios epistola, sic ait: Oportet autem illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Nouissime autem inimica destruetur mors. Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cum autem dicat, omnia subiecta sunt ei, sine dubio praeter eum qui subiecit ei omnia. Ecce vides Prophetam generaliter sine vlla exceptione fuisse locutum. Paulus tamen docet, in illa vniuersali elocutione necessario intelligi, esse exceptum id quod aliis constabat contradicere illi vniuersali elocutioni. Iuxta hunc modum, ego dico omnes illas vniuersales elocutiones, per quas asseritur omnem credentem esse iustum, esse intelligendas cum hac exceptione, praeter eos qui opera praceptorum diuinorum non adimpleuerunt: quoniam de omnibus talibus aperta testimonia & multa sacrae scripturae dicunt, eos non esse iustos nec vitam aeternam dignos. Nam Paulus ad Ephesios scribens, ait: Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hereditatem in regno Christi & Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis: propter haec enim venit ira Dei in filios dissidentiae. Haec vltima verba aperte videntur esse dicta propter Lutheranos, & alios similes farinae doctores, Nam in inanibus verbis seducunt homines docentes eos opera non esse necessaria: sed per solam fidem posse iustificari & consequi vitam aeternam. De istis iterum in epistola ad Titum ait: Confitentur se nosse Deum, factis autem negant, cum sint abominati & increduli, & ad omne opus bonum reprobi. Et Ioannes in sua prima canonica ait: Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Denique Saluator noster homini petenti ab eo quibus factis posset vitam aeternam habere, respondit: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Ex quibus constat eos qui mandata Dei non custodiunt, non intrare in vitam aeternam, & per consequens non esse iustos. Omnes igitur isti, quos testimonio Christi & Apostolorum constat esse exclusos a vita aeterna, sunt intelligendi excepti in illis vniuersalibus enunciationibus, per quas promittitur omni credenti vita aeterna, aut iustificatio. Potest adhuc tercia dari responsio praedictae obiectioni, & quidem non contemnenda, cum sit literae conuenientissima. Dico igitur illis, vniuersales enunciationes sic esse interpretandas, vt non ad singula quaeque indiuidua referantur, sed ad singula genera ipsorum indiuiduorum. Et hoc est quod sub alijs verbis recentes Dialectici dicunt esse distributionem non pro singulis generum, sed pro generibus singularum. Et hunc modum elocutionis esse frequenter vsitatum in sacris literis, nemo est qui negare audeat, nisi forte qui in illis non est versatus, aut illas non intelligit. Manifestum siquidem est illud, quod Propheta regius de christo saluatore ait: Adorabunt eum omnes reges, omnes gentes seruient ei. Multi sunt certe hodie reges, qui Christum non adorant, & multae gentes quae non seruiunt ei. Attamen ex omni populo & ex omni natione aliqui reges adorauerunt Christum, aut aliquando adorabunt, & aliquae gentes ex omni natione seruient ei. Iuxta eundem modum interpretan-

Psal. 85. pretandum est id, quod idem Propheta in alio Psalmo ait: Omnes gentes quascunque fecistivenient & adorabunt coram te domine. Et ne in solo veteri testamento hæc locutionis phrasis haberi dicatur, profero exemplum ex nouo testamento. In parabola regis qui fecit nuptias filio suo, dicit Rex ministro suo: Voca omnes quotquot inueneris. Cuius præcepto respondet idem minister: Factum est vt iussisti. At certum est, non omnes venisse ad fidem Christi, quæ nomine nuptiarum eo loco significata est, sed ex omni gente & ex omni natione aliqui ad fidem CHRISTI venerunt aut saltem venient. Iuxta hunc modum, nos dicimus interpretandum esse Paulum cum dixit: Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi, in omnes & super omnes qui credunt in eum, ita vt intelligamus non singulos quosque credentes esse iustos, sed quod ex omni gente & omni natione aliqui credentes iustificentur, ita vt non solum Iudæi credentes, sed etiam Gentes possint iustificari. Et hunc esse verum & Germanum literæ sensum ipsa Pauli verba aperte conuincunt. Nam post illa verba continuo Paulus adiecit. Non enim est distinctio. Omnes enim peccauerunt & egent gloria Dei. Et infra: An Iudæorum Deus tantum nonne & Gentium? imò & Gentium. Putabant quidem Iudæi, solos eos esse coram Deo iustos, & gentes non esse capaces gratiæ diuinæ: & idè ad comprimendam hæc illorum arrogantiam, dixit Iustitiam Dei esse in omnes & super omnes, hoc est, non solum iu Iudæos, sed etiam in Gentes. Sexto nobis obijciunt testimonia aliquorum sanctorum virorum, qui videntur dicere, solam fidem sine operibus iustificare: ex quibus est Bernardus sermone. 22. super Cantica. Theophylactus in Commentarijs super nouum caput Epist. Pauli ad Romanos. Leo papa in quodam sermone de Epiphania. Hilarius canone. 9. super Matthæum: & fortè aliqui alij, qui mihi nunc memoriæ non occurrunt. Sed nullus istorum nec quiuis alius ab Ecclesia probatus, dixit vnquam fidem solam sine operibus semper iustificare. Dixerunt quidem, vt ingenuè fatear, fidem solam iustificare, sed non fidem solam sine operibus, quoniam magnum est discrimen inter hæc duo. Nam cum illi dicunt fidem solam iustificare. Per illam dictionem exclusiuam, sola, non reiiciunt opera, sed omnes alias sectas, quæ non conueniunt cum fide CHRISTI, in quibus non est salus, nec iustificatio. Cum ergo dicitur, Sola fides iustificat, tantum valet, ac si diceretur, In nulla secta est iustitia, nisi in sola fide CHRISTI. Fuit enim olim hæresis quædam dicens: omnem hominem in lege sua bene viuentem posse saluari, siue Iudæus ille sit, siue Sarracenus, siue Paganus, de qua hæresi infra disputabimus in titulo de lege. Vt autem hunc errorem sancti reiiciant, dicere solent, fidem solam iustificare, quod idem est, ac si diceretur, extra fidem catholicam non esse veram iustitiam. Et ad confirmationem huius intelligentiæ profero vnum exemplum ex Bulla Martini papæ, huius nominis quinti, per quam damnantur errores Ioannis Vvicleph, & Ioannis Husi, in qua post damnationem istorum hæreticorum hæc verba habentur: Cum reliquis verò humani iustitiam secta damnabili quomodolibet infectis, qui post competentem monitionem, ac frequentem exhortationem, qua pie erga eos, spe correctionis, & emendationis, ac ad melioris vitæ frugem conuersionis, vltimè, est à prædictis erroribus, & secta noluerint respicere, & ad gremium, vnitatemque sanctæ matris Ecclesiæ, ac fidem catholicam, quæ sola saluare potest, sine qua nulli verè salutis subsidium contingit, plenè recognoscere, & confiteri, iustitiæ seueritas, prout facti poposcerit qualitas, dulcore misericordiæ temperetur. Hactenus ex Bulla Martini. In qua, vt ex illius contextu aperte constat, solam fidem saluare. Idem est quod Paulus alibi dixit: Sine fide impossibile est placere Deo. Per illam igitur exclusiuam tantummodo excluduntur aliæ sectæ, & non opera, nisi tantum illa, quæ fuerunt facta ante fidem: quoniam

A niam hæc nullo modo iustificat, neque illis aliquo modo tribuitur iustitia, quamuis aliquod eorum, videlicet pœnitentia, sit necessarium ad salutem. Et in confirmationem huius est, quod Augustinus ait in libro de Spiritu, & Litera, capite vigesimo sexto. Sic intelligendum est, inquit ille, factores legis iustificabuntur, vt sciamus, eos aliter non esse factores legis, nisi iustificentur: vt non iustificatio factoribus accedat, sed factores legis iustificatio præcedat. Hæc Augustinus. Possunt adhuc illa verba, sola fides iustificat, alium sensum habere, & verè catholicum, ita vt illa dictio exclusiuam excludat opera, verum non omnia, sed ea quæ præcedunt fidem: & hoc vniuersaliter verum est, quia & si illa, vt diximus, aliquando sint necessaria, nunquam tamen illis imputatur iustificatio. Potest etiam intelligi, vt excludat opera sequentia fidem: sed tunc non est vniuersaliter accipienda illa exclusiuam, ita vt semper solam fidem iustificare intelligatur: sed particulariter intelligendum est, solam fidem sine opere externo illam subsequente aliquando iustificare hominem, quando videlicet post fidem susceptam non occurrerit tempus, in quo aliquod opus exterius homo operari deberet. Et quod hæc sit vera illorum verborum intelligentia constat ex beato Chrysostomo in Homilia de fide & lege naturæ, vbi interpretans illud Propheta, Ego sicut oliua fructifera in domo DEI, hæc ait: Oportet igitur ante opera lucere fidem, & fidei pedissequa esse opera, vt ne quis fidem propter sterilitatem, & neque opera propter incredulitatem vituperet. Esto igitur oliua fructifera, sed in domo Dei. Interpretandum enim est de operibus esse oliuam fructiferam, de fide autem esse in domo DEI. Et aliquibus interiectis iterum ait: Non oportet quidem nudam ab operibus esse fidem, vt non vituperetur, verum tamen sublimior est fides quam opera. Et post pauca iterum ait: Ante opera fides primùm indacenda est. Eum qui operatur opera iustitiæ sine fide, non possum probare viuum fuisse. Fidelem autem absque operibus possum monstrare & visisise, & regnum assecutum. Nullus sine fide vitam habuit. Latro autem credit duntaxat, & iustificatus est à misericordissimo DEO. Atque hic ne mihi dixeris defuisse ei tempus quo iuste viueret, & honesta faceret opera. Neque enim de hoc contenderim ego, sed illud vnum asseuerarim, quod sola fides per se saluum fecerit. Nam si superuixisset, fidei que & operum fuisset negligens, à salute excidisset. Hoc autem nõ quaritur, sed agitur, quod & fides per seipsum saluum fecerit, opera autem per se nullos vnquam operarios iustificauerunt. Hactenus Chrysostomus. Ex quibus verbis satis aperte constat ad hunc sensum intelligendum esse, quod ait: Solam fidem iustificare, quod videlicet aliquando ita contingere potest, vt putat, quando nõ occurrit tempus in quo necessarium esset aliquid operaturus, sicut patet in exemplo illo de latrone qui simul cum Christo fuit crucifixus. Constat etiam quod illa dictio exclusiuam, sola, non excludit omnia opera, sed solum externa. Nã aliàs falsum esset quod sola fides sine charitate aut dilectione Dei posset saluum facere: Falsum etiam esset, quod latro ille, qui propositus est in exemplum, habuerit solam fidem, cum constet ex verbis quæ locutus est, habuisse veram in Christo spem, & illius dilectionem, & suorum peccatorum pœnitentiam. Contra hanc hæresim non video iam quid mihi restet agendum, vt illam radiciter euellam, nisi proferre Ecclesiæ catholicæ definitionem, quæ illam aperte condemnet. Concilium Tridentinum sub Paulo Tertio celebratum, exactissimam (vt decebat) pro huius rei examinatione adhibuit (me ibidem præsentem) diligentiam, & tandem post diutinam disputationem & examinationem, sessione sexta, doctrinam, quæ in hoc negotio necessario amplectenda est, publicauit: quæ à capite tertio decretorum illius sessionis vsque ad finem capitis octauum extensa, verba sequentia continet. Verum & si Christus pro omnibus mortuus est, non omnes tamen

mortis eius beneficium recipiunt, sed hi duntaxat quibus meritum passionis
 eius communicatur. Nam sicut, re vera, homines nisi ex semine Adæ propaga-
 ti nascerentur, non nascerentur iniusti, cū ea propagatione per ipsum dum ac-
 cipiuntur, propriā iniustitiā cōtrahant: ita nisi in Christo renascerentur, nun-
 quā iustificarentur, cū ea renascentia, per meritū passionis eius, qua iusti fiunt,
 illis tribuatur. Pro hoc beneficio, Apostolus gratias nos semper agere hortatur
 patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum, in lumine, & eripuit de
 potestate tenebrarū, transtulitq; in regnū filij dilectionis suæ, in quo habemus
 redemptionē & remissionem peccatorum. Quibus verbis iustificationis impij
 descriptio insinuat, vt sit translatio ab eo statu, in quo homo nascitur filius
 primi Adæ, in statū gratiæ & adoptionis filiorum Dei, per secundū Adā Iesum
 Christū saluatorē nostrum. Quæ quidē translatio, post euangeliū promulgatū,
 sine lauacro regenerationis, aut eius voto, fieri nō potest. sicut scriptū est: Nisi
 quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnū Dei.
 Declarat præterea ipsius iustificationis exordiū, in adultis à Dei, per Christum
 Iesum, præueniēte gratia sumendum esse, hoc est, ab eius vocatione, qua nullis
 eorū existentibus meritis, vocātur: vt qui per peccata à Deo auersi erant, per
 eius existentē, atq; adiuantē gratiā, ad conuertendū se ad suā ipsorū iustifica-
 tionē, eidē gratiæ liberē assentiēdo, & cooperando, disponātur, ita vt tangen-
 te Deo cor hominis per spiritus sancti illuminationē, neq; homo ipse nihil om-
 nino agat inspirationē illam recipiēs, quippe qui illā & abijcere potest: neq;
 ta men sine gratia Dei mouere se ad iustitiā corā illo, libera sua voluntate possit.
 Vnde in sacris literis cū dicitur, cōuertimini ad me, & ego cōuertar ad vos, li-
 bertatis nostræ admonemur. Cū respōdemus, conuerte nos domine ad te, &
 cōuertemur, Dei nos gratia præueniri confitemur. Disponuntur autē ad ipsam
 iustitiā, dū excitati diuina gratia & adiuti, fidem ex auditu concipientes, liberē
 mouentur in Deū, credentes vera esse quæ diuinitus reuelata & promissa sunt,
 atq; illud in primis, à Deo iustificari impiū per gratiam eius, per redemptionē
 quæ est in Christo Iesu, & dum peccatores se esse intelligentes, à diuinæ iusti-
 tiæ timore, quo vtiliter concutiuntur, ad considerandam Dei misericordiam,
 se cōuertendo, in spem eriguntur, fidentes Deum sibi, propter Christum, propi-
 tium fore, illumque tanquam omnis iustitiæ fontem, diligere incipiunt. Ac
 propterea mouentur aduersus peccata, per odium aliquod & detestationem,
 hoc est, per eam pœnitentiam, quam ante baptismum agi oportet. Denique
 dum proponunt suscipere baptismum, inchoare nouam vitam, & seruare di-
 uina mandata. De hac dispositione scriptum est, Accedentem ad Deum oportet
 credere, quia est, & quod inquirentibus se remunerator sit. Et, Confide filii,
 remittuntur tibi peccata tua. Et, Timor domini expellit peccatum. Et, Pœni-
 tentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi, in
 remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum spiritus sancti. Et,
 Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij,
 & spiritus sancti, docentes eos seruare quæcunque mandaui vobis. Denique,
 Præparate corda vestra domino. Hanc dispositionem seu præparationem ius-
 tificatio ipsa consequitur, quæ non est sola peccatorum remissio, sed & sancti-
 ficatio, & nouatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiæ,
 vt sit hæres secundum spem vitæ æternæ. Huius iustificationis causæ sunt, fi-
 nalis quidem, gloria Dei & Christi, ac vita æterna: efficiens verò, misericors
 Deus, qui gratuito abluit & sanctificat, signans & vngens spiritu promissionis
 sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ: Meritoria autem, dilectissimus vnige-
 nitus filius suus dominus noster IESVS CHRISTVS, qui cū essemus ini-
 mici, propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, sua sanctissima passione in
 ligno crucis nobis iustificationem meruit, & pro nobis Deo patri satisfacit:

Instru-

A Instrumentalis item, sacramentum baptismi, quod est sacramentum fidei, sine
 qua nulli vnquam cōtigit iustificatio. Demum vnica formalis est iustitia Dei,
 non qua ipse iustus est, sed qua nos iustos facit: qua videlicet ab eo donati, re-
 nouamur spiritu mentis nostræ, & non modò reputamur, sed verè iusti nomi-
 namur & sumus, iustitiam in nobis recipientes vnusquisque suam secundum
 mensuram, quam spiritus sanctus partitur, singulis prout vult, & secundū pro-
 priam cuiusque dispositionem & cooperationem. Quanquam enim nemo
 possit esse iustus, nisi cui merita passionis Domini nostri Iesu Christi commu-
 nicantur: id tamen in hac impij iustificatione fit, dum eiusdem sanctissimæ pas-
 sionis merito per spiritum sanctum charitas Dei diffunditur in cordibus eo-
 rum, qui iustificantur, atq; ipsis inhaeret: vnde in ipsa iustificatione: cum remis-
 sione peccatorum hæc omnia simul infusa accipit homo per Iesum Christum,
 cui inferitur, fidem, spem, charitatem. Nam fides nisi ad eam spes accedat &
 charitas, neque vnit perfectè cum CHRISTO, neque corporis eius viuum
 membrum efficit: qua ratione verissimè dicitur, fidem sine operibus mortuam
 & otiosam esse. Et in CHRISTO IESU, neque circuncisionem aliquid
 valere, neque præputium, sed fidem, quæ per charitatem operatur. Hanc fi-
 dem ante baptismi sacramentum, ex apostolorum traditione cathecumeni pe-
 tunt, quum petunt fidem vitam æternam præstantem, quam sine spe, & chari-
 tate fides præstare non potest. Vnde & statim verbum CHRISTI audiunt:
 Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Itaque veram & Christianam iustitiam
 accipientes, eam, ceu primam stolam, pro illa quam Adam sua inobedientia
 sibi & nobis perdidit, per CHRISTVM IESVM illis donatam, candidam,
 & immaculatam, iubentur statim renati conseruari, vt eam perferant ante tri-
 bunal Domini nostri IESU CHRISTI, & habeant vitam æternam. Cū
 B verò Apostolus dicit iustificari hominem per fidem & gratis, ea verba in eo
 sensu intelligenda sunt, quem perpetuus Ecclesiæ catholice consensus tenuit
 & expressit vt (scilicet) per fidem ideò iustificari dicamur, quia fides est hu-
 manæ salutis initium, fundamentum & radix omnis iustificationis, sine qua
 impossibile est placere Deo, & ad filiorum eius consortium peruenire. Gratis
 autem iustificari ideò dicamur, quia nihil eorum quæ iustificationem præce-
 dunt, siue fides, siue opera, ipsam iustificationis gratiam promeretur. Si enim
 gratia est, iam non ex operibus, alioquin (vt idem Apostolus inquit,) gratia
 iam non est gratia. Et post datam hanc doctrinam de iustificatione, ne quis
 contra eam docere aut loqui auderet, canones aliquot adiecit. Canon no-
 nus est iste: Si quis dixerit, sola fide impium iustificari, ita vt intelligat nihil
 aliud requiri, quod ad iustificationem consequendam cooperetur, & nulla
 ex parte necessè esse eum suæ voluntatis motu præparari atque disponi, Ana-
 thema sit. Et canone duodecimo iterum ait: Si quis dixerit, fidem iustifican-
 tem nihil aliud esse quàm fiduciam diuinæ misericordiae peccata remittentis
 propter CHRISTVM, vel eam fiduciam solam esse, qua iustificamur, Ana-
 thema sit. Hastenus Concilium Tridentinum. Sed hanc concilij definitio-
 nem Caluinus irridet, & in illam debaccharur, propterea quòd declarauit
 ideò Paulum dixisse hominem iustificari per fidem, fides est initium iustifi-
 cationis. Dolex enim Caluinus quòd tam modicum tribuerit fidei Conci-
 lium, vt dixerit illam esse initium, & non complementum: sed non est iustum
 vt propter hoc debacchetur in sanctam Synodum, quasi propter doctrinam
 nouam & nunquam auditam. Nam Ambrosius sermone vigesimo super Psal-
 mum centesimum decimum octauum interpretans versum illum, Principium
 verborum tuorum veritas, ait: Fides principium Christiani est, plenitudo au-
 tem Christiani iustitia. Augustinus epistola. 105. quæ est ad Sixtum presby-
 terum, hæc ait: Restat igitur vt ipsam fidem, vnde omnis iustitia sumit ini-
 tium,

N N tium,

tiū : propter quod dicitur ad Ecclesiam in Cantico canticorum: Venies & pertransies ab initio fidei, non humano quo isti extolluntur tribuamus arbitrio, nec vllis præcedentibus meritis, quoniam inde incipiunt bona quæcun que sunt merita: sed gratuitum donum Dei esse fateamur, si gratiam veram, id est, sine meritis cogitamus. Hæc Augustinus, qui etiam dicit fidem esse initium iustificationis, & non plenam iustificationem. Hæc ille. Attendat hos Calvinus, & doleat propter temeritatem suam, quia sanctæ Synodo malè dixit. Deinde, concilium non dixit esse solum initium iustificationis, sed etiam radicem, & fundamentum. At radix fructus arboris germinat, & fundamentum iuuat ad complendam domum vsque ad fastigium. Aduersus hanc hæresim scripsit olim beatus Augustinus librum, qui inscribitur de fide & operibus. Scripsere multi alij hoc nostro seculo contra Lutheranos, videlicet Thomas de Vio Cardinalis Caietanus, Iacobus Hochstratus, Iodocus Clichtouæus in illo opere quod fecit pro assertionem veritatum definitarum in Concilio Senonensi, Ambrosius Catharinus, & his omnibus prolixius Albertus Pighius in controuersijs suis.

Iertia hæresis est, quæ docet fidem amitti per quodlibet peccatum mortale. Huius hæresis inuentor est etiam Lutherus, quoniam hæc hæresis necessariò sequitur ex proximè præcedenti. Nam si sola fides, vt Lutherus ait, iustificat, ergo omnis fidelis est iustus, & inde vltius etiam necessariò sequitur, vt nullus qui non est iustus, sit fidelis. Putat enim Lutherus ex fide necessariò nasci charitatem, & tantam esse fidei & charitatis connexionem, vt altera, sine altera esse non possit. Verba enim Lutheri in libro de decem præceptis sunt ista: In nullo alio melius deprehenditur fides, quam in operibus charitatis, dicente Domino, in hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem. Et in libro de libertate Christiana iterum ait: *D E V S* pater in fide omnia posuit, vt si quis hanc habuerit, omnia habeat. Hæc Lutherus. Huic Lutheri sententia consenserunt quotquot Lutherano nomine censentur. Nam Philippus Melancton in suis locis omnibus, titulo de bonis operibus, hæc ait: Item qui non agunt pœnitentiam, sed indulgent vitiosis cupiditatibus, non retinent fidem. Fides enim quærit remissionem peccatorum, non delectatur peccatis. Hæc Philippus. Quidam Ioannes Spangebergus in sua Margarita Theologica, quæstione. 5. agens de prima causa bonorum operum, hæc ait: Non potest fides existere cum mala conscientia: quia fides est fiducia, quod Deus sit nobis propitius, mala conscientia iudicat contrarium. Item qui non agunt pœnitentiam, sed indulgent vitiosis cupiditatibus, non retinent fidem. Hæc ille. Calvinus in. 4. libro de institutione religionis, irridet distinctionem fidei quæ à Theologis scholasticis dari solet per formatam, & informem, & dicit illam esse nugatoriam, putridam, & insulam, quoniam putat nullam esse fidem quæ non sit formata per charitatem, & scribens contra decretum Concilij Tridentini de iustificatione impij, quod proximè in præcedenti hæresi citauimus, dicit fidem charitate vacuum, esse somnium, & inane hominis figmentum, & nihilo magis fidem posse à charitate separari, quam Christianismi à spiritu suo. Hæc Lutheranorum omnium sententia conuincitur esse hæretica fortissimis rationibus, apertissimis sacre scripturæ testimonijs. Primò quidem ratione naturali constat, nullam rem pendere necessariò ex aliquo, quod sit posterius illa, quoniam aliàs necessariò eueniret, idem simul esse & non esse, quod ratio naturalis abhorret. Nā id quod pendet ex alio, constat sine illo esse non posse, alioqui non penderet ab illo. Si autem illud, à quo pendet, posterius est illo, ante existentiam illius posterioris esse non poterit: si ante existentiam illius esse non potest, ergo non est prius illo.

Mani-

A Manifestè igitur conuincitur effici non posse, vt id quod prius est, requirat ad sui existentiam aliud quod posterius est tempore. Ratio ergo naturalis hoc docet, vt id, quod prius est, possit esse sine alio posteriore: non autem è contrario, vt id quod posterius est tempore, possit esse sine re priori, à qua dependet. Vt autem rem hanc apertiore faciam, vno manifestissimo exemplo declarare volo. Partes essentielles, ex quibus totus homo componitur, & à quibus homo ipse ad sui existentiam pendet, videlicet corpus, & anima, priores sunt ipso homine, & inde euenit, vt homo quia posterior est illis, non possit esse sine corpore & anima: corpus verò & anima, quia priores sunt, possunt esse sine ipso homine, prout contingit post mortem hominis, quando partes illæ separatae manent, & iam tunc homo non est. Inter operationes animæ, quæ sunt intelligere, & velle aut nolle, omnes Philosophi & Theologi concordati animo semper hætenus docuerunt, hunc esse ordinem necessarium, vt prior sit intellectio, quam volitio aut nolitio, & hinc euenit, vt non possit esse nolitio aut volitio, sine cognitione præcedenti, iuxta vulgatam Augustini sententiam, Voluntas nõ fertur in incognitum. Et iterum: Nihil volitum nisi præcognitum. Cognitio autem quia prior, potest esse sine volitione aut nolitione sequenti. Et hoc non solum verum est de cognitione apprehensiuâ, sed etiam de iudicatiua, per quam iudicamus aliquid esse faciendum, vel fugiendum, prout contingit in illis qui bene noscunt, & malè operantur. Ex his omnibus aperte conuincitur, fidem posse esse sine charitate, quoniam fides pertinet ad intellectum, & proprius actus fidei est operatio intellectus: charitas autem pertinet ad voluntatem: & actus charitatis, qui est dilectio, est operatio voluntatis. Fortè Lutherani negabunt, fidem esse opus intellectus, propterea quod illi dicunt fidem esse fiduciam, sed hoc falsum esse, in præcedenti hæresi conuincimus per illud Pauli, credere oportet accedentem ad Deum, quia est: & per illud eiusdem, Fide intelligimus aptata esse secula. At, credere *D E V M* esse, & intelligere aptata esse secula, non pertinet ad fiduciam, nec est operatio voluntatis, sed intellectus: Fides ergo illa, de qua Paulus illo loco differit, potest esse sine charitate, & dilectione *D E I*, sicut actus intellectus sine actu voluntatis. Præterea manifestum est, hanc esse voluntatis nostræ potestatem, vt possit contra iudicium conscientie aliquid agere, quoniam aliàs non esset libera, si intellectus per iudicium suum posset cogere illam. Cum igitur fides sit tantum credulitas, & assensus intellectus quo sibi persuadet vera esse omnia quæ sunt credenda, conuincitur, vt stante hoc iudicio voluntas possit, etiam reclamante conscientia, aliquid operari, quod si eueniat, prout quotidie euenire conspiciamus, tunc manifestum est contigisse id de quo disputamus, fidem videlicet posse esse sine charitate, & per consequens stare simul cum peccato mortali. Sed huic argumentationi Lutherus respondet, negans contingere posse, vt qui fidem semel suscipit, possit aliquid reclamante conscientia agere. Nam in sermone quodam de Anabaptistis hæc verba refert: Qui fidem retinet, non potest contra conscientiam agere, hæc ille. Ecce quales sunt isti hæretici, & quam perfrectæ frontis, vt non vereantur manifestissimam quæque negare, quando illorum sententia non conueniant. Fortè Lutherus iam tunc habebat tam excæcatam, & abruptam & præcipitem conscientiam, vt quidquid ageret, semper putaret id sibi licere, & propterea ex se estimauit aliorum omnium conscientiam, & dixit neminem posse contra conscientiam agere. Sed esto, dicat quod libuerit, scripturâ tamen sacra aperte arguit illum esse in hac parte mendacem. Primò igitur manifestè conuincit illum quod in libro Iob dicitur: Quasi impios percussit eos in loco videntium, qui quasi de industria recesserunt ab eo. Quid quæso Luthere, est de industria recedere à *D E O*, nisi reclamante conscientia

aliquid quod malum est, & Deo ingratum agere? Si autem hanc interpretationem, quæ tam manifesta est, & literæ tam apertè Germana, rejicere non erubescis, beatum Gregorium profero in testimonium huius interpretationis, qui in moralibus suis prædicta verba interpretans, hæc ait: Ex industria peccauerunt ij, de quibus ipse per se magister dicebat: Si non venissem, & locutus fuisset eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Et paulò post: Et viderunt, & oderunt me & patrem meum. Aliud est enim bona non facere, aliud bonorum odisse doctorem: sicut aliud est præcipitatione, aliud deliberatione peccare: sapè enim peccatum præcipitatione committitur, quod ramen consilio & liberatione damnatur. Ex infirmitate enim plerunque solet accidere amare bonum, sed implere non posse. Ex studio verò peccare, est bonum nec facere, nec amare. Hæc Gregorius. Ex cuius verbis constat, quòd peccare de industria, est peccare cū scientia & cognitione peccati. Illud etiam est manifestum, quòd Saluator noster apud Lucam ait: Seruus qui nouit voluntatem domini sui, & non se præparauit, & non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis. Et Iacobus apostolus ait: Scienti bonum facere, & non facienti, peccatum est illi. Ecce CHRIS TV M saluatorem nostrum, & apostolum eius Iacobum testantes, esse aliquos habentes fidem, qui tamèn contra conscientiam agunt. Sed fortè Lutherus & illius sectatores, vt sunt effrontes & pertinaces, negabunt illa CHRIS TV I & apostoli eius verba esse intelligenda de scientibus bonum per fidem veram, sed solum intelligi dicent de illis qui per rationem naturalem absque fide bonum agnoscunt. Huic sententiæ apertè contradicit Beda, qui prædicta Iacobi verba interpretans, docet illa de fidelibus intelligi, sic inquit: Per totum huius epistolæ textum beatus Iacobus ostendit, quòd hi quibus scripsit, scientiam boni faciendi habebant, simul & fidem rectam didicerant, ita vt & alijs se magistros fieri posse præsumerent, nec tamen operum perfectionem, neque mentis humilitatem, neque continentiam adhuc sermonis erant adepti. Vnde illos modò inter alia increpationis & exhortationis verba non minimum terret in eo, quòd scientem bona facere, & non facientem quæ nouit, maius dicitur habere peccatum, quàm illum qui ignoranter delinquit. Tamen si nec ille prorsus à reatu liber esse possit qui nesciens errauit, cum ipsa boni ignorantia non parum sit malum. Hinc etenim dominus ait: Seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis. Qui autem non cognouit, & fecit digna, plagis vapulabit paucis. Hæc Beda. Qui satis apertè indicat illa Apostoli verba non solum esse intelligenda de eo qui per solam rationem naturalem absque fide cognoscit bona quæ agenda sunt, sed etiam de illo, qui nouit bonum per veram fidem. Nec opus est pro hac re multum morari, cum apertum sit per illam sententiam, totam arbitrij nostri potestatem tolli: quoniam si is qui bonum nouit, etiam per fidem, non potest contra conscientiam agere, inde manifestè sequitur voluntatem cogi per iudicium intellectus. Rursum, si per omne peccatum mortale amitteretur fides, sequeretur omnem qui peccato mortali est infectus, præsertim si in illo pertinaciter perseverat, esse hereticum, hoc autem fieri esset nimum absurdum. Nam inde vterius sequeretur, omnem illum, qui mortaliter peccat, errare circa quemlibet articulum fidei, quia cum non pateat ratio, quare potius in vno articulo quàm in altero erret, necessarium est fateri, illum aut in nullo, aut in omni articulo errare. Sed de hoc nolo amplius disputare, quoniam inferius in titulo de heretico, hæresi tertia, aliquid in specialia contra hunc errorem dicemus. Præter has omnes vrgentissimas rationes, quibus apertè probatur fidem non amitti per quodlibet peccatum mortale, extant adhuc multa sacræ scripturæ testimonia, quæ id multò fortius probant. Et

A bant. Et primùm omnium illud est manifestum, quòd dominus apud Matthæum ait: Non omnis, qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui facit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnū cælorum. Multi dicent mihi in illa die, Domine, Domine, nōne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo daemona eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis: quia nunquàm noui vos, discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Ecce vides istos, quibus Christus loquebatur, fuisse in peccato mortali, quoniam repelluntur à regno Dei, à quo nullus vnquã sine peccato mortali repulsus est. At isti sic à Deo repulsi fidem habebant, quia Christum confitebantur dominū, in cuius nomine prophetabant, & daemona eiciebant, virtutesque faciebant multas. Et hunc esse verum illorum Christi verborum sensum, in proximè præcedenti hæresi probauimus testimonijs Theophylacti, Hieronymi, Basilij. Illa etiam parabola de decem virginibus à Saluatore nostro apud Matthæum proposita, apertissimam etiam præbet nobis de hac re testimonium. Nam vox illa quinque fatuarum virginum, Domine, Domine, aperi nobis, apertè demonstrat illas habere fidem: Quòd autem caruerint charitate, vel ex eo constat quòd clausa est illis ianua: & etiam ex illo, quòd sponsus dixit illis, nescio vos. Et certè ex hac parabola Chrysostomus Hom. 54. super Matthæum, colligit fidem non amitti per quodlibet peccatum mortale, & virgines illas in hoc fuisse deceptas, quòd putarūt fidem solum sine operibus satis esse ad iustificationem. Præterea Saluator noster apud Ioannem fideles de sua fide commendans, dixit: Dedit eis potestatem filios Dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius. Attendite obsecro Lutherani, & cōsiderate quid Saluator noster dixerit: Non enim dixit, illos qui credunt in nomine eius, esse statim filios Dei: sed dixit eos habere potestatem, vt possent fieri filij Dei. Per quæ verba docuit fidem esse initium adoptionis in filiū, non autem perfectam adoptionem per fidem. Rursum illa parabola regis facientis nuptias filio suo, hoc ipsum apertissimè demonstrat. Nam in illo nuptiarum conuiuio fuit quidem nō incutus veste nuptiali, quem rex ipse reprehendit, propterea quòd sine veste nuptiali nuptias intrauerit: & præcepit rex ministris suis, vt ligatis manibus & pedibus eius, mitterent illum in tenebras exteriores, vbi erit fletus & stridor dentium. Hanc parabolam interpretans Theophylactus super Matthæum, ait: Ingressus ad nuptias sine diiudicatione fidei. Gratia enim sola omnes vocati sumus, tam boni quàm mali: at vita eorum qui ingressi fuerint, posthac non indisquisita erit, sed examem valde magnum faciet rex eorū, qui post ingressum in sordido habitu inuenientur. Horemus igitur cogitantes, quia nisi quis vitam habeat puram, nihil ei proderit nuda fides: non solum enim è nuptijs eicitur, sed in igne mittitur. Hæc Theophylactus. Eidem sententiæ subscribit beatus Gregorius in Homilia super illam partem euangelij apud Matthæum, vbi hæc parabola narratur. Si vestem nuptialem (inquit Gregorius) baptismam vel fidem dicimus, quis sine baptisate & fide has nuptias intrabit? Quid ergo debemus intelligere per vestem nuptialem, nisi charitatem? Intrat enim ad nuptias, sed cum veste nuptiali nō intrat, qui in sancta Ecclesia fidem habet, sed charitatem non habet. Et aliquibus interpositis, iterum ait: Mirandum est valde quòd hunc amicum vocat dominus, & reprobat, ac si apertis dicat, amice, & non amice. Amice per fidem, & non amice per operationem seu charitatem. Hæc Gregorius. Eidem interpretationi fauet Hieronymus in Commentarijs super Matthæum, hæc dicens: Vestis nuptialis, præcepta sunt Domini, & opera quæ complentur ex lege & euangelio, nouique hominis efficiunt vestimentum: pannis autem veteribus, & laceris quicunque sunt obstiti, quos ex illo veteri Adam, velut hereditarios habent, ijs dicit Dominus illud, quòd & huic euangelico,

Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? Hæc Hieronymus. Ecce iam produxi trium sanctissimorum perinde ac doctissimorum virorum concors testimonium, qui omnes docent fidem sine charitate & sine bonis operibus consistere posse. Nam dicunt ingressum ad nuptias fieri per fidem, & vestem nuptialem esse charitatem, sine qua, ut ex euangelio constat, aliqui intrant ad nuptias. Præterea hæc sententia confirmatur testimonio Ioannis Evangelistæ dicentis: Ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter Phariseos non confitebantur, ut ex Synagoga non eijcerentur, dilexerunt enim gloriam hominum magis quam gloriam Dei. Ex his verbis constat illos de quibus Evangelista loquitur, fidem habuisse, & non charitatem, quia cum rectè credidissent, timore Phariseorum perterriti non audebant ore confiteri. Et ne aliquis hanc nostram interpretationem velut à litera alienam rejicere audeat, profero in testimonium illius Bedæ, qui in Commentarijs super Ioannem prædicta verba interpretans, hæc ait: Loquente Domino Iesu Christo apud Iudæos, & tanta miraculorum signa faciente, quidam crediderunt prædestinati in vitam æternam, quos etiam vocavit oves suas. Quidam verò non crediderunt, nec poterant credere, eò quòd occulto, nec tamen iniusto iudicio Dei fuerant execati. Alij verò palam credentes, & cum ramis palmarum occurrentes: alij verò occulte credentes, sed propter Phariseos non confitentes, quos Evangelista notavit cum dixit: Dilexerunt gloriam hominum magis quam gloriam Dei. Gloria Dei est publicè confiteri CHRISTVM, sicut martyres sancti fecerunt, de quibus alio loco ipse Dominus ait: Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo. Hæc Beda. Rursum Paulus in priore ad Corinthios Epistola eidem sententiæ fauet, hæc inquit: Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. In quibus verbis apertissime Paulus docet fidem posse sine charitate consistere. Lutherani tamen videntes se horum verborum pondere premi, verba in alium sensum detorquent, dicentes, Paulum dixisse non id quod fieri poterat, sed ex impossibili quodam supposito argumentum esse. Itaque rem plus iusto exaggerare volens, ut ostenderet charitatem etiam esse necessariam ad iustificationem, dedit, sed non concessit (ut Dialectici argumentantes dicere solent, dato & non admissio) quòd fides sine charitate esset, tunc sine ea homo non iustificaretur. Sed hæc illorum interpretatio omnium sanctorum doctrinæ contradicit, quia omnes sacri doctores Pauli interpretes dicunt Paulum non per exaggerationem loquutum fuisse ex præsuppositione alicuius impossibilis, sed dixisse id quod fieri potest & quotidie euenit. Nam Haymo in Commentarijs super Paulum prædicta Pauli verba interpretans, hæc ait: Si habuero omnem fidem, id est, perfectam & integram (quæ à Domino grano sinapis comparatur, non propter modicitatem sed propter feruorem: quia tritum, manifestat cuius sit vigoris, sic & fides trita aduersitatibus, ostendit cuius sit fortitudinis) ita ut montes transferam, de loco ad locum, vel dæmones à patientibus eijciam: Si charitatem, id est, si dilectionem DEI & proximi non habuero, nihil sum, id est, nihil utilitatis mihi præstabit. Intelligitur quòd quidam Corinthiorum per inuocationem Dei hoc agebant, & propterea quasi perfectos se putabant. Sed exhortatur ad id quod est præcipuum, id est, ad charitatem. Hæc ille. Ex cuius verbis constat Paulum non loquutum fuisse de eo quod impossibile erat, sed de eo quod apud Corinthios contingere videbat. Anselmus in Commentarijs super Paulum prædicta Pauli verba interpretans, eidem sententiæ fauet, sic dicens: Saluator dixerat fidem quæ fuerit sicut granum sinapis, montes posse transferre, & nunc Apostolus dicit, omnem fidem esse, quæ montes transferat. Vnde intelligitur perfectam esse fidem, quæ grano sinapis com-

pis comparatur, & hoc non propter exiguitatem, sed propter integritatem dictum esse. Sed fides sine charitate nihil valet ad salutem, quia & dæmones habent huiusmodi fidem. Hæc Anselmus. Qui satis apertè docet ex testimonio Pauli fidem non qualemcunque sed perfectam, hoc est integram posse consistere sine charitate. Deinde Iacobus Apostolus hanc nostram sententiam multis apertissimis & verbis docet: Quid proderit (inquit Iacobus) fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? nunquid poterit fides saluare eum? Et paucis interpositis subdit: Fides si non habeat opera, mortua est in semetipsa. Lutherus; qui, ut diximus, fuit primus huius hæresis author, videns prædicta Iacobi verba suam profusè destruere sententiam, ad hoc commune hæreticorum asyllum confugit, ut negaret Epistolam illam esse beati Iacobi, & diceret illam indignam esse ut illius testimonio quis vtatur ad aliquod dogma catholicum comprobandum. Sed contra hanc sententiam non est opus ut nunc pugnemus, quoniam supra in libro primo huius operis, capite secundo ostendimus catalogum librorum sacre scripturæ; qui necessariò ab omnibus catholicis recipi debet. Posteriores Lutherani, ut Philippus Melancton & alij, videntes magnam esse dementia & temeritatem velle ex catalogo librorum sacre scripturæ aliquem librum rejicere, admittunt Epistolam illam tanquam à beato Iacobo scriptam, sed dicunt verba Iacobi Apostoli non pugnare contra illorum sententiam, quoniam fidem illam quæ sine operibus consistit, Iacobus dicit esse mortuam, & inde illi deducunt illam non esse veram fidem, sicut homo mortuus non est verus homo. Sed nec sic effugient manus nostras, quoniam Iacobus Apostolus non comparat fidem ipsam homini viuo, sed solum corpori, quod ab anima accipit vitam, & ita fides vitam suam capit à charitate & operibus eius.

B Sicut enim corpus (inquit Iacobus) sine spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est. Et inde necessariò sequitur, ut sicut corpus seclusa anima, quanuis mortuum sit, tamen verum corpus est, ita fides seclusa charitate & operibus eius, vera sit fides. Veram fidem dico, sed non viuam: aliud enim est esse viuam, & aliud esse veram: quoniam vera fides opponitur fictæ aut falsæ fidei: viuam autem opponitur mortuæ. Sicut igitur non sunt necessariò idem mortua & ficta fides, ita nec econtrariò sunt necessariò idem viuam & vera fides, quia potest esse vera, quanuis non sit viuam. Et hanc esse veram verborum Iacobi interpretationem docent multi doctissimi perinde ac sanctissimi viri. Nam Anselmus in Commentarijs super Paulum interpretans illud Pauli ad Galatas, fides quæ per charitatem operatur, hæc ait: Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est: nec fides veteris testamenti, seruiens ex timore, sed fides euangelica faciens ex charitate opera bona, non expectans temporalem retributionem, sed videndam perpetuam creatoris faciem. Hæc est fides electorum, quæ perducit ad salutem. Nam & dæmones credunt & contremiscunt, non tamen diligunt nec bene operantur. Et ideo fides quæ non habet charitatem & opera bona, fides dæmonum est, non Christianorum. Illa ergo sola fides quæ & charitate flagrat, & bonis operibus insudat, valet in Christo Iesu. Hæc Anselmus. Ex quibus verbis satis apertè constat Iacobum apostolum comparasse fidem ad corpus solum, non ad totum hominem integrum, charitatem autem & opera ad spiritum, per quem corpus viuificatur. Eidem sententiæ fauet beatus Hieronymus libro secundo contra Iovinianum, sic inquit: Frustra nobis in eo applaudimus, cuius mandata non facimus. Scienti bonum, & non facienti illud, peccatum est. Quomodo corpus sine spiritu mortuum est, sic & fides sine operibus mortua est. Neque grande putemus vnum Deum nosse, cum & dæmones credant, & contremiscant. Hæc Hieronymus. Eandem sententiam docet Bernardus sermone. 24. super Cantica,

Bernard. tica, hæc dicens: Mors fidei est separatio charitatis. Credis in Christum, fac Christi opera, ut uiuat fides tua. Fidem tuam dilectio animet, prober actio. C
 Hæc Bernardus, Qui satis apertè docet, vitam fidei esse charitatem, sine qua fides mortua est. Sicut corpus sine anima, quæ vita est eius, verum corpus est, quanuis mortuum: ita fides sine charitate, quæ vita est eius, vera fides est, quanuis sit mortua. Et certè si reliqua Iacobi apostoli verba circumspectamus, apertè constabit illum sentire, fidem sine operibus, quanquam mortua sit, verè esse fidem. Nam dicit fidem illam sine operibus esse ociosam. Quomodo autem potest verè ociosum dici, quod nõ est? Fides ergo quæ verè est ociosa, vera est fides. Deinde, idem Apostolus manifesto exemplo probat fidem posse esse sine charitate in homine existente in peccato mortali. Tu credis, inquit Iacobus, quòd vnus est Deus. Bene facis: & demones credunt, & contremiscunt. In quibus verbis Apostolus fidem illorum, qui charitate & operibus carent, comparauit fidei dæmonum. Et ex hoc testimonio Iacobi, aliqui sancti doctores colligunt fidem solam non posse hominem iustificare. Nam Cyrillus libro decimo super Ioannem, cap. 8. hæc ait: Quòd fides ad salutem non sufficiat, Christi etiam discipulus ostendit, scribens: Tu credis quia vnus Deus, dæmonia etiam credunt & horrescunt. Si ergo fides sola sufficeret, multitudo dæmonum perire non posset. Hæc Cyrillus. Huic consonat Anselmus, qui super caput. 13. prioris ad Corinthios, hæc ait: Fides sine charitate nihil valet ad salutem, quia & dæmones habent huiusmodi fidè. Hæc Anselmus. Postremò contra hanc hæresim est aperta ecclesiæ catholice definitio, quam protulit Concilium Tridentinum sub Paulo tertio celebratum, sessione sexta, cap. 15. suorum decretorum, cuius verba sunt hæc: Aduersus etiam hominum quorundam callida ingenia, qui per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentiũ, asserendum est, non modo infidelitate, per quam & ipsa fides amittatur, sed etiam quocunquẽ alio mortali peccato quanuis non amittatur fides, acceptam iustificationis gratiã amitti, diuinæ legis doctrinã defendendo, quæ à regno Dei non solũ infideles excludit, sed & fideles quoq; fornicarios, adulteros, molles, masculorum cõcubitores, fures auaros, ebriosos, maledicos, rapaces, cæterosque omnes, qui lethalia cõmittunt peccata, à quibus cum diuinæ gratiæ adiumento abstinere possunt, & pro quibus à Christi gratia separantur. Post datam hanc doctrinã, ne quis contra illam loqui auderet, canonem latæ sententiæ protulit, qui vigesimus octauus est in ordine, cuius verba sunt hæc: Si quis dixerit, amissa per peccatum gratia, simul & fidem semper amitti, aut fidem quæ remanet, non esse veram fidem, licet nõ sit viuua, aut eum qui fidem sine charitate habet, non esse Christianum, anathema sit. Hactenus Concilium Tridentinum. Sed hanc concilij definitionẽ irridet Caluinus, propterea quòd concilium dixit fidem quæ sine charitate haberetur, esse veram fidem: & non considerat quòd licet concilium dixerit illam esse veram, negauit tamen esse viuam. Non enim necessariò consequitur ut viuam sit quod verum est. Quia (vt iam diximus) corpus mortuum verũ est corpus, quanuis careat vita. Sed fortè nos hinc vrgebit Caluinus testimonio aliquorum sanctorũ & doctissimorum virorum, qui negant fidem sine operibus esse veram fidem.
Gregorius. Gregorius homilia. 29. super Euangelia, ait: Vera etenim fides est, quæ in hoc quòd verbis dicit, moribus non contradicit. Et quibusdam interpositis iterum ait: Tunc veraciter fideles sumus, si quod verbis promittimus, operibus complemus. Theophylactus super illud Ioannis, Qui nõ credit iam iudicatus est, ait: Qui immundam agunt vitam, non verè fideles sunt. Sed hij omnes doctores & quotquot alij hoc loquutionis genere vtuntur, capiunt verũ pro perfecto & completo, ita vt fides vera apud istos sit illa, quæ est perfecta & completa, qualis est illa quæ (vt ait Paulus) per charitatem operatur. Et hoc loquutionis

A tionis genere solent omnes homines vt in communi & vulgari colloquio. Nam si quis dicat se dormientem audisse alios colloquentes, responderi solet illi, non fuisse verum somnum illius, propterea quia & si, re vera, dormitabat aut dormiebat, somnus non erat plenus atque perfectus. Si quis etiam flagellatus, dicat se nõ doluisse ex percussione flagellorum, respondebitur illi, nõ fuisse vera flagella. Quibus verbis non negatur illum sustinuisse flagella, sed negatur illa fuisse perfecta & valida flagella. Iuxta hunc loquendi modum sancti aliquando dicunt fidem mortuam non esse veram fidem, non quòd negent fidem illam esse, sed negant illam esse plenam & perfectam. Potest & adhuc obijci contra prædictam concilij definitionem, quòd multi sancti patres dicunt fidem sine charitate esse non posse. Beda in Commentarijs super Epistolam Iacobi, interpretans illud eiusdem Apostoli, fides si non habeat opera, mortua est, hæc ait: Nec huic sententiæ contrarium est, quòd Dominus ait: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Subintelligendum nanque ibi est, quòd tantummodo verè credat, qui exercet operando quod credit. Et quia fides & charitas ab inuicem separari nequeunt, Paulo attestante, qui ait, Est fides quæ per dilectionem operatur, apertè Ioannes Apostolus talem de charitate sententiam, qualem de fide Iacobus, profert, dicens: Qui habuerit substantiam mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauerit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Hæc Beda. Cyprianus in libro de simplicitate prælatorum ait: Cæterum credere se in CHRISTVM quomodo dicit, qui non facit quod CHRISTVS facere præcepit: aut vnde perueniet ad præmium fidei, qui fidem non vult seruare mandati? Nutec necesse est, & vagerur spiritu erroris arreptus, velut puluis quem ventus excutit, & ventiletur. Nec ambulando proficiet ad salutem, qui Saluatoris vitæ non tenet vnitatem. Hanc vnitatem qui non tenet, Dei legem non tenet, non tenet patris & filij fidem, vitam nõ tenet & salutem. Hæc Cyprianus. Ex quibus verbis constat vtrunquẽ apertè docere fidem sine charitate esse non posse. Sed nos respondemus primũ de Beda, illum nõ absolutè negare fidem sine charitate posse esse, sed solũ in ordine ad iustificationem, de qua apertè loquebatur Iacobus, quem ipse eo loco interpretatur. Fides igitur quanuis possit à charitate separari ex se, quando tamen respicit iustificationem, ab illa non potest auelli: quia si existat sine illa, iustificare non valet. Cyprianus autem non negat fidem esse sine charitate, sed solũ illis verbis ostendit fidem quæ sine operibus est, languidam esse & imbecillẽ atq; inuolidam ad salutem, & ideo ab illo reputatur quasi non esset, quia non potest fides illa testimonio bonorum operum probari. Quod autem probari non potest (vt egregiè dicit Bernardus in libro de præcepto & dispensatione) mihi infestum est. Et hanc esse veram Cypriani mentem, constat ex verbis quæ ipse in fine citati libri ait, vbi docet non omnino recedere fidem, sed languere & imbecillẽ effici per peccatum mortale.

FIDUCIA.

D E hac re est orta vna hæresis, quæ asserit nullo modo licere fiduciã gratiæ aut gloriæ assequendæ collocare in nostris operibus. Huius hæresis autor est Lutherus, & illum in hac parte sequuntur Philippus Melancton, Martinus Butzerus, & quotquot Lutherano nomine cęsentur. Hanc hæresim ipsi deducunt ex alijs illorum erroribus, velut aquam putridam ex fonte corrupto. Dicunt enim opera nostra omnia esse peccata, & per illa non posse homines mereri vitam æternam: & inde deducunt, nullam fiduciam esse collocan-

locandam in nostris operibus ad consequutionem vitæ æternæ : sed omnem nostram fiduciam dicunt debere collocari in solis CHRISTI meritis, quia per solum illum redempti & saluati sumus. De illis erroribus qui ad bonitatem operum & meritum eorum pertinent, inferius in suis locis disputabimus in titulo de merito, & in titulo de operibus. Nunc autem solum de fiducia in operibus collocanda disputare oportet. Sed ante omnia, ne in vanum laboremus, operæ precium erit inquirere quid sit fiducia, & inde postea apertius eua- det in quo illam collocare liceat. Fiducia aut est spes, aut firmitas siue robur ipsius spei. Quod autem istorum sit, ego nolo nunc definire, quia parum refert hoc aut illud esse, ad elucidationem præsentis negocij. Beatus Thomas in sua secunda secundæ quæst. 129. art. 6. dicit fiduciam esse spem roboratam ex firma opinione. Est ergo fiducia spes quædam, & nõ quæcunq; sed ea sola quæ vires & robur habet ex firma opinione. Sed quia optimè intelligo Lutherum & illius sectatores beatum Thomam cõtemnere velle, hoc solo nomine quòd Theologus scholasticus sit, proferã ad comprobendam illius sententiam gentiles auctores, quos illi maximè colunt. Cicero confidentiam definiens ait: Confidentia est certa spes animi perducendi ad finem rem inchoatam. Et Seneca in epist. 16. ad Lucillum scribens, ait: Dicam tamen sententiam, quòd iam de te spem habeam, nõdum fiduciam. Ex quibus verbis constat fiduciam esse spem, non tamen omnem, sed solum vehementem. Et quia Seneca spem leuem aut tepidam de Lucillo habebat, idè dixit se nondum habere fiduciam. Aliquid ergo addit fiducia ultra nudam spem. Illud quod addit fiducia ultra nudam spem, Thomas dixit esse robur quoddam, per quod spes ipsa fortis efficitur. Cicero autem dixit esse certitudinem, ita vt nulla sit fluctuatio, aut hæsitatio, aut timiditas, aut diffidentia animi in sperando. Nam hæc omnia pugnant cum fiducia, & opponuntur illi. Hic tamen admoneo lectorem, vt verba Ciceronis dicentis, confidentiam esse certam spem, non putet esse intelligenda de certitudine quæ provenit ab obiecto, hoc est, a re sperata, sed de ea quæ est ex parte ipsius sperantis. Nam sæpè contingere potest, vt quis hæsitans & timens speret id quod certò eveniet, & contrariò, vt quis sine vlla hæsitatione speret id quod nunquã eveniet, prout corrigit illi diuiti euangelico, qui multis diuitijs congregatis, dicebat se habere bona in vita sua, attamen nocte sequente animam illius dæmones acceperunt. Hic certe fiduciam vitam habuit, quia sine vlla hæsitatione sperabat vitam longam, & perfectam, & quietam se habiturum, sed malè illam collocavit in diuitijs, quæ vitam dare non possunt. Fiducia oritur ex firma opinione, quæ de re aliqua habetur. Nam si quis credit Petrum esse veracem, & potentem ad aliquid faciendum, statim habet fiduciam in promissionibus illius, & quò magis persuasus est de veritate, & potentia, & bonitate Petri, eò magis sperat habiturum quod ille promissit, & firmius cõfidit in illo. Et hinc aperte deducitur nos omnes obligari ad habendum nã iorem fiduciam in promissionibus Dei, quàm in promissionibus cuiuscunque hominis quantumlibet veracis, & potentis, & boni. Quoniam teneor credere Deũ esse magis veracem, & bonum, atq; pòtentem, quàm quivis purus homo. Idè Propheta regius dixit: Nolite considerare in principibus, neq; in filiis hominum, in quibus non est salus. Non enim sunt vsquequaque veraces, neque sunt adèd potentes, vt possint omnia, quæ voluerint, facere. Deinde, fiducia quæ in homine collocatur, provenit ex opinione habita de homine, quæ semper habet formidinem admixtam. Fiducia autem quæ habetur in Deo, oritur a fide, qua credimus Deum esse veracem, & bonum, & omnipotentem. At persuasio de veritate, & bonitate, & potètia Dei, quæ habetur per fidem, quoniã est sine vlla dubitatione, & sine vlla formidine, multò firmior est opinione, quæ semper (vt diximus) habet formidinem admixtam. Idè Paulus dixit fidem esse funda-

A fundamentum cui innitur spes. Fides, inquit ille, est sperandarũ rerum substantia. Interpres dixit substantia, pro eo quod Græcè habetur *ὀπισθοδρομική*, ac si diceret esse id quod substat alteri rei, vt sustentet illam: quemadmodum fundamentum substat toti edificio. Idè enim speramus carnis resurrectionẽ, quia credimus Deum veracem, qui dixit illam esse futuram: & credimus Deũ esse adèd potentem, vt possit mortuos reuocare ad vitam. His itaque præsuppositis dicimus nos fiduciam habendi gratiam & gloriã debere collocari in Christo quatenus Deus est, quia ea sola ratione potens est nobis dare gratiam & gloriã, iuxta id quod Propheta ait: Gratiam & gloriã dabit Dominus. Hæc autem fiducia inde oritur quod Christus dixit, Agite pœnitentiam, appropinquabit regnum cœlorum. Credimus autem Deum esse veracem, qui mentiri non potest, & potentem ad faciendum id quod promissit. In Christo autem quatenus homo est, habemus fiduciam consequendi gratiam & gloriã, tanquàm in eo per cuius merita hæc nobis reddenda est. Hic est enim qui sanat omnes infirmitates nostras, qui redimit de interitu vitam nostram, qui coronat nos in misericordia & miserationibus. Nec enim (vt ait Petrus) aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Per hũc (vt ait Paulus) accessum habemus ad patrem. Hic est verus pastor, qui ouem centesimam errantem imposuit super humeros suos, & sic reduxit ad caulas. Hic est vera vitis, sine qua palmites fructum facere non possunt. In hoc (vt Paulus ait) habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum secundum diuitias gratiæ eius. Et idè in illo (vt idem Paulus iterum ait) habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem eius. Et propter hæc omnia dicimus cum Paulo: Quòd fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positũ est, quod est CHRIS TVS IES VS. Et hæc est, & semper fuit omnium Theologorum scholasticorum sententia, nec scio aliquem hæcenus ex scholasticis Theologis, quos legere licuit, qui contrariam sententiam docuerit. Propter quod non possum meipsum in hac parte temperare, quin scandescam cõtra Philippum Melanctonem propter calumniam tam manifestam, quam imponit scholasticis Theologis, dicens eos putare hominem sine fiducia misericordiæ diuinæ posse esse iustum. Verum ne quis verbis meis derogat fidem, dicens me falsò hoc crimen imponere Philippo Melanctoni, verba illius referam quæ ille in suis locis communibus titulo de gratia & iustificatione ait, & sunt ista: Scholastici cum dicunt hominem per gratiam iustificari, nihil ibi dicunt & fiducia misericordiæ, sed somniant hominẽ propter propriam dignitatem, & nouitatem illam seu propriam munditiam, sine fiducia misericordiæ pronunciarĩ iustum. Hæc Philippus ille. Ex quibus verbis constat clarè quanta mendacia hæretici confingant, vt illis tanquã quibusdam præstigijs pessint homines dementare, vt a vera fide eos auertant, & doctores illius perhorrescant. Si scholastici Theologi ita sentiunt, vt iste Philippus illis impingit, quare non nominavit aliquem? Quare non citavit verba alicuius, vt ex illis constaret verũ esse quod Theologis scholasticis ille tribuit? Sed quia nemo est, qui ita, vt ille ait, doceat, idè neminem in particulari notavit. Omnes enim fatemur, & voce publica clamamus, & de hac re populum docemus, omnem fiduciam assequendi gratiam & gloriã in Christo Iesu tanquàm in vero & unico mediatore nostro esse reponendam, & in illo puppim (vt dicitur) & proram esse collocandam. Hæc tamen nostra assertio non tollit, quin etiam aliquam fiduciæ partẽ, quæ parua est, in nostris operibus possimus collocare. Non enim repugnat (vt Lutherani putant) in duabus rebus simul collocare fiduciã. Nam illi adèd zelotypam, & societatis impatientem faciunt fiduciam in Deo collocatam, vt nullam aliam fiduciam secum admittere putent. Non enim est extra rationem fiducia, vt quis simul in duobus fidat, ita vt in ambo-

in ambobus aequaliter, aut ordine quodā: ita ut primò & principaliter in vno, & postea minùs principaliter in alio. Cùm enim homo infirmatur & aliquam spem salutis habet, primam salutis fiduciam in Deo constituit, deinde in multis alijs rebus, videlicet in medico, in aromatario, in minore, in loco ubi refidet, in bona complexione sua, & suo regimine. Cùm enim omnia ista (ut aperitissimè constat) adiuuent ad sanitatem recuperandam, nullus tam demens est, ut neget infirmum posse in omnibus illis fiduciam suæ salutis collocare. Deinde, si volumus in similitudine fundamenti, qua vñs est Paulus, persistere, idipsum manifestè constabit. Nam in ædificio domus, supra primum lapidem, qui positus est tanquàm fundamentum ædificij, collocatur alius lapis, qui secundus est in ordine, supra secundum erigitur tertius, supra tertium constituitur quartus, & sic deinceps vsque ad complementum fastigij. Sicut non negamus primum lapidem esse fundamentum totius operis, quia omnes superiores lapides sustentat, & cui omnes innituntur: ita non est negandum fastigium domus inniri, quarto lapidi & tertio & secundo, quoniam illis sublatis etiam primo lapide permanente, fastigium domus corrueret, quia sine illis sustentari non posset. Ad eundem modum oportet necessariò dicere de fiducia gloriæ obtinendæ, quoniam hæc fiducia in Christi meritis primùm & præcipuè collocanda est, tanquàm in fundamento primo totius spiritualis structuræ, & sine quo reliqua omnia nihil prorsus sunt valitura. Post hæc Christi merita succedant bona hominis opera, sine quibus, etiam stante merito Christi, nullus potest vitam æternam adipisci, propterea quòd **C H R I S T V S** dixit: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Cùm itaque bonis operibus (ut alius postea, in titulo de merito dicemus) sit reposita merces, quæ sine illis haberi non potest, inde conuincitur fiduciam gloriæ æternæ obtinendæ licitè posse collocari post **C H R I S T V M** in bonis nostris operibus. Non tamen dicimus fiduciam hanc sic collocari in bonis operibus nostris, quasi illis ex natura sua debeatur merces vitæ æternæ: quoniam scimus Paulum dixisse, non esse condignas passionnes huius seculi ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Dicimus igitur fiduciam collocari in bonis operibus propter misericordiam Dei & propter promissionem suam, qua promisit se daturum hominibus mercedem propter bona opera. Et sic confidentes in bonis operibus nostris, nihil detrahimus honori diuino, ut Lutherani nobis obiiciunt: sed augemus in hoc diuini honorem, quoniam eam fiduciam, quæ in nostris operibus collocamus, in Dei bonitatem & misericordiam reijcimus: quia agnoscimus per illam nobis euenire quòd bona opera operari possimus, & quòd per illa aliquid apud Deum mereri valeamus. Tota itaque nostra fiducia in Christum refertur: quoniam scimus & agnoscimus nos sine illo nihil boni efficere posse. Fiduciam enim (ut Paulus ait) talem habemus per Christum ad Deum, non quòd sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis: sed sufficientiam nostra ex Deo est. Habentes igitur talem spem multa fiducia vitimur. Cũ autem Paulus alibi iubet ut non simus confidentes in nobis, non præcipit abstinere ab omni fiducia, sed solùm ab illa qua quis sic fidit sibi ipsi aut suis operibus, ut nihil prorsus confidat in Deo, & hanc talem fiduciam nos etiam condemnamus, quoniam (ut diximus) nunquàm fiduciam aliquam in rebus nostris constituere debemus nisi priùs & principalitè collocauerimus in Deo. Et hunc esse verum intellectum, Pauli verba quæ ipse addit, apertè demonstrant. Nam postquàm dixerat, ut non simus confidentes in nobis, continuò subiiecit, sed in Deo, qui suscitatur mortuos. Quòd autem talis fiducia in nostris operibus, sicut eam hæcenus declarauimus, licitè collocari possit, testimonijs sacræ scripturæ & sanctorum Doctorum apertè comprobari potest. Primò illud est manifestum, quòd Tobias ait: fiducia magna erit corâ Deo elemosyna omnibus fa-

cientibus eam. In quibus verbis apertè docet Tobias fiduciam coram Deo licitè collocari in elemosyna facta. Præterea vita hominis super terram (ut est apud Iob) esse sicut dies mercenarij. Sicut enim mercenarius (inquit ille) præstolatur finem operis sui, sic & ego habui menses vacuos, & noctes laboriosas enumeravi mihi. Mercenarius autem sperans mercedem laboris sui, non solùm habet fiduciam in veritate & bonitate domini à quò fuit conductus ad laborem: sed etiam confidit in suo proprio labore. Quoniam optimè intelligit, se non recepturum à domino mercedem, quanuis ille sit bonus & verax, nisi propter laborem suum. Rursum, cùm mulier illa quæ fluxum sanguinis patiebatur, & cupiens sanari à **C H R I S T O**, accessit retrò, & tetigit fimbriam vestimenti eius, dicens intra se, si tetigero tantùm vestimentum eius, salua ero, dixit illi **T E S V S**: Confide filia, fides tua te salua fecit. In quibus verbis apertè docuit illum licitè fiduciam salutis posse habere, quia fidem tenebat. Præcepit ergo ille, ut consideret in illo, & in fide quam de illo conceperat. Deinde, Ioan. apostolus in sua prima canonica epist. hoc ipsum aperitissimè docet, sic inquit: Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus apud Deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam madata eius custodimus. Aduerte obsecro Lutherani, & nolite obdurare corda vestra, quoniam Ioan. docet nos, ex adimplitione mandatorum Dei posse cõcipere fiduciam obtinendâ à Deo quicquid orantes petierimus. Paulus etiam testatur se in bonis operibus suis habuisse fiduciam assequendi coronam gloriæ: Bonũ, inquit ille, certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruaui, de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, iustus iudex. Videte quantam se dicat Paulus habere fiduciam assequendi coronam gloriæ propter præclara opera, quæ meminit se in Dei gloriam fecisse. Et, quò magis ex hoc Pauli testimonio aduersarios vrgeamus, annotare oportet in illis Apostoli verbis, quòd dixit repositam sibi esse coronam iustitiæ, non misericordiæ: & dominum illam reddendo, futurum esse iustum iudicem, & nõ dixit misericordem. Per hæc enim verba apertissimè docet coronam illi fore à Deo reddendam, non ex sola liberalitate misericordiæ diuinæ, sed etiam ex debito iustitiæ. Nam id quòd semel promissum est, natura docet, ut debitum esse iure putetur. Promisit autem Deus omni bene custodienti mandata sua, vitam æternam: ergo debitum est Deus vitæ æternæ reddendæ cuiusq; plenè custodienti mandata sua. In hoc tamen maxima fuit Dei misericordia, quòd tam magnum præmium dignatus fuerit promittere hominibus propter res viles, & tanto præmio indignas. Post datam ergo hanc promissionem non superbè agit homo, qui confidit in Deo, quòd propter bona opera sua dabit illi vitam æternam. Ideò Augustinus in libro de vera innocentia, regula. 297. ait: Debetur merces bonis operibus si fiant, sed gratia quæ nõ debetur, præcedit ut fiant. Hæc ille. Ex quibus verbis liquidò constat, Deum ex pura liberalitate dare homini primam iustificationis gratiã, sed ex debito iustitiæ reddere gloriam æternam pro bonis operibus. Non est ergo reprehendendus qui fiduciam, præsertim moderatam, collocat in illis rebus, quibus Deus ex benignitate sua promisit reddere præmiũ vitæ æternæ. Hanc talem fiduciam post Christum in nostris operibus collocatam, multi viri sancti & doctissimi commendant, & pro illa testimonium dicunt. Thomas Aquinas in Commentarijs super Epistolas Pauli, interpretans illud ex epistola ad Hebræos: Nolite itaque amittere confidentiam vestram, hæc ait: Ostendit quid eis restat faciendũ, scilicet confidentiam acceptam ex bonis operibus conseruare. Et paucis interiectis subdit: Ex quo tot bona in primordijs conuersationis vestræ operati estis, ex quibus multam confidentiam debetis habere apud Deum: nolite itaq; amittere confidentiam vestram, quòd profectò sequeretur si à bonis desisteretis. Hæc Thomas. Ante Thomam Anselmus

mus eidē sententiā fauet, qui prædicta Pauli verba interpretans in *Commentariis* super epistolam ad Hebræos, hæc ait: Illatio est ex eo quod dixit, eos tanta pertulisse, & vitam æternam inde expectasse, id est manentem substantiam. Quasi dicat, Quoniā in principio fidei tot aduersa passi estis, & inde confidenter sperabitis æternam mercedem, itaq; nolite amittere confidentiā vestram, id est, firmam spem vestrā deficiendo à patientia fidei, quia per patientiæ amissionem amittetis & æternæ vitæ spem. Et ne amisso spei, parua iactura videretur, addit: quæ magnam habet remunerationē. Itaq; pro certo sperate illam remunerationem ineffabilem, quam oculus non vidit, nec auris audivit, ac si iam teneatis eam. Vel in prædestinatione diuina habetis illam. Verè per impatientiam non debetis amittere confidentiam perpetuæ retributionis. Hæc Anselmus. Et ante Anselmum Theophylactus eandem sententiam docet, qui in *Commentariis* super Paulum, prædicta eiusdem Apostoli verba interpretans, hæc ait: Cū dicit, nolite amittere, ostendit quòd nondū exciderāt, opus enim haberent confirmatione & munitione. Fiduciā autem & in loquendo libertatem dixit, quòd huiusmodi cum patientia ob dei gloriam ferentes, magnā habeant confidentiā. Hæc Theophyl. Ante hos omnes Chrysostronus apertius hanc docet sententiam, qui in *Commentariis* super psalmos interpretans illū versum, Aperite mihi portas iustitiæ, hæc ait: Iis qui castigātur, portæ aperiuntur, iis qui peccata deponunt. Qui disciplinam suscepit, potest confidenter dicere, Aperite mihi portas iustitiæ. Hoc dictum enim sumendum est anagogicè, & cœlorum portæ sunt intelligendæ, quæ sunt clausæ in operibus, quæ sunt pulsandæ per virtutem, per elemosynam, per iustitiam. Et iterum in alio psalmo interpretans illum versum, Misericors & miserator Dominus, &c. hæc ait: Vides Prophetam immorari his melioribus, & prolixiori vti oratione. Nouit enim Dei opes in his maximè consistere. Nec enim licuisset cōseruari, nisi magna fuisset eius clementia, non licuisset manere nisi eius magnam effemem experti bonitatē. Et ideo dicebat: Ego sum qui deleo iniquitates tuas, Et in tuis peccatis te defendi miserator & misericors Dominus. Vide quomodo ostendit ineffabilem eius clementiam. Non solum enim miseretur eorum qui peccant, sed etiam aliud ostendit non paruum genus clementiæ, nempe lenitatē & patientiam, vt veniant ad pœnitentiam, & cum eius clementia à suo quoq; conseruentur studio & diligentia & ex suis factis fiduciam habeant. Non est autem solummodo misericors, sed etiam multum misericors, ostendens hanc multitudinem non posse mensura comprehendere, sed omnem superare rationem. Hactenus Chrysostronus. Attendite obsecro Lutherani & videte quàm apertè nostram sententiam Chrysostronus docet, Dixit enim Deum ex sua benignitate & clementia hoc nobis concessisse, vt in nostris operibus fiduciam aliquam collocare possimus. Itaque si in operibus nostris fiduciam aliquam collocamus, nõ est propterea quòd opera nostra ex sua natura tam digna esse putemus, vt illis solis fidere valeamus: sed confidimus in illis propterea quòd Deus hanc nobis exhibuit misericordiam, vt per illa vitam æternam consequi valeamus. Hieronymus in *Commentariis* super epistolam ad Ephesios interpretans illud ex eadem epistola, in quo habemus fiduciam & confidentiam per fidem, hæc ait: Fiduciā atq; accessus principium & origo fides in Christo est. Hæc ille. In quibus verbis duo sunt maxima notanda. Primum est quòd ex Hieronymi sententia non solum in Christo, sed etiā in fide Christi, quæ opus nostrum simul & dei donū est, cōfidere licet. Alterū est, quòd Hiero. nõ dixit totā fiduciā esse in solo Christo aut in fide eius: sed dixit, fidē esse solū principium & originē fiduciæ. Si fides est solū principium & origo fiduciæ, cōvincitur inde apertè aliquid ultra esse præter fidē in quo fiduciā collocare possumus, quoniā aliās nõ esset principium fiduciæ, sed tota fiduciā. Postremò hæc hereticorū sententia damna-

A damnata est in Concilio Tridentino sub Paulo tertio celebrato, in cuius *Concilium Trident.* sessione. 6. cap. 16. hæc proponitur doctrina. Hac igitur ratione, inquit Conciliū, iustificatis hominibus, siue acceptā gratiā perpetuò conseruauerint, siue amissam recoperauerint, proponenda sunt Apostoli verba: Abundate in omni opere bono, scientes quòd labor vester non est inanis in domino: non enim iniustus est Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis quā ostendistis in nomine ipsius. Et nolite amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Atq; id eò bene operantibus vsque in finē, & in Deo sperantibus, proponenda est vita æterna, & tanquàm gratia filijs Dei per Christum Iesum misericorditer promissa, & tanquàm merces ex ipsius Dei promissione bonis ipsorum operibus & meritis fideliter reddenda. Post datam hanc doctrinā, ne quis illi temerè contradicere auderet, duos latæ sententiæ canones contra eos qui huic doctrinæ repugnauerint, statuit, videlicet. 26. & 32. quorum verba sunt hæc: Si quis dixerit, iustos non debere pro bonis operibus, quæ in Deo fuerint facta, expectare & sperare æternam retributionem à Deo, per eius misericordiam, & Iesu Christi meritum, si bene agendo & diuina mandata cultodiendo, vsque in finem perseuerauerint, anathema sit. Si quis dixerit, hominis iustificati bona opera ita esse dona Dei, vt non sint etiam bona ipsius iustificari merita, vt ipsium iustificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiā & Iesu Christi meritum, cuius viuum membrum est, sunt, non bene mereri augmentum gratiæ, vitam æternā, & ipsius æternæ vitæ (si tamen in gratia decesserit) consequutionem, atq; etiam gloriæ augmentum, anathema sit. Hactenus Concilium Tridentinum. Sed opus est vt Lutheranorū obiectionibus respondeamus. Obijciunt nobis prophetam regium reprehendentem illos qui in suis operibus confidunt: Qui confidunt, inquit ille, in virtute sua, & in multitudine diuitiarū suarum gloriantur. Et Salomon in *Prouerb.* ait: Qui cōfidit in cogitationibus suis, impiè agit. Sed his omnibus, & si quæ sunt alia similia testimonia, facillè respondere potest, per id quod inter arguendum diximus, eā videlicet fiduciam in illis omnibus locis reprehendi, quæ in solis nostris operibus collocatur, non autē illam quæ primò & principaliter in Christo, & deinde secundariò & minùs principaliter in nostris operibus collocatur. Obijciunt etiā nobis Pharisæum illum in templo orantem, què ob hoc à Deo reprehensum esse dicūt, quòd sua opera bona cōmemorabat, & in illis cōfidebat: Sed falluntur, quia non propter hoc reprehensus est, sed propter superbiam & contemptum Publicani. Nam Saluator postquā dixerat Publicanū descendisse à templo iustiorē Pharisæo, causam expressit dicens: Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Et certè si bene aduertantur verba quæ in illo loco Lucas refert, ex illis apertè conuincitur error Lutheri, tantū abest vt ex illo loco fauorē suæ doctrinæ sumere possit. Dixit autē & ad quosdam, inquit Lucas, qui in se confidebant tanquàm iusti, & aspernabantur cæteros. Illos ergo reprehendit, qui cū non sint iusti, in se confidunt tanquàm si essent iusti. Quibus verbis apertè declarauit, eos qui sunt iusti posse quodam modo in se confidere. Contra hanc hæresim neminem vidi qui scripserit, nisi vnum solum Iodocum Clichthouæum, qui in suo antiluthero libro. 3. cap. 13. paucula quædam per occasionem scripsit.

FORNICATIO.

I Nter alios Græcorum errores, quos Guido recenset, vnus est ad hanc rem pertinens. Dicunt enim (vt ille ait) fornicationem simplicem, hoc est, coitum soluti cum soluta, non esse peccatum mortale. Sed aduersus hunc errorem

F. ALFONSI DE CASTRO MINORITAE
rorum iam supra disputauimus in titulo de coitu, haeresi. i. ad illum ergo lo-
cum mittimus lectorem.

F V T V R V M C O N - T I N G E N S .

DE hac re est vnus error, quo docetur nihil cōtingens in rebus euenire,
sed omnia quae fiunt, necessitate absoluta fieri. Huius haeresis autor fuit
Petrus Abailardus: eum postea secutus est Ioānes Vvicleph, dicens po-
tentiam Dei & actualement creationem eiusdem esse mensuram, ita vt non possit plu-
res res creare q̄ creauit, nec aliter res facere quā fecit. Eundem errorem tutatur
nunc Lutherus, dicens omnia quae fiunt, tā absoluta necessitate fieri, vt impos-
sibile sit aliter fieri q̄ fiunt. Hinc apertē conuincimus verū esse quod alās dixi-
mus, causam videlicet haeresum potissimam esse, q̄ fidem metiuntur iuxta no-
stri intellectus potentiam, ita vt illa sola credenda putent, quae eorū intellectus
comprehendere potest. Quia enim humillimus intellectus, vel vt melius dicā,
excercatus Petri Abailardi, & Ioannis Vvicleph, non potest cognoscere alia,
quā ea quae facta sunt, inde concludunt Deū non posse facere nisi quae facta
sunt. Itaq; diuinam omnipotentiam concludere volunt, & circumsepere limiti-
bus sui intellectus, quod maxima est blasphemia. Paulus nanq; ait, vias Dei es-
se inuestigabiles. Quem locū pertractans Origenes lib. 9. super epist. ad Rom.
ait: Neq; inscrutabilia iudicia, & inuestigabiles vias dicerentur, nisi quia nulla
est creatura, quae vel inuestigare valeat vel scrutari. Solus enim filius est, qui
nouerit patrem, & solus est spiritus sanctus, qui scrutatur omnia, etiam altitudi-
nem Dei: & ideo hanc altitudinem Dei, quam inscrutabilem dicit & inuestiga-
bilem, omni creaturae inscrutabilem dicit. Hae Origenes. Quid ergo superbif-
simi haeretici scrutari tentant quod inscrutabile est? & vestigare quod inuesti-
gabile est? Volunt enim, veluti illi Babylonij, qui turrim aedificare coeperant,
in caelum ascendere: sed deceit eos Deus, dum se eleuare super altitudinem caeli
contendunt, & ita euauerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est inspi-
ciens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Melius cer-
tē August. qui captiuans intellectum suum in obsequiū omnipotentiae diuinae,
ita dicit: Demus Deum aliquid posse, quod nos fatemur inuestigare non pos-
se. In talibus enim rebus tota ratio facti est potentia facientis. Hae August. in
quadam epistola ad Volusianum. Ceterū quia Petrus Abailardus & Ioannes Vvicleph
in hoc vnum conuenerunt, vt apud seipos solos, cōtra Sapientis praecē-
ptum, prudentes sint, & omnium sanctorum virorum sententijs posthabitis, de
solo suo sensu glorientur, ideo ex sola sacra scriptura testimonia proferentes,
contra illos agamus. Et primō pro nobis testimoniū dicit Sapiens, qui loquēs
de via filiorum Israël per desertū, ita ait: Quod quidam errantes colebant mu-
tos serpentes, & bestias superuacuas, immisit illis multitudinem mutōrū ani-
malium in vindictam, vt scirent quia per quae peccat quis, per haec & torque-
tur. Non enim impossibilis erat omnipotens manus tua, quae creauit orbem
terrarum ex materia inuisa, immittere illis multitudinem vsorum, aut audaces
leones, aut noui generis ira plenas & ignotas bestias, aut vaporem igneum spi-
rantes, aut fumi odorem praeferentes, aut horrendas ab oculis scintillas emit-
tentēs, quarum non solū laesura poterat illos exterminare, sed & aspectus per
timorem occiderē. Nam & sine his vno spiritu poterant occidi, persecutionē
passi ab ipsis factis suis, & dispersi per spiritum virtutis tuae: sed omnia in men-
sura & numero & pondere disposuisti. Vides q̄ multa numerauit Sapiens, quae
Deum ait potuisse facere, cum tamen nunq̄ facta fuerint. Alia ergo potest face-
re, & aliter facere q̄ facit. Et post illa verba iterum ait Sapiens: Misereris om-
nium,

Petrus
Abailardus.
Ioannes
Vvicleph.
Lutherus.

Rom. 11.

Gene. 11.
Rom. 11.

August.

Sap. 11.

Anium, quia omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter poenitentiam.
Ecce laudat Dei miserationem, quā inde conuincit, q̄ cū possit hominem pec-
cantem statim ē mundo tollere, vitam illi permittit, quā poenitere possit, & ven-
iam promereri. Eandem etiā sententiam in eodem libro, altero tamē capite, ^{1. ap. 26.}
Sapiens repetit. Nec potest Vvicleph euadere ea parte qua tentat, dicens Deū
multa potuisse quae non fecit: potuisse inquam, si voluisset. Sed nos dicemus,
quod potuit, cū tamē non voluit: quia si voluisset, fecisset: vnde cōuincitur, vt
nō voluerit, quod nō fecit. Præterea Christus redēptor noster pridie q̄ patere-
tur, & cū proximus esset vt caperetur, Petro, qui gladio amputauerat auriculā
serui principis sacerdotū, dixit: An putas quia nō possum rogare patrē meum, ^{Matt. 26.}
& exhibebit mihi plusq̄ duodecim legiones angelorū? Quomodo ergo imple-
buntur scripturae: quia sic oportet fieri. Petrus voluit magistrū vi & armis de-
fendere, & impedire, si posset, ne caperetur. At ipsemet magister volens osten-
dere, esse in manu sua non pati si vellet, dicit se posse rogare patrē suum, vt ex-
hiberet illi duodecim legiones angelorū, qui facilius hoc exequi possent. Verū
licet hoc se posse dixerit, constat tamen illum non sic vt poterat fecisse.
Et apud Ioannem, ostendens se sola voluntate mortem passurum, & non ne-
cessitate absoluta, vt aiunt haeretici, dicit: Propterea me diligit pater, quia ego
pono animam meam, & iterum sumam eam. Nemo tollit eam a me, sed ego po-
no eam a meipso. Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterū
sumendi eam. Quibus verbis innuit manifestē, se habere potestatem impediendi
virtutem hominum machinantium ad mortem eius: ideo dicit, nemo tollit
eam a me: ac si apertius Iudaeis diceret: Vos sititis sanguinē meum, & mortem
meam anxie desideratis: hoc autē scitote, quod me inuito & inuoluntario nul-
lus vestrūm praeualebit. Rursum, beatus Paulus in ea quae est ad Heb. epist. de
B Christo loquens, ita dicit: Qui in diebus carnis suae preces supplicationesq; ^{Heb. 5.}
eum, qui posset illum saluum facere a morte, cum clamore valido & lachrymis
offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Quid hoc testimonio apertius desi-
derari potest? Paulus ait Deum potuisse liberare Christum a morte, hoc est, ne
talem pateretur mortē. Hoc tamen cum non fecerit, conuincitur Deum aliud
& aliter posse facere quā facit. Et in priore epistola ad Corinthios ait: Fidelis est
Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis. Non autē patimur,
aut permittimus (nam pati hic ponitur pro eo quod est tolerare aut permitte-
re) nisi ea, quae cum aliter euenire possint, impedire nolumus ne ita eueniant:
quae cum non impedimus, sed sinimus esse prout sunt, tunc dicimur ea pati, aut
tolerare, aut permittere. Nullus enim rectē & vt decet loquens, diceret: Ego
non patiar ignem esse frigidum: aut, partiar ignem esse calidum: quoniam nul-
lus nostrūm potest facere vt ignis frigeat, aut impedire ne caleat. Quum ergo
Paulus dicat de Deo, quod non patietur nos tentari supra id quod possumus,
signum est quod aliter euenire potest, vt videlicet supra nostram potentiam
tentemur. Hoc autem etsi contingere posset, quia tamen ne ita eueniat Deus
nō permittit, ideo ait Paulus, quod non patietur nos tentari supra id quod pos-
sumus. Ex quo loco, si rectē consideretur, apertē etiam ostenditur, Deum posse
facere res aliter quā facit. Deinde mutatio ipsa operationum, quae in crea-
turis Deo iubente contingit, apertissimē ostendit, Deum posse facere res ali-
ter quā facit. Nam saepe contingit, vt res aliter se habeat & aliter operentur,
quā a natura illis concessum fuerat: quae mutatio conuincit, vt cum aliter fa-
ctum fuerit, nō necessitate, sed mera Dei voluntate ita factum esse credamus.
Quod enim mulier in iuuentute sterilis, prout de Sara sacra narrat hitoria, po-
stea senio confecta pariat, praeter naturā ordinem euenit. Asina Balaam cū lo-
quitur, limites suae conditionis excedit. Sol quū motum suum relinquēs, stetit
in fauore filiorum Israël, vltra leges naturales hoc habuit. Virga amygdali no-
mine

Gene. 21.
Num. 21.
Ioseph. 10.
Num. 17.

mine Aaron constituta contra naturalem ordinem sine radice floret, cum esset arida, & fructum emittit. In fornace ardente pueri inclusi non comburuntur. Et ex petra arida, quae nullam humoris virtutem continebat, fluunt aquae largissima, adeo ut pro sexcentis millibus animarum suffecerint. Cum haec omnia praeter naturam ordinem eueniant, docemur ut cum iuxta naturam ordinem aliquid fit, credamus tunc etiam Deum aliter facere posse. Accedit ad haec, quod si nihil contingenter euenit, sed omnia necessitate absoluta fiunt, orationes erunt prorsus inutiles. Vt quid Deum oramus, si necessarium euenit id quod semel decretum est? Frustra enim oramus, si id quod petimus, nobis etiam non petentibus fiet: aut si futurum non erat, impossibile est ut fiat. Frustra ergo oramus? Absit. Nam Dominus nos orare praecipit. Et David rex orans in ieiunio & fletu, sperauit se posse impetrare a Deo, ne filius suus moreretur, quauis per Natham prophetam fuerat ei dictum: Filius qui natus est tibi, morte morietur. Et cum postea vidit filium mortuum, dixit David seruis suis, qui illum reprehenderant propter ieiunium & fletum, propter infantem, cum adhuc viueret, ieiunauit & fleuit. Dicebam enim: Quis scit si forte donet eum mihi Dominus, & uiuat infans? Nunc autem quia mortuus est, quare ieiunio? Ecce David credit Deum potuisse facere de morte filii eius aliud quam fecit: & Petrus Abailardus hoc non credit. Quapropter videtur mihi velut alter Goliath, qui omnes filios Israel, id est, omnes sacros doctores ad bellum prouocat: sed vide eum iam nunc a Dauide percessum, & interfectum. Praeterea Christus patrem orans, ait: Pater, si possibile est, transfer calicem hunc a me. At Christus, qui futura prouidebat, sciebat se calicem potaturum: ergo iuxta istorum sententiam, impossibile erat ut non biberet. Frustra ergo orat? Absit ut in tantam blasphemiam prorumpamus, ut dicamus Christum petuisse patrem id, quod impossibile erat sibi donari. Quod autem dixit, Si possibile est, non dixit quasi dubitans de potentia, sed velut sciens diuinam voluntatem, cui reluctari nolebat. Ideo quod hic dixit, Pater, si possibile est, alius Euangelista eandem orationem enarrans, dixit: Pater, si vis. Ex quorum duorum locorum collatione ostenditur, Christi verba sic esse intelligenda: Pater, si possibile est, hoc est, si potest fieri sine cessatione tuae voluntatis. Nam huic contradicere Christus nolebat, sed volebat eam impleri: ideo subdit, Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Hieronymus autem & Christianus Druthmarus, qui illum imitatur, aliter exponunt: quauis eorum expositio nostro primo proposito non contradicat. Ceterum, quod illa non fuerint verba de Dei potentia dubitantis, verba Marci conuincunt. Nam post illam orationem Marcus refert Christum sic dixisse: Abba pater, omnia tibi possibilia sunt: quibus verbis apertissime innuit, Deum posse transferre calicem ab illo, ne videlicet illum biberet. Cum autem non sic factum fuerit, conuincimus Deum posse facere res aliter quam facit. Aduersus hunc errorem militant ea, quae inferius pro assertionem liberi arbitrii dicimus. Lectorem ergo ex illo loco petat plura, si illa desiderat: quoniam ostensa arbitrii libertate, conuincitur non omnia necessarium euenire. Postremo ex quadragintaquinque articulis Ioannis Vicleph in concilio Constantiensi, sessione octaua damnatis, is vnus 27. loco statuitur, quo dicit: Omnia de necessitate absoluta eueniunt. Qui simul cum alijs vna super omnes lata sententia damnatus est. Aduersus hunc errorem scripsit Thomas Vvalden, in suo. i. Tomo doctrinalis fidei antiquae, lib. i. artic. i. a cap. 10. vsq; ad cap. 14. Sed in illo loco aliquantulum tepuit, quoniam rarissimus fuit in citandis testimonijs sacrae scripturae, densior autem in citandis testimonijs aliorum sacrorum doctorum: quod faciendum non erat, praesertim quia expressa sunt scripturae sacrae testimonia, & quia contra homines agebat, quos constat testimonia hominum non recipere.

G R A

GRATIA.

A Pelagij error notissimus est, qui tantum tribuit libero arbitrio, ut diceret absque gratia Christi hominem posse omnia praecipua Dei implere, & suis meritis vitam aeternam consequi. Et cum super hac re ab alijs increparetur, eatenus cessit admonitioni, ut diceret gratiam non esse abijciendam velut prorsus inutilem, sed esse amplectendam, quia illa accedente facilius posset haberi gloria aeterna. Quibus verbis innuebat sine gratia beatitudinem posse acquiri, licet difficilius quam cum gratia. Hunc errorem post Pelagium docuit Caesestinus quidam (ut opinor) monachus, cuius autem gentis fuerit, mihi non est notum: quoniam Gennadius in catalogo illustrium virorum de illo differens, patriam subticuit. Ex illius autem descriptione constat fuisse Pelagium coaetuum, sub Innocentio papa, huius nominis primo. Augustinus tamen in libro de haeresibus, capite octogesimo octauo, dicit huius erroris fautores fuisse postea etiam appellatos Caesestianos ab hoc Caesestino. Eundem tutatus est errorem Iulianus episcopus Capuanus, vir (ut ait Gennadius) acer ingenio, in diuinis scripturis doctus, & qui aduersus beatum Augustinum impugnatorum illius scripsit libros aliquot. Aduersus hunc errorem tali temperamento oportet aggredi, ut sic gratiae necessitatem defendamus, quod non derogemus libero arbitrio: sic rursum libertatem voluntatis asseramus, ut eam egere gratia conuincamus. Vt autem hoc melius faciamus, admonere prius oportet, triplicem esse libertatem. Quaedam est libertas a culpa, de qua Apostolus ait: Cum enim serui essetis peccati, liberi facti estis iustitiae. Et alibi: Vbi spiritus domini, ibi libertas. Haec libertas non est illa, qua dicimus liberum esse omne hominis arbitrium. Est alia libertas, quae opponitur contra seruitutem miseriae, de qua etiam Apostolus ait: Et ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei. Neque haec libertas nostro proposito deseruit, quoniam non ab illa dicitur arbitrium hominis liberum. Tertia libertas est, quae opponitur contra necessitatem, aut verius coactionem: quoniam aliqua necessarium sunt, ut (gratia exempli) productio spiritus sancti, dilectio mutua personarum diuinarum, quae libere fiunt, quamuis necessarium, non tamen ex coactione, aut violentia, quia non nituntur in oppositum. Ab hac libertate vocamus hominis arbitrium liberum. Hanc libertatem habet homo a sua conditione, estque illi adeo insita, ut ab eo diuelli non possit. Hanc autem arbitrii libertatem non est nunc opus ut probemus: quoniam aduersus Pelagium agimus, qui plus iusto, arbitrio humano fauit. Si qui autem sunt, qui hanc libertatem expugnant, non sunt modò citandi, quoniam alibi contra illos disputabimus. Ceterum ut arbitrii libertatem & gratiae necessitatem simul ostendamus, est vltimus aduertendum, voluntatis nostrae operationes esse triplices. Quaedam enim earum est bona, ut velle dare eleemosynam egeni propter Deum. Alia mala, ut velle furari. Alia media, quae nec bona, nec mala censenda est, ut velle fricare barbam, aut deambulare, nullo considerato fine, ad quem haec operationes diriguntur: nam si aliquis illis operationibus praesigeretur finis, ab illo posset qualibet illarum bonitatem aut malitiam accipere. His ergo iactis fundamentis, quinque addo catholicas assertiones. Prima, Liberum arbitrium ex se & ex sua conditione potest eligere quamlibet volitionem malam. Secunda catholica assertio, Liberum arbitrium ex sola suae naturae conditione (non excludo hic aut in prima assertionem illam Dei generalem concausationem) potest eligere quodlibet opus medium, quod videlicet nec est bonum, nec malum. Tertia catholica assertio, Liberum hominis arbitrium ex sola sua potestate, addita etiam illa communi & generali Dei concausatione, non potest sine aliquo Dei speciali auxilio bonum aliquod operari: quoniam semper circa illud praecedat quaedam monitio, aut attractio, aut inspiratio, aut aliquod

donum naturæ superadditum, quod ipse Deus merè gratis, quibus illi placet, donat. Quarta catholica assertio: Postquam Deus voluntatem nostram excitauit ad bonum, est in ipsa hominis voluntate hæc potestas, vt Deo moneri & inspiranti consentiat, aut dissentiat, Quinta catholica assertio: Postquam voluntas nostra cum Dei adiutorio cœpit agere aliquod bonum, non potest sine eiusdem Dei speciali adiutorio bonū inceptum proficere, & in eo perseverare. Ex istis ergo quinque assertionibus apertissimè patet quanta sit nostri liberi arbitrii potestas, quanta sit etiam in libero arbitrio gratiæ diuinæ necessitas. Verum superest, vt (ne solum docere videamus, ea quæ diximus) testimonijs scripturæ sacræ comprobemus. De prima & secunda & quarta assertionibus inter nos & Pelagium conuenit: quapropter nõ est quoddam nunc pro earum assertione laboremus. Restant igitur mihi solæ duæ probandæ, videlicet tertia & quinta. Impotentiam nostram satis apertè ostendit Dominus per Esaiam prophetam dicens: Nunquid gloriabitur securis contra eum qui secat in eam, aut exaltabitur ferra contra eum à quo trahitur? Quomodo si eleuetur virga contra eleuantem se, & exaltetur baculus, qui vtiq; lignum est. Ecce vides qualiter Deus seipsum comparat artifice, nos autem securi aut ferræ, aut alio instrumento quo mediante artifex operatur. At securis aut ferra nunquam lignum scindet nisi ab alio ad hoc moueatur: sic etiam nostrum liberum arbitrium nunquam bonum aliquid operari poterit, nisi à Deo moueatur ad illud agendum. Quomodo ergo si exaltetur ferra cõtra eum qui secat in ea, sic omnis qui de bono opere gloriatur, & non in domino gloriatur. Simillimè est huic quod diuinus Psaltes ait: Lingua (inquit) mea calamus scribæ velociter scribentis. Esaias ostendit infirmitatem nostram ad opus, exemplo ferræ pro hac re adducto. David eandem impotentiam circa verba formanda docet, linguam suam calamo comparans. Sicut enim calamus nunquam scribet, nisi manus scribæ illum moueat: sic nullus potest aliquid boni dicere, nisi lingua eius à Deo moueatur. Non enim (inquit discipulis suis Christus) vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Et Paulus ait: Nemo potest dicere dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Præterea Hieremias propheta dicit: Scio domine, quia nõ est hominis via eius, nec viri est vt amulet & dirigat gressus suos. Vide quid dicat. Nõ negat esse in hominis potestate ambulare, nam hoc potest homo cū sola Dei generali concausatione: sed negat esse in hominis potestate rectè ambulare, vt videlicet dirigat gressus suos ad finem quem omnes querimus, scilicet gloriam æternam. Hoc autem David expressius docet: A domino (inquit) gressus hominis diriguntur. Idem suam agnoscens infirmitatem, adiutorium petit à domino, dicens: Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea. Et iterum: Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, & nõ dominetur mei, omnis iustitia. Erubescat ergo Pelagius dicens vnum quæque suo arbitrio regi. Et idem Hieremias dominum orat, dicens: Sana me domine, & sanabor. Saluum me fac, & saluus ero: quoniam laus mea tu es. Si Hieremias poterat seipsum sanare, vt quid à Deo illud petit? Rursum, per Prophetam Osee iterum Deus eandem sententiam docet, dicens: Perditio tua ex te Israël: tantummodo ex me adiutorium tuum. Hæc ex veteri testamento testimonia sufficiant. Nunc iam ad nouum, in quo veritas clariùs lucet, accedamus: Sine me (inquit Christus) nihil potestis facere. Si nihil possumus, quomodo poterimus sine illo vitam æternam consequi? Et iterum eadem veritas ait: Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Præterea in illa oratione, quam verus magister nos docuit, dicitur: Adueniat regnum tuum. Quibus verbis petimus à Deo gloriam cœlestem, quæ est regnum Dei æternum. Et iterum in alia petitione habetur: Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Hæc omnia vnus & verus magister nos docuit petere à patre suo. At si hæc om-

A hæc omnia nos possemus consequi per solam nostri arbitrii potestatem, non esset opus nos ea petere à Deo. Ex quo facile conuincitur neminè posse vitam æternam cõsequi, aut omnia peccata euitare sine Dei speciali auxilio. Verum hæc dicit Pelagius tales petitiones non esse inanes, quia & si nostrum liberum arbitrium omnia illa possit, difficilia tamen sunt illi. Ad hoc ergo dicit petimus, vt eo adiuuante facilius assequamur, quæ sine illius adiutorio difficile assequi possemus. Sed hos Pauli testimonio reijcitur, qui in episto. ad Romanos ait: Quos iustificauit, hoc & magnificauit. Non dixit, quos iustos inuenit: sed dixit, quos iustificauit: vt his verbis doceret nos quòd omnis nostra iustificatio ab ipso Deo est, & non à nobis. Idem iterum ait: Neque volentis neq; currentis, sed Dei est miserentis. Quibus verbis apertissimè docet nihil nos posse sine Dei speciali auxilio. Nam quid, quæso, est illud quod ait, neque currentis? Per illa namque verba docet quòd non solum remissa voluntas & tepida, sed etiam quæ nimio ardeat desiderio, & quæ quantumlibet vehementem adhibeat conatum, non potest ex se vitam æternam assequi, sed hoc ex sola Dei misericordia pendet. Hoc est enim dicere neque volentis neq; currentis: quoniam qui currit, magis circa motum conatur, & eius membra vehementiore impulsu agitantur à corde, quàm si lento gradu incedat. Et in alia episto. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Quid hæc respondebit Pelagius? Si non sumus sufficientes cogitare, minus & velle: quoniam quæ non cognoscimus, velle non possumus. Et si velle bonum non possumus, nec operari valebimus. Nostra (inquit) sufficientia ex Deo est. Et quid Pelagius ait? Nostra (inquit Pelagius) sufficientia ex nobis ipsa est, sed facilitas ex Deo. Apertissimè ergo Pelagius pugnat cū Pauli doctrina, hoc est, cum fide catholica. Et in alia epistola eandem sententiam replicat, dicens: Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omni opere bono. Ecce, vides quid nobis conferat gratia, non certè solam facilitatem ad opus bonum, vt Pelagius dicit, sed confert nobis omnem sufficientiam. Non ergo sumus nos sufficientes sine Dei gratia. Præterea cum idem Paulus rogaret dominum tertio, vt auferret ab eo stimulum carnis, responsum est illi à domino: Sufficit tibi gratia mea. Non enim dixit dominus Paulo: Tu ipse sufficis, sed dixit, sufficit tibi gratia mea. Quòd si Paulus hoc quod petebat, potuisset, quamuis difficile, præstare, merito respondisset illi dominus illud, quod beatæ Lucie pro suæ matris salute beatam Agatham deprecanti, eandem Agatham respondisse fertur: Vt quid (inquit) à me petis virgo Lucia, quod ipsa poteris matri tuæ præstare continuo? Verum quia Paulus non poterat tam improbatæ tentationi Satanæ etiam cum magna difficultate resistere, idem Dominus dicit illi: Sufficit tibi gratia mea. Rursum, in epistola ad Ephesios idem Apostolus ait: Gratia enim estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis. Dei enim donum est, non ex operibus, ne quis gloriatur. Pelagius ne in totum videretur tollere auxilium diuinum, dicit fidem esse donum Dei, & sine illa nos non posse saluari, atque idem dicit nos hoc debere Deo, quòd scientiam nobis dedit qua illum verè cognosceremus, & sciremus ea quæ agenda essent: qua scientia habita, dicit non esse nobis opus vltiore dono gratiæ aut charitatis, quoniam nec charitatem vult fateri donum Dei, neque eam dicit esse necessariam, sed sufficere solam fidem cum nostri arbitrii potestate: & hoc modo interpretatur illud testimonium Pauli quod proximè citauimus: Gratia estis saluati per fidem. Sed attendat Pelagius quòd Paulus nõ ait nos esse saluatos sola fide, sed gratia, & hoc per fidem. Nam fidem solam aut scientiam non sufficere, idem Paulus testatur, dicens: Si habuero omnem scientiam, & tantam fidem vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Deinde in episto. ad Philip-

Philipp. 2. Philippenses ait: Deus est enim qui operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate. Si Deus est qui operatur, non ergo scientia sufficit. Cum autem dixit, velle & perficere, docuit vt credamus gratiam Dei esse necessariam non solum ad bonum aliquod incipiendum, sed etiam vt possimus in bono incepto perseverare. Nam hoc est perficere, quoniam qui coepit edificare, & non potuit consummare, hic non est perfectus vir: sed qui perseverauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Hæc autem salus non habetur nisi per gratiam Dei. Paulus namq; in epistola ad Titum ait: Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris nostri Dei, qui non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abundè per Iesum Christum saluatorem nostrum, vt iustificati gratia ipsius hæredes simus secundum spem vitæ æternæ. Potuissim hic factorum virorum plurima producere testimonia, sed cum scripturæ sacræ tam apertè pro nobis testentur, superfluum erit hominum testimonia citare. Colligimus ergo cuiuslibet boni initium, & eiusdem perseverantiam, à diuina gratia pendere, & non ex solo hominis arbitrio. Cuius rei signum est illud quod Dominus præcepit dicens: Offeretis in loco illo quem dominus elegerit, holocausta, decimas & primitias manuum vestrarum. Quid sunt primitiæ manuum nostrarum iuxta mortalem intelligentiam, nisi initium nostræ bonæ operationis? Et quid per decimas congruentius intelligi potest quam perseverantia, & totius boni operis complementum? Tota lex decem mandatis continetur, quibus vitam possumus assequi æternam. Primitias ergo & decimas domino offerre tenemur, quia boni initium & illius complementum domino sunt tribuenda, qui illa in nobis & per nos operatur. Sed opus est vt Pelagianorum obiectionibus respondeamus. Primò sic nobis obijciunt: Nullus peccat in eo quod vitare non potest. Si ergo non est homini liberum præcepta omnia adimplere, & peccata omnia vitare, cum non vitat, non peccat, quia hoc ipsum vitare non poterat. Cui respondemus, hanc esse nostri arbitrij potestatem, vt Deo monenti consentiat, & Deo operanti cooperetur. Deus autem nunquam seipsum nobis negat, imò semper paratus est vt nos excitet & adiuuet. Paulus namque ait: Fidelis est Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis. Inde ergo homo culpatur, non quia solus non facit, cum hoc esset illi impossibile: sed quia Deum monentem non audit, ad eius vocem non excitatur, illi vocanti non respondet. Nam de hac re queritur dominus de peccatoribus, dicens: Vocauit, & renuistis: & extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subannabo cum vobis id quod timebatis, aduenerit. Ecce iam vides de qua re dominus peccatores accuset, quia scilicet vocauit, & noluerunt illi respondere, noluerunt facere iuxta eius consilium. Nec impotentiam aut infirmitatem propriam causari poterunt, quia ipse extendit manum suam vt eos adiuuaret, eius tamen adiutorium neglexerunt. Extendi (inquit) manum meam, & non fuit qui aspiceret. Si quispiam casu in foueam caderet, ex qua surgere & exire non posset, & illi alter manum præberet, & sic exiret, & sic exiret, nonne meritò culpandus esset si adiutorium reiiciens, in fouea manere vellet? Quòd si postea increpetur q; in fouea manet, & non exierit, poterit ne meritò causari quòd exire non potuit? Non certè: quia & si solus non potuisset, potuisset tamen cum adiutorio alterius, quo vti noluit. Sic etiã licet homo ex se solo non possit omnia Dei præcepta implere, & omnia peccata vitare, potest tamen hæc omnia cum Dei adiutorio facere: quapropter peccator culpatur, quia Deum monentem non audit, & adiuuantem negligit, illius auxilio vti noluit. Secundò sic obijciunt: Si Deus omne bonum, quod est in nobis, operatur: nullum ergo erit nostrum

Astrum meritum, nulla nostra merces: Cui ego similiter obijciendo respondeo: Si nostrum arbitrium se solo omnia bona operari potest, non est cur de bonis operibus à nobis factis Deo gloriam reddamus: sed nobis ipsis, qui operati sumus illa, gloriam vindicare iure poterimus. Absit tamen vt quisquam hoc apud se cogitet. Diuinus namque Psaltes ait: Non nobis dominine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Et iterum: Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum. Et Paulus: Qui gloriatur (inquit) in domino gloriatur. Pelagius ergo qui in se & non in domino gloriatur, non diligit nomen domini, quoniam omnes qui diligunt nomen domini, in illo gloriantur: illi tribuentes gloriam omnium bonorum suorum, & sibi ipsis imputantes sua opera mala. Quid ergo Pelagi gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Cum non sis tam potens ad bonum quantum ad malum, quæ est hæc tua malitia, vt glorieris de bono, qui potens es in iniquitate? Vide quid dicat ipsemet Deus: Gloriam meam alteri non dabo. Sed quid dabis nobis domine? Pacem, inquit, meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Nobis pacem, illi gloria. Hanc rerum distributionem nato domino angeli cecinerunt: Gloria (inquit) in excelsis Deo, & in terra pax hominibus. Deo gloriam, hominibus pacem reddunt angeli. Dic ergo Pelagi, vis tu gloriam à Deo præripere, quæ illi reddunt omnes angelorum chori, & quæ ipse sibi ipsi seruauit? Quòd si gloriam Deo cogris reddere, quomodo illi das gloriam si tu omnia dicis te operari? Sed ne videamur obiectionem obiectione eludere, obiectioni illius clariùs respondeamus, sic Deo gloriam reddentes, vt nostra merita non euacuemus: sic rursum nostrum meritum asserentes, vt gloriæ diuinæ nihil detrahamus. Nostrum enim liberum arbitrium (vt supra iam docuimus) citra Dei monitionem, præuentionem, & cooperationem, non potest aggredi aliquod opus verè bonum. Cum tamen à Deo monitum & præuentum fuerit, potest Deo monenti obedire, Deo operanti cooperari. Ecce duo, Dei videlicet monitionem, & nostram obedientiam: Dei operationem, & nostram cooperationem: quæ duo Paulus simul innuit dicens: Spiritus est qui adiuuat infirmitatem nostram. Et alibi clariùs hoc ipsum expressit dicens: Dei enim coadiutores sumus. Ex quibus verbis apertè satis colligimus in eodem opere simul & Deum & nos operari. Et iterum cum multa bona per ipsummet facta, & se plus omnibus laborasse dixisset, ne fortè gloriam bonorum operum sibi ipsi arrogasse quispiam putaret, subiunxit: Non autem ego, sed gratia Dei mecum. Non dixit, per me: ne fortè inde aliquis conijceret illum fuisse velut instrumentum in operando: sed dixit, gratia Dei mecum, vt per hoc ostenderet se fuisse Dei cooperatorem. Deus ergo præuenit monendo, excitando: nos autem sequimur eum, dum illi monenti obedimus per consensum: & cum iuxta illius monitionem operamur, ille adiuuat infirmitatem nostram. Quibus duabus rebus respondent duæ aliæ, videlicet gloria & meritum, ita vt Deo reddamus nos gloriam, Deus autem nobis reddat iuxta meritum nostrum. Quia enim ille præuenit nos in opere, ad illud nos excitans, & ipso opere adiuuat nos, sine cuius adiutorio nihil agere possemus: ideo debemus illi gloriam tanquam primæ illius operis origini. Ex hoc autem quòd nos monitioni illius consentimus, qui tamen dissentire poteramus, debetur nobis merces & præmium, & inde meritum nostrum. Debetur inquam, non ex operis natura, quia (vt ait Paulus) non sunt condignæ passionis huius seculi ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis: sed debetur ex iure promissionis. Hanc enim legem nos natura docuit, vt quod quisque promissit, debere se credat. Opus ergo, quod meritum dici potest, sine duobus effici nequit, sine Dei videlicet præuentione & assistentia, & sine nostro consensu & cooperatione. In primo est Dei gloria, in secundo est meritum nostrum. Quæ omnia vno verbo Propheta nos do-

Esai. 26. nos docuit dicens : Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine. Cum enim dixit, Opera nostra, aperuit nostram circa illa operationem : quoniam si circa illa nihil operaremur, non dicerentur opera nostra. Cum autem dixit Deo, operatus es, ostendit idem opus nostrum, esse opus Dei, quia in illo eodem opere Deus adiuvat infirmitatem nostram, operans nobiscum. Dicens autem nobis, inuit meritum nostrum : quia licet ille nobiscum operetur, ad nostrum tamen commodum est illius cooperatio, non ad suum : quia bonorum nostrorum ille non indiget. Tertio nobis obijciunt dicentes : Si poterit liberum nostrum arbitrium de bono in malum corrumpere, quare non etiam poterit de malo ad bonum resurgere ? Quibus nos respondemus, quod non tam facile quis potest exire de fouea, quam facile in eam potest labi. Ita etiam quamuis sola voluntate in foueam peccati quis cadat, non tamen inde sola voluntate sine Dei gratia eum adiuvante exire potest. Sed dices : Quid ergo ? Nunquid per peccatum perdimus liberum arbitrium ? Absit. Verum perdimus per peccatum gratiam diuinam, cuius auxilio liberum nostrum arbitrium bonum poterat operari, qua iam sublata amplius non potest bonum operari, quod ad vitam perducat aeternam. Sed iam opus est ut Ecclesiae definitionem producamus. Concilium Mileuitanum, capite quarto suorum decretorum de hac re per haec verba definit : Quisquis dixerit eandem gratiam **D E I** per **I E S U M C H R I S T U M** Dominum nostrum propter hoc tantum nos adiuvantia ad non peccandum, quia per ipsam nobis reuelatur & aperitur intelligentia mandatorum, ut sciamus quid appetere, quid vitare debeamus : non autem per illam nobis praestari, ut quod faciendum cognouerimus, etiam facere diligamus, atque valeamus, anathema sit. Et capite quinto rursus ait : Item placuit, ut quicumque dixerit ideo nobis gratiam iustificationis dari, ut quod facere per liberum arbitrium iubemur, facilius possimus implere per gratiam, tantquam si gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possimus etiam sine illa implere diuina mandata, anathema sit. De fructibus enim mandatorum Dominus loquebatur, ubi non ait : Sine me difficilius potestis facere : sed ait : Sine me nihil potestis facere. Haec Concilium Mileuitanum. Idem docet Concilium Tridentinum sub Paulo tertio celebratum, quod sessione sexta tres pro hac re aedidit Canones, videlicet primum, & secundum, & tertium : quorum verba sunt quae sequuntur : Si quis dixerit, hominem in suis operibus, quae vel per humanae naturae vires, vel per legis doctrinam fiunt, absque diuina per Iesum Christum gratia, posse iustificari coram Deo, anathema sit. Si quis dixerit, ad hoc solum diuinam gratiam per Iesum Christum dari, ut facilius homo iuste vivere, ac vitam aeternam promereri possit, quasi per liberum arbitrium sine gratia vtrumque, sed aegre tamen & difficulter possit, anathema sit. Si quis dixerit, sine praeueniente Spiritus sancti inspiratione, atque eius adiutorio, hominem credere, sperare, diligere, aut poenitere posse, sicut oportet, ut ei iustificationis gratia conferatur, anathema sit. Haec Concilium Tridentinum. Aduersus Pelagianos scripsit beatus Hieronymus tres dialogorum libros. Beatus Augustinus plures contra eosdem aedidit tractatus, videlicet, De peccatorum meritis & remissione ad Marcellinum libros tres : De natura & gratia contra Pelagianos librum vnum : De gratia Christi contra Pelagium & Caeselinum libros duos : Contra duas epistolas Pelagianorum ad Bonifacium libros quatuor : Contra Iulianum Pelagianum libros sex : De gratia & libero arbitrio ad Valentinum librum vnum : Contra Pelagianos hypognosticon libros sex, in quorum tertio de hac re differit, quanquam hoc opus non esse Augustini Erasimus opinatur. Extat etiam Prosperi Aquitanici elegans opusculum de libero arbitrio aduersus colluctatorem, in quo de hac re disputat. Beatus Bernardus scripsit aliud opusculum de gratia & libero arbitrio. Ioannes Trithemius

A thenius in suo catalogo Ecclesiasticorum scriptorum, refert Gennadium scripsisse etiam aduersus Pelagium, sed hoc opus fateor me non vidisse. **S**ecunda haeresis docet gratiam in baptismo semel receptam, postmodum amitti non posse. Huius haeresis autor fuit Iouinianus quidam Monachus Romanus, qui monachatu reiecto velut canis ad vomitum reuersus est. Hic inter alios errores hunc etiam docuit, dicens eos qui plena fide per baptismum renati sunt, non posse postea peccare. Hunc errorem (ut B. Augustinus lib. de haeresibus, cap. 88. refert) docuit etiam Pelagius, dicens vitam iustorum in hoc seculo nullum habere peccatum, tanquam si is qui semel iustus est, iam amplius peccare non possit. Hunc errorem iam diu sepultum post mille annos, & eo amplius, suscitauit Lutherus, cuius verba (ut Eccius ea citat in catalogo errorum illius) sunt haec : Prorsus non dubitemus nos esse saluos postquam baptizati sumus, quia promissio ibi facta, non est mutabilis ullis peccatis, unde baptizatus etiam volens non potest perdere salutem, quia nulla peccata possunt eum damnare nisi incredulitas, caetera omnia per fidem absorbentur in momento. Haec Lutherus. Hanc tamen erroneam doctrinam caelestia simul & terrestria expugnant. Nam daemones in gratia fuisse a Deo creatos iam superius in titulo de diabolo ostendimus. Hi autem non fuerunt stabiles in gratia, neque in veritate, imò in illis inuenta est iniquitas. Videbam (inquit) Satanam sicut fulgur de caelo cadentem. Quid ergo nobis futurum putas ? Et in angelis suis Deus reperit praunitatem, quantum magis hi qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumuntur velut a tineis. Si in caelo ruinae, quantum magis in terra ? Si Lucifer ille qui mane oriebatur, & qui in delictis paradisi fuisse, & omni lapide precioso ornatus describitur, cecidit, quis de sua constantia praesumat ? Nunquid fortiores erunt homines quam angeli ? Absit ut hoc aliquis de se praesumat. Sed iam ad homines descendamus. Deus creauit hominem rectum, & tamen postea contempto Dei precepto, ut placeret uxori, comedit de fructu ligni vitati. Loth in Sodoma iustus inuenitur, quapropter cum tota ciuitas periret incendio, ipse saluatur, & post modicum tempus ebrietatem ex culpa sua patitur, & cum filiabus suis coit. Dauid de post fratantibus eligitur in regem, & a Samuele ex precepto Dei vngitur, postea tamen & adulterium & homicidium committit. Salomon huius filius a Domino prius dilectus, & ab eo sapientia ultra omnes homines est donatus : quis tamen dubitat eum postmodum fuisse mulierosum & idololatræ ? Plurima possem ex veteri instrumento proferre exempla, sed breuitati consulens omitto. Ad nouum accedamus. Pridie quam Dominus Iesus Christus pateretur, coenante illo cum Apostolis suis, dixit Petro, cum illum lauare vellet : Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet. Vos mundi estis, sed non omnes. His verbis designauit Apostolos esse in gratia. Quod autem ait, Sed non omnes, constat fuisse dictum propter Iudam qui tunc volebat Christum vendere. At qui mundi erant, postea relicto magistro omnes fugerunt, & scandalum passi sunt, & Petrus ter magistrum negat. Quid his Iouinianus, quid Pelagius etiam respondere poterunt ? Quod si alterum adhuc desideras exemplum, audi. Nicolaus Antiochenus diaconus ab Apostolis eligitur tanquam vir boni testimonij, & plenus Spiritu sancto, ut cum Stephano & alijs quinque viduis ministraret, male tamen a multis postmodum audijt, propter illud quod Dominus in Apocalypsi ait se odisse facta Nicolaitarum.

Propter hos & alios similes, qui diabolo instigante & nigium impellente, a culmine virtutum ad maxima vitia corruerunt, Deus ad Iob de magna daemones potentia & astutia, sub nomine Behemoth loquens, ait : Sterneret tibi aurum quasi lutum. Quae verba (ut constat) non possunt iuxta literam superficialiter intelligi, sicut neque omnia alia quae ibi Dominus de illo Behemoth aut Leniathan differit : Nam alioqui si iuxta literam intelligi contendas, non

magnopere Leuiathan potentiam commendaret Deus per hoc, quod sternit sibi aurum quasi lutum, quum quiuus infirmus & debilis homo possit super aurum ac super lutum calcare. Quum igitur mysticus huius literæ sensus sit requirendus, audiamus illum à beato Gregorio, qui mirificè (vt solet) literam interpretatur, sic inquit: Hoc loco aurum claritas sanctitatis accipitur: Lutum verò, vel terrenarum rerum auaritiam, vel prauarum contagia doctrinarum, vel sordes carnalium voluptatum nil obstat intelligi. Quia enim multos Leuiathan iste, qui intra sanctam Ecclesiam fulgore iustitiæ resplendere videbantur, tunc vel terrenarum rerum concupiscentia, vel errantis doctrinæ contagio, vel carnalibus sibi voluptatibus subijcit, aurum sibi proculdubio quasi lutum sternit. Aurum verò quasi lutum sternere, est in quibusdam vitæ munditiam per illicita desideria conculcare, vt hi etiam sordidis eius vestigijs seruiant, qui contra illum prius virtutum splendore rutilabant. Et post pauca, subdit: Toties igitur nunc aurum sibi quasi lutum subijcit, quoties castitatem fidelium per carnis vitia sternit. Toties aurum quasi lutum calcatur, quoties sensum continentium per immunda desideria dissipat. Hactenus Gregorius.

Præterea in illa oratione, quam dominus nos docuit, dicimus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et iterum: Et ne nos inducas in tentationem. Quòd si (vt Iouinianus ait) homo qui plena fide baptizatus est, non potest à dæmone subuerti, hæc oratio non congruit homini baptizato, atque idè nec toti Ecclesiæ. Ecclesia tamen illam quotidie cantat. Rursum, vas illud electionis castigat corpus suum, & in seruitutem redigit, ne forte alijs prædicans, ipse reprobis inueniatur. Et ad Corinthios scribens, ait: Timeo ne, sicut serpens decepit Euam astutia sua, ita corumpantur sensus vestri à simplicitate quæ est in Christo. Quòd si tanta est

post baptismum securitas, quare Paulus trepidat timore vbi nullus est timor? Quare etiam monet alibi dicens: Et qui sibi videtur stare, videat ne cadat. Et Galatas reprehendit quòd à recta via discesserint. Sic enim ait: Cur rebatis bene, quis vos impediuit veritati non obedire? Denique Dominus in Apocalypsi per Ioannem Apostolum angelo Ephesi Ecclesiæ ait: Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam, & quia sustinuiti propter nomen meum, & non defecisti: sed habeo aduersus te quòd charitatem tuam primam reliquisti. Vnde ergo tantam securitatem promittunt Iouinianus & Pelagius ijs qui semel in baptismo iustificati sunt? Videntur ergo mihi isti hæretici esse illi, de quibus per Hiere. prophetam Dominus queritur dicens: Curabant contritionem filiarum populi mei cum ignominia, dicentes: Pax, pax, & non erat pax. Sed iam videamus cui fundamento innitantur, & ostendamus tam debile esse, vt vno digito euertere illud possimus. Adducunt enim pro se illud Ioan. in prima Canonica: Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit. Sed hoc statim corruit, quoniam non ita esse intelligendum, vt illi putant, verba quæ sequuntur aperte conuincunt. Nam statim subiunxit, causam eius quod dixerat reddens: Quoniam (inquit) semè ipsius in eo manet. Semen dixit gratiam aut charitatem, per quam filij Dei efficiuntur. Causa ergo quare qui ex Deo natus est, non peccat, est, quia semè Dei, id est gratia, in eo manet. Non est enim possibile, vt quis in gratia existat, & peccet. Illa enim duo ad idem tempus referenda sunt, vt simul coherere non possint, videlicet in gratia esse, & peccare. Nam si ad diuersa tempora referas, vt qui semel in gratia manserit, in posterum peccare non possit, tunc faceres Ioannem secum pugnantem. Nam in eadem epistola prius dixerat: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Et iterum: Filioli mei, hæc scribo vobis, vt non peccetis. Si omnis qui natus est ex Deo, non potest in posterum peccare,

Gregorius.

Matt. 6.

1. Cor. 9.
2. Cor. 11.

1. Cor. 10.
Galat. 5.
Apo. 2.

Hiere. 6.

1. Ioan. 3.

1. Ioan. 1.

A peccare, frustra monet ne peccent. Aliter hunc locum exponit beatus Bernardus, qui in libro de natura & gratia, dicit illud esse intelligendum de prædestinatis, quorum peccata, si qua sunt, non imputantur ad pœnam: quoniam digna pœnitentia hic purgantur, atque idè non peccant, peccato, inquam, ad mortem.

Præterea, in sui erroris cõfirmationem adducunt illud, quod Saluator apud Matthaum ait: Non potest arbor bona fructus malos facere. Sed hoc æquè parum mouet, sicut præteritum: quoniam ex mala etiam intelligentia oritur, vt sibi fauere putet Iouinianus. Qualiter autem sit intelligendus locus ille, Hieronymus explicat lib. 2. aduersus Iouinianum, sic inquit: Tamdiu ergo nec arbor bona malos fructus facit, nec mala bonos, quandiu vel in bonitate sua vel in malitia perseverat. Hæc ille.

Quòd si pro se citent illud Pauli, Charitas nunquam excidit, nihil nos mouet: quoniam ibi Paulus non negat charitatem semel habitam amitti posse in hoc seculo, sed docet charitatem, quam in hoc seculo habuerimus, in futuro seculo non excidere: quemadmodum de fide docet, quam in alia vita, succedente clara visione, amittimus. Itaq; ibi cõfert charitatem fidei & prophetiæ, & reliquis virtutibus, quas cum dicat in alia vita non esse, solam tamen charitatem dicit ibidem manere. De hac re extat Concilij Mileuitani definitio, quod in 6. suorum decretorum capite ita ait: Item placuit, quod ait sanctus Ioannes Apostolus: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est, quisquis sic accipiendum putauerit, vt dicat propter humilitatem non oportere dici nos non habere peccatum, non quia veritas est, anathema sit. Et capite octauo iterum: Item placuit vt quicumque verba ipsa Dominice orationis, vbi dicimus: Dimitte nobis debita nostra, ita volunt à sanctis dici, vt humiliter nõ veraciter hoc dicatur, anathema sit. Quis enim ferat orantem, non hominibus, sed ipsi Domino inuentientem, qui labijs sibi dicit dimitti velle, & corde dicit quæ sibi dimittantur debita non habere? Hæc Concilium Mileuitanum. Sed multò apertius hanc damnauit hæresim Concilium Tridètinum sub Paulo tertio celebratum. Nam sessione sexta vñ de hac re ædidi Canonem, videlicet vigesimum tertium, cuius verba sunt hæc: Si quis hominem semel iustificatum dixerit amplius peccare nõ posse, nec gratiam amittere, atq; idè eum qui labitur, & peccat, nunquam verè fuisse iustificatum, aut contra, posse in tota vita peccata omnia etiam venialia vitare, nisi ex speciali Dei priuilegio, quemadmodum de beata virgine tenet Ecclesia, anathema sit. Aduersus Iouinianum scripsit beatus Hieronymus duos libros, & in secundo contra hanc hæresim disputat. Alium nõ vidi, qui ex professio contra illam scripserit.

B Tertiam hæresim docet omnem hominẽ iustum scire se esse in gratia, & esse certum de sua iustitia. Primus huius pestiferæ heresis inuentor est Martinus Lutherus, qui à dæmone impulsus esse videtur, vt per illi omnes, aut saltem multos Christianos ignauos afficeret, & ab omni bonorũ operum exercitia auocaret. Quòd hoc opus aduersus omnes hæreses primũ in publicũ abire iussi, anno videlicet trigesimo quarto supra millesimum quingentesimũ, non videram opus Lutheri, in quo ille hanc doctrinam scripserat, nec sciui aliquem, qui tunc contra illam scripserat, quamuis multos legeram, qui contra alios Lutheri errores pleraque librorum volumina addiderant: sed solum videram censuram facultatis Theologiæ Parisiensis, quæ hanc eum alijs Lutheri assertionibus damnauerat. Et inde euēnit, vt pauca tunc in hoc opere contra hanc hæreticam Lutheri doctrinam scripserim, quia tunc non plenè intellexeram, cui fundamento innixus erat Lutherus, & à quibus principijs hanc suam assertionẽ deduxerat, neq; in quem finem illam docebat, neq; mala quæ

1. Cor. 13.

Concilium Mileuit.

Concilium Tridètinum.

Lutherus.

F. ALFONSI DE CASTRO MINORITAE

ex illa oriri poterant, plenè circumspexeram. Post primam verò & alteram huius operis æditionem, anno videlicet millesimo quingentesimo quadragesimo quinto, Paulus huius nominis tertius summus totius Ecclesiæ pontifex, procurante Carolo Cæsare huius nominis quinto, ad extirpandas omnes recentes hæreses generale Concilium congregavit Tridenti, ad quod ego ex mandato Philippi Hispaniarum principis accessi. Me igitur illic existente, licuit mihi Lutheri & aliorum omnium sèctatorum eius libros legere, & quicquid in illis latebat explorare: quoniam illustris vir Didacus de Mendoza, qui tunc in Concilio erat Cæsaris Orator, copiosam illic parauit Bibliothecam, refertam omnibus Lutheranorum libris, vt quotquot vellent, possent illos explorare ad illorum dogmata oppugnanda. Tunc igitur mentem Lutheri penetraui, & plenè agnouì ex quo fundamento hanc pessimam doctrinam ille deduxerit, & quid ex illa prætenderit. Manifestum est iam, & fere toti orbi notum, doctrinam Lutheri esse, hominem ex sola fide iustificari, iustitiamque hominis nullo pacto ex operibus, sed ex sola fide pendere. Nam de hac re fuit iam à nobis superius in titulo de fide notatus & conuictus. Ex hoc falsissimo principio Lutherus & illius sèctatores colligere nituntur, omnem hominem iustum scire se esse in gratia, esseque certum suæ iustificationis: quia fides, per quam iustificatur homo, cuiuslibet potest esse certa, imò semper est certissima, iuxta id quod Augustinus lib. 3. de Trinitate, capite. 2. ait: Nihil est homini certius sua fide. Quamuis ergo aliquis peccata multa committat, multaque flagitia & scelera, dicit Lutherus nullum illorum imputari credenti, id est (iuxta illius interpretationem) fiduciam habenti in Christum quòd per misericordiam Dei, & Christi merita, remissa sunt sibi peccata. Et quia fides hæc est nota cuiuslibet illam habenti, inde deducit, quòd qualiacunque sint opera hominis, si tamen firma fixaque sit fides, semper erit certus suæ salutis, Martinus Butzerus patria (vt opinor) Argentinensis, & monachus apostata ex ordine prædicatorum, Lutherique sèctator, in libro de Concordantia certitudinis gratiæ, conqueritur de nobis quòd falso illis tribuamus hanc doctrinam, tanquam illi doceant, quamlibet impurè & sceleratè homines viuant, debere tamen firmiter credere se per Christum esse Deo gratos. Ne igitur aliquis putet nos falso hoc crimen illis tribuere, imò potius credat immeritò Butzerum de nobis ob hanc causam conqueri, verba illorum propria citabo, expressis etiam locis in quibus illa scripserunt. In sermone contra Carolstadium, hæc dicit Lutherus: Nullum est peccatum nisi incredulitas, nulla iustitia nisi fides. In libro de captiuitate Babylonica ait: Nulla peccata possunt hominem damnare, etiam si velit, nisi sola incredulitas. Neque habenti fidem dubitandum est de sua salute: quia promissio ibi facta nullis peccatis est mutabilis, nisi sola incredulitate. Et in libro de votis monasticis iterum ait: Nulla opera credenti in Christum tam mala sunt, quæ possint eum damnare, & accusare. Butzerus in commentarijs super epistolam ad Romanos, cap. 2. ait: Cum nostra opera omnia incerta sint, imò ex se nihil sint, nulla eorum habenda est ratio. Ex quibus verbis constat hos hæreticos idèò asserere iustificationè hominis nullo modo pendere ex operibus nostris, vt suam iustificationem sibi certam facere possint. Nam intellexerunt illi optimè, quòd si faterentur hominis iustificationè aliquo modo ex suis operibus pendere, nunquam hanc gratiæ certitudinè statuere possent. Et idè Butzerus in suo libello de cõcordantia certitudinis gratiæ, iterum ait: Cui nemo in hoc seculo omnè semper dubitationem de salute sua, & paterna cura sui quàm Deus gerit, excludere possit, & hæc dubitatio vitium & peccatū sit, enitendum certè vnicuique Christiano est, cum fideli promissioni Dei cõsideratione, tum iugi pro fidei incremento precatione confirmare suam fiduciam. Hæc Butzerus. Ex quibus verbis constat illum docere, quod etiã peccato actu existeret

fidelis

AD VERSVS HAERESES, LIB. VII. Fol. 223

A fidelis homo est certus de sua gratia per solam fidem, & quòd peccatum dubitationis, quo nullus homo carere potest, non nocet homini propter solam fidem. Attende obsecro candide lector, & considera in quantam perplexitatem se inuoluerit Butzerus. Quomodo hæc duo simul coherere possunt, vt habens quis dubitationem suæ gratiæ tantam vt transeat in peccatū, sit certus de sua gratia? Nam si certus est de sua gratia, necessariò inde consequitur, vt non habeat de illa dubitationem quæ sit peccatum. Rursum, si dubitationis peccatum habet, consequens est, vt non sit certus. Vt autem suam insaniam Lutherani auferant, & magis suam insaniam proderent, vltra progredi voluerunt, & dixerunt, non solum omnem hominem iustum esse certum suæ gratiæ, sed omnem talem esse obligatum ad credendum se esse in gratia. Et qui hoc non credit, non est (vt illi docent) iustus, neque fidelis. Nam illam vocant Lutherani fidem Catholicam, quæ quisque in particulari certissimè credit remitti sibi peccata per Christum. Philippus Melancthon in suis locis cõmunibus, titulo de gratia & iustificatione, hoc apertissimè docet, sic inquit: Mens perterrefacta agnitione peccatorum, statuere debet, remitti sibi peccata gratis propter Christum, per misericordiam, non propter dignitatem contritionis, dilectionis, aut aliorum operum. Quum hoc modo fide se mens erigit, donantur remissio peccatorum, & reconciliatio. Si enim iudicandum esset, tum domum nos habituros esse remissionem peccatorum, quum contritio aut dilectio sufficiens esset, adigeretur animus ad desperationem. Quare, vt habeat certam & firmam consolationem, pendet res non ex cõditione dignitatis nostræ, sed ex sola misericordia promissa propter Christum. Hæc Philippus Melancthon. Et Ioannes Spangebergus in sua margarita Theologica, in titulo de poenitentia, dicit primò duas esse tantum poenitentiae partes, videlicet contritionem & fidem: & deinde querens quid sit fides poenitentiae pars, respondet per hæc verba: Est fiducia qua credit vnusquisque sibi remitti peccata propter Christum gratis. Hæc fides statuere debet in specie tibi remitti peccata. Hæc ille. Ex cuius dictis constat, quòd nullus peccator potest, iuxta illius sententiam, iustificari, nisi credat se esse iustificatum: quia deficit illa fides, quæ, vt ille existimat, est pars poenitentiae. Et hanc sententiam omnes Lutherani palam asseruerunt in confessione sua Augustana, in cuius articulo quinto hæc verba habentur: Damnantur illi, qui iubent conscientias dubitare, an consequantur remissionem peccatorum, & addunt hanc dubitationem non esse peccatum. Hæc illi. Si peccatum est dubitare, ergo sicut tenetur quisque euitare peccatum, ita etiam tenetur non dubitare. Philippus Melancthon in Apologia confessionis Augustanæ, hæc ait: Aduersarij infeliciter consulunt hominibus, dum iubent dubitare, vtum consequantur remissionem peccatorum. Hæc Philippus Melancthon. Idem docet Calvinus, & satis prolixè in libro de institutione Christiana. Post istos omnes lapsus est in hunc errorem vir alias Catholicus Claudius Guillaudus Bellijocensis. Et ne quis putet me falso hoc illi tribuere, verba eadem hæc citabo, quæ ille in cõmentarijs super vltimum caput. 2. ad Timotheum conciliatione secunda, scripsit. Quantum autem attinet (inquit ille) ad certitudinem de nostra salute, paucis absoluamus. Certus es quòd quæcumque promisit tibi Deus, potens est & facere. Rom. 4. Ergo si credis in eum, certus & non dubius es (cui fides dubium & formidinem excludat) te ab eo amari: cum promiserit credentibus in eum saluos fieri, & filios Dei nuncupari. Quare Paulus persuasione concepta respiciens promissiones Dei infallibiles, ait: Reposita est mihi corona iustitiæ, quæ reddet mihi in illa die iustus iudex: non solum autem mihi, sed & omnibus qui diligunt aduentum eius. Et paucis interpositis subdit. Et vt rem attingamus, certè ex se, & propria natura nemo scit an odio vel amore dignus sit, sed ex verbo & promissionibus Dei, per fidem scit. Neque est aliquis, si Christianif-

1010.6.

mum calleat, & verè Christianus sit, qui per fidem non certò teneat suam salutem esse ratam, infallibilem, depositam in manu Dei. Omnis enim qui audit vocem filij Dei (vt est in Ioanne) & credit in eum, habet vitam æternam. Haec tenus Claudius Guillaudus Bellijocensis. Ex quibus apertissimè constat illū de certitudine iustificationis idem prorsus cum Lutheranis sentire, & eodem argumento, quo illi, suam hanc certitudinem probare. Et confirmat hanc nostram censuram, quod circa iustificationem hominis idem prorsus & sub eisdem verbis docet quod Lutherani. Nam in illis eisdem commentarijs super Paulum, interpretans illud ex primo capite ad Romanos, Iustus ex fide viuit, hæc ait: Propheta de superbiorum euerfione vaticinans addit, iustorum vitam in fide consistere, non in legis cognitione: id est, quum fiducia misericordiae statuimus nobis Dei propitiū esse, nos ex audire, vel seruare, & expectamus salutem, iustificamur, & viuificamur, scientes cū remissione peccatorum & reconciliatione coniunctam esse donationem Spiritus sancti. Hæc ille Claudius Guillaudus. Ex quibus verbis apertissimè constat illum sentire iustificationē hominis in sola fide consistere, fidemque illam esse fiduciam misericordiae diuinæ: quæ omnia sunt ex proprio Lutheranorum dogmate. Hæc autem non idè dixi, vt isti Claudio Guillaudo, quem aliàs virum Catholicum censeo, notam hæretici inurerem, sed vt lectores illius operis admonerem, ne illum in hac parte legentes deciperentur, vt propterea quòd ille inter Catholicos astimatus est, Catholicam etiam esse putarent hanc sententiā de certitudine gratiæ, quam ille apertissimè docet. Idem per omnia admonere oportet de libro illo qui dicitur Enchiridion Christianæ institutionis, in Concilio prouinciali Coloniensi æditum. Nam in titulo de iustificatione tractans de certitudine iustificationis, eandem sententiam, & sub eisdem verbis quibus Lutherani, docet, sic inquit: Ideò ex fide iustificatio, vt secundū gratiam firma sit promissio. Sed si quis occurrat, Quis scit si amore vel odio dignus sit. Item, Quis nouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? hic iam non oportebit in opera nostra respicere. Nam hæc statim nos facient dubitare, sed planè fidem nobis subuenire necesse est, atq; adèd hic oportet succurrere veritatē, vt quod de nobis later in corde patris, id ipsum nobis per ipsum spiritum reueletur, & spiritus eius testificans spiritui nostro, persuadeat quòd filij Dei sumus: persuadent autem vocando, & iustificando gratis per fidem. Hæc & multa alia similia habet liber ille. Vnde ego credo librum illum non esse à concilio illo Coloniensi æditum, & res ipsa apertè hoc indicat: Nam in epistola quadam libro illi præfixa, Hermannus archiepiscopus Coloniensis, cuius nomine illa circumfertur, dicit librum illum fuisse ab eo in concilio illo promissum, & tunc illum reddere. At Hermannus ille parum postea se manifestauit hæreticum, ob quam causam fuit à sede Apostolica archiepiscopatu Coloniensi priuatus. Hæc istorum omnium assertio, prout hætenus declarata est, duas in se continet manifestas hæreses. Prima est, quæ asserit omnem hominem iustum esse certum de sua iustificatione, certitudine fidei Catholicæ. Altera hæresis est, quæ asserit omnem hominem iustum esse obligatum ad certò & firmiter credendū se per Dei meritum esse gratiam consecutum. Has duas hæreses volo nunc totis viribus oppugnare: quoniam apertè agnosco illas esse multorum, imò omnium vitiorum parentes & proximas causas. Nam hæc falsa & pestilentissima certitudo, quam Lutherani prædicant, auocat auditores illorum ab exercitio omnium bonorum operum, & laxat habenas concupiscentiæ, vt illam quocunq; libuerit, abire sinant: quia per fidem solam iustificari se putant, & per illam credunt se esse certos de sua salute. Est etiam hæc istorum certitudo Deo iniuriosa, & contra illum blasphemia. Nihil enim inagis Deo iniuriosum esse potest, quàm dicere illum recipere in suam amicitiam fures, sicarios, parricidas, adulteros, &

Coloniens.

Hermannus

teros, & quoscuque alios flagitiosos & scelestissimos homines, dubitare insuper cum illis, & multa illis spiritualia dona concedere, dummodò firma, fixaque sit fides in illis. Totis ergo viribus cōtra hæc monstra pugnare oportet, vt prorsus intereant, aut ex toto orbe recedant. Sed ante omnia opus est declarare quid sit certitudo, & quōduplex, & postea ostendere de qua certitudine est ista contentio, ne laboremus in æquiuoco, & sic postea in vanum contendisse videamur. Nam quum in Concilio Tridentino hæc causa tractaretur, & per viros doctos & Catholicos, qui multi illic aderant, diligentissimè examinaretur, multaq; & longæ de illa fierent disputationes, vidi aliquos, qui propterea quòd ignorabant de qua certitudine nos contendeuimus, longissimè aberrabant à statu huius causæ, & à scopo huius disputationis. Necessarium est ergo primò statuere, quid sit & quōduplex certitudo, vt illius multipliciter declarata notū omnibus esse possit, qua certitudine valeat iustus esse de sua iustitia certus, & qua ille necessariò semper erit incertus, nisi diuina reuelatio illū certum reddat. Et prodierunt etiam hæc, quæ nūc de certitudine dicemus ad expugnationem alterius hæresis, quæ docet, posse hominem absque speciali Dei reuelatione certò credere se esse prædestinatum. De qua hæresi postea disputabimus in titulo de prædestinatione. Certitudinis nomen iuxta propriam illius significationem, denotat firmitatem intellectus in iudicio, quod de illa re facit. Huic certitudini contrariatur dubitatio aut fluctuatio intellectus: quoniam qui certus est in suo iudicio, tanta firmitate in illo quiescit, vt licet vehementer impellatur, non sit paratus vel modicum ab illo discedere. Quamuis autem certitudo propriè conueniat intellectui, per quamdam tamen similitudinem tribui solet voluntati, & virtuti naturali. Nam voluntas sæpe dubia est, & indifferens ad amorem aut odium alicuius rei, nec magis ad vnā partē quàm ad aliam inclinatur: cū autem alteram firmiter elegit partē, tunc dicitur esse certa, & quòd maiori firmitate id elegit, eò certior illa esse dicitur. Hac significatione vsus est Virgilius, quum dixit:

*Certum est in siluis inter pelæa ferarum
Malle pati. Ecce iterum alibit
Aeneas celsam puppi, iam certus euandi,
Carpebas omnes, rebus iam ritè paratis.*

Certum esse dixit, pro decreuisse, aut deliberasse. Iuxta hunc modum ego arbitror intelligendum esse id, quod Paulus ad Romanos ait. Certus sum enim quia neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principatus, neq; virtutes, neq; instatia, neq; futura, neque fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum, neq; creatura alia, poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Dicens se esse certum, suæ voluntatis, firmissimam in amore Dei expressit deliberationem. Tanto enim feruore & tanta firmitate se Deum diligere perhibet, vt nulla creatura videatur illi potens ad diuellendum illum ab amore Dei. Et huic nostræ interpretationi fauet Ambrosius, qui pro eo, quod nos in vulgata æditione habemus, certus sum, legit, confido. Et Hieronymus in epistola ad Algasiam quaestione nona, citans hunc Pauli locum, posuit, confido, pro, certus sum: constat autem confidentiam siue fiduciam ad voluntatem, & non ad intellectum pertinere. Chrysostrus autem multò apertius nostræ fauet sententiæ Homilia sextadecima super epistolā ad Romanos, vbi prædicta Pauli verba interpretans, hæc ait: Ista verò non idè dicit Paulus, quòd siue angeli, siue aliæ coelestes potestates istud conentur, Absit: sed quòd Hyperbolicòs cupiat amorem illum, quem ad Christum habebat, ostendere. Christum diligebat, non propter ea quæ Christi sunt, sed propter ipsum, ea quæ illius sunt, & ad ipsum solum respiciens. Hæc Chrysostrus. Ex quibus omnibus conitat Paulum dixisse se esse certum, non quidem propterea quòd aliter contingere

Ambrosius
Hieron.

Chrysostr.

tingere non posset, sed quia se ita facturum firmissimè decreuerat, certitudinè pro voluntatis determinatione capiens. Propter hanc eandem causam (vt de potentia appetitiua diximus) certitudinis nomen per similitudinem tribuitur naturæ: quia illa habet determinatum obiectum, circa quod operatur. Iuxta hunc modum dicunt philosophi naturam certò semper operari: quod non sic accipiendum est, vt nihil vnquam præter aut contra naturæ intentum eueniat, sed quia natura semper circa determinatum aliquod, & non circa vagum aut indifferens obiectum operatur, quamuis in ipsa sua operatione sæpè deficiat non assequens id quod intendit, propter impedimenta quæ illi obstant.

Aristoteles

Propter hanc causam Aristoteles dicit virtutem esse arte certiolem, quia per artem non determinatur artifex ad vnam certam materiam neque ad vnum operationis modum, sed potest alio & alio modo operari. Virtus autem determinatum habet obiectum quod respicit, & determinatum operationis modum, secundum quem operatur, quamuis à sua operatione (vt de natura diximus) sæpè deficiat, propter malitiam eius qui contra illius inclinationem operatur. His omnibus, latius fortè quàm oportebat, declaratis, hoc imprimis nos statuere oportet de illa sola certitudine in præsentiarum loqui, quæ ad intellectum spectat, & non de aliqua alia, quæ improprie, & per solam metaphoram dicatur certitudo.

Hanc autem certitudinem non vnam tantum, sed triplicem illam esse censent, quotquot de illa bene loquuntur. Est enim quædam certitudo euidentiæ. Altera est certitudo fidei Catholicæ. Tertia deniq; est certitudo fidei humanæ, quæ alio modo ab aliquibus vocatur certitudo moralis, siue probabilis. Certitudo euidentiæ est firmitas potentiæ cognitiuæ in iudicio suo, causata ab euidentiâ eiusdem iudicij & assensus. Nam quia homo euidèter cognoscit aliquid esse verum, idèd cum firmitate & sine vlla dubitatione illud ita esse iudicat. Quia ergo hæc certitudo ab euidentiâ causatur & pedit, idèd oportet vt tam multiplex sit ipsa certitudo, quàm multiplex est ipsa euidentiâ vnde illa oritur: & tot sunt etiam in ipsa certitudine gradus, quot sunt in euidentiâ quæ ipsam certitudinem producit. Est enim euidentiâ quædam de rebus necessarijs quæ aliter euenire non possunt. Est etiam euidentiâ de rebus contingentibus. Res necessariæ sunt in duplici genere, quoniam illarum quædam sunt prima principia omnibus notissima, quæ ex sola notitia subiecti & prædicati statim sunt nota. Ista inter omnia euidentiâ primum obtinent locum, & ita etiam inter omnia habent primum certitudinis gradum. Sunt alia necessaria, quarum euidentiâ non ex sola suorum terminorum notitia pedit, sed per alia illis euidentiâ producit & causatur. Tales sunt omnes conclusiones, quæ ex primis illis principijs deducuntur: quia istarum euidentiâ pendet ex euidentiâ antecedentis & euidentiâ collectionis siue consequentiæ. Si alterum horum desit, conclusio ab illis deducta non poterit esse euidens: quia non est possibile vt effectus sit perfectior sua causa. Assensus autem, quo quis consentit conclusioni, effectus quidam est causatus ab assensu præmissarum & bonæ collectionis. Et inde apertè conuincitur, vt conclusio non possit esse euidens, quando altera præmissarum, aut collectio non est euidens. Idem per omnia dicendum est de certitudine, vt conclusio non sit certa quando altera præmissarum, per quas probatur, aut collectio non est certa, sed dubia. De rebus contingentibus potest etiâ haberi euidentiâ, sed aliter quàm de rebus necessarijs, quia res necessariæ cognoscuntur euidenter in vniuersali, & per notitiam abstractiuam earum. Contingentes verò non nisi per notitiam intuitiuam, quæ habetur in præsentia alicuius rei singularis, & est ab ipsa re causata. Futura igitur contingentia, quoniam de illis non potest facialis & intuitiuam notitia haberi, idèd non possunt euidenter cognosci: & inde sequitur

quitur vt non possit de illis certitudo euidentiæ haberi, quia deficiente euidentiâ, quæ est huius certitudinis causa, necesse est vt etiam deficiat certitudo, quæ ab illa oritur. Altera est certitudo fidei Catholicæ, & hæc est firmitas intellectus circa suum obiectum, quod est omne reuelatum à Deo. Hanc firmitatem & certitudinem circa ea quæ ad fidem spectant, habet quisquis verè fidelis est: aliàs si dubitat & vacillat, eo ipso fidem amittit. Idèd Athanasius postquam totam fidei rationem expressit, statim subdidit, Hæc est fides Catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, saluus esse nõ poterit. De hac fidei certitudine intelligendum est id, quod Paulus coram Agrippa rege dixit: Secundum certissimam sectam nostræ religionis vixi Phariseus. Certissimam sectam dixit sectam Phariseorum, propter fidem de resurrectione mortuorum futura, quam, Saducæis negantibus, illi habebant. Hæc autem fides de resurrectione mortuorum certissima est, non alia certitudine quàm certitudine fidei Catholicæ, quæ resurrectionem omnium futuram docet. Hæc certitudo hoc habet commune cum certitudine euidentiæ, quòd nullus qui aliquam illarum habeat, potest in suo iudicio errare aut decipi. Hoc tamen inter illas interest, quòd certitudo euidentiæ oritur à modo procedendi in obiecto, hoc est, à notitia terminorum in primis principijs, aut si est conclusio ab illis deducta, oritur à demonstratione, per quam illa sit euidens & certa. Certitudo autem fidei Catholicæ magis oritur ab ipso obiecto, quòd ex se certissimum est, & fallere non potest. Et per hanc differentiam facile (vt ego existimo) conciliari possunt Theologi scholastici, qui comparantes certitudinem scientiæ cum certitudine fidei Catholicæ, & inquirentes vtra illarum sit maior, contra se inuicem pugnant. Nam quidam dicunt scientiam esse fide certiolem, alij verò contra asserunt certitudinem fidei maiorem esse certitudinem scientiæ. Sed facile (vt dixi) hæc controuersia tollitur, si diuersas certitudinis considerationes habere volumus. Est enim quædam certitudo, quòd ad nos, quæ ab aliquibus vocatur certitudo subiecti: & est alia certitudo rei in se, quæ ab aliquibus vocatur certitudo obiecti. Vtranque harum certitudinum oportet esse in aliquo, vt verè ille certus dicatur esse de aliqua re. Alioqui de multis falsis possemus esse certi, si sola firmitas iudicantis sufficeret: quoniam multi tam firmiter sine vlla dubitatione, & tam tenaciter suos tuentur errores, quàm firmiter alij amplectuntur veritates. Nullus autem sanæ mentis dicit æquè certos esse eos qui falsa sentiunt, sicut qui sentiunt vera. Rursum, si è contrario sola obiecti certitudo sine firmitate ipsius iudicantis satis esset, vt quis verè dicatur certus, fieret inde necessarid, vt quis simul posset esse certus & dubius. Nam hoc modo qui de fide Catholica dubitaret, certus esse diceretur, quia licet ipse dubitet res tamen ipsa certissima est. Ne igitur tam absurda fateamur, oportet vt duo hæc necessaria esse dicamus ad hoc, vt quis de re aliqua verè certus esse dicatur, videlicet ipsius rei in se certitudinem, & firmitatem iudicij sine vacillatione illius qui de re illa iudicat. Et de hac duplici certitudine hanc præsentem disputationem intelligere oportet: quoniam si de sola certitudine subiecti intelligeretur, non pugnarem cum Lutheranis pro hac re. Nam (vt diximus) multi hac sola certitudine sunt certi de suis erroribus. Propter defectum certitudinis ex parte obiecti, dicimus neminem ex se posse esse certum de aliquo futuro contingenti: quia illud nullam in se habet certitudinem, nisi aliunde, puta ex decreto diuinæ voluntatis illi adueniat. Si considerare volumus certitudinem alicuius assensus ex sola certitudine rei de qua fertur iudicium, tunc verè dicemus certitudinem fidei maiorem esse certitudinem scientiæ. Nam reuelata à Deo (de quibus solis est fides Catholica) esse vera, multò certius est omni alia re creata. Sicut enim Deus est fons totius bonitatis, & solus perfectè bonus: ita est fons totius veritatis, &

tatis, & solus perfectè verus. Omnia autem quæ ex fide Catholica credere renemur, à quocunq; dicantur, ideò solùm credimus quia à Deo primùm dicta sunt, aut à Deo ipso primùm reuelata, & postea ex mandato illius per hominè pronuntiata sunt. Quo fit vt verbum fidei Catholicæ ab homine prædicatum, non tam verbum hominis quàm verbum Dei dicatur, prout Paulus docet ad Theſſalonicenses scribens: Nihil autem est æquè certum vt verbum Dei, qui adeò verus est, vt mentiri nequeat. Fides igitur Catholica ex parte sui obiecti, quod est verbum Dei, certior est sciētia. Et iuxta hanc rationem certitudinis, quæ est ex parte obiecti, fateri oportet, scientiam, quam de Deo beati habent, non esse certiozem fide viatorum: quia æquè certum est obiectum vtriusque, videlicet ipse Deus. Si verò consideremus certitudinem non ratione obiecti, sed ratione modi tendendi in obiectum, tunc dicimus scientiam esse certiozem fide: quia scientia tendit per euentiam demonstrationis ad conclusiones: fides verò aut per piam affectionē, aut per rationem probabilem, aut per vtrumque simul tendit ad credibilia. Hic autem probandi modus nūquàm est tam certus sicut ipsa demonstratio. Præterea, scientia nullam secum patitur dubitationem, fides autem aliquam admittit: quoniam nisi dubitatio sit tanta, vt hominem in oppositam partem vtrunque trahat, non valet destruere fidem. Nam quod in capitulo primo de hæreticis dicitur, Dubius in fide est infidelis, non de omni dubitatione intelligendum est, sed de illa tantum quæ in oppositam partem flectere animum valet, ita vt in vtramque partem fluctuet, & nulla illarum quiescat. Potest enim esse, vt quis firmus in aliqua sententia manens, ex sola infirmitate leuiter dubitet, prout contingit in dubitatione subreptitia, quæ fit in primo motu, & in ijs etiam qui à natura hoc habent, vt sint in qualibet re accipites, & assiduis vrgeantur dubitationum scrupulis. Hi enim & si dubitant, leuiter tamen, quoniam ipsam dubitationem vincunt, in fidei firmitate permanentes. Fides igitur, quia secum admittit aliquam vel leuem dubitationem, minùs certa est ex modo tendendi in obiectum, quàm scientia quæ nullam prorsus dubitationem secum permittit. Rursum, ille habitus aut actus est certior ex modo tendendi in obiectum, qui habentem illum reddit firmiorem in obiecto, & minùs ab illo separabilem. Constat autem difficiliùs hominem discedere ab eo quod noscit per scientiam, quàm ab eo quod intelligit per fidem. Nam ab eo quod per fidem cognitum est, frequenter homines recedunt, vt experientia ipsa in hæreticis docet: Ab eo autem quod per scientiam cognitum fuit, si illud verè scitum erat, nunquàm homo recedit, quoniam scientia ipsa cogit intellectum & inuitum sic tenet, vt ab illo iudicio, etiam à voluntate imperatus, discedere non valeat. Et inde apertissimè constat, scientiam ex modo tendendi in obiectum certiozem esse fide, quia scientia firmiorem facit in suo iudicio scientem, quàm credentem fides. Tertia denique est certitudo fidei humanæ, quam aliqui vocant certitudinem moralem siue probabilem: & est firmitas potentie cognitivæ circa suum obiectum, causata à pia voluntatis affectione aut ratione probabili. Hæc certitudo differt à duabus primis, per hoc quod nulli illarum duarum potest adesse falsitas, nec qui aliquam illarum habuerit, potest per illam errare aut decipi. Hæc autem certitudo moralis sæpè est circa falsã, & sæpè illam habentes errant, & decipiuntur in illa. Nam hæc certitudo non pendet vllò modo ex certitudine obiecti, prout de alijs duabus certitudinibus supra diximus: sed solùm pendet ex modo tendendi in obiectum: qui quoniam nullam aut leuissimam habet dubitationem admixtam, ideò dicitur esse certus, quamuis res ipsa, circa quam versatur, non sit certa. Præter hos tres quos diximus, nullus alius est certitudinis modus. Nam certitudo illa, quam aliqui coniecturam vocant, non est propriè certitudo: quia non habet tantam firmitatem,

vt exclu-

A vt excludat omnem dubitationem & omnem formidinem. Quò fit, vt siquid aliquo horum trium modorum certum non fuerit, id sit verè incertum censendum. His omnibus præsuppositis, opus est vt iam ad expugnandas duas prædictas hæreses de certitudine gratiæ, accedamus, vt probemus primò, neminem ex lege communi absq; speciali Dei reuelatione posse esse certum de sua gratia, tanta certitudine quantam habet de articulis fidei Catholicæ. Et primò hanc hæresim deiciunt atq; prosternunt illa quæ superius in titulo de fide hæresi. 2. adduximus contra illam hæresim quæ docet, solam fidem iustificare hominem. Nam cum illa hæresis de iustificatione ex sola fide sit fundamentum, cui hæc hæresis de certitudine gratiæ innititur, necesse est vt illa prostrata, hæc etiam corruat. Lutherus enim & illius sectatores ideò (vt proximè ex illorum verbis ostendimus) dicunt solam fidem esse satis ad hominis iustificationem, vt hac via possint homines esse certi de sua gratia: quoniam si opera essent necessaria, ipsi Lutherani faterentur, nemini suam iustificationem posse esse certam. Aliter tamen beatus Petrus nos docet, qui admonet nos scitagere, vt per bona opera certam nostram vocationem & electionem faciamus. In quibus verbis id maximè notare oportet, quòd dixit per bona opera certam esse nostram vocationem, & non dixit nos esse certos de nostra vocatione & electione. Potest quidem res ipsa esse in se certa, quamuis nos de illa simus dubij & incerti. Certam igitur facimus per bona opera non solam iustificationem præsentem, sed & futurã gloriam, quia Christus dixit: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Verùm licet hæc sint in se certa, non tamen sunt certa quò ad nos, hoc est, non sumus nos certi de illis, quia nescimus an opera nostra sint bona, & Deo grata. Fortissimum igitur argumentum ex verbis Petri Apostoli sumitur contra Lutheranos. Nam si absque bonis operibus non potest esse in se certa vocatio & electio, ergo nullus qui non est certus se bona opera & nulla mala fecisse, poterit esse certus de sua vocatione & electione: quia (vt superius in præsuppositis ad hanc disputationem diximus) duplex certitudo, videlicet subiecti & obiecti est necessaria, vt quis verè certus de aliqua re esse dicatur: & de hac duplici certitudine contentionem hanc nostram intelligendam esse constituimus. Cum ergo nemo (vt ipsi Lutherani fatentur) possit esse certus de suis operibus quòd sint bona, conuincitur, vt nemo etiam possit esse certus se esse iustum. Et hoc argumentum multò fortius constringit Philippum Melancthonem & alios posteriores Lutheranos, Et authores illius Enchiridij institutionis Christianæ, quòd in titulo habet, quamuis falsò, esse æditum in Concilio Coloniensi. Nam hi videntes apertissima sacre scripturæ testimonia, quibus euidentissimè probatur, hominem sine bonis operibus, aut cum aliquibus malis non posse esse istum, confessi sunt, bona opera esse necessaria ad hominis iustificationem: sed negant iustificationem aliquam imputari bonis operibus, quamuis illa sint facta post ipsam iustificationem: sed totam iustificationem dicunt esse tribuendam soli fidei. Verba Philippi Melancthonis in suis locis communibus in titulo de bonis operibus, sunt ista: Qui non agunt pœnitentiam, sed indulgent vitijs cupiditatis, non retinent fidem. Fides enim quarit remissionem peccatorum, non delectatur peccatis. Nec manet Spiritus sanctus in his qui obtemperant vitijs affectibus, iuxta illud Ioannis: Qui facit peccatum, ex diabolo est. Hæc tota causa necessitatis concurrunt, quæ meritò diligentiam bene operandi in nobis acere debent, vt beneficium Dei retineamus. Hæc Philippus. Idem & fere eisdem verbis dicit Ioannes Spangebergus in sua margarita Theologica, quaestione quinta, vbi agit de prima causa bonorum operum, & in libello qui nomine Lutheranorum exhibitus est Carolo Cæsari, cum esset Ratisponæ, in articulo quinto hæc verba habentur: Cum renouatio sit imperfecta, &

hæreat

hæreat in renouatis infirmitas, tamen docendum est, vt qui verè pœnitent, semper fide firmissima statuunt, propter mediatorẽ CHRIS TV M Deo placere. Et in expositione illius articuli Butzerus declarat quod articulus ille solùm pœnitentibus, & verè pœnitentibus, & habentibus fidem viam pœnitentibus, statuere fide firmissima se affectos esse gratiam. Et Colonienfẽs illi, quicunque illi sint, qui ediderunt libellum illum coniunctum cum Concilio Colonienfẽ, qui dicitur Enchiridion institutionis Christianæ, postquam dixerunt illa verba, quæ suprà citauimus de certitudine gratiæ, differentes de illis quæ sunt necessaria ad hoc vt fides iustificare valeat, hæc dicunt: Hæc fides pleraque adminicula, sine quibus non tantum non existit, sed nec intelligi potest, requirit. Imprimis enim requiritur pœnitentia. Et postea enumeratis multis alijs operibus, videlicet dolore, gemitu, lachrymis, & id genus alijs, tandem hæc dicunt: Quæ etsi neque mereantur iustificationes, neque accipiant, nisi fides accedat, fides tamen nimirum illa iustificans, ea tanquam præambula & adminicula necessaria, sine quibus ad iustificationem non peruenitur, requirit, imò includit. Nam cum illa fides sit cum affectu & desiderio remissionis peccatorum coniuncta, non potest delectari peccatis, quorum remissionem querit. Hæc illi Colonienfẽs: quæ simillima sunt illis, quæ ex Philippo Melancthone citauimus. Ex quibus omnibus constat opera secundum illorum sententiam, esse necessaria ad iustificationem. Sed Lutherus ipse, quanquam alibi sæpè dixit opera non esse necessaria, tamen in assertionẽ articulorum damnatorum à Leone decimo, articulo. 12. apertè fateatur illorum necessitatem, hæc dicens: Si per impossibile confessus non esset contritus, aut sacerdos non serio, sed ioco absoluat, si tamen credit se esse absolutum, verissimè est absolutus. Et post pauca subdit: Dixi autem per impossibile, quia satis suprà dictum est, fidem sine contritione esse non posse, cum gratia non infundatur, nisi cum magna concussione animæ. Hæc Lutherus. Docent ergo Lutherani contritionem magnam, vel (vt Butzerus ait) veram pœnitentiam esse necessariam ad iustificationem, quanquam nec contritionem neque pœnitentiam aliquid ad iustificationem agere dicant. Sed de hoc ultimo ego nolo in præsentiarum disputare quoniam, infra in titulo de operibus, de hac re disseram. Si contritio magna, & vera pœnitentia est necessaria peccatori ad gratiæ consecutionem, inde conuincitur, neminem ex lege communi posse esse tam certum de sua gratia, quantum est certus de alijs articulis fidei: quia nemo ex lege communi potest habere hanc tantam certitudinem quod sua pœnitentia sit vera, aut quod sua contritio sit tanta quanta erat necessaria. Quamuis igitur iustificatio tribuatur soli fidei, nunquam tamen illa valebit hominem facere certum de sua iustificatione, si opera fateantur esse necessaria ad impetrandam iustificationem, aut ad conseruationem illius: quia de valore & æstimatione illorum operum apud Deum, nemo potest esse certus. Potest enim quis habere ignorantiam vincibilem malitiæ alicuius operis, prout sæpè contingit mercatoribus, qui multos contractus putant esse licitos, quos apertè intelligerent esse vsurarios, si viros doctos & bonos (vt oportebat) consulere vellent. Præterea, vt magis Lutheranos conuincamus; desinus illis, quamuis non concedamus, bona opera non esse vllò pacto necessaria ad iustificationem, necessarium est tamen abstinere à peccato, vt gratiam iustificationis consequatur, quia ipse Lutherus docet, optimam pœnitentiam esse nouam vitam. Non potest autem homo esse certus se abstinere à peccato, ergo non potest esse certus de sua iustificatione. Assumptum probatur apertissimè, quia (vt clarissimè constat) potest homo culpabiliter ignorare, se aliquid omisisse, quod sub interminatione gehennæ facere tenebatur: potest etiam facere aliquid quod ignorat esse peccatum. An zurem

A tem aliquid tale sibi contingat, nemo de se certus esse potest. Inde ergo conuincitur neminem sine speciali DEI reuelatione posse esse certum de sua iustificatione. Nam propter hanc causam dixit propheta: Delicta quis intelligit? ab oculis meis munda me. Occulta peccata vocat illa, quæ homo ignorat esse peccata, & ided petit mundari ab illis, quia illorum, quæ non intelligit esse peccata, pœnitere non potest. Propter eandem causam Paulus dixit: Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Hoc ided dixit Paulus, quia optimè sciebat, fieri posse aliqua esse in ipso peccata, quæ ipsum prorsus laterent, & ided censebat, non satis esse, nihil sibi conscium esse, vt per hoc crederet se esse iustum. Vnde Anselmus prædicta Pauli verba interpretans, ait: Nullius vtique peccati sibi conscius erat. Sed quia legerat, Delicta quis intelligit, sententiam temperauit, ne fortè per ignorantiam deliquerit, & addidit: Sed non in hoc iustificatus sum. Videns enim quia ei ad perfectionem sanctitatis nec suum iudicium sufficeret, aut non se in hoc iustificatum. Cur verò non sibi metipso de se credit, causam reddidit, quum subiunxit: Qui autem iudicat me, Dominus est. Ac si apertè diceret: Nec meo de me iudicio existimando credo, quia ille iudicat me, cuius ego iudicium non comprehendo. Ab eo enim, qui me iudicat, examinari me subtiliter scio. Rectè enim me egisse recolo, sed de meritis non præsumo: quia ad eius examen vita nostra ducitur, sub quo & virtutes nostræ trepidant. Hæc Anselmus, qui satis apertè ex Pauli sententia contra certitudinem gratiæ testimonium dicit. Eidem sententiæ fauet Ambrosius in commentarijs super Paulum, vbi prædicta Pauli verba interpretans, ait: Apertum est, quia puram conscientiam habens, sollicitus de se non erat. Sed non in hoc iustificatus sum. Nunc humiliat se, & loquitur homo, qui posset culpam incurere nescius. Hæc Ambrosius. Ex cuius verbis constat verum esse id, quod principio huius argumenti assumpimus, videlicet posse hominem habere ignorantiam culpabilem sui peccati, quo dato facile decipitur, si propterea quod suum ignorat delictum, censeat se iustificatum. Fortè hoc argumentum præcognouit Lutherus, & ided vt illius potestatem & vires effugeret, dixit (vt ex dictis illius quæ à principio citauimus, apertissimè constat) nulla peccata quantumlibet graui, posse impedire hominis iustificationem, si ille fixam firmamque habeat fidem: sed omnia illa dicit contegi & obrui per solam fidem. Ecce, quod progreditur definiendi temeritas. Nam, vt quis defendat quod semel ab eo temerè pronunciatum est, non erubescit in absurdissimos & pestilentissimos quosque errores præcipitem se dare. Videns enim Lutherus necessitatem bonorum operum non posse conuenire cum certitudine gratiæ, exclusit necessitatem bonorum operum. Intelligens etiam certitudinem gratiæ non posse stare, si necessariò est abstinendum à peccatis, dixit illud non esse necessarium, sed solam fidem sufficere ad iustificationem, vt certam possit facere quisque suam iustificationem. Sed neque per hoc constituere hanc certitudinem, neque argumenti nostri vires effugere poterit. Quoniam ipse & illius sectatores aliàs docent, (vt in titulo de fide, hæresi tertia ostendimus) per quodlibet peccatum mortale fidem amitti, ex qua assertionẽ apertissimè conuincitur falsum esse id, quod postea asserunt, fidem contegere omnia peccata mortalia, & illa omnia obruere, nullumque esse peccatum mortale nisi solam incredulitatem. Optimè certè dixit Aristoteles, oportere mendacem omnem esse memorem. Pugnans enim inter se velut ex diametro hæc duo: Fides amittitur per quodlibet peccatum mortale: Fides contegit omnia peccata mortalia, præter incredulitatem. Si fides amittitur per quodlibet peccatum mortale, ergo non potest contegere, & obruere illud. Et Rursum: Si fides contegit omnia peccata mortalia, ergo non amittitur per quodlibet il-

men fide, procedentibus finem ponerem, & sacra scriptura, de qua illi nimis se iactant, apertissimis testimonijs contra illos pugnarem. Sed antequam hoc agam, oportet prius admonere lectorem, ut sciat, in Concilio Tridentino, ubi haec causa per multum tempus diligentissime examinata est, fuisse aliquos viros Catholicos, quamvis paucos & non admodum doctos, qui iustificationis certitudinem, citra specialem Dei reuelationem, possibile esse contendebant. Verum illi multum a Lutheranis in huius assertionis defensione differebant, quia illi negabant, omnem fidelem esse obligatum ad pendendum, remissa sibi gratis esse peccata sua propter Christum. Negabant etiam, omnem hominem iustum esse certum suae iustificationis. Hoc solum docebant, per sacramentum baptismi aut poenitentiae, citra specialem aliquam Dei reuelationem, posse hominem esse certum certitudine fidei Catholicae se esse in gratia. Et quidam ex illis dixit, & libello postea de hac re edito publice asseruit, non solum eos qui sacramentum baptismi aut poenitentiae recipiunt esse tunc certos, sed etiam illos qui longè post sacramenta recepta vehementi charitatis seruire ardent, habere tunc certitudinem fidei Catholicae de gratia Dei in illis habitante. Et quia aliqua testimonia sacrae scripturae, ex illis, quae nunc proximè citabo ita etiam pugnant contra istos, sicut contra Lutheranos, ideo nunc ante omnia, istorum assertionem declarare statui, ut quum aliquod ex huiusmodi testimonijs citauero, ostendam tunc simul contra illos omnes pugnare. Quum hoc meum opus aduersus omnes haereses in publicum primo emisi, inter paucula quaedam quae aduersus hanc haeresim tunc protuli testimonia primū fuit, quia apertissimum pro hac re mihi tunc visum est, illud Salomonis in Ecclesiaste: Nemo scit, an odio vel amore dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta. Quae verba ego postea diligentius circumspectius, aperte intellexi (ut in genuè fatear) dubium pro nobis in hac causa reddere testimonium. Quoniam D verba illa Salomonis multi viri docti & sancti, ut Bernardus, & Gerson, & Dionysius Carthusiensis interpretantur, non de amore aut odio Dei secundū presentem iustitiam, sed secundum finalem perseverantiam. Qui sensus videtur colligi ex illis quae Salomon statim addidit, sic dicens: Sed omnia in futurum seruantur incerta. Nam alias, si de presenti statu essent illa intelligenda, falsum esset (ut apertissimè constat) quod nemo scit an odio dignus sit. Quoniam etsi nemo scire possit se à Deo amari, multi tamen, nempe fures, adulteri, homicidæ, & omnes alij similibus sceleribus impliciti, intelligunt se tunc odio haberi à Deo, quia sciunt, nisi prorsus dementes sint, Deum odio habere iniquos. De illo igitur solo amore, & de illo odio, Salomonem loqui putant, quo Deus sic aliquos amat, ut eligat ad gloriam aeternam, alios sic odio habet, ut ordinet in poenam aeternam. Et de hoc amore & hoc odio (ut Paulus interpretatur) intelligitur id quod Deus per Malachiam prophetam ait: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Est ergo Salomonis sententia, iuxta istorum interpretationem quod nemo ex se scire potest, an sit à Deo electus, an non, sed omnia haec in futurum seruantur incerta, usque in diem iudicij, in quo illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Nemo aliquod horum scire potest, ex consideratione rerum externarum, siue prospera sint, siue aduersa, quia haec omnia possunt iusto perinde ac peccatori contingere. Et ideo Salomon post praedicta verba de ignorantia amoris & odij, qua omnes nos laborare dixit, statim subdidit: Omnia pariter eueniunt iusto & impio. Iuxta hunc sensum interpretatur illa verba Olympiodorus in commentarijs super Ecclesiasten. Reiecto ergo illo testimonio, propterea quod dubium est, & non conuenit inter omnes de sensu illius, oportet ut aliunde capiamus testimonia, quae multa se nobis gratis offerunt.

*Ambrosio
Cathari-
1111.*

Eccl. 9.

*Rom. 9.
Malachi.*

Iob. 9.

Iob ille sanctissimus, simplex, & rectus ac timens Deum, tot tamque manifesta pro

A festa pro incertitudine gratiae praebet testimonia, ut nesciam quae alijs praeferam: Si venerit ad me, (inquit ille) non videbo eum, si abierit non intelligam. Quae verba, ut apertissimè constat, non possunt intelligi de motu locali, quia cum nullus sit locus, ubi Deus non sit, conuincitur inde, illum ad nullum locum venire posse, nec ab aliquo loco recedere. Sunt ergo verba illa intelligenda de aduentu Dei in animam hominis per gratiae suae infusionem, de quo aduentu Saluator noster locutus est, quum dixit: Si quis diligit me, sermones meos seruabit, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. De hoc ergo aduentu loquens Iob dicit: Si venerit ad me, non videbo eum: si abierit non intelligam. Quibus verbis fatetur Iob se nescire, quando Deus illi gratiam suam infuderit, aut si quando illam semel donatam, postea propter peccatum ab eo commissum subtraxerit. Huic nostrae interpretationi fauet beatus Gregorius, qui praedicta verba Iob interpretans in Moralibus, haec ait: Accessus recessusque Dei à mente nostra, minimè cognoscitur, quousque rerum alterantium finis ignoratur. Quia & de tentatione incertum est, utrum probet an trucidet, & de donis nequaquam deprehenditur, utrum hic desertos remunerent, an in via nutriantur, ut ad patriam perducantur. Haec Gregorius. Si Iob vir sanctissimus, cui, Deo pro illo testimonium dante, tunc non fuit similis super terram, fatetur se ignorare gratiam sibi à Deo collatam, vel hac sola ratione deberent vereri Lutherani omnes, ut scire se esse certos de gratia Dei in illis habitante. Quod autem Iob dicit se non intelligere recessum Dei, id est, gratiae diuinae subtractionem, non est omnibus peccatoribus tribuendum, ut illi omnes ignorent se gratia diuina carere, sed ad ipsum Iob solum & alios illi similes verba illa referenda sunt, qui quamuis multa bona operati sunt, ignorant tamen an aliquod in illis lateat peccatum, propter quod merito Deus ab illis recesserit. Progreditur ultra Iob, ut hanc suae gratiae incertitudinem manifestet, & ait: Si habuero quippiam iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor. Videte obsecro modestiam locutionis huius sancti viri, qui quamuis re vera esset iustus, non ausus est dicere se habere aliquid iustum, sed sub conditione locutus est, sic dicens: Si habuero quippiam iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor. Et ut magis aperte declararet suam incertitudinem, statim addit: Et cum inuocantem exaudierit me, non credo quod audierit vocem meam. Quid apertius dicere potuit ad manifestandam incertitudinem suae iustificationis? Sed hoc non contentus, adhuc paucis interpositis subdit: Si iustificare me uolueris, os meum condemnabit me: Si innocentem ostendero, prauum me comprobabit. Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea: Quae verba interpretans beatus Gregorius in Moralibus ait: Sunt nonnulla quae sciri à nobis facile nequeunt, etiam cum geruntur. Nam saepe recto studio contra delinquentium culpas accendimur, & cum ultra aequitatis metas per iram rapimur, hoc zelum iustae distractionis aestimamus. Saepè officium praedicationis assumimus, ut per hoc fraternae utilitati seruiamus, sed nisi placeamus illi cui loquimur nequaquam libenter accipitur quod praedicamus. Cumque placere mens utiliter studet, ad amorem laudis propriae desinit turpiter, & quae à captiuitate vitiorum alios curabat eruere, ipsa suis fauoribus incipit captiua seruire. Quasi latrunculus quippe est appetitus laudis humanae, qui recto itinere gradientibus ex latere iungitur, ut ex occultis educto gladio gradientium vita trucidetur, cumque propositae utilitatis intentio ad studia priuata deducitur horrendo modo vnum idemque opus culpa peragit quod virtus inchoauit. Et post pauca subdit. Saepè dum nosmetipsos plus iusto discutimus, de ipso discretionis studio indiscretius erramus, & mentis nostrae acies quo plus cernere nititur obscuratur, quia & qui importunè solis radios aspici-

Iob. 14.

Iob. 11.

Iob. 9.

Gregorius.

cit, tenebre scit, & inde nihil videre compellitur, unde videre amplius conatur. Quia igitur ab inquisitione nostra torpentes nos omnino nescimus, aut si subtili nos discussione requiramus, plerumque inter vitia virtutesq; caligamus, rectè nunc dicitur: Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Hæc ille. Et post pauca exponens illud eiusdem Iob, Et tenebit me vitæ meæ, sic ait: Tenebit iustum viuere quia & operando vitam non desinit querere, & tamen eiusdem vitæ suæ ineritum non valet inuenire. Hæc ille. Sed Iob ut sua testimonia confirmaret, rationem suæ sententiæ quam de incertitudine suæ iustificationis protulerat, nunc reddere vult ostendens neminem esse certum de bonitate suorum operum, & ait: Verebar omnia opera mea: sciens quod non parceres delinquenti. Quæ verba interpretans beatus Gregorius, postquam præclara & multa Iob opera recensuit, hæc ait: Quid ergo est quod mira opera faciens, hæc ipsa etiam veretur pauces cum dicit, verebar opera mea, nisi quod in sancti viri actibus verbisque colligimus, ut si placere Deo veraciter cupimus, postquam peruersa subiungimus, ipsa in nobis etiam bene gesta timeamus. Et post pauca subdit: Ipsa igitur bona nostra quia insidiantis culpæ euadere gladium nequeunt, nisi sollicito quotidie timore muniantur, per sanctum rectè nunc dicitur, Verebar omnia opera mea. Ac si humili confessione diceretur, Quæ aperte egerim video, sed quid in his latenter pertulerim ignoro. Sæpe enim nonnulla bona nostra latrocinantia fraude pereunt, quia rectis se nostris actibus concupiscentiæ terrenæ subiungunt. Sæpe desideria interueniente deficiunt, quia feruore quo cepta sunt frigescente, amore tabescunt. Quia ergo culpa surreptio vel in ipso virtutis actu vix vincitur, quid ad securitatem superest, nisi ut studiosè semper & in virtute timeatur. Hæc Gregorius. Tanta fuit firmitas in beato Iob de incertitudine bonorum operum suorum, quæ sunt necessaria ad iustificationem, ut prioribus verbis non contentus ultra progredi voluerit, sic dicens. Si lotus fuero aquis nituis, & fulserint velut mundissimè manus meæ, tamen sordibus intinget me, id est, ut beatus Gregorius interpretatur, sordidum me declarabis, & sordidum me esse manifestè ostendes. Hoc ideo dixit Iob quia sciebat quod quantumcunque opera sua scrutaretur & conscientiam suam mundare vellet adhuc poterant in illo esse aliqua peccata abscondita quæ ipsum laterent, propter quæ meritò esset impedita eius iustificatione. Et in alio loco iterum ait Iob: Siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles, non intelligit. In quorum verborum interpretatione beatus Gregorius, hæc ait: Non incongruè filiorum nomine opera designantur sicut Paulus dicit: Quia saluabitur per filiorum generationem. Neque enim mulier quæ continentiam studens nequaquam filios generat salua non erit, sed per generationem filiorum saluari dicitur, quia per effectum bonorum operum perpetuè salutis affociatur. Nobiles ergo sunt filij recta opera, ignobiles autem facta peruersa. Et sæpe homo agere qualibet, bona intentione nititur: sed tamè pro multis quæ surripiunt, eius acta apud omnipotentem Deum qualiter habeantur incertum est. Siue itaque nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles non intelligit: quia subtili examine discussa vtrum approbentur eius opera, an reprobenentur ignorat. Hæc tenus Gregorius, quem tam prolixè citauit propterea quod certitudinis assertores contendunt illum in sui fauorem trahere. Ut igitur omnibus cõstet falsò illos iactare Gregorium pro illis sententiam dixisse, volui tam multa ex Gregorio testimonia citasse, quibus apertissimè nostra sententia de incertitudine gratiæ confirmatur. Hæc omnia testimonia quæ ex beato Iob protulimus, non solum contra Lutheranos militant, sed etiam contra Catholicos, quos supra diximus certitudini gratiæ vtcunq; fauere. Nam si Iob ille sanctissimus, cui non erat similis super terram, nesciebat aduentum Dei in animam suam, aut recessum eius ab ea: si ille simplicitatem suam ignorabat, quis erit tam perfectus,

Iob. 14.
Gregorius.
1. Tim. 2.

Afectus, qui citra omnem Dei reuelationem poterit gloriari se certò scire aduentum Dei in animam suam, & in illa commorari? Si Iob veretur omnia opera sua, quis erit tam perfectus, qui certò sciat opera sua esse perfectè bona & Deo grata? Si aliquis est certus de sua gratia, non est cur vereatur sua opera. Nam ille qui est in Dei gratia, & hoc certò scit, necessarium est ut etiam certò sciat absque vlla dubitatione se habere aliqua bona opera, & Deo grata, præsertim quando se exercet in aliquibus operibus mandatorum Dei. Scio esse aliquos qui his omnibus testimonijs ex libro Iob citatis vniuersaliter respondent, illa omnia dixisse Iob non ideo quia vera essent, sed propter humilitatè, ut inanem gloriam prorsus à se reijceret. Sed certè de hac responsione meritò dici potest illud poetæ:

Incidit in Scyllam, cupiens vitare Charybdim.

Nam responsio illa aliam assertionem includit non minùs pestilentem, quam illa de incertitudine gratiæ, pro qua tuenda in hanc incidere volunt. Dicunt enim in hac sua responsione licitum esse homini propter humilitatem mentiri, quod est manifestè erroneum, ut infra Deo duce aperte conuincemus in titulo de mendacio, quia non sunt facienda mala, ut inde eueniant bona.

Rursus, hanc nostram & Catholicam assertionem de incertitudine gratiæ confirmare volo testimonijs Dauid prophetae, & primum sit illud quo reges admonens ait: Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Ut autem apertius hoc prophetae testimonium intelligatur, audiamus Cassiodorus prædicta verba interpretantem, qui hæc ait: Breuis & plena commonitio qua Domino Deo amabili timore seruitur. Nam sicut remissa securitas culpas admittit: ita timor desiderabilis delicta semper excludit, & ne seruitium durissimum aut tristissimum fortè putaretur subiungit: Et exultate ei cum tremore. Quia timor Domini, non ad miseriam: sed ad gaudium ducit: quippe qui beatos efficit & sanctos operatur. Et iterum ne hæc exultatio negligens redderetur addidit: cum tremore, ut vtraque sociata coelestem reuerentiam competenter exprimerent. Hæc Cassiodorus. Est alterum eiusdem prophetae in alio Psalmo testimonium, ubi hæc ait: Delicta quis intelligit? Quo loquendi modo per interrogationem, innuit nullum esse aut saltem rarum qui delicta sua omnia possit intelligere. Nam quod aliqua intelligere homo possit, ipsemet alibi docuit, sic dicens: Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper. Et iterum alibi, Delictum meum cognitum tibi feci. Potest igitur homo aliqua cognoscere peccata, sed non omnia, quia multa sunt quæ sæpe nos ignorantibus commisimus, aut omisimus, alia etiam sunt quæ postquam commissa sunt, nobis ignorantibus manent. Ex quibus conuincitur neminem posse esse certum de sua iustificatione. Nec valet quorundam responsio dicentium prophetam in illo loco locutum esse non de peccatis mortalibus, sed de solis venialibus. Nam propheta indifferenter locutus est de peccatis voce communi, sine vlla distinctione, non est ergo rationi consentaneum, ut quod propheta absolute dixit, aliquis ad sola venialia restringere velit, quia ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, præsertim quod ex ipsa litera constat plus de mortalibus verba illa esse intelligenda, quam de venialibus, propterea quod post illa verba statim subdidit: Ab occultis meis munda me Domine. De illis ergo delictis loquitur, quæ hominem immundum ac sordidum faciunt. At peccata mortalia multò magis reddunt hominem immundum ac sordidum ergo illa etiam sunt quæ multi homines sæpe non intelligunt. Et certè de huiusmodi peccatis mortalibus interpretantur illa verba prophetae, Anselmus in commentarijs super quartum caput prioris episto-

læ ad Corinthios, & Bernardus epistola. 42. quæ est ad archiepiscopum Senonensem. Ambo enim interpretantur de illis peccatis quæ hominis iustificationem impedire possunt.

Præterea, hanc nostram sententiam de incertitudine iustificationis apertissimè probat id quod Dominus per Hieremiam prophetam ait: Præuuum est cor hominis, & inscrutabile, & quis cognoscet illud? Ego Dominus scrutans cor, & probans renes. Si homo non potest perscrutari cor suum, ergo non potest certò cognoscere se esse in gratia: quia multa possunt esse in corde nostro abscondita, quæ sufficiant ad impediendum gratiam. Hoc testimonium non solum pugnat contra Lutheranos, sed etiam contra Catholicos qui certitudinem gratiæ tuentur. Sed ut omnibus notum sit, quantam habeat hoc testimonium contra illos omnes efficaciam, audire oportet beatum Bernardum, qui in epistola. 42. ex illis Hieremiæ verbis arguit iustos esse de sua iustitia incertos. Sic enim ait: Paruum est cor hominis & imperscrutabile, ita ut nemo sciat quæ sunt in homine, nisi spiritus hominis qui in eo est, sed nec ipse plane. Nam cum Apostolus diceret: Mihi pro minimo est, ut à vobis iudicer, aut ab humano die, adiecit, sed nec ego me ipsum iudico. Quare? Quia non possum ait, ratam vel ipse de me proferre sententiam. Ego enim nihil mihi conscius sum, non tamen in hoc iustificatus sum. Non ex toto credo me vel ipsi conscientia meæ: quippè cum ne ipsa quidem queat me comprehendere totum. Nec potest iudicare de toto qui totum non audit. Qui autem iudicat me, Dominus est. Dominus inquit, cuius utique scientiam non effugit, sententiam non subterfugit, etiam quod propriam latet sententiam. Audit Deus in corde cogitantis, quod non audit vel ipse qui cogitat. Et paucis interiectis subdit: Verum tamen delicta quis intelligit? Nam si possum dicere cum Paulo, quod quidem longè est à me, nihil mihi conscius sum, non tamen in hoc esse iustificandum, oporteret me gloriari. Non enim qui se ipsum commendat ille probatus est, sed quem Deus commendat. Si applauserit mihi humanus dies, pro minimo habeo quia ille lucet tantum in facie. Homo enim vidit in facie, Deus autem intuetur cor. Propter hoc Hieremias non satis populatibus sententijs, velut quibusdam humani diei radijs mouebatur, sed fidenter loquebatur Deo: Diem hominis non concupiui: Tu scis, si meus mihi ariserit dies, neque me ipsum, inquit, iudico, quia neque ipse me satis intelligo. Solus meritò constitutus est iudex viuorum & mortuorum. Solum attendo iudicem, quem & solum iustificare cognosco. Pater dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Non vsurpo mihi, vel super me seruus filij potestatem neque me annuero illis, de quibus ita conqueri solet. Tulerunt homines à me iudicium. Et mox addit, Velim nolim ipsi me astare necesse est, ipsi horum, quæ gesserim in corpore, reddere rationem, cui nec verbum præteruolat, nec subterfugit cogitatio. Sub tam æquo liberatore meritorum, sub tam intimo secretorum inspectore quis gloriabitur castum se habere cor? Sola profecto quæ non solet gloriari, non nouit præsumere, contendere non consueuit, gratiam in ventura est in oculis pietatis, humilitas. Non contendit iudicio, neque præterdidit iustitiam, qui verè humilis est, sed dicit: Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine. Recusat iudicium, & postulat misericordiam, facilius sibi veniam impetrare posse, quam iustitiam vindicare confidens. Hucusque Bernardus. Et sermone tertia de aduentu Domini, postquam dixerat periculum eorum qui curam animarum suscipiunt, hæc ait: Accedit sanè ad sollicitudinis cumulum, & pondus timoris, quod cum & meam & proximi conscientiam seruare necesse sit, neutra mihi satis est nota. Vtraque abysus est imperscrutabilis. Vtraque mihi nox est, & nihilominus exigitur à me vsusque custodia, & clamatur. Custos qui de nocte, custos qui de nocte. Hæc Bernardus, qui nihil aper-

nihil apertius dicere potuit pro incertitudine iustificationis. Et ideo tam prolixè illum citare volui, ut proprijs illius verbis conuincerem, malè agere, & in vanum laborare illos qui contendunt Bernardum in contrariam trahere sententiam, dicentes illum pro certitudine gratiæ sententiã dixisse. Non est enim credendum virum tam doctum ac sanctum secum pugnantia dixisse. In his enim quæ nos ex illo nunc proximè citauimus, apertissimè docet incertitudinem gratiæ. Quod autem alij ex Bernardo pro certitudine gratiæ citant, malè ab illis intelligitur, quia nihil ad huius causæ statum agit. Nam in sermone illo de quatuor modis orandi, cui potissimum innituntur Colonienfes illi auctores Enchiridij institutionis Christianæ, non loquitur Bernardus de certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, sed de certitudine fidei humanæ, quæ excludit dubitationem, & illi potest subesse falsum. Et quod hæc sit in illo loco Bernardi sententia, ex verbis quæ ille ibidem dicit apertissimè constat. Quia illa signa ex quibus persuadere vult illam certitudinem, solum sunt coniecturæ quædam, quæ humanam generant fidem, & possunt decipere, & non cogunt necessariò ex fide Catholica. Et ipse satis se declarat, quòd loquitur de certitudine fiducia, quam potest habere in suis postulationibus ille, qui habuerit signa quæ ille numerauit. Aliud testimonium Bernardi citant aduersarij nostri ex sermone. 74. super Cantica, sed neque illud est ad propositum, quia illic Bernardus non loquitur de aduentu Dei in animam per infusionem gratiæ, sed de aduentu illius in animam antea iustificatam, quando venit per collationem dulcedinis spiritualis, & aliarum spiritualium consolationum. Nam aliàs si ille locutus fuisset de aduentu Dei in animam per infusionem primæ gratiæ, consequens esset Bernardum illic dixisse sæpè certum fuisse se peccasse mortaliter: quia dicit se certò sciuisse Deum recessisse ab illo. Et hoc ipsum etiam dicit sermone. 17. super Cantica, exponens illud: Reuertere dilecte mi, &c. De illo autem aduentu qui fit per collationem spiritualium consolationum, bene potest homo esse certus, quia potest illas in se experiri. Sed ex istis non potest colligi certitudo fidei Catholicæ de inhabitante Dei gratia in homine, quia omnes illæ consolationes, Deo permittente, possunt dari à dæmone, qui sæpè transfiguratur se in angelum lucis. Sunt alia testimonia Bernardi, quæ hostes nostri citant pro certitudine gratiæ, quam illi prædicant, cum tamen nihil pro illa dicat, quia solum dicit iustos sua bona opera cognoscere, & hoc ait in sermone tertio de aduentu. Hoc autem etiam nos fatemur, quia (ut supra Gregorius dixit) nisi se bene agere cognoscerent, statim à bonis operibus cessarent: & ideo dixit optimè Gregorius, quod oportet ut sciendo nesciamus. Quod autem dixit sermone. 16. ex paruis de testimonio iustificationis, non est intelligendum de iustificatione alicuius particularis hominis, sed de iustificatione quæ est in corpore Ecclesiæ, quæ est corpus illius. Sed nemo scit an ipse sit membrum in quo sic Deus inhabitet per gratiam.

Deinde, hanc incertitudinem gratiæ multi alij propheta præter Hieremiam, suis testimonijs confirmant. Daniel siquidem ad Nabuchodonosor regem ait: Peccata tua elemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum: forsitan ignoscet Deus delictis tuis. In quibus verbis potissimum annotanda est illa vox, Forsitan, quam constat esse notam dubitationis. Hæc autem dubitatio non oritur ex duritia & austeritate Dei, quem constat esse misericordissimum, sed ex imperfectione operum nostrorum, de quibus meritò dubitare debemus, an talia sint, ut misericordiam impetrare valeant. Si Daniel dubitabat Deum ignosciturum, ergo neque ille, neque Nabuchodonosor poterat esse certus de remissione peccatorum. Ideò Hieronymus in commentarijs super Danielem prædicta verba interpretans ait: Cum Daniel præsciens futurorum,

rorum, de sententia Dei dubitet, rem temerariam faciunt, qui audacter veniam pollicentur peccantibus. Hec Hieronymus. Deinde, Propheta Ioel exhortans Dei populum, ut conuerteret se in toto corde ad Dominum, quia benignus & patiens est, ait: Quis scit, si conuertatur, & ignoscat, & relinquat post se benedictionem? Quae verba interpretans Hieronymus in commentarijs super Ioel, ait: Ne despereris veniam, scelerum magnitudine, quia magna peccata magna delebit misericordia, & si nos egerimus poenitentiam, & ipsum poenitebit comminationis suae, & mala quae comminatus est, nobis non inferet nostraeque mutatione sententiae, & ipse mutabitur. Et statim addit: Sed ne forsitan, magnitudo clementiae nos faceret negligentes, adiunxit. Quis scit, si conuertatur & ignoscat Deus? Ego, inquit, horror quod meum est, ad poenitentiam & Deum ineffabiliter noui esse clementem, dicente David: Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Sed quia profundum diuitiarum sapientiae & scientiae Dei nosse non possumus, sententiam tempero, & opto potius quam praesumo dicens: Quis scit, si conuertatur, & ignoscat? Quod ait: quis, aut impossibile, aut difficile sentiendum est. Hec ille: Illud etiam est manifestum, quod Niniuitae ad praedicationem Ionae statuente poenitentiam peccatorum agere, & aliquam pro illis Deo satisfactionem reddere, dixerunt: Quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus, & reuertatur ad furorē irae suae, & non peribimus? Super quae verba Hieronymus, haec ait: Illud quoque quod dicitur: Quis scit, si conuertatur, & ignoscat Deus? Ideo ambiguum ponitur, & incertum, ut dum homines dubij sunt de salute, fortius agant poenitentiam, & magis ad misericordiam prouocent Deum. Hec Hieronymus, qui mentem prophetae declarans, suam de incertitudine apertissime manifestauit sententiam. Eundem sensum habent verba illa, quae Petrus Apostolus dixit, Simoni Mago: Poenitentiam age ab hac nequitia tua, & roga Deum si forte remittatur tibi haec cogitatio cordis. Haec prophetarum testimonia quae nunc ex Daniele, Ioele, & Iona citauimus, non minus contra Catholicos assertores certitudinis gratiae pugnant, quam contra Lutheranos.

Paulus etiam contra hos omnes apertissimum reddit testimonium pro incertitudine gratiae, sic dicens: Mihi autem pro minimo est, ut à vobis iudicer, aut ab humano die, sed neque me ipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me, Dominus est. Itaque nolite ante tempus iudicare, quoad usque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit unicuique à Deo. Tam prolixè hunc Pauli locum citauimus, quia multa in illo mihi videntur contineri, quae incertitudinem gratiae manifestissime probant. Sed antequam vim & energiam illorum verborum pensemus, opus est admonere prius lectorem, ut intelligat, Paulum in illis verbis non suam ostentare incertitudinem gratiae, quia id non verè de se dixisset, qui per diuinam reuelationem certus erat, non solum de praesenti iustificatione, sed de corona iustitiae, quam à iusto iudice se habiturum certissime credebat, & firmissimè sperabat. Paulus (ut saepe alias facere solet) alios admonere volens, quid illos agere oporteat, sub nomine suo locutus est, ut libentius acciperent doctrinam, & patientius ferrent reprehensionem de fiducia propriae conscientiae. Et hoc ante me annotauit Theophylactus, qui super illa verba, Mihi pro minimo est, &c. ait: Haec autem non de seipso verè dicit, non enim ipsum prorsus iudicabat: sed ut ne alios iudicent, in propria persona, quod vult, perficit. Et postea super illa verba: Nolite ante tempus iudicare, iterum ait: Ita namque diuus Paulus perpetuo solet quae alterius sunt, in propriam transferre personam, inque seipso docere, quae alios est docturus. Haec Theophylactus. Et ante Theophylactum hoc idem docuit Chrysostomus super eadem Pauli verba Homilia. 11. super priorem

A priorem epistolam ad Corinthios, sic inquit: Nemo tamen Paulum ut stultum reprehendat, quod neminem dignum ducit, qui de seipso ferat sententiam. Primum enim non propter se hoc dicit, sed propter alios. Haec Chrysostomus. Hoc itaque supposito fundamento, primum annotandum in verbis Pauli est, quod testimonium propriae conscientiae, quo illa testatur se nullum proprium peccatum scire, non est satis ad hoc ut homo certò credat se esse iustum. Nihil, inquit, mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum, hoc est, non propter hoc possum pronunciare me iustum. Nam solemne est Paulo hanc praepositionem In, capere pro illa praepositione propter, aut pro illa praepositione, per. Sic accepit ad Ephesios loquens, quum dixit: Considerare nos fecit in caelestibus in Christo Iesu, id est, per, aut propter Christum Iesum. Et iterum: Nunc autem in Christo Iesu vos qui aliquando eratis longè, facti estis propè in sanguine Christi, hoc est, per sanguinem Christi. Alterum in verbis Pauli annotandum est, quod nemo potest omnia secreta cordis sui plenè scrutari, sed solus Deus est, qui renes & corda scrutatur. Et ideo dixit: Sed neque me ipsum iudico. Qui autem iudicat me, Dominus est. Tertium annotandum deducit Paulus ex secundo dicto, quod nemo potest veram de se proferre sententiam, quia nemo potest verè iudicare nisi de illis, quae perfectè nouit. Et ideo monuit ut nolimus iudicare ante tempus, quouique veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Quod de iudicio cordis proprii intelligendum est, perinde ac de iudicio alieni.

Et hunc esse verum Pauli sensum, apertè docent omnes sacri doctores, qui illa Pauli verba alicubi interpretati sunt, Hieronymus lib. 2. Dialogorum contra Pelagianos praedicta verba pertractans, ait: Qui hoc dicebat, nullius utique peccati sibi conscius erat, sed quia legerat, delicta quis intelligit. Et sunt vix quae videntur viro iustae, nouissima autem eorum respiciunt in profundum inferni, & iterum: Omnis vir videtur sibi iustus, Deus autem corda hominum dirigit: idcirco temperabat sententiam, ne forte per ignorantiam deliquisset, maxime cum scriptura testatur: Est iustus, qui perit in iustitia sua. Et alibi: Iuste quod iustum est scitaberis, ne opinione veritatis à iustitia declinemus recordantes Saulis, & Acham. Haec Hieronymus. Augustinus super Psalmos exponens illum versum ex Psalmo. 42. Abyssus abyssum inuocat, obiter illa Pauli verba interpretatur, sic dicens: Abyssum inuocant sancti praedicatores verbi Dei. Nunquid & ipsi Abyssus? ut noueris quia abyssus & ipsi, Apostolus ait: minimum est ut à vobis dijudicer, aut ab humano die. Quanta autem abyssus sit, audite amplius. Neque enim ego me ipsum dijudico. Tantamne profunditatem creditis esse in homine? quae lateat ipsum hominem in quo est? Quanta profunditas infirmitatis latebat in Petro, quando quid in se ageretur intus, nesciebat, & se moriturum cum Domino vel pro Domino temerè promittebat. Quanta abyssus erat? Quae tamen abyssus nuda erat oculis Dei. Nā hoc illi enarrans praenunciabat, quod in se ipse ignorabat. Ergo omnis homo licet sanctus, licet iustus, licet in multis proficiens, abyssus est. Haec Augustinus. Et Chrysostomus Homilia. 11. super priorem epistolam ad Corinthios, exponens illud, Nolite ante tempus iudicare, ait: Quod si in quibus ipse peccauit, inquit, nihil certò mihi conscius sum, quo pacto dignus fuero qui de alijs feram sententiam? Qua autem ratione si res meas non satis exploratas habeo, aliena potero dijudicare? Quod si Paulo haec contingebant, longè magis & nobis. Etenim ita loquebatur, non ut seipsum inreprehensibilem diceret. Sed si quispiam apud eos inueniretur qui nihil peccasset, neque hunc dignum fore, qui ceterorum vitam examinaret, ostenderet, quodque si hunc nihil consciam, reum esse inquit, multò magis qui multorum sibi conscius sunt. Haec Chry-

F. ALFONSI DE CASTRO MINORITAE

Haymo. Hæc Chrysoſtomus. Et Haymo ſuper Paulum prædicta verba exponens, ait: Si ego meipſum inreprehenſibilem inuenio, qui melius meipſum noui quã vos, quomodo poteſtis diiudicare conſcientiam meam, facio quicquid facio, maxime cum nemo ſciat hominum quæ ſunt in homine, niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt. Felix conſcientia, quæ ita de ſe audent loqui ſecurè. Et, ne videretur Apoſtolus præſumptiuè ac ſuperbè talia fateri, ſubiunxit: Sed non in hoc iuſtificatus ſum. Subaudis apud me, vel apud Deum. Ac ſi diceret alijs verbis: licet ego in me nihil mali, nihilq; reprehentione dignum inueniam, vt quidam mihi detrahant iniuſtè, quidam extollant ſuis fauoribus, tamen non idèo iuſtificatus ſum apud me, neque iuſtificatum eſſe credo per hoc apud Deum: quia neſcio vtrum placeant ei quæ ago, aut qualiter ea accipiat, qui melius cognofcit quid fit in me quàm ego: quoniam etſi in maximis operibus peccatorum non deliqui, ſaltem in cogitationibus deliqui, & peccaui. Melius quidem ego memetipſum cognofco, quàm vos qui me diiudicatis & detrahitis, & melius Deus, quàm ego. Et paucis interpoſitis iterum ait: Quantum enim poſſunt homines de alio iudicare, plus homo vtique de ſeipſo: ſed Deus plus de homine, quàm homo de ſe. Tanta profunditas enim in homine, vt lateat plerunq; ipſum hominem, in quo eſt. Quanta profunditas infirmitatis latebat in Petro, quando quid intus in ſe ageretur neſciebat, & ſe cū Domino, vel pro Domino moriturū temerè promittebat. Nam hoc illi Chriſtus prænuſciabat, quando ipſe in ſe ignorabat. Hæc Haymo, & ferè ſunt eadem cum illis, quæ nunc proximè citauimus ex Auguſtino. Eodem modo interpretatur illa Pauli verba Ambroſius ſuper epistolam, & Anſelmus ibidem, & Bernardus episto-
Ambroſ.
Anſelmus.
Bernardus.
1. Cor. 10.
2. Cor. 13.
Galat. 6.

la 42. quorū verba ſuprà in alium ſinem fuerunt in hac diſputatione citata, & idèo nō eſt opus ea nunc repetere. Prætereà, illud etiã eſt manifeſtum cōtra Lutheranos, quod in poſteriore ad Corinthios episto-
1. Cor. 10.

la ait: Non enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat. Ex quibus verbis apertiffimè conuincitur falſum eſſe quod Lutherus ait: Crede te eſſe abſolutum, & eris abſolutus. Et illud Philippi Melancthonis. Si firmiter credis peccata tibi eſſe gratis remiſſa per miſericordiam Dei, & per ſanguinem Chriſti, iuſtificatus es. Non enim qui ſeipſum commendat, ait Paulus, ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat. Et in eadem episto-
1. Cor. 13.
Galat. 6.
Cyprianus.

la iterum ait: Voſmetipſos tentate, ſi eſtis in fide, ipſi vos probate. Si homines eſſent certi de ſua iuſtificatione, non eſſet opus admonere illos, vt tentarent ſemetipſos. Et ruruſum alibi ait: Si quis exiſtimat aliquid eſſe, cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. Ex quibus verbis apertiffimè colligitur, vt omnis qui abſque Dei reuelatione ſpeciali, credit firmiter ſe eſſe iuſtum, ſit à ſeipſo ſeductus, quia omnis talis exiſtimat ſe non ſolum aliquid, ſed magnum aliquid eſſe. Nam magnus coram Deo eſt, qui iuſtus eſt.
Quamuis testimonia ſacræ ſcripturæ, quæ hætenus pro incertitudine gratiæ citauimus, ſunt efficaciffima, ad maiorem tamen huius ſententiæ confirmationem, volo oſtendere hanc eſſe & ſemper fuiſſe totius Eccleſiæ Catholiciæ ſententiam, per hoc quòd omnes doctores Catholici ſemper eam docuerunt.
Et quidem pro hac re ſatis eſſe poſſent testimonia illorum ſacrorum viro-
rum, quos ſuprà protulimus ad oſtendendum verum ſenſum illorum locorum ſacræ ſcripturæ, quæ ad comprobandam incertitudinem gratiæ citauimus. Sed quia curioſus, aut dubius lector plura fortè deſiderabit, ea nunc illi offerre volo, ex quibus aliqua plenè & integrè referam, alia verò, ne nimia prolixitate præbeam ſatiduum alijs bene in hac noſtra & Catholica ſententia cōfirmatis, ſolum digito iudicabo in locis, vbi illa inuenire poſſit. Cyprianus in ſermone de elemoſyna, hæc ait: Agnoſcamus fratres chariſſimi diuinæ indulgentiæ mu-

ADVERSVS HAERESES, LIB. VII. Fol. 233

A. tiæ munus ſalubre, & emundandis purgandisque peccatis noſtris, qui ſine aliquo conſcientiæ vulnere eſſe non poſſumus, medelis ſpiritualibus vulnera noſtra curemus. Ne quiſquam ſic ſibi blandiatur de puro, atque immaculato corde, vt innocentia ſua fretus, medicinam non putet eſſe adhibendam vulneribus, cum ſcriptum ſit: Quis gloriabitur caſtum ſe habere cor, aut quis gloriabitur mundum eſſe à peccatis ſuis? Et iterum in episto-
Proh. 20.
1. Ioan. 1.
Hieron.
Auguſt.
1. Ion. 3.
B. la ſua Ioannes ponat, & dicat: Si dixerimus quia peccatum non habemus noſmetipſos decipimus, & veritas in nobis non eſt. Si autem confeſſi fuerimus peccata noſtra, fidelis & iuſtus eſt Dominus, qui nobis peccata dimittat. Si autem nemo eſſe ſine peccato poteſt, & quiſquis ſe inculpatum dixerit, aut ſuperbus, aut ſtultus eſt, quàm neceſſaria, quàm benigna eſt clementia diuina, quæ cum ſciat, non deeſſe ſanitati quædam poſtmodum vulnera, dedit curandis denuò, ſanandiſque vulneribus remedia ſalutaria. Hæc ille. Hieronymus præter loca ſuperius citata, adhuc eandem ſententiam docet in commentarijs ſuper caput tertium Hieremiæ, & ſuper. 13. eiufdem & ſuper Micheæ. 6. Auguſtinus ſuper illud Pſalmi, Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi, hæc ait: Quæ occulta? Quæ incerta? Quia Deus ignoſcit & talibus. Nihil tam occultum, nihil tam incertum. Ad hoc incertum Niniuitæ poenitentiam egerunt: dixerunt enim, quamuis poſt minas prophetæ, quamuis poſt illam vocem: Triduo Niniue euertetur, dixerunt apud ſe, petendam eſſe miſericordiam. Dixerunt ita apud ſe diſceptantes, quis nouit, ſi Deus ſelectat in melius ſententiam ſuam, & miſeretur: Incertum erat, cum dicitur, quis nouit? De incerto poenitentiam egerunt, certam miſericordiam meruerunt. Proſtrauerunt ſe in lachrymis, in ieiunijs, in cilicio, & in cinere. Proſtrauerunt ſe, gemuerunt, fleuerunt, pepercit Deus. Stetit Niniue, an euerſa eſt Niniue: Aliter quidem videtur hominibus, & aliter viſum eſt Deo. Hæc Auguſtinus. Et idem prorsus docet in libro 83. quæſtionū, quæſt. 58. & ſermone. 16. de verbis Apoſtoli, & in libro de prædeſtinatione ſanctorum, capite. 20. Gregorius præter tam multa, quæ ex Mo-
Gregorius.
1. Idorus.
Hiera. 6.

ralibus illius ſuper Iob citauimus, adhuc ex profeſſo idem docet in quadam episto-
la ad Gregorium Auguſtæ cubiculariam, & eſt in libro ſexto regiſtri, capite. 186. Iſidorus libro. 2. de ſummo bono, capite. 13. Sunt qui poenitentibus ſecuritatē cito pollicentur, quibus bene per prophetam dicitur: Curabant contritionem filia: populi mei cum ignominia dicentes: Pax, pax, & non erat pax. Cum ignominia igitur curat contritionem, qui peccanti, & non legitime poenitenti promittit ſecuritatē. Et paucis interpoſitis ſubdit: Quamuis per poenitentiam propitiatio peccatorum ſit, ſine metu tamen eſſe homo non debet: quia poenitentis ſatiſfactio diuino tantum penſatur iudicio, non humano. Proinde quia miſeratio Dei occulta eſt, ſine intermiſſione flere neceſſe eſt. Neque enim vnquam oportet poenitentem habere de peccatis ſecuritatē. Nam ſecuritas negligentiam parit, negligentia autem ſæpè incautum ad vitia tranſacta reducit. Hætenus Iſidorus, qui apertiffimè noſtram & Catholicam ſententiam docet.
Ioannes Gerſon in quodam tractatu de ſignis bonis ac malis, qui eſt in. 4. parte operum illius, hæc ait: Signum malum indicare ſe eſſe in gratia cum certitudine, niſi per reuelationem claram habeatur, cum ſufficiat pro ſtatu præſenti probabilis coniectura. Neſcit quippè homo an amore vel odio dignus ſit, tum quia neſcit an opera ſua acceptantur coram Deo: Tum quia ignorat qua diſtinctione iudicentur, aut quo ſine terminentur: Tum quia mentalis oculus cæcatus eſt, putans aliquando de gratijs, gratis datis vel acquiſitis gratiam eſſe gratum facientem: Tum denique quia angelus ſathanæ tranſfiguratur ſe in angelum lucis exuſſans per aliquam latentem ſuperbiam flammam charitatis, conſeruans nihilominus lucem quandam acquiſitæ ſeu conſuetudina-
Gerſon.
1. Cor. 13.

lis virtutis. Hæc ille. Et eandem sententiam docet in tractatu de præparatione ad missam, qui est in secunda parte operum suorum.

Post istos omnes viros illustres succedit tota turba scholasticorum Theologorum è quibus multi fuerunt sanctitate perinde ac doctrina clari, qui omnes concorditer docent hanc nostram & Catholicam assertionem de incertitudine gratiæ inhabitantis. Istorum verba non referam, sed satis erit indicare locum lectori. Alexander de Hales in tertia parte summæ Theologicæ quæstione. 27. Sanctus Bonaventura in primo sentent. dist. 17. parte. 1. quæst. 3. Sanctus Thomas in prima secundæ, quæst. 112. art. 5. Richardus de media villa in primo dist. 1. art. 2. quæst. 5. Durandus de sancto Pontiano in primo sentent. dist. 17. quæst. 4. Gabriel Biel in secundo sentent. dist. 27. dubio ultimo. In quo loco immeritò reprehendit doctorem subtilem Ioannem Scotum dicens ex dictis illius colligi, illum sentire hominem posse esse certum de sua iustificatione. Et multi ex Catholicis, qui in Concilio Tridentino volebant defendere certitudinem gratiæ, conabantur trahere Scotum in fauorem suæ sententiæ, moti auctoritate Gabrielis, qui illud tribuit Scoto. Sed re vera Gabriel & quotquot alij hoc tribuunt Scoto, falluntur: quia mentem illius minime assecuti sunt. Nam ille in multis locis apertissime docet, neminem absque speciali Dei reuelatione posse esse certum de sua iustificatione. Hoc enim apertissime docet in primo sentent. dist. 17. quæst. 1. articul. 1. in principio, ubi dicit neminem posse cognoscere certitudinaliter se esse in charitate. Idem dicit in 3. dist. 27. quæst. vnica. In 4. distinct. 5. quæst. 1. volens probare bonitatem ministri non esse necessariam ad susceptionem baptismi, dicit hæc verba: Cum enim quasi nullus possit esse certus de bonitate propria, multò magis nec de bonitate alterius: ergo si ex bonitate ministri dependeret baptismus, nunquam posset aliquis esse certus se verè recepisse baptismum, quod est inconueniens. Hæc ille. Et in eodem. 4. sentent. distinctione. 9. quæstione prima, differens de præparatione necessaria ad dignè suscipiendum Eucharistiam, dicit non esse necessarium, vt homo sciat se esse in gratia, quia aliàs nullus posset dignè suscipere: quia nullus potest certò scire se esse in gratia. Cum ergo in tam multis locis apertissime doctor subtilis Scotus dixerit neminem posse esse certum de sua iustificatione, meritò sunt reprehendendi illi, qui ausi sunt oppositam assertionem falsò tribuere illi. Sed opus est vt respondeamus argumento, quo Gabriel & illius sectatores nituntur persuadere, Scotum sensisse hominem posse ex communi lege esse certum de sua iustificatione. Dicunt enim Scoti sententiam esse, quod ad suscipiendum gratiam per aliquod sacramentum, satis est non ponere obicem, hoc est, tunc non peccare mortaliter. Quilibet autem potest scire se non ponere obicem, hoc est, non peccare mortaliter quum suscipit sacramentum: ergo quilibet hoc modo recipiens sacramentum erit certus se tunc esse in gratia. Sed in hoc argumento bis errat Gabriel, & qui illum in hac parte sequuntur. Primò, quia iuxta doctrinam Scoti, non solum ille dicitur ponere obicem, qui peccat mortaliter, sed etiam ille qui accedens ad sacramentum nullam habet peccati contritionem, vel attritionem. Itaque non ponere obicem, vt Scotus docet, non est merè negatiuè se habere, sed est habere aliquam peccati attritionem, quæ, quamuis optimis circumstantijs ornata, non esset sufficiens dispositio ad consecutionem gratiæ. Hoc apertissime docet Scotus in 4. sentent. distinct. 4. quæst. 5. Et distinct. 14. quæst. 4. artic. 3. Et distinct. 16. quæst. 1. parum ante solutionem argumentorum. Et distinct. 18. bis. Et distinct. 49. quæst. 4. ubi dicit, peccare illum qui recordatur se peccasse, & non dolet. Secundò errat Gabriel in suo argumento, quia male concludit, etiamsi daremus illi quod non ponere obicem, sit idem quod non peccare mortaliter. Nam ad hoc vt suscipiens sacramentum sit certus certitudine fidei se suscipisse gratiam oportet

Alexander
de Hales.
Bonauen-
tura.
Thomas.
Richardus.
Durandus.
Gabriel.

Ioannes
Scotus.

A oportet vt eadem certitudine sit certus se suscepisse sacramentum. Hoc autem nemini potest esse certitudine fidei certum, quia nemo potest sic certus de intentione ministri, sine qua, vt definitum est in Concilio Florentino, non potest perfici sacramentum. Manet ergo Scotus pro nostra & Catholica sententia de incertitudine gratiæ, & nõ pro contraria in quam alij inuitum & renitentem trahere conabantur.

Ex his omnibus quæ hæcenus pro incertitudine gratiæ prouulimus, facile conuincitur secunda pars assertionis Lutheraniæ, quæ ait, omnem fidelem esse obligatum ad certò credendum, remissa sibi esse gratis peccata sua propter misericordiam Dei, & meritum passionis Christi. Si nemo potest esse certus de sua iustificatione, consequens est necessariò, vt nemo teneatur ad habendum hanc certitudinem: quia aliàs homo obligaretur ad impossibile, quod est absurdum, & Deo iniuriosum. Præterea, si omnes fideles & iusti obligantur (vt Lutherani dicunt) ad certò credendum se esse iustos, oportet vt ipsi Lutherani ostendant præceptum diuinum apertum & clarum, quale ipsi a nobis in alijs causis exigere solent, quod apertè obliget omnes fideles ad hanc certitudinem, quam illi prædicant. At cum tale præceptum non possit in sacris libris reperiri, conuincitur inde nullum tale præceptum esse. Et hoc argumentum conuincit potissimum Lutheranos, quia dicunt nihil esse recipiendū quod in sacris literis non habeatur. Rursum, si omnes fideles tenerentur ad certò credendum se esse iustos: ergo qui illud non crederet, esset censendus hæreticus. Ecclesia tamen nunquam hæcenus propter hoc aliquem proclamauit hæreticum, imò ex opposito dixit pias mentes esse, quæ timent culpam esse, ubi culpa non est.

B Post hæc omnia argumenta, vt totam istam de certitudine disputationem plenè absoluamus, operæ precium erit Ecclesiæ definitionem in medium afferre. In capite ultimo, de purgatione Canonica, Innocentius tertius definit esse indifferetum, & temerarium, & ineptum, iurare se esse immunem à peccatis, quamuis de illis poenitentiam egerit. Et probat per illud Iob: Si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Demum, Concilium Tridentinum sub Paulo tertio celebratum post longam & diligentissimam super hac re factam examinationem, sessione sexta Christianissimam de hac re protulit sententiam, quæ capite. 9. decretorum illius sextæ sessionis habetur sub his verbis: Quamuis autem necessarium sit credere, neque remitti, neque remissa vnquam peccata fuisse, nisi gratis, diuina misericordia propter Christum, nemini tamen fiducia & certitudinem remissionis peccatorum suorum factanti, & in ea sola quiescenti, peccata dimitti, vel dimissa esse dicendum est. Cum apud hæreticos, & schismaticos possit esse, imò nostra tempestate sit, & magna contra Ecclesiam Catholicam contentione prædicetur vana hæc, & ab omni pietate remota fiducia. Sed neque illud asserendum est, oportere eos, qui verè iustificati sunt, absque vlla omnino dubitatione, apud semetipsos statuere se esse iustificatos, neminemque à peccatis absolui, ac iustificari nisi eum, qui certò credat se absolutum, & iustificatum esse, atque hac sola fide absolutionem & iustificationem perfici, quasi qui hoc non credit, de Dei promissis deque mortis & resurrectionis Christi efficacia dubitet. Nam sicut nemo pius de Dei misericordia, de CHRISTI merito, deque sacramentorum virtute & efficacia dubitare debet, sic quilibet, dum seipsum, suamque propriam infirmitatem & indispositionem respicit, de sua gratia formidare & timere potest, cum nullus scire valeat, certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consequutum. Et post datam hanc fidei definitionem, ne quis temerè contra eam aliquid dicere auderet, duos Canones latæ sententiæ videlicet. 13. & 14. adiecit, quorum verba sunt quæ sequuntur: Si quis dixerit omni homini

Concilium
Tridentinum.

ad remissionem peccatorum assequendam, necessarium esse, vt credat certò, & absque vlla hæsitacione propria infirmitatis & indispositionis, peccata sibi esse remissa, anathema sit. Si quis dixerit hominem à peccatis absolui, ac iustificari, ex eo quod se absolui ac iustificari certò credat, aut neminem verè esse iustificatum, nisi qui credit se esse iustificatum. Et hac sola fide absolutionem & iustificationem perfici, anathema sit. Hactenus Concilium Tridentinum. Sed ne ex istis verbis malè intellectis, lector aliquis labatur in aliquem errorem, volo lectorem admonere vt bene aduertat, & rectè intelligat, verba illa Concilij, Cùm nullus scire valeat certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consecutum. Non enim per illa verba dicunt, neminem posse credere se esse in gratia, ita vt illi fidei non possit subesse falsum: se dicunt neminem posse illud scire certitudine fidei, cui non possit subesse falsum. Nam potest esse vt aliquis iustus per coniecturas aliquas à Spiritu sancto donatas, hoc est, quas illi Spiritus sanctus suggerit, credat fide humana, id est, rationibus humanis innixa, se esse iustum, & illi fidei non potest subesse falsum: quia cùm Spiritus sanctus suggerat, vt sic credat, illi fidei non potest subesse falsum. Sed ille sic credens non erit certus de sua iustificatione, certitudine fidei cui non potest subesse falsum. Quia etsi illas coniecturas iustificationis illi suggererit Spiritus sanctus, ille tamen nescit eas à Spiritu sancto fuisse ministratas, quod erat necessarium, vt ille esset certus certitudine fidei, cui non potest subesse falsum. Nam aliàs & si res in se sit certa, ille tamen non erit certus, quia sæpè poterit meritò dubitare. Verba ergo Concilij intelligenda sunt de vtraque certitudine, videlicet rei in se, & quo ad nos, ita quod vtranq; certitudinem de sua gratia nemo sine speciali Dei reuelatione possit habere. Si autem ille sciat certò illam suggestionem esse à Spiritu sancto, tunc illud dicitur esse specialem reuelationem. Quia non omnibus iustis datum est, vt sciant quæ suggestiones fiunt à Spiritu sancto, & quæ à spiritu malo. Nam si omnes hoc scirent, non dixisset Ioannes in sua prima Canonica epistola: Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus an ex Deo sint. Sed quia sæpè angelus sathanæ transfiguratur se in angelum lucis, idè probare oportet spiritus, an ex Deo sint. Et inde necessariò sequitur, vt qui certò scit spiritum aliquem esse à Deo, hoc habeat per specialem Dei reuelationem. Qui autem illà habet, bene potest esse certus de sua iustificatione certitudine fidei, cui non potest subesse falsum: quoniam qui ex tali reuelatione certò crederet se esse iustū, inniteretur diuinæ reuelationi, cui nō potest (vt constat) subesse falsum. Et sicut illa est illi specialis, ita fides qua certò credit, sicut tunc tenetur credere se esse iustum, est illi specialis, & non Catholica, quia non obligat alios quibus non est facta illa specialis reuelatio. Cùm ergo Concilium dixit, neminem posse certò scire certitudine fidei cui non potest subesse falsum, hoc idem est ac si dixisset, certitudine habita per viam, per quam non potest falli. Et talem viam habet ille, qui innititur reuelationi diuinæ. Qui autem per coniecturas ministratas à Spiritu sancto, sed nesciens certò eas esse à spiritu, credit certò se esse in gratia, non est certus certitudine fidei, cui non potest subesse falsum. Quia etsi res in se certa sit, via tamen qua illam credit, non est infallibilis, quia est solūm ratio humana probabilis, cui potest subesse falsum. Et hæc certitudinem moralem, quæ habetur per viam fallibilem, quam nos appellamus fidem humanam, Concilium non negauit, neque nos negamus posse ex lege communi contingere multis iustis. Et hinc constat apertissimè quàm parum faciat pro certitudine gratiæ illud testimonium Pauli ex epistola ad Romanos: Ipse Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod filij Dei sumus. De hac Pauli sententia gloriabantur in Concilio Tridentino illi Catholici qui certitudinem gratiæ defendere conabantur. Sed ex his quæ nunc diximus apertè

1. Ioan. 4.
2. Cor. 11.

Rom. 8.

A apertè constat nihil illis fauere. Fatemur quidem Spiritum sanctum reddere iustis testimonium per bona opera quæ faciūt, aut per alias coniecturas, quod sunt filij Dei, sed non est illis omnibus certum quod illud sit testimonium Spiritus sancti. Hoc autem (vt diximus) est summè necessarium vt verè homo sit certus de sua iustificatione. Præterea, non omne testimonium quod reddit Spiritus sanctus homini de sua iustificatione, est testimonium certitudinis. Nam testis non semper testatur ex visu, sed aliquando ex auditu, aliquando de credulitate, & de probabilitate. Sic etiam Spiritus sanctus, & si testimonium reddat iustis, quod sunt filij Dei, non tamen semper omnibus æquale, sed quò nostræ menti plenius infederit, & per nostra opera se nobis patefecerit latius, eò certius reddit testimonium spiritui nostro quod filij Dei sumus. Hoc autem certum testimonium non omnibus dat, sed illis solum quibus reuelat suam iustificationem.

Hoc solūm mihi iam superesse video, respondere scilicet aliquibus argumentis, quibus cōtra nos, & Catholicam veritatē pugnant certitudinis assertores. Primò quidem arguunt contra nos, & dicunt quod qui negant certitudinē salutis haberi posse, excruciant, & excarnificant conscientias: quia ducunt illas in desperationem, dum semper illas dubitare faciunt. Respondeo quod nō iubemus eos desperare. Non enim qui est incertus, desperat, quia est mediū inter certitudinem & desperationem, videlicet probabilis quædam fides aut opinio de sua iustificatione. Sed isti ex vno extremo in aliud sine medio pertransire volunt, quia ex negatione certitudinis gratiæ volunt inferre desperationē salutis, & sic faciunt iuxta id quod quidam dixit:

Dum vitant stulti vitium in contraria currunt.

B His argumentatoribus possumus respondere id quod Horatius alijs similibus dixit in satyra aut sermone primo, sic inquit:

*Non ego auarum
Cūm veto te fieri, rappam iubeo ac nebulonem:
Est inter Tauam quidam, seu erumque Velli.
Est molus in rebus, sunt certi tenique sint
Egos vltra, curaque nequit consistere vestrum.*

Ad hunc modum ego respondeo quod negando certitudinem, non volo concedere desperationem, sed solūm volo dare medium aliquod inter vtramque videlicet probabilem opinionem de propria iustificatione. Hæc autem probabilis opinio ex multis testimonijs concipi potest. Sunt enim signa huius iustitiæ & interioris gratiæ duo præcipua & magis certa, quæ maiorem securitatem possunt præstare illis qui certò sciunt se stare in fide Catholica. Primum est dolor de peccatis omnibus contra Deum commissis. Alterum, est propositum vitandi omnem ipsius offensam & seruandi per omnia cuncta diuina mandata. Et qui se certò nouerint hoc animo esse, vt supra modum doleant de omnibus offensis, quas contra Deum admiserint, & eas in posterum non obstantibus quibuscunque incommodis & periculis, quanta maxima poterint cura, & diligentia, cupiant vitare, probabilissimam sanè suæ iustificationis coniecturam habent, & toto pectore totisque præcordijs de tanto & tam præcellenti beneficio, possunt intra se meritò exultare. Sunt etiam signa gratiæ inhærentis contemptus mundi & omnium rerum terrenarum, desiderium patriæ cœlestis, libenter audire verbum Dei, delectari in rebus diuinis, prompta voluntas ad executionem mandatorum DEI, nullum habere remorsum conscientie peccati mortalis, timor offendendi Deum. Verum hæc omnia nō sunt ad eò certa signa iustificationis, vt habens illa non possit decipi iudicando se esse iustum: quia cum illis omnibus potest habere aliquod peccatū mortale latens. Sunt tamen signa efficacissima ad cauendum (vt dixi) probabilem

F. ALFONSI DE CASTRO MINORITAE

lem opinionem, aut certitudinem moralem de propria iustificatione. Et hæc certitudo moralis est, quæ hominem non mediocriter consolari potest. Hæc ^C est illud testimonium conscientiæ, in quo, iuxta Pauli sententiam non inani-
^{2. Cor. 1.} ter gloriari & lætari possunt. Ideo Chrysostrus Homilia tertia super poste-
^{Chrysostr.} riorem epistolam ad Corinthios ait: Quando damnare non potest conscien-
 tia nostra, quasi factis improbis à recto disceserimus, etiam si innumera patiamur acerba, etiam si vndique feriamur, ac periclitemur sufficit nobis ad solatium, imò non tantum ad solatium, sufficit nobis pura conscientia, verum etiam in hoc, vt coronemur dum præbet nobis testimonium, quod nihil com-
 miserimus mali, sed iuxta Dei placitum hæc perpetimur ob virtutem, ob Phi-
 losophiam, ob multorum salutem. Hæc Chrysostrus. In quibus verbis id
 annotandum est, quod solum dixit, nos habere solatium & consolationem ex
 testimonio nostræ conscientiæ, & non plenam certitudinem atque securita-
 tem. Sed ne ex hoc solatio & testimonio conscientiæ quis superbiat, & maio-
^{Bernardus.} rem quam decet capiat gloriam audiat quid beatus Bernardus dicat libro se-
 cundo de consideratione ad Eugenium: Volo, inquit ille, gloriaris testimo-
 nio conscientiæ, sed non minus vt eodem ipso humiliaris. Rara vox, nihil
 mihi conscius sum. Cautior in bonis ambulas, si & mala non lateant. Quam
 obrem, vt dixi, noueris te, vt inter angustias, quæ non desunt, fruaris conscien-
 tiæ bono. Magis autem, vt scias, quid desit tibi. Nam cui non desit? Omnia il-
 li desunt, qui nihil sibi deesse putat. Hæc ille. Secundò contra nos argumen-
 tantur per illud, quod habetur in symbolo Apostolorum, Remissionem pec-
 catorum. Ex quibus verbis illi colligere volunt quod quilibet à sacerdote ab-
 solutus teneatur credere remissa sibi esse peccata. Sed hæc nihil nos mouent,
 quia nos fatemur remissionem peccatorum dari per absolutionem sacerdo-
 tis, & omnes teneri ad credendum talem remissionem dari, si adsint reliqua ^D
 omnia quæ sunt necessaria ad talem remissionem impetrandam. Nemo ta-
 men potest certò scire illa omnia adesse, quia nemo potest certò scire quod
 se bene præparauit integrè scrutando suam conscientiam vt de omnibus per-
 fectè doleret, neque etiam potest sibi certò constare de intentione sacerdotis,
 quæ semper est necessaria ad cuiuslibet sacramenti administrationem. Et pro-
 pter hanc causam adultus qui ad baptismum accedit, quamuis certò sciat se
 dolere de peccatis, non tamen potest certò scire se esse in gratia, quia non po-
 test illi certò constare de intentione baptizantis.

^{1. Cor. 2.} Tertio nobis obijciunt illud Apostoli: Nos autem nõ spiritum huius mun-
 di accepimus, sed spiritum, qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt
 nobis. Ex quibus verbis hostes nostri colligere nituntur Apostolos per so-
 lam Spiritus sancti infusionem, & non per aliquam specialem reuelationem
 cognouisse dona Dei illis collata, & inde colligunt omnibus iustis hoc esse
 concessum vt cognoscant dona Dei, inter quæ numeratur gratia. Et confir-
 mant, quia nisi hoc esset illis concessum, non possent Deo gratias agere, vt de-
 bent, pro beneficijs quæ à Deo receperunt. Sed isti argumentatores in mul-
 tis decipiuntur sic argumentantes. Primò, quia illic Apostolus, vt ex serie li-
 teræ constat, non loquitur de donis specialibus quæ aliquibus hominibus
 Deus peculiariter concedit, sed de beneficijs communibus quæ Deus toti ge-
 neri humano concessit, qualia sunt redemptio, doctrina fidei, sacramenta per
 quæ possumus iustificari. Hæc autem omnia omnes iusti, imò etiam omnes fi-
 deles certò sciunt per donum fidei quam à Deo acceperunt. Et quod de hu-
 iusmodi donis loquatur in eo loco Paulus, verba quæ sequuntur apertè de-
 monstrant. Nam post illa verba supra citata, statim hæc addit: Quæ & loqui-
 mur non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus. At Pau-
 lus & cæteri Apostoli commilitones illius non prædicabant propriam alicu-
 ius ho-

ADVERSVS HAERESSES, LIB. VII. Fol. 236

^A ius hominis iustificationem, aut alia peculiaria hominis dona, sed commu-
 nia illa quæ supra numerauimus. Deinde, decipiuntur in qualitate notitiæ,
 quam putant esse necessariam. Quod enim obijciunt non posse hominem
 Deo gratias agere, vt debet, pro beneficijs receptis, si illa non agnoscit: rectè
 quidem id dicunt, & nos fatemur, sed satis est ad reddendas gratias, cognosce-
 re illa dona per probabilem opinionem de illis habitam, & non est necessa-
 ria ad hoc certitudo fidei. Et de ista cognitione intelligendum est etiam illud
 quod idem Apostolus in eodem loco ait: Quis scit hominum, quæ sunt in ho-
 mine, nisi spiritus hominis quæ est in homine. Nam et si actus interiores nos-
 træ animæ certò & euidenter cognoscamus, non tamen ita cognoscimus ha-
 bitus interiores, sed solù illos cognoscimus per coniecturas & probabili qua-
 dam opinione. Quarto nobis obijciunt illud Ioannis ex prima sua Canonica
 epistola: Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, ^{1. Ioan. 3.}
 & quicquid petierimus accipiemus ab eo, quoniam mandata eius custodiui-
 mus, & ea quæ sunt placita corâ eo, facimus. Ex istis verbis putant hostes nos-
 tri se conuincere certitudinem gratiæ, & sufficiens testimonium ad illam esse
 carere remorsu conscientiæ, & ex illa pace conscientiæ oriri custodiâ man-
 datorum Dei. Sed nihil minus dicit in illo loco Ioannes: quoniam in illis ver-
 bis non dixit Ioannes, nos habere certitudinem si cor nostrum non reprehen-
 derit nos: sed dixit nos habere fiduciam. At fiducia longissimè distat à certi-
 tudine, quoniam certitudo, vt in principio diximus, pertinet ad intellectum,
 fiducia verò pertinet ad voluntatem. Ad habendum autem hanc fiduciam im-
 petrandi à Deo quæ petierimus, satis est probabilis quædam persuasio quod su-
 mus Deo grati, & quæ placita sunt ei, facimus. Quæ persuasio inde nascitur
 quod mandata illius custodimus, & de nullo peccato accusat nos conscientia
^B nostra. Quintò nobis obijciunt illud Ioannis ex eodè loco: Scimus quoniam ^{ibidem}
 translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Translatio au-
 tem de morte ad vitam fit per iustificationem, quoniam peccatum est mors,
 & gratia est vita animæ, & inde sequitur vt translatio de morte ad vitam fit
 translatio de peccato ad gratiam. Cùm igitur Ioannes dicat nos scire hanc
 translationem, videtur inde colligi nos etiam scire quando sumus in gratia.
 Sed hoc argumentum in multis deficit. Primo enim procedit ex sensu mysti-
 co, qui parum validus est ad probandum aliquod dogma. Nam peccatum in-
 telligere per nomen mortis & gratiam per nomen vitæ, sensus est mysti-
 cus, qui malè huic loco conuenit, & est nimium ab illa litera alienus. Nam
 Ioannes illo loco de vera morte corporali loquebatur, & de vita æterna ad
 quam iusti transferuntur, cùm ex hoc mundo exeunt. Deinde erratum est in
 argumento, putando quod per illud verbum, scimus, quod positum est, in li-
 tera Ioannis, significatur notitia euidens & certa, qualis est illa quæ habetur
 per syllogismum demonstratiuum, aut per intuitionem alicuius rei præsen-
 tis. Sæpè enim scire dicimus ea de quibus solùm habemus fidem diuinam, aut
 fidem humanam, aut probabilem opinionem. Nam Petrus ad populum Iu-
 dæorum loquens, dixit: Certissimè sciat omnis domus Israël, quia & Domi-
 num eum & Christum fecit Deus hunc Iesum quem vos crucifixistis. In qui-
 bus verbis constat positum esse, scire, pro credere. Et Ioannes in eadem epi-
 stola & in eodem capite vnde prima verba desumpta sunt, usurpat sæpè hoc
 verbum, scire, pro credere: Scimus, inquit ille, quoniam cùm apparuerit, si-
 miles ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Et iterum: Et scitis quo-
 niam omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem. In his duo-
 bus locis constat scientiam capi pro fide diuina, qua credimus omne reuelatum
 à Deo esse verum. Et iuxta hanc significationem accipiendū est illud ver-
 bum in loco prius citato, vbi Ioannes dixit: Scimus quoniam translati sumus de

morte ad vitam, quoniam diligimus. Credunt enim iusti se transferendos esse per mortem huius corporis ad vitam æternam, dummodo verè diligant Deum. Nam illa vox, quoniam, illo loco, valet tantum, ac si dixisset, dummodo, aut, si. Et quia firmissimè illud credunt & sperant posuit, propter certitudinem, præteritum pro futuro, translatis sumus, pro transferemur. Hoc enim sapissimè contingit in sacra scriptura, ut constat ex multis locis eius. In omnem terram, inquit Dauid, exiit sonus eorum. Et iterum in alio Psalmo: Eruisti animam meam ex loco inferiori. Et iterum: Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. In his omnibus locis & in multis alijs, positum est præteritum pro futuro, propter certitudinem rei venturæ, quæ pro tam certa habetur ac si iam præterisset. Et hoc idem fecit Ioannes in loco prædicto. Sexto nobis obijciunt Lutherani illud Pauli ex epistola ad Romanos: Ideo ex fide ut secundum gratiam firma sit promissio omni semini, non ei qui ex lege est solùm, sed & ei qui ex fide est Abrahamæ, qui est pater omnium nostrum. Ex isto loco putat Philippus Melancthon se triumphare de nobis, quoniam dicit ille Paulum in illis verbis docuisse nos iustitiam esse ideò ex sola fide, ut possimus esse certi de remissione peccatorum nostrorum, quam Deus nobis promissit. Sed certè Philippus nimium detorquet verba Pauli in sensum alienum. Nam Paulus illo loco non loquitur de promissione remissionis peccatorum, sed de promissione incarnationis filij Dei, qui assumpturus erat carnem ex semine Abrahamæ & ad hunc finem dedit aliam promissionem de filio quem paritura erat illi Sara. De hac secunda promissione dicit Paulus in eadem epistola. Promissionis enim verbum hoc est, secundum hoc tempus veniam & erit Sara filius. Propter has duas promissiones dicit Paulus in alia epistola: Abrahamæ dictæ sunt promissiones. Hæc promissio incarnationis filij Dei fuit data Abrahamæ antè legem, & ideò dixit Paulus quod non per legem fuit data Abrahamæ aut legem, & ideò dixit Paulus quod non per legem fuit data, intelligeretur quod solis Iudæis ex semine Abrahamæ secundum carnem promitteretur Christus. Dicit ergo Paulus promissionem illam ideò propter fidem Abrahamæ datam esse, ut possit prodesse omni credenti in Christo, siue Iudæo siue Gentili, quoniam omnes hi sunt veri filij Abrahamæ & verum semen illius secundum spiritum. Hæc autem promissio facta est firma & certa non propter opera nostra, sed per solam gratiam Dei. Et hunc esse verum Pauli sensum constat ex commentarijs omnium sacrorum doctorum, & potissimum ex Anselmo qui illum Pauli locum melius, meo quidem iudicio, interpretatur, sic inquit: Non enim firma esset, sed potius infirma & irrita, nisi ipse per gratiam suam impleffet eam. Ideò non de nostræ voluntatis potestate, sed de sua prædestinatione promissit. Promissit enim quod ipse facturus erat, non quod homines. Quia etsi faciunt homines bona quæ pertinent ad colendum Deum, ipse facit ut illi faciant, quæ præcepit, non illi faciunt ut ipse faciat quod promissit. Alioquin ut Dei promissa compleantur, non in Dei, sed in hominum potestate est: & quod à Domino promissum est, ab ipsis redditur Abrahamæ. Sed non ita fieri potest: per gratiam ergo Dei, gratuito munere nobis concessam, implentur eius promissa, dum per donum suæ gratiæ facit ut credamus & bene operemur, sicq; hæredes efficiamur. Firma sit promissio omni semini Abrahamæ, id est, non parti feminis sed omni semini. Volebant enim Iudæi ut quantum ad eos, firma esset: & quantum ad gentiles, cassa. Sed non ita Deus promissit, cum diceret, in semine tuo benedicentur omnes gentes. Firma sit omni semini, id est, omni populo fidelium imitatori Abrahamæ. Hactenus Anselmus. Ex cuius verbis apertissimè constat Lutheranos perperam interpretari verba Pauli, & in alienum sensum illa detorquere. Septimo nobis obijciunt illud Ioannis in Apocalypsi: Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candi-

A candidum, & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit. Ex isto loco quidam ex Catholicis, qui in Concilio Tridentino cõtendebat pro possibili certitudine gratiæ, nitebatur conuincere illam, & se in hac causa triumphare putabat. Sed certè nimius affectus suæ opinionis illum decipiebat. Nam cū verba illa Ioannis sint nimium obscura, & quæ non facilè ab omnibus intelliguntur, non deberent sumi ad probandum aliquod dogma, præsertim cū de illorum intelligentia non conueniat inter omnes sacros doctores. Et quod magis miror de hoc argumētatore est, quod nullus ex sacris doctoribus qui illum locum interpretantur, fauet sententiæ illius, ita ut dicat per manna intelligi gratiã, aut iustificationem, & rarus est qui dicat per nomen nouum intelligi appellationem veri Christiani, aut veri filij Dei adoptiuu. Nam ferè omnes interpretantur de premio cœlestis patriæ in futura vita recipiendo. Beatus Ambrosius in cõmentarijs super Apocalypsim, quæ nunc primū industria & opera Cuthberti Tonstalli Dunelmensis episcopi in lucem prodierunt, duas reddit illis verbis Ioannis expositiones, & in nulla illarum dicit per nomen nouum debere intelligi appellationem veri Christiani: sed in prima expositione dicit per nomen nouum intelligi nomen Christi, & hoc dicit neminem scire nisi qui accipit, iuxta illud eiusdè Ioannis in alio loco: Qui dicit se nosse Deum & mandata eius non custodit, hic mendax est. Et huic expositioni consentit Beda super Apocalypsim. In altera expositione dicit Ambrosius per nomen nouum significari beatitudinem patriæ cœlestis, & hoc nomen nullus scit nisi qui accipit. Quia, ut inquit ille, quanta sit illa cœlestis beatitudo, nullus scire præualeat nisi qui ad hanc peruenire meruit, sicut dicit Esaias propheta: Oculus nõ vidit Deus absq; te, quæ præparasti expectantibus te. Hæc Ambrosius. Et hanc posterioriorem interpretationem amplexatur Gregorius libro. 28. Moral. cap. 2. Aliæ argumenta contra nos sunt pro certitudine gratiæ, sed ut prolixitatem euitè, ea omnia omittere decreui, præsertim quod illis omnibus facilè responderi potest per illa quæ hactenus à nobis dicta sunt. Contra hanc hæresim post datam definitionem Concilij Tridentini scripsere duo viri docti Hispani quorū primus dicitur Dominicus de Soto ex ordine fratrum Prædicatorum, & is composuit opus quoddam de natura & gratia tribus partibus, in quorū tertio contra hanc hæresim disputat. Alter est Andreas de Vega ordinis Minorum, qui scripsit opus magnum pro defensione & expositione Tridentini decreti de iustificatione hominis, & in huius operis libro nono satis diffusè & copiosè de hac re disserit.

HÆRETICVS.

FVerunt quidam adeò dementes, ut dicerent omnes hæreticos bene sentire: quam sententiam (ut Philaster ait) asseruerunt quidam dicti Rhetorij. Verum hæc assertio adeò rationi repugnat, ut Augustinus in libro de hæresibus capite. 72. videatur impossibile, ut aliquis suæ mentis compos hoc sentire possit. Cum enim plures sint hæreses ex diametro pugnantes, non est possibile ut vtraque earum credatur esse vera, non certè magis quam credere duo contradictoria simul vera. Quapropter nõ est quod aduersus hanc dementiam pugnemus. Sola narratione eam expugnasse credimus, quoniam scriptam expugnat.

Secunda est hæresis quæ docet hæreticos non esse aliqua corporali poena puniendos, sed esse iudicio diuino relinquendos. Verum de hac re nihil in præsentiarum dicemus, quoniam speciale prolixum de hac re paramus tractatum qui de iusta hæreticorum punitione inscribitur.

Tertia hæresis est quæ docet omnem illum esse censendum hæreticum, qui quouis modo letaliter peccat. Hæc hæresim prodidisse tempore Gregorij papæ huius nominis, 11. testatur Nicolaus Eimerici in suo directorio inquisitionis, nec tamē prodidit quis illius fuerit autor: sed tantum dicit Gregorius vndecimus habito prius pleno (vt decebat) doctorum virorum consilio damnasse hanc assertionem velut hæreticam, & à vera Catholicæ fidei regula deuiantem.

Fortè ad hunc errorem pertinet, id quod aliqui ex Lutheranis de fide & operibus disputantes, asserunt. Nam aliqui eorum docere conantes solam fidem iustificare hominem, videntesq; plurima scripturæ sacræ testimonia quæ apertissimè docent operum bonorum necessitatem, dicunt fidem non esse vbi necessaria opera non sunt. Fit itaque necessariò, iuxta istorum sententiam, vt quoties quis letale aliquod crimen commiserit, toties fidem perdat: quoniam (vt isti aiunt) fides sine operibus consistere nequit. Sic docet quidam Ioannes Riuius Atthendoriensis in quadam epistola quæ inscribitur de sola fide ad amicum innominatum, vbi hæc quæ sequuntur inserit verba: Etenim fieri nequit (ait ille) vt vbi vera sinceraque est fides, ibi impiè quis aduersus Deum agat. Et parum supra ante præfata verba expressius hoc idem docet, sic inquit: Quamdiu quidem filij Dei sumus, hæredes etiam sumus. Filij autem sumus eouisque planè, dum fidem in Christum retinuerimus. Ea amissa non agnoscit vt filios pater ille cœlestis. Amittitur autem, si & impiè viuas, nec poenitentiam impietatis agas. Hæc Ioannes Riuius. Si per quodlibet peccatum mortale amittitur fides, ergo omnis qui mortaliter peccat est infidelis. Si infidelis est, oportet necessariò vt aut Iudæus, aut Saracenus, aut Paganus, aut hæreticus sit. Quoniam nulla alia infidelitatis species hucusque à viris doctis assignata est. Quum igitur homo aliàs verè Christianus, ob solum adulterij aut D. furci crimen ab eo commissum, non sit Iudæus, aut Saracenus, aut Paganus censendus, oportebit necessariò, iuxta istius Ioan. Riuij sententiam, fateri illū esse hæreticum.

Et certè nisi quæstionis difficultas ex sola nominis significatione penderet, clarissimè patet non omnem peccatorem, etiam si letale sit illius crimen, esse hæreticum. Nam cum duo sint peccatorum genera, vnum cum ea sunt quæ faciendæ non erant, alterum cum ea deseruntur quæ facere tenebamur: si hoc secundo modo quis peccet, quo pacto illum dices hæreticum, quem nihil egisse aut docuisse constat? Præterea fieri potest vt aliquis graue aliquod crimen committat, & se malè agere sciat: nam alioqui verum non esset quod Saluator ait: Filius qui nouit voluntatem patris, & non facit secundum eius voluntatem, vapulabit multis. At Christus Saluator noster qui ipsamet veritas est, mentiri non potuit. Fieri ergo potest vt quis malè agat etiam cum se malè agere credit. Non enim tam morigera est voluntas, vt semper intellectui sibi consulenti cedat, imò sæpissimè illius consilium dedignatur, & consilio illius spreto quodlibet agit.

Certum siquidem est nō omne peccatum esse ex pura ignorantia, sed multa esse ex pura malitia, quod vel ex eo apertissimè constare potest, quod in lib. Iob legitur: Quasi impios percussit eos in loco videntium. Qui quasi de industria recesserunt à Deo, & omnes vias eius intelligere noluerunt, vt peruenire facerent ad eum clamorem egeni, & audiret vocem pauperum. Ex quibus verbis apertè conuincitur, aliquem malè agere posse, quamuis certò ille sciat, & contra Dei præcepta facere.

Ille igitur qui iuxta hunc modum contra Dei præcepta agit, peccat, non tamen hæreticus ab vilo viro docto & Catholico censebitur. Qui enim fieri potest vt qui nulli hæresi adhæret, hæreticus sit? At vbi non est error in fide, ibi hære-

Luc. 12.

Iob. 34.

Aibi hæresis esse non potest: quoniam hæresis opponitur fidei. Qui ergo malè agens, se malè agere credit, hæreticus non est dicendus. Quò fit vt non omnis peccator sit hæreticus dicendus. Deinde, si omnis peccator esset censendus hæreticus, oporteret omnem peccatorem post primam & secundam correptionem deuitare: quoniam Apostolus Paulus ait: Hæreticum hominem post primam & secundam correptionem deuita. Aliter tamē faciendum esse Christus nos docuit, qui secundò peccantem non vitandum dixit, sed Ecclesiæ denunciandum. Neque opus est vt aduersus hanc damnatam hæresim ampliùs disputemus, præsertim quòd supra libro primo, cap. 9. ex sanctorum virorum doctrina ostendimus quis verè hæreticus dici debeat: ex quibus apertissimè constat non omnem peccatorem esse de hæresi notandum.

Titum. 3.

Matth. 18.

HORÆ CANONICÆ.

Inter alios errores quos impingit Vvaldensibus Aeneas Syluius, in libro de origine Bohemorum, is vnus est quo docent in horis canonicis cantandis dicendisque frustra tempus teri. Huius tamen erroris bonus Guido non meminit cum errores Vvaldensium recenset. Hunc errorem suscitauit postea Ioannes Vvicleph, dicens quod licet sit bonum orare, non est tamen æquum vt homo arctetur ad orandum certò & determinato tempore, quia (vt dicit) hoc repugnat libertati Christianæ, sed ait liberum debere esse cuiilibet vt oret cum voluerit. Tanquam si libertas Christiana in hoc sita esset, vt nulli humanæ legi obligetur. Superius nanque ostendimus Ecclesiam habere à Deo potestatem instituendi leges quibus omnes Christianos obliget. In hoc ergo sita est Christiana libertas, vt primo per baptismum homo liberetur à seruitute peccati, quæ maxima est seruitus. Deinde liberi simus à iugo seruitutis legis Mosaicæ: in quibus duobus vera Christiana libertas collocatur. Et hæc est libertas qua (vt dicit Paulus) Christus nos liberauit. Non autem sic liberos nos fecit, vt liberum nobis sit quilibet humanas leges contemnere, quia illis obtemperare tenemur cum iustæ sunt. Cum ergo iustum sit vt Deum oremus, & pro beneficijs à Deo receptis illi gratias reddamus (nam hoc Deus præcepit, nec tamen signauit tempus quando hoc faciendum esset) Ecclesia tempus orandi instituens, nihil aliud facit quàm præscribere tempus quo præceptum illud diuinum implendum sit, sicut in præcepto de sanctificatione sabbati declarat illud impleri per auditionem missæ in die Dominica. Omnes ergo illi quibus ab Ecclesia certum orandi tempus præscriptum est, illo tempore orare tenentur: nec sic facientes frustra faciunt, quia Ecclesiæ præcipienti obediunt. At qui Ecclesiam audit, Christus eius sponsum audit. Quis autem aded despiciet vt dicat nos frustra Deo obedire? Melior est certè obedientia quàm victima, & nolle acquiescere quasi peccatum ariolandi est. Præterea, Ecclesia instituens certa orandi tempora, ita vt quolibet die certis horis ad hoc destinatis ab aliquibus oretur, iustè facit, quoniam vt dicit Sapiens: Omnia tempus habent, & suis spatijs transeunt vniuersa sub cœlo. Si ergo tempus est stendi, & tempus ridendi, tempus plangendi, tempus saltandi, tempus loquendi, tempus tacendi, cur non etiam tempus orandi? Beatus Apostolus Paulus Corinthijs scribit, vt omnia honestè & secundum ordinem fiant. Si omnia, ergo etiam oratio secundum ordinem fieri debet. At qualis ordo erit, si nullum certum tempus erit deputatum orationi, quo conueniatur ad Ecclesiam, sed quisque oret aut Ecclesiam accedat cum libuerit? Tunc certè omnia turbabuntur. Rursum, quòd statæ sint horæ ad orandum, non est humanum inuentum, sed sacra scri-

Vvaldise.

Vvicleph.

Galat. 4.

1. Reg. 15.

Eccle. 3.

1. Co. 14.

Dan. 6. sacra scriptura docente cognoscimus. Daniel ingressus est domum suam, & fenestris apertis in suo coenaculo contra Hierusalem tribus temporibus in die flebat genua sua, & adorabat confitebaturque coram Deo suo, sicut & ante facere consueuerat. Ecce vides Danielem tribus temporibus Dominum orantem, & hoc non vno aut altero tantum die, ne forte putares a casu hoc fecisse, sed sic semper facere consueuerat. Et in Actibus Apostolorum dicitur quod Petrus & Ioannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam. Et in eodem libro iterum dicitur quod Petrus ascendit in superiora ut oraret circa horam sextam. Ex quibus scripturae locis conuincimus, olim apud Iudaeos fuisse aliquas horas easque, statas orationi destinatas, quas Apostoli obseruauerunt, a quibus haec orandi tempora usque ad nos processerunt. Neque immerito his tribus temporibus, videlicet hora tertia, sexta, nona, olim Iudaei orabant, & nunc Christiani orant, quonia (vt ait beatus Cyprianus) in illis tribus horarum spatijs ter sacramentum trinitatis denotatur. Nam a prima hora usque in tertia, trinitas horarum completur. Rursum, peracta tertia, a quarta usque ad sextam altera est trinitas. Deinde a septima usque ad nonam, trinitas tertia completur. Haec ergo horarum spatia iam pridem spiritualiter determinantes adoratores Dei, statutis & legitimis ad precem temporibus seruiebant. Praeter haec tria orandi spatia fuit etiam apud Iudaeos olim mediae noctis silentium orationi deputatum a viris sanctis, quorum exemplum viri religiosi in noua lege secuti, media nocte surgunt ut Deo laudes dicant. Diuinus namque Psaltes ait: Media nocte surgebam ad consistendum tibi. Et iterum: Memor fui nocte nominis tui Domine. Et ne impius Vvicleph subterfugiat dicens ex vno facto Dauid non esse sumendum argumentum, ut nos qualibet nocte hoc facere velimus: audiatur ipsum prophetam non vna aut altera tantum nocte hoc facientem, sed per singulas noctes. Lauabo (inquit) per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Hunc autem locum de oratione nocturna esse intelligendum beatus Hilarius docet, exponens locum illum Psalmi: Memor fui nocte nominis tui Domine. Sic enim ait: Scit praecipue nocturno tempore diuini esse a nobis nominis recordandum. Scit tum maxime custodiam Dei legis a nobis esse retinendam, cum subrepunt animo impurae cupiditates: cum stimuli vitiorum per recens assumptum cibum corpus exagitant. Tum Dei nomen recordandum: tum custodienda eius lex est, pudicitiam, continentiam, timorem Dei statuens. Nouit hoc praecipue tempore Dominum esse orandum, deprecandum, promerendum, dicens alio loco: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Non est periculo nocturnarum vigiliarum ocio animus relaxandus, sed in omnibus deprecationibus, in confessionibus, peccatorum occupandus est: ut cum maxime corporeis, vitijs datur opportunitas, tum praecipue eadem vitia diuinae legis recordatione frangantur. Haec Hilarius. Ex cuius verbis constat Dauid prophetam non vna aut altera tantum nocte (vt impius Vvicleph dicit) Deum laudasse, sed singulis noctibus hoc fecisse. Et vt nos etiam idem faciamus, alibi hortatur dicens: In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite Domino. Et in Actibus Apostolorum dicitur quod Paulus & Silas media nocte adorantes laudabant Deum, & audiebant eos qui in custodia erant. Subito vero terramotus factus est magnus, ita vt mouerentur fundamenta carceris. Et statim aperta sunt omnia ostia, & vniuersorum vincula soluta sunt. Quid dicent hic Vvaldenses, vanum esse putantes media nocte surgere ad orationem, cum tam aperta miracula Deus operatus sit ad Pauli & Silae orationem nocturnam: Non est ergo vanum (vt illi existimant) surgere ante lucem. Nec promisit Deus coronam profundè stertentibus, sed vigilantibus. Beatus (inquit) seruus ille quem cum venerit Dominus eius inuenerit vigilantem. Ecce iam vides horas olim a Iudaeis

A Iudaeis obseruatas vt in illis Deum orarent, videlicet media nocte, hora tertia, sexta, & nona. Verum Ecclesia, quod iustitia Christianorum plus abundaret quam pharisaeorum & scribarum, vltra illas horas alias elegit, scilicet mane horam primam, & vespere, & coeleptorium, cum iam videlicet prima noctis vigilia incipit. Vnde B. Cyprianus in expositione orationis Dominice, postquam enumerauit horas olim a Iudaeis orationi destinatas, sic ait: Sed nobis fratres dilectissimi praeter horas antiquitus obseruatas orandi, nunc & spatia & sacramenta creuerunt. Nam & mane orandum est, vt resurrectio Domini in matutina oratione celebretur: quod olim Spiritus sanctus designauit in Psalmis, dicens: Quoniam ad te orabo Domine, mane exaudies vocem meam. Mane astabo tibi, & contemplantor te. Et iterum per prophetam loquitur, dicens: Diluculo vigilabunt ad me; dicentes: Eamus & reuertamur ad Dominum Deum nostrum. Recedente item sole, ac die cessante necessario rursus orandum est. Nam quia sol Christus verus est, & dies verus, sole ac die seculi recedente quando oramus & petimus vt super nos veniat denuo lux, Christi precamur aduentum, lucis aeternae gratiam praebiturum. Haec Cyprianus. Omitto de hac re plura hominum sanctorum testimonia, quoniam scripturae sunt aperta. Si quis tamen ea videre desiderat, legat Thomam Vvalden, libro de sacramentalibus, titulo tertio, quo loco copiose de hac re differit. Accedit ad haec vniuersalis Ecclesiae consuetudo, quae has horas orandi statas, ante multas annorum centurias in templis maioribus & monasterijs obseruauit. Et ne forte calumnientur quod consuetudo haec fuerit ex sola Ecclesiae permissione, audiant Ecclesiae definitionem hoc facere praecipientem. Concilium namque Agathense tricesimo capite suorum decretorum modum docet quo in aliquibus horis orandum sit. Sic enim ait: Et quia conuenit ordinem Ecclesiae ab omnibus aequaliter custodiri, studendum est vt vbique (sicut fit) & post antiphonas collectiones per ordinem ab episcopis vel presbyteris dici, & hymnos matutinos, vel vespertinos decantari diebus omnibus, & in conclusionem matutinarum, vel vespertinarum missarum post hymnos capitella de Psalmis dici, & plebem collecta oratione ad vespere ab episcopo cum benedictione dimitti. Haec Concilium Agathense. In quibus verbis non solum designat horas certas orandi, sed modum quo tunc orandum est. Desinant ergo haeretici reprehendere tot Ecclesiasticos viros, imò totam Ecclesiam stas horis Deum laudantem. Nam Deus easdem horas mysterijs consecrauit. Media siquidem nocte nascitur ex virgine matre. Hora prima mane surrexit ex sepulchro rediuiuus. Tertia hora Spiritus sanctus venit super Apostolos & alios discipulos. Hora sexta crucifigitur. Hora nona mortuus est. Vespere cum discipulis coenat, illosque suo sacratissimo corpore reficit. Coeleptorii tempore, quod prima est noctis vigilia, in montem secessit solus orare, vt pararetur tentationi quae illa nocte erat superuentura. Septies ergo in die (iuxta prophetam) nos laudem Deo dicamus, vt huiusmodi buccinis diuinarum laudum, diaboli & mundi machinae corruant, quemadmodum olim septem tubis clangentibus sacerdotibus muri Hiericho corruerunt.

FINIS LIBRI SEPTIMI.

F. ALFONSI DE CA-

STRO, Z AMOREN. MINO-

RITAE, ADVERSVS HAER-

reses, Liber VIII.

IDOLOLATRIA.

Non potui non mirari, cum reperi fuisse aliquos ex his qui Christo nomina dederunt, idolorum cultores, quoniam omnis qui CHRISTI doctrinam, vel summis labijs gustauerit, facillime potest apprehendere nihil esse magis Deo iniuriosum, quam si aliquid praeter ipsum Deum summè colatur. Verùm etsi apertissimè lex Dei idololatriam abominetur, non desuere tamen ex his qui se Christianos iactarunt, qui aliud praeter Deum coluerint, & colendum esse docuerint. Fuerunt quidam (vt Augustinus libro de haeresibus, capite. 17. ait) qui serpentem coluerunt, & velut Deum venerabantur. Serpentem nanque illum qui decepit Adam & Euam, dixerunt esse Christum. Et hac de causa serpentem quendam viuum nutriebant & venerabantur, qui ad sacerdotis incantationem egrediebatur de spelunca, & ascendebat super altare quod erat supra speluncam, & lambebat oblationes quas illi sacrificabant, quo peracto egrediebatur ad speluncam. Huius autem serpentis cultum habuisse ortum à Nicolaitis, vel Gnosticis, Augustinus refert ex sententia aliorum. Hi serpentis cultores dicti sunt Ophitæ Græco vocabulo, quoniam ὄφις Græcè, Latine serpens dicitur, inde ὀφίτες dicti sunt, quod Latine valet tantum ac si diceret serpentina: qui merito sic appellati sunt à serpente quem colebant. Alij fuerunt Caiiani, qui Cain venerabantur, dicentes eum ex altera virtute, videlicet diaboli, fuisse factum, & ex altera Abel, & virtutem maiorem quæ erat in ipso Cain, inualuisse vt suum interficeret fratrem. Hæc ex Philastro, quoniam August. libro de haeresibus, capite. 18. non ita clarè hunc istorum errorem prodit. Alios autem errores istis impingit ibi Augustinus, quorum Philaster non meminit. Verùm de illis alibi nos differemus. Fuerunt rursus alij dicti Sethiani, eò quòd Seth filium Adæ fabulosa quadam vanitate venerabantur, dicentes eum de superna matre natum, quam asserunt conuenisse cum superno patre, vnde diuinum aliud semen nasceretur tanquam filiorum Dei. Philaster dicit quosdam ex istis purasse ipsum Seth fuisse Christum. Sed Augustinus, cap. 19. lib. de haeresibus de istis loquens, nihil tale illis tribuit. Tertullianus autem in suo libello de haeresibus, hos hæreticos appellat Sethoitas, & non Sethianos quemadmodum Philaster & Augustinus: & cum de illis disserit, nihil tale illis impingit vt crediderint Seth fuisse Christum. Alij fuerunt qui angelos adorabant, & idèd Angelici fuerunt dicti. Hos Augustinus enumerat inter hæreticos tricesimo nono loco.

Hæ omnes sectæ tam antiquatæ & ex memoria hominum abolitæ sunt, vt lateat nos qui fuerint illarum inuentores, & quo tempore cœperint.

Apud Augustinum nullum alium errorem qui ad idololatriam pertineat, reperio. Philaster autem plures alias idololatrias recenset. Quosdam enim dicit adorare solem, quos vocat Heliognostos: alios rursus adorare mures, & hos vocat Musoritas: aliasq; plures enumerat idololatrias, quas omitto, quoniã ille sic illas narrat, vt dicat illas fuisse olim apud Iudæos ante CHRISTI aduentum. Ego autem solas illas recensere decreui quæ post Christi Passionem inter Christianos exortæ sunt. Quapropter miror quare Augustinus il-

Ophitæ.

Caiiani.

Sethiani.

Angelici.

Heliognostos.

- A** las tres præfatas hæreses, videlicet Ophitas, Caianos, & Sethianos, suo operi inseruerit, eum statuerit se illas solas hæreses enarraturum, quæ post Christi in cœlos ascensionem fuerunt exortæ. Philaster tamen illas easdem tres hæreses præfatas illis annumerat quæ ante Christi aduentum fuerunt. Nam de hæresibus Iudæorum primò differens, ab Ophitis suum auspicatur librum. Contra has hæreses non est operosum disputare, præcipuè cum illarum auctores se Christianos iactauerint, quapropter sacras scripturas oportebit eos recipere, in quibus apertissima sunt testimonia ad idololatriam reiiciendam. Nam illud est manifestum quod Dominus aduersus dæmonem hæreticorum parentem citauit: Dominum (inquit) Deum tuum adorabis, & illi soli seruias. Et in Deuteronomio: Cum reperi fuèrint apud te intra vnam portarum tuarum quas Dominus Deus tuus dabit tibi, vir aut mulier qui faciant malum in conspectu Domini Dei tui, & transgrediantur pactum illius, vt vadant & seruiant dijs alienis, & adorent eos, solem & lunam, & omnem militiam cœli, quæ non præcepi, & hoc tibi fuerit nunciatum, audiensq; inquiseris diligenter, & verum esse repereris, & abominatio facta est in Israël, educes virum ac mulierem qui rem sceleratissimam perpetrarunt, ad portas ciuitatis tuæ, & lapidibus obruentur. Et Esaias propheta recensens causas multas propter quas populus Israël derelictus fuit à Deo, præcipuam causam ait fuisse idololatriam. Sic enim ait: Protecisti enim populum tuum domum Iacob, quia repleti sunt, vt olim, & augures habuerunt vt Philistim. Et parum infra. Et repleta est terra eius idolis. Opus manuum suarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum. Et incurruunt se homo, & humiliatus est vir. Ne ergo dimittas eis. Et alia plurima ibi sequuntur ad idololatriam repellendam. Præterea multa hominum milia ex filijs Israël morte punita sunt eò quòd adorauerant vitulum aureum.
- B** Tres pueri, quia noluerunt adorare statuam, à Domino præmiantur. Nam in fornacem ex Regis imperio missi, ab angelo Dei custodiuntur, ne flamma noceret illis. Ioannes etiam cum cecidisset ante pedes angeli qui illi visionem ostēderat, & voluisset illum adorare, prohibuit illum angelus ne illud faceret, dicens: Vide ne feceris. Conferuus enim tuus sum, & fratrum tuorum prophetarum, & eorum qui seruant verba prophetiæ libri huius, Deum adora. In re tã aperta piget plura citare testimonia, quoniã si quis ea desideret, sacra scriptura plena est illis.

Exod. 6.
Deut. 17.

Esai. 2.

Exod. 32.

Dan. 3.

Apoc. 12.

I E I V N I V M.

Prima hæresis est, quæ ait ieiunium nullius esse meriti apud Deum. Iovinianus siquidem, & qui illius errorem instaurarunt, Vvaldenses, Vviclephitæ, Lutherani, non solum ciborum delectum damnant, sed vltra addunt, dicentes in ieiunio nullum esse meritum, adferentes in sui erroris confirmationem illud Pauli malè ab illis intellectum: Corporalis exercitatio ad modicum utilis est. Et certè miror quòd homo qui se Christianum iactat, & scripturas sacras recipit, dicat in ieiunio nihil esse meriti, quia hoc docere non possunt nisi voluptatum amatores, qui docent illa quæ propria libido dicitur. Si enim virtutes amandæ sunt, & illarum veri amatores meritum habent, habebit necessariò meritum aliquod ieiunium, cum virtus sit, & pars temperantiæ. Nam cum gula sit vitium quod in nimio cibo, aut potu committitur, fieri nequit vt ieiunium, quo cibo & potui parcimus, virtus non sit. Et si ieiunium est actus studiosus propter Deum factus, qui fit vt illi non reddatur sicut & cuilibet bono operi merces aliqua? Præterea ieiunium non solum est virtus, sed adiuvat plures alias virtutes, & viam parat apertissimam ad

Iovinianus
Vvaldenses
Vviclephitæ
Lutherani.

1. Tim. 4.

illās, quapropter oportet vt præmium illi respondeat, quemadmodum alijs virtutibus quibus consentit. Cum enim Paulus dicat eos qui malè agentibus consentiunt, dignos esse pœna, cur non etiā digni erunt præmio qui bene agentibus consentiunt? Nunquid Deus erit largior in punitione quàm in præmio? Absit. Oportet ergo vt ieiunium donetur præmio, quemadmodum donatur virtus cui viam aperit. Parat nanque ieiunium viam castitati, quæ maxime virtus est. Nam si gula iuuat luxuriam, oportet vt ieiunium adiuet castitatem, quoniam oppositarum causarum oppositi sunt effectus. Quid peccare fecit, Sodomam, nisi saturitas panis? Venter mero æstuans facile despumat in libidinem. Si ergo panem subtraxeris & vinum, peccato viam præcludis, quoniam (vt ait quidam) sine Cerere & Baccho friget Venus. Ieiunium etiā orationem adiuvat, cuius rei signum est, quod Dominus cum docere voluisset modum quo orare debemus patrem cœlestem, prius de ieiunio & de elemosyna differuit, & continuo orationem docet. Ieiunium & elemosynam vno tractu orationi coniunxit, vt per hoc innueret ieiunium & elemosynā duas esse alas quarum adiutorio se in altum tollit oratio. Cum enim manducasset & bibisset populus, surrexit non orare sed ludere, non adorare Deū, sed adorare vitulū aureum. Moyses in monte ieiunio quadraginta dierum legem suscipit, sed cū populus satiatus fecisset vitulum quē adoraret, frangit Moyses tabulas in quibus lex erat scripta: & meritō, quoniam stomachus plenus non est aptus ad suscipienda diuina mandata, nec ad illa intelligenda. Tres pueri intra fornacem mitruntur, cuius incendium adeo erat magnum, vt vltra quadraginta cubitos flamma extenderetur: ieiunium tamen ingredientes, illi egressi sunt de fornace. Daniël vir desideriorum, cum per tres hebdomadas ieiunasset, leones in quorum lacum missus est, ieiunare fecit, quoniam cum illi ieiunium essent, vt audiuisset illum deuoarent, nec tamen illi nocuerunt. Deinde post ieiunium triū hebdomadarum idē Daniël vidit visionem, in qua sibi dictū est ab angelo: Ex die primo quo posuisti cor tuū ad intelligendum vt te affligeres in cōspectu Dei tui, exaudita sunt verba tua, & ego veni propter sermones tuos. Quomodo ergo nō habet meritū ieiunium, quod meretur exauditionē? Helias ieiunium orat, & ad eius orationē tribus annis & sex mēsisibus ros pluuia nō cecidit super terrā. Rursus ieiunium iterū orat, & pluuia à Deo impetrat. Ieiunium ad montē Dei peruenit, in quo diuinā habuit præsentia, quamuis Deū non vidit, quoniā velut indignū se reputans vultū pallio operuit cū Dominus transiret. Ieiunium ergo legē accepit, voracitas legē perdidit. Ieiunium ab incendio liberat, fomentis ciborū libidinis ignes crescunt. Ieiunium mentē ad orationē parat, crapula intellectū obtulū reddit. Ad nouū testamentū accedamus, vnde possumus habere testimonia multo adhuc clariora. Anna prophetisā filia Phanuelis laudatur apud Lucam quod non discedebat de templo, ieiunijs & obsecrationibus feruens die ac nocte. Quod si ieiunium res est nullius momenti (vt hæretici docent) quare de illo laudatur? Præterea, cū Dominus eiecisset spiritum immundum ex corpore cuiusdā pueri, quæsierunt ab eo discipuli eius: Domine quare nos nō potuimus eicere? Quibus ille respondit: Hoc genus dæmoniorū non eicitur nisi in oratione & ieiunio. Qui sit ergo vt res nullius momenti sit, quæ tam potens est, vt dæmones eicere valeat? Rursus, ipsemet veritatis magister modum docēs iuxta quem ieiunare debeamus, ait: Tu autem cū ieiunas, vnge caput tuum, & faciē tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. Ecce iam vides apertissimum meritum ieiunij. Nam pro ieiunio reddet nobis pater. Nunquam autem redditur præmium nisi pro merito. Si ergo pater reddet pro ieiunio, oportet fateri in ieiunio esse aliquā meriti rationem. Apertissima sunt hæc testimonia: quapropter non est opus plura citare. Superest tamen vt hæretico-

A hæreticorum obiectionibus respondeamus. Primò nobis obijciunt illud Pauli in prima ad Timoth. epistola. Corporalis exercitatio ad modicum utilis est, pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ quæ nunc est, & futuræ. Cui obiectioni respondemus illum Pauli locum minimè aduersari nostræ sententiæ, duplici de causa. Vna, quia ieiunium non propriè dicitur corporalis exercitatio, neq; de illo ibi loquitur Paulus. Vnde Theophylactus exponens illum Pauli locum, sic ait: Nonnulli corporis exercitationem ieiunium dicunt, quod tamen secus se habet, siquidem spiritualis sit. Nam etsi corpus per inedia maceratur, spiritus tamen est vigilantior. Sed corporalis exercitatio corporis est agitatio quædam: quæ cum laboris habeat plurimum, parum tamen & ad breue corpori sit profutura. Hæc Theophylactus. Ecce patet qualiter ieiunium non est exercitatio corporalis, sed spiritualis, quia spiritui confert. Sed esto ieiunium sit exercitatio corporalis, altera erit adhuc causa quare locus ille nostræ sententiæ nō repugnabit. In illo siquidē loco Paulus non absolute negat corporalem exercitationem esse vtilem, sed illam dicit esse ad modicum vtilem si non habet pietatem sibi coniunctam. Et quod hic sit illorum verborum sensus, conuincitur ex præcedentibus. Nam antea præmiserat dicens Timotheo vt exereret seipsum ad pietatem, & continuo subdidit, Corporalis exercitatio ad modicum utilis est, pietas autē ad omnia utilis est. Quasi diceret, non sic fidas carnis macerationi, vt hanc solam sine pietate suscipere putes, quoniam sine pietate ad modicum utilis est, idē exerce te ipsum ad pietatem, quæ multo præstantior est quàm carnis maceratio. Et ad hunc modum interpretatur Ambrosius dicens: Exercitium autem corporale ad modicum vtile dicit. Ieiunare enim & abstinere à cibis manente autoritate creatoris non multum prodest, nisi addatur huic pietas, cuius opera multorum precibus adiuuatur ad Dominum promerendum. Et parum infra: Corporis autem exercitium nihil aliud quàm carnis frena sunt. Si quis ergo, quia misericordia magna res est, lubricum tamen carnis patiat, huiusmodi quid fiet? sine dubio vapulabit, quia illud oportuit fieri, & hoc minimè prætermitti. Hæc Ambrosius. Secundò nobis obijciunt illud Domini verbum per Esaiam propheta populo Israëlitico dictum: Nunquid tale est ieiunium quod elegi, per diem assilgere hominem animam suam? Et paucis interiectis subiungit: Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi? Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes, dimitte eos qui cōtracti sunt liberos, & omne onus dissumpe. Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domū tuam. Cū videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur. Quibus verbis Deus apertissimè comprobatur ieiunium & abstinentiam à peccatis, cui adiungitur bonorum operum exercitium, præcipuè pietatis erga pauperes & egenos. Hanc autem obiectionem eodem modo rejicimus, quo præcedentem. Fatemur certè solum ieiunium, si cætera non adsunt, nullius esse momenti. Ieiunium enim sine pietate & reliquis bonis operibus, parum aut nihil valet. At non inde sequitur vt ieiunium cum pietate, & reliquis operibus, nullius sit momenti, imò cum cætera adsunt, multum precium habet. Bona est enim oratio cum ieiunio & elemosyna. Dominus ergo per illa verba propheta solum damnat ieiunium quod perperam sit, & cui multa alia scelera adiunguntur. Hoc autem manifestum euadit ex his quæ antea dixerat. Ecce (inquit) in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. Nolite ieiunare sicut vsque ad hanc diem, vt audiatur in excessu clamor vester. Non dixit absolute, nolite ieiunare, sed addidit, sicut vsque ad hanc diem. Quid est dicere sicut vsque ad hanc diem? Hoc est, vt non percutiant pugno, vt non ad lites &

contentiones ieiuent, vt non exequantur voluntates suas sicut antea. Aliud autem ieiunium quod ex charitate fit, vt caro subijciatur spiritui, nec tamen ideò deseruntur pauperes, tale, inquam, ieiunium laudatur à Deo, & præmiū dicit illi esse à patre statutum. Alioqui si per hoc quòd ieiunium perperam factum reprehenditur, colligere vis vt etiamsi bene fiat, nihil profus valeat: ad hunc modum oportebit dicere sabbati celebritatem in veteri lege nullius fuisse momenti, quoniam eos qui sabbata colebant non prout Deus volebat, per eundem prophetam Dominus reprehendit dicens: Calendas vestras & solennitates vestras odiuit anima mea. Facta sunt mihi molesta. Et de sacrificantibus & offerentibus incensum in peccato dicit: Ne offeratis sacrificium frustra, incensum abominatio est mihi. Et de his omnibus dicit: Laboraui sustinens. Et cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis: & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Manus enim vestrae sanguine pleæ sunt. Lauamini, mundi estote: auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Abeant ergo, & ex his verbis condemnent etiam sabbati sanctificationem, & oblationem incensi, & omne sacrificium: & dicant solum sufficere vt auferamus malum cogitationum nostrarum. Absit autem vt quis tantum desipiat, vt hæc damnare audeat. Ibi enim Dominus damnat eos qui non prout decebat, aut sacrificabant, aut sabbatum lætitia quadam prophana colebant, & hæc omnia in peccato mortali faciebant, fati sibi esse putantes si illa exteriora fecissent. Sabbati autem veram sanctificationem Dominus præcipit: tantum abest vt damnet. Ad hunc modum postea locutus est de ieiunio, vt ieiunium, quod sine pietate & cum peccato mortali fit, damnauerit, reliquū autem intactum reliquerit.

Denique istorum hæreticorum sententia plurimis Conciliorum definitionibus aperte damnata est. Concilium Gangrense, capite. 19. suorum decretorum sic ait: Si quis eorum qui proposito sunt continentiae, præter necessitatem corporalem superbiat, & ieiunia communia totius Ecclesiae putauerit contemnenda, perfectam in sua scientia vindicans rationem, anathema sit. Hæc Concilium Gangrense. Anathema ergo Iouiniano, Luthero, cæterisque quibuscunque huius hæresis patronis: quoniam hi omnes ieiunia contemnunt, quum dicant illa nullius profus esse apud Deum meriti. Concilium Telense in quo non solum ista, sed aliæ Iouiniani hæreses damnatae sunt, postquam de castitate definierat, tandem de ieiunio loquens, hæc ait: Merito ab illis viduitas despicitur, quæ solet obseruare ieiunia, quibus se dolent isti aliquo tempore esse maceratos, & propriam vlciscuntur iniuriam, quotidianis quoque conuiujs vsuque luxuriæ, laborem abstinentiæ propulsare desiderat. Qui nihil restitius faciunt, quàm quòd ipsi se suo ore condemnent. Et post aliqua Pauli testimonia ibidem adducta, tandem subdit Concilium: Si parum est quod Apostolus dixit, audiant prophetam dicentem: Et operui in ieiunio animam meam. Ergo qui non ieiunat, inectus & nudus est, patet vulnere. Hæc Concilium.

Contra hunc errorem scripsit beatus Hieronymus in secundo libro contra Iouinianum, quo loco multas ieiunij laudes textit. Beatus Ambrosius elegantem librum fecit qui inscribitur de Helia & ieiunio, in quo mirum in modum extollit ieiunium. Iodocus Clichthoneus hoc nostro seculo largissime de hac re scripsit in illo opere quod dicitur Propugnaculum Ecclesiae contra Lutheranos.

Secunda hæresis docet ieiunia non debere institui pro certò aliquo & statò tempore, sed quòd quilibet ieiunet cum voluerit. Hanc hæresim primus (quod sciam) docuit Aërius: nisi fortè hæc sit hæresis cuiusdam Eustathij, qui in Concilio Gangrensi damnatur, eò quòd ieiunia Ecclesiastica contem-

contemnebat. Hæc autem hæresis non est eadem illa quam docuit Iouinianus, quoniam de Aërio Augustinus differens libro de hæresibus, capite. 53. nõ dicit illum contempsisse in vniuersum ieiunia, sed hoc solum illi tribuit, quòd dixerit statuta solemniter ieiunia non esse obseruanda, sed ieiunandum esse cum quisque voluerit, ne sub lege esse videretur. Itaque Aërius ieiunio non detrahit, sed solum detrahit ieiunij legibus, nullo pacto admittens Ecclesiam posse ad ieiunium obligare: quia etsi ieiunium sit salubre, & proficuum animæ, non vult tamen vt ad illud aliquis arctetur, sed potius liberum cuique esse vult ieiunare cum voluerit. Hæc dixi quia video aliquos de ieiunio disputantes, qui in eodem errore collocant Aërium cum Iouiniano, cum tamen latum sit inter illos discrimen. De hoc etiam errore suspectum se multis præbuit Erasimus Roterodamus, à qua suspitione nunquam (quod sciam) se bene purgavit. Nam in paraphrasi secundi capitis Marci, hæc ait: Tristia sunt ieiunia quæ præscribit lex: & ob hoc ingrata Deo, qui diligit hilarum datorè. Hæc Erasimus. Quæ quidem Erasmi verba à Parisiensibus Theologis communi omnium censura sunt damnata. Horum tamen censuræ respondit Erasmus, præfatorum verborum declarationem præbens. Sed illius declaratio talis fuit, vt maiorem reliquerit hæreseos suspitionem. Verba illius referam, quòd clarius eius mens possit agnosci. In responsione siquidem ad Parisienses hæc verba habet: Porro qui metu ieiunat, non ieiunaturus nisi lex cogeret, huius ieiunium hætenus certè triste est, & ingratum Deo, quòd caret alacritate spiritus, qua præcipuè delectatur Deus. Neminem igitur reuoco ab obedientia superiorum, sed ostendo quid Deo sit gratius. Neque enim ideò infirmi liberi sunt à constitutionibus, quòd Deus cum alacritate ac sponte ieiunantes præfert ijs qui legis impulsu ieiunant potius quàm ex animo. Hæc Erasmus. In quibus verbis satis aperte docet, melius esse ieiunare ex arbitrio proprio, quàm lege coactum. Ob quam causam ille optat vt huiusmodi ieiuniorum præcepta Ecclesia tolleret. Non quòd ille credat Ecclesiam non posse tales leges statuere, aut sic statutas esse temere violandas: sed quia censet melioris esse conditionis apud Deum sponte ieiunantem, quàm qui lege ad id faciendum cogitur. Et credit plures fore qui sponte ieiunarent à carnibus, quàm nunc faciunt coacti lege. Nam in responsione ad primam censuram Parisiensium de ieiunio, & delectu ciborum, hæc verba ait: Arbitror autem puriorem fuisse Christianismum temporibus Apostolorum ac martyrum quàm nunc est, quando sic refrixit hominum charitas. At illis temporibus quum nullum esset præscriptum de ciborum discrimine, plures vltro abstinebant à carnibus, quàm nunc faciunt coacti lege. Hæc Erasmus in præfato loco. Et in libello de ciborum delectu, supputatione. 23. hæc ait: Si quis adeò firmus sit, vt perpetua sobrietate sibi temperet, huic non admodum opus sit indicis ieiunij: nisi pro tempore huiusmodi victima placanda sit ira Dei. Sed ob rudes, iniques, & crassos, certi dies præscribuntur. Sit hoc sanè tolerabile. Præscribitur vnica refectio: præscribitur & cibi genus. Nec hoc satis. Intentatur æterna damnatio consuetudinis humanæ violatori. Hæc Erasmus. Ex quibus verbis luce clarius constat quòd malè habet Erasmus, esse aliquos ieiuniorum dies præscriptos: sed hoc malum tolerabile censet: verum illud intolerabile putat, quòd ieiunia præcipiantur sub interminatione gehennæ: & hoc durius existimat, quòd in huiusmodi ieiunij certa aliqua ciborum genera prohibentur. Erasmus ergo (vt ex his quæ diximus liquido constat) idem cum Aërio sentire videtur. Ipsorum tamen error (vt proximè diximus) alius est ab errore Iouiniani. Verum etsi alius sit hic error ab illo, non est opus nouas aduersus illum excogitare machinas: quoniam (vt superius ostendimus, cum de Ecclesiae potestate ageremus) Ecclesia potest statuere leges, potissimū

eas quae ad obseruantiam diuinorum mandatorum conducibiles esse videntur, quibus legibus omnes Christiani subesse tenentur. At cum ieiunium esse utile nos aduersus Iouinianum & eius asseclas nunc proximè ostēderimus, & Aërius ipse (vt existimo) non neget, conuincimus inde vt Ecclesia possit statuere ieiunia, quae cum ab illa fuerint statuta, ab omnibus Christianis obseruanda erunt, ita vt nullus ea contemnere impunè possit. Et certè hic error magis impetit Ecclesiae potestatem, quam ieiunij virtutem. Quapropter cum constiterit de Ecclesiae potestate, vt illa possit statuere quod conducere videbitur, actum erit de hoc errore, praecipuè cum aliqua sint ieiunia ab Apostolis instituta, aut fortè à Christo communi omnium magistro. Nam de quadragesima dicitur à plurimis non in finæ fortis, sed maximæ autoritatis viris eisque non recentibus, sed vetustissimis autoribus, quadragesimæ ieiunium fuisse à CHRISTO institutum, ita vt obligatio ad illam, non tantum ex præcepto humano pendeat, sed diuino. Vnde Maximus episcopus ait: Sacrarum literarum exempla protulimus, quibus approbaremus hunc quadragenarium numerum non esse ab hominibus constitutum, sed diuinitus consecratum, nec terrena cogitatione initiatum, sed coelesti maiestate præceptum. Et paucis interiectis, de præceptis eiusdem ieiunij quadragesimalis ait: Hæc autem non tam sacerdotum præcepta, quam Dei sunt. Atque idè qui ea spernit, non sacerdotem spernit, sed Christum, qui in suo loquitur sacerdote. Hæc ille. Theophilus Alexandrinus ait: Habemus quadragesimam ab Apostolis institutam & ordinatam. Et Ignatius martyr in quadam epist. ad Philip. quæ est. 4. in ordine, ita ait: Dies festos nolite inhonorare, quadragesimam verò nolite pro nihilo habere. Imitationem enim continet Dei conuersationis. Hebdomadâ etiam passionis nolite despiciere. Hæc Ignatius. Ex quibus testimonijs etsi fortè non satis constet eam fuisse à Christo institutâ sub præcepto, constat tamen ad Christi exemplum fuisse ab Apostolis obseruatâ, & sub præcepto Christianis iniunctam, post quorû decessum Ecclesia in plurimis concilijs statuit eam strictè debere obseruari. Nam Concilium Braccarense primum, cap. 16. suorum decretorum sic definit: Si quis quinta feria paschali quæ vocatur cœna Domini, hora legitima post nonam ieiunus in Ecclesijs missas non tenet, sed secundâ festam Priscilliani festiuitatem ipsius ab hora tertia per missas defunctorum soluto ieiunio colit, anathema sit. Et in collectorio Græcarum synodorum per Martinû Braccarensem episcopum facta, cap. 50. ita dicitur. Non liceat quinta feria nouissima hebdomadæ ieiunium soluere, & omnem exhonorare quadragesimâ, sed syncerè abstinentes totam quadragesimam peragere. Et Concilium Tolentanum. 8. cap. 8. apertius & strictius hoc præcipit, vt videlicet tota quadragesima ieiunetur, & abstinetur à carnibus. Thelephorus papa & martyr qui septimus à B. Petro Apost. pontificatum tenuit, decretum etiâ adidit de abstinentia carniû in quadragesima, ante quem etsi quadragesima ieiunaretur, vt constat ex dicto Ignatij martyris nunc proximè citato, mihi tamè non constat, an tunc ante Thelephorum tale ieiunium celebraretur in abstinentia carniû, an per solam ciborum parsimoniam, vt videlicet cum carnibus ieiunarent, semel in die & minus quam alijs comedentes: de qua re cum mihi non constet, nihil definio. Hoc tamen certum est ex Philonis testimonio per Eusebium libro. 2. histor. Ecclesiast. citato, tempore Apostolorum fuisse abstinentiam carniû. Denique Concilium Gangrense, cap. 19. de omnibus ieiunijs ab Ecclesia statutis ita definit: Si quis eorum qui proposito sunt continentia, præter necessitatem corporalem superbiat, & ieiunia communia totius Ecclesiae putauerit contemnenda, perfectam in sua scientia vindicans rationem, anathema sit. Plura alia potuissim huc citare Conciliorum decreta, sed hæc sufficiant. Cæterum quod Erasmus ait melius esse ieiunare sponte, quam ex legis præcepto, conuincitur

A uincitur esse falsum per illud quod in primo Regum libro dicitur: Melior est obedientia quam victima. Melior ergo quam ieiunium. Et meritò obedientia præfertur ieiunio, quoniam ieiunium ad temperantiam pertinet: obedientia verò pertinet ad iustitiam, quæ reddit unicuique quod suum est. Per obedientiam siquidem superiori præstamus quod debemus. Qui sponte ieiunat, solû ieiunij meritum habet: qui verò legis impulsu ieiunat, & idè ieiunat vt legi obediat, hic vltra ieiunij rationem habet etiam meritum obedientiæ. Melior ergo est conditio illius qui præcepto obediens ieiunat, quam qui sponte sua ieiunat: quoniam hic vnicum tantum, videlicet ieiunij, meritum habet: ille verò duplex, Ieiunij & obedientiæ meritum. Ad hanc rem etiam agunt ea quæ inferius in titulo de voto dicemus. Nam eo loco (Deo duce) probabimus meliora esse quæ ex voti obligatione fiunt, quam quæ sponte. Ex quibus etiâ colligitur vt meliora sint opera quæ ex obligatione præcepti fiunt, quam quæ ex proprio arbitrio. Deinde, manifestè errat, & satis ineptè loquitur, quum dicit omnem illum ieiunare ex metu, qui alias non esset ieiunaturus, si lex non præcepisset. Nam qui aliquid agit, quod non esset facturus nisi lex præciperet, ex obedientia agit, & ex illa non necessariò sequitur metus pœna, de quo (vt constat) Erasmus tunc loquebatur, quia ille est qui semper habet sibi coniunctam tristitiam, & non filialis. Quod autem non omnis qui facit quod non esset facturus nisi lex præciperet, faciat metu seruili, inde conuincitur quod alias oporteret fateri omnem talem peccare, & esse eiusdem legis transgressorem. Quoniam (vt Augustinus ait) qui ex timore facit præceptum, aliter quam debeat facit, & idè iam non facit. Dicere autem omnem illum peccare qui facit quod nõ esset facturus nisi lex præciperet, manifestus est error. Quia si omnis talis peccat, oportebit eo ipso fateri omnem legillatorem peccare quando aliquid præter legem diuinam præcipit, quia tunc lege sua cogit omnes vt faciant quod alias non essent facturi. Nunquam igitur, iuxta Erasmi doctrinam, liceret homini legem aliquam statuere, nisi de sola illa re, quam omnes seclusa lege essent facturi, ne lege sua aliquem legillator cogat ad peccandum cogendo videlicet eum ad faciendum aliquid, quod illa lege seclusa, non esset facturus. Absit tamen vt vir Christianus hoc fateatur. Non enim necessario consequitur, prout Erasmus putat, vt quisquis ex legis præcepto facit, quod alias non esset facturus, eo ipso moestus & tristis faciat. Nam qui obedientiæ virtutem acquisiuit, & ex illius inclinatione & impulsu facit id quod lege præceptum est, etiam si lege seclusa id non esset facturus, non minori, immò saepe cum maiori animi alacritate id facit, quam si lege seclusa ex solo suo arbitrio fecisset. Nam habitus (vt Aristoteles docet) non solum præbet facilitatem operanti, sed etiam delectationem. Præterea, & si daremus gratis Erasmo omnem illum moestum & tristem esse, qui ex impulsu legis facit id quod alias nõ erat facturus, non tamen inde necessariò sequitur, vt opus illud ex obedientia legis factum, sit semper Deo ingratum. Quoniam non tantum Deus exigit in datore hilaritatem, vt nullam prorsus habeat tristitiam, sed illa animi alacritas satis est Deo, quæ superat & vincit tristitiam in oppositum renitentem. Tristitia siquidem quam Christus habuit in passione sua, non impediuit, vel tantillum quin passio illa fuisset Deo patri gratissima. Falsum est igitur quod Erasmus per hæc verba dixit: Porro qui metu ieiunat, non ieiunaturus, nisi lex cogeret, huius ieiunium hætenus certè triste est, & ingratum Deo, quod caret alacritate spiritus, qua præcipuè delectatur Deus. Ex quibus verbis apertissimè constat Erasmum falsò putasse tristitiam non posse simul esse cum alacritate spiritus, qua delectatur Deus. Sed videamus quid pro se adfert Erasmus. Deus (inquit ille in responsione ad Parisienses) Pharisæica ieiunia damnat apud Esaiam, & Christus illa etiam detestatur, quæ nullo pacto sunt æquanda

F. ALFONSI DE CASTRO MINORITAE

æquanda cum spontaneis ieiunijs, quæ Apostoli hausto cœlesti spiritu citra præceptum vllum erant ieiunaturi. Fateor quidem quòd Deus Pharisæica ieiunea per Esaiam damnauerit, sed non ob eam causam quòd præscriptis diebus ieiunabant, aut præcepto legis: sed quia tantum ieiunio fidebant, vt reliquis omnibus virtutibus & bonis operibus posthabitis, solo ieiunio se Deo fatissacere crederent. Vt autem hæc clariora sint, Esaiæ verba referre oportet: Ecce (inquit ille) in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percusis pugno impiè. Nolite ieiunare sicut vsque ad hanc diem, vt audiat in excelso clamor vester. Hæc apud Esaiam Dominus. In quibus verbis constat nullam esse de præcepto ieiunij factam mentionem: nec ieiunium Pharisæorum ob hoc esse culpatum, quòd lege cogente, & non ex arbitrio ieiunauerint.

Deinde aduertere oportet quòd non absolutè prohibuit illis ieiunium, sed duntaxat prohibuit ieiunium tale, quale illi faciebant. Non enim absolutè dixit: Nolite ieiunare: sed addidit, sicut vsque ad hanc diem, vt audiat in excelso clamor vester. Propter iactantiam, & alia peccata quæ in diebus ieiuniorum perpetrabant, illorum damnauit ieiunia, non autem quia lege præcipiente ieiunabant.

Non est ergo quasi Pharisæicum reputandum ieiunium quòd ob legis præceptum fit.

Tertia hæresis est Begardorum & Beguinarum dicentium hominem non obligari ad ieiunia Ecclesiastica cum ad statum perfectionis peruenerit. Et hic error etiam ab errore Aërij aliquantulum differt, quoniam Begardi & Beguinæ non omnes Christianos eximunt ab obligatione ieiunij, quemadmodum Aërius docuit, sed solùm illos qui ad gradum perfectionis peruenerunt. Quòd si hunc errorem deducunt ex alio errore eorundem quòd docent illos qui in tali perfectionis statu sunt, non esse humanæ obedientiæ subiectos, atq; idè dicant non teneri etiam ad ieiunia Ecclesiastica, tunc non erit opus noua aduersus hunc errorem parare argumenta, quoniam iam supra probauimus omnes Christianos, cuiuscunque status sint, teneri ad obseruationem legum ab Ecclesia institutarum. Si verò dicant idèd non teneri ad ieiunium, quia videlicet non indiget ieiunio ad animæ salutem is qui perfectionis statum adeptus est, tunc alijs oportet agere argumentis. Et primò contra eos militat illud Pauli: Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur, vt non quæcunque vultis, illa faciatis. Quòd si tam rebellis est caro, oportet eius rebellionem ieiunij habentis compescere. Verùm fortè Begardi dicent eum qui statum perfectionis adeptus fuerit, non pati in se hanc carnis & spiritus pugnam, sed habere in pace tabernaculum suum. Hoc autem adèd aperta est dementia, vt non sit opus eam oppugnare, quoniam soli virgini Dei matri hoc priuilegium tribuitur, vt talem pacem in se habuerit. Vnde Richardus de sancto Victore libro secundo, de Emanuèle, cap. vltimo, sic ait: In cæteris sanctis magnificum habetur quòd à vitijs non possunt expugnari, in ista mirificum videtur quòd à vitijs non potest ipsa vel in modico impugnari. Cæteris sanctis in commune præcipitur vt in mortali eorum corpore peccatum non regnet, soli isti singulariter datur vt mortale corpus eius peccatum non inhabitet. Hæc ille. Præterea, vas electionis Paulus Apostolus qui vsque ad tertium cœlum raptus vidit arcana Dei quæ non licet homini loqui: is, inquam, castigat corpus suum, & in seruitutem redigit: neque hoc frustra facit, quoniam timet ne cum alijs prædicauerit, ipse reprobus efficiatur. Magnus ille Ioannes Baptista, quo inter natos mulierum non surrexit maior, qui & Spiritu sancto repletus est ex vtero

ADVERSVS HAERESSES, LIB. VIII. Fol. 144

A ex vtero matris suæ, is etiam castigat corpus suum, à vinò & sicera abstinent, carnes non comedens, sed cibis eius locustæ & mel syluestre. Quid ergo impij Begardi & libidinosa Beguinæ præsumunt? Nunquid maiorem sibi virtutis perfectionem arrogant quàm Paulo, & Ioanni Baptistæ? Et vt aliquid mirabilis atque sacratius dicamus, ipsemet qui peccatum non nouerat, nec inuentus est dolus in ore eius, ieiunauit quadraginta diebus & noctibus, non quòd ipse opus haberet ieiunio, sed quòd nobis exemplum daret, vt quantumlibet perfectus quisque foret, agnosceret ieiunium esse sibi necessarium. Quamdiu enim hic sumus, inimicos domi nostræ habemus, qui velut latrunculi nobis insidiantur. Et intra portas Hierusalem Iebuseus fuit semper in medio, neque vnquam deleri potuit: ita intra carnem nostram, quantumlibet perfectus quisque sit, semper manet aliquis stimulus incitans ad malum. Quapropter ieiunare oportet, vt ieiunio carnis malitia reprimatur. Deinum inter octo errores Begardorum & Beguinarum condemnatos in Cœcilio Viennensi sub Clemente quinto, is secundus est. Huius autem Concilij definitio habetur in libro Clementinarum decretalium, in titulo de hæreticis, capite cuius initium est, Ad nostram, &c. Videat ibi qui volet.

I M A G O.

Fuit olim quidam error, qui nostro hoc seculo iam aliquibus innouatus est, docens imagines esse tollendas ab Ecclesia, dicens idololatriam esse imagines in templis habere, siue ille sint Christi, siue sancti hominis cuiuscunque. Huius hæresis primùm autorem vix inuenire possum. Platina in vita Hadriani papæ huius nominis primi, dicit sub hoc pontifice habito Concilio Franconia fuisse abrogatam hæresim Felicianam de tollendis imaginibus. Cùm autem eam appellauerit Felicianam, non aperuit tamen à quo Felice sumperit exordium. In vita tamen Constantini papæ prius dixerat Felicem quendam Rauennatem archiepiscopum à Iustiniano Imperatore in Pontum relegatum, qui postea à pristina hæresi discedens sub Theodosio Imperatore in patriam reuersus est. Verùm hoc in loco etiam subtricit qualis fuerit huius Felicis hæresis. Quòd si ex illis duobus locis quis conijcere velit, vt dicat ab hoc Felice fuisse hanc hæresim appellatam Felicianam, non repugno: quanquàm scio ante hunc Felicem non defuisse qui hunc errorem docerit. Nam constat ante Constantinum papam, cuius tempore fuit hic Felix, per centum annos & eo amplius fuisse beatum Gregorium Papam huius nominis primum. At beatus Gregorius Serenum quendam episcopum Massiliensem per epistolam redarguit, quòd inconsiderato zelo sanctorum imagines fregerit timens ne à populo adorarentur. Et beatum Gregorium plura centum & quinquaginta annos præcessit Epiphanius Cyprus. Is autem in quadam epistola ad Ioannem episcopum Hierosolymitanum circa finem epistolæ dicit se scidisse velum quoddam quòd pendere viderat in foribus cuiusdam Ecclesiæ. Scidit autem illud eò quòd habuerit imaginem Christi aut alicuius hominis sancti (non enim meminit cùm hæc scribebat cuius fuerit imago) dicitque esse contra auctoritatem scripturarum, in Ecclesia Christi imaginem hominis pendere. Ecce ad quæ tempora hunc reducimus errorem. Verùm et si hi duo episcopi ita senserint, non tamen sunt hac de causa de hæresi notati, quoniam res non erat adèd aperta, nec de illa re (quod sciam) vnquam Ecclesia illo tempore definierat: quapropter liberum tunc eis erat citra hæresis notam ita sentire. Deinde ita sentientes, non pertinaci animo suæ sententiæ adhæserunt, vt parati non essent Ecclesiæ aliud docenti obtemperare. Hu-

F. ALFONSI DE CASTRO MINORITAE

Leo. 3. Imperator. rare. Huius hæresis fautores fuere plures Græcorum Imperatores. Nam Leo tertius Imperator Constantinopolitanus ob hanc hæresim (Platina teste) à Gregorio papa huius nominis tertio, & Imperio, & communionem fidelium priuatur. Constantinus quintus Imperator, qui elephantine morbo correptus interiit, huic adhæsit hæresi. Eidem fuit Leo quartus Imperator huius Constantini filius. Vxor tamen istius Leonis Irene dicta, Leone defuncto, curam gerens Imperij, nomine filij, videlicet Constantini sexti, Concilium in Nicæna vrbe secundum congregari fecit, in quo à trecentis & quinquaginta episcopis eodem conuenientibus definitum est, vt qui sacras imagines delendas dicerent, perpetuò anathemate notarentur. Hanc tamen Ecclesiæ definitionem Constantinus sextus grandæuus factus malorum hominum persuasionem deceptus recipere noluit. Et hæc res fuit vna ex præcipuis causis propter quas à Græcis Imperatoribus defecerunt Latini. Hunc errorem post multa tempora suscitauerunt Vvaldenses, quibus (vt aliàs semper) consentiunt. Vviclephistæ. Hunc errorem iam sepultum ab inferis reuocarunt hoc seculo in quibusdam Germaniæ partibus quidam Carolstadius, & alius Balthasar Hiebmaier, Lutherani, quanquam in hac parte à magistro eorum Luthero desciscunt, quoniam hic sanctorum imagines probat. Hæc hæresis facile conuincitur, si consideremus quo pacto ex præcepto Domini imagines apud Iudeos fuerint, quibus tamen districtius inhibuerat ne sculptile haberent. Nam cum præcepisset Moyse vt faceret propitiatorium de auro mundissimo, statim subiungit dicens: Duos quoq; Cherubin aureos & productiles facies ex vtraque parte oraculi. Cherub vnus sit in latere vno, & alter in altero. Ecce hic vides imagines Cherub; & non in loco vulgari, sed in propitiatorio, quod erat operimentum arca: testimonij. Præterea, cum populus Israël ob murmuraciones quas aduersus Deum & Moysen dixerat, serpentium morsus pareretur, Moyses pro populo orat ad Dominum, cui Dominus ait: Fac serpentem, & pone eum pro signo. Qui percussus aspexerit eum, viuet. Fecit ergo Moyses serpentem æneum, & posuit eum pro signo. Quem cum percussus aspicerent, sanabantur. Ecce iterum aliam imaginem ex præcepto Domini factam, cuius vsus non fuit prorsus inutilis, cum ad eius aspectum à serpentibus percussus sanabantur. Hunc tamen serpentem æneum Ezechias rex confregit postea, non quia malum erat talem imaginem retinere, sed quia videbat populum honores diuinos illi impendere, tanquam aliquid numinis esset in eo. Hanc autem esse causam quare illum rex confregerit, ipsa Regum historia satis aperte declarat, dicens: Ipse dissipauit excelsa, & contriuit statuas, & succidit lucos, confregitque serpentem æneum quem fecerat Moyses. Siquidem vsque ad illud tempus filij Israël adolebant illi incensum. Vocauitque nomen eius Nahasthan. Vides causam quare contractus sit serpens, quia videlicet filij Israël adolebant illi incensum. Considerauerat nanque sapiens rex populum esse ad idololatriam pronum, vtpote qui non semel tantum aut iterum, verum sæpissimè idola coluerit: à quo errore credens non posse populum aliter reuocare, quam si serpentem confregisset, ideo tunc meritò confregit. Et ne ex serpente contracto occasionem doloris haberent, credentes se aliquod numen perdidisse, nomen serpenti imposuit quo audito cognoscerent & intelligerent non esse id quod putabant. Vnde Angelomus Monachus vetustus autor, in Stromatibus suis super libros Regum hunc locum exponens, ita ait: Vocauitque nomen eius Nahasthan. Siquidem Nahasthan interpretatur æs eorum: vt quem illi pro numine colebant, in dictis eius metallum eum esse, nõ Deum agnoscerent. Hæc Angelomus. Si ergo populus Christianus esset nunc æquè pronus ad idololatriam vt tunc fuit populus Israël, nec aliter posset ab errore reuocari quam imaginibus contractis, crederem eas meritò

ADVERSVS HAERESES, LIB. VIII. Fol. 245

A meritò debere confringi. Illa enim quæ necessaria non sunt, etsi bona quantumlibet sint, sæpe tamen tolluntur, aut prorsus abrogantur propter mala quæ inde oriri cognoscuntur. Sic ergo, etsi imaginum vsus sit bonus & Ecclesiæ utilis, si tamen inde idololatria oriretur, cui aliter iudicio maiorum obuiari nõ posset quam imagines confringendo, tunc instum esset, vt ex imperio maioru tollerentur aut confringerentur, & non ex libera cuiuscunq; hominis voluntate. At nunc Christianus populus non est ad idololatriam pronus, vt populus Iudaicus fuit: quoniam nec initiatus est vnquã Beelphegor, nec adorauit Astarthen Deam Sidoniorum, nec coluit Baal, neque idolis templa construxit: quapropter non est nunc aliqua vrgens causa, propter quam imagines confringi debeant, sicut tunc fuit vt confringeretur serpens: quoniam etsi vnus aut alter simplicitate quadam deceptus erret, ille docendus est, & non propter illum imagines sunt prorsus tollendæ. Leges siquidem & statuta, non paucorum numero, sed maiori populi multitudini prospiciunt. Hæc adeò late digessimus, quoniam ex hoc Ezechia: regis facto meritò laudando, hæretici volunt suum detestandum errorem probare. Cum autem rem apertissimè exposuerimus, patebit iam manifestè quam inani fundamento nitantur. Sed iam ad confirmandam nostram sententiam redeamus. Salomon in templo fecit Cherubin, & palmas & malogranata, & in mari æneo posuit duodecim boues, & in basibus laterum leones cum bobus. Neque in harum rerum pictura aut sculptura Salomon reprehensus est, quinimò mirificè laudatus. Si ergo tunc licuit duodecim boues sculperè, cum magis esset de idololatria timendum, cur nunc non licebit duodecim Apostolos pingere, quorum illi duodecim boues figuram gerebant? Si licuit serpentem exaltare coram populo ad idololatriam prono, vt ex illius aspectu filij Israël à serpentium morsibus liberarentur, cur non licebit nunc Christum in cruce exaltatum depingere, vt ex illius imaginis aspectu reducamus ad memoriam immensa beneficia quæ generi humano in cruce moriens exhibuit? Si vmbra licuit pingere, cur non licebit pingere corpora? Rursum, imaginum vsus utilis est, quoniam imagines sunt idiotarum literæ, quas aspicientes, in illis tanquam in libris scriptis legunt, & ad memoriam per earum aspectum reducunt ea, quæ aliàs in memoriam non venissent. Videntes enim historiam depictam, qua representatur homo nudus columnæ alligatus, & multis plagis vulneratus, & alios à dextris & sinistris eius, qui vicissim illum flagellare contendunt, cum hæc, inquam, aspiciamus, recordamur Deum pro nobis hominè factum similia in carne passum, quod in memoriam cum venerit, ministratur nobis causa compassionis, & dilectionis, eò quòd pro nobis talia passus est. Nec ob aliam causam veneramur imagines, quam quòd nos in exemplaris memoriam venire faciunt, & inde affectus nostros mouere possunt. Non quòd talis adoratio in sola sistat imagine, sed quia transit ad id cuius est imago. Nam (vt beatus Basilius ait) honor qui deferretur imagini, refertur ad prototypum. Quapropter non est quòd de idololatria timeamus, si simplices & idiotæ doceantur non esse sistendam mentem in imagine eum coram ipsa procidimus, sed hoc commodum imagines habere, quòd nostrum intellectum excitant ad agnoscendum & amandum illa quorum sunt imagines. Si ergo literæ legentibus permittuntur, cum etiam sacræ literæ in maxima veneratione habeantur, cur non etiam imagines permittentur, etiam si in precio sint habitæ, modò non vltra iustitiam? Pictura enim Græcè *εἰκονιστική*, id est, viua scriptura, vocatur, eò quòd imago sit quasi alterum scripturæ genus. Cuius rei apertissimum est testimonium, quòd in ea parte mundi, quam Hispani immensa & diuturna nauigatione versus occidentem vltra columnas Herculis nauigantes, sub Carolo huius nominis primo Hispaniarum rege, & Casare eiusdem nominis quinto, inuenerunt, nullæ

apud homines illius terræ sunt literæ repertæ, sed imaginibus loco literarum utebantur. Imagines siquidem taliter pingebant, ut res possent quas voluissent aperte significare. Et hoc non in vno aut altero loco, sed cum vltra sexcentas leucas per terram perrexerint, nulla vnquam literarum vestigia inueniunt, sed solum imaginum usum. Neque ascribendum est eorum rusticitati, cum sit gens alioqui viuacissimi ingenij, & quæ in aliquibus artibus mechanicis subtilissimè operetur, & ciuitates habeat frequentissimi populi. Nam de Temistitam dicunt qui viderunt, esse oppidum habens plusquam ducenta millia domorum. Et cum hæc omnia adfuerint, literæ tamen deficiebant, solis imaginibus contenti. At nunc per Hispanos qui coloniam ibi fecerunt, precipue per fratres minores, qui circa illos magnificè laborant literæ iam traditæ sunt, ita ut homines illius terræ propriam linguam literis Latinis scribant. Hoc in medium adferre placuit, quoniam efficacissimum argumentum mihi videbatur ut probarem imagines locum tenere literarum, & per consequens æquè ut literas posse prodesse. Si ergo imaginum vsus est vtilis, neque vsquam lege diuina prohibitus, imò comprobatus, ut ostendimus, conuincitur inde apertissimè ut malum sit imagines ex Ecclesia tollere. Deinde si nullum esset ad huius rei confirmationem aliud argumentum, quam Ecclesiæ vniuersalis vsus, vel hoc solum esset sufficiens, præsertim cum imaginum vsus non sit recens in Ecclesia, sed vetustissimus, & ab ipsis Apostolis ad hæc vsque tempora continuè decursu seruatus. De hac re testimonium perhibet Eusebius Cæsariensis, qui in .7. libro historiæ Ecclesiasticæ, capite .14. de Cæsarea Philippi ciuitate loquens, ita ait: Verùm quia vrbis huius fecimus mentionem, iustum videtur commemorare etiam illud in ea quod historia dignum duximus: Mulierem quam sanguinis profluuii laborantem à Salvatore curatam Euangelia tradiderunt, huius vrbis ciuem constat fuisse, domusq; eius in ea etiam nunc ostenditur. Pro foribus verò domus ipsius, basis quædam in loco æditiore collocata monstratur, in qua mulieris ipsius velut genibus prouolutæ palmasque suppliciter tendentis imago ære videtur expressa. Adstat verò alia ex ære nihilo minus fufus statua, habitu viri, stola comptè circumdati, & dexteram mulieri porrigentis. Huius ad pedem statuæ, è basi herba quædam noua specie nascitur, quæ cum exorta fuerit, excrescere vsq; ad stola illius ærei indumenti simbram solet. Quam cum summo vertice crescens herba contigerit, vires inde ad depellendos omnes morbos languoresque conquirat, ita ut quæcunque illa fuerit infirmitas corporis, haustu exiguo madefacti salutaris graminis depellatur, nihil omnino virium gerens, si antequam ærea simbræ summitatem crescendo contigerit, decerpatur. Hanc statuam ad similitudinem vultus Iesu formatam tradebant, quæ permanit ad nostra vsque tempora, sicut ipsi oculis nostris inspeximus. Et nihil mirum si hi qui ex gentilibus crediderant, pro beneficijs quæ à Salvatore fuerant consecuti, huiusmodi velut munus videbantur offerre, cum videamus etiam nunc Apostolorum Petri & Pauli, & ipsius Saluatoris imagines designari, tabulasq; depingi. Sed & antiquas ipsorum imagines à quibusdam conseruatas nos vidimus. Hucusque Eusebius. Hanc autem statuam fuisse à Iuliano apostata in inuidiam CHRISTI destructam, historia Tripartita refert, quæ libro sexto, & cap. 41. sub nomine Socratis de eodem Iuliano Imperatore loquens, ita ait: Cum enim cognouisset in Cæsarea Philippi ciuitate Phœnicie, quam Paneada vocabant, insigne Christi esse simulacrum, quod mulier illa sanguinis liberata profluuii constituerat, eo deposito suam ibi statuam collocauit. Quæ violento igne de celo cadente, circa eius pectus diuisa est, & caput cum ceruice vna parte deiectum, atque in terra fixum, reliqua verò pars hæcenus superfuit, & fulminis indicium referuauit. Statuam verò Christi tunc quidem pagani trahentes con-

Eusebius.

Socrates.

A fregerunt, postea verò Christiani colligentes in Ecclesiam recondiderunt, vbi hæcenus referuatur. Hæc in historia Tripartita Cassiodorus ex Socrate. Quid ergo impij hæretici imagines ab Ecclesia tollere audent, quarum vsu tantis miraculis Deus confirmauit, & Ecclesia Catholica ab ipsis Apostolorum temporibus (teste Eusebio) vsque ad hæc tempora conseruauit. Demum hæc hæresis de tollendis imaginibus in plurimis Concilijs damnata est, videlicet in Concilio Nicæno secundo, quod sub Irene imperatrice & Constantino Imperatore eius filio celebratum est, & septima synodus appellatur, & in Concilio Francfordiensi sub Hadriano papa huius nominis primo, in quo summi pontificis autoritate præfederunt Theophylactus & Stephanus episcopi. Verùm opus est ut aduersariorum obiectionibus respondeamus. Primò obijciunt nobis, quia Deus in Exodo & in Deuteronomio districtè prohibet omnia simulacra, dicens: Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem quæ est in cælo desuper, & quæ in terra deorsum, neque eorum quæ sunt in aquis sub terra. Cui respondemus, illam prohibitionem à Deo esse factam causa vitandæ idololatriæ, ita ut ad hunc finem intelligantur omnia simulacra esse prohibita, non ut non habeantur ut fiant absolutè, sed ut non fiant ad colendum ea. Hunc autem esse verum literæ sensum, ex præcedentibus & sequentibus facile conuincitur. Nam antequam talem prohibitionem in Exodo faciat, hæc verba præmittit: Non habebis Deos alienos coram me, post quæ verba immediatè sequitur prohibitio simulacrorum: qua prohibitionem facta, continuè subiungit de illis loquens: Non adorabis ea neque coles. Itaque ex præcedentibus & sequentibus verbis colligimus ad hunc finem prohiberi simulacra, ne videlicet pro dijs habeantur. At nos cum imagines colimus, non illas tanquam Deas veneramus, quoniam nostram adorationem (vt diximus) non ad illas, sed ad earum exempla referimus. Secundò obijciunt illud verbum Christi apud Ioannem: Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. Nam & pater tales quærit, qui adorent eum in spiritu. Unde concludere nituntur hæretici, non esse opus imaginibus: quia cum illas colimus, non spiritum adoramus, sed corpore. Fatemur quidem veram & potissimam adorationem esse in spiritu, cum videlicet fide, spe, & charitate (vt Augustinus ait) tendimus in Deum: sed quoniam intellectus noster aliquando dormit, Dei oblitus, & affectus tepidus est, non prout decet Deum amans, idè oportet aliquibus rebus exterioribus intellectum excitare, ut per earum aspectum & considerationem ad Dei memoriam reducatur intellectus, & inflammetur affectus. Contra hanc hæresim scripsere olim, Gregorius papa huius nominis tertius, & Hadrianus papa huius nominis primus, & Ioannes Monachus tempore Gregorij papæ tertij. Verùm opera istorum non videntur, sed solo testimonio Ioannis Trithemij hæc habeo, qui in suo catalogo scriptorum Ecclesiasticorum de præfatis viris refert illos contra hanc hæresim scripsisse. Beatus Damascenus in libro quarto de fide orthodoxa, capite decimo septimo, non nihil de hac re disserit. Thomas Vvalden in suo libro de sacramentalibus, titulo decimo nono copiosius aduersus hanc hæresim disputat. Nos etiã superius in titulo de adoratione, hæresi prima plura diximus quæ huic loco congruè adaptari possunt, ad quem locum accedet Lector, ex quo plura haurire poterit si velit.

B Secunda hæresis asserit imaginem Dei, ad quam homo factus est à Deo, esse corpori impressam, & non animæ. Hanc hæresim inter alias recenset Philaster Brixienfis episcopus in suo opere de hæresibus: nec tamen prodit quis illius fuerit autor. Beatus Augustinus in suo libello de hæresibus Ad Quod vult Deum, capite .76. huius hæresis post Philastrum meminit: sed autorem illius etiam non indicauit. Quid autem huius autorem ut sic sentiret

Concilium
Nicænum.
Concilium
Francford.Exod. 20.
Deut. 5.

Ioan. 4.

mouerit, mihi non constat, quia nec Augustinus nec Philaster, apud quos eam legi, aliquid de hoc dixerunt. Ego tamen arbitror hunc errorem ex alio derivari, quo docetur Deum esse corporeum, & habere membra omnia corporis, quemadmodum homo habet: & qui sic sentiunt (vt ergo existimo) inde arguunt Dei imaginem esse in corpore hominis, & non in anima. Et huic nostrae suspicioni aperte fauet Ioannes Cassianus, qui in suis collationibus, decima collatione, de Anthropomorphitarum haeresi differens, ait huius haereticis patronos ideò asserere Deum esse corporeum, quia scriptura dicit hominem esse ad Dei imaginem factum. Sed illum errorem iam nos Deo iuvante apertis scripturae testimonijs supra destruximus, in titulo de Deo, haeresi secunda. Ex cuius haeresis impugnatione, haec, quam in manibus habemus, facile mea sententia prosternitur. Nam si Deus corporeus non est, neque membra habet vt homo, fieri non potest vt homo secundum corpus Dei imago dicatur. Praeterea res qualibet ideò alterius dicenda est imago, quia illius praecipuas partes repraesentat: quoniam si minimam illius partem solum referret, inmerito diceretur imago. Nullus enim diceret Petrum esse Ioannis imaginem ob hanc solum causam, quòd naeuum aliquem in maxilla Petrus habeat, aut verrucam in fronte, quemadmodum Ioannes habet. Si autem similes oculos habeat, & similia labra, similem genarum colorem, simili modo frontem contrahat, similem habeat vultum, similia etiam reliqua corporis delineamenta, merito diceretur Petrus esse Ioannis imaginem, praesertim si est ad illius imitationem factus: quia principales illius partes exprimit ac repraesentat. At quae in Deo sunt praecipua (si inter infinitè perfecta vnum alio potest esse principalius) sunt intelligentia, & memoria, & voluntas. Nam super haec tanquam super bases aliquas ferè reliqua omnes diuinæ perfectiones fundantur. Nam super voluntatem illius diuina fundatur omnipotentia. D Propterea siquidem Deus omnipotens dicitur & est, quia omnia quae vult, potest: neque aliquid nisi ipso volente aut permittente fieri potest. Si Deus intellectu careret & voluntate, neque sapiens esse posset, neque prudens, neque iustus, neque misericors, neque creator, neque gubernator, neque rector. Fieri enim non potest vt bene & plenè gubernet, qui non intelligit neque vult. Intellectus ergo & voluntas sunt quasi quaedam bases & fundamenta omnium diuinarum perfectionum. Homo autem secundum animam habet intellectum, memoriam & voluntatem, non secundum corpus. Anima enim intelligit, non corpus. Anima meminit, non corpus. Anima vult, non corpus. Nam corpus absque anima non solum haec, sed neque alios vitae actus exercere potest. Non enim potest videre, audire, loqui, comedere, ambulare, aut alia id genus facere. Ex quibus colligimus haec omnia cum agit, ab anima vires suas sumere. Cū ergo sola anima habeat intellectum, memoriam, & voluntatem, cōsequens est vt secundum solam etiam animam Dei imaginem homo portet. Rursum, si Dei imago est in corpore hominis, & non in anima, oporteret vt alia bruta animalia quae similem homini habent sui corporis figuram (qualia in mari aliqua esse dicuntur) imaginem Dei portent, & sint ad imaginem Dei facta, quemadmodum homo. Huic tamen sententiae scriptura sacra apertissimè contradicit. Nam postquam Deus creauerat cetera grandia, & omnem animam viuentem atque motabilem, quam produxerat aquae in species suas, & omne volatile secundum genus suum: postquam etiam fecerat bestias terrae iuxta species suas, & iumenta & omne reptile terrae in genere suo, ad hominis creationem deueniens dixit Deus: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, vt praesit piscibus maris, & volatilibus caeli, & bestiis vniuersae terrae, omni que reptili quod mouetur in terra. De nullo autem animali dictum est quòd factum sit ad imaginem Dei, nisi de solo homine. Si autem Dei imago esset in corpore

Gen. 1.

A corpore hominis impressa, haberent. etiam illam Dei imaginem alia bruta animalia quae homini secundum corpus assimilantur. Potuissem pro hac re plura sanctorum testimonia coaceruare, verum non lvi in re manifestissima nimia prolixitate grauare lectorem.

INDVLGENTIA.

Indulgentias, quas Pontifices peccatoribus praestant, con donando videlicet illis poenam ad cuius tolerantiam peccator obligatur etiam remissa culpa, multi haeretici contemnunt atque irrident. Vvaldenses nanque asserunt papam nullam prorsus habere potestatem indulgentias concedendi: quas si concesserit, dicunt nullius esse virtutis. Hunc errorem etiam docuit Ioannes Vvicleph, qui nunquam à Vvaldensibus deficit. Hi quòd suum errorem confirmant, alium magis execrandum errorem docent. Dicunt enim nullum esse purgatorium ignem, & inde deducunt nullas etiam esse indulgentias. Post istos tanquam illorum haeres successit in eodem errore Lutherus, quanquam hic ex alio fonte non minùs vitiato suum deducit errorem. Lutherus siquidem purgatorium admittit, tamen negat vllam fore pro peccatis satisfactionem. Dicit enim non esse obligatum ad alicuius poenae satisfactionem, qui à culpa fuerit absolutus, sed cum primùm fuerit à culpa solutus, dicit etiam esse liberum ab omni poena. Et hinc colligit Lutherus indulgentias nullius esse momenti, & dicit eas esse pias fraudes fidelium. Aduersus hunc errorem paucis verbis contendam, quoniam inter omnes res, de quibus in hoc opere disputamus, nulla est quam minùs aperte sacrae literae prodiderunt, & de qua minùs vetusti scriptores dixerint. Neque tamen hac occasione sunt contemnendae, quòd earum vsus in Ecclesia videatur serò receptus, quoniam multa sunt posterioribus nota, quae vetusti illi scriptores prorsus ignorauerunt. Nam de transsubstantiatione panis in corpus Christi, rara est in antiquis scriptoribus mentio: de processione Spiritus sancti à filio, multò rarior: de purgatorio ferè nulla, potissimum apud Graecos scriptores. Qua de causa vsque in hodiernum diem purgatorium non est à Graecis creditum. Quis tamen nisi haereticus haec negare audebit, quia apud praesatos autores haec sub talibus nominibus non commemorantur? Ecclesia enim quotidie proficit in membris suis, Deo eam quotidie magis illustrante. Quapropter Ecclesia comparatur aurora. Quae est ista (inquit) quae progreditur quasi aurora? At aurora in suo ortu remissum habet lumen, quod temporis progressu augetur: sic Ecclesia. Vnde non dubito quin etiam multa sint à posteris clariùs & apertiùs inuenienda, quae nobis sunt prorsus nunc ignota. Quid ergo mirum si ad hunc modum contigerit de indulgentijs, vt apud praesatos nulla sit de eis mentio? praecipue quòd tunc magis feruebat Christianorum charitas, vt parum esset opus indulgentijs. Plures anhelabant ad martyrium. Pauca erant hominum scelera, & si quod erat, grauissima canonum punitione emendabatur. Hic in praesenti vita satisfacere volebant, nihil volebant in futurum puniendum relinquere, quapropter non est mentio vlla indulgentiarum. Istis autem temporibus refriguit multorum charitas, & ideò plura committuntur peccata, & pro commissis minorem volunt facere satisfactionem, ideò necessarium fuit ad indulgentias tanquam ad asylum confugere, vt aliquod daretur peccatoribus adiutorium. Adde quòd non est tam recens indulgentiarum vsus, quantum isti haeretici exprobrant. Nam apud Romanos vetustissimus praedicatur illarum vsus, vt ex stationibus Romanae frequentissimis colligi vtcunque potest. Et de beato Gregorio papa hu-

Vvaldeses.

Vvicleph.

Lutherus.

Cant. 6.

ius nominis primo fertur quod aliquas suo tempore concesserit. Verum et si pro indulgentiarum approbatione sacrae scripturae testimonium apertum defuit, non tamen ideo contemnenda erant, quoniam Ecclesiae Catholicae usus a multis annorum seculis receptus, tanta est auctoritatis, ut qui illum contempnat, haereticus merito censetur, potissimum quod talis usus non fortuito casu Ecclesiae irrepsit, sed per Ecclesiae definitionem sit introductus. Concilium siquidem Lateranense sub Innocentio tertio celebratum ad reprimendam quorundam abbatum temerariam audaciam, declaravit abbates non posse villo pacto indulgentias concedere, sed hoc munus dicit solis episcopis esse à Deo concessum: verum ne ex facili earum concessione vilescerent, aut peccatores indulgentijs fidentes, ad satisfactionis opera tepidiores essent, ipsis episcopis leges praescribuntur, ut ultra certum numerum indulgentias non concedant. Huius autem Concilij decretum ponitur in volumine epistolarum decretalium, in titulo de poenitentijs & remissionibus, in eo capite quod incipit, Cum ex eo, &c. Concilium Constantiense, sessio. 8. damnauit quadragintaquinque articulos Ioanis Vvicleph, inter quos vnus est ad hanc rem pertinens. Nam quadragesimus primus articulus eius ita dicit: Fatuum est credere indulgentias papae & episcoporum. Qui articulus simul cum alijs vna super omnes lata sententia damnatus est. De hac re scribit Rossensis in illo opere, quod contra Lutheri Captiuitatem Babylonicam aedidit. Scribit etiam Iacobus Latomus in quodam opere quod pro assertione determinationis facultatis Louanienfis contra Lutherum fecit. Tuberinus quidam scripsit de hac re diffusius aduersus Lutherum, sed meo iudicio minus ornate, & multo minus exacte quam Rossensis rem absoluit. Ioannes Eccius in suo Enchiridio locorum communium aduersus Lutheranos, capite vigesimoquarto, quantum Enchiridij forma patiebatur, de hac re disputat. Si verò alio longiori tractatu de hac re differuit, mihi non constet. Audio tamen eum multa aduersus Lutherum scripsisse.

Concilium
Lateran.

Concilium
Constant.

INFERNVS.

Inter ceteros errores, quos frater Bernardus de Lutsemburgo in suo catalogo haereticorum Almarico impingit, vnus est, quod Almaricus dixit nullum esse infernum, sed qui habet peccatum mortale, illum dicit habere in se infernum. Guido refert Albanenses sentire, non esse alias inferni poenas, quam illas quas in hoc mundo experimur. De Hermanno Risfwich dicit Catalogus illum dixisse nullum prosum esse infernum. Et certe quantum ad Almarici sententiam, ut verum fateamur, vna & maxima inferni poena est conscientiae propriae accusatio, quae semper peccatorem oppugnat, semper illum pungit, neque vsquam cessat. Et hanc conscientiae accusationem multi nomine vermis putant intelligi. Vnde beatus Hieronymus exponens illud Esaiæ, Vermis eorum non morietur, ita dicit: Vermis autem qui non morietur, & ignis qui non exinguitur, à plerisque conscientia accipitur peccatorum, quae torquet in supplicijs constitutos, quare vitio suo atque peccato, caruerint electorum bono, iuxta illud quod dicitur: Versatus sum in miseria dum infigitur mihi spina. Et in Prouerbis: Tinea ossium, cor intelligens. Hæc Hieronymus. Et hanc conscientiae accusationem Ethnicum tanquam maximam poenam horruerunt. Nam Seneca epistola decima sexta ad Lucilium, ait: Prima est & maxima peccantium poena, peccasse. Et Iuuenalis satyra decima tertia de eadem peccati conscientia ita ait:

Almari.

Albanenses
Hermannus
Risfwich.

Esai. vii.
Hieron.

Psal. 17.
Psal. 25.

Exem-

Exemplo quodcumque malo committitur, ipse
Displicet auctori. Prima est haec vltio, quod se
Iudice nemo nocens absolvitur.
Et postea. Cur tamen hos in
Eualisse putes, quos diri conscia facti
Mens habet attonitos, & surdo verberare cadit,
Oculum quatiente animo tortore flagellum
Pena autem vehemens, & multo senior illis,
Quas & celitus grauis inuenit, & Rhadamanthus,
Nocte dieque suum gestare in pectore testem.

A

Verum et si hæc magna sit poena, & vna ex grauibus quae sunt in inferno, non tamen in hoc seculo aequè mentem cruciat, ut post hanc vitam cruciabit: quoniam sicut tunc apertius & clarius quisque suum peccatum agnoscat, ita hæc peccati conscientia acrius punget: quapropter et si homo peccator à sui peccati conscientia in hoc seculo torqueatur, non tamen ideo dicendum est ut hic patiarit infernum. Deinde et si acerbissima poena sit hæc peccati conscientia, sunt tamen aliae aequè graues, quas in hoc seculo non experiuntur peccatores: quapropter dici non potest peccatorem hic in seipso habere infernum, cum multa alia restent toleranda, puta ignis, & vermis, fumus sulphureus, tenebrae. Esaias ait: Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Quod si hæc Esaiæ verba dicit debere intelligi de illo verum conscientiae, qui mentem continuè morfu rodit, Sapientis verba producam, qui rem apertius exprimit dicens: Vindicta carnis impij, ignis & vermis. Quae verba nullo pacto possunt de verme conscientiae intelligi, quoniam non dixit, vindicta animae impij, sed dixit: Vindicta carnis impij, ignis & vermis. Et in libro Iudith: Dabit ignem & vermes in carnes eorum, ut vrantur & sentiant vsque in sempiternum. De tenebris damnatorum testatur Iob, nomine illorum dicens: Praestolabar lucem, & eruperunt tenebrae. Et iterum clarius: Auferetur ab impijs lux. De sulphureo autem fumo testatur Dauid dicens: Pluet super peccatores laqueos: ignis, & sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum. Et vox tertij angeli in Apocalypsi ait: Si quis adorauerit bestiam & imaginem eius, & acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua, hic bibet de vino irae Dei, quod mixtum est mero in calice irae ipsius, & cruciabitur igne & sulphure in conspectu angelorum sanctorum, & ante conspectum agni: & fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculorum. Et ipsemet infernus vocatur in eodem libro stagnum ignis & sulphuris. Nam de malis loquens ait: Viui missi sunt hi duo in stagnum ignis & sulphuris. Quid ergo impius Almaricus & blasphemus Albanenses docere audent non esse alibi infernum quam in hac vita? Ego credo quod nunc aliter sentiunt. Nam cum inferni poenas iam experiantur, existimo eos iam scire alium esse infernum, & alias inferni poenas ab illis quas in hoc seculo experiuntur.

B

Secunda haeresis docet inferni poenam non esse perpetuam. Huius haeresis principem fuisse Origenem testantur omnes qui de haeresibus eius scripserunt. Philaster narrat fuisse quandam haeresim dicentem quod Christus suo descensu ad inferos hoc illis indulerit, ut ibidem confitentes saluentur. Huius tamen haeresis nullum ostendit autorem. Armeni (ut Guido refert) asserunt Christum cum ad inferos descendit, omnes animas inde eduxisse. Hanc haeresim recenset Augustinus inter alias, sine tamen nomine auctoris. Nos autem istorum sententiam cum Origenis errore coniungimus, quoniam aliquantulum est illi vicina, & eodem prosternitur testimonio. Cum enim ostendimus inferni poenam esse perpetuam, actum est de his duobus erroribus. At poenam inferni esse perpetuam apertissime sacrae literae docent. Nam

Esai. vii.

Encl. 7.

Iudith. 16.

Iob. 30.
Iob. 38.
Psal. 104.

Apoc. 14.

Apoc. 19.

Origenes.

Armeni.

illa testimonia quæ aduersus proximè citatam hæresim protulimus, ferè omnia aduersus istam hæresim pugnant. Illud enim Esaiæ apertissimum est, & alterum ex libro Iudith, & aliud ex Apocalypsi, quæ non est opus nunc repetere, ne chartas frustra impleamus. Præter hæc testimonia sunt alia ex Euangelij. Ipsemet veritatis magister apud Marcum loquens, ait: Si scandalizauerit te manus tua, abscinde illam. Bonum est tibi debilem introire in vitâ, quàm duas manus habentè ire in gehennam, in ignem inextinguibilem, vbi vermis eorum non moritur, & ignis nõ extinguitur. Et si pes tuus te scandalizat, amputa illum. Bonum est tibi claudum introire in vitam æternam, quàm duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis, vbi vermis eorum nõ moritur, & ignis non extinguitur. Quod si oculus tuus scandalizat te, eijce eum. Bonum est tibi luscum introire in regnum Dei, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam iginis, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Ecce vides Christum vno orationis contextu ter docentem poenas inferni esse perpetuas. Præterea illud est apertissimum, quod minatur se in die iudicij peccatoribus dicturum: Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo, & angelis eius. Nec opus est plura testimonia adferre, cum ista sint apertissima. Qui de hac re plura nosse cupit, videat ea quæ supra diximus in titulo de beatitudine, hæresi tertia, quoniam illo loco hunc errorem Origenis apertius enarrauimus.

Tertia heresis est, quæ negat Christum ad inferos descendisse. Huius hæresis non meminit Augustinus, neque Philaster. Isidorus tamen illam inter hæreses recenset, quamuis nullum huius erroris prodar autorem. Hæc autem sententia conuincitur hæreseos per id quod Sapiens sub nomine sapientiæ, hoc est filij Dei, ait: Penetrabo (inquit) omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino. Quod si hoc testimonium quisquam allegorij ludens aliud detorqueat, & dicat sapientiam penetrasse & penetrare omnes inferiores partes terræ cognitione sua, quæ tanta est vt nihil illam latere possit, sed omnia quantumlibet nobis abscondita, nuda tamen & aperta sunt oculis eius: saltem illud Pauli est satis apertum, quod de ascensione Christi differens ait: Quod autem ascendit, quid est nisi quia descendit primùm in inferiores partes terræ? Et Petrus Apostolus in die Pentecostes recepto iam Spiritu sancto, de Christo coram populo prædicans, ita dicit: Quem Deus suscitauit solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Dauid enim dicit in eum: Prouidebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam à dexteris est mihi, ne commouear. Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe: quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Præterea in Symbolo Apostolorum dicitur: Descendit ad inferos. Et Concilium Lateranense sub Innocentio tertio celebratum, hoc idem definit. Nam de Christo redemptore nostro loquens, ita inquit: Qui etiam pro salute humani generis in ligno crucis passus & mortuus, descendit ad inferos, resurrexit a mortuis, & ascendit in coelum. Sed descendit in anima, & resurrexit in carne, ascendit pariter in vtroque. Hæc Concilium Lateranense. Quæ verba habentur in libro decretalium, in capite Firmiter, de summa Trinitate & fide Catholica. Et certè is vnus locus est, quo maximè possumus Lutherum redarguere, qui scripturæ sacræ testimonia vult esse apertissima sine vllis ratiocinationibus aut collectionibus, sed quæ apertissimè sententiam doceant. Deinde ait nihil esse definiendum, quod non sit expressum in sacris literis. Nullum etiam admittit iudicem in contritione de rebus ad fidem spectantibus, nisi solam sacram scripturam. Et certè si ad hos gnomones sunt omnia examinanda, non oportet-

A oportebit dicere Christum ad inferos descendisse, quoniam hoc sacræ literæ non docent per verba adeo expressa, qualia ipse alibi à Catholicis petit. Nunquam enim hæc verba reperiuntur in sacris literis sub hac forma, Christus descendit ad inferos. Verùm etsi hæc non reperiatur sub illa forma, reperiuntur tamen alia quæ eadem cum illis significant, & ex quibus illa apertissima collectione deducuntur: quod satis est viro Catholico, qui captiuare tenetur intellectum suum ad definitiones & expositiones scripturæ, quas tradiderit Ecclesia, & non suæ tantum inniti prudentiæ.

INIMICVS.

GRæcorum error est, quo asserunt licitum esse decipere inimicum, nec esse peccatum aliquod si quis suo inimico damnum inferat, etiamsi ad hoc faciendum periurijs aut quouis mendacio iuuetur. Hæc omnia illis tribuit Guido, enarrans. 25. illorum errorem. Et certè vix possum credere illos tam dementes esse, vt hæc sentiant, quoniam illa sunt naturali legertissimè contraria, ita vt illam eorum sententiam gentilis quisque philosophus damnet, nedum Christianus homo. Quis vnquam non horruit mendacium? Quis non execratur periurium? Et hæc non solum cum amicis non sunt exercenda, sed neque cum inimicis: quia etsi in bello licitum sit insidijs vt aduersus hostes, non tamen mendacis licet illum decipere. In Leuitico liquidem Dominus ait: Non mentimini, nec decipiet vnusquisque proximum suum. At quantumlibet quis sit alteri inimicus, proximus tamen est: quod vel ex eo conuincitur, quod Samaritanus misericordiam faciens sauciato, voce christi iudicatus est proximus, quamuis Samaritani Iudæis fuissent infensi. Præterea ex lege Euangelica nullus permittitur inimicus, quoniam etsi alter mihi inimicus sit, ego tamen teneor non esse illi. Non reddentes (inquit Petrus) malum pro malo, nec maledictum pro maledicto: sed e contrario benedicentes, quia in hoc vocati estis vt benedictionem hereditate possideatis. Et beatus Paulus in epistola ad Romanos: Nulli malum pro malo reddentes. Et infra: Non vos defendentes charissimi, sed date locum iræ. Scriptum est enim: Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: sit sitit, potum da illi: hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. Et in prima ad Thessalonicenses epistola iterum ait: Videte ne quis malum pro malo alicui reddat, sed semper quod bonum est sectemini inuicem, & in omnes. Denique ipse veritatis magister Iudæorum errorem corrigens ait: Audistis quia dictum est antiquis: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos, vt sitis filij patris vestri qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & in iustos. Si ergo hoc modo vult Deus filios suos examinare, Græci conuincuntur non esse filij Dei, quia bene inimicis suis non faciunt.

INIVRIA.

INIVRIA.

Lutheri sententia est, non licere Christianis petere coram iudice iniuriae reparationem. Quapropter videtur mihi Lutherus non modicum de fermento Pharisaeorum habere, quoniam alligat onera grauiā & importabilia, digito autem suo non vult ea mouere. Nam qui dicit non licere petere coram iudice reparationem iniuriae, ipsemet, si qua sibi ab aliquo infertur iniuria, impudenter (ne dicam atrociter eam) repellit. Vnam certē iniuriam centum acerbioribus propulsat, & quod peius est, etiam cum nullam receperit, mille conuictijs afficit eum qui vel extremis digitis eum tetegerit. Vide quale sit vulnus, quod nec tangi permittitur. Qui odit correptionem, ait Ecclesiasticus, peccatoris vestigium est. Peccator est ergo Lutherus, quoniam non patitur corripī, non a quoquam admoneri. Cuius rei testimonium est appetitissimum, quod quicumque eum scriptis aut corripuit, aut admonuit, siue is fuerit vir illustris, siue plebeius, siue rex, siue Imperator, episcopus, aut papa, mille iniurijs est a Luthero affectus. Nam in serenissimum Regem Angliā, qui satis modestē, prout regiam dignitatem decebat, aduersus illum scripserat, nullo regiae dignitatis habito respectu, mille opprobria iniicit, mille illum scommatis subannauit. De his quae aduersus summum pontificem effutiuit, melius est tacere, quoniam me pudet enarrare, quod illum pudicum non est scribere. Quid ergo dices ad hanc Lutherē? Si tibi licet iniuriam iniuria repellere, cur non licebit alijs iniuriae reparationem coram iudice petere? Iustum est certē vt nemo sit iudex in propria causa. Quapropter, si licet manibus proprijs iniuriam repellere, multo magis licebit per manus iudicis iniuriam propulsare, aut iam illatae reparationem petere. Qua de re mihi videtur non esse opus alijs argumentis ad hunc errorem reuincendum, sed sufficere illa quae supra in titulo de bello contra eundem Lutherum proposuimus. Ibi enim probauimus bellum esse Christianis licitum, quod cetera adsint quae ad iustum bellum exiguntur. Ad iustum autem bellum requiritur, vt quod sine bello emendari potest, mediante bello non fiat. Iustus est ergo, vt quis a iudice petat emendationem, quam vt ipse eam per bellum habere velit, si eam habere licet. At cum liceat eam petere ex bello (vt supra euicimus) licebit ergo etiam illam petere a iudice.

IOAN. BAPTISTA.

Bernardus de Lutsemburgo in suo catalogo haereticorum, de Manichaeis loquens, dicit illos ita delirasse, vt dixerint Ioannem Baptistam, Christi Saluatoris nostri praecursores, fuisse dannatos, quod non crederit in CHRISTVM. Nam cum Ioannes in vinculis existens misit duos discipulos suos ad CHRISTVM, vt interrogarent illum: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Manichaei (vt illis Bernardus de Lutsemburgo tribuit) putant Ioannem Baptistam ex incredulitate haec fecisse & dixisse. Sed ego vix credere possum Manichaeos ita insanisse, quamuis multa alia maioris dementiae illos dixisse constet. Nam Philaster Brixienis in suo libro de haeresibus, cum de Manichaeorum haeresibus disserit, nunquam huius erroris meminit. Beatus Augustinus in libro de haeresibus Ad quod vult Deum, capite. 46. Manichaeorum errores recenset, nec tamen hunc inter alios misit. Vnde conijcio illos longē ab hoc errore fuisse: quoniam beatus

A beatus Augustinus, qui illorum errores optimē nouerat: quoniam illorum sectae aliquando adhaeserat, nequaquam hunc errorem tacuisset. Esto tamen illi ita senserint quemadmodum de illis refert Bernardus de Lutsemburgo, non est opus vt in hac haeresi refellenda longam moram trahamus: cum sint tam aperta CHRISTI Saluatoris nostri de ipso Ioanne testimonia. Nam laudauit Ioannem de fortitudine, & mentis constantia, cum dixit illum non esse arundinem vento agitatam, quae ad omnem ventorum flatum mouetur. Commendauit illum a temperantia, dicens illum non esse mollium vestitum. Ostendit illum longē esse ab adulatione, cum dixit illum non esse in domibus regum, quoniam qui huiusmodi morbo laborant, cum regibus versari solent. Et laudis argumenta multiplicans, dixit illum esse prophetam, & plusquam prophetam: dixit illum esse angelum, eod quod angelicam vitam duceret: quia licet in carne, praeter carnem tamen viuebat. Denique vt coronidem cingeret, dixit: Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Et haec omnia dicta sunt a CHRISTO Salvatore nostro de Ioanne Baptista eo temporis articulo, quo Manichaei Ioannem peccasse asserunt. Nam postquam CHRISTVS interrogationi per Ioannis discipulos factae respondit, illis abeuntibus continuo post haec laudum praeconia de Ioanne Baptista dixit. Ex quibus conuincimus Ioannem per illam interrogationem minimē (vt Manichaei dicunt) peccasse. Quod autem dicunt Ioannem Baptistam ex incredulitate interrogasse, falluntur. Non enim suo nomine, & propter se interrogat, sed propter suos discipulos, quos in CHRISTI fide nutantes videbat. Et propter hanc causam illos ad Christum mittit, vt visis miraculis ab illo factis, in illius fide confirmarentur. Quod Christus cum optime nosset, nullum illis dedit responsum: sed multis coram illis ab eo factis miraculis, ad Ioannem illos redire mandat, vt quae viderant, illi renunciarent. Non certē ob aliam causam, nisi vt inde Ioannes discipulos suos, quos parum fideles esse nouerat, apertius de fide Christi instrueret, & instructos confirmaret. Sic enim illam Ioannis interrogationem interpretatur beatus Ioannes Chrysostomus, Homilia. 37. super Mattheum. Chrysostomus vt alibi semper, ita etiam hoc loco imitatur Theophylactus. Huius verba quia multo breuiora sunt, hic referam. Non interrogat Ioannes (inquit ille) quasi ignorans CHRISTVM. Nam quo pacto ignoraret, quum testatus sit: Ecce agnus Dei! Verum quia discipuli eius inuidebant CHRISTO, vt pluribus argumentis certiores eos redderet, propter hoc mittit eos, vt vel visis miraculis credant Christum Ioanne maiorem esse: & idcirco fingit se rogare: Tu es, qui venturus es? hoc est, qui expectatur in scripturis in carne venturus. Haec Theophylactus. Et de hoc satis.

IUDAS.

Quantumlibet sit aliquis scelestus aut flagitiosus, nunquam illi deerit a quo laudetur, & scelus eius commendetur: quoniam (vt est in Prouerbio) cicada semper est cicadae chara, & formica formicae. Huius rei vel hoc est sufficiens testimonium, quod non defuere qui scelestissimum Iudae facinus commendauerint: quoniam Augustinus in libro de haeresibus, capite 18. refert Caianos sentire Iudam fuisse diuinum, & scelus illius beneficium existimare. Dicunt enim (vt Augustinus ait) Iudam praecisisse quantum generi humano Christi passio esset profutura, & ideo CHRISTVM Iudae tradidisse, vt per illius mortem genus humanum proficeret. Philaster tamen de his Caianis sermonem faciens in suo libro de haeresibus, nihil tale illis tribuit, sed hanc

sed hanc hæresim postea enarrat nullo citato illius patrono. Tertullianus tamen in libello suo de hæresibus hoc illis impingit quos ipse vocat Chaldæos, & sunt illi iidem (vt suspicor) qui ab Augustino vocantur Caiani, quoniam iidem sunt illorum errores qui ab Augustino tribuuntur Caianis, & quos Tertullianus impingit Chaldæis. Ad hunc errorem reuincendum vel illud testimonium sufficiens est, cum Dominus lauare volens pedes discipulorum suorum dixit: Vos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim (ait Euangelista) quisnam esset qui traderet eum, propterea dixit: Non estis mundi omnes. Itaque Iudas non erat mundus, cuius immunditia nullam aliam causam Euangelista designauit, quam quod Christum tradere volebat. Et in Actibus Apostolorum Petrus ait: Viri fratres, oportet impleri scripturam quam prædixit Spiritus sanctus per os Dauid de Iuda, qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Iesum, qui connumeratus est in nobis, & sortitus est sortem ministerij huius. Et quidem possedit agrum de mercede iniquitatis, & suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius. Si bona fuit traditio, qua Iudas tradidit Christum, qui fieri potest vt merces illi pro traditione donata, sit merces iniquitatis? Si triginta argentei sunt merces iniquitatis, ergo traditio, pro qua illi argentei donati sunt, est iniqua. Sed apertius est quod Christus redemptor noster de illo apud Lucam ait: Et filius quidem hominis, secundum quod definitum est, vadit: veruntamen vae homini illi per quem tradetur. Neque opus est aduersus tam apertam blasphemiam plura citare testimonia, præcipue cum hæc hæresis non reperitur ab aliquo fuisse postea innouata: & testimonia adducta satis eam prosterunt.

IUDICIUM.

Tanta est dæmonis astutia in hominibus decipiendis, vt aliquibus suggesterit nullum esse futurum iudicium, vt vel hac occasione tantò facilius in quodlibet vitium traheret, quantò minus poenam propter illud insigendam crederent. Hunc errorem Philaster tribuit Borborianis, & sunt illi qui ab Augustino vocantur Gnostici. Hoc etiam impingit Florianis, & Manichæis, & Proclianitis, quos ille vocat Proclianitas, nisi forte litera in Philastro est erronea, quoniam qui in Augustino dicuntur Proclianitæ, in Philastro vocantur Proclianitæ, & facilis est lapsus ex vna parte in aliam. Nam si has duas literas, c & l, coniungas, facies d literam. Quod si eandem literam d dispescas, ita vt longam virgulam integram separes, & reliquum per se colloques, iterum duas literas reperies, videlicet c & l. Ex quo conijcio hac occasione alicubi ex vitio scriptorum fuisse erratum. An autem error sit in Philastro, an potius in Augustino, mihi non constat, quoniam apud nullum illis vetustiore reperio fuisse de his habitam mentionem. Qualitercunque sit, parum interest: vnum tamen hoc est certum, Augustinum non impingere hunc errorem alicui ex istis hæreticis, quoniam nec Borboritis nec Gnosticis, neque Florianis, neque Manichæis, neque Proclianitis. Qua in re valde miror, cum Augustinus viderit Philastri opus, quod forte inde euenire potuit, quod apud nullum alium repererit, & propterea omiserit, parum fidens Philastro in hac parte, aut forte reperit non ita esse prout Philaster narrat. Cuiuscunque tamen hic error sit, facillime rejici potest. Nam apud Matthæum Dominus exprobrans ciuitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ virtutes eius, quia non egissent poenitentiam, ait: Dico vobis, Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicij, quam vobis. Et iterum Capharnaitis loquens, ait: Dico vobis, quia terræ Sodomorum remissius erit in die iudicij,

A iudicij, quam tibi. Et apud eundem iterum: Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam, &c. Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam. Et apud Ioannem: Potestatem dedit filio iudicium facere, quia filius hominis est. Nolite mirari hoc, quia venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei, & procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Et Paulus in epistola ad Romanos: Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. Scriptum est enim: Vito ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua cõfitebitur Deo. Itaque vnusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. Et in posteriore epistola ad Corinthios, iterum ait: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum siue malum. Et in symbolo fidei adito in Concilio Nicæno sic dicitur: Venturus est iudicare viuos & mortuos. Et in symbolo facto in Concilio Constantinopolitano: Sedet ad dexteram patris, inde venturus est cum gloria iudicare viuos & mortuos.

Secunda est hæresis Albanensium, dicentium vniuersale iudicium iam factum esse, & nullum aliud amplius esse futurum. Hoc enim illis tribuit Guido, qui illorum errores recensens, hunc septimo loco collocat. Hic error apertissime conuincitur ex eo, quod iudicium vniuersale præcedere debet resurrectioni omnium, quemadmodum patet ex eisdem testimonijs quæ proximè citauimus contra præfaram hæresim, & in vigesimo quarto Matthæi cap. expressius, vbi prius describitur aduentus Antichristi, deinde resurrectio generalis, & postea iudicium, & tandem finis: & tunc (iuxta beatum Petrum) elementa purificabuntur per ignem. At nullum istorum constat esse factum, quoniam nec generalis resurrectio præcessit, nec finis est mundi, nec elementa sunt per ignem purificata. Ex quibus colligitur maximam esse dementiam, asserere vniuersale iudicium esse iam factum.

I V D E X.

Valdensium error est, quo docent nullum iudicem posse damnare aliquem hominem ad poenam aliquam. Hunc errorem illis impingit Guido, quanquam Aeneas Syluius in libro de origine Bohemorum, capite. 35. errores Vvaldensium recensens, huius non meminit. Quod si ita sentiunt Vvaldenses, non est mirandum, quoniam hoc est sceleratis hominibus proprium, vt impunitatem suis sceleribus optent, quò liberius & securius quæ voluerint scelera perpetrare valeant. Ad hunc modum fecere Vvaldenses, qui vt rutiùs suos errores possent hominibus suggerere, hoc ante omnia docere nituntur, nullum iudicem posse alium hominem ad aliquam poenam damnare. In cuius erroris testimonium adferunt illud: Nolite iudicare, & non iudicabimini. Aduersus hunc errorem est illud quod Dominus ait: Constitue iudices, qui populum iudicent omni tempore. Et iterum alibi: Iudices & magistri in omnibus portis tuis constituentur, vt iudicent populum iusto iudicio. Quod si quis hæc detorqueat ad alia iudicia, & non ad inflictionem poenarum, consideret plures esse in veteri instrumento leges decernentes talem vel talem poenam esse insigendam illi qui tale vel tale crimen commiserit. Et in lege noua hæc clarissime habentur. Petrus puniuit morte Ananiam & Saphiram, quia fraudauerant de precio agri venditi. Et idem alibi ait: Subiecti estote omni humanae creaturæ propter Deum, siue regi quasi præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis, ad vindictam malefactorum laudem

laudem verò bonorum . Ecce vides vindictam malefactorum . Et parum infra iterum ait : Quæ enim est gratia si peccantes & colaphizati suffertis ? Ex quibus colligimus iuste fieri cum quis propter peccatum ex iudicis mandato colaphis cæditur . Et beatus Paulus de potestate sublimiori ait : Si malum feceris , time . Non enim sine causa gladium portat . Dei enim minister est , vindex in iram ei qui malum agit . Quid ergo Vvaldenses non minus ignorantes quàm scelerati docere audent ? Si iudex est Dei minister , vindex in iram ei qui malum agit , quomodo iudicem ipsi accusare audent eò quòd malefactorem punit ? An non hac ratione etiam accusant Deum , cuius minister est iudex ? Valeant ergo Vvaldenses , & cum sint omnium hæreticorum ignorantissimi , docere alios erubescant . Quod autem pro se adferunt , nihil prorsus illis suffragatur : quoniam cum Saluator ait : Nolite iudicare , & non iudicabimini : non prohibuit omne iudicium , præcipuè iudicis habentis potestatem , sed prohibet multorum hominum leue iudicium , qui re minimè cognita , sed ex minutulis suspicionibus colligentes , statim apud se definiunt , censentes talem esse malum , aut malè aliquid voluisse facere . Hoc , inquam , iudicium Dominus prohibet : non autem illud , quod re prius (vt decet) bene cognita , ab habente potestatem profertur . Hoc autem ita esse conuincimus per id quod apud Ioannem idem Saluator ait : Nolite iudicare secundum faciem , sed iustum iudicium iudicare . Quibus verbis cum vnum iudicium prohibet , videlicet leue : aliud apertè concedit , nempe iustum , quod re prius plenè circumspecta iuxta æquitatem fit .

IURAMENTVM .

Inter cæteros errores , quos Vvaldēsibus impingit Guido Carmelita , vnus est , quo afferunt Christianis esse interdictum iuramentum , sic vt nusquam iurare liceat . Eundem errorem tribuit Catharis : quod valde miror : quoniam Cathari iidem sunt qui & Nouatiani . At Nouatiani nullus vnquam aliquid simile impexit , sed catalogus hæreticorum de Albanensibus differens , dicit esse alios quosdam Catharos , quos in tres partes asserit esse partitos . Albanenses dicit esse de prima secta Catharorum , & Cozocenses de secunda , & Baialenses de tertia . Et si hi dicuntur Cathari , alij sunt certè à Nouatianis , qui primi Cathari vocati sunt , propter munditiam quam iactabant . Nulla est enim Nouatianorum ad hos Catharos conuentio . Quapropter constat miserè errasse Guidonem Carmelitam qui cum de erroribus horum Catharorum differere incipit , dicit se iam aliàs de illis dixisse : per quæ verba satis apertè innuit se sentire hoc , Catharos & Nouatianos esse eosdem , cum tamen hi Cathari longissimè absint ab alijs Catharis qui Nouatiani dicuntur .

Hi de quibus nunc loquimur , non Cathari (vt Guido & catalogus eos appellant) sed Catharistæ dicendi sunt . Nam sic eos appellat B. Augustinus , vt supra ostendimus in titulo de cibo , hæresi prima .

Hunc etiam errorem docuerunt Pseudapostoli . Ad hunc autem errorem conuincendum sufficit illud quod Dominus in Deuteronomio ait : Dominum Deum tuum adorabis , & illi soli seruias , ac per nomen illius iurabis . Et iterum : Dominum Deum tuum timebis , & illi soli seruias , ipsique adhærebis , iurabisque in nomine illius . Verùm hic respondent qui hunc errorem turgentur , hoc permissum esse Iudæis in veteri lege , vt videlicet per DEVM iurarent : Christianis autem , qui perfectiorem habent legem , hoc dicunt non esse licitum , eò quòd CURISTVS apud Matthæum in vniuersum prohibuit iurare .

A buit iurare . Et hanc sententiam confirmant testimonio Hieronymi & Theophylacti , qui exponentes quintum Matthæi caput , dicunt Iudæis fuisse permissum iuramentum , Christianis autem omnino prohibitum . Et idem videntur sentire Hilarius & Chrysostomus in eodem loco , quanquàm hi non ita expressè dicunt sicut illi . Sed hoc rejicitur ex eo quòd DEVM sæpè iurasse reperimus . At si iuramentum esset ex se malum , vt ex sola permissione Iudæi iurare possent , Deus qui malè agere nequit , omnino non iurasset . Et huic obiectioni respondent iuramentum soli Deo conuenire , quoniam ille solus verax est , & mentiri nequit : omnis autem homo mendax est . Et hanc sententiam confirmant testimonio Ambrosij super Psalmum . 118 . Sed neque hac via effugere poterunt , quin ostendamus illis , iuramentum esse homini licitum . Negare enim non possunt Apostolum Paulum pluries iurasse : quoniam in ea quæ est ad Romanos epistola , sic ait : Testis est mihi Deus quòd memoriam vestri facio semper in orationibus meis . Et iterum alibi : Ego autem testem Deum inuoco in animam meam , quòd parcens vobis non veni ultra Corinthum . Et iterum : Testis est mihi Deus quomodo cupiam omnes vos in visceribus Iesu Christi . Ecce Paulum toties inuocantem Deum in testimonium suorum verborum . At qui per DEVM iurat , nihil aliud facit quàm Deum inuocare in testem eorum quæ dicit : ex quo apertè colligimus Paulum iurasse . Non est ergo Christiano viro omnino prohibitum iuramentum : quoniam aliàs Paulus iurans peccasset . Præterea , iuramentum non est de se malum , imò bonum , si adsint ea quæ requiruntur : quoniam per iuramentum exhibemus reuerentiam Deo , & ostendimus qualem existimationem de Deo habeamus , quoniam sic iurantes per Deum , testamur nos credere Deum videre omnia : quoniam qui rem non plenè agnoscit , non potest esse bonus testis . Idèò sapienter Poëta comicus dixit : Pluris est oculus vnus testis vnus quàm auriti decem . Ostendimus etiam nos credere Deum esse veracem , qui mentiri non potest . Quia ergo credimus Deum talem esse qui omnia nouit , & qui mentiri non potest , idèò in confirmationem eorum quæ dicimus , iuramus per Deum , inuocando illum testem . Ex quo patet per iuramentum nos reuereri DEVM , si cætera adsint quæ ad iustum iuramentum exiguntur . Cuius rei apertum est iudicium , quod in Deuteronomio , quoties de iuramento fit mentio , semper subiungitur post præceptum de adoratione : Dominum DEVM tuum (inquit) adorabis , & illi soli seruias , ac per nomen illius iurabis . Et iterum : Dominum Deum tuum timebis , & illi soli seruias , ipsique adhærebis , iurabisque in nomine illius . Ecce iuramentum bis coniunctum adorationi & seruituti DEI . Si ergo bonum est DEVM adorare , & illi seruire , bonum etiam erit per nomen illius iurare , modo id debetè & prout decet fiat . Rursum , iuramentum licere Christiano confirmatur plurimorum Conciliorum definitionibus . Concilium Ephesinum scribit Nestorio , vt recantet suas hæreses , & quia non fidebat Concilium verbis Nestorij , exigit ab eo iuramentum per hæc verba : Sed consequens est etiam iureiurando fateri te , quòd anathematizes quidem tua polluta & prophana dogmata , sentias autem & doceas quæ nos vniuersi per orientem seu per occidentem episcopi & magistri præfulesque populorū credimus & decemus . Hæc Concilium Ephesinum . Et Concilium Constantiense sessione octaua damnauit quadraginta quinque assertiones Ioannis Vvicleph , inter quas quadagesimo tertio loco ponitur hæc de iuramento , qua ait : Iuramenta illicia sunt quæ sunt ad roborandum humanos contractus , & commercia ciuilia . Quæ sententia simul cum alijs eiusdem vna super omnes dicta censura damnata est . Et idem Concilium Constantiense sessione vicesima decernit , vt ad confirmationem pacti initi inter regem Romanorum &

rum & regem Aragonum pro schismate tollendo, iuramentum ab omnibus peteretur, & omnes postmodum in Concilio existentes à maximo vsque ad minimum iurarunt. Sed supereft vt obiectioni aduersariorum respondeamus. Sic enim obijciunt: Dominus apud Matthæum prohibet iuramentum, dicens: Ego autem dico vobis non iurare omnino: neque per cœlum, quia thronus Dei est: neque per terram, quia scabellum est pedum eius: neque per Hierosolymam, quia ciuitas est magni regis: neque per caput tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum album facere aut nigrum. Sit autem sermo vester, est est, non non: quod autem abundantius his est, à malo est. Et beatus Iacobus ait: Ante omnia autem fratres mei, nolite iurare, neque per cœlum, neque per terram, neque aliud quodcunque iuramentum. Sit autem sermo vester, est est, non non, vt non sub iudicio decidatis. Huic obiectioni multipliciter respondemus. Primò in illis verbis Saluator non prohibuit iurare per Deum, & hoc annotauit Hieronymus in illo loco. Quòd autem dicit omnino non esse iurandum, non est omnis iuramenti prohibitio: quia illa verba referuntur ad sequentia, ita vt omnino non sit iurandum per cœlum aut terram, ita videlicet vt cum iurandum sit, nunquam tamen iuretur per cœlum & terram. Causa autem huius prohibitionis fuit, ne per illa elementa iurantes homines, illa tanquam numina quædam venerarentur: quoniam illud per quòd quis iurat, aut nimium diligit, aut veneratur. Ne igitur illa venerarentur, aut plùs debitò diligerent, prohibet ne vnquam per illa iuretur. Et hoc etiam fatentur Hieronymus & Theophylactus in illo loco, quorum autoritate se tuentur hi qui partem oppositam docent. Et cum hoc illi fateantur, miror quid postea cõgerit eos vt censeant iuramentum esse prorsus interdictum. Sic enim Theophylactus ait: Igitur Dominus prohibens eos, non dicit, quia pulchrum & magnum est cœlum, & terra utilis est, idèd per ea non iurare: sed quia cœlum thronus est Dei, terra autem scabellum pedum eius, vt ne sit locus idololatriæ. Fortè enim in deorum numerum relata fuissent elementa à iurantibus per ea, id quod antea factum est. Hæc Theophylactus. Et eandem sententiam docet Hieronymus. Verùm his obijciat quispiam vltima illa Christi verba: Sit sermo vester, est est, non non: quod autem abundantius his est, à malo est. Faremur quidem à malo esse iuramentum, non autem malum esse. Neque Christus dixit malum esse, sed à malo esse: à malo, inquam, illius cui iuratur, & propter quem iuratur. Malitia enim illius cui iuratur, est in causa vt alius iuret. Nam si audiens præstitisset fidem verbis loquentis, non esset opus vt loquens sua verba iuramento firmaret. A malo ergo illius cui iuratur, prouenit vt aliquid abundantius dicatur quam est est, non non. Et hanc expositionem præbet Augustinus illi loco Euangelij in libro de mendacio, cap. 20. Aliter etiam potest responderi, Christum illis verbis non prohibere absolutè iuramentum, sed iurandi facilitatem, ne ex facilitate ad consuetudinem, & ex consuetudine in periurium veniretur. Vnde Ecclesiasticus ait: Iurationi ne assuescat os tuum. Et iterum: Sicut autem seruus flagellatus assidue à liuore non minuitur, sic omnis iurans ac negocians à peccato non purgabitur. Hanc expositionem etiam præbet Augustinus loco proximè citato. Hanc & superiorem expositionem reddit vno contextu beatus Chromatius papa in quodam libello insigni, quem fecit super quintum & sextum caput Matthæi. Verba illius ita habent: Primum enim voluit à nobis & vsum iurationis, & consuetudinem humani erroris auferre, ne vnusquisque nostrum per hæc elementa iurando, aut creaturam in honore diuinæ venerationis haberet, aut idcirco impunitate periurij habere se crederet, si per mundi elementa iuraret, cum scriptum sit: Nec iurauit proximo suo in dolum. Hæc Chromatius. Et parum infra exponens reliqua, di-

qua, dicit per illa verba: Quod autem abundantius his est, debere intelligi mendacium, & illud dicit esse abundantius quam est est, non non, id est, quam veritas, & illud dicit esse à malo, id est à dæmone, qui mendax est, & pater mendacij. Ex quibus verbis patet, iuxta Chromatium, Christum per illa verba solum prohibuisse periurium, & vsum iurandi. Potest etiam dici illam CHRISTI prohibitionem non esse numerandam inter præcepta, sed inter consilia, & illam ad solos perfectos pertinere. Quod ex eo colligi potest, quòd in illo loco CHRISTVS perfectum Christianismum depingens, multa ibidem recenset quæ nemo sanæ mentis dubitat esse consilia, non præcepta, quale est illud quod continuò adiungit: Ego autem dico vobis, non resistere malo. Et hoc modo illum locum Euangelij interpretantur recentiores Theologi, quos scholasticos vocant. Verùm non hi soli, vt aliqui putant: Nam beatus Bernardus sermone. 65. super Cantica, inuehens contra quosdam hæreticos dicentes non esse licitum iuramentum, esse tamen illis licitum peierare, ne secreta suæ sectæ ab alijs scirentur, sic ait: Patet vos & superstitiosè obseruare de iuramento, & flagitiosè præsumere de periurio. O peruersitatem. Quod ad cautelam consultum est, videlicet non iurare, hoc isti mandati vice tam contentiosè obseruant: & quod immobili iure sancitum est, non peierandum scilicet, hoc tanquam indifferens pro voluntate dispensat. Hæc Bernardus. Hunc autem non possunt dicere scholasticum. Christianus Druthmarus in expositione super Matthæum, idem sentit. Sic enim ait: Ne Iudæi per idolorum nomina iurarent, permittit eis Dominus iurare per nomen suum. Nec nobis etiam inhiuit, sed perfectionem nos docuit, quòd ea fides sit habenda inter Christianos, vt non sit necesse testem nomen Domini interponere. Periurium & illis & nobis prohibitum est. Hæc Christianus Druthmarus: quem non possunt etiam dicere scholasticum, cum nihil minùs sit: neque trecentenarium (vt Lutherus & eius sequaces facere solent) quoniam ante septingentos annos fuit, si Ioanni Trithemio credere volumus. Et Beda exponens illud Iacobi: Ante omnia fratres mei nolite iurare, &c. dicit ibidem prohiberi consuetudinem iurandi, ne ex ea deueniatur in periurium. Sic enim ait: Ideò (inquit Iacobus) vos à iurationis culpa compesco, ne frequenter vera iurando, aliquando etiam in periurium decidatis: sed eo longius à peierandi vitio stertis, quòd nec verum deierare nisi proxima necessitate velitis. Hæc Beda. Et Rupertus Tuicensis vir doctrina & sanctitate illustris, libro quinto de glorificatione hominis CHRISTI, distinguit illum Matthæi locum de iuramento, hoc pacto, dicens quòd non iurare omnino, sit consilium: non iurare autem per cœlum & terram, &c. sit præceptum: ita vt iurandum sit ex necessitate aliqua, tunc iuretur per Deum, & non per aliquam aliam rem. Ecce ergo Euangelij locum sufficienter discussum, quem ostendimus nostræ sententiæ minime repugnare. Verùm hi fortè obijcient nobis Hieronymus & Theophylactus, qui sentire videntur non licere Christiano viro iurare. Nos autem obijcimus contrà Augustinum, Chromatium, Christianum Druthmarum, Bernardum, Bedam, Rupertum. Parum dixi, imò totius Ecclesiæ definitionem, cuius autoritas tanta est, vt mille præter Hieronymis & Theophylactis, etiam si hi clarissimi viri fuerint, sanctitate perinde ac doctrina illustres.

Alia est hæresis, quæ cum præfata velut ex diametro pugnat. Nam hæc sic admittit iuramentum, vt etiam periurium licere dicat. Hunc errorem tribuit Prisciliano beatus Augustinus in libro de hæresibus. Priscilianistæ enim (vt ibidem refert Augustinus) docebant discipulos suos, vt iuramento interrogati & requisiti, nihil vnquam reuelarent de illorum do-

F. ALFONSI DE CASTRO MINORITAE

ctrina, & ad illius doctrinæ occultationem dicebant esse licitum periurium: quapropter hanc semper in ore versabant sententiam: Iura, periura, secretum prodere noli. Hunc eundem errorem tenuerunt quidam hæretici tempore beati Bernardi, de quibus ille mentionem facit sermone. 65. & sermone. 66. super Cantica, & dicit illos vocari Apostolicos, quia videlicet iactabant se esse successores Apostolorum. Eundem errorem (vt catalogus hæreticorum refert) tutati sunt impij Flagellantes. Hic error manifestè conuincitur per id quod Dominus in Leuitico, ait: Non peierabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui. Qui enim peierat, nomen Dei polluit, quia Deum adfert in testem mendacij. Quid autem magis pollutum aut turpe esse potest, quam mendacio fauere? Præterea, Sapiens recensens peccata hominum potissimum gentilium, inter illa etiã ponit periurium, dicens: Omnia commixta sunt, sanguis, homicidium, furtum, & fictio, corruptio, & infidelitas, turbatio, & periurium, &c. Et beatus Paulus dicens iusto non esse legem impositam, sed impijs & peccatoribus, & sceleratis, postea subdit, & mendacibus & periuris. Ex quo apertissimè colligitur periurium esse lege diuina prohibitum. Deinde causa ipsa propter quam dicunt licere periurium, pessima est. Dicunt enim ided esse licitum peierare, vt videlicet non reueletur alijs eorum doctrina. Tunc percontari illos oportet, an doctrina sua sit Euangelio conformis, an illi contraria? Si est Euangelio contraria, non sunt ergo veri Christiani qui illam docent. Si est Euangelio conformis, cur ergo illam occultant? Cur apud seipfos solos illam recondunt? **C H R I S T V S** nanque ait: Quod dico in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure audistis, prædicate super tecta. Et cum Euangelij prædicationem discipulis suis commendat, ait: Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Non solis Priscillianistis aut solis Apostolicis, aut solis sese Flagellantibus, sed omni creaturæ. Non enim vult suam legem solis Iudæis reuelari, vt in sola Iudæa sit notus: sed vult esse notus toti mundo. Ided vult suum Euangelium esse omnibus apertum, quia vult omnes nos in agnitionem veritatis peruenire. Ided Apostolus ait: Si opertum est Euangelium meum, in his qui pereunt est opertum. Pereunt ergo Priscillianistæ & Apostolici, qui Euangelium occultare volunt. Et alibi idem Apostolus ait: Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Vt autem quisque salutem animæ suæ acquirat, oportet eum ita ore confiteri, quemadmodum credit corde. Aduersus tam apertam hæresim non est opus plura adferre.

I V S T V S.

Beatus Augustinus in libro de hæresibus, capite. 82. asserit Iouinianum sensisse, eum qui semel per lauacrum regenerationis fuerit iustificatus, non posse ampliùs peccare. Et beatus Hieronymus libro secundo aduersus Iouinianum hoc idem illi impingit. Hunc eundem errorem docuisse Pelagium testatur etiam Augustinus in eodem libro de hæresibus, capite. 87. Aduersus hunc errorem iam supra in titulo de gratia, hæresi secunda disputauimus, quapropter non est opus de hac re ampliùs disserere.

Alius est.

ADVERSVS HAERESSES, LIB. VIII. Fol. 254


Alius est error Lutheri, dicentis iustum in omni bono opere peccare. Verù de hoc errore infra in titulo de operibus, & in titulo de peccato longiùs differemus. Ad illum ergo locum mittimus lectorem.

Tertia hæresis ad hunc locum spectans est, quæ asserit omnem iustum esse certum suæ iustificationis, & esse ex fide Catholica obligatum ad habendum hanc certitudinem, ita vt si de illa dubitet, non possit verè dici fidelis Christianus. Huius hæresis primus inuentor est Lutherus, sed aduersus hanc hæresim nihil nunc dicere oportet, quia satis contra illam disputauimus in titulo de gratia, hæresi tertia.

FINIS LIBRI
OCTAVI.

VV 4

F. AL-



A F. ALFONSI DE CA-

STRO, Z AMOREN. MINO-

RITAE, ADVERSUS HÆ-
reses, Liber IX.

L A B O R.



Vere olim in Syria monachi dicentes nullum manuum laborem esse monachis licitum etiam sustentandæ vitæ causâ. In hoc enim se esse monachos profitebantur, vt ab omni labore manibus vacantes, orationi semper insisterent. Huius hæresis autores vocantur lingua Syria Psalliani: sic enim eos nominat Augustinus in ^{Psalliani.} libro de hæresibus, capite. 57. Verùm historia tripartita libro. 7. cap. 11. de istis hæreticis differens, eos appellat Messalianos, & dicit eos vocari Græcè *εὐχέταις* hoc est orantes, eò quòd semper orandum esse dicebant. Vocatur etiam ibidè *εὐδοκίμοι*, id est, sacrificantes. Eundem errorem tutati sunt alij monachi parùm postea in Africa, præsertim apud Carthaginem, vt patet ex Augustino in libro de opere monachorù. Nam in principio illius operis testatur se illum librum scribere ad instantiam Aurelij tunc Carthaginensis episcopi pro expugnatione huius erroris, qui tunc in Carthagine oriebatur. Hunc errorem iam diu sepultum ab inferis suscitauerunt Vvaldenses, dicentes virum perfectum non debere manibus laborare. Hoc enim Vvaldensibus impingit Guido in sua summa de hæresibus. Verùm Aeneas Siluius lib. de origine Bohemorum, cap. 35.

B Vvaldensium errores recensens, huius erroris non meminit. Hic error apertè conuincitur ex eò quòd Paulus Apostolus, qui meritò inter perfectos numerari debet, proprijs manibus laborauit. Nam quamuis posset non laborare, & sine labore viuere de Euangelio, quoniam ij quibus prædicabat, tenebantur eum alere, ipse tamen vt illos, quibus Euangelium prædicabat, non grauaret, voluit proprijs manibus laborare, vt ex suo labore victum acquireret. Sic enim ipse in priore epistola ad Corinthios ait: Nescitis quoniam qui in sacra- ^{1. Cor. 9.} rio operantur, quæ de sacrario sunt, edunt? Et qui altario deseruiunt, cum altario participant? Ita & Dominus ordinauit his, qui Euangelium annunciat, de Euangelio viuere. Ego autem nullo horum vsus sum. Si Paulus, qui poterat de Euangelio viuere, laborat, quanto magis monachi, qui non prædicant, tenentur manibus laborare? Sed hos ipsos monachos ociosos apertè reprehendit Paulus in secunda ad Thessalonicenses epistola, dicens: Ipsi enim scitis ^{1. Thess. 3.} quemadmodum oporteat imitari nos, quoniam non in quiete fuimus inter vos, neque gratis panem mnducauimus ab aliquo, sed in labore & fatigatione, nocte & die operantes, ne quem vestrum grauaremus: non quasi non haberemus potestatem, sed vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. Nam & cum essemus apud vos, hoc denunciabamus vobis, quoniam si quis non vult operari, nec manducet. Audiuius enim quosdam ambulantes inter vos inordinatè, nihil operantes, sed curiosè agentes. His autem qui eiusmodi sunt denunciamus, & obsecramus in Domino Iesu Christo, vt cum silentio operantes, suum panem manducent. Et in Epistola ad Ephesios iterum ^{Eph. 4.} ait: Qui furabatur, iam non furetur: magis autem labore operando manibus suis, quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Et in Actibus Apostolorum, cum à Mileto mittens Ephesum, vocasset inde presbyteros Ecclesiæ, ait illis: Argentum & aurum aut vestem nullius concupiui, sicut ipsi scitis: quoniam ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum sunt, ministrauerunt

uerunt manus ista. Omnia ostendi vobis: quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos, ac meminisse verbi Domini Iesu, quoniam ipse dixit: Beatus est magis dare quam accipere. Ecce Apostolum Paulum propriis manibus laborantem, qui alios ut etiam manibus laborent, sapientissime hortatus est. Præterea omnes sancti viri qui modum aliquem viuendi in monasterio instituerunt, monachis suis præceperunt, ut manibus laborantes, ocium animam inimicum vitaret. Nam de monachis Aegyptijs loquens beatus Hieronymus in epistola ad Rusticum monachum, ita ait: Aegyptiorum monasteria hunc habent morem, ut nullum absque labore & opere suscipiant, non tam propter victus necessaria, quam propter animæ salutem, ne vegetur perniciosis cogitationibus, & instar fornicantis Hierusalem omni transeunti diuarcet pedes suos. Hæc Hieronymus. Hoc ipsum beatus Basilius docet monachos, qui in regula monachorum, capite sexagesimo-septimo inducit monachos talem proponentes illi questionem, sic dicens: Si ergo neque sollicitudinem habere oportet de necessarijs vibus ad vitam, & aliud præceptum est Domini dicentis: Operamini non cibum qui perit: nonne superfluum est manibus operari? Cui questionem respondens Basilius, ait: Ipse Dominus in Euangelio præceptum suum explicauit. Nam ibi ipse qui dixit non oportere queri aliud ad vitam, cum dicit: Nolite querere quid manducetis, aut quid bibatis, hæc enim omnia gentes inquirunt, addidit: Querite autem regnum Dei, & iustitiam eius. Et quomodo oporteat queri, indicauit. Cum enim dixisset nolite operari cibum qui perit, addidit, sed eum qui permanet in vitam æternam. Et hoc quid esset, ostendit in alio loco, dicens: Meus cibus est, ut faciam voluntatem eius qui misit me patris. Voluntas autem patris est esurientibus cibum dare, sitientibus potum, nudos cooperire, &c. huiusmodi. Tum deinde necessarium est & Apostolum imitari dicentem: Omnia ostendi vobis, quia laborantes oportet suscipere infirmos. Et cum iterum docet: Magis autem laboret vnusquisque manibus suis, operans quod bonum est, ut possit impartiri necessitatem patientibus, Cum verò hæc ita nobis vel in Euangelio Dominus, vel Apostolus tradidit, manifestum est quidem, quod pro nobis ipsi quidem solliciti esse non debemus, neque laborare: propter mandatum autem Domini, & propter necessitatem proximorum solliciti esse debemus, & operari attentius, & maxime quia Dominus in seipsum recipit ea quæ in seruos eius fecerimus, & regnum cælorum pro huiusmodi promittit obsequijs. Hucusque Basilius. Ex cuius verbis constat illum hoc iniungere monachis, ut laborent, non tam propter sui victus necessitatem, quam ut mandata Dei possint laborando implere, & de labore suo proximorum necessitati subuenire. Beatus Benedictus in regula sua ait: Ociositas inimica est animæ, & ideo certis temporibus occupari debent fratres in labore manuum, certis iterum horis in lectione diuina. Ideoque hæc dispositione credimus vtraque tempora ordinari, id est, ut à Pascha vsque ad calendas Octobris manere exeuntes à prima vsque ad horam penè quartam laborent quod necessarium fuerit, ab hora autem quarta vsque ad horam sextam quasi lactationi vacent. Et aliquibus interiectis subdit: Si autem necessitas loci aut paupertas exegerit, ut ad fruges legendas per se occupentur, non contristentur, quia tunc verè hi monachi sunt, si labore manuum suarum viuant, sicut & patres nostri, & Apostoli. Omnia tamè mensurate fiant propter pusillanimes. Hæc beatus Benedictus monachis suis in regula præcipit. Similiter etiam seraphicus pater sanctus Franciscus, Minorum fratrum institutor, in regula sua, capite sexto: Fratres, quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent fideliter & deuotè, ita ut excluso ocio animæ inimico, sanctæ orationis & deuotionis spiritum non extinguant, cui debent cetera temporalia deseruire. De mercede verò laboris pro se & suis fratribus corporis necessaria recipiant præter denarios vel pecuniam, & hoc humiliter, sicut decet seruos Dei, & paupertatis sanctissimæ sectato-

sectatore s. Hæc in regula sua sanctus Franciscus. Et in testamento suo iterum ait: A Et ego in anibus meis laboraui, & volo laborare, & omnes alij fratres firmiter volo quod laborent de laboratio quod pertinet ad honestatem. Et qui nesciunt, addiscant, non propter cupiditatem lucri, sed propter bonum exemplum, & ad repellendam ociositatem. Hæc sanctus Franciscus in testamento suo. Demum Concilium Carthaginense quartum, perspicuus quam noxium sit corporis ocium omnibus clericis, præcipit ut manibus suis laborent. Nam quinquagesimo secundo capite suorum decretorum præfatum concilium tale statuit decretum dicens: Clericus victum & vestitum sibi vel artificioso vel agricultura, absque officij sui duntaxat detrimento, præparet. Et capite sequenti iterum ait: Omnes clerici qui ad operandum validi sunt, & artificiosa & literas discant. Hæc Concilium Carthaginense quartum. Cuius definitioni expedit credere magis quam ociosis Messalianis, aut idiotis Valdensibus. Sed iam opus est ut videamus quo argumento suam teneantur hæresim Messaliani. Primum enim pro se citant illud quod Saluator noster apud Ioannem ait: Operamini, non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. Secundò obijciunt quod Dominus Martham de hoc labore reprehenderit dicens: Martha sollicita es & turbaris erga plurima. Et apud Mattheum eandem sollicitudinem omnibus inhiuit, cum ait: Nolite ergo solliciti esse dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operemur? Et iterum: Nolite ergo solliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi. Et certè hæc sacra scripturæ loca non ita sunt intelligenda ut Messaliani putant, credentes Christum per illa verba omnem prohibuisse laborem. Qualiter autem sint interpretanda, beatus Basilius docet in illis verbis quæ supra ex illo citauimus. Verum clariùs eorum intellectum aduersus Messalianos pandit Theophylactus, qui in expositione super Euangelium Ioannis, exponens illa verba quæ nunc proxime ex Ioanne citauimus, ita ait: Nam quia multi sunt cupientes ignauia viuere, & maxime Messaliani, qui vsi sunt hoc dicto ad patrociniū suæ ignauitæ, operæ precium fuerit declarare hoc dictum. Non enim hoc dixit Dominus noster Iesus Christus, ut corporalem quidem operationem ab eis velit amouere, & ipsos ad ocium cogere. Omnem enim malitiam docuit ociositas: & si oportet euidenter dicere, ipsum ocioso viuere, cibus est qui perit: & ita eum qui Christum sequitur, oportet operari, ut habeat quod & alijs comunicet. Hoc enim habet mercedem & promissionem futuri regni. Et paucis interiectis respondet ad alia duo, quæ ex Mattheo & Luca pro Messalianis citauimus testimonia, dicens: Dictum ad Martham, non de opere est & operatione vel ocio, sed de temporis obseruatione, & ne tempus audiendi insinuat in occupationes parandorum ciborum. Persuadet igitur ei, ne perdat tempus doctrinæ frustra propter occupationem in his quæ sunt veteris. Quod autem dicit, ne solliciti sitis, neque hoc dicto operationem rejicit. Aliud enim sollicitudo est, & aliud operatio. Fieri enim potest ut sollicitus non sit qui operatur. Docet igitur nos Dominus ne addicti simus curis vitæ, neque habeamus curam quomodo cras refocilemur, & vult ut vnoquoque die operemur, dicens: Ne solliciti sitis de crastino. Quasi in hunc modum diceret: Ne solliciti sitis quomodo hodie operando, cras quiescatis: sed quotidie cibum quotidianam operatione parantes, ne solliciti sitis de crastino. Hucusque Theophylactus. Ex cuius interpretatione constat Messalianos suo ipsorum gladio interimi. Nam ex eodem dicto Martham, quod illi pro se citauerunt, eorundem ignauia redarguitur. Aduersus hanc hæresim scripsit B. Augustinus librum vnum, cui titulus est, De opere monachorum. Et Ioan. Cassianus lib. 10. de institutis cœnobiorum, à capite septimo vsque ad finem libri nihil aliud agit quam ostendere necessarium esse monacho, ut aliquid manibus suis operetur, ut per operationem amputentur vitia, quæ gignit ociositas.

Secunda hæresis est, quæ cum hac proximè enarrata velut ex diametro pugnat, afferens omnes monachos absq; vllò discrimine teneri ad laborem manuum, vt ex illo sibi victum acquirant: nec posse illos alio modo sibi victum parare, quàm per laborem manuum. Huius hæresis primus autor fuit quidam Vvillhelmus de sancto Amore, acerbissimus hostis monachorum mendicantium. Hic dixit omnes monachos qui non habebant proprium communitatis vnde viuerent, debere laborare manibus suis, vt inde victum sibi acquirant.

Hanc & alias hæreses docuit sub Alexandro Papa huius nominis quarto, à quo etiam damnatus fuit, per bullam quæ incipit Romanus pontifex.

Post istum successit Ioannes Vvicleph, qui Hiericho destructam, fortioiorem reedificare cupiebat. Hic enim non solum de mendicantibus monachis, sed de omnibus alijs sine vllò discrimine locutus est, dicens omnes monachos debere per laborem manuum victum & vestitum sibi parare. Lutherus autem & sui complices modestiùs hunc docent errorem, quoniam eos qui prædicationi verbi Dei student, nolunt arctari ad laborem manuum, reliquos autem omnes cogunt vt artificio aliquo victum sibi acquirant: neq; vllò pacto ex mendicitate viuere apud Lutheranos licet. Et certè si de labore manuum monachis iniungendo cum debita discretionè loquerentur, non hic eos vocaremus in contentionem: quinimò conueniret inter nos de hac re, quoniam vt in proximè præfata hæresi docuimus, summè necessaria est monachis laboriosa aliqua operatio. Verùm cum dicant omnes sine discrimine debere laborare, idè eos nunc merito de hæresi notauimus: quoniam ex Christi & Apostolorum doctrina conuincemus esse plures monachorum conditiones, qui ad hunc laborem non tenentur: sed beati tales monachi esse possunt etiam si non manducauerint de labore manuum suarum. Quis erit adèd crudelis in proximum, vt eum qui infirmatur, & morbo laborat, cogere velit ad laborem? Nullus certè, D

nisi talis sit, qui nolit alijs facere quæ sibi vellet fieri. Sufficit enim (inquit Saluator) dici malitia sua. Sufficit enim morbus ipse, nec iustum est vt supra morbum quem patitur, aliud illi superponatur onus, quod cum ferre nõ possit, necesse sit aut ipsum reiiciat, aut suscipiens confringatur. Neque tamen hic dicimus infirmos eos solum, qui tunc morbo premuntur, sed etiam eos qui etsi bene valeant aliquando, tamen sæpè post aliqua interualla recidunt, quos medici valetudinarios appellant. Nam de talibus erat Timotheus, qui infirmitatem stomachi & alias frequentes infirmitates patiebatur. Sic enim illi scribens Paulus ait: Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino vttere propter stomachum tuum, & frequentes infirmitates tuas. Frequentes dixit, non continuas. Nam si continua infirmitate laborasset, Paulus qui tanta charitate ardebat, vt quocunq; alio infirmante ipse infirmaretur, non iniunxisset illi prædicationis laborem, curam animarum, ministerium viduarum, quæ omnia mediocrem saltem hominis valetudinem exigunt. Timotheum ergo, quia sic infirmabatur, & manibus laborare non poterat: sic illum exhorratur, monet

& consolatur. Labora (inquit) sicut bonus miles Christi Iesu. Et ne crederet quod per negociationes alias ad modum mercatorum posset sibi victum acquirere, addidit: Nemo militans Deo, implicat se negocijs secularibus, vt ei placeat cui se probauit. Nam qui in agone contendit, non coronatur nisi legitime certauerit. Verùm quia poterat Timotheus obijcere infirmitatem suam propter quam ineptus erat labori, statim Paulus subiunxit: Laborantem agricolam oportet primum de fructibus accipere. Quibus verbis nõ illi laborem manuum, vt alijs facere solebat, suasit: sed modum illi ostendit qualiter absque labore manuum de Euangelio viuere posset. Et cum Mileti esset Paulus, omnes presbyteros, quos ad eum locum ex Epheso ascuerat, docuit vt infirmi alerentur ex aliorum labore. Omnia (inquit) ostendi vobis, quoniam sic laborantes

Arantes oportet suscipere infirmos. Ecce Paulum docentem vt per labore eorum qui bene valent, alantur infirmi. Vnde Prosper in libro de vita contem-
platiua, cap. 11. sic ait: Ipsi quoq; pauperes si se possint suis artificijs aut laboribus expedire, nõ præsumat quod debilis aut infirmus debet accipere: ne fortè Ecclesia, quæ potest omni solatio destitutis necessaria ministrare, si omnes etiã nihil indigentes accipiant, grauata, illis quibus debet subuenire, non valeat. Hæc Prosper. Patet iam nõ esse iustum vt infirmi cogantur ad laborem, quem tolerare non possunt. Simile quid sentit beatus Augustinus de diuitibus qui molliter & delicatè in seculo educati omnibus spretis monasterium intrauerunt, ea quæ habebant pauperibus Christi distribuentes. Nam hos, eò quod molliùs nutriti, & laboribus minimè assueti, laborem ferre nõ possunt, beatus Augustinus sentit non ad labore cogendos. Sic enim in libro de opere monachorum, capite. 25. ait: Quamobrem etiã illi qui relicta vel distributa siue ampla siue qualicumq; opulenta facultate, inter pauperes Christi pia & salubri humilitate numerari voluerunt, si corpore ita valent, & ab Ecclesiasticis occupationibus vacant, quanquam eis tam magnum animi sui documentum adferentibus, & eiusdem societatis indigentia de his rebus quas habebant, vel plurimum vel non parũ conferentibus, vicem sustentandæ vitæ eorum res ipsa communis & fraterna charitas debeat: tamen si & ipsi aliquid manibus operentur, vt pigris ex vita humiliore & ob hoc exercitiorè venientibus auferant excusationem, multò misericordiùs agunt quàm cum omnia sua indigentibus diuiserunt. Quod quidem si nolunt, quis audeat cogere? Quibus tamen inuenienda sunt opera in monasterio, etiam si à corporali functione liberiora, sed vigilantè administratione curanda, vt nec ipsi panem suum, quoniam iam communis factus est, gratis manducant. Nec attendendum in quibus monasterijs, vel in quo loco indigentibus fratribus quisque id quod habebat impeuderit. Omnium enim Christianorum vna respublica est. Hucusq; Augustinus. Ex cuius verbis patet eos nõ esse in monasterio ad laborem cogendos, qui cum monasterium intrauerunt, substantiam huius mundi habebat, quam pauperibus distribuerunt. Et eandem sententiã priùs ex Pauli sententia confirmarat, cap. 16. sic dicens: Excepta ergo hac potestate, quam verbi Dei prædicatores habere in eos quibus prædicant, sæpè testatur Paulus etiam sanctis qui omnia sua vendita distribuebant, & Hierosolymis habitabant in sancta cõmunionè vitæ, nõ dicentes aliquid proprium, quibus erant omnia cõmunia, & anima & cor vnum in Deum, ab Ecclesijs gentium necessaria conferri præcipit, & hortatur. Inde est & illud ad Romanos: Nunc (inquit) pergam Hierusalem ministrare sanctis. Placuit enim Macedoniæ & Achaiæ cõmunionem aliquam facere in pauperes sanctorum qui sunt in Hierusalem. Hæc Augustinus. Alij sunt etiã qui non minore, imò fortè meliøre aut saltem nobiliøre iustitia possunt absque labore manuum suarum vitam suam transigere. Hi autem sunt prædicatores verbi Dei, & omnes doctores, qui verbo aut scripto alios docent legem Dei. Non enim interest quæ via aliquis doceat, videlicet verbo, an scriptura: si tamen de lege Dei doceat. Hos omnes posse absq; labore manuum manducare, conuincitur ex hoc quod potestatem habent à Domino accipiendi ea quæ sunt ad vitam necessaria, ab illis quos docet. Nã cum Christus mitteret Apostolos suos ad prædicandum, dixit illis: Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris, neque peram in via, neq; duas tunicas, neq; calceamenta, neque virgam. Dignus est enim operarius cibo suo. Propterea enim inhiuit illis hæc omnia, vt cum illis egerent, ab eis acciperent quibus verbum Dei prædicarent. Verùm ne quis putet hanc potestatem solis Apostolis fuisse collatam, audiat quid Lucas Euangelista de alijs prædicatoribus dicat. Post hæc (inquit ille) designauit Dominus & alios septuaginta duos, & misit illos

binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum quòd erat ipse venturus: & dicebat illis: Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. Ite, ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum, neq; peram, neq; calceamenta, & neminem per viam salutaueritis. In quacunque domum intraueritis, primum dicit: Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra: sin autem, ad vos reuertetur. In eadem autem domo manete, edentes & bibentes quae apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. Ecce iam vides idem concessum esse septuaginta duobus discipulis, quod prius duodecim Apostolis fuerat concessum. Quòd si dicat quis hanc potestatem solis pastoribus fuisse datam, & non alijs quibus praedicationis onus nõ est iniunctum, sed ipsi se ingerunt ad praedicandum, facile hoc rejiciet quisquis bene circumspexerit hanc potestatem viuendi ex Euangelio, non esse fundatam in officio pastoris, sed in sola praedicatione verbi Dei, neq; ex aliqua alia re pendere, quam ex officio praedicationis. Si ergo in ipsa praedicatione tantum laborat monachus non habens pastoris officium, sicut alius secularis pastor aut curatus, cur nõ etiam habeat cibum suum aut mercedem suam sicut alius? Dignus est enim (inquit Christus) operarius cibo suo. Et iterum: Dignus est operarius mercede sua. Aduerte quòd vtròq; dixit operarius, non autem dixit praelatus, aut pastor, aut curatus, aut praepositus: sed vt inuenerit mercedem esse debitam operi, & non praelationi, dixit operarius. At cum monachus praedicat, etiam est operarius sicut quilibet alius: ergo etiam illi merces debetur. Si enim qui vltro se offerunt, non tantum laborant vt alij, iustum est vt etiam inaequalem mercedem habeant. Quòd si maior est eorum in praedicatione labor, cur non aequali saltem mercedem habeant? Iustius certe, quam isti haeretici optant, fecit Moyses, qui non solum Beseleel & Ooliab viris doctis & à Domino electis ad faciendum opus sanctuarij, sed etiam alijs expertis viris qui ad idem opus faciendum se vltro obtulerant, mercedem dedit, & illis sicut alijs distribuit donaria filiorum Israël. Verum isti haeretici tanquam Aegyptij vellent monachos Aegyptiaca & Pharaonica seruitute premere, vt videlicet palea non detur, & eadem operis mensura exigatur. Volunt vt victus non detur praedicationibus, & praedicationis labor ab illis exigatur. Paulus Apostolus in ea quae est ad Romanos epistola ait: Nam si spiritualium eorum participes facti sunt Gentiles, debent & in carnalibus ministrare eis. Et in priore epistola ad Corinthios iterum ait: Quis militat suis stipendijs vnquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? Nunquid secundum hominem haec dico? An & lex haec non dixit? Scriptum est enim in lege Moyse: Non alligabis os boui trituranti. Nunquid de bobus cura est Deo? An propter nos vtiq; haec dicit? Nam propter nos vtiq; scripta sunt, quoniam debet in spe, qui arat, arare: & qui triturat, in spe fructus percipiendi. Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus. Hucusque ibi beatus Paulus. Vereantur iam isti monachorum hostes alligare ora illis triturantibus. An forte monachus praedicans verbum dei, non plantat vineam cum praedicat? Nonne Paulus propter praedicationem dicebat: Ego plantani? Nunquid non monachus praedicans etiam pascit? Nonne etiam triturat? Si plantat, sicut illum de fructu vineae comedere. Si pascit gregem, permittant vt de illius lacte manducet. Si triturat, nolint contra praecipitum Dei os illius alligare. Et ad Timotheum scribens iterum ait: Laborantem agricolam oportet primum de fructibus accipere. Ecce iam vides praedicatorum verbi dei ex diuina sententia esse liberos ab obligatione corporalis laboris. Hi autem sunt omnes qui sunt ministerio diuino mancipari. Nam in priore epistola ad Corinth. Paulus ait: Nescitis quoniam qui

nam qui in sacratio operantur, quae de sacratio sunt, edunt? Et qui altario deseruiunt, cum altario participant? Ita & Dominus ordinauit his qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere. Ecce vno orationis contextu Paulus asserit non solum Euangelistas, sed omnes altario deseruientes habere hanc potestatem, vt beati esse possint, etiam si non manducauerint de labore manuum suarum. Ita enim sentit beatus Augustinus, qui libro de opere Monachorum, capite vicesimo primo, de Messalianis Monachis loquens, ait: Isti autem fratres nostri temere sibi arrogant, quantum existimo, quòd eiusmodi habeant potestatem. Si enim Euangelista sunt, fateor habent: si ministri altaris, dispensatores sacramentorum, bene sibi istam non arrogant, sed plane vendicant potestatem. Haec Augustinus. Quid ergo isti haeretici velut canes latrant in monachos? Cur tam generali sententia omnibus monachis non laborantibus interdicitur panem, quem Dominus sua benignitate indulgit Euangelistis, & altari seruientibus? Praeter istos autem, quos ostendimus esse ab operatione & labore manuum lege diuina exemptos, quicumque alius monachus fuerit, tenetur laborare. Et si non laborauerint, certe non puto licitum illis esse manducare. Non est enim monachus institutus, vt quis in eo ociosam vitam habeat, quam forte non habuisset in seculo. Vnde beatus Augustinus in libro de opere monachorum, cap. 25. sic ait: Illi autem qui praeter istam sanctam societatem, vitam labore corporis transigebant, ex quorum numero plures ad monasteria veniunt, quia & in ipso humano genere plures sunt, si nolunt operari, non manducant. Neque enim in militia Christiana propterea ad pietatem diuites humiliantur, vt pauperes ad superbiam extollantur. Nullo modo enim decet, vt in ea vita vbi sunt senatores laboriosi, ibi sint opifices ociosi: & quòd veniunt relictis delicijs suis qui fuerant praediorum Domini, ibi sint rustici delicati. Haec Augustinus. Demum haec haeticorum pestilens assertio totius ecclesiae catholicae definitione damnata est. Nam ex 45. articulis Ioannis Vicleph damnatis in Concilio Constantiensi sessione octaua, vicesimus quartus sic ait: Fratres tenentur per labores manuum victum acquirere, & nõ per mendicitatem. De quo articulo talis ibidem profertur sententia: Prima pars est scandalosa, & praesumptuose asserta, pro quanto sic generaliter & indistincte loquitur. Et secunda erronea, pro quanto asserit mendicitatem fratribus non licere. Haec Concilium Constantiense. Sed iam opus est vt istorum haeticorum obiectionibus respondeamus. Primum enim obijciunt quòd Paulus laborauit: ergo cum mouachi sint Apostolorum imitatores, tenentur etiam ipsi manibus laborare. Huic autem obiectioni respondemus, fatentes Paulum laborasse manibus suis, nec tamen hoc ex necessitate aut obligatione fecit, sed ex perfectione & supererogatione. Nam etiam si non laborasset manibus suis, sed voluisset ex Euangelio viuere, non peccasset, cum constet Petrum & alios Apostolos absque labore manuum de solo Euangelio victum sibi parasse. Hoc autem ipsemet Apostolus Paulus testatur, qui in priore ad Corinthios epistola, sic ait: Mea defensio apud eos qui me interrogant, haec est. Nunquid non habemus potestatem manducandi & bibendi? Nunquid non habemus potestatem sororem mulierculam circumducendi, sicut & ceteri Apostoli & fratres Domini & Cephas? aut solus ego & Barnabas non habemus potestatem hoc operandi? Quis militat suis stipendijs vnquam? Et interiectis aliquibus argumentis, quibus probat se habuisse potestatem viuendi ex Euangelio prout ceteri Apostoli, subdit: Ego autem nullo horum usus sum. Et in secunda ad Thessalonicenses iterum ait: Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos, quoniam non in quiete fuimus inter vos: neq; gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore & fatigatione, nocte & die operantes, ne quem vestrum grauaremus. Non quasi nõ habuerimus potestatem,

sed ut nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. Ex quibus aperte conuincitur, quod licet monachi sint imitatores Apostolorum, non tamen oportet ut omnes sine discrimine laborent: quonia hoc non omnes Apostoli fecerunt, sed Paulus, qui non ex necessitate, sed ex perfectione se fecisse testatur. Secundo obijciunt nobis illud quod Paulus ad Thessalonicenses scribens, ait: Nam cum essemus (inquit) apud vos, hoc denunciabamus vobis, quoniam si quis non vult operari, nec manducet. Verum haec obiectio nullum prorsus habet robur, si sequentia verba Apostoli adiungantur his quae dicta sunt, quoniam ex illis quae Apostolus subiunxit, satis aperte ostenditur eum non generali sententia inhibere cibum cuiusque non laboranti, sed solum ociosis qui nullam prorsus habent occupationem, per quam digni sint qui panem manducant. Sic enim ait: Audiuimus enim quosdam ambulantes inter vos inordinate, nihil operantes, sed curiosi agentes. His autem qui eiusmodi sunt, denunciamus, & obsecramus in Domino Iesu Christo, ut cum silentio operantes, suum panem manducant. Ecce, quibus loquitur Paulus, nempe ambulantes inordinate, nihil operantes, sed curiosi agentibus, his, inquam, praecipit ut in silentio operantes, suum panem manducant: & si quis laborare noluerit, non manducet. At monachi praedicantes verbum Dei, & altario deseruientes, non nihil operantur: ergo manducare possunt. Quod si illa Pauli verba omnes Monachos obligarent, eadem lege obligarent omnes Christianos: quoniam Apostolus Thessalonicensibus scribens, non solum Monachis scripsit, nec ibi vllam de Monachis fecit mentionem, sed sine discrimine omnibus scribit: nec tamen illa verba ad omnes diriguntur, sed ad eos solos, qui ociosam vitam degunt, quos nos etiam fateri indignos esse qui manducare debeant. Aduersus hunc errorem scripsit frater Thomas Vvalden. in suo primo tomo doctrinalis fidei antiquae libro quarto.

L E X.

DE hac re fuit olim in ipsis Ecclesiae nascentis primordiis quaedam haeresis orta, asserens legem veterem iuxta omnia illius praecipita esse seruandam simul cum lege noua. Quis autem fuerit primus huius haeresis autor, mihi non constat. Hoc tamen scio, ex testimonio Philastri & Augustini in libro de haeresibus, Cerinthum & Ebionem & Nazaraeos hanc docuisse haeresim. Verum nescio quis eorum fuerit vetustissimus, quoniam Nazaraeorum initium non est apertum, cum nullus prodiderit quis fuerit illorum princeps. De Nazaraeis haereticis loquor, non autem de illis quorum meminit liber Numerorum. De Cerintho & Ebione constat vtrunque eorum fuisse coaetuum Ioanni Euangelistae. Nam beatus Hieronymus in libro illustrum virorum, dicit beatum Ioannem rogatum ab Asiae episcopis scripsisse Euangelium contra Ebionis dogma, asserentis CHRISTVM non fuisse ante Mariam, quapropter coactus fuit vtranque CHRISTI naturam, diuinam videlicet & humanam, explicare. Irenaeus vero libro tertio aduersus haereses, capite etiam 3. dicit quod Ioannes Domini discipulus in Epheso iens lanari, cum vidisset intus Cerinthum, exiit de balneo non lotus, dicens quod timeret ne balneum concideret, cum intus esset Cerinthus inimicus veritatis. Itaque cum vterque horum fuerit Ioanni coaetuum, non patet facile vter illorum fuerit vetustior, aut vter prior altero hanc haeresim docuerit, quamquam ego suspicor Cerinthum fuisse aliquantulum vetustiore Ebione, propterea quod Irenaeus libro primo aduersus haereses, recensens haereticos qui ad suum usque tempus Ecclesiam vexarunt, prius de Cerintho disserit quam de Ebione.

A de Ebione disserit, cap. 26. & illi hanc, quam impresentiarum discutimus, impingit haeresim. At de Cerintho tractat, capite 25. nec tamen illi hanc haeresim tribuit. Sed nec Terrullianus de eodem Cerintho sermonem faciens in suo libello de haeresibus, huius erroris meminit, etiam cum alios illius errores recensent. Philaster vero omnia illa tribuit Cerintho, quae Irenaeus ascribit Ebioni: dicitque idem Philaster Ebionem fuisse discipulum Cerinthi. Sed in distribuendis his haeresibus ita ut cuiusque haeretico quod suum est dogma tribuatur, multo labentius crediderim Irenaeo quam Philastro, propterea quod ille multo doctior atque vetustior fuerit quam Philaster. Hanc haeresim tutati sunt etiam Samseus & Elcesaeus, qui Ebionitarum dogma in vniuersum amplexati sunt. Quapropter Epiphanius haereses recensens (teste Augustino) Samseos & Elcesaeos Ebionitis copulat, tanquam vna sit eorum haeresis: post istos autem nemo, quod sciam, hanc haeresim docuit, usque ad hunc diem, in quo audio quosdam Germanos ex his qui Rheno adiacent, post susceptum baptismum circumcisionem tolerasse, dicentes circumcisionem esse necessariam ad vitae aeternae consecutionem. Hos tamen omnes redarguit Paulus scribens Galatis, qui eodem errore fuerant infecti, dicens: Prius autem quam veniret fides, sub lege custodiebamur, conclusi in eam fidem quae reuelata erat. Itaque lex pedagogus noster fuit in Christo, ut ex fide iustificemur. Et ubi venit fides, iam non sumus sub pedagogo. Et iterum de duobus testamentis loquens sub figura duorum filiorum Abraham, ait: Sed quomodo tunc is qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum qui secundum spiritum, ita & nunc. Sed quid dicit scriptura? Eijce ancillam & filium eius. Non enim erit haeres filii ancillae cum filio liberae. Itaque fratres non sumus ancillae filij, sed liberae, qua libertate Christus nos liberavit. Ecce Paulus aperte testatur eijciendam esse legem veterem, quae tanquam ancilla fuit legis Euangelicae. Et rursum in eadem epistola: Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit. Testificor autem rursus omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est vniuersae legis faciendae. Euacuati estis a Christo, qui in lege iustificamini. A gratia excidistis. Nos enim spiritum ex fide spem iustitiae expectamus. Nam in Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque praepurium, sed fides quae per charitatem operatur. Et in epistola ad Hebraeos de eadem re disputans ait: Si ergo consummatio per sacerdotium Leviticum erat (populus enim sub ipso legem accepit) quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchisedech alium surgere sacerdotem, & non secundum Aaron dici? Translato enim sacerdotio, necesse est ut & legis translatio fiat. Et iterum: Reprobatio quidem sit praecedentis mandati, propter infirmitatem eius & inutilitatem. Nihil enim ad perfectum adduxit lex: introductio vero melioris spei per quam proximamus ad Deum. Demum de hac re ab ipsis Apostolis in vnum congregatis, in illo celeberrimo Hierosolymitano concilio data est definitio: quoniam (ut Apostolica refert historia) quidam descendentes de Iudaea, docebant fratres, quia nisi circumcidamini secundum legem Moysi, non potestis saluari. Surrexerunt enim quidam de haeresi Pharisaeorum, qui crediderunt, & dicebant oportere circumcidi, & seruare reliqua omnia quae Moyses in lege praeeperat. Ob quam doctrinam facta est non modica seditio, resistentibus huic assertioni Paulo & Barnaba. Propter quod Apostoli & seniores conuenerunt Hierosolymam, ut de hac re definirent. Habitaque matura, prout decebat, rei examinatione, protulerunt sententiam, quam per epistolam suam miserunt his qui erant Antiochiae, in hunc modum: Visum est enim Spiritui sancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris quam haec necessaria, ut abstinatis vos ab immolatis simulacrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione: a quibus custodietes vos, bene ageris. Haec concilium Apostolorum. Quis erit ergo qui tam illustri concilij definitioni repugna-

repugnare audeat? Nullus certè, nisi demens aut infidelis ille fuerit. Et certè si lege Euangelica data oporteret adhuc seruare legem veterem, contra eandè legem visus fuisset facere Deus, qui talem in Leuitico condidit legem: Sororem vxoris tuæ in pellicatum eius non accipies, nec reuelabis turpitudinem eius adhuc illa viuente. Quæ quidem rectè præcepta sunt, ne si fortè aliquis simul vxori & sorori illius iungeretur, inter simul habitantes excitaretur zelus, vnde contentio rixaq; generata fuisset. Priùs quidem synagogam sibi desponsauerat Deus: huius soror est Ecclesia, quàm etiam Deus sibi coniungere optabat. Verùm vt nulla esset contentio inter eas occasio, noluit secundam superducere viuente prima. Oportuit ergo synagogam tunc sepeliri, quando Deus Ecclesiam nouam sponsam sibi desponsauit, ne inter sorores simul habitantes æmulatio esset, sicut olim Lia zelabatur Rachel. Nam cum ab illa petiuisset Rachel, vt daret illi de Madragoris quas filius eius ex agro attulerat, respondit: Parùm ne tibi videtur quòd præripueris maritum mihi? Quæ verba apertissima sunt indicia vrentis intrinsecus zeli. Hac enim de causa (vt testatur Apostolus Paulus) eiecta est Agar ancilla cum filio suo, quia videlicet filius eius Ismaël persequebatur Isaac filium vxoris Saræ, propter quod Sara se despicerebatur ab ancilla. Verùm posset fortè hæreticus in suæ hæresis defensionem nobis obijcere illud quod in Exodo habetur, vbi post descriptionem vestis sacerdotalis, qua Aaron erat induendus, subdidit Dominus eum. Et in Leuitico præcipiens modum hostiæ quæ debebat offerri pro peccato, dicit: Eritque vobis hoc legitimum sempiternum, vt oretis pro filijs Israël, & pro cunctis peccatis eorum semel in anno. Ex quibus duobus locis fortè hæreticus vellet colligere legem Moyfi esse obseruandam in perpetuum. Sed non ita res se habet: quoniam non idèd vocatur legitimum sempiternum, quia semper esset duraturum, sed quia ad vitam quodammodo disponebat æternâ. Vel aliter & mea sententia meliùs, idèd dicitur sempiternum, quia erat figura testamenti æterni. Itaque dicitur sempiternum, nõ in se, sed in eò cuius figuram gerebat. Et glossa interlinearis in Exodo sic exponit illam vocem sempiternum, quia (inquit) res significat æternas.

Secunda hæresis est primæ prorsus opposita, asserens legem veterem esse malam. Hanc hæresim multi scriptores tribuunt Manichæo tanquam primo illius patrono: qua in re certissimè falluntur, quoniam & si Manichæus fuerit illam tutatus, non tamen ille primus eam docuit. Nam ante illum plurimam per centum annos fuit Marcion Ponticus, à quo Marcionitæ hæretici dicti sunt. Et hic docuit legem veterem esse malam, & à malo principio procedentem, quemadmodum docuit postea Manichæus. Hic autem Marcion discipulus fuit cuiusdam alterius hæretici Cerdonis nomine, quem Cerdonè Marcion in hac dementia imitatus est. Primus ergo huius erroris autor & princeps fuit hic Cerdon, quem Irenæus libro primo aduersus hæreses, testatur venisse Romam sub Iginio Papa & martyre. Augustinus in libro de hæresibus, capite decimo octauo, dicit etiam Caianos hæreticos hanc docuisse hæresim. Hos tamen Caianos Irenæus libro primo aduersus hæreses comprehendit sub Marcionitis, quoniam de Marcionis erroribus ibidem differens, dicit eum coluisse Cain: reliquosque omnes errores tribuit Marcioni, quos Augustinus tribuit Caianis. Vnde suspicio mihi oritur Caianos hæreticos à Marcione processisse. At cum Marcion, vt diximus, à Cerdone fuerit edoctus, oportet vt huic Cerdoni præsentis hæresis principatum & magisterium tribuamus. Huius autem assertionis pestiferæ falsitas conuincitur ex Pauli testimonio in epistola ad Romanos, dicentis: Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit: sed peccatum non cognoui, nisi per legem. Cum multa Pauli de

Alus de lege disseruisset, ex quibus aliquis fortè suspicari posset illum legem culpasse: ipsemet sibi obijcit, quod vidit alium sibi obiecturum. Dixerat enim priùs passiones peccatorum esse per legem. Dixerat etiam nos esse solutos à lege mortis, in qua detinebamur. Dixerat etiam legem subintrasse vt abundaret delictum. Quæ Pauli verba anam suspicionis infirmis præbebant, Paulum in ea fuisse sententia, vt damnare voluerit legem. Ad hanc igitur suspicionem tollendam, Paulus sibi ipsi obijcit quod infirmi obijcere sibi possent, dicens: Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit: sed peccatum non cognoui, nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: Non concupisces. Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Quibus verbis Apostolus docet legem non esse malam, sed bonam: quamuis illa non fuerit sufficiens ad salutem sine gratia. Quapropter dicit legem non esse ad hoc datam, vt peccatum in homine efficeret, sed vt ostenderet & reuelaret hominibus illud quod eis ignotum erat, essetne peccatum, an non. Multa enim erant, quæ etsi peccata erant, nesciebantur tamen esse peccata, aut nesciebantur esse adeò graua, & tam atrociter punienda, nisi lex docuisset. Hoc ergo fecit lex, vt doceret hominem quid esset peccatum. Ex his multis vnum producit Apostolus in exemplum. Nam concupiscentiam (inquit) nesciebam, nisi lex diceret: Non concupisces: hoc est, nesciebam concupiscentiam esse malum aliquod, donec audiui eam prohiberi per legem. Verùm ne suspiceris huius mali causam esse legem, non dixit: Concupiscentiam non habebam, nisi per legem: sed ait: Concupiscentiam nesciebam. Neque ait: Peccatum non feci nisi per legem: sed ait: Peccatum non cognoui nisi per legem. Vt clarè intelligas, legem non ministrasse peccatum, sed peccati cognitionem. Est adhuc aliud in lege, quòd ea data statim vrimur & sollicitamur desiderio earum rerum, quæ per legem prohibita sunt. Et hoc est, quod Apostolus postea subiungit, dicens: Occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Lex enim ad hoc data est, vt homo qui libertate sua abutens, per vitia singula ruebat in præceptis, freno legis cohiberetur, ne ita improvidus in præcipitia laberetur. At quia talis est nostra carnalis natura, vt ardentius desideret prohibita, quàm si non prohiberentur: idèd dicit Paulus sumptam esse occasionem peccati ex prohibitione legis. Nam (vt quidam ait) Nitimur in veritum semper, cupimusque negata. Similiter & diabolus videns legem esse homini datam in auxilium, vt per eam tanquàm per frenum homines cohibeantur à peccatis, tunc ille magis ad peccatum hominem sollicitat, & vehementius tentat, vt illi vertat legem in nocumentum, quæ fuerat data vt aliquod præstaret emolumentum. Vnde patet quomodo occasione per mandatum accepta, fecit in nobis omnem concupiscentiam. Minor enim concupiscentia erat, quando ante legem securi peccabamus. Minor erat, quando solam nostram mouebat libidinem. Omnis est, quando cognita lege, illam transgredi nec timemus, nec veremur. Verùm hoc malum non ex lege, sed ex nostra prouenit malitia, quæ medicinam conuertit in venenum: quoniam cum ex lege proficere debuissèmus, inde peiores efficitur, appetentes quod lege prohibitum est. Lex enim non cogit ad peccatum, sed nos ex ea peccandi occasionem accipimus, quamuis talem occasionem lex ipsa non det. Idèd Apostolus non dixit: Occasione autem data, sed dixit: Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Vt clarè intelligas à nostra prouenire malitia, & non ex lege, cum lege data contra eandem legem facere desideramus. Hæc ergo & alia cum Paulus de lege docuisset, quibus ostendit legem non esse malam, postea subdit laudes legis, dicens: Itaq; lex sancta quidem, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum. In prioribus ver-

Rom. 7. bus verbis Apostolus defendit legem à crimine, in his verò debitis laudibus eam extollit. Crimen obiectum fuit per hæc verba: Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Defensio criminis fuit in hoc verbo: Absit. Nunc ergo Apostolus non fuit contentus eam à crimine defendisse, nisi etiam illà laudaret: ideo *1. Tim. 1.* subdit: Itaque lex sancta quidem, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum. Per legem prohibitiones intelligit, per mandatum verò præcepta: & vtrunque sanctum esse docet. Præterea in priore ad Thimothæum epistola iterum ait: Scimus autem quia bona est lex, si quis ea legitime vtatur, sciens hoc, quia lex iusto non est posita, sed iniustis & non subditis. Quòd ait iusto non esse positam legem, idem est quod alibi dixerat, legem videlicet esse positam propter transgressores. Hoc autem sic accipiendum est, quia (vt diximus) lex data est tanquam frenum quoddam ad cohibendum homines à peccato. Cum ergo quis naturaliter ea quæ legis sunt, facit, & ipse sibi est lex, seipsum à peccato arcens, hic non habet opus lege, sed est tanquam equus bene domitus, & seffori obediens, qui vt bene dirigatur nullo indiget freno. Lex propter transgressores posita est, vt per illam à transgressione arceantur. Qui autem seclusa lege paratus est facere quæ lex præceptura esset, hic non habet opus lege. Verùm etsi iustus illa non indigeat, sancta tamen est lex per quam mali cohibentur à peccatis, & vrgentur ad emendationem commissorum. Et hoc est quod ait Apostolus: Bona est lex, si quis ea legitime vtatur. Hoc est, si faciat prout intendit ipsa lex, id est, si per illam perueniat ad gratiã iustifican-
tem. Legitimè enim vtitur lege, qui intelligens quare sit data, per eius comminationem confugit ad gratiam liberantem: & ideo bona est lex, quia plurimùm prodest homini etiam malo, dum per eius comminationem perducit illum ad gratiam. Si autem quis lege cognita contra legem facit, iste malè vtitur lege: etsi lex bona sit in se, huic tamen non est bona: quia peccatum per bonum tali D operatur mortem. Per mandatum enim grauius delinquit, qui per idem mandatum scit quàm graue malum sit illud quod committit. Et hoc est quod in *Rom. 7.* epistola ad Romanos dixerat: Quod ergo bonum est, mihi factum est mors: Absit: sed peccatum vt appareat peccatum, per bonum mihi operatù est mortem, vt fiat supra modum peccans peccatum per mandatum. Ac si diceret: Mandatum non mihi extitit causa mortis, sed ego mihi mortem intuli, qui peccando commisi ea quæ digna sunt morte. Rursum, in epistola ad Galatas *Gala. 3.* Apostolus ait: Itaque lex pædagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur. Lex ergo ductrix nostra fuit. Nam idem est pædagogus Græcè, quod puerorum ductor Latinè. Si ergo lex fuit noster pædagogus, videamus quòd nos ducit: & constat ex Pauli verbis, quòd lex duxit nos ad fidem Christi, vt per illam iustificemur. Sic enim ait: Itaq, lex pædagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur. Si ergo fides Christi est bona, non est possibile quin lex vetus, quæ ad illam duxit, fuerit bona. Non potest esse malus pædagogus, qui bene pueros instruit. Nec potest esse malus ductor, qui ad optatum & præstitutum terminum perducit. Demùm ipse veritatis magister & Saluator noster legem verbo & opere commendat. Nam & eius præcepta seruauit circumcissus, in templo oblatum, agnum paschalem cū discipulis comedens. Alijs etiam seruandam præcepit. Nam leproso mundato præcepit, vt iuxta legem Moyfi ostenderet se sacerdoti. Et prædicans ipsemet sæpenumero testimonia ex lege & prophetis citauit. Quòd si mala fuisset lex, non tantum honoris illi tribuisset Christus, vt illius testimonio in prædicatione vteretur.

Tertia hæresis est, quæ dicit omnem hominem in lege sua bene viuentem posse saluari, siue Iudæus ille sit, siue Sarracenus, siue Paganus. Huius hæresis patronum nullum hucusq; inueni, sed ex relatione aliorum scio illi nò defuisse tutorem. Nam Ioannes de Turre cremata libro primo de summa Ecclesiæ, capi-

A fia, capite vigesimoprimo dicit fuisse hæreticos, dicentes quemque hominem in sua lege posse saluari, si illam bene seruauerit: non tamen aperuit quis fuerit primus illius hæresis autor, aut quis vnquam fuerit illius patronus. Hæc hæresis aperte conuincitur per id, quod ait Paulus in ea quæ est ad Hebræos epistola: Sine fide (inquit) impossibile est placere Deo. Nisi autem quis Deo placeat, non potest vitam æternam adipisci: igitur sine fide nemo saluari potest. Et inde colligitur manifestè, in nulla lege aliquem posse saluari, nisi in sola lege Euangelica. Præterea in eadem epist. Paulus fidei laudes prædicans, ait: Fides est sperandarum rerum substantia: argumentum non apparentiũ. Quid est, dicere, sperandarum rerum substantia, nisi fundamentum & basis cui innitiuntur spes earum rerum quæ dignè expectantur? Res autem quæ magis digna est optari & sperari, est æterna beatitudo. Huius igitur fundamentum est fides Catholica, quia supra illà & ex illa confurgit spes futuræ beatitudinis. Ideò idem Apostolus in priore ad Corinthios epist. ait: Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Quem locum interpretans Glossa, quæ dicitur ordinaria, ait: Id est, Christi fides, quæ per dilectionem operatur, per quã Iesus habitat in cordibus. Alia non est fundamentum. Hæc in Glossa ordinaria. Si fides est primum & vnicum fundamentum, supra quod primò spes futuræ beatitudinis fundatur, sequitur necessariò, vt fide subblata, spes vitæ æternæ corruat: quia vbi fundamentum deest, nihil superædificari potest. Rursum, Paulus reprehendit & damnat eos, qui legis Mosaicæ ceremonias obseruant, ponentes in illis spem. Si circumcidimini (inquit ille) Christus nihil vobis prodest. At sine Christo nemo potest vitam æternam adipisci: quoniam ille solus est, qui per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Falsum igitur est, Iudæum etiam si optimè legè *Heb. 7.* *Heb. 5.* Mosaicam seruet, sine fide Christi posse saluari. Nam Paulus de Christo Salvatore nostro loquens, ait: Factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ. Non dixit, obtemperantibus Moyfi: sed dixit, obtemperantibus ipsi Christo. Deniq; Concilium generale Lateranense sub Innocentio tertio celebratum, de hac re definitionem dedit, sic inquit: Vna est fidelis Ecclesia, extra quam nullus omnino saluatur. Hæc Concilium. Quæ verba habentur in capite, Firmiter, De summa Trinitate & fide Catholica. Potuisssem quidè & de-
buisssem plura pro hac re adferre argumeta, si contra Gentiles, aut Iudæos, aut Sarracenos hanc sumptissimè disputationem: sed quia contra solos hæreticos, qui se Christianos iactant, nunc disputamus, ideò nolui plura aduersus illos citare testimonia, quoniam aduersus illos hæc mihi satis esse videntur.

LIBERTAS.

QUum non sit res, de qua certiozem habeamus experiẽtiam, q̃ nostri arbitrij libertas, quã quotidie in nobisipsis experimur, mirandũ certè est quod aliqui adeò impudentes fuerint, vt non vereantur negare inesse aliquã libertatem arbitrio humano. Et hi qui talia sentiunt, inter se diuiduntur: quoniam etsi ad eundem finem tendant, diuersa tamen incedunt via, prout sæpissimè hæreticis contingit, qui vnitatem tenere nesciunt. Bardesanes enim (vt supra in titulo de fato diximus) omnes hominum conuersationes dixit esse ascriptibendas fato, & non libero hominis arbitrio: quoniam illud dicebat subijci syderibus. Post hunc surrexit Manichæus, contendens peccata nò posse vllò pacto vitari, sed ea ex mala mente proficisci dicebat. Ille enim duas in homine dicebat esse mentes: Alteram, quã dicebat esse malam, & à malo principio, eã videlicet quam nos vocamus concupiscentiam carnis. Alteram verò dicebat esse bo-

esse bonam, quam nos appellamus animam rationalem. Peccata quae in homine sunt, à mala anima procedere, & ea non posse per liberum arbitrium impediri docebat. Manichæum imitatus est in hac parte Priscillianus, qui ferè vniuersum Manichæi dogma suscepit. Petrus Abailardus dixit omnia ex absoluta necessitate rerum venire, & Deum (ne dicam hominem) non posse res aliter facere quàm facit. Hunc imitatus est Ioânes Vvicleph, illi in hac parte per omnia consentiens. Guido Carmelita in sua summa de hæresibus, asserit Albanenses sentire, nullum esse liberum hominis arbitrium. Hanc hæresim iam diu sepultam multi ex recentibus hæreticis tutantur, quorum dux & princeps existit Martinus Lutherus, dicens hominis arbitrium non esse liberum, neque habere vllam actiuitatem in suis operationibus: quoniam non eum agere, sed potius pati contendit. Hunc secuti sunt multi, videlicet Ioannes Oecolampadius, qui iam vita decessit, & Philippus Melanchthon, alijque multi mihi ignoti, qui hoc errore magnam Germaniæ partem his diebus infecerunt. Aduersus hanc hæresim pugnât illa omnia, quæ supra in titulo de fato produximus. Verùm oportet vt adhuc peculiariter producamus argumenta, & pro viribus tam pestiferam hæresim expugnemus: quoniam illa est fomentum totius impietatis. Sed quoniam nomē libertatis æquiuocum est in sacris literis, ne talis æquiuocatio nobis aliquâ errandi occasionem præbeat, oportet vt varia illius vocis significata ostendamus. Aliquando enim libertas significat gratiam, per quam liberamur à seruitute peccati, cui opponitur. De hac dicit Apostolus: Vbi spiritus Domini, ibi libertas. Et alibi: Cū enim serui essetis peccati, liberi facti estis iustitiæ. Et de hac libertate nõ loquimur, quoniã nec de illa dicimus omne hominis arbitrium esse liberũ. Alia est libertas, quæ sola habetur in gloria, vel est ipsamet gloria. Et de hac libertate ait etiam Apostolus: Et ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. D. Neque ab ista libertate dicitur hominis arbitrium liberum. Alia est adhuc libertas, quæ opponitur necessitati, vel, vt verius dicam, coactioni. Quando ergo dicimus hominis arbitrium esse liberum, de hac libertate intelligimus: ita vt ea ratione dicamus eum esse liberum, quia videlicet cū operatur, potest non operari: & cū nihil operatur, potest operari. Hanc autem libertatem ex sacris literis Deo duce apertissimè ostendemus: quoniam vix est aliquis sacræ scripturæ liber, in quo non reperitur aliquod pro libero arbitrio apertum testimonium. In Genesios libro legimus Deum dixisse ad Cain: Nõne si bene egeris, recipies: si autem malè, statim in foribus peccatum tuum aderit? Sed sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Si homo dominatur appetitui, falsum est quòd homo non potest vitare peccata, quæ ab appetitu proficiscuntur, vt Manichæus dixit. Confundatur etiam Lutherus, faciens arbitrium hominis seruum, quem Deus testatur se fecisse dominum. Et in Exodo sic habetur: Omnes viri & mulieres mente deuota obtulerunt donaria, vt fierent opera quæ iusserat Dominus per manum Moysi. Cuncti filij Israël voluntaria Domino dedicauerunt. Voluntaria dixit, non necessaria. In Leuitico autem sic habetur: Homo qui obtulerit victimam pacificorum Domino, vel vota soluens, vel sponte offerens, tam de bobus quàm de ouibus immaculatum offeret, vt acceptabile sit. Et post pauca subiungit: Bouem & ouem, aure & cauda amputatis, voluntariè offerre potest, votum autem ex his solui non potest. Ecce quàm apertè ostendit libertatem distinctam à necessitate, cū inquit, vel vota soluens, vel sponte offerens. In libro Numerorum statuit Dominus legem, vt mulier vouens non sit voti rea, nisi marito consentiente: ita quòd si maritus consenserit mulieris voto, illa teneatur ad reddendum. Sin autem maritus contradixerit, illa sit libera ab obligatione. Cū ergo marito detur optio, conuincitur illum habere liberum arbitrium, quo possit vtranque partem

Petrus Abailardus
Ioannes Vvicleph
Albanenses

Lutherus

Ioannes Oecolampadius
Philippus Melanchthon

2. Cor. 3.
Rom. 6.

Rom. 8.

Genes. 4.

Exod. 35.

Leuit. 22.

Numer. 30.

A partem velle: quoniam si ad alteram quæuis illa sit, necessariò flectitur, frustra illi datur optio. Cū etiam Dominus dedisset præcepta legis, dixissetque illa non esse impossibilia vt obseruentur, in Deuterono. sic ait: Testes inuoco hodie cælum & terram, quòd proposuerim vobis vitam & bonum, benedictionem & maledictionem. Elige ergo vitam, vt & tu viuas, & semen tuum. At electio non est nisi eorum quæ in nostra sunt potestate. Nullus enim propriè dicitur eligere id, quod velit nolit erit futurum. Non enim pendet ex nostra electione esse magnum aut paruum, esse hominem aut bestiam: quoniam ea non subsunt nostro arbitrio vt aliter eueniant. Si ergo homini datur electio, & ille eligere potest, consequens est vt liberum etiam habeat arbitrium. Et alibi etiam data est Iudæis optio, an Deum sequi velint, an non. Dauid regi datur optio eligendi vnam ex tribus plagis, quoniam ad aliquam illarum tolerandam iam Dominus illum adiudicauerat. Si optio, ergo liberum arbitrium, quoniam iumenta nec optionem, nec electionem habent. Et Salomoni huius filio dicitur: Postula quod vis, vt dem tibi. Sunt & alia multa in sacris scripturis testimonia similia, quæ homini optionem & electionem tribuunt. Optio autem (vt modò diximus) non potest conuenire illis, qui inuitabili necessitate feruntur ad operationem. Præterea Dauid rex exhortans populum Israël vt offerat Domino pro templi constructione, ait: Si quis sponte offert, impleat manum suam hodie, & offerat quod voluerit Domino. Id autem quod sponte fit, sine vlla cogente necessitate fit. Rursum, quanta est in Psalmis testimoniorum turba pro libero arbitrio? Voluntariè, inquit, sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo, quoniam bonum est. Et iterum: Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine, & iudicia tua doce me. Et rursum: Anima mea in manibus meis semper. Quid est animam esse in suis manibus? Hoc est, in sua potestate, vt eam ad quod voluerit flectat. Et in alio Psalmo ait: Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo & psallam in gloria mea. Et iterum: Adiutor meus esto, ne derelinquas me. Cū Deum petat adiutorem, operatorem se esse ostendit: quoniam si nostrum arbitrium nihil agit, sed solum (vt Lutherus ait) recipit, Deus non adiutor dicendus est, sed integer & solus operator. Et in libro Sapientiæ Salomon ait: Substantiam enim tuam, & dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebas, & deseruiens vniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat conuertebatur. Ecce apertam liberi arbitrij potestatem, vt ad quod voluerit, conuertitur. Sed & illud est multò apertius quod in Ecclesiastico habetur: Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui. Adiecit mandata & præcepta sua. Si volueris mandata conseruare, conseruabunt te, & in perpetuum fidem placitam seruare. Apposui tibi aquam & ignem, ad quod volueris porrigere manuum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum. Quod placuerit ei, dabitur illi. Quid potuit apertius dici ad ostendendam nostrum arbitrij libertatem? Certè (iuxta id quod superius) adeò apertè ibidem docetur nostri arbitrij libertas, vt sua nimia claritate hæreticorum oculos perstringat. Verùm non defuit suum hæreticis asyllum, ad quod confugere solent. Lutherani enim negant librum Sapient. & librum Ecclesiastici esse canonicos, & ided non esse sufficientes ad aliquam doctrinam confirmandam, quæ ad fidem Catholicam spectet. Sed hoc cauillum non est nunc opus rejicere, quoniã supra in .i. huius operis libro, cap. 2. ostendimus ex multis concilijs catalogum sacròrum librorum, inter quos etiã hi duo libri habentur. Hoc etiam propheta omnes apertissimè expresserunt. Nam apud Esaiam Dominus de populo Israël sub nomine vineæ loquens ait: Et expectaui vt faceret vvas, & fecit labruscas. Si omnia necessitate absoluta eueniunt, & hominis arbitriũ à Dei præscientia cogitur ad opus, vt Lutherani dicunt, quare expectabat vvas à vinea, cū ipse sciret eam producturã labruscas? Et per eundem Pro-

Dent. 30.

1. Reg. 10.

2. Reg. 14.

3. Reg. 3.

1. Par. 29.

Psalm. 57.

Psalm. 118.

1. Thim. 2.

Psalm. 107.

Psalm. 136.

Sap. 16.

Eccles. 17.

Esai. 6.

dem Prophetā iterū ait: Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. Quod si nolueritis, & me ad iracundiā prouocaueritis, gladius deuorabit vos. Et apud Hieremiam simile quid habetur. Si poenitentia, inquit, egerit gens illa, à malo suo quod locutus sum aduersum eam, agā & ego poenitentiam super malo quod cogitavi ut facerem ei. Quod si fecerit malū in oculis meis, ut non audiat vocē meam, poenitentiam agam super bono quod locutus sum ut facerem ei. Gemina illa conditionis nota, partibus inter se oppositis in vtroq; hoc testimonio annexa, apertissimè innuit adesse homini liberā bene & malè agendi potestatem, quod verti potest ad id, quod voluerit iuxta suū arbitrium. Nam si talis potestas vtrunq; eligēdi nō inesser homini, frustra Deus illa duo homini proposuisset. Et per Ezechielē prophetā Dominus ait: Si impius egerit poenitentia ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudiciū & iustitiā, vita viuet, & nō morietur. Et paucis interiectis subdit: Si autem auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitates secundū omnes abominationes, quas operari solet impius, nūquid viuet? Omnes iustitiæ eius quas fecerat, non recordabuntur. In quibus verbis illa conditionis nota iterū geminatur, prout factū est apud Esaiā & Hieremiam: quapropter simili ratiocinatione possumus hīc arguētari ut illic. Illa etiam Susanna in angustia positæ cōsultatio & electio apertissimè ostendunt liberum hominis arbitriū, per quod præhabita consultatione, quod de duobus sit eligendū, eligit quod sibi melius videtur, reliquo reiecto. Nam cū Susanna à duobus malis senibus sollicitaretur ad turpia, cū gemitu ait: Angustia sunt mihi vndique, & quid eligam ignoro. Si enim hoc egero, mors mihi est. Si autem non egero, non effugiam manus vestras. Hucusque ad consultationem pertinet, audi deliberationem & electionem. Sed melius est mihi, inquit illa, incidere in manus vestras, quàm derelinquere legem Dei mei. Per hanc autem electionem elegit dynamam partem aliter reiecta, quam potuisset amplecti. Ex quo facto satis manifestè conuincitur, liberum esse hominis arbitrium: quoniam si non erat liberum illi alteram quam voluisset partem eligere, frustra consultabat. Nullus est enim adeo factus, ut de hoc consulat an videlicet crastina succedet dies, an non: vtrum ignis consumet incendio materiam illi adiunctam, an non. Hæc enim sicut non subsunt nostræ potestati ut fiant vel nō fiant, ita nec talia sunt, ut merito de illis quis consultare debeat. Operosum esset valde, nimisq; prolixum, reliquos omnes Prophetas citare, & ex omnibus veteris testamenti libris testimonia producere: quoniam etsi hunc laborem sumere voluisset, certè necessarium foret modum promissæ breuitatis excedere. Ideo ad nouum testamentum accedamus. Christus Saluator noster apud Matth. ait: Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Ecce Deo volente homines nolunt. Ergo arbitrium hominis adeo liberum est, ut à Dei voluntate non cogatur, & per consequens multo minus cogatur ab eius præscientia. Et apud Lucam idem Saluator ait: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Cū ait: si quis vult, nostram innuit libertatem, quibus subest posse, & non velle cū nobis visum fuerit. Nam si nulla esset libertas, non erat opus sub conditione loqui. Nullus est enim adeo inspiens, ut sic diceret de igne: Si quis ignis calet, non amittet calorem. Cū enim sit necessarium omnem ignem calere, superflua est illa conditio apposita, quia illa conditionis nota innuit rem aliter euenire posse. Et Ioan. Euāgelista apertum satis pro hac re profert testimonium, dicens: Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Hæc autem potestas non solis iustis data est: quoniam hi cū iusti sunt, iam in filiorum numerum redacti sunt: quare nō erat opus eis noua potestate, qua fierēt filij Dei, cū iam essent.

A iam essent. Peccatoribus ergo hæc potestas est collata, quoniam si iuxta vires suas se ad gratiam suscipiendam præparauerint, Deus non subtrahet se ab illis, quinimò dabit illis gratiam, per quam in filiorum adoptionem recipiantur. Sic enim Augusti. tractatu. 93. super Ioannem illa beati Ioannis verba exponit. Audiamus (inquit) Euāgelistam dicentem: Dedit eis potestatem filios Dei fieri, ne omnino existimemus in nostra potestate nō esse quod credimus. Veruntamen in vtroque beneficia illius cognoscamus. Nam & agendæ sunt gratiæ, quia data est potestas: & orandum, ne succumbat infirmitas. Hæc Augusti. Et Hilarius. I. de trinitate motus Ioannis testimonio, dicit quod esse filios Dei, opus sit voluntatis, nō necessitatis: quia proposito vniuersis Dei munere, non per naturam gignentium adfertur ea filiatio, sed voluntas præmium consequitur. Deinde verba illa, quæ Apostolica historia refert Petrum Apostolum dixisse Ananiæ, qui fraudauerat de precio agri venditi, apertissimè ostendunt arbitrij humani libertatem. Sic enim ad Ananiam Petrus loquitur: Anania, cur tentauit Satanas cor tuum mentiri te spiritui sancto, & fraudare de precio agri? Nōne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat potestate? Quid est dicere, venundatum in tua erat potestate? Hoc est, etiam postquam venderas, potestatem habebas non adferendi præcium, & ponendi ante pedes Apostolorum, qua potestate si vsus fuisset Ananias, non eum aut punisset aut reprehendisset Petrus: verum quia habens hanc potestatem, simulauit se nolle ea vti, sed finxit se velle totum præcium agri offerre Apostolis pro communi vita, ab Apostolo reprehensus, & tandem morte punitus est. Ex hoc ergo conuincitur non omnia necessariò euenire, liberumq; esse hominis arbitrium: quoniam Ananias de precio agri subtrahens, aliter faciendi potestatem habuit. Sed iam ad Paulum accedamus, à quo plurima possumus capere testimonia. Nam in priore epistola ad Corinthios sic ait: Qui statuit in corde firmus non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde suo seruare virginem suam, bene facit. Aduerte quod ait, potestatem habens suæ voluntatis. Paulus tribuit apertè potestatem nostræ voluntati, & impudentes hæretici non verentur illam tollere? Et in eadem epistola iterum ait: Abundantiū omnibus laboraui, non ego, sed gratia Dei mecum. Non dixit, gratia Dei per me: sed, gratia Dei mecum. Et rursum: Vnusquisq; propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Dei enim adiutores sumus. Ex quo conuincitur nostrum arbitriū aliquid operari, alioquin labor non diceretur noster. Et ne quis putaret, prout fecit Pelagius, totum debere ascribi nostro arbitrio, addidit: Dei enim adiutores sumus. Itaq; hoc testimonio profertur Pelagius & Lutherus. Et in posteriore epistola ad Corinthios exhortans ad elemosynas faciendas ait: Vnusquisque prout destinauit in corde suo non ex tristitia, aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligat Deus. Si nulla est humani arbitrij libertas, nō est possibile quin semper ex necessitate faciat quicquid facit. Et ad Philemonem scribens ait: Sine consilio autem tuo nihil volui facere, uti ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium. Ecce quàm clarè Paulus distinxit voluntarium à necessario, vnum alteri opponens. Vereantur ergo Vviclephistæ, Hussitæ, Lutherani, & cæteri hæretici, dicentes omnia necessitate absoluta venire, & nullam esse humani arbitrij libertatem. Et beatus Petrus instruens presbyteros quo pacto debeant curam habere populi sibi commisi, ait: Pascite, qui in vobis est, gregem Dei: prouidentes non coactè, sed spontaneè: neq; turpis lucri gratia, sed voluntariè: neq; ut dominantes cleris, sed forma facti gregis. Vide qualiter etiam Petrus distinguit & separat spontaneum & voluntarium à coactione. Et in Apocalypsi Ioannis de Iezabel, quæ seducit seruos Dei, & illos docet fornicari, dicit Deus: Et dedi illi tempus ut poenitentiam ageret, & non vult poenitere à

fornicatione sua si omnia de necessitate absoluta eueniunt, & nulla est humani arbitrij libertas, frustra dedit Deus Iezabel tempus ad poenitendum, si poenitere non poterat. Nam cū postea dicat quòd illa poenitere non voluit à fornicatione, iuxta istorum hæreticorum sententiam, conuincitur quòd illa poenitere non potuit. Et si non potuit, mirum est quòd Deus dederit illi tempus ad illud faciendum, quod facere fuit impossibile. Post ista omnia sacræ scripturæ testimonia, quòd res sit apertior, operæ precium erit ostendere hanc fuisse omnium sacrorum virorum sententiam. Verùm ne lectorem nimia prolixitate grauem, aut limites breuitatis promissæ transgrediar, pauca impræsentiarum producam, ea videlicet quæ sunt magis abstrusa, & quorum autores non facillè omnibus patent. Reliqua autem velut indice ostendam loca vnde capere possit, qui ea habere desiderat. Beatus Irenæus sapissimè humani arbitrij libertatem docet, sed specialem de hac re disputationem facit libro quarto aduersus hæreses, in cuius libri capite septuagesimo primo hæc verba habentur. Aliud autem quod ait: Quoties volui congregare filios tuos, & noluisti, veterem legem liberatis hominis manifestauit: quia liberum eum Deus fecit ab initio, habentem suam potestatem, sicut & suam animam, ad vtendum scientia Dei voluntariè, & non coactum à Deo. Vis enim à Deo non fit: sed bona sententia adest illi semper. Et propter hoc concilium quidem bonum dat omnibus: posuit autem in homine potestatem electionis, quemadmodum & in angelis. Hæc Irenæus. Et sequenti capite, videlicet septuagesimo secundo, multa de libero arbitrio differit. Et Tertullianus libro secundo aduersus Marcionem eidem subscribit sententiæ, dicens: Nec boni, nec mali merces iure pensaretur ei, qui aut bonus aut malus necessitate fuisset inueniens, non voluntate. In hoc & lex constituta est, non excludens, sed probans libertatem de obsequio sponte præstando, vel transgressione sponte committenda, ita in vtrunque exitum libertas patuit arbitrij. Hæc Tertullianus. Beatus Cyprianus in quadam epistola ad Cornelium papam, quæ est tertia primi libri epistolarum eius, sic ait: Nec præpositum seruum deferri à quibusdam miratur aliquis, quando ipsum Dominum magnalia & mirabilia summa facientem, & virtutes factorum suorum suorum Dei patris testimonio comprobantem, discipuli sui reliquerint, & tamen ille non increpuit recedentes, aut grauius comminatus est, sed magis conuersus ad Apostolos suos dixit: Nunquid & vos vultis ire? seruans scilicet legem, qua homo libertati suæ relictus, & in arbitrio proprio constitutus, sibi metipsum vel mortem appetit, vel salutem. Hæc Cyprianus. Beatus Hieronymus in epistola ad Hebidiam, eandem docet sententiam, dicens: Deus autem æquali cunctos sorte generauit, & dedit arbitrij libertatem, vt faciat vnusquisque quod vult, siue bonum, siue malum. In tantum autem dedit omnibus potestatem, vt vox impia disputet contra creatorem suum, & causas voluntatis illius perferretur. Et in altera epistola ad Damasum papam sic ait: Liberum sic confitemur arbitrium, vt dicamus nos semper Dei indigere auxilio, & tam illos errare, qui cum Manichæo dicunt hominem peccatum vitare non posse, quàm illos qui cum Iouiniano asserunt hominem non posse peccare. Vterque enim tollit arbitrij libertatem. Nos verò dicimus hominem semper & peccare & non peccare posse, vt semper nos liberi confiteamur esse arbitrij. Hucusque Hieronymus. Et beatus Basilius in quodam opusculo, in quo probat quòd Deus non sit autor malorum, sic ait: Hinc merito alia cogitatio quæstioque de diabolo nascitur: vnde diabolus, si non ex Deo mala? Quid igitur dicemus? Satis facilis quidem responsio. Eadem omnino ratio huius fuerit interrogationis, quam & de hominis iniquitate supra commemorauimus. Vnde quæso iniquus homo? Ex ipsius libera voluntate. Vnde malus diabolus? Ex eadem penitus causa. Habet enim & ipse liberam

in agendo vitam, & insitam optandi potestatem, aut Deum sequi, aut ab eo remoueri. Hæc Basilius. Qui vno contextu de hominis & angeli arbitrio differens, vtrunque dicit esse liberum. Et frater huius Gregorius vno integro libello pro libero arbitrio pugnat, quem & de libero arbitrio inscripsit. Et beatus Cyrillus libro tertio contra Iulianum apostatam, circa principium eidem fauet sententiæ, dicens: Voluntaria enim operandi facultate conueiebat rationalem creaturam insigniri, & electionis libera declarari fructum, in bonis operibus dexteritatem. Et libro sexto eiusdem operis prope finem libri iterum ait: Valde autem puerile est, quòd dicit non potuisse eum amicorum suorum proposita mutare. Oblitus enim mihi videtur, tametsi sapius audierit, quòd homo sit sui iuris, voluntariè vadens ad quodcumque sibi placuerit: ita bene habere gloriam vniuersorum opificis, vt & qui bene operari voluerint, laudandi sint: & qui diuersam inierint viam, vituperandi iuste ab omnibus. Hactenus Cyrillus. Et Isichius libro primo commentariorum super Leuiticum idem sentit: Exponens enim illud Leuitici, Vesculam verò gutturis & plumas projiciet, &c. sic ait: Admirabilis est legalium verborum subtilitas, non solum quia differentias conuersationum describit, sed etiam quemadmodum quasdam conuersationes secundum legem, quasdam verò super legem significet. Secundum legem enim sunt boum & ouium oblationes, licet spontaneæ dicuntur. Secundum legem quare? Quia etsi offerre munus in potestatem offerentis dedit nimis rectè (liberi quippe arbitrij Deus hominem constituit) tamen quale offeratur, non iam voluntatis est, ne fortè mala offerantur. Hæc Isichius. Et Ioannes Damascenus libro secundo de fide orthodoxa, capite vigesimo quinto eandem assertionem docet, ita dicens: Relinquitur igitur, hominem ipsum agentem & facientem, principium esse propriorum operum, & potestate arbitrioque liberum. Sin autem nullius principium actionis est homo, superflue id habet vt consulat. Nam ad quid vitur cõsilio, si nullius sit actionis Dominus? Omne enim cõsiliu alicuius actionis, gratia est. Atqui optimum & honorabilissimum eorum quæ in homine sunt, asserere superfluum, absurdissimum profectò fuerit. Si igitur consulat, actionis gratia consulat. Nam cõsiliu omne actionis gratia, & propter actionem. Hæc beatus Damascenus. Beatus Chrysostomus Homilia sexagesima super Matthæum elegantissimè, vt solet, hanc docet sententiam, dicens: Nam si malignitates à seipsis non sunt, noli tuos seruos castigare, nec vxorem si peccat increpa, nec liberos verbera, nec amicos inculca, nec offendentibus inimicis offensas sis. Nam hi omnes nisi sponte delinquant, non punitione, sed miseratione digni sunt. Non possum, inquit, ita philosophari. Certè si non illorum culpa quicquam factum conspexeris, sed quadam alia necessitate incumbente, non poteris non ita philosophari. Nam quando seruus ægritudine oppressus, iussa non fecerit, non modò non criminaris, verum etiam valde commiserescis. Quare tu ipse testimonium perhibes, non nihil ab ipso fieri. Et paucis interiectis postea subdit: Verùm inde quoque ora istorum obstruere facillè possumus (nam vndique veritatis affluunt adminicula) si eos interrogabimus, quam ob rem nunquam seruos criminantur si facie formosi non sint, si non proceri statura, si non quasi volucres in cundo, ceteraque huiusmodi: quia videlicet natura hæc, non voluntate conceduntur: immunis est ergo ipse eius culpa, quam sibi iam natura inuexit, nec vllus vnquam huic orationi contradicet. Cū igitur accusas, tunc ostendis profectò non à natura, sed à voluntate mala quippiam processisse. Nã si quæ minimè culpamus, ea naturæ delicta esse, aut saltem non voluntate, testatur: patet ea solū culpari, quæ voluntate committuntur. Noli ergo peruersas in medium ratiocinationes inferre, nec sophismata, & orationis contextum telis araneorum viliores. Hactenus Chrysostomus. Qui sic docet, vt etiam

aduersarium conuincat. Hæc ergo testimonia citata sufficiant. Quod si curiosus lector plura videre desideret, tunc illi ostendemus autores, à quibus illa capere possit. Ambrosius libro primo de uocatione Gentium, capite tertio, & libro primo de Iacob & uita beata, capite tertio. Augustinus tot locis hanc sententiam docet, & ubique ad eò apertè, ut nesciam quem ex illis possim præferre. In libro de uera religione, capite decimo quarto. Et in tertio libro Hypognosticò quasi per totum librum. Et contra Fortunatum Manichæum disputatione secunda prope initium. Et contra Cresconium Grammaticum libro secundo, capite quinquagesimo primo. Denique opus elegans scripsit de libero arbitrio, tribus partitum libris. Lactantius libro secundo diuinarum institutionum, capite nono. Ioannes Casianus in libro de Collationibus patrum, collatione tertia, capite duodecimo, & collatione septima, capite octauo. Leo Papa sermone decimo sexto de passione. Prosper Aquitanicus librum de libero arbitrio aduersus colluctatorem ædidi, in quo sic asserit nos egere gratia Dei, ut tamen liberum nostrum arbitrium asserat. Theophylactus sæpissimè hoc docet, præcipuè tamen super Lucam, exponens parabolam illam de homine habere duos filios, quorum vnus prodigus petiuit à patre portionem substantiæ suæ. B. Bernardus sæpè, specialiter tamen in libro de gratia & libero arbitrio. Beatus Anselmus super epistolas Pauli exponens illud secundæ ad Timotheum: Cognouit Dominus qui sunt eius, &c. Scripsit etiam specialem tractatum de libero arbitrio, & alium de gratia & libero arbitrio. Ecce uides tantam testimoniolorum multitudinem pro assertione liberi arbitrii. Nunc quæso te lector, cui potius credendū putas, tot clarissimis uiris sanctitate perinde ac doctrina illustribus, an vni Luthero, aut Ioan. Viclepho, vel horum parenti Petro Abailardo? Ego illorum illustrium uirorum cuiuslibet plus tribuo quàm mille Viclephis aut Lutheris. Et certè etiam si nullum scripturæ sacræ testimonium adesset, nullusq; sacrorum doctorum nos de hac re docuisset, natura ipsa nos docet humanum arbitrium esse liberū: quoniam ea libertate seclusa perit omnis prouidentia, perit omnis consultatio, frustra fiunt leges, immeritò bonis præmiū, & malis poena deputatur. Peior certè esset hominis conditio, quàm cuiuslibet bestię, imò quàm lapidis & cuiuslibet stipitis. Nam his rebus nemo imputat peccatum aut vituperium aliquod, eò quòd necessariò & à natura faciunt quicquid faciunt. Homini uero, qui iuxta istorum hæreticorū sententiam, cum peccat, necessariò peccat, rependitur pro peccato suo nò solum vituperium & poena temporalis, sed æterna damnatio, si peccatum nò fuerit illi dimissum. Prætereà si hæc hæreticorum assertio uera esset, iam non esset dicendus Deus pius & misericors, sed crudelis tyrānus. Nōne iniquus & crudelis tyrānus meritò diceretur, qui præordinet ut subditi sui debiles & infirmi cum hostibus multò illis fortioribus dimicent, & vincantur, & ob id victos postea increpet, & supplicium ab illis exigat? Quis est autem ad eò impius, ut hæc audeat Deo impingere? Ego enim cum Propheta cantabo: Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum, & omnes uia: tuæ ueritas. Mentiantur ergo isti impij hæretici vituperantes naturam humanam, & eam usque ad bestias & cætera animantia deiicientes, & diuinam bonitatem blasphemantes, qui peccata nostra non in nostram uoluntatem, sed in diuinam prædestinationem referunt. Denique hæc hæresis est per apertam Ecclesiæ definitionem damnata. Nam Concilium Arausicum, capite. 13. suorum decretorum ait. Arbitrium uoluntatis in primo homine infirmatum, nisi per gratiam baptismi non potest reparari. Quod amissum, nisi à quo potuit dari, non potest reddi. Unde ipsa ueritas dicit: si uos filius liberauerit, tunc uerè liberi eritis. Hæc Concilium Arausicum. In quibus uerbis id potissimum annotandum est, quòd concilium non dixit, arbitrium hominis per peccatum fuisse omnino sublatum: sed tantum

A dixit, esse infirmatum, & postea per gratiam baptismi posse reparari. At quòd infirmatum est, aliquam potentiam, quamuis non integram habet. Per gratiam autem baptismi reparatum habet integram ad bonum potestatem, iuxta illud quòd Paulus ait. Omnia possum in eo qui me confortat. Sed multò copiosius & apertius de hac re definiuit Concilium Tridentinum sub Paulo tertio celebratum, quòd in sessione sexta tres pro hac re ædidi canones, uidelicet quartum, quintum, & sextum, quorum uerba sunt quæ sequuntur. Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium à Deo motum & excitatum, nihil cooperari, assentiendo Deo excitanti, atque uocanti, quò ad obtinendam iustificationis gratiam, se disponat ac præparet, neque posse dissentire si uelit, sed uelut inanime quoddam nihil omnino agere, mereque passiuè se habere, anathema sit. Si quis liberum hominis arbitrium, post Adæ peccatum amissum & extinctum esse dixerit, aut rem esse de solo titulo, imò titulum sine re, figmentum denique à Sathana inuectum in Ecclesiam, anathema sit. Si quis dixerit non esse in potestate hominis uias suas malas facere, sed mala opera ita ut bona Deum operari, non permissiuè solum, sed etiam propriè, & per se, ad eò ut sit eius proprium opus, non minus proditio Iudæ, quàm uocatio Pauli, anathema sit. Sed opus est ut aduersariorum obiectionibus respondeamus. Primò nobis obijciunt illud, quòd Christus apud Ioannem ait: Sine me nihil potestis facere. Quid est hoc nihil (inquiunt) quòd sine Christo facit liberum arbitrium? Si dicas quòd potest se præparare per opera moraliter bona ad gratiam suscipiendam, mira est, inquit Lutherus, præparatio quæ per nihil fit. Respondeo quòd nugacissimo sophismate agit rem suam Lutherus, qui toties sophistas irridet: est enim iuxta hunc modum argumentandi liceret etiam colligere, nullam causam etiam naturalem aliquid posse producere, cum constet nullam talem sine Deo posse aliquid producere. Tunc quæram, quòd est illud nihil, quòd sine Deo potest facere? Etsi ergo nulla creatura possit aliquid sine Deo, non tamen inde licet colligere, ut non possit aliquid etiam cum Dei adiutorio: sicut, gratia exempli, uir sine fœmina non potest generare, non tamen inde sequitur, ut etiam cum fœminæ adiutorio generare non possit. Fatemur ergo Deum sic adesse libero arbitrio, & reliquis omnibus causis, ut sine eius assistentia & concausatione nihil agere ualeant, quæ tamen cum ipsius adiutorio proprios motus agere possunt. Liberum tamen arbitrium ut bene agat, speciali quodam eget auxilio diuino, sine quo etsi agere possit, nò tamen bene. Et hoc est illud nihil, quòd sine Deo, id est, sine eius gratia nostrum potest liberum arbitrium. Solenne est enim sacris literis, ut ea quæ meritoria uitæ æternæ non sunt, nihil appellent. Sic enim Paulus in priore ad Corinthios, epistola ait: Circumcisio nihil est, & præputium nihil est: sed obseruatio mandatorum Dei. Et iterum: Si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem nò habuero, nihil sum. Nihil ergo sine Deo possumus facere: quia sine eius concausatione nulla creatura potest aliquid facere: quoniam etsi diuisiones operationum sint, idem tamen est Deus, qui operatur omnia in omnibus. Habita etiam hac generali Dei assistentia & concausatione, nihil, hoc est, nullum opus meritorium potest facere liberum arbitrium sine speciali Dei auxilio, hoc est, sine gratia Dei, per quam quis habet ut possit uitam æternam mereri: iuxta id quòd Paulus ait: Gratia Dei uita æterna. Hac ergo gratia seclusa, etsi multa possit nostrum liberum arbitrium cum Dei generali adiutorio, non tamen potest mereri, & ita nec fructum uitæ æternæ ex se producere. Et hoc est quòd Saluator dixit: Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. Quis est qui manet in Deo, nisi qui habet gratiam eius? Qui manet in charitate (inquit Ioannes) in Deo manet. Hic ergo sic in-

Deo manens, qui videlicet gratiam Dei habet, fert fructum multum, quoniam vitam æternam, quæ adeo multa est, vt omnia cætera quæ desiderari possunt, huic non valeant comparari. Qui autem gratiam Dei non habet, non manet in Deo, & ideo non potest fructum vitæ æternæ ex se sine radice gratiæ producere: quapropter tanquam palmes infructuosus excidetur in morte, & in ignem inferni mittetur. Et hoc modo etiam intelligenda sunt alia multa in sacris literis. Scio Domine (inquit Hieremias) quia non est hominis via eius, nec viri est vt ambulet & dirigat gressus suos. Et Ioannes Baptista dicebat: Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de coelo. Et Paulus Apostolus ait: Non quod sufficientes sumus cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Et beatus Iacobus in sua canonica epistola ait: Omne datum optimum & donum perfectum desursum est, descendens à patre luminis. Hæc enim omnia & alia similia, quæ plurima sunt, non tollunt arbitrij libertatem, sed ostendunt nostri arbitrij in sufficientiam, quod sine Dei auxilio non potest aliquid facere. Quapropter circumspectissime Paulus locutus est, quum dixit: Non quod sufficientes sumus, &c. & omnis sufficientia nostra ex Deo est: vt aperte ostenderet se non tollere libertatem, sed eiusdem libertatis sufficientiam. Secundò obijciunt non bis illud Saluatoris apud Ioannem: Nemo venit ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Per quæ verba (vt Lutherani aiunt) tota arbitrij libertas tollitur, quoniam liberum arbitrium trahitur à Deo, & sine hoc tractu ire ad eum non potest. Tractus autem violentiam quandam dicit: non est ergo arbitrium hominis liberum. Respondeo falsum esse quod assumunt, hunc videlicet tractum diuinum esse violentiam aliquam, quoniam non est aliud quam vocatio quedam interna, & exhortatio & monitio, qua monet & mouet voluntatem nostram ad bene operandum. Huic autem vocationi & monitioni homo sæpè resistit inobediens existens, ex quo conuincitur talem vocationem non esse violentam. Nam & Dominus hanc hominum resistantiam accusat, dicens: Vocauit, & renuistis: extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. Dexterpexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Fatemur ergo tractum patris per gratiam præuenientem, quo secluso nostrum arbitrium moueri non potest ad bonum operandum. Sed sic nos attrahens Deus, in nostra nos dimittit libertate, vt acquiescamus illi vocanti & monenti, aut obduremus corda nostra cum eius vocem audierimus. Et in hoc est nostra libertas ad bonum, vt postquam Deus monuerit ad bonum, sit iam nobis liberum declinare ad id quod magis placuerit, siue bonum, siue malum. Ante monitionem tamen est nobis potestas ad malum, sed non ad bonum. Quæ omnia multò diffusius atque apertius docuimus supra in titulo de gratia, hæresi prima. Ad illum ergo locum mittimus lectorem: quoniam ibidem ostendimus concordiam gratiæ & liberi arbitrij, quo pacto sic inter vtrunque conueniat, vt vnum non deroget alteri. Tertio obijciunt illud Pauli in epistola ad Romanos: Non est volentis neque currentis, sed Dei miserentis. Et iterum: Ergo cui vult miseretur, & quem vult induratur. Respondeo illa Pauli verba solum esse accipienda de voluntate prædestinationis & reprobationis diuinæ, quoniam toto illius capituli discursu de nulla alia re differit, quam de prædestinatione & reprobatione diuina. Dicit enim Paulus prædestinationem illam diuinam, qua aliquos ab æterno præordinauit ad vitam æternam, non pendere ex nostris meritis, sed ex sola misericordia diuina, quæ sine nostris meritis ad tam grande bonum nos elegit. Et idem sentit de reprobatione, ea videlicet, quæ non est actus positius suæ voluntatis, sed sola priuatio prædestinationis, qua non vult ordinare aliquem ad vitam æternam. Hæc inquam reprobatio etiam fit sine nostris demeritis, sed per solam diuinæ maiestatis voluntatem, qua noluit hunc destinare ad gloriam. De qua re argui non

argui non potest, quia cum nulli Deus debeat, nulli etiam facit iniuriam, cum non dat quod non debet. Quod si quis fortè de hoc murmurauerit aduersus Deum, & conuerteretur quod prædestinatus non fuerit, respondebit illi Dominus: Amice non facio tibi iniuriam, tolle quod tuum est, & vade. Alia autem reprobatio, quæ fit per actum positium voluntatis, per quam Deus aliquem ordinat ad poenam æternam, nunquam fit sine demeritis: quoniam (vt ait Augustinus) nunquam Deus est ultor, quin prius aliquis sit peccator. Verum et si Deus absq; vllis hominum meritis & demeritis quosdam prædestinat ad vitæ, & quosdam non vult prædestinare, talis tamen prædestinatio & reprobatio nullam infert necessitatem operibus nostris, nec tollit arbitrij potestatem & libertatem. Nam post talem prædestinationem & reprobationem & electi & reprobi liberè agunt. Neque obstat, quod talis prædestinatio sit infallibilis, vt propter hoc nostrum arbitrium iuxta illam operari cogatur, quoniam qui præuidit finem prædestinatorum, videlicet gloriam æternam, præuidit etiam media, per quæ talis finis est acquirendus: opera scilicet bona, quæ cum Dei adiutorio illi sunt operaturi. Ideò beatus Petrus admonet nos ad bona opera, ne videlicet nos eorum seculos reddat diuina prædestinatio, sed potius vt operemur, quò ipsius prædestinationis finem cõsequi mereamur. Sic enim ait: Quapropter fratres magis satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. Et Paulus, qui certò sciebat se esse prædestinatum, diligentissimus erat bonorum operum executor. Qui enim sciebat repositam sibi esse à Deo iusto iudice coronam iustitiæ, castigabat corpus suum, & in seruitutem redigebat, ne fortè cum alijs prædicasset, ipse reprobus fieret. Ex quo argumento satis aperte conuincitur prædestinationem diuinam, nullam prorsus inferre necessitatem nostris operibus, aut in aliquo minuere nostri arbitrij libertatem. Alia autem argumenta, quoniam debiliora sunt, omitto. Aduersus hanc hæresim post illos vetustos autores, quos supra recensuimus, scripsit Ioannes Cochleus duos libros de libero arbitrio aduersus Philippum Melanch. Et Ioan. Ecchius aduersus Lutherum de eadem re scripsit satis, vt solet, diffusè. Ioannes Roffensis episcopus in eo opere quod contra Lutherum addidit, vno integro articulo, videlicet trigesimo sexto, de hac re disputat. Illa etiã, quæ nos supra in titulis de fato, de futuro contingenti, de gratia, diximus, valde huic loco seruire possunt.

Secunda hæresis est, quæ docet hominem post diuinam gratiam deperditam, non posse aliud facere quam peccatum. Huius hæresis autor est etiam Lutherus dicens, quod arbitrium hominis destitutum gratia Dei, quantum magis nititur, tanto grauius peccat. Hæc hæresis ex his quæ nunc proximè docuimus prosternitur: quoniam si hominis arbitrium ex se & ex sua conditione liberum est, non potest per quodcunque adueniens peccatum suam libertatem amittere, & per consequens etiam cum in peccato fuerit, poterit sicut peccare, ita & peccatum vitare, & bonum opus, quamuis non meritorium, operari. Hoc etiam specialiter cõuincunt quædam testimonia ex illis quæ supra produximus, vt est illud: Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Nam hæc potestas, vt diximus, magis videtur esse collata peccatoribus quam iustis: quoniam iusti per gratiam quam habent, iam sunt filij Dei, nec est eis opus vt iterum fiant filij Dei. Et illud Apocalypsis vbi de Iezabele Deus ait, Dedi illi tempus vt poenitentiam ageret, Frustra datur illi tempus, si illa poenitere non potest. Præterea frequentissimæ sunt in sacra scriptura monitiones, quibus peccatores exhortantur ad poenitentiam præteritorum. Conuertimini, inquit Dominus, & agite poenitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Et per alium Prophetam iterum ait: Conuertimini ad me in toto corde vestro. Et ipsemet Sal-

Manich. uator ait: Agite poenitentiam, appropinquabit regnum cœlorum. Frustrâ autem mouentur ad poenitentiam peccatores, si nihil aliud quàm peccare possunt. Hæc hæresis damnata est in Concilio Tridentino sub Paulo tertio celebrato, quod inter multos, quos sessione sexta ædidiit canones, septimum cōtra hanc hæresim condidit in hac verborum forma. Si quis dixerit, opera omnia quæ ante iustificationem fiunt, quacunque ratione facta sint, verè esse peccata, vel odium Dei mereri, aut quantò vehementiùs quis nititur se disponere ad gratiam, tantò eum grauiùs peccare, Anathema sit.

Iouinianus. **T**ertia hæresis docet liberum arbitrium post receptam baptismatis gratiam non posse ampliùs peccare. Hanc hæresim primus docuit Iouinianus monachus. Illam etiam impingit Augustinus in libro de hæresibus Pelagio. Sed de hac hæresi iam suprà disputauimus in titulo de gratia, hæresi secunda: & ex his quæ nunc proximè aduersus primam huius tituli hæresim diximus, satis apertè conuincitur: quoniam sicut peccatum non tollit arbitrij libertatem, ita nec gratia: quoniam libertas est naturaliter insita humano arbitrio, ita vt per nullum superueniens accidens tolli possit. Quò fit, vt sicut in peccato existens propter suam libertatis potestatem poterat aliud peccatum vitare, ita in gratia existens propter eandem arbitrij libertatem possit aliquid in posterum peccata committere. Et ita factum esse, vrgentissimis testimonijs cōprobauimus suprà in titulo de gratia, hæresi secunda.

LINGVA.


Gen. 11. **P**hilaster in suo libro de hæresibus censet esse hæresim, dicere quòd ante Babel ædificationem fuerit solum vna lingua: quoniam (vt ille ait) firmiter credendum est plures ante illud tempus fuisse linguas, quas tamen indito quodam à Deo spiritu omnes vsque ad illud tempus callebant. Quòd autem scriptura dicit terram fuisse vnus labij, idèò dictum putat, quia & si plura essent genera linguarum, omnes tamen se inuicem intelligebant: quia (vt ait) omnibus erant omnes linguæ notæ. Ego autem ab hac Philastri sententia tam longè absum, vt putem hæresim esse quod ille docet. Nam scriptura sacra tam apertè dicit vnicam tantum fuisse linguam, vt nihil manifestiùs dici possit. Erat, inquit, terra labij vnus. Si varietas linguarum erat in terra, non diceretur verè terram esse labij vnus, quamuis quilibet homo omnes linguas sciret. Nam etsi Italus intelligat Hispanum, & Hispanus vice versâ intelligat Italum, nullus tamen sanæ mentis negabit variam esse illorum linguam. Nullus etiam dicit vnicam esse amborum linguam, cum sit cuique illorum propria lingua. Intelligentia siquidem linguarum non valet efficere, vt duæ aut tres linguæ vna dicantur. Quò fit vt quamuis omnes se mutuò intelligerent, non possit dici terram fuisse vnus labij, si varietas linguarum erat. Præterea illa linguarum varietas superflua erat, si omnium linguas omnes callebant. Lingua enim ad id solum inuenta est, vt per illam nostros conceptus manifestemus: quoniam (vt beatus Augustinus decimoquinto libro de Trinitate ait) verbû quod foris sonat, signum est eius verbi quod intus latet. Si ergo lingua vna satis omnibus, erat vt suos quisque animi conceptus & affectus alijs innotescere faceret, quid opus erat tot superaddere linguas? Nunc autem post illud superbie peccatum, quod in Babelis ædificatione monstratum est, non potest dici inanis & superflua hæc linguarum multitudo: quoniam ad recurrendam illorum superbiam inducta est à Deo, & vsque hodie ad nostram etiam reprimentem superbiam seruata. Deinde scriptura sacra dicit tunc primum, cum Babel ædificari

A ædificari cœpit, confusum esse labium vniuersæ terræ. Quid est dicere labium runc primum esse confusum, nisi quòd tunc est primò diuisum, & multiplex variumque factum? Nam vbi vnitas est, ibi confusio esse non potest: vbi autem multitudo, ibi est & confusio. Sed ante Babelis ædificationem non erat confusum labium vniuersæ terræ, ergo ante illud tempus non erat varium aut multiplex, sed vnicum duntaxat. Rursum, hanc nostram sententiam docent omnes sacri doctores qui de hac re scripserunt: neque vnus est ex illis qui Philastri sententiæ faueat: beatus Augustinus in libro de mirabilibus sacrae scripturæ, capite nono, sic ait: Cum ad illud vsque tempus esset vnus lingua cunctus populus vniuersorū qui ad tale opus venerat, linguas in diuersa verba diuisit, scilicet vt rectissimo arbitri iudicio, qui alto superbie tumore membra contempserat, in fragilissimæ substantiæ suæ modo sermonis vtiq; poenam sentiret. Et hoc non in ipsis tantū patribus quod euenerat fiebat: sed per omnes filiorum propagines talis vindictæ conditio pertransibat: vt qui æternam sibi posteritatis famam quaererent, mansuram in illis posteritatibus ipsius præsumptionis per vniuersa venturi sæculi tempora animaduersionem inuenirēt. Hactenus Augustinus. Ex quibus verbis id potissimum annotandum est, quòd in principio dixit linguas in diuersa verba fuisse diuisas, & non (vt Philaster ait) in diuersam linguarum præexistentium notitiam. Eucherius Lugdunensis episcopus libro secundo super Genesim, capite septimo ita ait: Eo autem tempore, quando linguarum facta est varietas, in sola domo Heber, quæ antea fuit lingua, remansit. Hæc Eucherius. Ex quibus verbis apertè satis constat illum sentire vnam solum tunc fuisse linguam, videlicet Hebraicam. Neque pro hac re opus est plura citare testimonia, sed vnum solum, quod maximi est ponderis, proferam, nempe Sibyllinum. Nam Iosephus libro primo Antiquitatum, capite nono, hæc quæ sequuntur verba, Sibyllam dixisse refert. Cū omnes homines vnus vocis existerent, quidam turrim ædificauerunt excelsam, tanquā ascensuri per eam in cœlum. Dij verò immittentes ventos, euerterunt turrim, & vocem propriam vnicuique partiti sunt: & propterea Babyloniâ vocari contigit ciuitatem. Hæc Sibylla. In quibus verbis annotare oportet, quòd dixit vocem propriam cuique esse partitam: & non dixit esse vnicuique datam propriam auriq; vocis cognitionem. Firmiter ergo credendum est vnam solum ante Babel ædificationem fuisse linguam. Philaster autem ex praua scripturæ intelligentia deceptus est. Nam antequam de huius turris ædificatione scriptura loqui inciperet, cum septem filios Iaphet per ordinem recenseret, hæc dixit: Ab his diuisa fuit insula gentium in regionibus suis vnusquisque secundum linguam & familias suas. Quæ verba non intelligens Philaster esse per anticipationem dicta, putauit iam tunc fuisse plures linguas antequam Babel ædificaretur. Oportebat tamen illum meminisse sacrae scripturæ morem esse aliqua per anticipationem narrare: vt scilicet antequam facta fuerint, quodammodo & perfunctoriè narrentur, vt postea suo ordine res quæq; gesta largiùs describatur. Hæc enim vna est & non minima ex Ticonij regulis pro sacra scripturæ intelligentia, quas beatus Augustinus in libro de doctrina Christiana impense laudat. Superius enim sacra scriptura per anticipationem dixerat vnunquemque populum suam linguam habuisse, nec tamen dixerat quo pacto, sed pertransijt ad aliorum filiorum Noë progeniem describendam: deinde verò ad id quod omiserat rediens, narrat quomodo vel ob quâ causam diuisio vel confusio linguarum multarū facta fuerit, & dicit: Erat autem terra labij vnus, & cætera. Et hunc esse verum literæ sensum docet beatus Augustinus libro. 16. de Ciuitate Dei, cap. 4. sic inquit: Cum ergo in suis linguis istæ gentes fuisse referantur, redit tamen ad illud tempus narrator, quâdo vna lingua omnium fuit: & inde iam exponit quid acciderit vt linguarum diuersitas nasceretur: Et erat, inquit, omnis

omnis terra labium vnum, & vox vna omnibus. Hæc Augustinus. Et quidem pro hac re satis me dixisse arbitror, hoc solo contentus, si prius monuerim lectorem, vt animaduertat quàm periculosum sit leuiter de hæresi pronunciare. Nam Philaster vir alioqui doctus, & pro fide Catholica pugnans, cum alios de hæresi notat, ipse in errorem labitur, assertionem verè Catholicam damnans. Nec miror: quoniam (vt est in Proterbio) bonus quandoque dormitat Homerus. Sed neque ipse Philaster (vt beatus Augustinus de illo refert) homo admodum doctus erat: propter quod in suis censuris facilius errare potuit.

FINIS LIBRI
NONI.

F. ALFON.



A F. ALFONSI DE CASTRO, ZAMOREN. MINORITAE, ADVERSUS HÆRESIS, Liber X.

MALVM ET
MALITIA.

Vixta Aristotelis præceptum, omne æquiucum prius est in sua diuersa significata partiendum, & postea de eorum quolibet seorsum loquendum. Cum ergo hæc vox malum, aut hæc vox malitia, multa significet in sacris literis, oportet vt prius quàm de eius significatis loquamur, ostendamus multiplicem illius significationem. Est enim multiplex malum, & omne tale aduentitium aut accidentale. Nam quòd nulla res sit mala ex natura, iam supra contra impium Manichæum Deo autore euicimus, in titulo de Creatura, hæresi secunda. Malum ergo quod accidit rei, duplex est. Nam quoddam est malum culpæ: aliud est malum pœnæ, quod mea sententia rectius dici posset damnium. Iuxta hanc ergo mali partitionem etiam partitæ sunt hæreses quæ de malo loquuntur.

Prima ergo hæresis dicit malum esse à Deo, & Deum facere mala. Huius hæresis autor fuit Florinus quidam, à quo Floriani dicti sunt. Hic Florinus fuit tempore Commodi Imperatoris, & Papæ Eleutherij. Florinum in eodem errore imitatus est quidam alius nomine Blastus. Et aduersus hos duos hæreticos (vt testatur Eusebius Cæsariensis libro quinto historiæ Ecclesiast. cap. 20.) scripsit beatus Irenæus: ad Blastum de schismate librum vnum: ad Florinum de Monarchia, & quod Deus non sit autor malorum, librum alium. Hunc eundem errorem postea suscitauerunt Seleuciani & Hermiani, à Seleuco & Hermia autoribus sic appellati. Hi dicebant malum aliquando esse à Deo, aliquando à materia. Hunc errorem apertissimè damnat ipse veritatis magister dicens: Non potest arbor bona fructus malos facere. Aut ergo Deus bonus non est, aut mala producere non potest. At Deus bonus est, imò ille solus bonus est: quoniam ex se & à se bonus est: ergo ille mala facere nõ potest. Præterea: Paulus Apostolus in ea quæ est ad Romanos epistola ait: Si radix sancta, & rami. At nullus verè potest dici sanctus, nisi Deus, qui solus est sanctus, sicut & solus Dominus. Nam de hoc duo Seraphin clamabant alter & alterum, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Si ergo Deus sanctus, qui sit vt rami ab eo procedentes mali sint? Non enim fallitur Apostolus dicens: Si radix sancta, & rami. Rursum: Si Deus est causa malorum, aut malorum quæ à natura sunt mala, aut aliorum malorum quæ sunt contraria iustitiæ & rectitudini, quæ alio nomine vocantur vitia & peccata. Mala ex sua natura nulla esse, superius in titulo de Creatura contra Manichæum ostendimus. Quòd si nihil est à natura malum, & Deus (vt Florinus ait) est autor malorum, necesse est vt sit autor vitiorum & peccatorum nostrorum, & per consequens perditionis nostræ. Verùm huic sententiæ ipsemet contradicit, qui per Prophetam Oseam ait: Perditio tua ex te Israël, tantummodo in me auxilium tuum. Et certè si Deus esset causa nostrorum malorum, nimis iniustus esset, si nos puni-

nos puniret propter mala quæ ipse operatus est. At cum Deus puniat peccatores, & iustissime hoc faciat, qui iustus est, & iniuste nihil agere potest, conuincitur inde apertissime illum non esse causam nostrorum malorum. Sed hic quispiam fortasse obijciat nobis illud Apostoli: O homo, tu quis es qui respondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? Ex quibus verbis fortè alicui videbitur Paulum asserere mala esse à Deo, cum dicat Deum fecisse aliqua vasa in contumeliam. Sed hoc non ita se habet. Pro cuius clariori intelligentia id prius admonere oportet, solenne esse in sacris literis permissionem Dei actionem illius vocare, ita vt illa quæ Deus permittit, eundem agere dicat. Ego (inquit Deus) indurabo cor Pharaonis. Tunc enim Deus peccatori corda obdurat, cum illos pro magnitudine suæ bonitatis tolerat, non eos statim puniens, sed expectans ad poenitentiam, propter cuius benignitatem & patientiam qua peccatores abutuntur, illi redduntur quotidie peiores: quomodo Dominus habens seruum improbum, quem humaniter & benigne tractans facit deteriorem: non quidem quòd Dominus seruum malitia imbuat, sed quòd seruus abusus sit Domini benignitate ad augendam suam malitiam. Indurare ergo dicitur Deus Pharaonem, quia permittit illum indurari. Sic enim intelligendum est illud quod Dominus per Ezechielem Prophetam ait, loquens de Propheta respondente peccatori interroganti in malitia sua: Ego decipiam (inquit) prophetam illum. Decipiet quidem, non quòd notitiam fallacem in eo causet, sed quia permittit illum decipi, & hoc propter malitiam ipsius interrogantis. Vnde ipse Dominus subiungit, dicens: Iuxta iniquitatem interrogantis, iniquitas Prophetæ erit. Ad eundem modum etiã intelligendum est illud dictum Pauli Apostoli proxime citatum, quo ait Deum facere alia vasa in honorem, alia in contumeliam. Facit enim Deus omnia quantum ad eorum substantiam, iuxta illorum autem bonitatem & malitiã vario modo se habet. Nam illorum bonitatem facit Deus cum libero illorum arbitrio, quod simul cum Deo operatur. Illorum verò malitiam Deus non operatur, sed solum illorum liberum arbitriũ. Deus ergo dicitur facere vasa in ignominiam, non quòd ipse fecerit illa ignominiosa, sed quia postquam Deus fecit vasa, id est, homines quantum ad eorum substantiam, illi Deo permittente lapsi sunt in ignominiam. Sic igitur accipiendum est, cum dicitur Deum facere vasa in contumelia, vt facere ibidẽ capiatur pro eo quod est permittere, sicut & in alijs pluribus scripturæ locis factum esse comperimus. Et de hac hæresi hæc dicta sufficiant.

Secunda hæresis docet aliquas esse creaturas ex se malas, & has dicit esse productas non à Deo summo bono, sed à quodam alio principio omnium malorum, quod dicit esse summum malũ. Hæc hæresis tribuitur Manichæo velut primo illius auctori, & hoc quia fortè ab illo magis innotuit, aut fortè quia magis sub illo præualuit vt plures deciperet. Nam alioqui iniuste hæc hæresis tribueretur Manichæo velut illius parenti, cum multo vetustior sit illius origo. Cerdon siquidem (vt ait Augustinus in libro de hæresibus, capite vigesimo primo testatur) duo posuit principia rerum: vnum bonum, à quo bona: aliud malum, à quo cuncta mala procedere dicebat. Ante Cerdonem docuerunt etiam hunc errorem ij hæretici, qui vocati sunt Gnostici. Hoc enim illis tribuit Augustinus in libro de hæresibus, capite sexto. Manichæus ergo dixit duo esse principia, vnum bonum, à quo producta sint bona, videlicet inuisibilia & incorporea, prout sunt supercœlestes & angelicæ substantiæ, & animæ rationales. Alterum malum, à quo (vt dicit) producta sunt omnia mala, & hæc dicit esse omnia corporea & visibilia. Contra hanc hæresim pluri-

bus in

bus in locis iam supra disputauimus. Nam in titulo de creatura, hæresi prima ostendimus omnes creaturas esse productas ab vno Deo. Et hæresi secunda eiusdem tituli probauimus ex sacris literis aduersus eundẽ Manichæũ omnes creaturas esse bonas. Et in titulo de Deo, hæresi prima, conuicimus apertissime ex sacris literis vnum esse Deum, qui vetus & nouum condidit testamentum. Ad illa ergo loca recurrit lector, quoniã ex illis satis apertè hæc hæresis profertur. Et si lector curiosius plura de hac re nosse cupit, perat ab Augustino, qui sapissime aduersus hanc hæresim disputat. In libro de libero arbitrio ostendit malum nullum esse ex sua natura, nec à Deo, sed à nostro libero arbitrio. Hoc idẽ probat latissime & efficacissime in libro secundo de moribus Ecclesiæ. In disputatione, quam habuit cũ Fortunato Manichæo, de eadem re tractatur. In libro de duabus animabus eandem rem agit.

Tertia hæresis negat Deum facere aliquod malum, qualecunq; illud fuerit. Huius hæresis auctor (vt testatur Philaster & Augustinus) fuit quidã Coluthus Aegyptius, à quo dicti sunt Coluthiani. Et quamuis Augustinus de his Coluthianis scribens in libro de hæresibus, cap. sexagesimo quinto, subicit patriam Coluthi illorum auctoris: tamen Philaster expressit in suo libro de hæresibus.

Nullus tamen illorum prodidit, quo tempore ille fuerit: neq; apud aliquem alium inuicere potui.

Hæc sententia idè de hæresi notatur, quoniam afflictiones & angustia mala vocantur in sacra scriptura, non quòd ex se mala sint, sed quòd sint aut vt deantur mala tolerantibus. Nocent certè aliqua ex parte afflictiones & cruciatu illis quibus infliguntur: ex alia tamen parte profunt, cum per illorum patientiam mali emendentur, & boni meliores fiant. Quia ergo generali sententia Coluthus assererat Deum non esse alicuius mali factorem, idè velut hæreticus damnatur, & meritò, quoniam constat ex sacris literis afflictionem infligi à Deo, & hanc vocari malum. Nam per Esaiam Prophetam Dominus ait: Ego Dominus, & non est alter, formans lucem, & creans tenebras: faciens pacem, & creans malum. Malum hic dixit bellum, non quòd per se malum sit, sed quòd malum sit illis qui sustinent: malum quidem, quia nocuum. Quòd autem nomine mali ibi intelligat bellum, conuincitur ex literæ decursu, in qua est quædam contrariorum oppositio. Sicut enim tenebræ contrariæ sunt luci, sic etiam paci bellum. Ergo cum paci opposuit malum, conuincitur vt malum sit bellum. Præterea, per Hieremiam Prophetam hoc idem expressius Deus ostendit, sic dicens populo Iudeorum: Ecce ego inducam super eos mala, de quibus exire non poterunt. Et quòd mala ibi dixerit afflictiones, conuincit id quod sequitur: Clamabunt (inquit) ad me, & non exaudiam eos, & ibunt ciuitates Iuda, & habitatores Hierusalem, & clamabunt ad Deos quibus libant, & non saluabunt eos in tempore afflictionis eorum. Ecce apertissime afflictiones dictas esse mala quædam, quæ Dominus minatur se inducurum super ciuitates Iuda, à quibus dicit eas non posse saluari per auxilium Deorum quibus libabant. Rursum, Ionas Propheta describens qualiter Ninuitæ ad eius prædicationem poenituerint, ait: Et vidit Deus opera eorum quia conuersi sunt de via sua mala, & misertus est Deus super malitiam quam locutus fuerat vt faceret eis, & non fecit. Deinde, ipse veritatis magister prohibens sollicitudinẽ in crastinum, ait: Crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi: sufficit diei malitia sua. Hoc est, sufficit cuiq; diei vt pro necessarijs ad illũ diẽ, tribulationem & angustiam toleret. Demum, apud Amos prophetam dicitur: Non est malum in ciuitate quod Dominus non fecerit. Per quæ verba innuere voluit nullam esse tribulationem aut angustiam quæ non veniat à Domino, illam aut faciente, aut permittente.

Quarta hæresis est, quam inter alias Philaster recenset, quæ (vt ille ait) docuit malos reges, aut pseudopphetas non à sua venire voluntate, sed à Dei iussione procedere dicit. Sed huius hæresis nullū indicauit autorem. Sit tamen quiuis huius sententiæ autor, constat illam esse à fide Catholica alienam. Nam Hieremias ad Sedechiam regem Iuda & ad populum eius loquens ait: Subijcite colla vestra sub iugo regis Babylonis, & seruite ei, & populo eius, & viuetis. Quare moriemini tu & populus tuus gladio, & fame, & peste, sicut locutus est Dominus ad gentem quæ seruire noluerit regi Babylonis: Nolite audire verba Prophetarum dicentium vobis: Non seruietis regi Babylonis: quia mendacium ipsi loquuntur vobis: quia non misi eos, ait Dominus: & ipsi prophetabant in nomine meo mendaciter, vt eijciant vos, & pereatis tam vos quàm prophetæ qui vaticinantur vobis. Hæc Hieremiæ verba tam aperta sunt ad huius hæresis oppugnationem, vt non sit opus interpretatione: quoniam de pseudopphetis loquens, dicit Dominus quod non miserit eos. Et de malis regibus per Oseam Prophetam loquens Dominus, ait: Ipsi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui. Quibus verbis decem tribubus Deus exprobrat quod Hieroboam & succedentes illi reges præter Dei voluntatem reges instituerint, & illi citra Dei consilium dominati sint. Mali ergo reges non à Deo mittuntur vt mali sint, sed suo ipsorum arbitrio mali fiunt. Verùm hic huius hæresis autor nobis obijciat quod in libris Regum legitur de Achia Propheta Silonite, quod lacerauit pallium suum in duodecim sectiones: ac decem quidem dederit Hieroboam, prædixeritq; illi, Rex decem tribuum eris: & postea dehortâs Roboam regem à bello, quod parabat facere aduersus Israëlitas, vt illos ad suum imperium reduceret, dixit Deus: A me enim factum est verbum hoc, quibus verbis Deus testatus est se decem tribuum regnum tradidisse Hieroboam. Ergo ille ex Deo regnauit. Cui obiectioni nos respondemus, quod multa sunt in sacris literis quæ à Deo facta esse dicuntur, eò quod illa fieri permisit, non quidem quod præcedente Dei consilio & voluntate facta esse credamus, sed ex permissione, ita scilicet quod malignis hominum voluntatibus obstare noluerit, sed illos ex proprio eorum arbitrio agere permisit. Sic enim accipiendum est quod de gentibus ait Paulus: Tradidit illos Deus (inquit ille) in desideria cordis eorū, in immunditiam, vt contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis. Tradidit dixit pro eo quod est permisit. Deus enim non est nostrarum culparum autor: permittit tamen nobis ex nostra sententia agere. Cùm autem ab illo dimittimur, in maxima quæq; peccata labimur. Sic enim ipse per Prophetam testatur dicens: Dimisi eos secundum desideria cordis eorum: ibunt in adinventionibus suis. Sic etiam accipiendum est quod de malo propheta, qui populo propter illius iniquitatem datus est, Dominus pro Prophetam Ezechielem loquens ait: Ecce propheta cùm errauerit, & locutus fuerit verbum, ego Dominus decepi prophetam illum. Non est enim verisimile, vt Deus qui tam strictè deceptiones & fallacias hominibus prohibuit, ipse decipere velit. Propter quod id quod ait, decepi prophetam illum, sic accipiendum est, quod illum decipi permisit, nec illum docere voluerit. Sic etiam cùm dixit: A me factum est verbum hoc, videlicet vt Hieroboam decem tribubus imperaret: permissionem diuinam intellige. Quando verò dixit, Ipsi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui: sic accipere debes, quod non Dei consilio aut præcepto factū sit. Sed vt ista apertiora sint, admonere decreui quod duo oporteat considerare in quolibet malo propheta, & in malo rege. Alterum est propria illius nequitia: alterum est quod malus ille existens alijs prophetæ aut regnet. Primum, videlicet reges aut prophetæ culpa nunquam est à Deo. Et si de hoc intelligit hæc sententia, quæ docet malos reges aut prophetas esse

Atas esse à Deo, ita vt sentiat istorum peccatum esse à Deo, non solū est hæresis, sed aperta in Deum blasphemia. Alterum est, quod cū rex aut propheta ex se, hoc est, à suo arbitrio iam malus sit, Deus illum mittit vt prophetet aut regnet populo alicui malo propter sua peccata. Ille autem sic missus, non à Deo mittitur vt prophetando decipiat, aut regnando tyrannidem exerceat: sed postquā illum suo arbitrio malum factum Deus mittit ad aliquod bonum, sinit illū iuxta suam malitiam agere, vt sic populum puniat. Et quidem hoc verū est. Nam (vt ait Iob) Deus regnare facit hypocritam propter peccata populi. Non facit Deus illum hypocritam: sed cū ille iam sit hypocrita, & malus, illum Deus regnare facit propter peccata populi. Et per Esaiam Prophetā Dominus ait: Væ Assur, virga furoris mei, & baculus ipse est, in manu eius indignatio mea. Ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo illi vt auferat spolia, & diripiat prædam, & ponat illum in conculcationem quasi lutum platearum. Ipse autem non sic arbitrabitur, & cor eius nō ita existimabit. Vide hic qualiter Deus miserit Assur, quamuis ille se à Deo missum non intellexerit. Et Apostolus Paulus ait: Eò quod charitatem veritatis nō receperunt, vt salui fierent, ideò mittere illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio: vt iudicentur omnes qui non credunt veritati. Et iuxta hunc sensum non est hæresis dicere malos reges à Dei voluntate venire, sicut aliās in titulo de potestate dicemus.

MARIA VIRGO.

Non est mirum si Dei genetricis honorem hæretici conati sint minuire, cū etiam ipsius Dei nomen non sint veriti polluere. Eluidius ergo vnus ex his qui in insipientia sunt deprehensi, asseruit beatam Dei genetricem post Christi natiuitatem fuisse carnaliter cognitā à Ioseph viro suo. Ad quem errorem docendum motus est ex eo, quod apud Matthæum dicitur: Antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens. Et iterum: Non cognouit eam Ioseph donec peperit filium suum primogenitum. Ex quibus locis Eluidius colligit Dei genetricem postquam peperit Christum, esse à Ioseph cognitam carnaliter, eamq; peperisse filios alios, quos (vt ait) Euangelium appellat fratres Christi. Nam apud Matthæum dicunt Iudæi Christo: Ecce mater tua & fratres tui foris stant quærentes te. Verùm Eluidius ex litera perperam intellecta in hunc errorem lapsus est.

Cuius autem patriæ aut nationis fuerit, mihi nō constat. Hoc solū ex Genadio agnoui, illum fuisse Auxentij discipulum, & Hieronymo coæuum.

Huius hæresis fautores vocati sunt Antidicomaritæ. Hunc errorem impingit etiā Iouiniano Augustinus in libro de hæresibus. Hieronymus tamen, qui duobus libris contra Iouiniani errores pugnat, nunq̄ huius meminit. Primò ergo Dei genetricis virginitatem ostendamus: deinde respondebimus Eluidij obiectionibus. Ad ostendendam Mariæ virginitatem perpetuā, etsi scripturæ sacræ locus apertus deficiat, nō desunt tamen alia testimonia æquæ aut paulò minùs efficacia. Ecclesiæ nanq; autoritas non minoris est ponderis quàm sacra scriptura: quoniam sicut sacra scriptura, eò quod à sancto spiritu est cōdita, errare non potest, ita Ecclesia, quoniam à Spiritu sancto regitur & docetur, nec fallere nec falli potest. Ecclesia autem sentit Dei genetricem fuisse perpetuò virginem, quoniam sic eam ubiq; terrarum prædicat, vt nomine virginis intactæ & intemeratæ semper illam appelet. Præterea concors omnium sacrorum doctorum sententia (vt supra libro primo docuimus) pro vera fide habenda est: quoniam non esset possibile vt omnes concorditer sentirent, nisi à Spiritu

sancto vno illorum omnium doctore atque rectore fuissent edocti, potissimum cum plures eorum fuerint abinuicem loco & tempore separati, ita ut nec vnus alium nouerit, nec illius opera viderit: quapropter fieri non poterat ut omnes concorditer sentirent, si Spiritus sanctus communis eorum magister illorum intellectus ad sic sentiendum non illustrasset. Quod autem omnes sacri doctores sentiant beatam Dei genitricem fuisse semper virginem, res est tam aperta, ut non sit opus eorum testimonia impraesentiarum adferre, quoniam vix aliquem librum sermonum ad populum reperios, in quo non sint plurima sacerdotum doctorum pro hac re testimonia. Et hoc non solum sensere Latini, sed idem etiam clamant Graeci scriptores. Hoc enim sentit Theophylactus Graecorum recentissimus, idem saepe clamat Damascenus, idem docet Chryso-stomus, idem sentit Basilius, praecipue in quodam sermone de humana Christi generatione. De Origene non est opus dicere, quum in plerisque locis eam praedicet virginem perpetuam. Beatus Irenaeus Lugdunensis episcopus, temporibus Apostolorum valde vicinus, qui fuit discipulus Polycarpi martyris: is inquam nunquam Dei genitricem (quod sciamus) appellat nisi nomine virginis. Et ut vnum e multis locis ostendam, libro tertio aduersus haereticos, capite. 23. & sequentibus saepe illam virginem appellat. Beatus Ignatius, cuius aliquot extant epistolae ad Deiparam virginem, eam fuisse virginem saepissime testatur. Deinde non solum doctores hoc sentiunt, sed totum populum Christianum Spiritu sancto impellente in hanc sententiam stetit. Quid ergo impij haeretici contra omnium sacerdotum & totius populi consensum docere tentant? Oportet ergo ut (quemadmodum de Ismaele haeticorum typo dicitur) manus omnium catholicorum contra Eluidium leuentur, quia ille manus contra omnes leuare tentauit. Omitto hic figuras & aenigmata, in quibus sacra scriptura perpetuam Mariae virginitatem prodidit: quoniam haec (ut in primo libro doctissimus) parum valent ad conuincendos haeticos. Rursus, si beata Dei genitrix postquam Christum peperit (ut Eluidius ait) cognita est a viro suo, & genuit filios, quare Christus moriens non commendauit eam alicui ex alijs filiis? Iniuriam nanque fecisse videretur alijs filiis, commendando matrem suam alij quam filio, quoniam per hoc videretur parum confidisse de filiis, quod debitum matri exhiberent obsequium. At cum ij quos Eluidius asserit fuisse filios virginis, viri fuerint sanctissimi, credendum erat eos sollicitam curam acturos pro Dei genitrice, si illorum mater fuisset. Nam (ut de caeteris taceam) Iacobum, qui dictus est frater Domini, constat virum fuisse sanctissimum. Si ergo hic filius fuisset Dei genitricis, non erat opus illam Ioanni commendare: neque Christus vnquam illam Ioanni commendasset, quoniam hoc in inuidiam aliorum filiorum factum esse videretur. Praeterea, in sepulchro Christi sicut nec ante, ita nec post Christum quicquam alius positus est. Si ergo corpori Christi defuncti talis exhibitus est honor, ut nullus alius in eius sepulchro, positus fuerit, propter illius reuerentiam, multo maior honor oportet fuerit ventri virginis exhibitus, ut nec ante Christum nec postea vnus hominum ventrem ipsius intrauerit, praecipue quod in ea non solum corpus Christi defuncti, ut in sepulchro, in quo solum corpus absque anima, deitati tamen coniunctum iacuit, sub totus Christus integer reconditus fuerit. Accedit ad haec etiam testimonium illud Matthaei quod nobis obiecit Eluidius. Suo enim ipsius gladio ipsum Eluidium tanquam alterum Goliath transigere oportet. Sic enim ait Matthaeus: Non cognouit eam Ioseph donec peperit filium suum primogenitum. Tunc percontari oportet Eluidium, quare Ioseph abstinet a tactu virginis vsque ad diem partus? Certum est eum non alia de causa abstinnisse, nisi ob reuerentiam eius qui in vtero virginis gestabatur. Audierat nanque Ioseph angelum sibi in somnis dicentem: Quod in ea natum est, de spiritu san-

ritu sancto est. Qui ergo propter angeli vocem sibi in somno factam abstinet, nonne multo magis abstinerebit cum oculis suis innumera videat miracula, quae pueri nati maiestatem & diuinitatem, & matris dignitatem aperitissime ipsi Ioseph demonstrabant? Ioseph nanque videt eam praeter communem aliarum mulierum legem parientem sine dolore, sine obstetrice, audit multitudinem angelorum cantantium & dicentium: Gloria in altissimis Deo. Videt pastores clamantes, Magos adorantes. Cum haec ergo & alia plurima vidit post partum: credendum est tunc magis reueritum fuisse virginem Deiparam, magisque ab illa abstinnisse, quam ante partum. Nam si prohibentur omnes ne tangant montem in quem Moyses recepturus legem ascendit, eod quod ibi apparuit Dominus, quanto magis erit prohibitum Ioseph tangere virginem gloriosam, quae est mons ille unde abscissus est lapis sine manibus Christus Deus noster? Sed iam opus est ut respondeamus Eluidij obiectionibus. Sic enim argumentatur: Matthaeus dicit quod antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens: sequitur ergo quod postea conuenierunt: nam alias non esset inuenta antequam conuenirent: quoniam vox illa, antequam, videtur dicere quendam respectum ad sequentia. Huic autem respondemus, non ita esse ut semper illa vox, antequam, dicat respectum & comparisonem ad futura quae venient, sed ex communi modo loquendi saepe dicitur per comparisonem ad ea quae ventura erant si alio modo eorum euentus non fuisset prohibitus: ut gratia exempli, si quis vellet aliquid ab alio quopiam petere, & ille alio etiam non petente sponte tribuisset, & si sic non dedisset ille, alius re vera periturus erat, sed idem non petijt, quia ille sponte donans praenit petitionem alterius: tunc si petatur ab illo vtrum petijt quod petere decreuerat, respondebit quod non. Si petatur quare non petijt, respondebit dicens: Quia antequam, ego peterem, alius donauit. Et tamen postquam vnus donauit, alter non petijt. Dicitur tamen esse datum ante petitionem, quia etsi non petijt, petiturus tamen erat nisi alter donando praenitisset petitionem. Neque hunc modum loquendi abhorrent sacrae literae. Nam apud Esaiam Prophetam Deus ait: Antequam clament, ego exaudiam. Quia enim multa concedit Deus nobis non petentibus, dicitur exaudire nos antequam clamemus. Et tamen ibi illa vox antequam, non dicit respectum ad futura, quoniam nullus clamet postquam exauditus est. Nullus enim adeo demens est, ut petat id quod iam sibi donatum est. Ad hunc modum dicitur in Matthaeo quod antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens: quia etsi postquam inuenta est, nunquam conuenierint, tamen forte Ioseph voluisset coire cum ea nisi prius ab angelo fuisset admonitus de admirabili virginis impragnatione. Secundo obiecit Eluidius illud Matthaei quod de Ioseph ait: Non cognouit eam donec peperit filium suum primogenitum. Si non cognouit eam (inquit Eluidius) donec peperit, ergo postquam peperit, cognouit eam: nam alias non posuisset terminum dicens, donec peperit, sed absolute dixisset, non cognouit eam. Huic obiectioni etiam respondemus, falsum esse quod ait aduerbium illud, videlicet donec, significare terminum & finem actus designati per verbum cui additur, ita ut post talem finem iam postea non sit tale opus aut operatio per verbum cui additur, designata. Sed dicimus quod talia aduerbia, videlicet, donec, vsque, & similia si qua sunt, solum significant continuationem actus per verbum cui adduntur designati, nullo habito respectu ad futura, siue ille idem actus postea succedat, siue non. Si enim de Petro, qui ex Hispania vsque in Flandriam recessit, quaratur, quod iuit Petrus? verè quisque respondere potest quod iuit vsque Luteriam, aut vsque Burdegalim, aut vsque Baionam, etiam si vltra haec oppida progressus fuerit. Et hic modus loquendi frequens est in sacris literis. In Esaiam nanque sic loquitur Deus: Vsque ad senectam ego portabo eos. Et tamen postquam senuerimus, non minus portabit nos. Et in Psalmo. 70. Vsque in senectam

senectam & senium Deus ne derelinquas me, donec annunciem brachium tuum generationi omni quæ ventura est. Ecce ibi vides posita ambo aduerbia, videlicet vsque, donec, & tamen post illa tempora non petit David derelinqui. Et apud Matthæum ait Christus: Ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Ex quibus verbis iuxta Eluidij interpretationem oportet colligere quod consummato seculo Christus non erit nobiscum. Absit tamen vt in talem errorem vllus labatur. De coruo, quæ misit Noë ab arca, dicitur quod non reuertebatur donec sicarentur aquæ, qui tamen nunquam postea fuit reuersus, etiã siccatis aquis. Et in Psalmo, Oculi nostri ad Dominũ Deũ nostrũ donec miseretur nostri. Nunquid postquam Deus miserus fuerit nostri, nõ amplius leuabimus oculos nostros ad Deũ? Absit, quoniã qui hoc dixit, alibi ait: Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Et iterum: Quomodo dilexi legem tuã Domine, tota die meditatio mea est. Et beatus Paulus de Christo loquens ait: Oportet illum regnare donec ponat inimicos suos scabellum pedum suorum. Quid ad hæc dicit Eluidius? Nunquid postquam Christus posuerit inimicos suos sub pedibus suis, amplius nõ regnabit? Absit. Regni enim eius (inquit angelus) non erit finis. Sed iam alia via inuadere tentat Eluidius. Si Christus est (inquit ille) primogenitus virginis, ergo alios habuit deinde filios, ad quorum comparationem Christus dicitur primogenitus. Et in hac parte etiam hallucinatur Eluidius, quoniam non semper hæc vox primum aut primogenitum dicitur per comparationem ad secundum aut tertium sequens, sed etiam id quod solum est, dicitur aliquando in sacris literis primum, aliquando primogenitum. Quæ duo simul vno contextu in libero Numerorum reperiuntur. Sic enim ibi Dominus sacerdotibus dicit: Quicquid primum erumpit de vulua cunctæ carnis quam offerunt Domino, siue ex hominibus, siue ex pecoribus fuerit, tui iuris erit, ita duntaxat, vt pro hominis primogenito precium accipias, &c. Ecce audis vno contextu vocari primum & primogenitum etiam id quod solum est. Nam aliàs qui solum vnum filium habebat, non tenebatur illum offerre Deo & redimere quousque alium haberet ad quem relatus diceretur primus. Hoc autem conuincitur esse falsum, quoniam beata Dei genitrix cum filium suum obtulit Domino in manibus Simeonis, iuxta legem fecit, vt Lucas testatur. At tunc temporis beatam Dei genitricem nullum alium habuisse filium præter Christum, Euangelium Matthæi testatur, & Eluidius fatetur. Colligitur ergo vt Christus primogenitus beatæ virginis merito dici possit, etiam si nullum alium filium habuerit. Quod autem dicitur in euangelio Christum habuisse fratres, parũ mouet, quia solenne est in sacris literis fratres appellari eos qui aliqua consanguinitate coniuncti sunt, quamuis non sint ex eisdem parentibus geniti, vt Loth vocatur frater Abraham, quem tamen eadẽ scriptura testatur fuisse filium fratris Abraham. Cum ergo ea quæ Eluidius obijcit, nullius sint momenti, & Ecclesiæ autoritas tãta sit, vt illius definitionibus credere teneamur, fateri necesse est beatam Dei genitricem fuisse perpetuò virginem, quoniam sic Ecclesia docet. Contra Eluidium scripsit beatus Hieronymus singulare tractatum. Beatus Alfonso archiepiscopus Toletanus ducentis annis & eò amplius Hieronymo posterior, scripsit de eadem re aduersus quosdam hæreticos qui hanc Eluidij hæresim in Hispania suscitare conati sunt. Hugo de sancto Victore ædidit libellum quendam de perpetua virginitate Mariæ.

Secunda est hæresis, afferens beatam virginem Mariam non esse dicendam Dei genitricem, sed tantum hominis cuiusdam iusti matrem. Dicit enim hæc hæresis in Christo esse duas personas, sicut duas naturas, & vnã personam dicit esse Deum solum, & aliam hominem solum: & huius personæ, quam dicit esse hominem solum, dicit beatã virginem esse matrẽ. Et ita negat beatam

A beatam virginem esse matrem Dei. Huius erroris autor fuit Nestorius. Sed de hoc errore iam satis supra dictum est in titulo Christus, hæresi tertia. Ad illum ergo locum recurat lector, quoniam ibi huius erroris expugnationem inueniet.

MARTYRIUM.

Fuit quidam error quem docuit Basilides, dicens non esse aliquod crimẽ negare Christum persecutionis tempore. Quapropter dicebat esse demeritiam pro hac re pati mortem, cum citra crimen possit Christus negari. Quæ sententia homines a martyrio auertebat. Hunc eundem errorem docuerunt quidam hæretici dicti Elcesaitæ, quãquam aliter, & propter aliam causam quam Basilides. Nam Basilides (vt de illo ait Philaster) non simpliciter auertebat homines a martyrio, sed solum dicebat non esse tolerandam mortem pro confessione mortis & crucifixionis Christi. Hoc autem dicebat, quia (vt supra diximus) Basilides negauit Christum fuisse crucifixum, sed Simonem illum Cyrenæum, qui angariatus portauit crucem, dixit fuisse crucifixum pro Christo. Hæc igitur de causa ridebat eos qui mortem patiebantur, ne Christum negarent pro nobis crucifixum, quia dicebat eos pati pro mendacio. Huius erroris fundamẽtum iam euertimus supra in titulo Christus hæresi. 7. idẽ non est quod amplius modò aduersus eam disputemus. Elcesaitæ verò aliter sentiunt. Dicunt enim idẽ non esse peccatum negare Christum persecutionis tempore, quia is qui fixus est in corde suo, etiam si ore negauerit Christum pro necessitate, corde tamen in fide permanet. Quapropter dicunt talem sic ore negantem non peccare, cum Deus magis aspiciat cor quam linguam. Hæc de Elcesaitis narrat Eusebius libro. 6. historiæ Ecclesiasticæ, capite 28. Hæc hæresis apertissimis scripturæ testimonijs conuincitur. Sapiens nanque ait: Os quod mentitur, occidit animam. At qui ore negat, corde autem fatetur, mentitur: occidit ergo animam qui ore negat, etiam si corde fateatur. Potius ergo deberet mortem corporis pati confitendo Christum, ne cum negauerit ore, occidat animam, quæ multo melior est corpore. Nam Christus redemptor noster apud Matthæum ait: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius illum timere, qui potest corpus & animam mittere in gehennam. Et paucis interiectis concludit idẽ Saluator, sic inquit: Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo qui in cœlis est: qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui in cœlis est. Præterea ipse veritatis magister ait: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Rursum, beatus Paulus dicit esse necessariam confessionem oris, sicut fidem cordis. Sic enim ait: Si confitearis in ore tuo Dominum IESVM, & in corde tuo credideris quod Deus illum excitauit a mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Deinde ipse veritatis magister discipulis suis loquens ait: Eritis mihi testes in omni Hierusalem, & Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. Si ergo hi discipuli in persecutione positi CHRISVM negassent ore, etiam si confiterentur corde, fuissent testes mendaces & falsi. Testis autem falsus (vt Sapiens ait) peribit. Nullo ergo modo ob quamlibet persecutionem licet fidem negare ore, quantumlibet teneatur corde: sed præstat tolerare mortem, quam negare veritatem: vt sit bonus martyr, hoc est, verus testis & fidelis. Nam hoc est martyr Græcè, quod est Latine testis.

Secunda hæresis est, quæ docet eos qui se pro peccato interimunt, debere martyres nuncupari, pro eò quòd puniunt in se quod dolent commississe. ^C
 Huius erroris autor fuit Perilianus quidam Donatista, contra quem extant aliquot Augustini tractatus. Hic error conuincitur ex facto Iudæ, qui dolens de peccato quod commiserat, se suspendit. Quòd autem dolens tunc peccato hoc fecerit, Matthæus testatur, qui ait: Tunc videns Iudas, qui eum tradidit, quòd damnatus esset, poenitentia ductus retulit triginta argenteos principibus sacerdotum & senioribus, dicens: Peccaui, tradens sanguinem iustum. Iudam autem fuisse damnatum nullus Catholicus dubitat, cum tam apertum sit testimonium scripturæ. Propheta nanque de Iuda loquens, ait: Cùm iudicatur, exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum. Fiant dies eius pauci, & episcopatum eius accipiat alter. Et quòd hæc verba sint de Iuda intelligenda, beatus Petrus testatur in ea oratione, quam ad reliquos condiscipulos habuit post Christi in caelos ascensionem, loquens de subrogatione alterius in locum Iudæ.

Tertia hæresis est adhuc pestilentior, ne dicam atrocior: quoniam asserit omnes qui mortem vtronei patiuntur, esse martyres dicendos, siue talem mortem ab alijs inflictam patiantur, siue eam sibi ipsi infligant. Huius hæresis autores vocat Augustinus Circuncelliones libro de hæresibus, capite. 69. dicens eos esse genus hominum agreste, & famosissimæ audaciæ, non solum in alios immania facinora perpetrando, sed nec sibi eadem insaniam & feritatem parcendo. Nam per mortes varias, maxime præcipitiorum, & aquarum, & ignium, se ipsos necare consueverunt. Et in istum furorem alios seducunt, ut se ipsos occidant: quod si facere alij contemnunt, mortem illis minantur, dicentes hoc modo illos martyres fieri. Hos hæreticos Philaster ^D vocat Circumtores, quoniam ad hæc facinora perpetranda per diuersas partes circumibant.

Quis huius insaniam hæresis fuerit dux, aut quo tempore cœperit, nec Augustinus, neq; Philaster prodiderunt. Augustinus dicit illos pertinere ad Donatistas, & sub illis militare.

Istorum error conuincitur apertissime per id, quod dicitur in lege Domini. Non occides. Quibus verbis quælibet hominis occisio prohibetur, præter illam quæ ex præcepto iudicis in vindictam malefactorum fit. Si ergo non licet occidere alium, multò minùs seipsum. Præterea qui seipsum interimit, agit contra naturalem omnium hominum inclinationem, non solum contra inclinationem malam quæ est in natura deprauata, sed contra inclinationem naturæ perfectæ. At cùm talis inclinatio sit semper recta, qui contra illam agit, conuincitur malè agere. Quòd autem inclinatio ad vitam sit naturalis homini etiam ante peccatum, patet, quia Christus, in quo peccatum nullum fuit, horrebat mortem, quod non fuisset factum, nisi in eo fuisset naturalis inclinatio ad vitam. Rursum, custos carceris, in quo erant Paulus & Silas inclusi, videns apertas ianuas carceris, euaginato gladio volebat se interficere, existimans fugisse vincetos. Clamauit autem Paulus voce magna dicens: Nihil tibi mali feceris: vniuersi enim hinc sumus. Si occidens seipsum esset martyr censendus, nunquã Paulus impedisset custodem carceris ne se occideret. At cùm Paulus eum ab occisione auocauerit, voce magna dicens: Nihil tibi mali feceris, conuincitur malam esse sui ipsius occisionem, tantum abesse ut martyrium dici mereatur. Contra hanc hæresim pugnat idem argumentum, quod aduersus proximè enarratam hæresim fecimus. Et cùm res sit tam aperta, non est opus plura testimonia citare.

M A T R I -

M A T R I M O N I V M.

Quamuis non defuerint neq; nunc desint hæreses quæ matrimonium impetant, nihil tamen nunc de illis dicitur, sed infra in titu. de nuptijs de huiusmodi hæresibus agetur. Vsq; ad illum enim locum decreui hanc rem differre, quoniam apud vetustos autores frequentius est nomen nuptiarum quam nomen matrimonij, & res quæ ad matrimoniũ spectant, sub nomine nuptiarum ab illis pertractantur. Rarum certè apud illos est matrimonij nomen, & in sacris literis etiam frequentius est nomen nuptiarum quam matrimonij, quanquam hæc vox etiam in sacris literis sæpè reperiat.

M E L C H I S E D E C H.

Quidam errore decepti, sacram scripturam minime, ut decebat, intelligentes, dixerunt Melchisedech sacerdotè, qui benedixit Abraham reuertenti de victoria quinque regum, non fuisse hominem purum, sed fuisse Christum, aut aliam quandam Dei virtutem. Huic errori fauentes vocat Augustinus Melchisedechianos, & ponit eos trigesimo quarto loco inter hæreses, quas in libro de hæresibus recenset. Ex quo euidenter colligitur librum, qui inscribitur de quæstionibus noui & veteris testamenti, non esse Augustini, quamuis sub eius nomine circumferatur. Nam præter alia argumenta, quæ ad hoc cõuincendum adfert Erasmus Roterod. hoc est efficacissimum, quod quæstione. cix. multis argumentis ijsque valde ineptis nititur probare, Melchisedech nõ fuisse hominem purum, sed quandam Dei virtutem, videlicet Spiritum sanctum: Neque hoc in libris retractationum vnquam recantauit, imò nec illius libri in toto illo decursu suarum retractationum vsquam meminit. Cùm ergo in libro de hæresibus hanc assertionem censeat hæreticam, non erat tam stupidus Augustinus, ut oppositas secunq; pugnantem assertionem doceret. Hæc ideo admonui, ne si fortè aliquis in quæstionem illam inciderit, à constantia rectitudinis stectatur, Augustini autoritate pressus.

Quis autem huius hæresis princeps fuerit, aut quo tempore cœperit, Augustinus non expressit, neque apud alium inuenire potui. Epiphanius tamen in libro de octoginta hæresibus, hæresi. 55. dicit Hieracem quandam insigniter doctum hanc hæresim docuisse, sed non dicit esse ab illo primùm inuentam. Et idem repetit postea hæresi. 67. vbi longiorem de hoc Hierace facit sermonem.

Vt autem ostendamus sententiam hanc esse erroneam, citare oportet ipsam sacram scripturam quæ de eo loquitur, enarrans victoriam Abraham & qualiter Melchisedech illi obuiam exiit. Sic enim ait: At verò Melchisedech rex Salem proferens panem & vinum, erat enim sacerdos Dei altissimi, benedixit ei, & ait: Benedictus Abraham Deo excelsio, qui creauit caelum & terram: & benedictus Deus excelsus, quo protegite hostes in manibus tuis sunt. Et dedit ei decimas ex omnibus. Hæc ibi. Nunc ergo hanc literam discutiamus. Si Melchisedech est Spiritus sanctus, quomodo dicitur ibi quòd erat rex Salem? ^{Gene. 14.} Salem nanq; vrbs quadam est in terra Chanaan prope Sichem. Nam in eodè libro Geneleos enarrans scriptura qualiter sit reuersus Iacob ex Mesopotamia, sic ait: Transiitq; in Salem urbem Sichimorum quæ est in terra Chanaan, postquam reuersus est de Mesopotamia Syriæ. Si ergo Salem ciuitas est terrestris, qualiter Spiritus sanctus dicitur esse rex Salem, cùm ille dominetur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum? Potissimum quòd eo-

quod eodem decursu scriptura enarrat alios reges, qui exierunt obuiam Abrahæ, videlicet regem Sodomorum, & regem Gomorreorum: & istis nominatis, & terris in quibus regnabant explicatis, continuè describitur Melchisedech Rex Salem, neque alterum iuperium illi tribuit scriptura. Nunquid diuinitatem imperium terræ Chanaan Spiritus sanctus, ut ipse solius Salem rex sit, & alij sint reges Sodomorum & Gomorreorum? Absit. Sui enim sunt cœli, & sua est terra, orbem terrarum & plenitudinem eius ipse fundauit. Quod autem bonus ille autor illius. q. cix. proximè citatæ adfert, quod Salem interpretatur pax, & ita rex Salem iuxta Apostolum interpretatur rex pacis: rex autem pacis non est nisi Deus, Melchisedech ergo Deus: inepta fatis collectio est: quoniam, ut in. 1. huius operis lib. cap. 3. docuimus, nullus sensus sacræ scripturæ est efficax ad aliquam assertionem confirmandam, nisi solus sensus literalis, non autem mysticus. At cum docuimus esse oppidum in terra Chanaan, quod dicitur Salem, ille erit sensus literalis quo dicitur Melchisedech esse illius oppidi regē. Ad hunc enim modum etiam diceret alius, Isaac esse Deum, quoniam Isaac interpretatur altitudo Dei. At nullus potest verè dici gaudium per essentiã, nisi solus Deus, qui est nostrum gaudium, qui est etiam futurus præmium. Apostolus autem cum factum Melchisedech dixerat præcessisse in figuram Christi, ut ostenderet meritò gessisse Melchisedech figuram Christi, adfert nominis interpretationem, quæ optimè conuenit Christo. Præterea, in eadem litera dicit quod erat sacerdos Dei altissimi. At Deus non est Deo sacerdos, non est ergo Melchisedech Deus. Omnis nanque pōtifex, ait Paulus, ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur. Aut ergo Spiritus sanctus non fuit sacerdos pro hominibus constitutus, aut ex hominibus assumptus est, ut verè tunc fuerit sacerdos, quemadmodum Christus. Verum ille bonus autor illius sapè præfatæ quæstionis, fatetur Spiritum sanctum in forma humana sic apparuisse, quemadmodum postea filius Dei. Vide quantis laqueis, quisquis ille est, se implicet ut errorem hunc nobis persuadeat. Veniat nunc qui contendit illud opus esse Augustini, & dicat vtrum August. sentiat Spiritum sanctum fuisse incarnatum. Rursum, si Spiritus sanctus sacerdos, & pro hominibus constituitur, ut de omni sacerdote ait Paulus, & in forma humana apparuit, ut iste cōcedit, ergo Spiritus sanctus mediator fuit Dei & hominū: quia Deus cum Deo, homo cum hominibus, quemadmodū Christus. Et si hoc fatentur, repugnabunt certè Paulo dicenti: Vnus mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. Si Spiritus sanctus sacerdos, iam duo sunt mediatores, non vnus, ut dicit Paulus. Deinde ipse modus benedictionis, qua benedixit Abraham, conuincit non esse Deum Melchisedech. Sic enim ait: Benedictus Abraham Deo excelso, qui creauit cœlum & terram: & benedictus Deus excelsus, quo protegere hostes in manibus tuis sunt. Si Melchisedech Deus, quare reddidit gratias Deo pro victoria Abraham? Nunquid sic Christus ut Deus gratias reddebat pro mirabilibus perpetratis? Cum enim Lazarum resuscitare voluit, sic ait: Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autem sciebam quia semper me audis: sed propter populum qui circūstat, dixi, ut credant quia tu me misisti. Propter populum circumstantem Christus gratias dat, alioqui certè non erat opus ut Deus daret gratias Deo. Sed quomodo consulitur populo per illam actionem gratiarum? Ut videlicet credant quod Christus sit missus a patre. At cum Abraham tam fidelis fuerit, ut Deo monenti crediderit statim sine vlla hæsitatione, non erat opus ad illum in fide confirmandum tales gratias aut benedictiones Deo reddere. Ad hæc, Paulus de hoc Melchisedech loquens, dicit quod assimilatus fuerit per omnia filio Dei. At omne quod assimilatur alteri, non est eiusdem naturæ indiduatæ cū illo. Spiritus sanctus est eiusdem naturæ cum filio Dei, non est ergo

A est ergo Melchisedech Spiritus sanctus. Nunquam enim inuenies quod filius Dei similis patri, quāuis bene dicatur imago patris: quoniam imago, ut supra docuimus in titulo de Adam & Eua hæresi secunda, propriè pertinet ad naturam, similitudo autem ad qualitatem, ita ut illa dicantur similia, quæ cū distinctam habeant naturam, qualitates tamen aliquas habent quæ sunt eiusdem speciei. Quod ergo idem est in natura, nō potest dici propriè simile. Paulus autē dicit de Melchisedech quod assimilatus est per omnia filio Dei, per omnia videlicet illa quæ Paulus cōmemorat: quia sine patre est, & sine matre. At Spiritus sanctus in hoc non est assimilatus filio Dei, quia filius Dei iuxta diuinitatem non est sine patre. Melchisedech autem ideò dicitur esse sine patre & sine matre, non quod parentes non habuerit, sed quia nec patrem nec matrem illius vnquam expressit scriptura, nec vllam illius genealogiam manifestauit. Sic etiam Christus secundum inferiorem hanc & humanam sobolem patre caret. A virgine enim Maria, & sola, secundum carnem est natus. Et secundum diuinitatem matre caret, quoniam iuxta illam ante omnia secula à solo patre genitus est. Et præterea sine genealogia Christus, quoniam genealogia eius enarrabilis est, prout Esaias propheta ait: Generationem eius quis enarrabit? Sed adhuc nobis obijciunt aliam similitudinem, quam Paulus adfert, nullo pacto posse conuenire Melchisedech, si ille est purus homo, quoniam ait de eo: Neque initium dierum, neque finem vitæ habens. Melchisedech autem si homo fuit, & natus & mortuus est ut cæteri. Hoc autem eodem modo dissoluitur ut præcedens. Ideò nanque dictus est Melchisedech nō habere initium dierum, neque finem vitæ, quia quamuis natus & mortuus fuerit, tamen apud nos non habet initium nec finem, quia neque illius natiuitatem neque mortem scriptura expressit. De hac re scripsit beatus Hieronymus epistolam quandam ad Eua-
B grium, quæ est in tertio tomo operum eius, iuxta illam partitionem, quæ habetur in secunda additione facta Basileæ.

MENDACIUM.

DE hac re vnā solam reperi hæresim, quæ docet licitum esse mentiri pro vita hominis saluanda, aut pro magno beneficio homini impendendo. Nec solum hoc, sed etiam humilitatis causa, ut videlicet virtutes suas mendacio contegat. Hunc errorem docet Ioannes Cassianus sub nomine abbatis Ioseph. Nam collatione. 17. à capite. 15. vsque ad cap. 20. primam huius erroris partem pertractat, & aliquibus scripturæ sacræ testimonijs perperam intellectis, illam persuadere nititur. A capite verò. 21. vsque ad. 25. eiusdem collationis secundam huius erroris partem pertinacissime tuetur. Hunc errorem apertissimè sacra damnat scriptura. Nam propheta regius ait: Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Qui omnes dixit, noluit excludi illum qui officiosè mentitur. Et in alio Psalmo, iterum quærens quis habiturus sit in Dei tabernaculo, aut requiem habiturus in monte Dei sancto, hoc est in gloria cœlesti, ipsemet respondet dicens: Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua. At omnis qui officiosè mentitur, dolum agit. Omnis ergo ille à Dei monte excluditur: non quidem quod in illo peccato decedens non possit ad gloriam peruenire: absit: sed quia oportet illum priusquam ibidem locetur, digna satisfactione purgari: ita ut cum illuc transierit, iam sit omnino ab illo peccato alienus. Et in libro Sapientiæ dicitur: Os quod mentitur, occidit animam. Verū hoc testimonium parum vrget: quoniam de solo pernicioso mendacio loqui videtur. Illud tamē est manifestissimum quod Ecclesia-

Eccle. 17. Ecclesiasticus ait: Noli velle mentiri omne mendaciū. Qui omne genus mendacij prohibuit, nullum permisit. Pro nulla ergo re mendacium aliquod dicere licet. Et in hanc sententiam omnes sacri doctores manibus (vt dicitur) ac pedibus eunt. August. super Psalm. 5. ita ait: Ne quis arbitretur perfectum & spiritualem hominem pro ista temporali vita, in cuius morte non occiditur anima, siue sua siue alterius debere mentiri, sed quoniam aliud est mentiri, aliud est verum occultare. Siquidem aliud est falsum dicere, aliud est verum tacere: vt si quis forte vel ad istam visibilem mortem non vult hominem proderi, paratus esse debet verum occultare, non falsum dicere, vt neq; prodat, neq; mentiatur, ne occidat animam suam pro corpore alterius. Hæc Augustinus. Quæ verba omnem dubitationem tollere possunt. Nam ex ignorantia huius distinctionis, quam nunc Aug. ostendit, processit error Cassiani, aut Ioseph abbatis. Nescierunt enim distinguere inter mentiri, & verū occultare: inter falsum dicere, & verum tacere. Primū horum nunquam licet, alterum verò sine peccato fieri potest: sicut contigit Abraham de Sara vxore sua, dicenti: Soror mea est. Verum quidem dixit, & verum occultauit. Verū quidem dixit sororem suam esse: quoniam sibi sanguine coniuncta erat. At omnes qui ex eodem genere sunt (vt beatus Hieron. cōtra Eluidium docet) fratres in sacra scriptura dicuntur. Soror ergo Abraham verè dicta est Sara: vxorem tamen suam esse non negauit Abraham, sed subicit: ac proinde non est mentitus. Et hanc sententiam iterum confirmat Aug. alibi dicens: Si quis ad te cōfugerit, qui de mendacio tuo possit à morte liberari, nō es mentiturus. Os enim quod mentitur, occidit animam. Cū ergo mētiendo vita æterna amittatur, nunquā pro cuiuscunq; vita temporali mentiendū est. Hæc August. Quæ verba ponuntur in volumine decretorum. 22. causa, questione. 2. Beatus Gregorius lib. 18. moralium exponens illud Iob, Nec lingua mea meditabitur mendaciū, sic ait: Summopere cauendū est omne mendacium: quamuis nonnunquā sit aliquod mendacij genus culpe leuioris, si quisquā vitam præstando mentitur: sed quia scriptum est, Os quod mentitur, occidit animam, & Perdes omnes qui loquuntur mendacium: hoc quoq; mendacij genus perfecti viri summopere fugiant, vt nec vita cuiuslibet per eorum fallaciā defendatur, ne suæ animæ noceant, dum præstare vitam carni nituntur alienæ: quanquam hoc ipsum peccati genus facillimè credimus relaxari. Hactenus Gregorius: Ex quibus verbis constat mendacium officiosum esse peccatum, quamuis leue. Verū Cassianus, aut Abbas ille, cuius nomine ipse loquitur, non solū putauit nullum esse peccatum mendacium illud, sed peccatum esse censet, virgēte magna aliqua necessitate non mētiri. Isidorus in libro synonymorum ita ait: Omne genus mendacij summopere fuge, nec casu nec studio loquaris falsum: nec etiam vt præstes, mentiri studeas: nec qualiber fallacia vitam alicuius defendas. Caue mendacium in omnibus. Hæc Isidorus. Quæ verba etiam habentur in volumine decretorum loco proximè citato. Deinde mendacium quod occasione humilitatis dicitur ad virtutes tendas, beatus Augustinus damnat in libro de verbis Apostoli, sic inquitens: Cū humilitatis causa mentiris, si non eras peccator antequam mentireris, mentiēdo efficeris quod vitaras: veritas autem ipsa in te non est, nisi te ita dixeris peccatorem, vt etiam esse cognoscas. Veritas autem ipsa est, vt quod est, dicas. Nam quomodo est humilitas, vbi regnat falsitas? Hæc Augustinus. Sed præter hæc omnia sacra scripturæ & sanctorum virorum testimonia, ratio ipsa virget vt non ita faciendum esse credamus. Id enim quod ex se malum est, nullo quamlibet bono fine præfixo, nec propter vllam aliam quamlibet bonā circumstantiam poterit esse bonum: quoniam (vt diuus Dionysius libr. de diuinis nominibus ait) bonum est ex causa integra, malum verò ex singularibus defectibus. At quod mendacium res sit ex se mala, res est tam aperta, vt nō egeat vllō testimonio:

A testimonio: quoniam pugnat cū veritate, quæ res est ex se bona. Et hoc non solum Christianis, verum etiam Ethnicis fuit notum. Nam Aristoteles. 4. Ethico lib. ait: Mendacium est ex se prauum, & fugiendum: verum autem est bonum, & laudabile. Si mendacium ex se malum est, ergo propter vitam hominis saluandum dictum, etiam malum erit. Alioqui eadem ratione bonum esset furum quod sub prætextu subuentionis pauperum fieret: hoc tamen nullus vntquam sanctorum concessit. Eadem etiam ratione esset dicendum eos non peccasse qui Apostolos Christi occiderunt, quoniam sic facientes (vt Saluator ait) arbitrabantur se obsequium præstare Deo: multò autem melius est obsequium præstare Deo, quam hominem à corporis morte eripere. Quò fit, vt si vita hominis seruata valet mendacium à culpa liberare, obsequium quod se Deo præstare credit, valeat Apostolorum occisorem à peccato eripere. Demum vt huic liti finem ponamus, aperta est de hac re Ecclesiæ definitio. Nam Innocentius papa huius nominis. 3. Panormitano Archiepiscopo scribens ita ait: Cū vsurarum crimen vtriusque testamenti pagina detestetur, super hoc dispensationē aliquam fieri non videmus: quia cū scriptura sacra prohibeat pro alterius vitæ mentiri, multò magis prohibendus est quis ne etiam pro redimenda vita captiui vsurarum crimine inuoluatur. Hæc Innocentius. Quæ verba habentur in in volumine epistolarum decretalium in titulo de vsuris, capite Super eo. Sed superest vt obiectiones Cassiani aut abbatis Ioseph refellamus. Nam vt probet licitum esse pro magna aliqua virgēte necessitate mentiri, aliqua exempla patrum veteris testamenti adfert, quos pro simili aliqua causa mentitos fuisse constat. Quibus omnibus obiectionibus simul respondemus, eos non fuisse mentitos, quoniam etsi verum occultarunt, falsum tamen non dixerunt, sicut de Abraham superius docuimus, cū dixit Saram sororem suam esse. Deinde, & si aliqui falsum dixerint, aut simulando fecerint, talem falsitatē scriptura sacra non laudat. Non enim omnia eorum gesta quæ ibidem narrantur, propter eadē quod illic scripta sunt, laudantur: absit: alioqui fieret vt aliqua illorum peccata quæ vt homines commiserunt, essent etiam laudata. Ad hunc modum scriptura refert mendacium quod Iudith dixit Holoferni, non tamen mendacium illius laudat, sed virilem illius animū quo inter media hostium castra pertransire nō metuit, & ducem exercitus in lecto cubantem in terficere, & caput ducis secū in ciuitatem deferre. Hunc animum, hanc audaciam, hoc plus quam muliebre facinus laudat, non mendacium quo & ducem & illius milites decepit. Esto etiam aliqua illorum patrum dicta aut facta sint quæ in faciem mendacia esse appareant, & laudentur, illa (vt B. August. in lib. contra mendacium docet) iuxta mysterium latens accipienda sunt, non iuxta literæ corticem: quemadmodum Iacob dixit se esse Esau primogenitum Isaac: quod iuxta literæ corticem verū non erat, per spiritum tamen prophetiæ qua vltus est, verum dixit. Eo enim factō figurauit & prophetauit minorem populū, videlicet gentiliū, substituendum fore in locum primogeniti, videlicet populi Iudæorum. Nam Iacob excusari à mendacio testatur Innocentius Papa huius nominis tertius, in capite Gaudemus, titulo De diuortijs.

PRO confirmatione alterius partis, qua docet causa humilitatis esse mentiendum, ita vt de continentia, quā habet quis, interrogatus, dicat se non habere, cap. 21. præfatæ collationis talia adducit testimonia, quibus Christus sic ait: Non videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in abscondito. Et iterum: Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: & rursus de ijs qui palam opera sua faciunt, ait: Amen dico vobis, receperunt mercedem suā. His aliud responderi non possumus, quam quod beatus Augustinus in quadam Homilia ait, Deum per illa verba non opus sed intentionem prohibuisse. Prohibuit quidem inanis gloriæ appetitum, ita vt etiam si opera nostra sint

quartus sic ait: Fratres tenentur per labores manuum victum acquirere, & nō per mendicitatem. De quo articulo Concilium per hæc verba profert sententiam. Prima pars (inquit) est scandalosa, & præsumptuose asserta, pro quantum sic generaliter & indistinctè loquitur. Et secunda erronea, pro quantum asserit mendicitatem fratribus non licere. Hæc Concilium Constantiense. Sed opus est vt obiectionibus aduersariorum respondeamus. Primò enim obijciunt nobis illud quod scribitur in Deuteronomio: Omnino egens & mendicus non erit inter vos. Ex quo loco inferunt non licere alicui mendicare, cum hoc (vt aiunt) fuerit à Deo prohibitum. Huic obiectioni respondemus illa verba non esse prohibitoria, sed promissoria. Hoc enim Deus promittit ibi seruanti suam legem, vt si videlicet Iudæi legem seruassent, quam Deus illis per Moysen dedit, nullus inter eos futurus esset egenus aut mendicus. Et quia Iudæi legem transgressi sunt, idèò Deus non fecit cum illis iuxta suum promissum. Iudæis siquidem tanquã carnalibus in præmium obseruationis legis promissit Deus solum bona temporalia, sicut est illud: Si audieritis me, bona terræ comedetis. Ita etiam promissio quædam est, cū ait: Omnino non erit egens aut mendicus inter vos. Nam si verba illa fuissent (vt hæretici isti dicunt) prohibitoria, peccasset Helias mendicans à vidua, & Lazarus plenus vlceribus, cuius mendicitas laudata est in Euangelio.

Hoc modo respōdet præfatæ obiectioni Thomas Vvalden. Potest tamè aliter responderi, & mea quidè sententia multò meliùs & magis conformiter ad sacram literam. Fateor quidem illa verba Deutero, explicare prohibitionè aliquam: tamen prohibitio illa non data est pauperi, nec tunc cū paupere Deus loquebatur, sed ad diuites de pauperum subuentione (vt ex literæ decursu faciliè colligi potest) tunc loquebatur Deus, præcipiens illis vt tantam pauperū curam haberent, vt nō sinerent illos propter inopiam mendicare. Hoc autem verba quæ postea Deus addit, apertè indicant. Non deerunt (inquit) pauperes in terra habitationis tuæ, idcirco præcipio tibi vt aperias manum tuam fratri tuo egeno, & pauperi qui tecum versatur in terra.

Secundò obijciunt illud Psalmistę dicentis: Non vidi istum derelictum, nec semen eius quærens panem. Ex quo loco inferre volunt illos non esse iustos qui panem per mendicitatem quærent. Cui obiectioni respondemus secundū doctrinam Augustini, illa verba nō esse intelligenda de pane corporali, quem constat fuisse à multis iustis quæsitum: quoniam (vt de alijs taceam) David quæsiuit panes propositionis à sacerdote. Sed illa verba sunt intelligenda de pane spiritali verbi Dei, quem panem nunquã iustis Deus denegauit, neq; iustum aliquem sic dereliquit, vt famem verbi Dei pateretur. Circa panem tamen corporalem aut alias etiã res corporales sæpenumerò Deus derelinquit iustos, vt per similes pressuras meliùs valeant assequi regnum Dei. Contra hæc hæresim scribit latissimè Thomas Vvalden, in primo tomo doctrinalis fidei antiquæ, libro quarto.

MERITVM.

INter alios Lutheri errores, is vnus est, quo ait nullū esse hominis meritū ad gloriam assequendam. Tantum enim gratię tribuit, vt nullum locum relinquat libero arbitrio. Cū ergo (vt ait) totum ex gratia Dei pendeat, & nullo modo cooperetur liberum arbitrium, dicit non posse aliquod hominis opus dici meritum, præsertim cū nostra opera ad gloriam æternam relata, diminuta reperiantur. Si Lutherus accipit meritum pro tali opere quod ex sua natura & ex seipso æquale est præmio, certè illius sententia non est de errore notan-

A notanda: quoniam nō est aliquod opus nostrum ex se tale, quod æquari possit gloriæ æternæ. Nam Apostolus ait non esse condignas passionibus huius seculi ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Verum non semper sic capitur meritum, vt talem æqualitatem & obligationem naturalem innuat, sed aliam æqualitatem quæ non confurgit ex natura rerum, sed ex pacto quodam, quo pacto inito, æquale erit opus, quod antè non diceretur æquale: & debitum diceretur, quod aliàs nō diceretur. Vt gratia exempli: Si in hastiludio quodã quod fortè non vltra vnius horę spatium protenditur, rex promitteret cuiuscunq; meliùs vibranti sex millia aureorum, tunc si Petrus, aut Ioannes meliùs ceteris rem gesserit, diceretur absq; dubio quòd meritum est gemmam, & quòd rex est debitor illius. Tale autem debitum non est ex rei natura, quòd illi debita sit gemma, sed prouenit ex pacto regis, & libera illius promissione, qui promittens donare, seipsum obligauit. Ita etiam & si nostra opera ex se sint indigna gloria, & nos per illa nullum ius habere poteramus ad gloriam æternam, nec gloria vnquam fuisset nobis debita, tamen quia misericors Deus promissit seruanti mandata sua se daturum illi vitam æternam, post talem promissionem debet Deus dare gloriam seruanti sua mandata. Quod debitum in Deo non oritur ex nostris operibus, sed ex benigna eius voluntate, qui promittens nobis, seipsum obligare voluit. Et iuxta hunc modum intelligendo rationem meriti, constat nos nihil derogare maiestati diuinæ, cū dicimus opera nostra esse meritoria vitæ æternæ, quia hoc modo non dicimus Deum obligari, aut esse debitorem nostris operibus, sed dicimus eum obligari ex promissione sua, & esse debitorem promissioni suæ. Quòd autem ipse promiserit, simpliciter & absolutè est tribuendum gratiæ. Hoc modo negare meritum est hæresis, quoniam hæc me-

B riti rationem læpissimè sacræ literæ ostendunt. Sapiens nanque Ecclesiasticus ait: Omnis misericordia faciet locum vnicuique secundum meritum operum suorum. Ecce videt ibi nomen meriti satis expressum. Cur ergo Lutherus tantum abhorres meriti nomen, quod Ecclesiasticus non est veritus proferre? Prætereà nihil aliud designat illa Christi parabola de patrefamiliâ mittente operarios in suam vineam, cum quibus fecit conuentionem ex denario diurno, finito verò labore dixit patrefamiliâs procuratori suo: Voca operarios, & redde illis mercedem, illam videlicet quam patrefamiliâs cū operarios in laborem mitteret, illis promiserat. Hic audis mercedem pro labore, quæ res quasi debitum quoddam designare videtur. Quod clariùs expressit patrefamiliâs cū murmuranti, eò quòd non maiori præmio quàm denario fuisset donatus, dixit: Nonne ex denario conueni tecum? Tolle quod tuum est, & vade. Tuum dixit, quo nomine ostendit talem denarium fuisse illi debitum. Sed vnde debitum? Certè ex conuentione. Rursum, apud Marcum Christus discipulis suis in hunc modum loquitur: Quisquis potum dederit vobis calicem aquæ frigidæ in nomine meo, quia Christi estis, amen dico vobis, non perdet mercedem suam. Et Paulus Apostolus in 1. ad Corinthios epistola sic ait: Vnusquisq; propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Si nullum esset meritum, non distribuere merces iuxta laboris mensuram, sed iuxta voluntatem donantis. Et in epistola ad Hebræos clariùs nomen meriti expressit, dicens: Beneficentiæ & communionis nolite obliuisci, Talibus enim hostijs promeretur Deus. Et Sapiens de iustis loquens, ait: Tentauit illos Deus, & inuenit eos dignos se. Si digni, ergo meritum habentes. Et Paulus ad Thessalonicenses scribens de tribulationibus quas illi patiebantur, ait: Quas sustinetis in exemplū iusti iudicij Dei, vt digni habeamini regno Dei, pro quo & patimini. Et Colossensibus scribens, ait: Dignos nos fecit in parte sortis sanctorum. Quòd si dicas Paulum non asserere nos esse ex nobis dignos, sed quòd Deus nos fecit dignos,

gnos, & ego hoc ipsum sentio, quòd non sumus sufficientes ex nobis ad gloriã promerendam: sed quòd illam mereamur, est ex gratia Dei, quæ nos & præuenit, & euntes comitatur. Itaq; Deus per gratiam quam nobis donat, facit nos dignos se. Hoc ergo non poterit negare Lutherus, quin iustus sit dignus Deo, quamuis à Deo ipso fiat dignus. Quòd si dignus, ergo aliquã habet meriti rationem. Omitto hic sacrorum doctorum testimonia, qui omnes tribuunt meritum homini gratia Dei adiuto. Nam qui destitutus est gratia diuina, certũ est quòd nihil mereri potest, quod ad vitam æternã pertineat. De hac hæresi adhuc plura dicemus in titulo de operibus, hæresi quarta.

Secunda hæresis est omnino contraria huic proximè narratæ, quoniam ait hominem sine auxilio gratiæ Dei posse ex sua virtute naturali promereri vitam æternam. Huius hæresis autor fuit Pelagius. Sed de hac hæresi non est opus impræsentiarum disputare, quoniam suprã in titulo de gratia, hæresi prima, satis (vt existimo) de illa differuimus.

MIRACVLVM.

DE erroribus Vvaldensium Guido Carmelita differens, capite. 15. dicit illos sentire nulla vera miracula fieri in Ecclesia. Verũm Aeneas Syluius in libro de origine Bohemorum, capite. 35. recensens Vvaldensium errores, nunquã huius erroris meminit. Et si ita senserunt, vt Guido illis impingit, apertissimè ex hoc errore licebit colligere quanta fuerit illorum dementia, & sacrarum literarum ignorantia, cum sint tam multa scripturæ sacræ testimonia ad miraculorum confirmationem. Sed Vvaldenses fuerunt homines idiotæ, & prorsus ignorantes: quapropter verisimile est, eos nescisse quid sit miraculum. Idèd prius oportet miraculum definire, quàm de eo disputemus. Miraculum est, res insolita supra naturæ potentiam operata. Itaque duo oportet inesse vt aliquid possit dici miraculum, quòd videlicet sit supra naturæ potentiam, & quòd non sit ex communi consuetudine. Et si alterum horum desit, miraculum minimè dicitur. Hac enim de causã creatio animæ humanæ non est censenda miraculum, quia & si illius creatio excedat potentiam naturæ, non est tamen res insolita, cum Deus quotidie nouas creet animas. Eadem ratione, si vnus homo nasceretur cum septem digitis in qualibet manu, non diceretur miraculum, quia & si hoc sit insolitum, non tamè excedit potentiam naturæ, quoniam à causis naturalibus hoc procedere potest. Si tamen res est insolita, & vires naturæ exuperans, illa meritò miraculum dicitur. Huiusmodi autem quàm multa fuerint vera miracula, piget recensere, quoniam vtunque testamentum plenum est miraculis. Ex veteri instrumento satis est ad memoriam reuocare miracula, quæ Deus operatus est in Aegypto, cum inde eduxit filios Israël. Et fortè Vvaldenses fuerunt ex illis, de quibus dixit Propheta: Et obliuisci sunt benefactorum eius, & mirabilium eius quæ ostendit eis. Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Aegypti, in campo Thaneos. Ecce mirabilia operata in Aegypto. Quòd si contendas fatendo illa fuisse mirabilia, non autem miracula, quamuis ex definitione miraculi assignata possis conuinci, tamen volo vt ipsa scriptura conuincat. Cum diceret Moyse populo Israël ex mandato Domini, quo pacto nocte sequenti moriturum esset omne primogenitum Aegypti tam ex iumentis quàm ex hominibus, statim hæc verba subnectit. Apud omnes autem filios Israël non mutiet canis, ab homine vsque ad pecus: vt sciatis quanto miraculo diuidat Dominus Aegyptios & Israël. Et in libro Numerorum scriptura loquens quomodo terra deuorauit Chore, morientibus plurimis, quando combussit ignis du-

A centos quinquaginta viros, sic ait: Et factum est grande miraculum, vt Chore pereunte filij illius non perirent. Si ad nouum instrumentum nos citare uolunt, illic etiam pro nobis dicitur sententia. Illic enim inuenies cæcos visui restitutos, claudos ambulantes, paralyticos sanatos, è quibus vnus fuerat. 38. annis infirmus, leprosos plures mandatos, mortuos suscitatos, aliaque innumera miracula, quæ nullo pacto per naturæ virtutem fieri poterant. Quis ergo erit tam temerarius, vt negare audeat illa verè contigisse, & vera miracula esse? Quòd si Vvaldenses suam assertionem restringant ad miracula quæ à sanctis fieri dicuntur, adhuc erit eorum assertio dicenda hæresis. Nam de Petro dicit historia Apostolica, quòd ad vocem Petri consolidatæ sunt bases cuiusdã claudij petentis cleemolynam ante fores tēpli: & sanatus est Aeneas alius, qui fuerat paralyticus, iacens in lecto annis octo. Et plurima alia miracula enarrat illa Apostolica historia, quæ non possunt negare fuisse miracula. Verũ non desunt aliqui latentes (vt existimo) Vvaldenses, qui hæc miracula à sanctis facta derident, dicentes illa à solo Deo fieri: quoniam (vt ait Propheta) ille est qui facit mirabilia magna solus. Quapropter dolent cū audiunt alios dicentes talè sanctum, aut talem sanctam fecisse aliquod miraculum: quia dicunt illa à Deo fieri, & non debere vlllo pacto hominibus tribui. Fateor quidem à Deo illa omnia fieri, sed vt Deus illa fecerit, sanctorum merita sunt in causã: ad quorum exaltationem Deus vult miracula fieri. Et quia propter merita illius sancti Deus hoc facit, dicuntur fieri ab illo sancto. Neq; hic modus loquendi est alienus à sacris literis. Nam ipse veritatis magister apud Ioannem ait: Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. Aduerte quòd non dixit, maiora horum propter merita illius ego faciam, sed dixit, & ipse faciet, & maiora horum faciet. Et apud Marcum iterum ait: Signa eos qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo demonia eijciam, &c. Non dixit, Ad eorum preces ego eijciam, sed dixit, ipsi eijcient, ipsi serpentes tollent, ipsi linguis loquentur nouis. Valeant ergo miraculorum subsannatores, & nolint tot deinceps excitare tragædias aduersum eos qui dicunt miracula fieri à sanctis: cum Dominus dicat de quolibet credente in eum, quòd faciet illa quæ ipse fecit, & adhuc maiora.

M I S S A.

Inter multa, quæ nobis Deus benignitatis suæ testimonia in hoc mundo reliquit, præcipuum est illud omnium sacramentorum excellentissimum, quod propter affluentem & exuberantem gratiam, quæ in illo confertur, vocatum est Eucharistia. Et quemadmodum illud est excellentissimum, ita oportuit vt ad illud conficiendum eminentior institueretur cultus religionis, vt ex cultu exteriori magis alliceretur animus omnium adstantium ad maiorem reuerentiam illi sacramento præstandam. Nam cum vident homines præparationem sacerdotis, cæremonijs, quæ præcedunt & sequuntur huius sacramenti consecrationem, valde mouentur, vt magis illud reuerentur. Huius ergo ineffabilis sacramenti consecrationem cum cæremonijs ad illam pertinentibus, nos Missam vocamus. Qui ergo ipsum sacramentum contemnant, non est mirandum si illius sacramenti consecrationi detrahant, missæ dignitatem deprimant, eam nihili facientes. Quod vt facilius efficiant, hinc exordium sumunt, dicentes Missam non esse à c h r i s t o institutam, sed humanis inuentionibus Ecclesiæ illatam. Huius pestiferæ assertionis pius magister fuit Ioannes Vvicleph, qui dixit non esse fundatum in Euangelio quòd Christus missam ordinauerit. Si Ioannes Vvicleph hic capit vocabu-

lum missæ, vt complectitur totum illum cæremoniarum decursum, qui consecrationem Eucharistiæ præcedit & sequitur, vt puta quòd dicitur primò introitus, mox dicatur ter Kirie eleyson, & ter Christe eleyson, &c. hoc modo capièdo vocabulum missæ, ego non putarem esse censendam hæresim illius asserionem: quoniam certum est Christum non instituisse illa omnia, sed partem illorum Apostoli instituerunt, alias partes decursu temporis addidit Ecclesia. Nam hymnum illum angelicum, videlicet, Gloria in excelsis Deo, Telesphorus Papa & martyr præcepit cantari in missa ante sacrificij oblationem. Et Gregorius Papa huius nominis primus, instituit vt in principio missæ canteretur antiphona quæ vulgo dicitur introitus. Idem etiam instituit, vt post introitum nouies Kirie eleyson, Christe eleyson canteretur. Et ita alia ab alijs successu temporis addita sunt. Si verò missa capiatur prout debet, vt videlicet solum significet illa quæ sunt substantialia, videlicet consecrationem Eucharistiæ sub vtraque specie, oblationem illius Deo in memoriam Christi, & eiusdè oblationis sumptionem: sic intelligendo, certum est quòd Christus missam ordinauit, & per consequens certum est Ioannis Vvicleph asserionem esse meritò de hæresi notatam. Nam Christus in illa cœna vltima postquam ipse corpus suum discipulis manducandum sub specie panis dedit, dixit: Hoc facite in meam cômémorationem. Quibus verbis discipulis præcepit vt illud quod ipse fecit, illi facerét in commemorationem eius. Christus benedixit, hoc est, consecrauit, quoniam illa benedictione Christus consecrauit: & ita à vetustis Ecclesiæ doctoribus, potissimum Græcis, vocatur consecratio Eucharistiæ mystica benedictio. Sic enim eam vocat Gregorius Nazianzenus. Eodem nomine sæpissimè appellatur à Cyrillo super sextum Ioannis caput. Sic etiam vocatur in epistola, quam misit Concilium Ephesinum Nestorio hæretico. Hinc etiam ortum habet, quòd sacerdos antequàm verba consecrationis dicat, benedicit panem, vt Christum imitetur, qui antequàm discipulis daret, benedixit. Verùm & si non legatur in euangelio aliquam aliam pro hoc sacramento fuisse à Christo institutam cæremoniam, non tamen ideò contemnendæ veniunt illæ cæremonie, quibus catholica vtitur Ecclesia, præsertim cum bonam illarum partem legamus fuisse ab Apostolis institutam. Nam Hugo de sancto Victore in libro de sacramentis, & Isidorus in libro primo de officijs Ecclesiasticis, capite. 15. & Remigius in libro de officio missæ, testatur eum ordinem orationum, quibus Deo oblata sacrificia consecrantur, primò à sancto Petro fuisse institutum, quem primam missam Antiochiæ celebrasse ferunt, in qua tres tantum orationes initio fidei proferebantur, incipiebatque tunc sacerdos ab illo loco vbi dicitur: Hanc igitur oblationem, &c. Alia verò successu temporis addita sunt. Quòd missa, iuxta secundam huius vocis significationem, sit à Christo instituta, & in Euangelio expressa & declarata, testantur omnes sacri doctores, qui missæ mentionem fecerunt. Ex quibus aliquot vetustiores citabo, vt inde constet Ecclesiam Catholicam hoc semper credidisse & docuisse. Rabanus libro primo de institutione Clericorum, capite. 32. de missæ institutione loquens, hæc ait: Hunc morem sacrificij primùm Dominus noster Iesus Christus instituit, quando commendauit Apostolis suis corpus & sanguinem suum priusquam traderetur, sicut legitur in Euangelio. Accepit, inquit, panem, fregit, & dedit eis, & ait: Sumite, hoc est corpus meum. Et accepto calice, gratias agens, dedit eis: & biberunt omnes ex illo. Cum benedictione enim & gratiarum actione primùm Dominus corporis & sanguinis sui sacramenta dedicauit, & Apostolis tradidit: quod ex inde Apostoli imitati fecere, & successores suos facere docuerunt: quod & nuuc per totum orbem terrarum generaliter tota custodit Ecclesia. Hæc Rabanus. Et isto aliquantò antiquior Isidorus libro primo de Ecclesiasticis officijs, capite. 15. de missa

A missa differens, ait: Ordo autem missæ, vel orationum, quibus oblata Deo sacrificia consecrantur, primùm à sancto Petro est institutus, cuius celebratione, vno eodemque modo vniuersus peragit orbis. Hæc Isidorus. In quibus verbis id solum annotandum est quòd ait, ordinem orationum illarum quæ in consecratione, & oblatione Eucharistiæ dicuntur, esse à beato Petro institutum. Nam ipsam corporis & sanguinis CHRISTI consecrationem, quæ vera est missa, dicit esse à CHRISTO institutam, vt ipsemet alibi testatur in verbis, quæ ad expugnationem proximè sequentis hæresis citabimus. Ambrosius in missa de cœna Domini, in præfatione missæ, hæc ait: Aut quid sperare de tua misericordia possumus, qui tantum munus accepimus, vt talem tibi hostiam offerre mereremur, corpus scilicet & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, qui se pro mundi redemptione piæ illi & venerandæ tradidit passioni. Qui formam sacrificij perennis instituens, hostiam se primus obrulit, & primus docuit offerri. Hæc Ambrosius. In quibus verbis multa annotare oportet. Primum est, in Eucharistia contineri corpus & sanguinem Domini nostri IESU CHRISTI: & hoc contra Berengarium & Occolampadium, Carolstadium, Zuinglium & reliquos negantes veram carnem & verum sanguinem CHRISTI in Eucharistia contineri. Alterum est, quòd nos hanc hostiam, videlicet corpus & sanguinem CHRISTI offerimus: & hoc testimonium iuuat ad expugnationem proximè sequentis hæresis, quæ negat missam esse sacrificium. Tertio annotare oportet, quòd ait, CHRISTVM instituisse formam sacrificij perennis, & docuisse offerri: & hoc est contra hanc hæresim, de qua nunc disputamus, quæ negat missam institutam esse à CHRISTO. Nam hæc oblationem, & hoc sacrificium nos missam appellamus. Eusebius Emissemus sermone quinto de paschate, loquens de cœna Domini & de passione, hæc ait: B Et ideò quia corpus assumptum ablaturum erat ex oculis nostris & syderibus illaturus, necessarium erat, vt nobis in hac die sacramentum corporis & sanguinis sui consecraret, vt coleretur iugiter per mysterium, quod semel offerrebat in precium: & quia quotidiana & indefessa currebat pro hominum salute redemptio, perpetua etiam esset redemptionis oblatio, & perennis illa victima viueret in memoria, & semper præsens esset in gratia. Verè vnica & perfecta hostia fide aestimanda, non specie: neque exteriori censenda visu, sed interiori affectu. Hæc Eusebius Emissemus. In quibus ea omnia annotare oportet, quæ in verbis Ambrosij annotauimus. Chrysostrum in ritu missæ Græcicæ ab eo instituto, iubet vt sacerdos, dum hymnus cherubicus cantatur, sequentem dicat orationem. Nullus eorum qui carnalibus cupiditatibus & voluptatibus est alligatus, dignus est ad te accedere, vel appropinquare, vel tibi ministrare rex gloriæ. Tibi enim ministrare magnum est, & vel ipsis coelestibus potestatis terribile. Sed tamen propter incnarrabilem & infinitam tuam benignitatem citra conuersionem & commutationem homo factus es, & noster sacerdos appellatus, & huius ministratorij & incruentij sacrificij consecrationem nobis tradidisti, tanquam Dominus omnium. Hæc Chrysostrum in ritu missæ. In quibus verbis, & missam dicit esse incruentum sacrificium, & illius consecrationem, quam nos missam appellamus, Dominum tradidisse. Cyprianus in epistola ad Ceciliam, quæ tertia est libri secundij, docens non esse offerendum calicem cum solo vino, neque cum sola aqua, hæc ait: Nam si Iesus Christus Dominus & Deus noster ipse est summus sacerdos Dei patris, & sacrificium Deo patri ipse primus obtulit, & hoc fieri in sui commemorationem præcepit, utique ille sacerdos vice CHRISTI verè fungitur, qui id quod CHRISTVS fecit, imitatur. Et sacrificium verum & plenum tunc offert in Ecclesia Deo patri, si sic incipiat offerre secundum quod ipsum Christum videat obtulisse. Carterum omnis religionis & veritatis

ritatis disciplina subuertitur, nisi id quod spiritualiter præcipitur, fideliter re-
feruetur. Et aliquibus interpositis subdit: Christum offerre oportebat circa
vesperam diei, vt hora ipsa sacrificij ostenderet occasum & vesperam mundi: si-
cut in Exodo scriptum est: Et occidit illum omne vnlgus synagogæ filiorum
Israël ad vesperam. Et iterum in Psalmis. Eleuatio manu mearum sacrifici-
um vespertinum. Nos autem resurrectionem Domini manè celebramus. Et
quia passionis eius mentionem in sacrificijs omnibus facimus, (passio est enim
Domini sacrificium, quod offerimus) nihil aliud quàm quod ille fecit, facere
debemus. Hæc Cyprianus martyr sanctissimus & doctissimus. In quibus ver-
bis passionem Domini dicit esse sacrificium, quod nos offerimus: & sæpè di-
cit Deum præcepisse vt hoc illi sacrificium offerremus. Et quia hoc ipsum sa-
crificium missa dicitur, inde conuincitur missam hæc ex Dei præcepto esse in-
stitutam. Alexander Papa huius nominis primus, qui sextus à beato Petro
summus pontifex numeratur, in prima sua epistola, quæ est ad omnes fideles,
hæc ait: In sacramentorum oblationibus, quæ inter missarum solennia Domi-
no offeruntur, passio Domini miscenda est, vt eius, cuius corpus & sanguis
conficitur, passio celebretur: ita vt repulsis opinionibus superstitionum, panis
tantum & vinum aqua permixtum in sacrificio offerantur. Non debent enim
(vt à patribus accepimus, & ipsa ratio docet) in calice Domini aut vinum solū
aut aqua solū offerri, sed vtrunque permixtum: quia vtrunque ex latere eius
in passione profluxisse legitur. Ipsa verò veritas instruit calicem & panem in sa-
cramento offerre, quando ait: Accipit Iesus panem & benedixit, deditque di-
scipulis suis dicens: accipite & manducate, hoc enim est corpus meum, quod
pro vobis tradetur. Similiter postquam cœnauit, accepit calicem, deditque di-
scipulis suis, dicens: Accipite & bibite ex eo omnes: quia hic est calix sangui-
nis mei, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum. Hæc Alexan-
der Papa, verus Christi martyr. In quibus verbis id inter alia annotare oportet,
quòd in missarum solennijs sacrificia offerri dicit, & hoc non ex statuto
humano & papistico, vt recentes hæretici loquuntur: sed ex institutione diui-
na. Martialis vnus ex septuaginta Domini discipulis, Petri Apostoli comes in-
diuiduus, in epistola ad Burdegalenses, capite tercio, hæc ait: Quod autem Iu-
dæi per inuidiam immolauerunt, pntantes se nomen eius à terra abolere: nos
causa salutis nostræ in ara sanctificata proponimus, scientes hoc solo remedio
nobis vitam præstandam, & mortem effugandam. Hoc enim ipse Dominus no-
ster iussit nos agere in sui commemorationem. Hæc sanctus Martialis. In qui-
bus verbis id potissimum annotare oportet, quòd ait nos ex Domini præ-
cepto offerre illud idem corpus, quod Iudæi per inuidiam occiderunt. Non
est ergo missa ex humana traditione, vt hæretici mentiuntur, sed ex præcepto
diuino prout omnes isti tæstantur. Sunt adhuc alia sanctorum & verustissimorum
virorum testimonia, qui & si non dicant missam fuisse à Christo instituta-
m, missæ tamen mentionem facientes, eam nomine missæ appellant, & in il-
la sacrificium corporis & sanguinis Domini Deo offerri dicunt, quod nequa-
quàm sine Dei iussu & autoritate sacerdos vllus facere posset. Telephorus
Papa & martyr in epistola sua, quam scripsit ad omnes Christi fideles, de mis-
sarum celebratione loquens, hæc ait: Missarum celebrationes ante horam dici
tertiam minimè sunt celebrandæ: quia & eadem hora Dominus crucifixus est,
& super Apóstolos Spiritus sanctus descendisse legitur. Ab episcopis autem
idem angelicus hymnus pro tempore & loco in missarum solennijs celebra-
ndus est, atque solenniter recitandus. Ipsi enim qui proprio ore corpus Do-
mini conficiunt, ab omnibus sunt audiendi, obediendi atque timendi. Hæc
Telephorus Papa & martyr. Ecce audis nomen missæ ante mille & quadrin-
gentos annos scriptum, quod isti hæretici tanquam recens inuentum abolen-
dum est

A dum esse dicunt. Sed vt apertius istos hæreticos de suo impudentissimo men-
dacio conuincam, alios vetustiores testes proferre volo. Clemens Papa huius
nominis primus, & Petri Apostoli discipulus in epistola tertia præcipit pres-
byteris & alijs clericis, vt nihil absque proprii episcopi licentia agant, neque
missas sine eius iussu celebrent. Et paucis interpositis subdit. In alijs locis sa-
crificare, & missas celebrare non licet, nisi in his, in quibus episcopus pro-
prius iusserit. Hæc Clemens Papa & martyr. Abdias Babylonæ episcopus ab
Apostolis ordinatus, qui se CHRISTVM in carne vidisse testatur libro se-
ptimo Apostolicæ historiæ, in quo gesta Matthæi Apostoli & Euangelistæ nar-
rans, postquam dixerat Matthæum publicè orasse Deum, pro Ephigenia filia
Aeglippi regis Aethiopia, quam Hirtacus regni successor sibi coniugem co-
pulari volebat, quamuis illa virginitatem Deo vouisset, hæc quæ sequuntur,
de Matthæo refert. Cumque respondissent, Amen, & myteria Domini ce-
lebrata, & missam suscepisset omnis Ecclesia, retinuit se, vt iuxta altare, vbi cor-
pus ab eo fuerat Christi confectum, illic martyrium Apostolicum exultaret.
Itaque non multo post, expanfis manibus orantem, speculator missus ab Hir-
taco, à tergo punctim, vnus gladij ictu feriens Apostolum, martyrem Christi
effecit. Hæc Abdias. Ecce missæ, nomen, quod hodierni hæretici abominan-
tur, apud discipulos Christi & Apostolorum eius in veneratione habitum re-
perimus. Et inde etiam conuincitur, missam non esse rem papisticam, vt hære-
tici illam iniuriosè appellant, sed à Christo ipso institutam. Merito ergo ta-
lis assertio Ioannis Vvicleph est velut hæretica damnata. Nam ex. 45. articulis
eiusdem Vvicleph in Concilio Constantiensi damnatis, quintus articulus sic
ait. Non est fundatum in Evangelio quòd Christus missam ordinauit. Quæ as-
sertio simul cum alijs, vna super omnes lata sententia, damnata est. Contra
B hanc hæresim copiosè disputat Thomas Vvalden, in libro de sacramentalibus,
titulo quarto.

SECUNDA hæresis est multò pestilentior: quia non solum negat missam esse
à CHRISTO institutam, sed insuper negat missam esse sacrificium, imò,
quod multò peius est, negat missam esse aliquod opus bonum. Primus
huius nefandæ hæresis author, & publicus defensor est Martinus Lutherus,
neque vllus ex ijs, qui verum CHRISTI corpus & verum eius sanguinem
in Eucharistia contineri fatentur, ausus fuit vnquam vsque adeo missæ palam
detrahere, vt palam negaret illam esse sacrificium. Quamquam Erasmus Ro-
terodamus, qui ante Lutherum scripsit, vt ingenuè loquar, non paruum sus-
picionem mihi dederit, se in hac pestilentissima fuisse sententia. Nam in an-
notationibus super caput decimum tertium Actuum Apostolorum, vbi in vul-
gari translatione habetur, Ministrantibus autem illis, &c. ille annotat ven-
tendum esse, sacrificantibus: quia Græcè habetur, λειτουργοῦντων, quod propriè
esse dicit operantium in sacris: & postea subdit hæc verba. Nullum est au-
tem sacrificium Deo gratius, quàm impartiri doctrinam Euangelicam. Hæc
Erasmus. Ex quibus conuincitur, illum aut negare missam esse sacrificium,
aut dicere illud non esse Deo magis gratum quàm impartiri doctrinam Euau-
gelicam. Sed Erasmus relinquentes, quoniam non vsque adeo apertè suam
sententiam in hac parte declarauit, dicimus huius impiæ hæresis prinum
authorem fuisse Martinum Lutherum, qui missam tanto odio persecutus
est, vt aduersus illam librum scribere non erubuerit, cui titulum nomen-
que dedit, De abroganda missa. Verba Lutheri in hoc libro, de missa abro-
ganda sunt hæc. Missæ, quas sacrificia vocant, summa sunt idololatria, & im-
pietas: imò missarum vsum nomine sacrificiorum & sacerdotum titulo te-
nere, est negare CHRISTVM. Et in libro de captiuitate Babylonica ait:
Impiissimus abusus est, in Ecclesia persuaderi Missam esse opus bonum &
sacrifi-

sacrificium . Et iterum in eodem libro . Missa summa est peruerfitas . Hæc Lutherus . Quæ tam blasphema sunt , & tam horrenda , vt illa hic scribere non auderem , nisi me ipsa disputationis ratio cogeret propria aduersarij verba fideliter citare , vt lector inde cognoscat , nihil à me confictum Luthero mendaciter tribuere , sed id solum referre , quod ille suis proprijs verbis explicuit . Contrà tamen ille & omnes alij illius sectatores facere solent , qui dum Catholicorum sententias referunt , semper mille mendacia miscent , & Catholicis sæpe tribuunt , quæ nunquam illis in mentem venerunt . Luthero in hac impijssima assertionem consenserunt omnes huius temporis hæretici , saltem quos ego vel ex nomine noui , ex quibus vnum maiori æstimatione apud eos habitum citare volo . Ioannes Caluinus in illa sua institutione Christianæ religionis , cap. 18 . dist. 49 . vbi postquam dixerat scholasticos Theologos docere Missam esse sacrificium , hæc quæ sequitur ait . Valeant ipsi cum spinosis suis argutijs , quæ vtunque cauillando defendi queant , ideo tamen repudiandæ sunt bonis omnibus , quod nihil quàm cœnæ claritatem multis tenebris inducunt . Illis ergo valere iussis , congregari me hic lectores intelligant cum ea opinione , qua Romanus Antichristus (papam hoc nomine appellant Caluinus & Lutherus , & omnes huius temporis hæretici) ac eius prophætæ totum orbem imbuerunt : nempe Missam esse opus , quos sacerdos qui Christum offert , & alij qui in oblatione participant , Deum promerentur . Neque id communi tantum vulgi opinione receptum est : sed ipsa quoque actio sic est instituta , vt genus sit placationis , quo pro viuorum & mortuorū expiatione Deo satisfiat . Hæc Caluinus . Idem prorsus asserunt Vvirtembergenses in libro quem ædiderunt pro confessione suæ fidei , vbi de Eucharistiæ sacramento differentes , & Catholicorum sententiam referentes , inter alia hæc dicunt . Alius error est , quod Eucharistia sit tale sacrificium , quod debeat iugiter in Ecclesia ad expianda peccata viuorum & mortuorū , & pro impetrandis alijs beneficijs tam corporalibus quàm spiritualibus offerri . Hic error manifestè pugnat cum Euangelio Christi , quod testificatur Christum vna oblatione semel tantum facta , consummasse in sempiternum sanctificatos . Et quia Christus passione ac morte sua impetrauit nobis remissionem peccatorum , quæ & nobis per Euangelium in nouo testamento adnunciatur : idcirco non licet amplius pro peccato sacrificare . Hæc Vvirtembergenses . In quibus verbis duas simul proferunt hæreses . Alteram , qua negant Missam esse sacrificium : Alteram , qua negant illam posse offerri pro peccatis viuorum & mortuorum , aut pro alijs rebus siue corporalibus siue spiritualibus . De hac secunda hæresi nihil in hoc capite , sed in proximè sequenti dicemus . Propter hæc omnia & alia multa horrenda , & execranda , quæ Lutherus & illius sectatores in Missæ contemptum sunt ausi proferre , videtur mihi nos posse rectè dicere Christo id , quod propheta regius ait : Gloriat̃ sunt qui oderunt te , in medio solennitatis tuæ . Nam omnium Christi solennitatum , quæ in terris celebrantur , maxima est Missæ celebratio , per quam ad vocem sacerdotis verum Christi corpus è cœlo ad terram descendit sub speciebus panis latitans , & sanguis illius sub speciebus vini . Sed in medio huius solennitatis oderunt Christum Lutherani , qui tantum donum contemnunt , & tantam solennitatem floccipendunt , & sic cõtemnentes , gloriantur quasi magnum aliquid fecerint . Viderur igitur mihi Lutherus in hac parte Antiocho Epiphane Syriæ regi simillimus esse . Nam hic Antiochus , vt Machabæorum narrat historia , cum sanctam Iudæorum legem prorsus tollere , & illos ad gentium ritus cogere vellet , inter cætera , quæ ad hunc finem fecit , prohibuit sacrificia fieri in templo iuxta Moisaicæ legis institutionem . Lutherus autem , vt totam Christi legem abrogaret , & Paganorum aut Sarracenorum leges populo traderet , Euangelicæ legis excellentissi-

A cellentissimum sacrificium prohibuit , dum missam abrogauit , ipsamque sacrificium verum esse negauit . Contra hanc tam impiam & Deo ingratam hæresim multipliciter pugnare oportet , vt illam apertè reuincamus , & arenæ cedere cogamus .

Primo ergo percontari oportet Lutherum , an pro statu legis Euangelicæ sit aliquod sacrificium ab ipsa lege statutum , & illi peculiare . Non est dicendum , nullum esse peculiare legis Euangelicæ sacrificium : quoniam eadem ratione dicere oportebit , nullum esse eiusdem legis peculiare sacerdotium : & inde vltiùs sequetur , vt nulla etiam sit Euangelica lex . Nam tanta est legis & sacerdotij connexio , vt alterum ab altero diuelli non possit . Si Paulus ex translatione sacerdotij , colligit legis translationem , eodem modo ex sacerdotij & sacrificij ablatione , legis etiam ablationem inferre licebit . Præterea , in omni lege , qualis qualis illa fuit , semper fuerunt aliqua peculiariora illius legis sacrificia . Nam in lege naturæ , quæ vna fuit apud omnes , aliqua fuerunt sacrificia , prout constat ex vita & operibus Iob , qui in sola lege naturæ vixit . Hic enim , vt illius refert historia , offerebat holocausta per singulos dies , ne fortè filij eius peccassent . De lege Moisaica non est opus disputare , cum manifestum sit , totam illam scetere sacrificijs & oblationibus . De gentili populo etiam constat , illum iuxta diuersitatem idolorum quæ colebat , diuersa habuisse sacrificia : ita vt nulla fuerit vnquam gens tam barbara , quæ non habuerit aliquod sacrificij genus , quod offerret Deo , hoc est illi , quem falso putabat esse Deum . Et hoc non aliud euenit , nisi quia à natura est omnibus inditum , vt quisque Deum colat . Multò ergo magis in lege Euangelica , in qua clariorem Dei cognitionem habemus , necessarium est , vt in ea sit aliquod peculiare sacrificium multò excellentius omnibus sacrificijs aliarum legum .

B le autem nullum reperiri potest , nisi missa sit sacrificium , in qua verum Christi corpus , & verus eiusdem sanguis Deo offertur . Missa ergo est sacrificium . Sed hæc & alia similia argumenta , quamuis fortissima relinquamus , ne nos hæretici , vt solent quando nostris argumentis respondere nesciunt , sophistas appellent , & sacræ scripturæ , & sanctorum testimonijs , conciliorumq; definitionibus contra istos hæreticos pugnemus . Sed ne de sola vocis significatione , prout sæpè hæretici facere solent , frustra contendamus , rationem veri sacrificij priùs statuere oportet , vt iuxta illam probemus , missam esse verum sacrificium . Nam Vvirtembergenses videntes , vt opinor , aliquà esse sanctorum testimonia , quæ apertè testantur missam esse sacrificium , ad hoc subterfugerunt , vt dicerent missam esse sacrificium , iuxta latam & nimis extensam huius vocis significationem . Verba illorum , quum de sacramento Eucharistiæ loquuntur , sunt hæc . Deinde cum sacrificij nomen latissimè pateat , ac generaliter significet sacrum cultum , libenter concedimus verum & legitimum usum Eucharistiæ posse hoc modo sacrificium dici . Hæc Vvirtembergenses . Et post hæc verba negant missam esse verum sacrificium , vt constat ex verbis illorum , quæ iam supra citauimus . Quia verò nos dicimus missam esse verum & legitimum sacrificium , quod omnia alia sacrificia excellit , necessarium esse censui , veri sacrificij rationem priùs ostendere , vt aduersarij nostri intelligant id , pro quo contra illos disputamus , & non confugiant ad latam sacrificij significationem . Augustinus libro quarto de Trinitate , capite . 14 . declarat quæ sint necessaria , vt verum aliquod sit sacrificium , sic dicens . Quatuor considerantur in omni sacrificio : cui offeratur , à quo offeratur , quod offeratur , pro quibus offeratur . Hæc Augustinus . Ex istis quatuor , primum solum est extra omnem controuersiam , tria verò vltima sunt controuersa . Nam si constaret quis sit offerens , & quid offeratur , & pro quibus offeratur , apertissimum esset , Deum solum esse cui munus illud offertur . Ex

illis tribus controuersis solum vnum est nunc discutiendum, videlicet quid offertur: nam pro quibus offertur, in proximè sequenti hæresi disputabimus. **C** Quis autem sit qui offerat, in titulo de sacerdotio, hæresi prima, declarauimus: vbi multis testimonijs probauimus solum sacerdotem ab episcopo ordinatum habere potestatem conficiendi, & offerendi Eucharistiam. Solum ergo superest, vt inquiramus de illo quod offertur. Quæ & qualis esse debeat ipsa res oblata, vt verum sacrificium dici possit, idem Augustinus docet libro decimo de Ciuitate Dei, capite. 6. hæc dicens: Verū sacrificium est omne opus quod agitur, vt sancta societate inhæreamus Deo, relatum scilicet ad illum finem boni, quo veraciter beati esse possimus. Vnde & ipsa misericordia, qua homini subuenitur, si propter Deum non sit, non est sacrificium. Et si enim ab homine fit vel offertur, tamen sacrificium res diuina est: ita vt hoc quoque vocabulo id Latini veteres appellauerint. Vnde ipse homo Dei nomini consecratus, & Deo deuotus, in quantum mundo moritur vt Deo viuat, sacrificium est. Hæc Augustinus. Ex quibus verbis apertè colligitur, omne opus bonum, quod Deo offertur, esse verum sacrificium. Et hanc sacrificij definitionem ipsemet Calvinus admittit, qui in illa sua institutione Christianæ religionis, capite. 18. dist. 60. hæc ait. Qui sacrificij vocabulum ad sacras omnes ceremonias & religiosas actiones extendunt, qua ratione id faciant, non video. Nos perpetuò scripturæ vsu sacrificium appellari scimus, quod Græci nunc *ουσια* nunc *προσφοραν* nunc *τιλην* dicunt. Quod generaliter acceptum, complectitur quidquid omnino Deo offertur. Hæc Calvinus. Ex cuius verbis constat inter nos & illum de veri sacrificij definitione conuenire. At cum beatum corpus Christi, & sanguis illius benedictus sint res optimæ, euidenter colligitur vt illarum oblatio sit verum sacrificium, & quicumque res illas Deo patri offert, verè sacrificasse dicatur. Vt igitur manifestè conuincamus missam **D** esse verum sacrificium, nihil aliud facere oportet, nisi probare, sacerdotem missam celebrantem offerre in illa Deo patri verum Christi corpus & verum sanguinem eius. Hoc autem facile Deo adiutore, me probaturum spero apertis sacræ scripturæ testimonijs, tam ex veteri quàm ex nouo testamento sumptis. Testimonia veteris testamenti partim ex figuris sacramenti Eucharistia, quæ multæ in illo præcesserunt, partim ex prophetijs sumenda sunt. Ex tam multis Eucharistia figuris, ne prolixitate nimia lectori fastidium præbeam, solas duas proferre & discutere volo, quoniam hæc apertè conuincunt Eucharistia oblationem per sacerdotem in Ecclesia nunc fieri. Quod cum nō alibi, quàm in missa fiat, inde conuincemus missam esse sacrificium. Sed fortè hæretici volentes infringere vires argumentationis, quæ ex figuris sumenda est, dicent non posse ex sensu mystico sumi argumentū ad aliquid dogmatis probationem: quoniam hoc apertè docet Augustinus in epistola ad Vincentium Donatistam. Fateor equidem ex mystico sensu non posse semper sumi argumentum conuincens ad probandum aliquod dogma. Si tamen ex alijs scripturæ locis apertè constare poterit illam mysticam scripturæ sacræ interpretationem esse verum & Germanum illius sensum, tunc bene potest ex illo mystico sensu sumi argumentum ad aliquam doctrinam comprobendam. Nam hoc ipsam docet Augustinus in illa eadem epistola ad Vincentium Donatistam, quæ contra nos citata est, vbi hæc ait: Quis autem non impudentissimè nitatur aliquid in allegoria positum pro se adducere, nisi habeat etiam manifesta testimonia, quorum lumine illustrentur obscura. Hæc Augustinus. Ex cuius verbis satis constat bene posse sumi argumentum ex sensu mystico, quando aliud constare potest talem sensum mysticum optimè conuenire illi literæ, & esse verum illius sensum. Quæ Augustini sententia apertissimè probatur ex Pauli exemplo, qui capite. 4. epistolæ ad Galatas, & capite nono prioris episto-

Calvinus.

August.

A ris epistolæ ad Corinthios, ad dogmatis comprobationem vsus est testimonijs veteris testamenti, iuxta mysticum sensum intellectis. Hoc igitur semel iacto firmissimo fundamento, iuxta id quod primò proposueram, volo ostendere, ali quas præcessisse in veteri testamento sanctissimæ Eucharistia apertissimas figuras, ex quibus euidenter conuincitur, missam, in qua Eucharistia consecratur, & Deo offertur, esse verissimum sacrificium. Melchisedech regem Salem fuisse figuram Christi veri & summi sacerdotis, & sacerdotium Melchisedech fuisse figuram sacerdotij legis Euangelicæ, apertè docet Paulus in epist. ad Hebr. vbi inter alia dicit, de Christo esse intelligendum illud regij propheta, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Oportet ergo inter figuram ipsam & rem figuratam esse veram similitudinem, & vmbra optimè conuenire corpori. Videamus ergo quid fuerit in Melchisedech, & in sacerdotio illius, vt similia habere cogamur in Christo, & in sacerdotio suo quod instituit pro lege Euangelica. Quæ ad personam Melchisedech attinent, optimè in præfata epistola ostendit Paulus Christo conuenire. Oportet ergo iam comparare Melchisedech Christo iuxta ordinem sacerdotij, vt videamus quomodo iuxta hunc ordinem fuerit similis Christo. Quia nisi in ipso ritu sacerdotij Melchisedech aliquid inueniatur quod fuerit figura sacerdotij Christi, non poterit verè dici quòd Christus sit sacerdos secundum ordinem Melchisedech. De sacerdotio autem Melchisedech & illius ritu, nihil aliud expressit scriptura, nisi quòd panem & vinum obtulit Deo pro victoria quam Abraham habuit contra quinque reges. Vt igitur corpus vmbra respondeat, necessarium est in sacerdotio legis Euangelicæ aliquam similem hostiam haberi, quæ conueniat cum pane, & vino. At cum nulla talis corporalis & visibilis hostia, quæ Deo offeratur, habeatur in lege Euangelica, nisi sanctissima Eucharistia; **B** in qua sub speciebus panis later corpus Christi, & sub speciebus vini sanguis illius, conuincitur inde apertè, missam, in qua talis hostia Deo offertur, esse verum sacrificium. Huius argumentationis vires hæretici agnoscentes, & videntes se ab illa fortiter premi, rimulas aliquas quasierunt, per quas ab illius potentia effugere possint. Primò quidem negant Melchisedech fuisse figuram sacerdotij legis Euangelicæ. Faterentur quidem illum fuisse figuram Christi, quia illud tam apertè docet Paulus, vt citra impudentiam negari non possit: negant tamen Melchisedech figuram fuisse sacerdotij Euangelici, quia nihil (vt aiunt) præcessit in Melchisedech, quod soli sacerdotio Euangelico figuratiuè conuenire possit. Sed hæc istorum responsio facillimè conuincitur Pauli testimonio, qui volens probare sacerdotium legis Euangelicæ multò nobilius atque præstantius esse quàm sacerdotium legis Mosaicæ, ex facto ipsius Melchisedech circa Abraham hoc conuincit: quia Melchisedech benedixit Abraham, in cuius lumbis tunc erat Leui, de cuius tribu erat sacerdotium Aaronicum. Quod enim minus est, ait Paulus, à maiore benedicitur. At si per Melchisedech solus Christus figuraretur, & non sacerdotium Euangelicum, quod post mortem Christi perpetuò manet in Ecclesia, nullas vires haberet Pauli argumentatio: quia per illam solum probaretur Christum meliorem esse quàm Aaron. Constat autem manifestè, Paulum illo loco de hac re non contendisse, sed solum de nobilitate sacerdotij Euangelici, ex qua conuincere nititur cessasse sacerdotium Leuiticum. Quia accedente meliore sacerdotio, oportebat vt cederet minus bonum. Et inde concludit legem Mosaicam iam cessasse: quia necessarium esse putat, vt translato sacerdotio, legis translatio fiat. Præterea, multi verusti doctores sancti ac doctissimi testantur Melchisedech sacerdotem, non solum Christi sacerdotis, sed etiam sacerdotij Euangelici gestasse figuram. Eucherius Lugdunensis episcopus, qui ante mille annos floruit, in commentarijs super Genesim, declarans gesta Melchisedech sacerdot-

Hebr. 7. 17. 109.

Hebr. 7.

Eucherius.

tis, inter alia hæc ait. Quod autem patriarcha magnus decimas Melchisedech sacerdoti post benedictionem dedit, illud spiritualiter expressit, melius videlicet futurum sacerdotium in populo gentium, quàm Leuiticum, quod in Israël de ipsa erat nasciturum, futurumque ut sacerdotium Ecclesie habens præputium benediceret in Abraham circumcisio sacerdotium synagogæ. Hæc sanctus Eucherius. Et ante istum Augustinus libro. 26. de Ciuitate Dei, capite. 22. postquam dixit Melchisedech benedixisse Abraham post deuictos ab eo quinque reges, hæc quæ sequuntur, ait. Ibi quippe primùm apparuit sacrificii, quod nunc offertur Deo toto orbe terrarum, impleturque illud, quod longè post hoc factum, per prophetam dicitur ad Christum, qui fuerat venturus in carnem. Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Non scilicet secundum ordinem Aaron: qui ordo fuerat auferendus, illucescentibus rebus, quæ illis vmbriis prænotabantur. Hæc Augustinus, qui non solum dicit Melchisedech fuisse figuram sacerdotij Euangelici, sed dicit in illo fuisse figuram sacrificij, quod offertur toto orbe terrarum. Et ne possit hæreticus verba illius detorquere in alium sensum, dicendo illum locutum fuisse de aliquo alio sacrificio, dixit sacrificium illud quod offertur toto orbe terrarum, esse illud per quod impletur prophetia quæ dixit, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Dicit ergo Augustinus, illud idem sacrificium nunc toto orbe terrarum offerri, quod Christus verus sacerdos obtulit. At Christus, ut Paulus ait, semetipsum obtulit: ergo sacerdos Euangelici eundem Christum toto orbe terrarum nunc offerunt. Chryostomus Homilia. 13. super epistolam ad Hebræos, interpretans illa verba Pauli: Translato sacerdotio necesse est ut legis translatio fiat, hæc ait: Si verò alium oportet sacerdotem esse, magis autem aliud sacerdotium, necessariò & legem alteram. Hoc ad eos qui dicunt, quid opus erat nouo testamento? Poterat quippe adducere testimonium etiam ex prophetia, nempe, hoc est testamentum quod disposui patribus vestris. Interim nunc ex sacerdotio dimicat. Et in tuere quomodo ex superioribus dicat. Dixit, secundum ordinem Melchisedech. Hoc dicto exclusit sacerdotium Aaron: nequaquam enim secundum ordinem Melchisedech diceret, si illud sacerdotium melius esset. Hæc Chryostomus. Theodoretus in commentarijs super Genesim, hæc ait. Melchisedech vnde genus duxit? Cùm diuinus Paulus dicat, sine patre, sine matre, sine genealogia, quis veritatem huius rei noscere potest? Vero tamen simile est, illum ex gentibus Palestinam incolentibus fuisse: illorum enim erat & rex & sacerdos. Sacerdos autem vniuersorum Dei: Quare & illi ipse Abraham spoliatorum decimas obtulit: & cùm esset iustus ac Dei amicus, ab illo benedictionem accepit. Domini enim sacerdotij figuram gessit. Hæc Theodoretus Cyrensis episcopus. Ex his omnibus testimonijs constat satis Melchisedech regem, non solum fuisse figuram Christi veri sacerdotis, sed etiam sacerdotij Euangelici, quod mortuo Christo manet in Ecclesia. Oportet ergo ut sacerdos Euangelicus aliquid offerat, quod sit aliquo modo simile panis & vini, quæ obtulit Melchisedech. Aliter respondent huic nostræ argumentationi, ut audio, quidam alij ex istis recentibus hæreticis, negantes Melchisedech fuisse sacerdotem, ut nunc vtimur nomine sacerdotis: quia dicunt vocem illam quæ habetur in Hebraica aut Chaldaica lingua, non solum significare sacerdotem, sed etiam principem: & iuxta significationem principis dicunt capi in illo loco libri Geneseos, vbi de Melchisedech disserit scriptura. Sed qui hoc dicunt, vno mendacio aliud protegere volunt. Quid vox Hebraica aut Chaldaica significet, candido animo fateor me nescire, quia linguas illas prorsus ignoro: & nolo alieno ore loqui. Hoc autem ex ipso literæ decursu manifestè intelligo, vocem illam Hebraicam non esse illo loco positam, ut significet principem, quum

A pem, quum dicit: Erat enim sacerdos Dei altissimi. Nam cùm iam vocasset illum regem, frustra eandem sententiam repetisset, dicens: Erat enim sacerdos Dei altissimi, hoc est iuxta istorum interpretationem, princeps Dei altissimi: quæ verba omnino superfluum, præsertim cùm tam propinqua sint alijs, quibus apertissimè dixerat illum esse regem. Deinde, ipsa eadem scriptura refert, Melchisedech benedixisse Abraham, & Abraham obtulisse illi decimas. At benedicere, & decimas recipere, non sunt principum officia, sed sacerdotum. Fuit ergo Melchisedech verus Dei sacerdos. Sunt rursus alij hæretici, qui alio modo respondent argumento, quod ex figura sacerdotis Melchisedech proposui mus. Negant enim Melchisedech iuxta sacerdotij sui ordinem obtulisse Deo panem & vinum: quia hoc, ut dicunt, scriptura non refert: sed dicunt illam tantum narrare, Melchisedech protulisse panem & vinum Abraham redeunti de victoria quinque regum. Ita docet Zuinglius, qui primus apud Heluetios cum Oecolampadio hæresim Berengarij suscitauit, negans verum Christi corpus, & verum sanguinem eius in Eucharistia contineri. Eodem modo responder Andreas Osiander Nurembergensium propheta. Hoc tamen istorum hæreticorum dictum, non est ab ipsis excogitatum: quia Iudæi, qui istos per multa secula præcesserunt, volentes deprauare & detruere scripturas, quæ de Christo figuratiuè locutæ sunt, hanc historiam Melchisedech, ut Nicolaus de Lyra illo loco refert, eodem modo in peruersum sensum detorsit, quo diximus istos hæreticos sentire. Sed falsum esse quod aiunt, ex ipsius literæ contextu apertissimè conuincitur. Nam quatuor illi reges, pro quibus pugnauerat Abraham, secum portari fecerant ea, quæ ad cibum erant necessaria, quibus Abraham illiusque serui sunt vli, prout Abraham ipse testatur loquens ad regem Sodomæ, qui omnia spolia, præter animas, illi offerebat: Non accipiam, inquit Abraham, ex omnibus quæ tua sunt, exceptis ijs quæ comederunt iuuenes. Neque enim opus erat, ut Melchisedech cibum & potum offerret beliatoribus, qui tam optimis spolijs è prælio reuertebantur, omnem suppellectilem captam secum reducentes. Præterea, frustra scriptura meminisset illum fuisse sacerdotem, si non in sacrificium proferebat panem & vinum: quia profere ea quæ ad victum pertinent, non est sacerdotum officium, sed laicorum. Imò nec ad laicum regem conueniebat, ut victoribus propria manu alimenta protulisset, quia satis erat dignitati regie si per ministros suos alimenta misisset. At quum benedixit Abraham, non aliena manu sed propria id fecit: ergo quum panem & vinum protulit, non aliena manu, sed propria dedit: quia scriptura eodem modo refert illum ea omnia fecisse. Deinde, si Melchisedech non obtulit Deo panem & vinum, ut hæretici isti dicunt, proferant illi ritum & ordinem, quem Melchisedech in sacerdotio suo habuit. Nam fatuum est dicere quod scriptura nullum ordinem sacerdotij illius expresserit, cùm tamen ipsa sacra scriptura alibi dicat, CHRISTUM esse sacerdotem secundum ordinem Melchisedech. Et certè si verba scripturæ bene inspiciantur, apertè ex illis conuinci intelliget, Melchisedech non Abraham, sed Deo obtulisse panem & vinum. Nam postquam dixerat Melchisedech panem & vinum obtulisse, causam huius rei ostendere volens, statim subiunxit: Erat enim sacerdos Dei altissimi. Mirari enim quis possit, quod rex oblationem fecisset, idè statim dixit, Erat enim sacerdos Dei altissimi. Si coniunctionem copulatiuam posuisset dicens: Et erat sacerdos Dei altissimi, dubitare merito poterat, cui obtulisset panem & vinum: sed cùm posuerit coniunctionem causalem, dicens: Erat enim sacerdos Dei altissimi, videntur illa verba posita, ut reddant causam quare obtulerit panem & vinum, quia videlicet erat sacerdos. At sacerdotis officium non est offerre victoribus, sed Deo. Obtulit ergo Melchisedech Deo, & non Abraham. Accedit ad hæc omnia testimonium mul-

torum illustrium virorum sanctitate perinde ac doctrina clarissimorum, qui omnes concorditer docent Melchisedech fuisse sacerdotem, obtulisseq; Deo panem & vinum, & sic Christi sacerdotis figuram gessisse. Omitto hic recentiores Theologos, qui & si viri doctissimi sint, non sunt tamen in tanta estimatione ab omnibus habiti. Ab Haymone istorum omnium nouissimo incipere volo, qui super caput. 5. epistolae ad Hebraeos haec ait: Sed quare secundum ordinem Melchisedech, & non secundum Aaron dicatur existere sacerdos, diuersae causae existunt. Et prima quidem est, quia Melchisedech secundum Legalia mandata non fuit sacerdos, sed secundum cuiusdam singularis sacerdotij dignitatem, panem offerens Deo & vinum, non brutorum animalium sanguinem. In cuius ordine sacerdotij Christus factus est sacerdos, non temporalis, sed aeternus: nec offerens victimas legales, sed instar illius, panem & vinum, carnem videlicet & sanguinem suum: de quibus ipse dixit, caro, inquit, mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Ista quoq; duo munera panem videlicet & vinum commisit Ecclesiae suae in memoriam sui offerenda. Vnde patet sacrificium pecudum perijisse, quod fuit ordinis Aaron: & illud manere potius, quod ordinis fuit Melchisedech, quia & Christus illud corroborauit, & Ecclesiae tenendum reliquit. Haec Haymo. In quibus verbis aperte docet Melchisedech obtulisse Deo panem & vinum, & in hoc gessisse Christi figuram, & Christum reliquisse Ecclesiae suae corpus & sanguinem suum, ut posset illa in illius memoriam Deo offerre. Cassiodorus in commentarijs super Psalmos, interpretans illum versum, Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech, haec ait: Cui enim potest veraciter & euidenter aptari: nisi Domino Saluatori, qui corpus & sanguinem suum in panis ac vini erogatione salutariter consecrauit? Sicut ipse in Euangelio dicit. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam aeternam. Sed in ista carne ac sanguine nil cruentum, nil corruptibile mens humana concipiat: ne sicut dicit Apostolus: Qui enim corpus Domini indignè manducat, iudicium sibi manducat: sed viuificatricem substantiam atque salutarem & ipsius verbi propriam factam: per quam peccatorum remissio & aeternae vitae dona praestantur. Quem ordinem per mysticam similitudinem Melchisedech iustissimus rex instituit: quando Domino panis & vini fructus obtulit. Constat enim pecudum victimas perijisse: quae fuerunt ordinis Aaron: & Melchisedech manere potius institutum: qui toto orbe in sacramentorum erogatione celebratur. Haec Cassiodorus, qui aperte docet Melchisedech obtulisse Deo panem & vinum, & in hac oblatione figurasse Christum Saluatorem nostrum. Isidorus etiam libro primo de officijs Ecclesiasticis, capite. 18. haec ait: Sacrificium autem quod à Christianis Deo offertur, primum Christum Dominum noster & magister instituit, quando commendauit Apostolis corpus & sanguinem suum, priusquam traderetur, sicut legitur in Euangelio. Accepit, inquit, Iesus panem & calicem, & benedicens dedit eis. Quod quidem sacramentum, Melchisedech rex Salem figurat in typum corporis & sanguinis Christi primus obtulit, primusque mysterium sancti sacrificij imaginariè idem expressit, praefrens similitudinem Domini & Saluatoris nostri Iesu Christi sacerdotis aeterni, ad quem dicitur: Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Haec Isidorus, qui etiam omnia ad huius haereseis expugnationem necessaria apertissimè docet. Nam dicit Melchisedech obtulisse in typum corporis & sanguinis Christi, & fuisse figuram Christi sacerdotis aeterni, & illud idem nunc offerre Christianos ex Christi institutione sacrificium, quod ipsemet obtulit. Sed quia fortè haeretici hos tres, quamuis ante septingentos annos eorum Iunior fuerit natus, & Isidorus ante nonngentos, non verebuntur reijcere tanquam recentes Theologos, volo antiquiores & magis il-

A magis illustres testes producere. Hieronymus in epistola ad Euagrium differens de Melchisedech, inquirensque quis ille fuerit, refert sententias vetustissimorum illustrium virorum, sic dicens: Verti me ad Hippolytum, Hieronimum, Eusebium Caesariensem, & Emissenium, Apollinarium quoque nostrum, & Eustachium, qui primus Antiochenae ecclesiae episcopus contra Arium clarissima tuba bellicum cecinit & deprehendi horum omnium opiniones, diuersis argumentationibus ac diuerticulis ad vnum compitum peruenisse, ut dicerent, Melchisedech hominem fuisse Chanaanum, regem urbis Hierosolymae, quae primum Salem, postea Iebus, ad extremum, Hierusalem appellata sit, nec mirum esse si sacerdos Dei altissimi describeretur, absque circumcisione, & legalibus caeremonijs, & genere Aaron, cum Abel quoque & Enoch & Noè placuerint Deo, & victimas obtulerint: & in Iob volumine legimus quod ipse & oblator munerum fuerit, & sacerdos, & quotidie pro filijs suis hostias immolarit: & aiunt ipsam quoque Iob non fuisse de genere Leui, sed de stirpe Esau, licet aliud Hebraei autumant. Quomodo autem Noè inebriatus in domo sua, & nudatus atque derisus à mediano filio, typum Saluatoris praebuit, & Cham populi Iudaeorum, Samson quoque amator meretricis & pauperis Dalidae multo plures hostium mortuus quam viuus occidit, ut Christi exprimeret passionem, omnesque pene sancti patriarchae & prophetae, in aliqua re figuram expresserunt Saluatoris. Sic & Melchisedech, eò quod Chanaanus fuerit, & non de genere Iudaeorum, in typum praecessisse sacerdotis filij Dei, de quo dicitur in centesimo nono Psalmo: Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Ordinem autem eius multis modis interpretantur, quod Salem & rex fuerit & sacerdos, & ante circumcisionem functus sacerdotio, ut non gentes ex Iudaeis, sed Iudaei à gentibus sacerdotiū acceperint: neque vnctus oleo sacerdotali, ut Moysi praecpta constituunt, sed oleo exultationis & fidei puritate: neque carnis & sanguinis victimas immorauerit, & brutorum sanguinem, eorum animalium extra, id est: quidquid super escam est, susceperit: sed pane & vino, simplici puroque sacrificio Christi dedicauerit sacramentum: Haec Hieronymus. In quibus verbis non suam, sed aliorum multorum illustrium virorum retulit sententiam, qua vnanimes illi asserunt, Melchisedech panis & vini sacrificium fecisse, & illo iudicasse Christi sacramentum, id est sanctissimam Eucharistiam. Sed opus est ut ipsius etiam Hieronymi audiamus sententiam, quam aperte manifestat in libro de quaestionibus Hebraicis, haec dicens: Melchisedech autem Apostolus ad Hebraeos sine patre & matre commemorans, ad Christum refert, & per Christum ad gentium Ecclesiam. Omnis enim capitis gloria refertur ad membra, eò quod praeputium habens, Abraham benedixerit circumciso, & in Abraham Leui, & per Leui Aaron, de quo postea sacerdotium. Ex quo colligi vult, sacerdotium Ecclesiae habentis praeputium, benedixisse circumciso sacerdotio synagogae. Quod autem ait, Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech, mysterium nostrum in verbo ordinis significatur, nequaquam per Aaron irrationalibus victimis immolandis, sed oblato pane & vino, id est, corpore & sanguine Domini Iesu. Haec Hieronymus in Hebraicis quaestionibus. In quibus verbis omnia quae ad praesentem disputationem poterant nobis suffragari, apertissimè locutus est. Dixit enim, in Melchisedech fuisse figuratum non solum Christum, sed etiam sacerdotium Ecclesiae ex gentibus congregatae. Dixit etiam ipsum Melchisedech sacrificasse in pane & vino, & figurasse sacrificium nostrum in corpore & sanguine Christi. Sed apertius adhuc eandem doctrinam nobis tradit in commentarijs super Psalmos, ubi interpretans illum versum ex Psalmo. 109. Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech, haec ait: Hoc solum dicamus quare dixerit secundum ordinem. Secundum ordinem nequaquam

quaquam sacerdos eris secundum victimas Iudaicas: sed eris sacerdos secundum ordinem Melchisedech. Quomodo enim Melchisedech rex Salem obtulit panem & vinum: sic & tu offeres corpus tuum & sanguinem, verum panem, & verum vinum. Iste Melchisedech, ista mysteria quae habemus, dedit nobis. Ipse est qui dixit: Qui manducauerit carnem meam, & biberit sanguinem meum. Secundum ordinem Melchisedech tradidit nobis sacramentum suum. Haec Hieronymus, qui tam aperte nostrae & Catholicae sententiae fauet, vt nihil apertius possit iuste desiderari. Eusebius Emisenus ab eodem Hieronymo laudatus, & in priori loco ab illo citatus, in sermone quinto de paschate, loquens de Eucharistia, haec ait: Sacramenti huius itaque formam etiam in Iudaeorum paginis inuenimus expressam. Nam de Melchisedech in Genesi legimus. Et Melchisedech rex Salem, protulit panem & vinum, & benedixit Abraham. Melchisedech autem fuit sacerdos Dei summi. Hic ergo Melchisedech, cuius genealogia vel origo notitia illius temporis latuit, oblatione panis & vini, hoc Christi sacrificium praesignauit, de quo propheta praenuntiat, Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Haec Eusebius Emisenus, qui & si legit Melchisedech protulisse panem & vinum, nihil tamen ideo veritus est asserere, illum oblatione panis & vini figurasse sacrificium summi sacerdotis Domini nostri Iesu Christi. Eusebius Caesariensis libro quinto, capitulo 3. demonstrationis Euangelicae, huic sententiae fauet, sic dicens: Merito illum a ministerio Aaron liberat, quod figuram gererat, & secundum ordinem Melchisedech sacerdotem futurum affirmat. Et sane oraculi exitus admirabilis ei qui contempletur, quemadmodum Saluator noster Iesus, qui est Christus Dei, ipsius Melchisedech ritu, ea quae ad sacerdotium in hominibus gerendum spectant, per suos ministros perficiat. Nam quemadmodum ille qui sacerdos gentium erat, nusquam videtur sacrificijs corporalibus sanctus, sed viuo solo & pane, dum ipsi Abraham benedicit, ita sane primus ipse Saluator ac Dominus noster, deinde qui ab ipso profecti sunt, sacerdotes in omnibus gentibus, spirituale secundum Ecclesiasticas sanctiones sacerdotij munus obeuntes, vino ac pane, & corporis illius & Saluatoris sanguinis mysteria representat: quae sane mysteria, Melchisedech tanto ante spiritu diuino cognouerat, & rerum futurarum imaginibus vsus fuerat, sicut etiam Mosi scriptura testificatur, vt ait: Et Melchisedech rex Salem, protulit panes & vinum. Erat autem sacerdos Dei altissimi, & benedixit Abraham. Haec Eusebius, qui satis aperte asserit, Melchisedech pane & vino tanquam particularibus sacrificijs vsu fuisse. Denique Cyprianus istorum omnium verustissimus, in epistola ad Ceciliam, quae est tertia libri secundi, vbi docet neque vinum sine aqua, neque aquam sine vino posse in calice Domini consecrari & Domino offerri, haec ait: Item in sacerdote Melchisedech, sacrificij Domini sacramentum praefiguratum videmus, secundum quod scriptura diuina testatur & dicit. Et Melchisedech rex Salem, protulit panem & vinum. Fuit autem sacerdos Dei summi, & benedixit Abraham. Quod autem Melchisedech typum Christi portaret, declarat Spiritus sanctus, in Psalmis ex persona patris ad filium dicens. Ante luciferum genui te. Iurauit Dominus, & non poenitebit eum: tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Qui ordo vtiq; hic est de sacrificio illo secundu, & inde descendens, quod Melchisedech sacerdos Dei summi fuit, quod panem & vinum obtulit, quod Abraham benedixit. Nam qui magis sacerdos Dei summi quam Dominus noster Iesus Christus, qui sacrificium Deo patri obtulit. Et obtulit hoc idem quod Melchisedech obtulerat, id est, panem & vinum, suum scilicet corpus & sanguinem. Haec Cyprianus. In quibus verbis aperte satis docet omnia, quae ad haereticos conuincendos erant nobis necessaria, ita vt nihil amplius desiderari possit.

Præter

A Præter istam figuram de sacerdotio Melchisedech, est alia de agno paschali, per quam, si necessarium est vmbra similem esse corpori, apertissime probatur missam esse sacrificium, in quo verum Christi corpus sub speciebus panis, & verus eiusdem sanguis sub speciebus vini latens, offertur. Nam quod agnus ille paschalis fuerit Christi figura, testatus est Ioannes Baptista, quum Christum digito demonstrans, dixit. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Sed multo apertius de hac re testimonium dedit Ioannes Euangelista, quum referens, quare milites non confregerunt crura Christi, quando aliorum latronum, qui cum illo fuerant crucifixi, crura fregerunt, ait. Facta sunt autem haec, vt scriptura impleretur. Os non comminuetis ex eo. Quae verba ita, vt à Ioanne citata sunt, habentur in Exodo, vbi de ritu secundum quem agnus paschalis erat comedendus, dicitur. Cum ergo constet Christum in agno paschali fuisse figuratum, oportet vt quod olim actum est cum agno illo typico in figura, idem agatur nunc in veritate cum agno vero, qui tollit peccata mundi. Agnus quippe dicitur Christus propter patientiam & mansuetudinem: quia sicut agnus coram tondente se obmutuit, & quum malediceretur non maledicebat, & quum parteretur, non comminabatur. Sicut sanguine paschalis agni perijt omne primogenitum Aegypti, ita sanguine Christi perijt omne peccatum, quod est primogenitum daemonis. Sanguine illius agni libertati sunt Israelitae ab exterminatore, ita sanguine Christi liberamur a Dæmone, & à morte aeterna, quae nobis ille inferre conatur. Coenatio illius agni figurat manducationem corporis Christi, quod hodie in lege Euangelica, Christi fideles Eucharistiae sacramentum sumentes, manducant. Quae autem in manducatione agni paschalis fieri lex mandauit, figura sunt eorum quae fideles Christiani facere tenentur, quando sanctissimum Eucharistiae sacramentum sumunt. Quae omnia abunde satis declarat Gregorius Homilia 22. ex ijs quae scriptae sunt super Euangelia: nec minus exacte illa interpretatur Rupertus Abbas in commentarijs super Exodum. Quid sit sanguis agni, inquit Gregorius, non iam audiendo, sed bibendo didicimus. Qui sanguis super vtrumque postem ponitur, quando non solum ore corporis, sed etiam ore cordis hauritur. In vtroque etenim postem sanguis agni est positus, quando sacramentum passionis illius cum ore ad redemptionem sumitur, ad imitationem quoque, intenta mente cogitur. Nam qui sic redemptoris sui sanguinem accipit, vt imitari passionem illius necdum velit, in vno postem sanguinem posuit, qui etiam in superliminaribus domorum ponendus erat. Et aliquibus interpositis subdit. In nocte quippe agnum comedimus, quia in sacramento modo Dominicum corpus accipimus, quando adhuc ad inuicem nostras conscientias non videmus. Quae tamen carnes agni asstantae sunt, quia nimirum dissoluit ignis carnes quas aqua coxerit, quas verè ignis sine aqua excoquit, roborat. Carnes itaque agni nostri excoxit, quia eum ipsa vis passionis illius ad resurrectionem valentior reddidit, atque ad incorruptionem roborauit. Quum enim ex morte conualuit, profecto carnes illius ab igne duruerunt. Vnde etiam per Psalmistam dicit. Exaruit velut testa virtus mea. Quid namque est testa igne, nisi molle lutum? sed ei ex igne agitur, vt solidetur. Virtus ergo humanitatis eius velut testa exaruit, quia ab igne passionis, ad virtutem incorruptionis creuit. Sed sola redemptoris nostri percepta sacramenta ad veram solennitatem mentis non sufficiunt, nisi eis quoque & bona opera iungantur. Quid enim prodest corpus & sanguinem illius ore percipere, & ei peruersis moribus contrari? Vnde bene adhuc ad comedendum subditur, & azimos panes cum lactucis agrifibus. Panes quippe sine fermento comedit, qui recta opera sine corruptione vanae gloriae exercet, qui mandata misericordiae sine admixtione peccati exhibet, ne peruersè diripiat, quod quasi rectè dispensat. Hoc quoque peccati fermentum bonae suae actioni miscuerant, quibus

Prophe-

Ambr. 4. Propheta voce per increpationem Dominus dicebat. Venite ad Bethel, & impiè agite. Atq; post pauca: & sacrificate de fermentato laudem. De fermentato nanq; laudem immolat, qui Deo sacrificium de rapina parat. Lactuca verò agrestes valde amaræ sunt. Carnes ergo agni cum lactucis agrestibus sunt ædendæ, vt cum corpus redemptoris accipimus, nos pro peccatis nostris in fle tibus affligimus, quatenus ipsa amaritudo pœnitentiæ abstergat à mentis stomacho peruersæ humorem vitæ. Hæc Gregorius. Aliqua sunt adhuc in ipsa figura agni paschalis annotanda, quæ cum Gregorius prætermiserit, ea Rupertus Tuitiensis optimè declarat, sic inquit. Primum, ipsum quo immolatur agnus sacrificium, mysticè illa plenitudo temporis est, de qua dicit Apostolus: *Galat. 4.* At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. In plenitudine nanque temporis, quando multis iam impletus erat electorum numerus apud infernalem Aegyptum, redemptionem suã expectantiss, tunc venit filius Dei, tunc venit agnus Dei tollere peccata mundi. Quid illud, quod non ante sed post vernali immolatur æquinoctiũ? Nempe ab æquinoctio verno superare incipit dies noctem: nam ante illud tempus prolixiores tenebras, breuioremq; habemus lucem. Ergo & in hoc mysterium est, quia videlicet ab immolatione agni incontaminati & immaculati Christi, coepit lux iustitiæ peccatorum tenebras superare. Nam antea longa & profunda peccatorum nox, breuis autem & nubilosa legalis iustitiæ lux erat. Sed & ipsa mensis Nilam, id est, Aprilis verna temperies, quum tellus reflorescit, totusq; post hyemem, quasi post senium, rursus iuuenescit orbis, nonne sensa tum hominem docet, quatenus renouatus spiritu mentis suæ, fide viridis, spe latus, & charitate floridus, paschalis agni epulis interficit spiritualibus? Hæc Rupertus: qui etsi omnes ferè temporis circumstantias diligenter annotare voluit, vnam tamen non contemnendam, quæ est de vespera diei in qua immolabatur & comedebatur agnus, omisit: sed hanc annotauit & optimè declarauit Cyprianus epistola tertia libri secundi, quæ est ad Cecilium, sic dicens: *Cyprianus.* Christum offerre oportebat circa vesperam diei, vt hora ipsa sacrificij ostenderet occasum & vesperam mundi, sicut in Exodo scriptum est. Et occidit illum omne vulgus synagogæ filiorum Israël ad vesperam. Et iterum in Psalms: *Psal. 140.* Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Hæc Cyprianus. Est adhuc vnum aliud potissimum annotandum in ipso ritu agni paschalis, quod maximè suffragatur nostræ & Catholicæ sententiæ de sacrificio missæ. Nam agnum illum paschalem lex iubebat immolari anteq̃ comederetur. Verba legis sunt hæc. *Exod. 12.* Immolabit eum vniuersa multitudo filiorum Israël ad vesperam, & sument de sanguine eius, ac ponent super vtrumque postem, & insu per liminaribus domorum, in quibus comedet illum, & edent carnes nocte illa assas igne, & azimos panes cum lactucis agrestibus. Et paucis interpositis subdit. Cum dixerint vobis filij vestri, quæ est ista religio? dicetis eis: Victimæ transitus Domini est. Hæc immolatio agni paschalis, & si figura fuerit immolationis, qua Christus in ara crucis se Deo patri pro nobis immolauit: multo tamen expressior fuit figura immolationis quæ fit in missa, quando sacerdos post consecrationem Eucharistiæ, nomine suo & totius Ecclesiæ, offert illam Deo, sic dicens: Offerimus præclaræ maiestati tuæ de tuis donis ac datis hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, panem sanctum vitæ æternæ, & calicem salutis perpetuæ. Nam immolatio in cruce facta, non fuit ante agni paschalis comestionem, sed post illam. At immolatio illa, quæ fit à sacerdote in missa, semper præcedit comestionem corporis, & potum sanguinis Christi: quia prius sacerdos consecrat, & offert Deo corpus & sanguinẽ Christi, & semper postea ipse comedit & bibit, & aliquando alijs præbet ad manducandum. Quod si

A Quod si ante talem oblationem sacerdos aut manducaret, aut alijs ad manducandum daret, absque vlla dubitatione peccaret: quia tolleret veram sacrificij rationem, & sic faceret vt veritas non perfectè responderet figuræ. Eadem ratione etiam peccaret, quia offerret Eucharistiam & illam non manducaret aut non biberet: quemadmodum olim peccasset Iudæus, qui post immolatum agnum paschale, illum comedere nollet: Ideo Concilium Toletanũ duodecim, *Concilium Toletanũ.* cap. 5. suorum decretorum, meritò sequentem protulit de hac re definitionem. Relatum nobis est, quosdam de sacerdotibus non tot vicibus cõmunionis sanctæ gratiam sumere, quot sacrificia in vna die videntur offerre: sed in vno die, si plurima per se Deo offerant sacrificia, in omnibus se oblationibus à cõmunionem suspendunt, & in sola tantum extrema sacrificij oblatione, cõmunionis sanctæ gratiã sumunt. Cùm dicat Apostolus. Nonne qui edunt *1. Cor. 9.* hostias, participes sunt altaris? Certum est quod ij qui sacrificantes nõ edunt, rei sunt Domini sacramenti. Quicumque ergo sacerdotum deinceps diuino altari sacrificium oblaturus accesserit, & se à cõmunionem suspenderit, ab ipsa, qua se indecenter priuauit, gratia cõmunionis anno vno repulsum se nouerit: Hæc Concilium Toletanum. Sed posset hic non modica oriri dubitatio de sacerdote, qui ante manducationem, aut oblationem moreretur, an impetraret gratiam per solam consecrationem. Quæ quæstionem à nemine hactenus motam esse scio, neq; illam ego nunc moui, vt post exactam discussionem, definitionem circa illam darem sententiam, sed vt alijs occasionem disputationis darem. Mallem enim in hac parte aliorum Catholicorum audire sententiã, quã prodere meam. Ne tamen illam omnino intactam reliquã, dicam quod sentio, paratus tamen contradictori cedere, si mihi rationem vrgentẽ ostenderit, quæ meritò à sententia mea discedere me cogat. Duplicem habet Eucharistia considerationem, videlicet secundum rationem sacrificij, & secundum rationem sacramenti: quia illa secundum Catholicam fidem, & sacramentum est, & sacrificium. Si solum consideretur Eucharistia quatenus est sacrificium, videtur mihi sacerdotem illum nullam gratiam hac ratione cõsecutum esse ex opere, vt dici solet, operato: quia sacerdos ille neq; manducauit Eucharistiam, nec obrulit illam. At sola consecratio sine oblatione & manducatione, sacrificium dici nõ debet: Si verò consideremus Eucharistiam quatenus est sacramentum, neque secundum hanc rationem, vt mihi nunc videtur, sacerdos ille ex opere operato cõsecutus est gratiam quia licet confecit Eucharistiam, non tamen suscepit. At commune est omnibus sacramentis, vt non nisi suscipienti conferant gratiam. Non enim dixit Christus, Qui crediderit & baptizauerit, saluus erit: sed tantum dixit. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Nã & si Eucharistiæ sacramentum hoc habet peculiare, quod substantia illius potest esse sine susceptione illius, quod nulli alij sacramento conuenit: tamen hoc non est peculiare illi, vt non suscipienti illud possit gratiã aliquam conferre. Hæc per occasionem dixi, præter instituti mei rationem: decreueram enim in hoc opere solam fidem Catholicam, & non hominum placita asserere.

A Bsoluta argumentatione ex duabus præcipuis veteris testamenti figuris, nunc ex alijs duabus prophetijs eiusdem testamenti contra prædictam hæresim argumentabor. In Daniele propheta, vbi agitur de aduentu Antichristi, hæc habentur verba. In tempore autem illo consurgit Michael princeps magnus, qui stat pro filijs populi tui, & veniet tempus quale nõ fuit, ab eo ex quo gentes esse cõeperit vsq; ad tempus illud: & in tempore illo saluabitur populus tuus omnis qui inuentus fuerit scriptus in libro. Et multi de ijs qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt, alij in vitam æternam, alij in opprobrium, vt videant semper. Hæc in Daniele. Quæ verba cum Daniel audisset ab angelo Gabriele, qui apparuerat illi, dixit interrogando ipsum Gabrielem.

brielem. Vſquequo finis horum mirabilium? Cui respondit Gabriel, & iurans per viuentem in aeternum, dixit duraturum esse tribulationem em illam per tempus & tempora & dimidium temporis, hoc est, per tres annos & dimidium. Et postea declarans à quo tempore debeant computari isti tres anni cū dimidio, ait: Et à tempore quum oblatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti nonaginta. Ecce historiam totam, quam sic integram citare oportuit, quia ex verbis illius, nostrae argumentationis robor clariùs patebit. Ex quibus omnibus verbis id potissimum annotare oportet, quòd in fine dictum est: A tempore quum ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti nonaginta. In quibus verbis missae celebratio aperte, vt statim Deo duce ostendemus, dicitur sacrificiū. Nam per illa verba Gabriel angelus docuit Danielē prophetam, cessaturam tempore Antichristi missae celebrationem. Quia mali sacerdotes timore persecutionis Antichristi perterriti nō audebunt publicè missas celebrare. Boni verò sacerdotes, & si non timore perterriti, dimittent tamen per tres annos & dimidium, ne tam excellens sacramentum habeatur in contemptum, & indignè & irruenter tractetur. Et tunc abominatio ponetur in desolationem: quia Antichristus ipse sedebit in templo, vt ab hominibus adoretur. Vt autem nostra argumentatio maiores vires habeat, oportebit ostendere nullum aliud esse sacrificium, de quo prae dicta prophetiae verba possint intelligi, nisi missam. Quo probato, inde aperte conuincetur missam esse sacrificium. Ad hoc autem apertius faciendum, oportet hoc primū iacere fundamentū, quòd prophetia illa nō loquitur de iugi sacrificio legis Moſaicae, quod cessare debebat tempore Messiae: quia de illo iam antea fuerat locutus capite nono. Quae autem illic dicuntur de illa cessatione sacrificij, contraria sunt his quae nunc citata sunt ex capite duodecimo eiusdem Danielis. Nam quae illic dicuntur, haec sunt. Cōfirmabit autem pactum multis hebdomada vna, & in medio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium, & in templo erit abominatio desolationis: & vsq; ad consummationem & finem perseuerabit desolatio. In quibus verbis aperte docet, cessationem illam Iudaici sacrificij fore perpetuā. At ista, de qua nunc inquirimus, vt ipsamet prophetia refert, non erit perpetua: sed per dies mille ducentos nonaginta, hoc est per tres annos cū dimidio. Neq; est ista prophetia intelligenda, prout delyrans Porphyrius dixit, de persecutione facta ab Antiocho Epiphane rege Syriae, quo tempore cessauit in Iudaea sacrificium Moſaicū. Nam propter hanc interpretationē acriter reprehendit Porphyrium Hieronymus in commentarijs super Danielelem, & post Hieronymum Nicolaus Lyranus. Et meritò reprehenditur iu hac parte Porphyrius: quia illa sacrificij cessatio, quae sub Antiocho fuit, quocunque modo computetur, vt bene conuincit Lyra, excessit quatuor annos. At istam, de qua modo disputamus, Gabriel prae dixit non esse duraturam vltra tres annos cū dimidio: non est ergo impleta haec prophetia in persecutione sub Antiocho facta. Præterea, de tempore illo prae dixit angelus, quòd veniet tempus quale nō fuit, ex quo gentes esse coeperunt vsq; ad tempus illud. At tribulatio sub Antiocho non fuit maior omnibus praecedentibus: quia illa, quam intulit Nabuchodonosor, fuit multò maior. Nam destruxit templum, & muros ciuitatis, duxitque regē & maiores omnes illius populi captiuos, neq; ex inferiori plæbe aliquos dimisit, nisi pauculos quosdam pauperes, qui agros colerent. Nihil autem horum fecit Antiochus. Superest ergo vt prophetia illa intelligatur complenda tempore Antichristi, prout omnes doctores Catholici intelligendam esse censuerunt. Nam Hieronymus constantissimè affirmat, non posse de alio tempore intelligi. Idem sentit Rupertus Tuicensis. Eodem modo interpretatur Nicolaus Lyranus. His omnibus cōsentit glossa, quam vocant interlinearum, quae declarans

A declarans verba illa: Veniet tempus, quale non fuit ab eo, ex quo gentes esse coeperunt, vsque ad tempus illud: super haec vltima verba, tempus illud, dicit, Antichristi. Et certè, vt ego censeo, non est opus pro hac re citare doctores, cum Christus ipse veritatis magister id apertissimè doceat apud Matthaeum, vbi citat hunc Danielis locum, dicens. Cum audieritis abominationem desolationis, quae dicta est à Daniele propheta, stantem in loco sancto, qui legit intelligat. Quòd autem Christus de ista, quae scripta est Danielis. 12. loquatur, & non de alia, quae scribitur Danielis nono, prout aliqui malè aduertentes docent, aperte conuincitur ex alijs verbis, quae Christus Saluator noster illic dixit, quae omnino conueniunt, cum illis quae dicta sunt Danielis duodecimo. Nam in illo capitulo haec dicit Daniel: Veniet tempus, quale non fuit ab eo, ex quo gentes esse coeperunt, vsque ad tempus illud. Et Christus de tempore Antichristi apud Matthaeum loquens, ait: Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsque modò, neque postea fiet. Quae verba, vt manifestè constat, de nullo alio tempore intelligi possunt, nisi de tempore Antichristi. Deinde, Christus dicit; dies illius magnae tribulationis esse breuiandos propter electos, & his verbis respondent verba Danielis in praedicta visione, quibus dicit, tribulationem illam duraturam per dies mille ducentos nonaginta. Constat ergo ex his omnibus prophetiam illam Danielis, quam citauimus ex capite illius duodecimo, esse complendam tempore Antichristi. Superest igitur inquirere quod sit illud iuge sacrificium, quod tempore illo cessaturum est per tres annos cum dimidio. Non est quidem aliquod sacrificium corporale simile illis quae olim fuerunt in lege Moſaica: quia nullum tale est iuge sacrificium in lege Euangelica. Non est sacrificium illud, oratio & laus diuina, de qua propheta regius ait: Immola Deo sacrificium laudis. Neque sacrificium illud est, carnis afflictio per ieiunia, & flagella, peregrinationes, vigilijs, & alios similes corporis labores, de quibus Paulus ait: Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem. Sed neque est sacrificium illud, contritio peccatorum, aut quauis alia lachryma propter Deum effusa, de qua inquit Propheta: Sacrificium Deo spiritus contribulatus. De nullo istorum sacrificiorum, nec de quouis alio simili intelligi potest, quod Danieli Gabriel angelus dixit, cessaturum tempore Antichristi iuge sacrificium. Quia licet tunc abundabit iniquitas, & refrigescet charitas multorum: nō tamen charitas omnium. Licet multi sequentur Antichristum, non tamen omnes, imò multi amore Christi accensi, viriliter resistent illi, & ob hanc causam occidentur ab illo, vt praedixit Gabriel angelus in verbis quae locutus est Danieli, sic dicens. Eligentur, & dealbabitur, & quasi ignis probabuntur multi. Super quibus verbis glossa interlinearis dicit, multos fideles probandos quasi aurum in fornace. Nam alias oporteret dicere, totam Ecclesiam, quae Christi est sponsa, tempore illo perituram, si non essent futuri tunc aliqui iusti, qui illam sustentarent. Quantumlibet enim malitia abundet, & peccatores augeantur numero, semper Deus custodit, & relinquit sibi aliqua millia virorum, qui nolint curuare genua sua ante Baal. Illi ergo iusti, qui tunc erunt tempore Antichristi, videntes Antichristi persecutionem, feruentius Deum orabunt pro auxilio: & cum maiori deuotione Deum lauabunt, propterea quòd illos seruauit, ne in tantum scelus laberentur, vt Antichristum colerent. Recordati tunc praeteritorum, quibus fortè olim Deum offenderant, acerbius ingemiscunt pro illis: & timentes ne fortè Deus illorum peccatis exasperatus, talem induxerit tribulationem, corpora sua affligent, vt vel sic Deum iratum placare possint, prout olim Viri Niniuitae fecerunt. Et hoc etiam expressit Gabriel angelus sic Danieli dicens: Et impie agent impij, neque intelligent

omnes impij. Vbi glossa interlinearis, ait: Nō intelligent ad probationem sanctorum hac fieri. Et postea subdit Angelus. Porro docti intelligent. Super quæ verba glossa interlinearis ait. Iusti & electi, docti disciplina Dei, intelligent hæc, & libenter sustinebunt. Ex quibus apertissime conuincitur quod huiusmodi spiritualia sacrificia, quæ supra recensuimus, licet à multis deserantur tempore Antichristi, non tamen prorsus cessabunt. Regnante Achab pessimo rege, quando tanta erat malitiæ abundantia, & tanta malorum hominum multitudo, vt Helias putaret se solum esse qui Deum coleret, dixit Deus eidem Heliae, se reliquisse sibi septem millia virorum, qui non curauerant genua sua ante Baal. Cū igitur maior sit gloria Ecclesiæ quàm synagoga, & Deus maiorem curam nunc de Ecclesia sua habeat, quàm olim de synagoga, cogimur credere, vt Deus tempore Antichristi, non sit vsque adeo deserturus Ecclesiam suam, quin seruet sibi in ea plu squàm septem millia virorum, qui non curuent genua sua coram Antichristo. Si de nullo istorum sacrificiorum intelligi potest id, quod Gabriel angelus dixit Danieli, cessaturum iuge sacrificium tempore Antichristi, conuincitur inde, esse necessariò intelligendum de missa, quæ quia omni die in honorem Dei celebratur, & in ea verum Christi corpus & verus sanguis eius quotidie Deo offertur, vocatur iuge sacrificium. Et hoc cessabit tempore Antichristi: quia licet tunc missa aliqua, vt credi par est, celebretur, nō tamen ita frequenter neq; tam publicè vt antè: & hoc non tam propter metum Antichristi, quàm ne tam excellens sacrificium veniat in contemptum & irrisionem maiorum. Facient quidè iuxta præceptum Saluatoris dicentis: Nolite sanctum dare canibus, & nolite mittere margaritas ante porcos. Hoc ergo sacrificiū, per quod Deus maximè colitur, Antichristus prorsus tollere nitetur, vt ipse loco Dei colatur, & adoretur. Nā ad omnem verū Dei cultum prorsus tollendum, nullam meliorem viam inuenire poterit Antichristus, quā tollere sacrificium missæ. Quoniam, vt ait Rupertus in lib. de glorificatione filij hominis, sublato sacrificio missæ, statim peribit deuotio. Et inde cōuincitur, Lutherum & omnes qui illum in hac parte imitatur, esse præcursores Antichristi, & illius ministri: quia nituntur ab Ecclesia tollere missæ sacrificiū, prout facturus est postea Antichristus illorū magister. Est altera propheta Malachiae propheta, quæ etiam apertè conuincit missam esse sacrificium. Nā enarrans Malachias quomodo Deus sit abrogaturus sacrificia legis veteris, & loco illorum, aliud sit subrogaturus, hæc ait: Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus non suscipiam de manu vestra. Ab orto enim solis vsque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum est nomē meum in gētibus. Ecce vides repudiari sacrificia veteris legis, cum ait: Munus non suscipiam de manu vestra. Et ne omnino sine sacrificio videretur populus relinquere, statim aperit aliud sacrificiū loco illius subrogatum multò melius, cū dixit. In omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda. At nulla alia est oblatio, quæ simpliciter & absolutè dici possit munda, nisi Eucharistia quæ in in missa offertur: quoniam, vt ait propheta quidā, omnes iustitiæ nostræ quasi pannus menstruatus sic sunt corā Deo. Et si aliqua est oblatio quæ munda dicatur, illa non est à se munda coram Deo, sed ex munditia & bonitate ipsius offerētis. Respexit Deus (inquit scriptura) ad Abel, & ad munera eius. Ad Abel primò, deinde ad munera: & idè respexit ad munera, quia respexerat ad personā. Oblatio autem illa, de qua Propheta Malachias loquitur absolutè dicitur munda, nulla expressa persona à qua suam caperet munditiam. Ex quo colligitur, quod sit ex se munda, est ergo illa Eucharistia. Quod si dicas intelligi, de illa oblatione qua Christus seipsum in cruce pro nobis omnibus semel Deo patri obtulit, obstat id quod ait Dominus, dicens quod talis oblatio offertur

A fertur in omni loco. At illa vnica oblatio in cruce facta à Christo in sola Iudæa facta est, & non in omni loco. Non ergo loquitur Propheta de illa, Nec etiam talis oblatio munda, de qua Dominus per Prophetam loquitur, est oratio aut eleemosyna, ieiuniū, aut aliqua alia similis. Nam si de huiusmodi oblationibus loquamur, non vna in omni loco & ab omnibus offertur, sed diuersæ sunt orationes, distinctæ eleemosynæ iuxta diuersitatem personarum eas offerentium. Et huiusmodi oblationes etiam in lege veteri offerebantur Deo. Ista autem de qua Dominus per Prophetam loquitur, non fuit in veteri lege, quoniam dicit, eam subrogandam loco aliorum sacrificiorum, quæ reprobanda erant. Oblatio ergo quæ ex se sit munda sine vllō personæ offerentis respectu, & quæ in omni loco vna & eadem ab omnibus offeratur, nulla reperiri potest nisi Eucharistia, quæ quotidie à tota Ecclesia per vniuersum mūdum dispersa, in missa Deo offertur: Ergo missa, in qua talis oblatio offertur, est sacrificium. Sed quia prædicta Malachiae verba Lutherani, vt semper aliis facere solent, in alienum sensum detorquent, dicentes, illa non de oblatione Eucharistiae, sed de alijs spiritualibus sacrificijs esse intelligenda, vltra rationes quibus probauimus non esse ita, vt illi dicunt, intelligenda volo in testimonium prædictæ nostræ interpretationis proferre sacros aliquot vetustos doctores, qui omnes concorditer interpretantur illa verba Malachiae de Eucharistia oblatione, quæ sit in sacrificio missæ. Haymo istorum nouissimus, sed ante septingentos annos natus, in commentarijs super Malachiam prædicta verba interpretans, ait: Manifestissima est prophetia, nec eget profundiori expositione, loquitur autem ad sacerdotes propriè, qui illicitas victimas offerebant, atque idè voluntas Dei, quæ exacerbabant, non erat in eis: simul etiam docet carnalibus illorum victimis spirituales victimas successuras, nec in vna tantum prouincia Iudæorum, sed omni loco offerri Deo mundam oblationem, hoc est, sacrificium quod nunc frequentat Ecclesia. Hæc Haymo, qui & si non expressò nomine Eucharistiam declarat, verba tamen illius apertè indicant de illa fuisse loquutum. Nam dicit oblationem illam, de qua loquutus est Malachias, esse sacrificium quod nunc frequentat Ecclesia. At sacrificium ab Ecclesia frequentatum, nullum aliud est nisi sacrificium missæ, quæ quotidie in Ecclesia celebratur. Sed multò apertius verba Malachiae de sacrificio missæ interpretatur Damascenus, qui libro quarto de fide orthodoxa, capite 14. de sanctissima Eucharistia loquens, & ostendens illam in multis locis veteris Testamenti fuisse figuratam, & à prophetis prædictam, hæc ait: Pane & vino suscepit Melchisedech Abraham ex cæde alienigenarum reuertentem, qui erat sacerdos Dei altissimi. Illa mensa: hanc mysticam præfigurauit mensam, velut & sacerdos ille Christi veri sacerdotis figuram præ se ferebat & imaginem. Tu es (inquit) sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Hunc panem, panes figurabāt propositionis. Hæc est pura scilicet hostia & incruenta, quam ab orto vsq; ad occasum ipsi offerri per Prophetam Dominus loquitur: corpus videlicet & sanguis Christi, in stabilimentum animæ nostræ & corporis, in consumptum & incorruptum non in secessum iens, (absit enim) sed in nostram substantiam & conseruationem; omnimodi nocuenti reparatio, sordis omnis purgatio. Si quidem aurum offendat adulteratum per iudicalem correptoriumq; ignitionem purgat, vt non in futuro, cum mundo condemnemur. Hæc Damascenus, qui satis apertè nostræ & Catholicæ sententiæ fauet. Eusebius Cæsariensis libro primo demonstrationis Euangelicæ, capite decimo, docens sacrificia veteris legis cessasse, & alia loco illorum in lege Euangelica esse subrogata, inter alia hæc ait: Hæc igitur omnia quæ ab initio diuinitus prædicta sunt, in præsentī tempore per Euangelicam Saluatoris nostri doctrinam ab omnibus gentibus celebrantur, propheticae voci testimonium

monium afferente veritate, per quam vocem Deus Moſaicis reiectis ſacrificijs, quòd futurum erat noſtrum ipſorum inſtitutum, diuinitus nuntiat, dicens: Quoniam ab ortu ſolis vſq; ad occaſum, nomen meum glorificatum eſt in gentibus, & in omni loco incenſum offertur nomini meo & hoſtia munda. Sacrificamus igitur Deo altiſſimo ſacrificium laudis, ſacrificium Deo plenum, & odorem afferens, & ſacroſanctum ſacrificium, ſacrificamus nouo more, ſecundùm nouum Teſtamentum, hoſtiam mundam. At ſacrificium Deo, ſpiritus contritus dictus eſt, cor igitur contritum & humiliatum Deus non deſpicit: iamq; etiam incendimus propheticum illum odorem in omni loco, & offerimus ei bene olentem fructum omni virtute abundantis Theologiæ, hoc ipſum orationibus ad eum directis facientes: Quod ſanè ipſum, alius quoque docet propheta, qui ait: Fiat oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo. Igitur & ſacrificamus & incendimus, aliàs quidem memoriam magni illius ſacrificij ſecundùm ea, quæ ab ipſo tradita ſunt, myſteria celebrantes, & gratias Deo pro ſalute noſtra agentes, religioſosque hymnos & orationes ſanctas illi offerentes: aliàs nos ipſos totos ei conſecrantes, eiusq; pontifici, ipſi vtiq; verbo, corpore, animoque dicantes. Hæc Eusebius Cæſarienſis, qui & ſi multas oblationes dicit intelligi per oblationem illam mundam, quam prædixit Malachias, inter illas tamen recenſet oblationem illam, quæ ſit in memoriam illius magni ſacrificij, quod videlicet Chriſtus pro nobis obtulit in cruce. Et in verbis Eusebij eſt illud potiſſimum annotandum, quòd dixit, celebrationem illius oblationis eſſe ſecundùm myſteria tradita à Chriſto. Ex quibus verbis conſtat miſſæ celebrationem, non eſſe papisticam, vt Lutherani iniurioſè illam nominant: ſed ab ipſo Chriſto inſtitutã. Ante hos omnes fuit Iuſtinus Philoſophus, martyrio & doctrina clariffimus, in Dialogo cum Triphone aduerſus Iudæos diſputans, eadem Malach. verba de ſacrificio Eucharistiæ interpretatur, ſic dicens: Deus ipſe ait. In omni loco in gentibus hoſtias acceptas gratasq; immolari. Neq; verò à quoquam hoſtias Deus accipit, niſi à ſuis ſacerdotibus. Itaq; omnia ſacrificia, quæ ſuo nomine facienda Ieſus Chriſtus tradidit, id eſt, in Eucharistiã panis & poculi, quæ in omni loco à Chriſtianiſ fiunt, præoccupatione vſus Deus ſibi grata eſſe teſtatur. Quæ autem à vobis veſtrisq; illis ſacerdotibus ſiunt, improbat his verbis. Sacrificia veſtra e manu veſtris non accipiam: quòd ab oriente ſole ad occidentem, nomen meum gloria affectum eſt, ait, in gentibus: vos autem illud deteſtami. Hæc Iuſtinus martyr. In quibus verbis teſtimonio Malachiæ Prophetæ aſſerit, Eucharistiã panis & vini eſſe ſacrificium Deo gratum, illudque à Chriſto eſſe traditum. Sed audiamus Irenæum Apoſtoliſ vicinũ, qui libro quarto aduerſus hæreſes, capite. 32. loquens de ceſſatione veterum ſacrificiorum, hæc ait: Ex quibus omnibus mauiſteſtum eſt, quia nõ ſacrificia & holocauſtomata quærebat ab eis Deus, ſed fidẽ, & obedientiam, iuſtitiam, propter illorum ſalutem. Sicut in Oſea Prophetã docens Deus ſuam voluntatem, dicebat: Miſericordiam volo, quàm ſacrificium, & agnitionem Dei ſuper holocauſtomata. Sed & Dominus noſter eadem monebat eos dicens: Si enim cognouiſſetis, quid eſt, Miſericordiam, volo quam ſacrificium, nunquam condemnaretis immerentes: teſtimonium quidem reddens Prophetis, quoniam veritatem prædicabant, illos autem arguens ſua culpa inſipientes. Sed & ſuis diſcipulis dans conſilium, primitias Deo offerre ex ſuis creaturis, non quaſi indigenti, ſed vt ipſi nec infructuoſi nec ingrati ſint, eũ qui ex creatura panis eſt, accepit & gratias egit, dicens: Hoc eſt meum corpus. Et calicem ſimiliter, qui eſt ex ea creatura: quæ eſt ſecundũ nos, ſuum ſanguinem conſeſſus eſt, & noui Teſtamenti nouam docuit oblationem, quam Ecclẽſia ab Apoſtoli� accipiens, in vniuerſo mundo offert Deo, ei qui alimenta nobis præſtat primitias ſuorum numerum in nouo Teſtamẽto, de quo in duodecim

Mal. 140.

Iuſtinus martyr. Mal. 1.

Mal. 1.

Irenæus.

Oſea 6.

A decim prophetis Malachias ſic præſignificauit. Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus omnipotens, & ſacrificium non accipiam de manibus veſtris. Quoniam ab ortu ſolis vſq; ad occaſum nomen meum glorificatur inter gentes, & in omni loco incenſum offertur nomini meo, & ſacrificium purum. Quoniam magnum eſt nomen meũ in gentibus, dicit Dominus omnipotens, mauiſteſſimè ſignificans per hæc, quoniam prior quidem populus ceſſauit offerre Deo, omni autem loco ſacrificium offertur ei, & hoc purum: nomen autem eius glorificatur in gẽtibus. Hæc Irenæus martyr Polycarpi diſcipulus. Audiant Lutherani, & diligenter circumſpiciant iſtorum virorum teſtimonia, & intelligent non eſſe nouam aut recentem doctrinam, qua docetur miſſam eſſe verum ſacrificium, ſed ab ipſis Apoſtolorum temporibus in Ecclẽſia Catholica receptam. Neque hanc doctrinam ex ſuo tantum arbitrio, prout hæretici faciunt, nobis iſti ſancti tradiderunt: ſed illam ab ipſa ſacra ſcriptura hauſerunt, cuius interpretationem legitimam & ſenſum Germanum ab illis potiùs quàm hæreticis accipere oportet. Ee in hunc potiſſimum finem illorum teſtimonia citauit, vt ex illis conſtet, quis ſit verus & Germanus ſacrae ſcripturae ſenſus, & tandem ex ipſa ſcriptura aperte conuincerem miſſam eſſe ſacrificium. Obmutescant ergo impudentes & mendaciſſimi hæretici, qui non verentur nobis impropere, quòd ſolis recentium Theologorum placitis, & non verbo Domini, de quo ipſi mendaciſſimè & arrogantiſſimè ſe iactant, noſtram confirmamus Catholicam doctrinam.

B Poſſem pro hac re plura adhuc ex veteri Teſtamento citare teſtimonia: ſed illa non tam aperte hanc catholicam ſententiam oſtendunt, propterea quòd illorum ſenſus non eſt tam mauiſteſtus, neque ex ſententijs ſanctorum patrũ poteſt ita facile colligi, ſicut in alijs eiudem teſtamẽti teſtimonijs quæ hæcenus citauit: & ideo illa omittere decreui, ne fortè, ſi non tam aperte per illa teſtimonia noſtram ſententiam probarem, occaſionem deridendi hæreticis præſtarem, qui ex omni parte occaſiones quærun, vt Catholicos viros populo deridendo exponere poſſint.

A Ccedamus ergo ad nouum Teſtamentum, in quo rerum omnium multo maior eſt claritas, quã in veteri. Si opera & verba, quæ Chriſtus noſter ſummus ſacerdos ſecundùm ordinem Melchizedech in illa ſua ſanctiſſima cœna fecit & dixit, diligenter conſiderentur, inde apertiffimè conuincetur miſſam eſſe ſacrificium. Vt autem hæc omnia apertiora faciam, verba Lucæ Euangeliftæ citare oportet, quibus ille Dominicam cœnam deſcribit, ſic dicens. Et accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis dicens: hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur. Hoc facite in meam cõmemorationem. In his verbis mauiſteſte declarat Lucas quid fecerit Chriſtus, & quid dixerit. In illis quæ dixit, præcepit Apoſtoli� & omnibus futuris ſacerdotibus, vt facerent in ſui cõmemorationem, id quod ille fecerat. Et quia de hoc nullam ſcio eſſe controuerſiam, ideo nolui circa huius rei probationem immorari, præfertim cum beatus Cyprianus in illa epiſtola ad Cecilium ſuprà citata, hoc mauiſteſte doceat, & pro indubitato relinquat. Si igitur probauerim Chriſtum Redemptorem noſtrum non ſolum in cruce, ſed etiam in ſacraſſima cœna corpus ſuum pro nobis omnibus Deo patri obtuliſſe: plenè probatum erit ſacerdotes Euangelicos, quum in miſſa Eucharistiã conſecrant, eſſe obligatos ad offerendum Deo illud idẽ corpus Chriſti quod conſecrarunt: quia Chriſtus præcepit illis, vt in ſuam cõmemorationem facerent, quod ipſe fecit. Hoc enim potiſſimo argumento beatus Cyprianus in illa prædicta epiſtola probat in ſacris myſterijs eſſe neceſſariò miſcendam aquam cum vino: quia Dominus ita fecit, & poſtea præcepit ſacerdotibus vt facerent quod ipſe fecit, dicens: Hoc facite in meam cõmemorationem. Quod autem Chriſtus ſummus ſacerdos

Luc. 22.

noster corpus suū in illa benedictissima cœna pro nobis Deo patri obtulerit, apertè constat ex sacris literis & multorum sanctorum testimonijs. Primò quidem illud est manifestum, quod Christus Saluator noster apud Lucā ait: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur. In quibus verbis id potissimum annotare oportet, quòd non dixit verbo futuri temporis, dabitur: sed verbo presentis temporis dixit, datur: ut hac tam aperta locutione ostenderet, non solū postea in cruce, sed etiam tunc corpus suum sub specie panis pro nobis Deo patri offerre. Et eodem modo locutus est de calice sic, iuxta Græci sermonis veritatem, dicens: Hic est calix nouum Testamentum in meo sanguine, qui pro vobis funditur. Nam & si in vulgata & antiqua noui Testamenti translatione, habeatur in verbo futuri temporis, fundetur: Græcè tamē in presentis est, & nō in futuro: Nam Græca vox illi verbo respondens, est *δενύμιον*, quæ est participium presentis temporis, & non futuri. Et hoc idem participiū positū est apud Matthæum & Marcum, ubi utrūq; de administratione calicis loquitur. Propter quod non possum non mirari quare interpretes antiquæ translationis, in omnibus tribus Euangelistis veterit verbo futuri temporis effunderetur, cū in omnibus tribus Euangelistis habeatur Græcè illud prædictū participiū, quod constat esse temporis presentis. Fortè ille transiit in presentis, & postea idiotæ scriptores rem non intelligentes putarunt se emendare literam, & illam corruperunt mutantem tempus præsens in futurum. Erasmus Roterodamus vir Græcè doctissimus in sua translatione noui Testamenti: in omnibus tribus Euangelistis posuit in presentis, effunditur. Et in priore epist. ad Corinth. ubi in antiqua translatione habetur, Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur, Erasmus transiit non per verbum futuri temporis, sed per verbum presentis, sic dicens: Hoc meum est corpus, quod pro vobis frangitur. Nam in illo loco Pauli Græcè habetur *καθαινον*, quod etiā est participiū presentis temporis, & idèd necessariò vertendum erat per verbum presentis temporis, & non per verbū futuri. Ex verbis ergo trium Euangelistarum, & Pauli, iuxta Græcam veritatem, apertè conuincitur, Christum in illa benedictissima cœna obtulisse pro nobis Deo patri corpus & sanguinem suum, quoniam tunc dicit ille se corpus suum tradere, & sanguinem suum fundere: quod verè dici non posset, nisi quia tunc corpus suum ad passionem postea tolerandam, & sanguinem ad effusionem postea faciendam obtulit. Et propter hanc quā Christus tunc fecit sui corporis & sanguinis oblationem, quotiescunq; manducamus panem illum sanctissimum, & bibimus calicem Domini, ut Paulus ait, mortem Domini annunciamus donec ille ad iudicium veniat. Nam quum illa facimus, in suam commemorationem, ut Christus ipse præcepit, facimus. Non autè esset ibi mortis Christi commemoratio, nisi ille in sua benedictissima cœna corpus & sanguinem suū Deo patri aliquo modo obtulisset. Obtulit ergo in sua benedicta cœna sacratissimū corpus & sanguinem suum, aliter tamen quàm in cruce. Nam in cruce obtulit Deo corpus suū visibile & palpabile: in cœna verò obtulit corpus suum in forma minimè ab hominibus visibili, sed latens sub accidentibus panis & vini. In cruce obtulit corpus suum palpabile & passibile: in cœna autem obtulit illud sub forma in qua nec pati nec palpari potuit.

Præterea, ex ipso ritu & ordine sacerdotij, secundum quem CHRISTVS Saluator noster fuit sacerdos, conuincitur illum in cœna obtulisse Deo patri corpus & sanguinem suum. Nam ille, ut vtrunq; Testamentum docet, fuit sacerdos secundum ordinem Melchisedech. At ritus & ordo sacerdotij Melchisedech, ut iam supra per apertissima testimonia probauimus, fuit oblatio panis & vini: ergo ut Christus verè dicatur sacerdos secundum ordinem Melchisedech, oportet illum similem oblationem fecisse, videlicet corpus suum sub accidentibus panis, & sanguinem sub accidentibus vini. In cruce autem

pendens

A pendens non obtulit corpus suum sub huiusmodi accidentibus operum: sed nudum & omnibus conspicuum, flagellatum, suo sanguine aspersum, multis vulneribus fauciatum. Si Christus in cruce non fuit sacerdos secundum ritum & ordinem Melchisedech, quia ibi non fuit aliqua hostiæ similitudo, oportet necessariò fateri, illum in sacratissima cœna tale exercuisse sacerdotium iuxta ordinem Melchisedech. Nam illic Christus similem habuit hostiam, videlicet corpus suum sub accidentibus panis, & sanguinem suum sub accidentibus vini. Si tunc Christus verè egit sacerdotem, & verè sacrificauit, & hostiam obrulit: ergo sacerdotes Euangelici, qui secundum ordinem à Christo institutum & ab eodem inchoatū sunt sacerdotes, eodem modo sacrificant, & eandem, quam Christus, offerunt Deo hostiam: præsertim cū ex præcepto Christi & potestate ad hoc ab eodem Christo illis data, idem faciant quod ipsemet Christus fecit.

Accedit ad hæc, multorum sanctorum virorum, qui doctrina perinde ac sanctitate claruerunt, concors testimonium, quo omnes illi cōcorditer testantur, Christum in vltima cœna corpus suum pro nobis Deo obtulisse. Et primū omnium tanquā vetustorum nouissimum profero Rupertum Tuicēsem, qui in commentarijs super Exodum declarans ritus & caeremonias agni paschalis quomodo figurauerint ea quæ corpori Christi adsunt, tandem accedens ad illam agni immolationem, de qua superius locuti sumus, hæc ait: Tandem quarta decima die ad vesperam, ubi illum paschæ veteris agnum comedit cū discipulis suis, tunc ipse noui sacrificij agnus continuò capiendus, & ducendus ad immolandum, iam iam in angustia passionis agonizans, prius proprijs manibus Deo patri semetipsum immolauit, accipiens panem & vinum, & mira atq; ineffabili sanctificationis potentia transferens hæc in corporis & sanguinis sui sacramentum.

B Nam quòd deinde manibus peccatorum crucifixus & mortuus est idem agnus, præteritorum atque presentium salus omnium continuò fuit, & ad illos qui in inferiori Aegypto, id est, in infernalibus detinebantur tenebris, descendit, quique per quinque retroactas mundi ætates ibidem fuerant collecti. Vnde & constat reuète quinque diebus, à decima scilicet vsque ad quartam decimam mensis agnum seruari: quia videlicet ex quo in typum eiusdem filij Dei, primus Abel agnum obtulit, quinque fluxerunt ætates mundi, quarum in fine immolatus erat hic verus agnus Dei. Et aliquibus interpositis subdit. Quòd verò manibus suis, ut iam dictum est, corpus & sanguinem suum sub specie panis ipse summus pontifex obtulit, & Hoc facite in meam commemorationem, dixit, eorum salus est, qui in ista vita detinentur, quibus Aegyptus hic mundus est, quibus vera captiuitas sub diabolo mundi principe, igno ratio Dei est. Hactenus Rupertus, qui & si nouissimus sit eorum quos nunc citaturus sum, tamen ante quadringentos & quinquaginta annos floruit: & tam apertè dicit Christum in vltima cœna suum corpus Deo obtulisse, ut nihil apertius desiderari possit. Ante hunc per aliquot secula fuit Beda, qui in commentarijs super Marcum, interpretans illa verba, Et manducantibus illis accepit Iesus panem, hæc ait: Finitis paschæ veteris solennijs, quæ in commemorationem antiquæ de Aegypto liberationis populi Dei agebantur, transtulit ad nouum, quòd in suæ redemptionis memoriam Ecclesiam frequentare volebat: ut videlicet pro carne agni ac sanguine, sui corporis sanguinisque sacramentum substitueret, ipsumque se esse monstraret, cui iurauit Dominus, & non poenitebit eum, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Hæc Beda. In cuius verbis hoc annotare oportet, quòd dicit, Christum in vltima cœna exercuisse sacerdotium secundum ordinem Melchisedech, quod non aliter tunc fecit, nisi tunc suum corpus & sanguinem offerendo. Multò apertius docet hoc Hieronymus, qui in commentarijs super

Hieron. Psalms interpretans illud ex Psalmo. 109. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, hæc ait: Quomodo enim Melchisedech rex Salem obtulit panem & vinum: sic & tu offeres corpus tuum & sanguinem, verum panem & verum vinum. Iste Melchisedech, ista mysteria quæ habemus dedit nobis. Ipse est qui dixit, Qui manducauerit carnem meam, & biberit sanguinem meum, &cæt. Secundum ordinem Melchisedech tradidit nobis sacramentum suum. Hæc Hieronymus, qui nihil apertius pro nostra sententia dicere potuit. Ambrosius in missa de coena Domini in oratione præfationis, hæc ait: Aut quid sperare de tua misericordia possumus, qui tantum munus accepimus, vt talem hostiam offerre mereremur, corpus scilicet & sanguinem Domini nostri IESU CHRISTI, qui se pro mundi receptione piæ illi & venerandæ tradidit passioni: qui formam sacrificij salutis perennis instituens hostiam se primus obtulit, & primus docuit offerri. Hæc Ambrosius. In quibus verbis duo simul asserit, per quæ tota hæc præfatio absolutur disputatio. Nam dicit CHRIS TV M in illa sacratissima coena se hostiam obtulisse, & docuisse nos vt eandem hostiam offerremus. Ante Ambrosium fuit Eusebius Cæsariensis Episcopus, qui libro primo demonstrationis Euangelicæ, capite decimo demonstrans quomodo sacrificia legis veteris cessauerint, & loco illorum sit aliud in lege Euangelica substitutum, hæc ait: Itaque post omnia, quasi mirabilem quandam victimam, sacrificiumque eximium patri suo operatus pro nostra omnium salute obtulit, eiusque rei memoriam, vt nos ipsi Deo pro sacrificio offerremus, instituit. Hæc Eusebius. In quibus verbis, quamuis illa sint pauca, multa tamen complectitur, quæ nostræ & Catholicæ doctrinæ fauent. Dicit enim primo CHRIS TV M se Deo patri obtulisse: Dicit secundò, nos in memoriam illius idem sacrificium offerre. Dicit tertio, hoc sacrificium quod nos offerimus, esse ex CHRIS TV M institutione, non ex humano arbitrio aut ex papistica inuentione, vt hæretici mendacissima blasphemiam quotidie dicere solent. Ex istis tribus, quæ dixi Eusebium asseruisse, duo vltima aded apertè dicit, vt nullus meritò de illis dubitare possit. De primo forsitan aliquis contendet, & dicit Eusebium illic locutum fuisse de sacrificio facto in cruce, vbi semetipsum obtulit Deo. Vt autem apertè constet illum fuisse locutum de sacrificio facto in coena, & non in cruce, oportet inspicere verba quæ ille sine vllis alijs medijs continuò subiungit, sic dicens: Hoc etiam prophetarum præcipuus Dauid, qui quod futurum erat spiritu diuino præuiderat, vaticinatus est, vbi ait: Expectans expectaui Dominum & intendit mihi: & exaudiuit precem meam, & sustulit me de lacu miseræ, & de luto fecis. Et statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos. Et immisit in os meum canticum nouum, carmen Deo nostro. Quod porrò sit hoc canticum nouum, declarat deinceps vbi ait: Sacrificium & oblationem noluisti: corpus autem perfecisti mihi: Holocausta & pro peccato non postulasti, tunc dixi, ecce venio. In capite libri scriptum est de me, vt facerem Deus voluntatem tuam, volui: & adiungit. Annunciaui iustitiam tuam in Ecclesia magna. Sic planè docens pro antiquis sacrificijs & holocaustis CHRIS TV M aduentum per assumptionem humani corporis, eiusque corpus perfectum Deo oblatum esse, ipsumque hoc Ecclesiæ suæ nunciatum gaudio tanquam ingens mysterium quod prophetica voce in capite libri propositum expressumque sit. Quum ergo huius sacrificij memoriam signis quibusdam, in mensa celebrandam, corporisque item illius, salutarisque sanguinis, vt noui testamenti institutum habet, acceperimus, rursum à Propheta Dauid instruimur ad dicendum. Parasti in conspectu meo mensam contra eos qui affligunt me. Pingue fecisti in oleo caput meum & calix tuus inebrians quàm præstantissimus. Palam igitur in his mysticam signifi-

A significat vnctionem, odorem afferentia mensæ CHRIS TV M sacrificia, quibus operantes, incruentales & rationales, eique suaues victimas, in tota vita supremo Deo offerre, per eminentissimum omnium ipsius pontificem edocti sumus. Hactenus Eusebius Cæsariensis ante mille & ducentos annos. Ex quibus verbis apertè constat illum de sacrificio in coena Domini facto fuisse locutum, & nos in memoria illius coenæ incruentas victimas Deo offerre: & hoc dicit nos facere ex doctrina supremi omnium pontificis, videlicet IESU CHRISTI Saluatoris nostri. Eusebium Cæsariensem præcessit plusquam vno integro seculo Cyprianus Carthagenensis episcopus & martyr, qui epistola tertia libri secundi, quæ est ad Cecilium, declarans illud ex Psalmo. 109. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, hæc ait. Qui ordo vtrique hic est de sacrificio illo veniens & inde descendens, quòd Melchisedech sacerdos Dei summi fuit, quòd panem & vinum obtulit, quòd Abraham benedixit. Nam qui magis sacerdos Dei summi, quàm Dominus noster IESVS CHRISTVS, qui sacrificium Deo patri obtulit: Et obtulit hoc idem quod Melchisedech obrulerat, id est, panem & vinum, suum scilicet corpus & sanguinem. Hæc Cyprianus martyr ante mille & trecentos annos. Ecce septem illustres viros sanctitate perinde ac doctrina clarissimos, qui omnes concorditer asserunt, Christum in vltima coena obtulisse Deo patri corpus & sanguinem suum sub speciebus panis & vini. Neque hoc ex suo tantum arbitrio, vt hæreticorum mos est, sed testimonio sacræ scripturæ persuasi, asserunt. Si Christus in illa sacratissima coena corpus suum & sanguinem Deo patri obtulit, ergo sacerdotes Euangelici idem corpus & eundem sanguinem Deo patri offerunt: quia ipse dixit illis. Hoc facite in meam commemorationem. Nam illis verbis, vt omnes sacri doctores interpretantur, præcepit sacerdotibus, vt facerent idem quod ille fecerat. Christus autem, vt probauimus, obtulit in vltima coena, ergo sacerdotes tenentur offerre in missa, quæ est quædam illius coenæ commemoratio. Missa ergo est sacrificium.

B Denique hæc nostra & Catholica sententia probatur multorum Conciliorum definitionibus, in quibus omnibus missa dicitur esse sacrificium. Nam Concilium Toletanum primum, capite quinto, nomine sacrificij missam appellat. Idem facit Concilium Toletanum duodecimū, capite quinto. Sed fortè aliquis dicet concilia illa fuisse prouincialia, & ideo errare potuisse. Fateor concilia illa fuisse prouincialia, nec ideo illorum sententia contemnenda est: quia per alia generalia est confirmata. Nam Concilium Lateranense sub Innocentio tertio celebratum, capite primo suorum decretorum, hæc ait: Vna est fidelium vniuersalis Ecclesia, extra quam nullus omnino saluatur, in qua idem ipse sacerdos est sacrificium Iesus Christus, cuius corpus & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis & vini veraciter continentur, transubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem potestate diuina, vt ad perficiendum mysterium vnitatis, acciperemus ipsi de suo, quod ipse accepit de nostro. Hæc Concilium Lateranense, quæ citantur in volumine decretalium in capite, firmiter, de summa Trinitate & fide Catholica. Ante hoc cõsiliū per multa secula præcessit sexta generalis synodus, quæ capite. 32. suorum decretorum declarans vinum aqua mixtum esse necessariò in missa offerendum, hæc ait: Quoniam nouimus in Armenorum regione vinum tantum in sacra mensa offerri, aquam illi non miscentes quum incruentum sacrificium peragunt, prætexentes ecclesiæ doctorem Ioannem Chrysostrum in interpretatione Matthæi hoc asserentem. Vt iam nunc ab ignorantia liberentur illius patris mentem orthodoxè aperimus. Cum enim antiquam Hydroparastarum hæresim, qui pro vino sola aqua in sacrificio vsi sunt, subuerteret, illam orationem compo-

composuit, in qua aquæ in sacrificio missæ adiunctionem amouere illi existimant: cum tamen non doceat Sanctus per solum vinum oblationem offerri, quandoquidem & suæ Ecclesiæ, ubi est illi pastoris administratio tradita, aquam vino miscendam tradidit, quando incruentum peragi sacrificium oportet ex precioso & honorando nostri redemptoris sanguine, & aquæ contemperationem attendens, quæ in totius mundi viuificationem effusa est, ad peccatorum remissionem. Hactenus sexta synodus. In quibus verbis sæpe missam dicit esse sacrificium: & non qualecunque, sed tale in quo verus CHRISTI sanguis offertur. Per multa etiam secula autem hanc sextam synodum celebratum fuit Concilium Ephesinum, quod in epistola ab eo ad Nestorium missa, hæc ait: Annunciantes enim secundum carnem mortem vnigeniti filij Dei, incruentam celebramus in ecclesijs sacrificij seruitutem. Hæc Concilium Ephesinum. In quibus verbis apertissime asserit missam esse sacrificium: quia ex verbis, quæ continuò post subiungit, constat illud loqui de missæ celebratione.

Nihil iam mihi superesse video ad plenè manifestandam comprobandamque Catholicam veritatem de sacrificio missæ, nisi solum respondere obiectionibus hæreticorum, quibus illi probare conantur missam non esse sacrificium. Primò quidem nobis obijcit Lutherus Christi exempli, quod necessariò imitandum esse ait, sic dicens. Missa est quædam commemoratio cœnæ Dominicæ, in qua Christus cum Apostolis suis mortis proximus vltimo cœnauit. At Christus tunc cœnans non sacrificauit, nec tunc corpus & sanguinem suum obtulit, sed postea moriens in cruce. Sacerdos igitur in missa non sacrificat, neque offert Deo corpus & sanguinem Christi. Collectionem istam siue consequentiam inde probare nititur Lutherus, quia debemus, vt ille ait, in hoc mysterio opera Christi & eius mysteriū imitari. Nam ille dixit in cœna. Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Hæc Lutheri argumentatio nullius prorsus est roboris, quia falsum assumit, & male colligit. Primò quidem falsum est, missam esse solius cœnæ Dominicæ commemorationem. Nam & si verum sit, missam esse quandam repræsentationem cœnæ Dominicæ, non tamen solius cœnæ, sed etiam mortis & passionis Christi, Paulo hoc attestante, qui in priore ad Corinthios epistola ait. Quotiescunque manducabitis panem hunc & calicem Domini bibetis, mortem Domini annunciatibus donec veniat. Cum igitur Christus moriens seipsum sacrificauerit, & obtulerit Deo patri in cruce, iure possunt sacerdotes in missa, quæ est quædam passionis Christi repræsentatio, Christi corpus sacrificare, & Deo patri offerre. Falsum etiam est, Christum in illa sanctissima cœna non obtulisse Deo patri corpus & sanguinem suum. Nos enim superius ex ipsis Christi verbis, & multorum sanctorum testimonijs probauimus, Christum in illa vltima cœna obtulisse Deo patri hostiam incruentam, corpus videlicet & sanguinem suum. Nam nisi tunc illum hæc obtulisse dicamus, nunquam inueniri poterit, quando Christus sacerdotis officium fecerit secundum ordinem Melchisedech. Non enim hoc fecit in cruce, quia tunc, vt supra diximus obtulit corpus suum aperte omnibus conspicuum, & non sub speciebus panis & vini latitans. At Christus, vt Ecclesia de illo canit, sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, panem & vinum obtulit. Hoc autem cum nunquam nisi in cœna Christum fecisse constet, conuincitur Christum in cœna vltima corpus & sanguinem suum Deo patri obtulisse. Bis itaque corpus & sanguinem suum pro nobis obtulit Deo patri: primò quando cœnauit, secundò quando affixus est cruci. Mala etiam est Lutherana argumentationis consequentia: quia & si vellemus gratis dare Lutherò, Christum in illa vltima cœna non obtulisse Deo patri corpus & sanguinem suum, non inde sequeretur ne-

A tur necessariò, sacerdotes Euangelicos minimè corpus & sanguinem Christi in missa offerre. Nò est enim necessarium, vt quicquid Christus in cœna tunc fecit, sacerdotes nunc in missa faciant: & quæ ille tunc non fecit, neque sacerdotes nunc facere audeant. Nam iuxta hanc regulam non liceret sacerdotibus ornamentis sacratis indutos, & in vase argenteo aut aureo celebrare, quia Christus in illa sua sanctissima cœna nihil horum habuit. Oporteret etiam sacerdotes cœnantes celebrare, & non nisi iam cœnatis corpus Domini tradere ad manducandum: quia Christum ita fecisse Euangelia docent. Catholica tamè Ecclesia per totum orbem diffusa, & à Spiritu sancto edocta, omnia his contraria facere docet & præcipit. Multa enim, vt rectè Hieronymus ait, Domino competunt, quæ seruulo non conueniunt, ac proinde non licent, Si omnia in missa, vt Lutherus ait, essent ad Christi imitationem faciendæ, cur ille missam coram pluribus aut paucioribus quàm duodecim celebrare apud suos permittit, cum Christus coram solis duodecim mysticam cœnam consecraret? Cur vna missa finita aliam in alio die dici permittit, cum Christus non nisi semel illam cœnam sacratissimam celebrauerit? Cur missam celebrans Lutherus, non continuò se disponit & præparat, vt peracta missa sequestratus à suis orer, & inde transeat ad mortem crucis, quemadmodum Christus fecit? Sed Lutherus ubi opus erat imitari Christum, ibi longissimè distat ab illo: & ubi non est necesse neque licet imitari Christum, ibi contendit, vt omnes illum imitentur. Quod ad suæ sententiæ probationem citat Lutherus, Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis, nihil prorsus illi suffragatur. Quia verba illa nò dicit Christus sedens in cœna, quando corpus & sanguinem suum sub speciebus panis & vini discipulis suis dedit: sed quando, vt ex Ioannis Euangelio apertissime constat, pedes discipulorum lauit. Tunc enim præcepit illis, vt ex illo quod ipsum fecisse viderant, humilitatis exemplum caperent ad lauandum alter alterius pedes. Quod ergo Christus de sola pedum lotionem dixerat, Lutherus ad omnia Christi opera extendere conatur. Ecce qualia sunt Lutheri argumenta, in quibus nihil verè, imò nec vero simile profert, sed meras nugas, & sacræ scripturæ torsiones, per quas populum rudem, & literarum prorsus ignarum hæctenus sefellit, & ad sua impia dogmata traxit.

B Secundò argumentantur Lutherani, quòd dicentes missam esse sacrificium, Christum spoliant illo magno honore sacerdotis æterni. Vt autem huius argumenti robor magis omnibus pateat, verba Ioannis Caluini, qui capite. 18. suæ institutionis Christianæ dist. 50. fusiùs & pluribus neruis hoc argumentum pertractat, fideliter citabo. Christus enim, inquit Ioannes Caluinus, sacerdos & pontifex à patre consecratus est non ad tempus, quomodo illi in veteri testamento constituti leguntur, quorum cum vita mortalis esset, sacerdotium immortale esse non poterat. Quare & successoribus opus erat, qui subinde in demortuorum locum subrogarentur. At Christo, qui immortalis est, vicarium substitui minimè necesse est. Itaq; à patre designatus est sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech, vt æternum permanente sacerdotio fungeretur. Et paucis interpositis subdit. Iam verò qui quotidie sacrificant, oblationibus sacerdotes præficiant necesse est, quos Christo velut successores & vicarios subrogent. Qua subrogatione, non modò Christum suo honore spoliant, & æterni sacerdotij prærogatiam illi rapiunt, sed è dextera patris deturbare ipsum conantur: in qua sedere immortalis non potest, quin simul æternus sacerdos maneat. Neque caulescentur, non suffici suos sacrificulos Christo, quasi demortuo: sed suffraganeos duntaxat esse æterni eius sacerdotij, quod propterea stare non desinit. Verbis enim Apostoli fortius constringuntur, quàm vt sic elabi possint: nempe, alios plures esse factos sacerdotes: quia morte

Concilium
Ephesin.

Lutherus.

Ioh. 13.

1. Cor. 11.

Caluinus.

Heb. 7. 9. 10.

Heb. 7.

morte impedirentur permanere. Christus ergo qui morte non impeditur, vnus est, nec confortibus indiget. Haecenus Calvinus. In verbis huius argumenti aperte Calvinus, prout alij haeretici sui confortes facere solent, nostram sententiam representat debilem & inermem, vt facilius possit populo rudi persuadere se de nobis triumphare. Nam ineptam quandam & nimis absurdam fingit nos dare suo argumento responsonem, quam neque per somnium quidem cogitauimus. Nos enim fatemur, Christum esse verum sacerdotem aeternum secundum ordinem Melchisedech, prout pater coelestis illum futurum iuramento asseruerat. Sacerdotes autem Euangelicos non dicimus esse illius tanquam demortui successores, prout erant veteris legis sacerdotes, quorum altero mortuo alter loco illius subrogabatur. Neque dicimus, sacerdotes Euangelicos, vt Calvinus falso nobis tribuit, esse suffraganeos CHRISTI aut illius confortes: sed esse illius ministros, per quos ille suum sacerdotium in aeternum exercet. Ille enim solus est verus & perfectus sacerdos, qui verè consecrat, offert, & reliqua omnia propria sacerdotis officia verè peragit: nos autè solum sumus illius ministri, per quos ille operatur. Nam in baptismi sacramento, quoties illud sacerdos aliquis administrat, Christus est qui verè & effectiue baptizat, prout Ioannes Baptista testatus est, sic dicens: Qui misit me baptizare, ille mihi dixit, Super quem videris spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto. Et existis enim Ioannis verbis conuincit beatus Augustinus, maliciam sacerdotis, etiam si haereticus ille sit, non obstare quin verum baptismum conferat: quia Christus est qui baptizat, sacerdos autem non baptizat animam: sed solum profert verba, & corpus lauat exteriori. Idem per omnia dicendum est de sacramento Eucharistiae, in cuius consecratione, licet sacerdos accipiat panem, & benedicat, profertque super eum verba consecrationis, non tamen ille conuertit effectiue panem in corpus Christi: sed Christus ipse est qui illam substantiae commutationem facit: quia sicut ille est qui inuisibiliter baptizat, ita ille est qui inuisibiliter panem consecrat, & in suum corpus conuertit. In cuius rei testimonium profero Eusebium Emissemum, qui sermone quinto de pascha haec ait: Nam inuisibilis sacerdos visibiles creaturas in substantiam corporis & sanguinis sui, verbo suo, secreta potestate conuertit. Haec Eusebius Emissemus ante mille & ducentos annos. In quibus verbis Christum appellat nomine inuisibilis sacerdotis, propterea quod ille nunc à populo non videtur, quum agit ea quae ad verum sacerdotis officium spectant. Nec solum consecrat panem, & conuertit illud in corpus suum Christus Deus noster, sed ipsum etiam corpus suum offert Deo patri incruenta oblatione, quoties sacerdotes Euangelici missam perfectè celebrant. Sacerdotes quidem nomine totius Ecclesiae offerunt Deo patri corpus Christi, tanquam illius ministri: Christus autem est, qui principaliter tunc per sacerdotes & per Ecclesiam se Deo patri offert. Vnde Haymo in commentarijs super Paulum, interpretans illud ex epistola ad Hebræos, Omnis pontifex ad offerenda munera constituitur, haec ait. Quia enim nulli sacrificium debetur, nisi soli vero Deo, pontifex noster mundam hostiam pro nobis Deo patri obtulit, idem existens sacerdos & sacrificium: offert etiam sacrificium Deo patri acceptum, per Ecclesiam suam. Dum enim nos offerimus sacramenta corporis eius, ipse offert. Haec Haymo. Et quia Christus quotidie per sacerdotes Ecclesiae offert, idèò quotidie exercet suum sacerdotium secundum ordinem Melchisedech: officium etiam sacerdotale quotidie exercet, dum quotidie pro nobis apud patrem orat tanquam aduocatus noster: quia officium sacerdotis est orare. Quum tamen sic orat, non in hoc se ostendit sacerdotem secundum ordinem Melchisedech, magis quam secundum ordinem Aaron: quia hic ordo non distinguitur ab illo per preces & orationes, sed per

Ioan. 1.

Eusebius
Emissemus.Hebr. 8.
Haymo.

A sed per hostias & victimas, & per modum offerendi illas. Est ergo Christus sacerdos secundum ordinem Melchisedech, dum per sacerdotes Ecclesiae ipse semetipsum quotidie offert Deo patri sub accidentibus panis. Hanc nostram & Catholicam doctrinam, si bene intellexisset Calvinus, non accusasset nos dicens quod spoliamus Christum honore sacerdotij aeterni. Nam cum dicimus sacerdotes Euangelicos offerre Deo corpus & sanguinem Christi, non excludimus ab hac oblatione ipsum Christum, neque alios sacerdotes suffraganeos aut confortes illius facimus: sed tantum dicimus illos esse Christi veri sacerdotis ministros, per quos verus ille & inuisibilis sacerdos quotidie operatur. Ex quibus omnibus apertissime constat, nos gloriam & honorem sacerdotis aeterni multo melius tribuere Christo, quam Calvinus, qui dum negat missam esse sacrificium, negat eam oblationem offerri à sacerdotibus Euangelicis, per quam solam Christus est sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.

Tertio nobis obijciunt haeretici, praesertim Ioannes Calvinus, quod virtutè passionis & mortis Christi minuius, dum missam dicimus esse sacrificium: quia hoc ipso, vt ille ait, fateri cogimur sacrificium mortis Christi non esse sufficiens ad remissionem peccatorum, cum opus sit illud toties in missa iterari. Verba Caluini sunt haec. Nam si Christus in cruce semetipsum in sacrificium obtulit, quo nos in perpetuum sanctificaret, & aeternam redemptionem nobis quæreretur, haud dubie vis atque efficacia eius sacrificij nullo sine praestaret. Alioquin nihil honorificentius de Christo sentiremus, quam de bobus & vitulis qui sub lege immolabantur: quorum oblationes ex eo inefficaces arguuntur & imbecillae, quod saepius iterabantur. Quare aut Christi sacrificio, quod in cruce impleuit, purgationem aeternae vim defuisse fatendum erit: aut vno semel sacrificio, Christum in omnia secula defunctum esse. Id est, quod dicit Apostolus summum hunc pontificem Christum semel, per immolationem sui apparuisse, sub consummatione seculi, ad peccati profligationem. Item, voluntate Dei nos sanctificatos esse per oblationem corporis Iesu Christi, semel. Item, Christum vna oblatione in perpetuum consummasse sanctificatos. Quibus insignè sententiam subnectit. Acquisita semel peccatorum remissione, nullam amplius restare oblationem. Hoc & postrema sua voce & inter vltimos spiritus aedita, Christus significauit, qui dixit, Consummatum est. Solemus extremas morientium voces pro oraculis obseruare, Christus moriens testatur vno suo sacrificio perfectum esse & impletum quicquid in salutem nostram erat. Nos huiusmodi sacrificio, cuius perfectionem luculenter ad eum commendauit, quasi imperfecto innumera quotidie assumimus. Quando sacrosanctum Dei verbum non affirmat modò, sed clamat etiam & contestatur, hoc sacrificium semel peractum fuisse, eius vim aeternam permanere, qui aliud postulant, nonne ipsum imperfectionis insimulant & infirmitatis? Haecenus Calvinus. In quibus verbis ille manifestè suam prodit ignorantiam. Nam aperte ostendit se nescire, quod verissimum esse sacrae scripturae auctoritate & sanctorum patrum testimonijs comprobauimus, Christum duas & valde diuersas fecisse oblationes, alteram incruentam in coena: alteram cruentam in cruce. Vna quidem & eadem fuit in ambabus oblationibus hostia, corpus videlicet suum, quod in vtraque oblatione obtulit Deo: sed quia bis & diuersis modis idem corpus suum Deo patri obtulit, idèò dico illum duas & diuersas fecisse sui corporis oblationes. Nam in cruce obtulit corpus suum sauciatum, sanguine proprio aspersum, fuitque hostia illa cruenta, & sacrificium illud cruentum. In coena autè obtulit corpus suum, non sauciatum nec sanguine proprio rubricatum, sed sanum & integrum, nulloque proprio cruore perfusum, sub accidentibus panis latitans. Et idèò sancti doctores, quos supra citauimus, corpus Christi hoc modo oblatum, vocant hostiam

DDD

aut obla-

aut oblationem incruentam : & Cōcilium Ephesinum appellauit incruentam sacrificij seruitutem : & Sexta synodus in verbis supra citatis dixit incruentum sacrificium, vt hoc epitheto oblationem cōnæ Dominicæ, & sacrificium in ea factum distinguerent ab oblatione & sacrificio in cruce factis. Cū igitur istæ duæ oblationes sint aded diuersæ, consequens est, vt diuersas etiam foriantur conditiones diuersaq; merita. Per oblationem, quæ facta est in cœna, non fuit redemptum genus humanum: quia sine sanguinis effusione, vt ait Paulus, non fit remissio. Per oblationem autem factam in cruce redempti sumus à seruitute diaboli, à quo tenebamur captiui ad ipsius voluntatem. In sanguine enim testamenti sui, vt prædixerat Zacharias Propheta, eduxit victos qui erant in lacu. Hæc oblatio facta in cruce non iteratur, nec repetitur vnquam: quia Christus resurgens ex mortuis, vt ait Paulus, iam non moritur, mors illi vltra nō do minabitur. De hac oblatione in cruce facta loquutus est Paulus in epistola ad Hebræos, quum de Christo loquens ait. Qui nō habet necessitatem quotidie, quemadmodum sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi. Hoc enim fecit semel se offerendo. Et in eadem epistola iterū ait. Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata. Et rursus ibidem ait. Vna enim oblatione cōsummauit in sempiternum sanctificatos. In his omnibus locis, & in alijs similibus Paulus, vt apertissime constat, loquitur de illa oblatione, quam Christus fecit in cruce, & non de illa quam fecit in vltima cœna. Nam per solā illam, quæ facta est in cruce, exhaust multorum peccata, & consummauit in sempiternum sanctificatos. Oblationem illam factam in cruce non fuit necesse repetere: quia illa semel facta fuit sufficiens ad multorum exhaurienda peccata. Hanc oblationem à Christo in cruce factam non iterāt, neque repetunt sacerdotes quum in missa sacrificant, & Deo offerunt. Quia & si missam celebrent in memoriam Dominicæ passionis, non tamen fit ab eis in missa talis corporis Christi oblatio, qualem ille fecit in cruce: sed qualem fecit in cœna vltima, videlicet incruentam, & sine vlla sanguinis effusione, & sine morte hostiæ oblata. Ex his omnibus apertissime constat, missæ sacrificium nihil prorsus derogare virtuti passionis Christi, neque minuere virtutem & efficaciam oblationis, quam Christus fecit in cruce. Non enim ad hoc sacrificamus & offerimus in missa corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, vt per talem oblationem suppleamus defectum oblationis factæ à Christo in cruce. Absit. Nullum enim defectum, imò è contrario omnem superabundantiam habuit oblatio illa. Sicut Torcular calcauit solus, ita etiam solus sine alicuius adminiculo multorum exhaust peccata, & pro illis omnibus satisfecit. Missam celebramus, vt per Eucharistiæ, sicut per alia sacramenta virtus & meritum passionis Christi applicetur sacerdoti celebranti, & illis pro quibus celebrat. Corpus & sanguis CHRISTI in missa offertur Deo patri oblatione incruenta in satisfactionem pro peccatis nostris: & ided oportuit talem oblationem in missa fieri, quæ iterari posset, vt per illam possemus quotidie expiare peccata, quæ quotidie committimus, & quotidie iteramus. Et hæc doctrina non est noua, neque ex nostra imaginatione conficta, prout est hæreticorum omnium doctrina: sed est vetustissima, à sacris & antiquis Ecclesiæ doctoribus accepta. Eusebius Emiffenus in sermone quinto de paschate, loquens de sacramento Eucharistiæ, hæc ait: Et ided quia corpus assumptū ablatum erat ex oculis nostris, & syderibus illaturus, necessarium erat, vt nobis in hac die sacramentum corporis & sanguinis sui consecraret, vt coleretur iugiter per mysterium, quod semel offerebatur in precium: vt quia quotidiana & indefessa currebat pro hominum salute redemptio, perpetua etiam esset redemptio oblatio: & perennis illa victima viueret in memoria, & semper præfens esset in gratia. Verè vnica & perfecta hostia fide æstimanda, non specie, neque

Heb. 9.

Zach. 9.

Rom. 6.

Heb. 7.

Heb. 9.

Heb. 10.

Eusebius
Emiffenus.

A neque exteriori censenda visu, sed interiori affectu. Hæc Eusebius Emiffenus, qui ante mille & ducentos annos floruit. In quibus verbis id annotare oportet, quod cū dixisset, Christum semel fuisse oblatum in precium, postea dixit, perpetuam esse redemptionis oblationem. Oblatio in precium fuit vna & cruenta in ara crucis facta: oblatio autem redemptionis perpetua, est incruenta, & est illa quæ quotidie fit in missa: quia ad illam exercendam dixit Eusebius Emiffenus instituisse Christum sacramentum corporis & sanguinis sui. Ioannes Chrysofomus, Eusebio synchronus, aut paulo posterior illo, Homilia super epistolam ad Hebræos eandem sententiam docet, sic inquit. Et quia semel oblata est illa hostia, oblata est in sancta sanctorum. Hoc autem sacrificiū exemplar est illius, id ipsum semper offerimus. Nec nunc quidem alium agnū, crastina alium: sed semper id ipsum. Proinde vnum est hoc sacrificium. Hæc Chrysofomus. In quibus verbis id potissimum annotandum est, quod dicit idem esse nostrum sacrificium, & Christi: quia nos offerimus id ipsum, quod Christus obtulit, quamuis non eodem modo offerimus. Post istos duos clarissimos viros hanc eandem sententiam multò apertius & vberius docuit Haymo in commentarijs super Paulum, qui interpretans illud Pauli ex epistola ad Hebræos, Alioquin cessassent offerri, ided quod nullā haberent vltra cōscientiam peccati cultores illius semel mundati, hæc ait: Alioquin, hoc est, si ab omnibus essent liberati peccatis, cessassent offerri illæ hostiæ, eò quod nullam haberent vltra cōscientiam, id est, memoriam & recordationem peccatorum: à quibus cultores illius semel mundati essent. Sed quia hoc non potuit fieri, & nunquam potuerunt maiora & criminalia peccata illis sacrificijs mundari: fit per singulos annos commemoratio peccatorum in ipsis hostijs. Verbi gratia. Si obtulisset quis præsentis anno hostias pro peccato adulterij aut sacrilegij, aut parcidij, necesse erat, vt omnibus annis id ageret: quoniam non poterat perfectè expiari ab illo piaculo. Proinde accusatio peccatorum fuit quod fiebat, non solutio: accusatio infirmitatis, non virtutis ostensio. In eo enim quod semper offerebantur, redargutio peccatorum erat: in eo autem quod semper necessaria, redargutio infirmitatis eiusdem sacrificij. Propter hoc, inquit, impeat semper offerri propter infirmitatem, quia non poterat perfectè mundari, & vt memoria & redargutio peccatorum fieret. Quid ergo dicendum? Nunquid & sacerdotes nostri quotidie idem nō agunt, dum offerunt assidue sacrificium? offerunt quidem, sed ad recordationem facientes mortis eius. Et quia nos quotidie peccamus, quotidie indigemus mundari. Et quia ille non potest iam mori, dedit nobis hoc sacramentum corporis & sanguinis sui, vt sicut passio, illius redemptio & ablutio fuit mundi: ita etiam ista oblatio redemptio & mundatio fit omnibus in vera fide offerentibus bonamque intentionem habentibus. In hoc enim differt ab illo veteri sacrificio sæpius repetito, illud nostrum quod similiter repetitur: quia istud est veritas, illud figura: istud perfectum reddit hominem, illud minime: & istud non causa infirmitatis suæ repetitur, quia non possit perfectam conferre salutem: sed in commemorationem passionis Christi: sicut ipse dixit: hoc facite, inquit, in meam commemorationem: & vna est, & non multæ, sicut illæ erant. Quomodo vna est, & nō multæ, cū & à multis & diuersis in locis diuersisque temporibus offeratur? Attentissime ergo animaduertendum est, quia diuinitas verbi Dei, quæ, vna est, & omnia replet, & tota vbique est, ipsa facit vt non sint plura sacrificia: sed vnum sacrificium, licet à multis offeratur, vt sit vnum corpus Christi cum illo, quod suscepit in vtero virginali, non multa corpora. Nec nunc quidem aliud magnum, aliud minus, aliud hodie, aliud cras, offerimus: sed semper id ipsum equā magnitudinem habens. Proinde vnum est hoc sacrificium Christi, non diuersa: sicut illorum erant. Nam si aliter esset: quoniam in multis locis offeruntur, mul-

tur, multi essent Christi, vnus ergo Christus vbique est: & hic plenus existens, & illic plenus, vnum corpus vbique habens. Et sicut qui vbique offertur, vnum corpus est non multa corpora: ita etiam vnum sacrificium. Hactenus Haymo, qui ante septingentos annos floruit. In quibus verbis idem contra se fecit argumentum, quo nos Lutherani omnes nunc oppugnant, & illi optimè per omnia occurrit: Ex quibus omnibus conuincitur superbia Caluini, qui agnoscens & fatens doctrinam de sacrificio missæ altas habere radices in Ecclesia, iactauit se suis istis argumentis veluti quadam validissima securi illas omnes posse scindere & euertere. Nos enim Deo adiuuante apertè ostendimus tantam esse suorum argumentorum infirmitatem, & debilitatem, vt tanquam butyracca securis videantur.

Quartò argumentatur Lutherus vt probe missam non esse sacrificium, sic dicens: Eucharistia est Testamentum Christi, ergo illa non est oblatio à sacerdotibus facta. Assumptum probat testimonio Lucæ Evangelistæ, qui refert Christum in vltima cœna, Eucharistiam appellasse testamentum. Et accepto pane, inquit Lucas, gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens: Hoc est corpus meum quod pro vobis datur, hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem postquam coenauit dicens. Hic est calix nouum Testamentum in sanguine meo, qui pro vobis funditur. Similia verba scribit Paulus ad Corinthios. Consequentiam suæ argumentationis probat Lutherus per hoc, quòd pugnant, vt ille ait, hac duo, testamentum & sacrificium aut oblatio. Quia Testamentum, vt Lutherus dicit, est promissio testatoris: sacrificium verò offertur altari. Pugnant autem, vt ille ait, permittere & offerri. Ecce principale fundamentum, super quod suam pestiferam doctrinam ædificare nititur Lutherus: & idè summè laborat, vt declaret quomodo Eucharistia sit Testamentum: & primò assignat definitionem Testamenti, non ab Vlpiano aut ab alio quouis laudato iuris consulto petitam, sed ex suo cerebro confictam. Testamentum, inquit Lutherus, est dispositio morituri, qua nuncupat suam hereditatem heredibus: id est, explicatio voluntatis extremæ alicuius morituri, cõfirmata per mortem testatoris. Inuoluit itaque Testamentum primò mortem testatoris: secundò hereditatis promissionem, & heredis nuncupationem. Mortem suam Christum testari, ait Lutherus, quum ille dixit. Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: Et iterum, Hic sanguis, qui pro vobis funditur. Hereditatem autem dicit Lutherus Christum declarasse, quum ille dixit, in remissionem peccatorum. Nam remissionem peccatorum dicit Lutherus esse hereditatem in Eucharistiæ testamento promissam. Hæredes vero Christum instituisse ait, Quum Christus dixit, pro vobis & pro multis, id est, pro ijs qui credunt promissioni: Eidem enim dicit Lutherus, nos hic facere hæredes. Dicit ergo ille missam esse promissionem remissionis peccatorum à Christo factam, & per mortem suam confirmatam. Nam promissionem & Testamentum, per hoc solum differre ait, quòd Testamentum simul inuoluit mortem testatoris, promissio autem non. Et inde consequenter deducit, quòd si missa sit Testamentum & promissio Christi, non possit esse sacrificium. Ecce totam Lutheri machinam, & tormentum bellicum, quo ille concutere & euertere nititur doctrinam Ecclesiæ Catholicæ dicentis, missam esse sacrificium. Hanc ille multis verbis prolixissimè tractat, sed ego paucioribus perstringere decreui, ne nimia prolixitas tædio afficeret lectorem. Vt autem fidelis essem in recitatione suæ argumentationis, nihil quod ad rem pertineret, & illam quouis modo iuuare posset, omittere volui. Sed si bene aduertere voluerint lectores, & bono animo esse, nihil illos hæc machina terrere poterit: quoniam facile intelligunt, totam illam machinam nihil prorsus ex se iactare, nisi vacuum & penitus inane tonitruum. Nam illa sua argumentatione ad compendium red-

cta fal-

A cta falsum assumit, & pessimè colligit. Falsum est enim quòd missa sit Testamentum, iuxta veram & legitimam Testamenti definitionem, quam reddere solent iurisperiti, à quibus potissimum illam petere oportet: neque iuxta illam, quam ipse Lutherus reddidit, dicens Testamentum esse promissionem morte confirmatam, qua testator nuncupat hereditatem suam certis heredibus. Eucharistia enim non est promissio, sed est donum quod Christus dedit proximo morti. Quod autem testator ante mortem suam donat, non est Testamentum, neque etiam hereditas ex Testamento proueniens. Quod etiam donatur, non comprehenditur sub nomine promissionis: quia adueniente donatione, perit ius promissionis. Hæretici verò hoc argumentum vitare volentes, dicunt, idè Eucharistiam dici promissionem quia promittitur in ea remissio peccatorum, & ad hoc solum dari contendunt, vt per eam habeamus remissionem peccatorum, quam dicunt esse hereditatem promissam. Sed re vera toto errant cœlo. Quia Christus non promissit in cœna heredibus suis remissionem peccatorum, prout Osiander & Butzerus in defensionem sui Lutheri docent: sed solum prænucciavit id quod postea faciendum erat, videlicet sanguinis effusionem in remissionem peccatorum. Sed licet demus Luthero, Christum per illa verba non solum prædixisse, sed etiam promississe remissionem peccatorum, nunquam tamen inde colligere poterit, Eucharistiam esse datam in remissionem peccatorum. Quia Christus per illa verba non promissit remissionem peccatorum sumentibus Eucharistiam: sed promissit se effusurum sanguinem in remissionem peccatorum, nulla prorsus de sumentibus Eucharistiæ facta mentione. Hic calix, inquit Christus, nouum Testamentum est in meo sanguine, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. In quibus verbis id potissimum annotare oportet, quòd non dixit sanguinem sumendum in remissionem peccatorum, sed fundendum. Præterea, Si Lutherus loquitur de Testamento, vt credi par est, more Theologorum, & non iuris humani peritorum, fatebor Testamentum esse promissionem, & pactum, & fœdus, vt Innocentius tertius docet in capite. Cùm Marthæ: de celebratione missarum, motus testimonio Pauli dicentis: Idè noui Testamenti mediator Heb. 9. est vt repromissionem accipiant, qui vocati sunt, hereditatis æternæ. Sed licet promissio more Theologico dicatur Testamentum, non tamen oportet vt talis promissio sit alicuius morituri: quia tunc lex vetus per Moysen data non posset dici Testamentum. Non enim erat illa promissio morituri: quia quandiu lex illa durauit & Testamentum illud valuit, non subijt mortem Deus, qui Testamentum illud condiderat. Neque Testamentum illud fuit morte confirmatum, imò potius è contrario, morte *снрътн* renouatum, & loco illius Testamentum nouum subrogatum & confirmatum. Et ob hanc causam lex Evangelica dicitur Testamentum æternum: quia Christus nunquam amplius morietur, vt morte sua aliud possit cõfirmare Testamentum. Si verò Lutherus vtitur voce Testamenti more iurisperitorum, pessimè diffinit Testamentum: quoniam nullus iurisperitus vnquam dixit Testamentum esse promissionem. Nam Vlpianus in. l. i. ff. de Testamentis diffiniens Testamentum, hæc ait: Testamentum est nostræ voluntatis iusta sententia, de eo quod quis post mortem suam fieri voluit. Cui diffinitioni Accursus illius glossator dicit esse necessariò addendum, Cnm heredis institutione: quia sine heredis institutione, vt ille ait, non est validum Testamentum. Et hanc Testamenti diffinitionem amplectuntur omnes iurisperiti. Iuxta hanc diffinitionem lex vetus quodammodo potest dici Testamentum: quia fuit iusta sententia Dei, & iusta illius voluntas de eo quod fieri voluit. Sed quia illud non fuit morte confirmatum, idè non propriè & perfectè dici potuit Testamentum, sed solum metaphoricè & figuratiuè: quia fuit quodammodo confirmatum

per mortem & sanguinem vituli, qui mortem Christi figurabat. Nam illud dicit Paulus non fuisse sine sanguine dedicatum. Lex Evangelica magis proprie dicitur Testamentum, non solum more Theologico, sed etiam iuridico, prout *Heb. 7.* Paulus ad Hebræos scribens docet. Nam est morte Christi confirmata, & est voluntatis Christi iusta sententia, de eo quod post mortem suam fieri voluit, & in ea reliquit nobis sacramenta pro vita præsentis, & æternam beatitudinem pro vita futura. Missa tamen aut Eucharistia nulla ratione potest dici Testamentum: quia ferè nihil quod ad rationem Testamenti pertinet, illi convenire potest. Primò quidem missa aut Eucharistia non est sententia voluntatis Christi, aut indicium voluntatis illius, qua declarauerit quid de bonis suis post mortem suam esset faciendum, Præterea, deest testator in tali Testamento: quia Christus nõ potest dici testator illius. Nam, vt ait Paulus, vbi Testamentum est, necesse est vt mors intercedat testatoris. Si igitur missa esset Testamentum, oporteret Christum toties mori, quoties missa celebratur, alioqui non erit firmum Testamentum. Rursum, si missa aut Eucharistia est Testamentum, oportet illud coram testibus esse declaratum, vt sit firmum & validum. Da ergo Lutherus testes coram quibus fuit factum. Si dicas fuisse Apostolos, quia illi soli fuerunt præsentis, quando Christus consecrauit panem & vinum, & primam missam celebrauit, conuincitur illos non potuisse esse testes talis Testamenti: quia illi iuxta tuã doctrinam fuerunt tunc instituti in eodem Testamento hæredes. Nam iure optimo prohibetur, vt qui in Testamento scriptus est hæres, non possit eiusdem Testamenti esse testis, vt dicitur in L. Omnibus. C. de Testamentis. Attendite obsecrò quale nobis vult tradere Lutherus Testamentum, cuius nullus potest dari testator, & in quo ipsemet hæredes sunt testes. Deinde, nulla est hæreditas mandata hæredibus in hoc Testamento, quod dicunt esse missam. Nam quod Lutherus dicit, remissionem peccatorum esse hæreditatem in illo Testamento promissam, falsissimum est: Quia talis remissio peccatorum non potest dici hæreditas propterea quod Paulus dicit, iustos esse hæredes Dei, cohæredes autem Christi, hoc est eiusdem hæreditatis participes, cuius & Christus. At Christus non est vocatus ad remissionem peccatorum: qui peccatum nullum habuit quod posset illi remitti. Remissio ergo peccatorum non est hæreditas: quia non alterius hæreditatis dicit Paulus iustos esse hæredes, nisi illius cuius est Christus. Fateor quidem remissionem peccatorum esse viam certam ad assequendam veram hæreditatem: quia per talem remissionem efficimur filij Dei adoptiui, & inde constituimur hæredes Dei, cohæredes autem Christi. At quod talis remissio sit hæreditas, nunquam in sacris literis proditum est: Et ideò non possum non mirari quomodo Lutherus audet illam appellare hæreditatem, cum ille aliàs sæpè contendat nihil circa fidei dogmata esse asserendum, quod in sacris literis non inueniatur. Inuenio vitam æternam appellatam esse hæreditatem à beato Petro, qui de Christo Salvatore nostro, hæc ait: Deglutiens mortem, vt nos vitæ æternæ hæredes efficiat. Remissio peccatorum neque apud sacras literas, neque apud sacros doctores reperietur fuisse vnquam appellata hæreditas. Præterea, & si gratis velimus dare Lutherò, quod remissio peccatorum sit hæreditas, nõ tamen tota & integra hæreditas, quia est alia multò maior, videlicet vita æterna: de qua cum nullam, in verbis consecrationis panis aut vini, fecerit Christus mentionem, conuincitur inde missam non posse esse Testamentum: quia in ea non fuit declarata voluntas de distributione totius hæreditatis. Non enim potest aliquis pro vna parte testatus decedere, & pro alia intestatus: vt dicitur instituta de hæred. institut. dist. Non autem: & in regula, Ius nostrum, ff. de regulis iuris. Quamuis ex his omnibus apertè conuincerim missam aut Eucharistiam non posse dici testamentum, oportet tamen respondere Lutherò, qui obji-

A qui objicit nobis verbum Christi apud Lucam dicentis. Hic calix nouum Testamentum est in meo sanguine. Huic obiectioni respondent quidam ex nostris, dicentes, quod verba illa solum dicta sunt de sanguine, & non de corpore Christi, ac proinde dicunt nihil per verba illa probari: quia in missa non solum continetur sanguinis, sed etiam corporis Christi consecratio. Ego autem aliter & multò melius respondendum esse censeo. Dico enim verba illa Christi apud Lucam esse eodem modo intelligenda quo intelliguntur verba Matthæi & Marci, qui referunt Christum dixisse: Hic est calix sanguinis mei noui Testamenti. Non sunt enim sibi contrarij Euangelistæ: sed eundem sensum habent: quamuis verbis dissimilibus explicatum. Verba Matthæi & Marci declarant quomodo sint intelligenda illa, quæ Lucas hoc loco refert. Dicitur autem calix noui Testamenti in sanguine Christi: quia nouum Testamentum fuit sanguine Christi confirmatum. Hoc modo interpretatur verba illa Beda in commentarijs super Lucam, sic inquit. Quod autem dicit, Hic est calix nouum Testamentum in meo sanguine, ad distinctionem veteris Testamenti respicit, quod hircorum & vitulorum est sanguine dedicatum, dicente inter aspergendum legislatore: Hic est sanguis Testamenti quod mandauit ad vos Deus. Hæc Beda, qui apertè docet, calicem sanguinis dici Testamentum, quia per illum fuit confirmatum nouum Testamentum, sicut vetus per sanguinẽ vitulorum. Huic consentit Haymo in cõmentarijs super Paulum, vbi interpretans illud ex epistola ad Hebræos, Hic est sanguis Testamenti quod mandauit ad vos Deus, hæc ait: Ac si diceret. Hæc est confirmatio huius Testamenti, quod mandauit ad vos Deus. Iste sanguis figurabat illum sanguinem, qui de latere Christi in cruce manauit. Hoc sanguine Christus nos aspersit, & Testamentum suum confirmauit, sicut ipse dixit, Hic est sanguis noui Testamenti in remissionem peccatorum. Hæc Haymo. Eodem modo verba illa Christi interpretatur Innocentius papa huius nominis tertius in cap. Cum Marthæ, de celebratione missarum, vbi hæc ait. Sic ergo intelligi debet, quod in ipso canone reperitur. Hic est enim sanguis meus noui & æterni Testamenti, id est, nouæ ac æternæ promissionis confirmator, sicut Dominus repromittit, qui manducat, inquit, carnem meam, & sanguinem meum bibit, habet vitam æternam. Hæc Innocentius, vir præter pontificalem dignitatem doctissimus. Nec miretur aliquis quod verba illa Christi sic intelligenda esse dicamus: quia ex alijs locis constat sacram scripturam vti hoc genere locutionis. Nam in Exodo legimus quod Moyses assumptum sanguinem vituli resperfit in populum, & dixit: Hic est sanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiscum super cunctis sermonibus his. Sanguinem fœderis dixit, quia illo sanguine confirmauit Dominus fœdus quod pepigit cum filijs Israël. Ne autem quis dubitare posset, hunc esse illorum verborum sensum, Paulus Apostolus in epistola ad Hebræos dignatus est verba illa interpretari sic dicens. Vbi enim testamentum, mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum enim in mortuis confirmatum est: alioquin nondum valet, dum viuit qui testatus est. Vnde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est. Lecto enim omni mandato legis à Moyse vniuerso populo, accipiens sanguinem vitulorum & hircorum cū aqua & lana coccinea & hyssopo, ipsum quoque librum & omnem populum asperfit dicens: Hic sanguis testamenti quod mandauit ad vos Deus. Ex quibus omnibus Pauli verbis constat illum interpretari, ideò sanguinẽ vitulorum dictum esse à Moyse sanguinẽ testamenti, quia illo sanguine fuit testamentum illud confirmatum. Nam ad hunc finem illa verba Exodi citauit, vt per illa probaret primum testamentum fuisse sanguine confirmatum. Verba illa quæ Moyses dixit, constat esse simillima illis quæ Christus dixit, & ideò consequens est, vt vtraque sint eodem modo intelligenda. Vnde Anselmus in cõmentarijs super Paulum, prædicta verba ex epistola

ad Hæbræos interpretans, hæc ait: Sic & Christus nouam legem & vniuersum mundum sanguine suo mox asperurus, dixit in cœna discipulis suis: Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur. Ecce quàm concorditer vtrunque sibi Testamentum consonat. Ecce quàm propriè prædicit Moses verba, quibus Saluator vteretur in cœna. Hæc Anselmus. Constat iam quomodo intelligenda sint verba Christi apud Lucam: & ex omnibus prædictis constat etiam, missam aut Eucharistiam non esse Testamentum, iuxta veram testamenti rationem. Si tamen vti volumus hac voce, testamentum, figurata quadam locutione possumus dicere per quendam tropum, sacratissimam Eucharistiam esse Testamentum: quia est donum quod Christus nobis in pignus sui erga nos amoris in suo Testamento reliquit. Sic enim pacem solemus dicere Christi Testamentum: quia illam Christus morti propinquus, nobis in Testamento commendauit. Hac figurata locutione vsus est Mathathias, quum loquens ad filios suos dixit: Phinees pater noster zelâdo zelum Dei, accepit testamentum sacerdotij æterni. In quibus verbis sacerdotium appellauit Testamentum: quia fuerat à Deo in Testamento mandatum ipsi Phinees propter zelum quem habuit ad obseruationem legis dininæ. Qui locutionis modus videtur mihi habere illam figuram, quæ vsus est Christus, dicens: Calicem meum bibetis. In quibus verbis calicis nomine vsus est, ad significandû id quod continetur in calice. Hac eadem figura vtentes possumus dicere missam aut Eucharistiam esse Testamentum: quia est vna ex potissimis rebus in Testamento Christi contentis. Iuxta hunc sensum intelligendus est Nicolaus Lyranus, qui super Psalmum centesimum decimum missam vocat Testamentum. Sed ex hac figurata Testamenti appellatione, non licet inferre quòd missa non sit sacrificium. Quia licet talis consequentia esset bona, accipiendò vocem Testamenti iuxta propriam & veram illius significationem, non tamen est bona vtendo illa voce iuxta figuratam illius significationem. Non enim idem colligitur ex figuratiua aut Metaphorica denominatione, quòd colligi potest ex vera & propria appellatione eiusdem rei. Verbi gratia. Ex hoc quòd aliqua res est verè & realiter vitis, optimè colligitur quòd illa non intelligit, non videt, non audit, non dolet, non deniq; sentit: quia nihil horum conuenire potest ligno inanimato. At ex hoc, quòd res aliqua dicitur vitis per similitudinem, non licet colligere aliquod illorum: quia Christus intelligit & sentit: cû tamen dicatur vitis per similitudinem, & nõ per proprietatem. Idem prorsus dicendum est de Testamento & sacrificio. Si voce Testamenti vtaris, iuxta veram & propriam illius significationem, licebit colligere aliquid non esse sacrificium, ex hoc quòd est Testamentum: sed iuxta hanc significationem nego missam esse Testamentum. Si tamen figuratiuè & per synecdochon loquentes, dicimus missam esse Testamentum, ex hac Testamenti appellatione non licet colligere quòd missa non sit sacrificium verum: quia vtrunque illorum est, & Testamentum, & sacrificium, diuersis tamen respectibus & considerationibus. Dicitur Testamentum, quia est in Testamento Christi contenta, & in illo nobis mandata. Dicitur sacrificium, quia in illa offertur Deo patri corpus & sanguis Christi filij sui. Tam prolixè tractare volui hoc argumentum: quia Lutherus iactat se per illud triumphare de catholicis, & canit triumphum ante victoriam. Necessariû igitur fuit, omnes huius argumenti vires tentare, vt palam omnibus facerem illud esse infirmum & prorsus inualidum.

Quintò argumentatur Lutherus ex ratione doni, sic dicens: Eucharistia est donum Dei, quia Christus dixit: Accipite & comedite ex eo omnes: ergo non potest esse oblatio nostra. Pugnant enim, vt ille ait, inter se donum, & oblatio: quia non potest quis rectè alteri offerre quod ab illo accepit. Huic argumento respondeo, cõcedens Eucharistiam esse donum Dei, & quid è magnû: quoniam

A quoniam per illud nobis corpus & sanguinem suum sub speciebus panis & vini dedit: non tamen sequitur inde quòd non possumus donum illud offerre Deo. Nam hac ratione oporteret dicere, nihil nos posse Deo offerre, quia nihil habemus, quod nõ sit ab illo nobis donatum. Sacrificia veteris legis quæ ex pecoribus & auibus Deo offerebantur, verissima erant sacrificia, tamen aues illæ & pecora illa quæ Deo offerebantur, dona Dei erant, ipsomet Deo attestante, qui per prophetam ait: Meæ sunt omnes feræ syluarum, iumenta in montibus & boues. Sacrificia etiam spiritualia, qualia sunt laus Dei, cor contritum & humiliatum, quæ omnia Lutherus ipse fateretur esse vera sacrificia, omnia sunt dona Dei. Quid habes, inquit Paulus, quod non accepisti? Huic nostræ sententiæ fauet Augustinus, qui libro primo de Ciuitate Dei, cap. 4. hæc ait: Cûm ad illum sursum est, eius est altare cor nostrum, eius vnigenito cum sacerdote placamus: ei cruentas victimas cædimus, quando vsq; ad sanguinem pro eius veritate certamus: ei suauissimum adolemus incensum, quum in eius conspectu pio sanctoq; amore flagramus: ei dona eius in nobis, nosq; ipsos vouemus & reddimus. Hæc Augustinus. In quibus verbis id potissimum annotandum est, quòd dixit, nos in nobis ipsis dona Dei offerre ipsi Deo. Non ergo pugnant, iuxta Augustini sententiam, esse donum & oblationem. Melius quidem quàm Lutherus intellexerat hoc Dauid rex, qui videns promptissimam populi oblationem, & frequentia dona, quæ populus ad futuram templi constructionem offerebat, gratiasq; Deo reddens de tam larga oblationum multitudine, inter cætera hoc dixit. Tua sunt Domine omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Ad eundem modum facit Ecclesia Catholica, quæ sacrificans, & sacratissimam Eucharistiam Deo offerens, ait: Vnde & memores domine nos ferui tui, sed & plæbs tua sancta Christi filij tui Domini Dei nostri, tam beatæ passionis, nec nõ & ab inferis resurrectionis, sed & in coelos gloriosæ ascensionis, offerimus præclaræ maiestati tuæ de tuis donis ac datis, hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, panem sanctum vitæ æternæ, & calicem salutis perpetuæ. In quibus verbis Ecclesia satis apertè & humiliter fatetur, hostiam quam Deo offert, esse donum Dei ab eo illi donatû. Et inde apertè conuincitur, Lutherum malè calumniari Ecclesiam, falsumq; illi imponere crimen, dum dicit, illam existimare se offerre aliquid de suo: ac si Ecclesia putaret oblationem illam esse propriè opus nostrum, & meritum nostrum, quo meremur nobis & alijs: & quòd illam offeramus, rãquam si daremus Deo aliquid absolutè nostrum. Nihil horum putare Ecclesiam apertissimè constat, ex verbis canonis missæ, quæ nunc proximè citauimus, in quibus manifestissimè fatetur, se non ex suo sed ex dono Dei talem offerre hostiam. Constat itaque ex his omnibus non esse rationi naturali contrarium, vt aliquid sit donum & oblatio. Prius quidem donum, & postea oblatio. Per donationem fit nostrum, quod antea non erat nostrum. Postquam semel donatum est, fit is qui illud accipit, offerre voluerit, tunc non ex alieno, sed ex eo quod per donationem factû est suum, offeret. Filius Dei, inquit Esaias, datus est nobis: & ideo meritò noster dici potest. Neq; solum filium dedit nobis pater, sed omnia etiam quæ filij propria, videlicet corpus, sanguinem, famem, sitim, lachrymas, labores, mortem denique illius. Qui proprio filio suo, inquit Paulus, non peperit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Cûm igitur filius Dei & omnia illius merita sint nobis donata, meritò possumus illum & omnia bona illius, veluti iam nostra, Deo offerre. Nam passionem & mortem Christi offerebat Deo, in satisfactionem pro suis debitis, qui dicebat. Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ tribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Agnoscebat se multa bona accepisse, & volens pro tantis donis aliquid Deo retribuere, nihil apud se inuenit, quod

uenit, quod Deo reddere possit: & ideo calicem salutaris, hoc est, passionem Christi, qui est salutare nostrum, accipere statuit, vt illud Deo offerat in tantorum debitorum compensationem.

Sexto, argumentatur Lutherus, sic dicens: Idem simul recipi & offerri non potest, neq; ab eodem simul dari & accipi: ergo sacerdos non potest dici quod offerat Eucharistiam, quam ipse totam sumit. Est enim natura sacrificij, vt totum Deo offeratur, & nihil hominibus relinquatur. Cur ergo sacerdotes totum panem comedunt, & totum vinum bibunt, nihil relinquentes Deo? Hoc enim potius est auferre Deo, & nobis dare, quam offerre Deo: Est ergo repugnancia inter missam & sacrificium, quia sacrificium offertur, missa sumitur. Hæc est Lutheri argumentatio eisdem ferè verbis narrata, quibus ab illo descripta est. Non possum nō mirari, quod sophisinate tam nugaci & tam aperto Lutherus in re tam seria se firmet, cū ipse aliās non semel aut iterum omnes argumentationes, & Dialecticas ratiocinationes à rebus sacris abigat, in simul etq; recentes Theologos, quod eas sacræ Theologiæ miscuerint. Quamobrem optime possum nunc dicere illud Poëtæ.

Loripedem rellus deideat, Aethiopem albus.

Sed hæc missa faciamus, & redeamus ad argumenti responsionem, & ostendamus intolerabilem Lutheri impudentiam, qui non veretur apertissima mendacia, & sacræ scripturæ palam contraria assumere in suo argumento ad suę perfidæ hæresis probationem. Falsum est enim quod ait, naturam sacrificij esse, vt totum Deo offeratur, & nihil hominibus relinquatur. Nam plurima sacrificia legis Mosaicæ, sumebant sacerdotes, qui offerebant ea. Nunquid edebat Deus omnia quæ illi offerebantur? Audi ipsum Deum reprehendentem futuram Lutheri demetiam. Non accipiam de domo tua vitulos, neq; de gregibus tuis hircos, quoniam meæ sunt omnes feræ sylvarum, iumenta in montibus & boues. Cognoui omnia volatilia cœli, & pulchritudo agri mecum est. Si esuriero, non dicā tibi: meus est enim orbis terræ, & plenitudo eius: Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorū potabo? Si Deus non comedat carnes, quæ tunc illi offerebantur, nunquid peribant illæ? Nō certè: sed multæ ex Domini præcepto manebant penes sacerdotes. Fateor fuisse aliquod sacrificium, quod dicebatur holocaustum: quia totum comburebatur igne: & ideo nihil ex eo manebat quod possit à sacerdotibus comedi. Hoc tamen non erat ex natura sacrificij: sed ex peculiari modo offerendi illud; quia aliās oportet omnia sacrificia esse eiusdem conditionis, si hoc contingebat in holocausto ex ipsa sacrificij natura: vt nihil maneret ex eo penes offerentes. Constat autem multa fuisse in illa lege sacrificia, quorum vel partem aliquam sacerdotes ex præcepto legis comedere tenebantur, prout manifestè constat ex capite secundo, & quinto, & septimo Leuitici.

Hæc sunt potissima argumenta, quibus hæretici conantur probare missam non esse sacrificium. Alia adhuc facit Lutherus, alia etiam Ioannes Caluinus: sed quia debilissima sunt, causa prolixitatis vitandæ præterij. Indigna siquidem mihi visa sunt, vt pro illorum responsione cartas implerem, aut minimum tempus consumerem. Contra hanc hæresim scripserunt multi, videlicet Iodocus Clithouëus in suo Antiluthero parte tertia, Gaspar Sagerus Minorita, Albertus Pighius in libro controuersiarū Ratisponæ habitatum, controuersia quinta. Ioannes Ecchius librum integrum de sacrificio missæ cōposuit, in quo prolixè satis rem istam pertractat. Post istos omnes scripsit Ioannes Hoffmeyerus Augustinianus, qui etiam defendit canonem missæ, quem Lutherus nō est veritus calumniari, & mille conuitijs afficere.

Tertia

A Tertia hæresis est, quæ ait missam non posse offerri pro peccatis, nec posse prodesse viuus aut defunctis, sed soli sacerdoti. Huius erroris autor est etiam Lutherus, dicens impium esse si missa canatur pro peccatis. Ecce quibus gradibus progreditur diabolus, vt homines ad tartara ducat. Primum ad peccatum allicit & impellit, deinde à remedio auocat, ne peccatorum cicatricibus subueniatur. Sed claudamus aures ad vocem aut sibilum serpentis venenosi, & audiamus Paulum dicentem: Omnis nanq; pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus cōstituitur in his quæ sunt ad Deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. At quum Euangelicum sacerdotium (vt in præfata hæresi ostendimus) nullum aliud habeat sacrificium quam Eucharistiam, conuincitur inde vt illam sacerdos offerre possit pro peccatis, non tantum suis, sed etiam pro peccatis populi. Nam post illa verba adducta, Paulus de eodem sacerdote sermonem faciens, subiungit: Qui condolere possit his qui ignorant & errant, quoniā & ipse circumdatus est infirmitate: & propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis. Ecce qualiter Pauli testimonio omnis sacerdos offert sacrificia non solum pro suis, sed etiam pro populi peccatis. Et cū sacerdotium Euangelicum nullum aliud habeat quod possit offerre sacrificium, sequitur quod illud potest offerre sacerdos pro peccatis populi & suis. Præterea hoc ipsum confirmat inueterata Ecclesiæ consuetudo, quæ non ex permissione Ecclesiæ tolerata est, sed ex præcepto & decreto eiusdem hucusq; seruatur. Nam iuxta illum celebrandum ritum, quem catholica Ecclesia obseruandum tradidit, sacerdos ante Eucharistiæ cōsecrationem sub silentio orat pro viuus, vt illis proficiat ad salutem animæ & corporis illa sacrorum mysteriorum oblatio. Post consecrationem verò sacerdos supplex Deum orat pro defunctis, vt per virtutem illius sacratissimæ oblationis Deus dignetur illis defunctis indulgere locum refrigerij, lucis & pacis. Et hæc consuetudo, quam hodie Ecclesia tenet, non est recens, vt hac occasione eam cōtemnere audeat Lutherus. Nam beatus Chrysostronus Homilia sexagesima nona, Bernardo Brixiano interprete, testatur eam cōsuetudinē emanasse ab Apostolis. Sic enim ait: Nō temerè ab Apostolis hæc sancita fuerunt, vt in tremendis mysterijs defunctorum agatur cōmemoratio. Sciunt enim illis inde multum posse contingere lucrum, vtilitatem multam. Quum enim totus constituerit populus extensis manibus, sacerdotalis plenitudo, & tremendum proponatur sacrificium, quomodo Deum non exorabimus pro his deprecantes? Hæc ille.

Sed multò sunt manifestiora, quæ idem Chrysostronus in ritu missæ ab eo ædito, quem nuper in Latinam linguam vertit Gentianus Heruerus. Nam circa initium eiusdem ritus, hæc ait: Sciendum est, quod si sunt plurimi sacerdotes, qui sacrum ministerium obeunt, sacerdos qui fecit oblationem, ipse etiam sacrum ministerium incipit. Ipse etiam dicit exclamationes. Diaconus alta voce: In pace Dominum oremus. Chorus: Domine miserere. Diaconus: Pro superna pace & salute animarum nostrarum Dominum oremus. Chorus: Domine miserere. Diaconus: Pro pace totius mundi, tranquillitate sanctarū Dei Ecclesiarum, & omnium vnione Dominum oremus. Chorus: Domine miserere. Diaconus: Pro hac sancta domo, & ijs qui cum fidei religione, & Dei timore ipsam ingrediuntur, Dominum oremus. Chorus: Domine miserere. Diaconus: Pro archiepiscopo nostro. N. venerabili presbyteratu, in Christo Diaconatu, vniuerso clero, & populo, Dominum oremus. Chorus: Miserere Domine. Diaconus: Pro religiosissimis & à Deo custoditis nostris Imperatoribus, toto palatio, & eorum castris, Dominum oremus. Chorus: Miserere Domine. Diaconus: Vt vnā bellum gerant, & omnem inimicum & aduersarium suis pedibus subijciant, Dominum oremus. Chorus: Miserere Domine. Diaconus.

conus. Pro hac sancta mansione, tota ciuitate, regione, & ijs qui fide in ea habitant, Dominum oremus. Chorus: Dominus miserere. Diaconus: Pro bona aëris temperie, fructuum terræ fertilitate, & pacificis temporibus Dominum oremus. Chorus: Miserere Domine. Diaconus: Pro nauigantibus, iter facientibus, ægrotantibus, laborantibus, captiuis, & ipforum salute Dominum oremus. Chorus: Miserere Domine. Diaconus: Vt nos liberemur ab omni afflictione, ira, periculo, & necessitate, Dominum oremus. Chorus: Miserere Domine. Ecce Chrysostrum docentem missæ sacrificium offerri non solum pro ipso sacerdote, sed etiam pro omnibus alijs, etiam laicis, presentibus & absentibus: nec solum pro rebus spiritualibus, sed etiam corporalibus. Quod autem possit pro mortuis offerri, & illis proficere, ostendit idem Chrysostrum in principio eiusdem tractatus, ubi docet pro quibus sacerdos offerre debeat, sic inquit: Pro recordatione & remissione peccatorum eorum, qui extruxerunt hanc sanctam mansionem. Deinde meminit pontificis qui eum ordinauit, & aliorum ex ijs qui dormierunt, quos vult, nominatim. Et postremo sic subiungit: Et omnium qui in spe resurrectionis & vitæ æternæ dormierunt, orthodoxorum patrum, & fratrum nostrorum benigne & clemens Domine. Et extollit particulam. Diaconus autem accepta etiam ipse oblatione, & sancta laucea, meminit eorum quos vult ex viuis & mortuis, & postremo, sic dicit: Memento Domine etiam meæ indignitatis, & condona mihi omne peccatum voluntarium. Deinde, meminit etiam eorum quos vult, ex viuis & ex mortuis: & in alia oblatione similiter eorum, qui dormierunt. Hæc omnia Chrysostrum in illo suo ritu missæ. Sed forte hæretici dicit Chrysostrum in his omnibus docere, orandum esse in missa pro viuis & defunctis, non autem pro illis sacrificandum, & corpus Christi offerendum esse. Ne tamen hac via effugere possint, quin ab eodem Chrysostrum condemnentur, audiant ipsum Chrysostrum in eodém tractatu, quid iubeat sacerdotem secretò dicere in oratione fidelium, postquam explicitum est corporale. Hæc enim sunt verba orationis, quam à sacerdote dicendam esse instituit. Gratias agimus tibi Deus virtutum, qui dignatus es nos etiã nunc sancto tuo altari sistere, & ad miserationes tuas pro peccatis nostris, & populi ignorantis procidere, suscipe Deus deprecationem nostram. Fac nos, esse dignos, vt offeramus tibi preces, supplicationes, & incruenta sacrificia pro toto populo tuo: & fac nos idoneos, quos in hoc ministerio posuisti, vt in potestate Spiritus sancti, citra cõdemnationem & offensionem in puro nostræ conscientie testimonio, te inuocemus in omni tempore & loco, vt nos exaudiens sis nobis propitius in multitudine tuæ bonitatis. Hactenus Chrysostrum. In quibus verbis apertissimè declarat, sacerdotem in missa non solum preces & supplicationes offerre: sed etiam sacrificia incruenta corporis & sanguinis Christi: & illa sacrificia docuerat posse offerri pro viuis & defunctis: pro pace, & pro bello: & pro alijs id genus multis, tam temporalibus quam æternis bonis.

Et beatus Ambrosius in quadã epistola consolatoria ad Faustinum de morte sororis, apertum de hac re perhibet testimonium, cū ait: Ego non tam deplorandam, quam orationibus prosequendam reor, non mœstificandam lachrymis, sed magis oblationibus animam eius Domino commendandam. Hæc ille. Beatus Augustinus libro nono Confessionum suarum, matrem suam, Catholicam & sanctam mulierem cõmendat, quod instante resolutionis suæ die, non de sepulchri honore, sed solum de hoc vno esset sollicita, vt frequēs illius memoria in altaris sacrificio fieret, in quo sciebat offerri victimam illam sanctam, qua deletum est peccati chirographum. Cyprianus martyr his omnibus multo vetustior, libro. i. epistolarum suarum, epistola nona de Victore quodã scribens, qui contra decretum episcoporum presbyterum quendam reum suarum

autorem

A autorem constituerat: & ipsius decreti tenorem subiiciens dicit, antecessores suos episcopos salubriter instituisse, ne quis frater excedens de seculo, ad tutelam, aut curam bonorum suorum, clericum nominaret. Quia si quis hoc fecerit, non offeratur pro illo, nec sacrificium pro dormitione eius celebretur. Neque enim ad altare Dei ineretur nominari in sacerdotum prece, qui sacerdotem ab altari voluerit auocare. Hæc decretum episcoporum ante Cyprianum, ex cuius verbis apertissimè conuincitur, eo tempore sacrificium altaris pro defunctis offerri. Sed audiamus quid de illo Victore Cyprianus, iuxta præfatum episcoporum decretum, faciendum esse censcat: Et ideò (inquit Cyprianus) Victor, cū contra formam nuper à sacerdotibus datam, Geminium Faustum presbyterum ausus sit autorem constituere, non est quod pro dormitione eius apud vos fiat oblatio, aut deprecatio aliqua in Ecclesia eius nomine frequentetur: vt sacerdotum decretum religiosè & necessitate factum seruetur à nobis: simul & ceteris fratribus detur exemplum, ne quis sacerdotem Dei ad seculares molestias deuocet. Hactenus Cyprianus. Sed & Tertullianus vno ferè integro seculo Cypriano vetustior, huius consuetudinis in ecclesia seruatae meminit, qui in libro de corona militis, inter illas antiquas Ecclesie consuetudines, quibus tribuit Apostolicam autoritatem, quamuis sint nobis sine scripto commendatae, hanc etiam de sacrificij oblatione connumerat. Tertullianus per septuaginta aut octoginta annos præcessit Alexander papa huius nominis primus, qui in epistola quadam, quam ad omnes fideles misit, differens de oblationibus corporis & sanguinis Domini, quæ in missa Deo offeruntur, hæc ait: Crimina enim atque peccata oblati his Domino sacrificijs, delentur. Idcirco & passio eius in his commemoranda est, qua redempti sumus, & sæpius recitanda, atque hæc Domino offerenda. Talibus enim hostijs delectabitur, & placabitur Dominus, & peccata dimittet ingentia. Nihil enim in sacrificijs maius esse potest, quàm corpus & sanguis Christi: nec vlla oblatio hac potior est, sed hæc omnes præcellit: quæ pura conscientia Domino offerenda est, & pura mente sumenda, atque ab omnibus veneranda, & sicut potior est ceteris, ita potius excoli atque venerari debet. Hæc Alexander papa & martyr, qui sextus à beato Petro Romane sedis episcopatum tenuit. In quibus verbis multa annotare oportet. Primum est quod ait, oblationem corporis & sanguinis Christi in missa fieri: & postea subdit, tales oblationes valere ad remissionem criminum & peccatorum. Dicit tertio, hanc oblationem esse omnium præstantissimam, & Deo gratissimam. Ex qua sententia fortissimum sumitur argumentum ad conuincendum, quod missæ sacrificium possit non solum sacerdoti, sed etiam alijs prodesse. Nam sacrificia legis naturæ proficiebant non solum offerentibus, sed etiam illis pro quibus offerebantur, vt apertè constat testimonio Iob, qui offerrebat per singulos dies pro filiis suis ne forte peccassent. Sacrificia item legis Mosaica non solum proderant sacerdoti sacrificanti, sed illis pro quibus offerebantur, vt constat ex multis oblationibus quas pro peccatis Lex fieri præcepit, quarum aliquæ erant pro peccato sacerdotis, alia pro peccato principis, alia pro peccatis populi. Cū igitur sacrificium missæ, vt Alexander papa & martyr testatur est, sit multo præstantius omnibus alijs sacrificijs, conuincitur inde vt etiam pro alijs offerri, & illis prodesse possit, perinde ac olim sacrificia legis naturæ, & legis Mosaica. Quid igitur Lutherus contra tam antiquam Ecclesie consuetudinem, tot sanctorum virorum testimonijs comprobata, præsumit? Melius est igitur vt tam certam Ecclesie consuetudinem imitemur, quam præsumptuosam Lutheri nouitatem.

Demum, Concilij Cabilonensis decretum de hac re sic definit: Antiquitus hunc morem sancta tenet Ecclesia, vt & missarum solennibus, & alijs precibus Domino spiritus quiescentium commendentur, dicente Augustino: Nō sunt

EEE

præter-

Alexander.

Iob. 1.

Leuit. 4.

Concilium
Cabilonen-
se.

præmittendæ supplicationes, quas faciendas pro omnibus in Christiana & Catholica societate laudamus. Hæc Concilium Cabilonenſe. Sed vt verum fatear, huiusmodi concilij decreta non habentur in eò volumine, in quo sunt omnium conciliorum decreta congeſta: ſed illud fragmentum habui ex Gratiano, qui in volumine Decretorum de conſe. diſt. i. in capite, Viſum eſt, citat illud concilij decretum. Sed Lutheri obiectionibus reſpondere oportet. Sic enim argumentatur: Communio vnus laici alteri laico prodeſſe non poteſt: ergo ſacerdotis miſſa non poteſt populo prodeſſe. Hoc loco miſerè cæcutit Lutherus, non videns hoc inter ſacerdotem & laicos intereſſe, quod olim interſuit inter Apoſtolos è manu Chriſti recipientes Eucharistiã, & ipſum Chriſtum Apoſtoliſ porrigentem. Sicut enim laicus nunc recipit è manu ſacerdotis, ita & tunc Apoſtoli è manu Chriſti. Sacerdos autem facit quod tunc fecit Chriſtus: quoniam idem corpus conficit ex pane, quod tunc fecit Chriſtus. Idem corpus offert Deo, quod poſteà in ara crucis obtulit Chriſtus. Quis autem non videt ineptiſſimum eſſe argumentum quo quis probare vellet Chriſti conſecrationem nullo modo nobis prodeſſe, eò quod Apoſtoli recipiẽtes nihil nobis profuerunt? Si hoc eſſe inualidum argumentum nemo eſt qui non videat, eniã etiam ſimillimi argumenti ineptia non erit aperta, quum argumentatur vnus ſacerdotem non poſſe pro alijs offerre, propterea quod vnus laicus non poteſt pro alio communicare: quoniam (vt diximus) ſacerdos Chriſti locum tenet, laicus verò cõmunicans perſonam agit Apoſtolorum. Secundò quaſi ad eundem lapidem offendens, ſic obijcit Lutherus: Vnus homo nõ poſt pro alio baptizari, nec pro alio vxorem ducere, ergo nec vnus homo poterit pro alio offerre. Huic obiectioni reſpondemus, quod non ſunt omnia ſacramenta ad eundem gnomonem examinanda, cum non ſit omnium illorum aqua viſ & poteſtas. Cum ergo hoc Eucharistię ſacramentum longo intervallo reliqua omnia antecedit, non venit eadem meſura metiendũ qua reliqua. Et ſi hoc gratis daremus Luthero, vt hoc ſacramentum reliquis ſit æquale, non tamen inde colligere liceret tam exactam iſtius ſacramenti ad alia ſimilitudinem. Nam eodem argumento etiam conuinceretur ſacerdotem non poſſe Eucharistiã à ſe conſecratam ſuſcipere, ſed oportere illam recipere à manu alterius ſacerdotis, quia ſacerdos etſi clauas habeat quibus abſoluare poteſt alium poenitentem, non tamẽ perinde poteſt ſeipſum abſoluere. Ergo eodem modo oporteret fateri, quod licet poſſit conſecrare, & alteri communicare, non tamẽ ſibi ipſi. Verũ hæc non ita ſe habent, quoniam non oportet ſacramenta eſſe ſibi inuicem ad eò ſimilia, vt nullum ſit inter illa diſcrimen. De hac re ampliũ dicetur infra, cum de ſuffragijs deſunctorum diſputabimus.

Alij ſunt plures errores, qui ad miſſę celebrationem pertinere videntur. Sed illos iam ſuprà in titulo de Eucharistiã recenſuimus.

MONACHATUS.

Ille humani generis antiquus hoſtis, ad hunc vſq; diem quacunque poteſt tentat vt homini noceat, & impediãt illum à conſecutione beatitudinis æternæ, ad quam creatus à Deo fuerat. Cum ergo viderit dãmõ plures per monachatus ſuſceptionẽ ſuos laqueos euafiſſe, & æternã conſecutus fuiſſe gloriam: ne alij illorũ exemplo ſimiliter eius laqueos euadant, hoc vnus curauit, monachatuũ detrahẽre, vt vel ſic ab illius ſuſceptione homines auerteret. Neque vt hoc faceret deſuerunt illi miniſtri, quos calliditate ſua ſerpentina decepit, vt illi in eandẽ damnationẽ poſteã inducerent alios. Primi ergo dæmonis

Vvaldeſes.

miniſtri fuerunt Vvaldeſes, qui in tantam proruperunt inſaniã, vt dicerent, mendican-

A mendicantium religiones fuiſſe malorum dæmonum inuentionem. Hoc enim illis impingit Aeneas Syluius lib. de origine Bohemorum, cap. 35. Guido tamẽ huius erroris non meminit etiam cum Vvaldeſium errores recenſet. Eodem ferè tempore quo Vvaldeſes, aut parum poſteã quidã Vvillhelmus de ſancto Amore ſcripſit librum, in quo perſuadere conatus eſt hominem non poſſe ſaluari in ordine mendicantium. Sed hunc librum Alexander papa. 4. damnauit vt hæreticum, & præcepit ſub excommunicationis poena vt quicumque illum haberet, combureret. Poſt iſtos hunc eundem errorẽ ſuſcitauit Ioan. Vvicleph, qui non ſolum monachos mendicantes, ſed omnem monachatum atrociter eſt infectatus. Hic enim dixit neminem poſſe ſaluari in religione priuata: imò dicit omnem qui in priuata religione exiſtit, eſſe ineptũ & inhabilem ad obſeruantiam mandatorum Dei. Quapropter addidit, eos qui religiones inſtituerunt, videlicet Benedictũ, Franciſcum, Dominicũ, &c. fuiſſe damnatos, eò quod religiones inſtituerunt, niſi fortè de hoc poeniterint. Hunc Vviclephi inſanum & impium errorem iam ſepultum, ab inferis ſuſcitauit hoc noſtro ſeculo Martinus Luther. dicens non eſſe licitum hominem obligari ad aliquid agendum vltra id quod Dominus nobis præcepit: ſed liberè viuendũ eſſe cuiſlibet, & non ſub lege humana. Quapropter liberam tribuit monachis poteſtatem exeundi à monaſterijs, & vxoris ducendi ſi volunt. Imò in multis Germaniæ oppidis coacti ſunt monachi relinquere propria monaſteria, quia non permittitur eis in illis habitare, niſi cucullã exuant, & vxores ducant. Contra horum omnium errorem decreui nihil in hoc opere ſcribere, ne fortè dicatur de me, eò quod ſim ipſe etiam monachus ex inſtituto Franciſcano, quod meam ago cauſam, & quæro quæ mea ſunt, & non quæ Ieſu Chriſti. Et videtur mihi rem ceſſuram in maiorem monachatus gloriam, ſi cauſa illius ab alijs agatur quam ab ipſiſmet. Et cum non deſuerint qui ſtrenuè pro nobis in hac parte pugauerint, nõ eſt cur nos arma ſumere debeamus. Ioannes episcopus Roſſenſis in eo opere quod contra Lutheri captiuitatem Babyloñicã adidit, pro monachis de Luthero triumphat. Iodocus Clithoueus vir non minus pius quam doctus librum vnũ in fauorem monachatus adidit, & alibi ſæpè pro votis monaſticis cauſam agit, præfertim in eo opere quod dicitur Antilutherus, in cuius libro tertio pro hac ſola cauſa pugnat, & in alio quod fecit pro aſſertione veritatum deſinitarũ in Concilio Senonenſi. Olim ſcripſit beatus Chryſoſt. aduerſus vituperatores vitæ monaſticæ libros tres. Et ſi quis noſtros non dedignatur, beatus Thomas in fauorem monachatus ſcripſit contra præfatũ Vvillhelmum de ſancto Amore librum vnũ. Albertus Magnus deſenſorium mendicantium composuit. Thomas Vvalden. Carmelita in primo tomo doctrinalis fidei antiquæ, circa finem longum de hac re facit tractatum, qui mea ſententia omnes aduerſariorũ calumnias nullius eſſe momenti apertiffimè oſtendit. Verũ ne quis me incuſet, quod iſtorum hæreticorum ſententiam inter hæreſes collocauerim, nulla adducta ratione propter quam cenſetur meritò fuiſſe damnata, Eccleſiæ Catholiçæ definitionẽ proferam, quæ ſola maioris eſt ponderis quam mille ratiocinationes aut ſyllogiſticæ collectiones. Ex. 45. articulis Ioannis Vvicleph in Concilio Conſtantiẽſi ſeſſione. 8. damnatis, multi ſunt ad hanc rem pertinentes. Nam viceſimus articulus ſic ait: Si quis ingreditur religionem priuatam qualemcunque tam poſſeſſionatorum quam mendicantium, redditur ineptior & inhabilior ad obſeruationes mandatorum Dei. Viceſimus primus articulus, ſic ait: Sancti inſtituentes religiones priuatas, ſic inſtituentes peccauerunt. Viceſimus ſecundus articulus ſic dicit: Religioſi viuentes in religionibus priuatis, non ſunt de religione Chriſtiana. Ad idem pertinent articulus. 33. & 34. & 44. Hi autem articuli omnes damnati ſunt in Concilio Conſtantiẽſi, ſeſſione. 8. Cum ergo ſit tam ex-

pressa Ecclesiae definitio, non est opus ut monachi pro se pugnent, aut causam iterum ad litem reuocent. Et si quis nos ad cōtentendam vocauerit, melius est non contendere, sed causam pro nobis dictam ostendere. Ceterum de vna sola re hic volo admonere lectorem, ut aduertat qui sunt ij qui monachatu detrahunt, quoniam nullus vnquam monachatu detraxit, nisi homo voluptuosus, illecebris deditus, quales ego saepe notauī. Et ita sunt tanquam canes in praesepi, prout dicitur in prouerbio: quoniam nec ipsi viam virtutis capefere volunt, & capefentibus, si qui sunt, latratibus & moribus obstant. Hoc autem ideo faciunt, ut videlicet sua occultent scelera. Nam qui prauam vitam duxerit, alios ut nequiter viuant hortabitur, quoniam latere existimat sua flagitia, si alios habuerit suorum scelerū imitatores, & tantò minùs notari credit, quando plures habuerit in crimine socios. Et tantò contrà magis timet pudore confundi, quantò plures fuerint virtutis cultores. Virum namq; ex comparatione virtutis vilescit. Quaedam alia quae ad monachatu pertinent, iam superius pertractata sunt cum de mendicitate ageretur: & inferius amplius dicemus, cum de voris disputabimus.

MULIER.

Est quaedam haeresis afferens mulieres iuste posse ad sacerdotiū promoueri. Huius haeresis autores sunt Pepusiani, sic dicti (ut ait Augustinus libro de haeresibus, cap. 27.) à quodam oppido quod vocabatur Pepusa, ex quo loco dicunt fuisse oriundum Montanum haeticum. Hunc errorem ante mille & trecetos annos sepultum, Lutherus suscitare conatus est, qui ad nihil aliud natus esse videtur, quam ad reuocandum & reducendum in Ecclesiam pestilentes errores ab eadem iam olim explosos atque eiectos. Haec haeresis facile conuincitur, si consideremus quae sint sacerdotis partes aut quod illorum sit munus & officium. Sacerdotis partes sunt tres, iuxta quas sacerdos à non sacerdote secernitur. Nam sacerdoti soli competit corpus Christi ex pane consistere: Eiusdem sacerdotis munus proprium est peccata in confessione audire, & illis auditis, peccatorem ab illis absolueret. Ad sacerdotem etiam pertinet ex officio docere. At cum nullum istorum competere possit mulieri, conuincitur mulierem non posse vllò modo ad sacerdotium promoueri. Quod enim mulier non habeat potestatem consecrandi Eucharistiam, inde colligitur quod talis potestas fuit à Christo sacerdotibus viris collata in coena vltima, cum Apostolis dixit: Hoc facite in meam commemorationem. At cum Christus haec verba dixit, nulla ibi aderat mulier, ad quam illa verba possent referri. Non fuit ergo tunc à Deo talis potestas mulieri collata. Quod si consecrare non possunt, ergo nec poenitentes absolueret, quoniam haec potestas quae circa corpus Christi mysticum exercetur, inuitur alteri potestati, quae est circa corpus Christi verum, sicut umbra pendet ex corpore, quia primam potestatem Christus contulit sacerdotibus in coena vltima ante mortem: secundam vero non nisi postquam à mortuis resurrexerat, cum videlicet existens in medio Apostolorum, dixit eis: Quorum remisistis peccata, remissa erunt, &c. Si à muliere ergo primam auferes potestatem, fit ut necessario etiam auferas secundam. Praeterea, cum hanc absoluendi potestatem Apostolis tribuit, nulla aderat mulier, sed soli viri, puta decem Apostoli, prout Ioannes Euangelista refert: ergo (ut de consecratione colligimus) talis potestas absoluendi non fuit à Deo mulieribus collata. Rursum, si non esset aliquod scripturae testimoniū ad probandum mulieres non posse confessiones peccatorum audire, hoc solum sufficeret, quod mulieres male audiunt de taciturnitate: nec immerito, cum hoc sit illis natium

A natium & genuinū, ut parum probè taceant si quid audierint secretius. Sunt enim natura garrulae. Quò fit, ut quò eam magis secretò astrinxeris, eò libentius postmodum effundat. Consultius ergo Deū egisse credimus, quam Lutherus docet. Nam minime expediebat ut omnia in eius aurem effunderemus, quae peruiam & patulam habet viam ab auribus ad linguam. Tertium quod sacerdoti conuenit ex officio, est doctrina. Illis enim incumbit alios docere, secundum quod Dominus per Malachiam prophetam ait: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent de ore eius, quia angelus Domini exercituum est. Hoc autem munus non posse vllò pacto mulieribus permitti, Apostolus Paulus testatur, qui apertissime mulieribus interdicit ne docere praesumant, dicens: Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virū, sed esse in silentio. Si ergo mulier non potest docere, neque Eucharistiam conficere, neque absolueret: conuincitur ut etiam sacerdos esse non possit. Accedit ad haec, totius catholicae Ecclesiae perpetuus usus, quae nunquam permisit mulierem sacerdotis officio fungi: Et certè si quisque aduertat quanta sit sacerdotij dignitas, & quantum reliquas omnes dignitates excedat, ilico cognoscat merito fuisse talem dignitatem mulieribus denegatam. Nam mulieres oportet esse subditas viris, quia (ut ait Paulus) caput mulieris vir. Mulieres patiuntur prudentiae defectum, & ideo faciles sunt, ut decipiantur. Prima est enim seducta mulier in praeruaricationem. Mulieres sunt natura inconstantes & mobiles, sicut Sapiens ait: Virum de mille vnum reperi, mulierem ex omnibus non inueni. Et iterum alibi: Mulierem fortem quis inueniet? Procul & de vltimis finibus precium eius. Mulieres natura sunt fragiles, & ideo beatus Petrus vocat mulierem fragilius vasculum.

B Theophylactus interpretans illud Pauli: Mulier seducta in praeruaricatione fuit, sic ait: Quia semel mulier virum edocuit, & cuncta peruertit, idcirco nequaquam haec habeat velim docendi de cetero potestatem. Est namque mulier natura leuior, & facile fallitur. Aduerte autem quemadmodum non Euam dixerit deceptam esse, sed mulierem, tanquam de ipso muliebri genere disseruisset. Nam quemadmodum natura omnis humana in Adam perditam est, sic & per Euam in omne firmineum genus delapsa est leuitas, qua & praeruaricatio ipsa primum Euam inuasit. Haec Theophylactus. Cum ergo mulieres tot naturales patiantur defectus, non est credendum fuisse illis commissum tale officium, ad cuius debitam executionem maxime exigitur ut illis omnibus defectibus careat qui illud exercere debet.

MUNDVS.

Hic apertissime comperimus verum esse quod in primo huius operis libro docuimus, bonam haeresum partem à gentiliū librorum lectione ortum habuisse. Nam cum plures fuerint de uatura mundi & illius qualitate haereses ortae, ferè omnes ex philosophorum officina prodierunt. Est enim quaedam haeresis docens materiam elementorum, ex qua factus est mundus, non esse factam à Deo, sed esse Deo coaeternam. Huius erroris autores fuerunt Seleucus, à quo Seleuciani: & Hermias, à quo Hermiani. Sic enim de illis refert beatus Augustinus in libro de haeresibus, capite 59. Eundem errorem post multa tempora docuerunt Albanenses. Eidem adhaesit quidam Hermanus Riffuich Hollandinus, de quo iam supra habitus est sermo. Hi autem & Albanenses absolutè dixerunt mundum fuisse ab aeterno. Quis non videt hunc errorem ex Aristotelis schola prodijisse? Si contra Aristotelem esset nobis pugnandum, durū certè & laboriosum esset futurum certamen, quoniam contra

illum parum agerent scripturæ sacræ testimonia: Verum cum aduersus eos sit nobis designata pugna, qui Christo nomina in baptismo dederunt, facillimè de illis triumphabimus. Apertissima certè & notissima sunt ea quæ in primo capite Geneleos de mundi creatione differuntur. Et Ioannes Euāgelista de filio Dei loquens, ait: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil. Et iterum ibidem: In mundo erat, & mundus per ipsum factus est. Nullus ergo dicere audeat mundum fuisse ab æterno, cū beatus Ioannes tam apertè dicat mundum esse factum à Deo.

Secunda hæresis docet mundum non finiendum. Hic etiam error ab Aristotele docetur. Post Aristotelem autem, ex ijs qui se Christianos iactant, Albanenses eundem tutantur errorem, dicentes mundum nunquam finiendum, sed semper in hoc statu mansurum. Quod si capiant mundum pro sola elementorum & cœlorum substantia, certè eorum sententia non est hæresis censenda, quoniam etiam peracto iudicio vniuersali cœlum manebit, & elementa manebunt iuxta eorum substantiam, imò puriora quàm nunc sunt. Si verò capiant mundum pro habitatoribus mundi, prout capit Ioannes cum dicit: Mundus eum non cognouit. Et iterum: Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum vnigenitum daret: iuxta hanc mundi significationem error est apertus dicere mundum non esse finiendum, ita ut nunquam desint generationes hominum in eo habitantium: quoniam (ut supra contra eisdem Albanenses probauimus) iudicium vniuersale est futurum: in quo omnes comparebunt, ut recipiat vnusquisq; mercedem suam, siue bonum siue malum, prout in corpore gessit. At si mundus non finietur, non poterit generale iudicium fieri: quoniam quod infinitum est, nunquam poterit in vnum comprehendi. Cum ergo constet iudicium vniuersale esse futurum, oportet ut mundus aliquando finiatur.

Tertia hæresis docet mundum esse creatū non à Deo, sed ab angelis. Hic error etiā videtur prodijisse ex officina Aristotelica. Nam quamuis Aristoteles negauerit mundum creatum, dixit tamen omnia quæ in istis inferioribus fiunt, fieri ab intelligentijs, quoniam quæ à Deo immediatè fiunt, dixit Aristoteles fieri necessariò, quapropter dicebat res contingentes fieri ab intelligentijs. Ex quo errore hausisse videntur hæretici dicentes mundum esse factum ab angelis. Huius hæresis primus auctor fuit Simon Magus, quem secuti sunt plures alij, videlicet Menander eiusdem Simonis discipulus, & Saturninus, a quo Saturniani, Nicolaitæ, Carpocratiani, Cerinthus, & Archontici, qui sic appellati sunt à principibus quibus mundi creationem tribuunt. Istorum omnium communis error iam supra prostratus est in titulo de creaturis, hæresi prima. Illo enim loco probauimus ex sacris literis omnia esse creata à Deo, & à nullo alio.

Quarta hæresis fuit quorundam dicentium mundum esse factum à Deo: sed hi ponunt plures deos, quorum vni tribuunt huius mundi facturam, alterum autem nihil produxisse dicunt. Et hic error etiam ex fabulosa gentilitate deductus esse videtur. Nam Gentiles fermè omnes credebant deorum multitudinem. De hoc errore iam supra differuimus in titul. de Deo, hæresi prima. Ibi enim ostendimus ex sacris literis solum vnum esse Deum, eumque esse creatorem cœli & terræ. Qui ergo auctores erroris huius nosse cupit, ex illo loco discat.

Quinta de hac hæresi est, quæ asserit hunc mundum etiam post resurrectionem mortuorum in eodem statu, in quo nunc est, esse mansurum: neque ita esse mutandum ut sit cœlum nouum, & terra noua. Hanc hæresim inter alias recenset Philaster Brixienensis, in suo libello de hæresibus, nulum tamen illius declarat auctorem. Beatus Augustinus etiam in suo opusculo de hære-


A de hæresibus, capite. 67. huius hæresis post Philastrum meminit, neque vllum etiam illius indicat patronum. Hanc hæresim aperta sacræ scripturæ testimonia condemnant. Nam in Psalmo. 101. Propheta ait: Initio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem idem in æternum permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent: & velut amictū mutabis eos, & mutabuntur. Vide quoties cœlorum mutationem indicat. Nam dicit illos perituros, & velut amictum nutandos: quod haud dubiè idem est. Non enim cœli omnino peribunt: sed in melius mutabuntur. Nam beatus Hieronymus in commentarijs super. 65. Esaia: caput, postquam hæc verba, quæ nunc ex Dauide protulimus, citauit, hæc verba subiungit: In quo perspicuè demonstratur, perditionem & interitum, non abolitionem in nihili, sed commutationem sonare in melius. Neque enim illud quod in alio loco scriptum est: Luna fulgebit vt Sol, & Sol septuplum lumē accipiet. interitū significat pristinorum, sed commutationem in melius. Quod vt possit intelligi, nostræ conditionis ponamus exempla. Infans cum in puerum creuerit, & puer in iuuenem, & iuuenis in virum, & vir in senem, nequaquam per singulas ætates perijt. Idem enim est qui prius fuit: sed paulatim immutatur, & atati pristina perisse dicitur: Quod intelligens & Paulus Apostolus loquebatur: Præterit enim figura huius mundi. Consideremus quid dixerit, figura præterit, nō substantia. Hactenus Hieronymus. In cuius verbis aperta satis est veritatis intelligentia. Præterea Saluator noster apud Matthæum ait: Cœlum & terra transibunt. Quæ Saluatoris verba (vt beatus Hieronymus in commentarijs super Psalmos docet) idem docent quod Propheta Dauid in Psalmo. 101. docuit. Deinde beatus Petrus apertissimè hanc sententiam docet, sic inquit: Adueniet autem dies Domini vt fur, in quo cœli magno impetu transient, elementa verò calore soluentur, terra autem & quæ in ipsa sunt opera, exurentur.

B Quum igitur hæc omnia dissoluenda sint, quales oportet nos esse in sanctis cōuersationibus & pietatibus, expectantes & properantes in aduentum diei Domini, per quæ cœli ardentis soluentur, & elementa ignis ardore tabescent? Nouos enim cœlos & nouam terram & promissa ipsius expectamus. Hæc beatus Petrus Apostolus. Quæ illius verba tam apertè hanc hæresim oppugnant, vt nō sit opus pluribus testimonijs ad illam reuincendā. Verum aliqua indigēt interpretatione hæc verba, præsertim ab eo loco vbi ait: Cœli ardentis soluentur. Quæ verba non de illis cœlis, in quibus Sol & Luna & reliqua astra sunt fixa, qui à nobis remotissimi sunt, debent intelligi: sed de cœlo isto inferiori, quæ aëris regio dicitur, sunt accipienda. Nam de illis superioribus cœlis, an sint calore soluendi, Augustinus dabitur, qui super Psalmum. 101. per tractans hæc beati Petri verba, ita ait: Iam ergo dixit perisse cœlos per diluuium: perisse autem nouimus cœlos secundum quantitatem & spatia aëris huius. Excreuit enim aqua, & totam istam capacitatem, vbi aues volitant, occupauit: ac sic vtique cœli perierūt propinqui terris: cœli, secundum quod dicuntur aues cœli. Sunt autem & cœli cœlorum superiores in firmamento: sed vtrum ipsi perituri sint igne, an hi soli cœli qui etiam diluui perierunt, disceptatio est aliquantò scrupulosior inter doctos, nec facillè (maximè in angustia temporis) explicari potest. Dimittamus ergo eam, vel differamus: nouerimus tamen perire ista, Deum manere. Hactenus Augustinus. Iuxta cuius sententiam constat cœlos pro aëre sumi eo loco, quo beatus Petrus dixit: Cœli ardentis soluentur. Quum tamen infra Petrus subiungit: Nouos verò cœlos & nouam terram & promissa ipsius expectamus: ibi cœlos pro illis etiam qui sursum sunt, à nobis remotissimi, intelligere possumus, quoniam illi etiam iuxta vaticinium Esaia: mutabuntur in melius. Et erit, inquit ille, lux Lunæ sicut lux Solis: & lux Solis erit septupliciter, sicut lux septem dierum, in die qua alligauerit Do-

F. ALFONSI DE CASTRO MINORITAE

Iſa. 56.
Apoc. 21.
 ſeruit Dominus vulnus populi ſui, & percuffuram plagæ ſanauerit. Et iuxta hanc cœlorum ſignificationem beatus Hieronymus interpretatur aliud Eſaiæ vaticinium, quo ait: Ecce enim ego creo cœlos nouos & terram nouam: & nō erunt in memoria priora. Et iuxta eandem ſignificationem accipiendum eſt quod in Apocalypſi dicitur: Vidi cœlum nouum, & terram nouam. Noua omnia dicit, non quōd alia ſint, ſed quia in melius omnia mutata: quemadmodum ex Hieronymi ſententia ſuprà docuimus. Et quidem pro hac re abundè me dixiſſe arbitror. Non enim opus eſt in re aper-
 tiſſima testimoniſſe multitudi-
 ne grauare lecto-
 rem, præfertim cum nullum huius hære-
 ſis agnoſcamus patronum,
 quem deuincere
 oporteat.

F. ALFON-




F. ALFONSI DE CASTRO,
ZAMOREN. MINORITAE,
 aduerſus Hæreſes, in Li-
 brum. XI.

P R A E F A T I O.

Hoc loco eadem lege oportebit nos vti, qua ſuprà libro ſeptimo uſi ſumus: quoniam hæc litera N, adeo ſterilis eſt, ut vix duæ ſint diſtiones ab illa initium ſumentes, quæ talem rem ſignificent, de qua aliqua ſit hæreſis orta: quapropter cum diſtiones ab hac litera incipientes non ſufficiant ad vnum vel medio-
 cris quantitatis librum abſoluendum, coniun-
 gemus illis diſtiones à ſequen-
 ti litera incipien-
 tes.

F. ALFON-



NVDITAS.



Adamiani

Vit hæresis quorundam dicentium nuditatem esse bonam & honestam. Hunc errorē tenuerunt quidam dicti Adamiani, sic dicti, quia nuditatem, quā Adam in paradiso habuit ante peccatū, imitari volebāt, & ita semper mares & foeminae nudi obābulabant, nudi lectiones audiebant, nudi orabant, nudi celebrant sacramenta: & propter hoc suam Ecclesiam, hoc est, suam congregationem, appellabant paradysum.

Quis autem fuerit huius hæresis primus autor, & quo tēpore cœperit, apud neminem inuenire potui.

Hi hæretici effrontes & inuerecundi, etsi Adæ nuditatem in paradiso imitentur, illius tamen innocentiam non seruant, imò peccatum illius augent, quoniam licet ante peccatum Adam & Eua fuissent nudi, post peccatum tamen, vt ait scriptura, fecerunt sibi perizonata, & Deus fecit illis tunicas pelliceas. Et longo tempore postea statuit populo Israël quoddam genus vestimenti, per quod ab alijs nationibus distinguerentur. Et sacerdos ex Dei præcepto peculiare habebat vestimentum cum offerre debebat, & intrare in Sancta sanctorum. Demum, ipse veritatis magister, qui viam Dei in veritate docuit verbo & exemplo, vestimenta habuit, quorum vnum fuit tunica incōsultilis desuper contexta per totum.

Gen. 3.
Deut. 22.
Exod. 29.

1004. 19.

NVPTIÆ.

Prima hæresis quæ de hac re orta est, docet nuptias esse illicitas, omnesq; illos peccare dicunt, qui nuptiarum fœdera inter se iungunt. Huius erroris primus autor fuit Tatianus, à quo, vt supra diximus, Encratitæ originem sumpserunt. Sed si vera sunt quæ catalogus hæreticorum de Heracleonitis refert, Heracleon illorum princeps erit primus huius erroris inuētor: quoniam Heracleon, qui discipulus fuit Valentini hæretici, vetustior est quam Tatianus, qui fuit (vt aliās diximus) discipulus Iustini martyris. Verum, vt ingenue fatear, parum fido in hac parte illis quæ catalogus refert, quia Augustinus in libro de hæresibus, capite decimosexto de Heracleone loquens, nihil tale illi impingit, vt videlicet nuptias damnauerit. Et Philaster in suo libro de hæresibus, huius Heracleonis errores recensens, nunquam huius erroris meminit. Quapropter nisi aliud obflaret, ego crederem Tatianum fuisse huius erroris primum autorem, & ita solet communiter ab omnibus vocari hic error Encratitarum, quorum princeps fuit Tatianus. Verum beatus Hieronymus libro primo contra Iouinianum prope initium libri, testatur hunc fuisse errorē Marcionis, ita dicens: Neq; verò nos Marcionis & Manichæi dogma sectantes nuptijs detrahimus. Hæc ille. Et ideò iuxta Hierony. sententiam oportet vt huius erroris principatum tribuamus Marcioni, cum hic fuerit Tatiano vetustior. Eundem errorem tutati sunt Adamiani, dicentes quòd si Adam non

Tatianus.
Encratitæ.
Heracleon.

Martion.
Manich.

Adamiani

peccasset

A peccasset, nulla fuissent futurae nuptiae: quapropter illi Adam in paradiso imitari volentes, nuptias fugiunt. De fundamento, cui isti Adamiani innituntur, non est opus nunc disputare, quia supra libro secundo, sub titulo de Adam & Eua, hæresi tertia hoc fundamentum funditus euertimus. In eodem errore fuerunt Acriani, qui (vt Augustinus ex relatu aliorum refert) non admittunt ad communionem suam nisi continentes. De Priscillianistis refert Augustinus in libro de hæresibus, quòd coniugia separauerint, & quibus hoc persuadere poterant, foeminas à nolentibus viris, & viros à nolentibus foeminis disungebant. Quare autem hoc fecerint, an quia nuptias damnauerint, aut fortè quia putauerint nuptiarum fœdera semel iuncta posse ad alterius coniugis arbitriū rescindi, Augustinus non expressit. Hos hæreticos præuidens spiritu prophético beatus Paulus, in prima ad Timotheum epistola sic de illis ait: Spiritus autem manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis demoniorū, in hypocrisis loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere. Encratitæ ergo & alij prohibentes nubere, iuxta Pauli censuram sunt dicendi mendaces, attendentes spiritibus erroris & doctrinis demoniorum. Præterea, si nuptiae fuissent illicitae, Christus non decorasset illas sua praesentia. At cum nuptijs Christus interfuerit, & in illis primum omnium signorum fecerit, conuincitur nuptias non esse illicitas. Rursum, si nuptiae sunt malae, oportebit fateri Deum esse malorum autorem, quoniam Deus ipse est nuptiarum institutor, qui creatis primis hominibus dixit: Crescite & multiplicamini, & replete terram. Et ne hoc ad solum illum innocentiae statum quis referre possit, Christus eandem nuptiarum institutionem probat, qui Pharisæis quaerentibus, an liceret dimittere uxorem propter aliquam causam, respondit dicens: Non legistis quia qui fecit hominem ab initio, masculum & foeminam fecit eos, & dixit: Propter hoc ergo relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suae, & erunt duo in carne vna? itaq; iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo nō separet. Quid ergo impij hæretici separare tentant quod Deus coniunxit? Et Paulus in priore epistola ad Corinthios ait: His autem qui matrimonio iuncti sunt praecipio, non ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere. Et iterum: Solutus es ab uxore, noli quaerere uxorem. Si autem acceperis uxorem, non peccasti: & si nupserit virgo, non peccat.

Et in epistola ad Hebræos iterum ait: Honorabile connubium omnibus, & thorus immaculatus.

Et beatus Petrus praecipit mulieribus vt sint subditæ viris suis: & viris praecipit vt praestent honorem mulieribus tanquam cohæredibus gratiae. Si autem nuptiae essent illicitae, beatus Petrus non doceret coniuges modum, secundū quem viuere debent.

Præterea: Qui hanc hæresim tuentur, seipsos per illam damnant. Nam illi ex nuptijs existunt, & à muliere generati sunt, & ex semine viri: quòd fit vt necessario seipsos condemnent, aut nuptias probent. Si enim se saluari putāt, necessarium est, vt nuptias vnde illi exierunt, bonas esse dicant. Si verò nuptias abominabiles esse dicunt, necesse est vt quicquid ex illis prodierit, sit etiam abominabile.

De hac re scripsit beatus Augustinus pluries. Contra hanc hæresim extant aliquotum Conciliorum decreta. Nam Concilium Gangrense, capite decimo-quarto suorum decretorum sic ait: Si qua mulier derelicto viro discedere voluerit soluto vinculo coniugali, nuptias damnando, anathema sit. Et idem definit Concilium Braccarense primum, capite vndecimo.

Acriani.
Priscilliani-
sta.

1. Tim. 4.

1004. 2.

Genes. 1.

Matth. 19.

1. Cor. 7.

Ibidem.

Concilium
Gangren.

Concilium
Braccaren.

Secunda

Secunda hæresis est, quæ primas nuptias admittit, secundas tamè damnat. *Cataphryges. Montanus.* Huius hæresis autores sunt Cataphryges, quorum princeps fuit Montanus. Eundè errorem postea docuit Tertullianus, qui etsi prius contra Cataphryges pro hac re pugnaverit, postea tamen ad Cataphryges redijt, eorum defendens errorem. Extat vsque hodie liber, quem pro huius erroris defensione fecerat, qui inscribitur de Monogamia. Post istos successit in eodem errore Nouatus quidam presbyter Romanus tempore Cornelij papæ & martyris, à quo Nouato appellati sunt Nouatiani, qui alio nomine vocati sunt Cathari, id est mundi, sic appellati propter munditiam quam superbissimè & odiosissimè iactabant. Guido Carmelita in sua summa de hæresibus, dicit hunc esse vnum ex erroribus Græcorum. Hæc hæresis facile conuincitur per id quod habetur in Deuteronomio: Quâdo habitauerint fratres simul, & vnus ex eis absque liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri, sed accipiet eâ frater eius, & suscitabit semè fratris sui, & primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit. Ecce hîc vides secundas nuptias non solum permittas, sed præcepto mandatas. Quòd si hoc licuisse illis dicas tunc tempore legis veteris, nõ autem nunc tẽpore legis gratiæ, obstat id quod ait Paulus in ea quæ est ad Romanos epistola: Mulier viuente viro vocabitur adultera si fuerit cù alio viro. Si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri, vt nõ sit adultera si fuerit cum alio viro. Et in priore epistola ad Corinthios expressiùs hanc confirmat sententiam, dicens: Mulier alligata est legi quanto tempore vir eius viuit. Quòd si dormierit vir eius, liberata est à lege. Cui autem vult, nubat, tantum in Domino. Nihil expressiùs dici poterat ad huius erroris expugnationè. Sed impij & blasphemij Cataphryges videntes tam apertum scripturæ testimoniũ, vt nullum illis pateret effugium, Paulum non recipiunt, dicentes illum nõ plenè recepisse Spiritum sanctum, sed solum ex parte prophetasse, ac proinde asserunt non esse illi credendum, sed magis credendum esse Montano hæretico eorum principi & magistro, in quem dicunt Spiritum sanctum plenè descendisse. Istorũ error non est rationibus conuincendus, sed vtricibus pœnis cõrrendus. Præterea multi sancti homines, quorum nomina sunt scripta in libro vitæ, secundas cõtraxerunt nuptias. Si ergo secundæ nuptiæ damnantur, & illos damnare oportet qui in illis vitam finierunt. Abraham post mortem Saræ primæ vxoris, duxit secundam vxorem quandam Cethuran. Ruth mulier scripturæ testimonio sancta, mortuo suo primo viro filio Noëmi, nupsit secundo viro, qui dictus est Booz. Sara vxor Thobie iunioris, mulier etiam scripturæ testimonio probata, post septem viros quos habuerat, & dæmon occiderat, nupsit Thobie iuniori, in quo matrimonio permanserunt Domino famulantes, ita vt accepti essent tam Deo quàm hominibus, & cunctis habitantibus in terra. Mulier Samaritana quæ quinque viros habuerat, nõ propter hoc reprehensa est à Domino, sed quia ille, quem tunc habebat, nõ erat suus vir. Nam ex eo quòd illos quinque appellauit viros eius, videtur approbasse illorũ matrimonium. Nam si non fuisset verum matrimonium cù secundo, aut tertio, aut quarto, aut quinto, nullus illorum fuisset vir eius, quoniam per matrimonium fit vt vir dominetur corpori mulieris, & mulier dominetur corpori viri. Si ergo quinque viros habuit, ergo quinque verum matrimonium cõtraxit: de qua re cum non fuerit à Christo reprehensa, conuincitur secundas & tertias & omnes sequentes possibiles nuptias non esse illicitas. Demum aduersus hanc hæresim extat Concilij Nicani definitio, quæ habetur cap. 8. decretorum eiusdè Concilij. Ibi enim concilium præcipit, vt qui ex Nouatianis ad Ecclesiam Catholicam redire voluerit, non recipiatur, nisi prius per scripturam fateatur se communicaturum cum ijs qui secundas nuptias fortè experti fuerint. Et concilium Florentinum, quod pro vnione Græcorum sub Eugenio quarto huius nominis

A nominis pontifice celebratum est, de hac re per sequètia verba definit: Quoniam nonnullos asserit quartas nuptias tanquam condemnatas respuere: ne peccatum vbi non est, esse putetur, cum secundum Apostolum mortuo viro mulier sit ab eius lege soluta, vt nubendi cui vult in Domino habeat facultatem, nec distinguat mortuo secundo vel tertio, declaramus non solum secundas, at tertias & quartas atque vltiores, si aliquod canonicum impedimentum non obstat, licitè contrahi posse. Commèdatiores tamen dicimus, si vltorius à coniugio abstinentes in castitate permanserint. Hactenus Conciliũ Florentinum.

Tertia hæresis negat in nuptijs aliquod esse sacramentum, dicens illam maris & foeminae indissolubilem coniunctionem non esse sacramentũ, neque per illam conferri aliquam gratiam. Huius hæresis primi autores sunt Armeni, qui de omnibus sacramentis dicunt ea nullam gratiam conferre. *Armeni.* Post istos primus ex his qui nuptias probant, huius erroris magister est Lutherus, qui cum alia sacramenta sic pertractet, vt ex illis aliquod neget esse institutum in signum, in alio neget promissam gratiam, in matrimonio verò negat vtrumq; Sed quamuis Lutherus hoc neget, nos Deo adiutore vtrumq; ostendimus ex sacris literis. Quòd matrimonium sit sacramentum institutum in signum, Paulus Apostolus apertissimè docet in ea quæ est ad Ephesios epistola, dicens: Mulieres viris suis subditæ sint sicut Domino, quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesiæ, ipse Saluator corporis eius. Sed sicut Ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres viris suis in omnibus. Viri, diligit vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiã, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata. Ita & viri debent diligere vxores suas, vt corpora sua. *Lutherus.* Qui suam vxorem diligit, seipsum diligit. Nemo enim vnquam carnem suam odio habuit, sed nutrit, & fouet eam, sicut Christus Ecclesiam, quia membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem suam, & adhaerebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo & Ecclesia. Hucusq; beatus Paulus. Ecce hîc apertissimè Paulus docet matrimonium viri & vxoris, sacramentum esse quod repræsentat cõiunctionem Christi cum Ecclesia: atque idè virum comparat Christo, vxorem Ecclesiæ. Virum caput esse dicit illius corporis, quod vnum facit cum foemina, Christum verò caput esse dicit eius corporis, quod vnum facit cum Ecclesia. Neque aliam causam adfert cur vir debeat diligere vxorem suam, quàm ne dissimile signum sit Christo quem repræsentat, qui adèd sponfam diligit Ecclesiam, vt pro ea mortem subire dignatus sit. Mulierem verò docet, vt virum timeat ac reueretur: quod vt rectius & facilius persuadeat, allicit eam exemplo Ecclesiæ, cuius imaginem gerit, quæ Christo sponso suo per omnia obedit. Nihil ergo aliud Apostolus loco illo differit, quàm vt moneat coniuges ad mutuam inter se charitatem exemplo Christi & Ecclesiæ, quos repræsentant, ne videlicet fallacia sint signa, sed verè reddant ea quorum imaginem referunt. Et tandem post multas adductas similitudines claudit sententiam, dicens: Sacramentum hoc magnum est. Præterea, Ecclesia quæ (vt iam sæpè ostendimus) errare non potest, censet septem esse sacramenta: quoniam inter plures articulos Ioannis Hufs, quos Concilium Constantiense sessione quintadecima damnauit, vnus eorum, sic ait: Sacerdotes quomodolibet criminose viuentes sacerdotij polluant potestatem, & sicut filij infideles sentiunt infideliter de septem sacramentis Ecclesiæ. Hæc autem assertio Ioannis Hufs cum ibidem damnetur, inde colligimus Ecclesiam sentire septem esse sacramenta.

At sacramenta esse non possunt septem, nisi inter illa numeretur matrimonium. Matrimonium ergo est sacramentum. Rursum, matrimonium esse sacramentum, non solum docent ij, quos per contemptum Lutheri sententiarum appellat: sed illud etiam sentiunt veteres Ecclesiae doctores. Ambrosius exponens illum locum Pauli, quem proxime citauimus, ait: Mysterij sacramentum grande in unitate viri ac foeminae esse significat. Nec hoc prodit, sed aliam causam quae non discordet à memorato mysterio flagitat, quam scit ad profectum humani generis pertinere, hoc est Ecclesiae & Saluatoris, vt sicut relictis parentibus homo vxori suae adhæret, ita relicto omni errore Ecclesiae adhæreat & subiciatur capiti suo, quod est Christus. Hæc Ambrosius. Eidem sententiae fauet Augustinus in libro de bono coniugali, capite. 7. vbi hæc ait: Vsq; ad eod fœdus illud initium nuptiale cuiusdam sacramenti res est, vt ipsa separatione irritum fiat, quandoquidem viuentem viro à quo relicta est, moechatur si alteri nupserit, & ille huius mali causa est qui reliquit. Vnde nec ipsa, viuentem adultero, potest alteri nubere: nec ipse, viuentem adultera, alteram ducere, sicut docet Apostolus. Vnde non licet homini dimittere sterilem vxorem, ac nostris quidem iam temporibus ac more Romano nec superinducere, vt amplius habeat quam vnâ viam: quod non licet, sicut diuina regula præscribere videtur. Vnde quem non faciat intentum, quid sibi velit tanta firmitas vinculi coniugalis? Quod nequaquam tantum puto valere potuisse, nisi alicuius rei maioris ex hac infirmitate hominum, quoddam sacramentum adhiberetur, quod deferentibus hominibus atque id dissoluere cupientibus inconcussam illis maneret ad poenam. Siquidem interueniente diuortio non aboleretur illa confœderatio nuptialis, ita vt sibi coniuges sint etiam separati. Et iterum. Semel autem initum coniugium in ciuitate Dei nostri, vbi etiam ex prima duorum hominum copula quoddam sacramentum nuptiae gerunt, nullo modo potest nisi alicuius morte dissolui. Hæc Augustinus. Et idem dicit capite. 15. & 18. & 24. eiusdem libri. Ex his testimonijs Ambrosij & Augustini, quae nunc proxime citauimus, cõuincitur mendacium Ioannis Caluini, quod ille confinxit in fauorem hæresis Lutheranae. Is enim in suo illo opere de institutione Christiana, capite decimonono, hæc ait: Postremũ est matrimonium, quod vt à Deo institutum fatentur omnes, ita pro sacramento datum nemo vsque ad Gregorij tempora viderat. Hæc ille. Quam falsum sit hoc quod Caluinus ait, apertissimè conuincitur per hoc quod constat, Ambrosium & Augustinum vno integro seculo, & eo amplius præcessisse Gregorium. At illi duo matrimonium appellauerunt sacramentum, ergo ante tempora Gregorij aliqui cognouerunt matrimonium esse sacramentum. Non tantum fœcunditas, cuius fructus in prole est: neq; tantũ pudicitia, cuius vinculum est fides: verũ etiam sacramentum nuptiarum commendatur fidelibus coniugatis. Vnde dicit Apostolus: Viri, diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam. Hæc Augustinus. Sed hic Lutherus nobis obijcit quod in illo Pauli loco proxime citato non habetur Græcè sacramentum, sed mysterium: non debet ergo appellari sacramentum, sed mysterium. O indissolubilem nodum. Si res cõstat, quid moratur vim in vna vocula facere? Si coniugium illud maris & foeminae representat coniugium Christi cum Ecclesia, ergo signum est alterius rei, modò id concedat, cum nos illud tale appellemus sacramentum, si ipse appellare vult mysterium, parum interest, quoniam omnia sacramenta sunt mysteria quædã. In cuius rei testimonium efficacissimum est id, quod in verbis consecrationis habetur, quibus tota Catholica Ecclesia vtitur ad conficiendum ex vino sanguinem Christi. Nam in illis verbis, ipsum Eucharistiae sacramentum appellatur mysterium fidei. Quod non alia ratione dictum est, nisi quia idem credidit Ecclesia esse sacramentum & mysterium. Malè ergo colligit Lutherus, matrimonium

monium non esse sacramentum, per hoc quod Paulus de illo loquens, vocauit illud mysterium: quoniam vt ostendimus, idem simul est sacramentum & mysterium. Secundò Lutherianus argumentatur contra nos, sic inquit: Deinde cum matrimonium fuerit ab initio mundi, & apud infideles adhuc permaneat, mille subsunt rationes, vt sacramentum noue legis & solius Ecclesiae possit dici. Non minùs enim erant matrimonia patrum sancta quam nostra, nec minùs vera infidelium quam fidelium, nec tamen in eis ponunt sacramentum. Hæc Lutherus. In quibus verbis duo manifestè falsa assumit, & idè non est mirum, si malè colligat. Primò quidem falsum est matrimonium sanctorum Patriarcharum non esse, nostro iudicio, sacramentum: Omnes enim Theologi Catholici concorditer sententia docent, matrimonium illorum sanctorum virorum, qui in lege naturæ aut Moyse vixerunt, fuisse verum sacramentum, quia cum illi Deo reuelante habuerint fidem Christi incarnandi, matrimonium illorum fuit signum coniunctionis illius, qua Christus cum Ecclesia tanquam cum sponsa sua coniungendus erat, sicut matrimonium quod nunc cum fide Christi incarnati contrahitur, signum est illius cõiunctionis, qua Christus iam coniunctus est cum Ecclesia. Deinde falsum est, matrimonia infidelium esse æqualia matrimonijs Christianorum, cum apud Gentiles matrimonia talia fuerint, vt apud multos eorum vix vllum fuerit verum rectumque matrimonium, sed potius prostibula & scorta. Nam Aristoteles in secundo Politicorum, capite sexto dicit, fuisse olim apud Græcos cõsuetudinem emendi inuicem vxores. Et Cæsari in Commentarijs libro quinto de bello Gallico, de Britannorũ moribus loquens, ait: Vxores habent deni, duo deniq; inter se communes, & maximè fratres cum fratribus, & parentes cum liberis. Sed qui sunt ex his nati, eorum habentur liberi, à quibus primũ virgines quæque ductæ sunt. Hæc Cæsar. Et Pomponius Mela libro primo, capite octauo, refert gentes quasdam in Aphrica, Augilas dictas, quorum foeminis solenne erat, vt nocte qua nubebant, paterent stupro omnium qui cum munere aliquo accessissent, & illam quæ cum pluribus cõcubiisset, maius decus conquirebat, & in posterum ad perpetuam pudicitiam seruandam legibus seuerissimis cogebatur. Plutarchus in vita Lycurgi refert, Lacedæmones suas vxores amicis suis communicasse. Dicit etiam licuisse apud illos probo cuique viro qui fœcundam aliquam pulchramque mulierem alteri nuptam admiraretur, marito illius suadere, vt cum ea ipse coiret, tanquam in solo fertili & pulchro bonos filios saturus atque facturus. Solinus in suo libro de mirabilibus, cap. 43. aliud peius de Garamanticis Aethiopibus ait, cuius verba sunt hæc. Matrimonia priuati nesciunt, sed omnibus vulgo in venerem licet. Inde est quod filios matres tantum recognoscunt: Nam paterni nominis nulla reuerentia est. Quis enim vtrũ patrem nouerit in hac luxuria incœsti lasciuientis? Quapropter Garamantici Aethiopes inter omnes populos degeneres habentur, nec immeritò, quia afflictæ castitatis disciplina, successione noritiam ritu improbo perdidērunt. Hactenus Solinus. De Scotis autem cum infideles erant, Beatus Hieronymus libro secundo contra Iouinianum, hæc ait: Scotorum natio vxores proprios non habet, & quasi Platonis Politiam legerit, & Catonis sequatur exemplum, nulla apud eos coniunx propria, sed vt cuique libitum fuerit, pecudum more lasciuunt. Hæc Hieronymus. Et quoniam de Catone ille memoriam fecit, operæ precium erit audire quid de illo dicat Augustinus in libro de fide & operibus capite. 7. In ciuitate Domini in monte sancto eius, hoc est in Ecclesia, vbi nuptiarum non solum vinculum, verum etiam sacramentum ita commendatur, vt non liceat viro vxorem alteri tradere. Quod in republica tunc Romana non solum minime culpabiliter, verum etiam laudabiliter Cato fecisse perhibetur. Hæc Augustinus. De Platonis verò Politia, cuius supra etiam memi-

nit Hieronymus. Laetantius libro tertio diuinarum institutionum, capite. 21. & 22. refert fuisse in illa omnia communia, etiam vxores, ita vt ad eandem mulierem multi viri tanquam canes confluerent, & qui viribus vicisset, eam obtineret. Repudia etiam fuerunt apud infideles tam frequentia, vt in Romana republica, quæ alijs multò honestior fuit, liberum fuerit, vel pro leui causa vxores repudiare, & alias nouas ducere. Quis iam hæc omnia flagitia, imò potius adulteria & scortationes audebit dicere fuisse vera matrimonia? Sed esto coniugia illorum multa fuerint vera, & legitima matrimonia, non idèò consequens erat, vt illorum quodlibet fuerit verum sacramentum, perinde ac matrimonium Christianorum. Quoniam matrimonium infidelium quauis habeat vinculum indissolubile, non tamen verè representat coniunctionem **C H R I S T I** & Ecclesiæ: quia tale matrimonium est sine fide verbi incarnati & extra Ecclesiam Dei factum, & ob hanc causam non potest censerì esse verum sacramentum, quemadmodum matrimonium Christianorum. Nam omnes doctores Theologi Scholastici vno ore fatentur, Baptisum ita esse ianuam omnium sacramentorum, vt ante illum nullus possit verum aliquod suscipere sacramentum. Quamquam Innocentius tertius in capitulo Gaudeamus de diuortijs, dicit apud infideles esse sacramentum matrimonij: & beatus Augustinus etiam dicit sacramentum coniugij omnibus gentibus commune esse, sanctitatem autem sacramenti non esse nisi in ciuitate Dei nostri. Sed hæc solum dicta sunt propter vinculum matrimonij indissolubile, quod ita bene est apud infideles sicut apud fideles, & hoc vinculum matrimonij appellat Augustinus sacramentum matrimonij: sed non propterea quòd sit verum signum verè representans coniunctionem **C H R I S T I** & Ecclesiæ. Et eodem modo interpretandus est Innocentius tertius in loco proximè citato, quia illic, vt constat ex litera textus, non agebat de vera ratione **D** sacramenti, sed solum de vinculo illius indissolubili. Præter hæc Lutheri argumenta, Caluinus obijcit nobis aliud argumentum multo ineptius & magis calumniosum. Nam in illo suo libro de institutione Christiana, capite. 3. quod est de lege dist. 66. hæc ait: Matrimonium, quod Dominus noster sua præsentia sanctificauit, quod primo suo miraculo cohonestare dignatus est, pollutionem vocare audent, tantum vt qualemcumque coelibatam miris encomijs tollant. Hæc ille. Et in capite. 19. distinct. 38. iterum ait: Est & altera in eorum dogmatibus absurditas: in sacramento conferri gratiam Spiritus sancti affirmant, coitum tradunt esse sacramentum, in coitu negant vnquam Spiritum sanctum adesse. Hæc Caluinus. Sed in his omnibus multa mendacia, & multa calumniæ contra Scholasticos Theologos. Nullus enim Theologus dixit matrimonium esse carnalem pollutionem: quia & si dicant copulam coniugatorum esse opus matrimonij, aut consummationem quandam matrimonij: non tamen dicunt, illam esse verum matrimonij sacramentum, quia illa seclusa, si cætera necessaria adsunt, est verum sacramentum. Esto, illa sit sacramentum, aut pars aliqua integri sacramenti, nullus tamen illam verè matrimonij copulam ausus est vocare pollutionem aut immudiam animæ. Bene quidem dici potest talis copula, quamuis sine peccato fiat, corporis pollutio, quia per illam corpus polluitur, quamuis anima sit munda. Propter hanc enim causam illa seminis humani effusio quæ in somno contingere solet, vocatur in sacris literis nocturna pollutio, quamuis sine peccato fiat. Propter hanc etiam causam Abdias Christi discipulus, in libro quem de vitis Apostolorum ædidit, libro septimo, qui est de vita sancti Matthæi, vocat matrimonium pollutionem, quia per illius copulam polluitur corpus. At quòd matrimonium sit animæ pollutio, omnes nostri Theologi negant & merito, quia Paulus dixit: Honorabile connubiū, & thorus immaculatus. Sed tho-

Deut. 23.

Heb. 13.

A rus est immaculatus, consequens est, vt coitus sit impollutus & sine macula. Falsum est etiam, nos negare in coitu vnquam spiritum sanctum adesse. Nam si in coitu Spiritus sanctus nunquam adesset, non esset honorabile connubiū, quoniam sine Spiritu sancto nihil est verè honorabile. Nos enim fatemur, illum qui vxori suæ copulatur non causa libidinis explendæ, sed solum propter Deum vt reddat debitum vxori petenti, & vt prolem gignat ad Dei seruitium, Spiritum sanctum habere, nisi aliquid aliud extraneum accedat, quod præsentiam Spiritus sancti impediatur. Nam qui sic illud facit, iustitiam operatur, & idèò augmentum gratiæ meretur: quoniam diligentibus Deum, vt ait Paulus, omnia cooperantur in bonum. Quapropter beatus Ambrosius illum Pauli locum pertractans, vocat matrimonium vtroque nomine, videlicet nomine mysterij, & nomine sacramenti, prout patuit ex verbis illius proximè citatis. Probauimus matrimonium esse sacramentum. Superest vt probemus gratiam in eius contractu infundi, quoniam hoc etiam negat Lutherus. Vt autem hoc apertius ostendamus, conuertamus oculos nostros, & aspiciamus huius sacramenti initium, vnde videlicet sumpsit exordium, & quale. Deus enim huius sacramenti institutor, cum primos parentes coniugio innecteret, coniugium benedictione sacrauit. Sic enim ait scriptura: Benedixit illis Deus, ac dixit: Crescite & multiplicamini: Non est autem vero simile, vt cum Deus homini benedictionem dedit, corporis præcisè habuerit respectum, quemadmodum in cæteris animantibus, animam autem rationis capacem benedictionis suæ reliquerit expertem. Quòd si concedat benedictionem illam pertingere vsque ad animam, oportet vt concedat etiam gratiam esse tunc animæ collatam, quoniam non alio modo nostræ animæ benedicuntur ab illo, quam per gratiæ suæ infusionem. Sic enim benedicti sunt ab illo, qui ad regni æterni gloria **Matt. 25.** percipiendam vocantur. Hanc etiam benedictionem petebat Propheta, dicens: Benedicat nos Deus noster, benedicat nos Deus. Si verò Lutherus concedat ex illa benedictione diuina impartitam esse à Deo primis parentibus gratiam, in alijs tamen neget ita fieri, hoc facile reuincitur: quoniam qui primos parentes copulauit, ipse idem est qui reliquos omnes matrimonio copulat: nec aliquis est coniugio ligatus, qui non à Deo ligatus sit. Quos Deus (inquit Christus) coniunxit, homo non separet. Si ipse coniungit omnes, credendum est vt etiam omnes benedicat. Non est enim vero simile, vt semper coiungat, & semel duntaxat benedicat: sed quòd toties benedicendi repetat gratiam, quoties iungendi officium resumit. Præterea Apostolus Paulus in epistola ad Hebræos de nuptijs loquens, sic ait: Honorabile connubiū, & thor **Heb. 13.** us immaculatus. Thorus macula carere non posset, si coniugium careret gratia. Coniugium enim non haberet thorus immaculatum, si gratia quæ in coniugio infunditur, non verteret illud in bonum, quod aliàs esset peccatum. Quam rem miraculum in nuptijs operatum nos docet. Quid enim est aquam in nuptijs conuerti in vinum, nisi inspidam concupiscentiæ carnalis aquam per occultam Dei gratiam in optimi saporis vinum esse conuersam? Rursum: Post peccatum primorum parentum datum est matrimonium in remedium carnalis concupiscentiæ, quod prius fuerat institutum in officium: vt videlicet qui incontinens est, matrimonium contrahat, quo mediante exercere possit sine peccato, quod aliàs sine peccato facere non posset. Hoc ita esse Apostolus nos docet, qui malè continenti consulit vt nubat, ne peccet, dicens: Melius est nubere, quam vri. Si ergo matrimonium datum est in remedium, quo pacto posset esse remedium carnalis concupiscentiæ, si in eos non daretur gratia per quam minueretur illud carnalis concupiscentiæ incendium: Certè per exercitium & vsum coniugij magis arderet flamma illa libidinis quam extingueretur, quoniam & si ad tempus sit sopitus ardor ex impotètia virtutis cor-

poreæ: cū tamen vires resumit corpus, tunc intensior ardor apparet, velut pru-
næ quæ intra cineres latet. Est ergo necessarium fateri virtute huius sacramē-
ti conferri gratiam ijs qui recto animo nuptiarū foedera iungunt, vt per gratiā
in illo sacramento collatam melius contineant qui aliās vix cōtinere possent.
Nam aliās non esset in remedium, sed potius ad incendium carnalis concupi-
scentiæ. Accedit ad hæc vsus Ecclesiæ, quo suscepturi hoc sacramentum, præ-
cipiuntur quatenus animas suas mundent per peccatorum confessionē, vt sic
mundati parati sint ad gratiam recipiendā, quæ in illo sacramento infunditur.
Nam aliās si nulla ibi gratia infunderetur, non erat opus vllam peccatorū con-
fessionem facere. Satis de hac re me dixisse arbitror pro breuitate quā promi-
simus, & opus ipsum exigit. Qui plura nosse cupit, legat assertionem sacramen-
torum quæ sub titulo regis Angliæ circumfertur, & defensionem eiusdem tra-
ctatus quam fecit Ioannes Rossensis episcopus.

Quarta hæresis docet, licitum esse cuilibet viro duas vxores matrimonio
sibi copulatas simul habere. Huius hæresis primi autores sunt hoc no-
stro seculo impij Anabaptistæ, nisi fortè quis vellet ad hanc hæresim re-
ducere errorem Adamitarum, qui, vt supra in titulo de coitu docuimus, con-
nubia promiscua licita esse dixerunt. Sed certè ex illis quæ Aeneas Syluius in
libro de origine Bohemorum, de huiusmodi Adamitis refert, non potest col-
ligi, illos censuisse talia promiscua connubia esse vera matrimonia. Si hoc illi
censuerunt, apertè conuincitur inde illos sensisse non solum licere cuilibet
duas habere vxores, sed quotquot voluerit. Si verò illi non hac intentione
permiserint promiscua connubia, vt putarent illa esse vera matrimonia, nescio
qua ratione possit tribui illis hæc hæresis de pluralitate vxorum. Et quia hoc
mihi de illis non constat, idè dixi Anabaptistas esse primos huius hæresis au-
thores, quanquam hi etiam permittunt promiscua connubia quemadmo-
dum Adamiani, non tamen dicunt talia connubia esse vera matrimonia, sed
solas permissiones propter feruentem libidinis ardorem. Thomas de Vio Car-
dinalis, Caietanus vulgo nominatus, quantum non concedit vxorum pluralita-
tem esse licitam, dicit tamen legem de vnitare vxoris non esse in sacris literis
scriptam, & addit hæc esse Theologorum sententiā. Ne quis autè putet me
falso hoc tribuere Caietano, verba illius referam, quæ ille in commentarijs
super decimum caput Marci scripsit. In illo siquidem loco postquam dixerat
matrimonij vinculum per vxoris adulterium dissolui, de qua re inferius in
proximè sequenti hæresi disputabimus, hæc quæ sequuntur verba subnectit.

Caietani. Hic apparet planus literæ sensus, quem idè exactè explicauerim, vt intelliga-
tur verum esse quod Theologi dicunt, scilicet legem de vnitare vxoris nulli-
bi in canonicis libris esse scriptam. Hæc Caietanus. Vidi ego aliquos viros do-
ctos, qui ex his Caietani verbis colligebant illum sentire legem de vnitare
vxoris non esse diuinam, sed tantum humanam, propterea quòd dixit, nulli-
bi illam in sacris libris esse scriptam, & inde deducere conabantur illum senti-
re, Papam posse dispensare in lege de vnitare vxoris. Ego tamen non possum
ex illa litera colligere Caietanum in illa fuisse sententiā, vt dixerit legem de
vnitare vxoris esse tantum humanam, & non diuinam. Nam ex hoc quòd lex
aliqua non sit in libris canonicis scripta, non sequitur illam non esse diuinam.
Sunt enim multæ leges diuinæ, vt libro primo, capite quinto probauimus,
quæ non sunt in sacris codicibus scriptæ, sed solo verbo per traditiones in Ec-
clesia seruata. Sunt etiam aliæ multæ leges iuris naturalis, quantum non ex pri-
mis illius principijs, quæ etiam meritò diuinæ leges dicuntur, nec tamen sunt
in libris sacris apertè scriptæ. Et potuit esse vt Caietanus sensisset, legem de
vnitare vxoris esse vnam ex istis, ita vt crediderit legem illam esse iuris natu-
ralis, & per consequens diuinam, non tamen esse in sacris codicibus scriptam.

Vt autem

A Vt autem ita Caietanum sensisse credatur, non leuis est suspicio. Nam beatus
Thomas, in cuius verba ille iurasse videtur, hanc eandem docet sententiā.
Nam in 4. sententiarum, distinctione. 33. articulo. 1. questione. 2. (vbi queritur, an
fuerit aliquando licitum habere plures vxores) per hæc verba respondit: Lex
de vnitare vxoris non est humanitas, sed diuinitus instituta, nec vnquam ver-
bo aut literis tradita, sed cordi impressa. Hæc sanctus Thomas. Quæ verba fe-
rè sunt eadem illa quæ Caietanus dixit, & suspicio est illum inde sumpsisse.
Hæc in gratiam Caietani dicere volui, vt illum à suspicione erroris, quam ali-
qui illi inurere nituntur, liberarem si possem. Sed reperio alia eiusdem Cai-
etani verba apud. 19. Matthæi caput, quæ me in aliam sententiā trahunt, vt ve-
hementer suspicer illum sensisse, legem de vnitare vxoris non esse diuinam. Vt
autem intelligat lector, non leuem esse meam in hac parte suspicionem, ver-
ba eiusdem Caietani inferius citabo. Si hoc sentit Caietanus, prout verba il-
lius indicant, bis in hac parte errat. Primò quum dicit legem illam non repe-
riri in canonicis scripturis. Deinde quum dicit, hæc esse Theologorum sen-
tentiā. Quamuis igitur Caietanus differat ab Anabaptistis per hoc quod il-
le non dicit esse licitam vxorum pluralitatem, prout illi dicunt, hoc tamen in-
ter eum & Anabaptistas conuenit, quòd vtrique negat, legem de vnitare vx-
oris esse in libris canonicis scriptam, & idè pro hac re eos simul eodem gladio
ferire oportet. Sed prius contra impios Anabaptistas probabo, non esse lici-
tam vxorum pluralitatem, deinde cōtra Caietanum: & illos ostendam apertis-
simè testimonijs legem de vnitare vxoris esse in libris canonicis scriptam. Quòd
nulli viro liceat viuente vxore sua aliam ducere vxorem, apertissimè conuin-
citur, per hoc quòd vir ille cum secunda muliere contrahens nihil illi tradit,
vnde sequitur, vt nec mulier illi aliquid tradat, & per consequens vt nullus in
B hac re sit inter illos contractus, nullumque matrimonium. Nam in omni ma-
trimonio, interuenit quidam contractus, quo sua corpora ad actum generati-
onis permittunt, quum vterque alteri sui corporis potestatem tribuit. Mulier
siquidem quando viro nubit, non tradit illi gratis sui corporis potestatem, sed
propter æqualem compensationem: quia videlicet ille tradit etiam sui corpo-
ris potestatem mulieri. Et propter hanc causam, hic matrimonij contractus vo-
cari solet à iurisperitis & Theologis, do vt des: vel, do si des. Quia nullus con-
iugum donat liberaliter sui corporis potestatem alteri, sed solum cum condi-
tione retributionis. Hunc contractum mutua donationis corporum inter con-
iuges initum, aperte docet Paulus in priore ad Corinthios epistola, sic inquit. *1. Cor. 7.*
Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Similiter autem & vir
sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Hanc autem potestatem supra
corpus mulieris, nõ aliunde habet vir nisi ex donatione mulieris, & mulier nõ
habet potestatem supra corpus viri nisi ex donatione viri. Est ergo inter con-
iuges mutua suorum corporum donatio, & per consequens manifestus con-
tractus. Ex his omnibus manifestè conuincitur virum qui priore vxore viuente
contrahit cum secunda, nullam sui corporis potestatem illi secundæ dare:
quia quando cum priore vxore contraxit, nullam apud se retinuit sui corpo-
ris potestatem. Non potuit ergo secundæ dare, quod iam non habebat: quia
nemo potest dare quod non habet. Si ille non potest viuente prima vxore, po-
testatem sui corporis tradere alteri mulieri, ergo nec potest ab alia muliere
potestatem corporis illius recipere: quia illa, vt diximus, non potest sui corpo-
ris potestatem gratis & liberaliter viro tradere, sed solum commutando illam
pro potestate corporis viri. Si illi duo non possunt suorum corporum pote-
states commutare, ergo nec possunt inter se matrimonium contrahere. Fortè
aliquis respondebit concedens, virum tradidisse sui corporis potestatem pri-
mæ vxori, non tamen plenam & integram, sed aliquam sibi seruasse, quam po-
testatè tra-

1. Cor. 7.

1. Thess. 4.

stea tradere posset secundæ. Verùm hæc responsio facillimè conuincitur per id quod Paulus ait: Vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier. Non fuit contentus Paulus dicere, mulierem habere potestatem corporis viri, sed dicere voluit, virum non habere potestatem sui corporis, vt planè ostenderet illum in hac re nihil sibi seruasse, quod posset alteri mulieri tradere. Præterea, si vir cum prima vxore contrahens, aliquam sui corporis potestatem apud se retinuit, vt illam alteri posset dare, hinc apertè constabit illum, neque cum prima neque cum secunda verum contrahere matrimonium: quia cum neutra illarum æqualem facit sui corporis commutationem, cum non tantam sui corporis potestatem illi tribuat, quantam ab illa recipit. Nam mulier cum non possit, vt ipsi Anabaptistæ fatentur, duos viros simul habere, integram semper sui corporis potestatem tribuit viro cui nubit, ergo vir cum illa contrahens, integram etiam sui corporis potestatem tenetur illi reddere: quia Paulus de viri & vxoris potestatibus loquens, pares in hac parte illos fecit. Et certè si vir nõ tantam sui corporis potestatem vxori daret, quantam ab illa recipit, iniustus esset talis contractus &, lege diuina prohibitus. Nã Paulus Thessalonicensibus scribens, ait: Ne quis supergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem, quoniam vindex est Dominus de his omnibus, sicut prædiximus vobis, & testificati sumus. Supergredi, vt hoc loco docet Anselmus, est aliquid plus accipere in negotio, quam dare. Circumuenire autem est, per dolum aut fraudem, alium in negotio aliquo decipere. Vtrumque horum esse peccatū satis apertè docuit Paulus per id quod statim addidit: Quoniam vindex est Dominus de his omnibus. Nunquam autem Dominus de homine vindictam sumit, nisi propter peccatum. Hinc ergo apertissimè colligitur, virum qui viuente prima vxore contrahit cum secunda, supergredi in negotio matrimonialis contractus illam secundam, quia non tantum illi reddidit, quantum ab illa capere nititur. Si verò cum prima hoc animo contraxit, vt non integram sui corporis potestatem reddere voluerit, sed aliquam sibi seruauerit, quam alteri tradere posset, tunc non solum supergressus est primam, sed etiam circumuenit illam, quia nec tantam sui corporis potestatem dedit mulieri, quantam illa sui corporis dedit illi: neque tantam dedit quantam illa sperauit & quantam iustè potuit credere sibi fore à viro reddendam. Et inde conuincitur cum nulla illarum verum contraxisset matrimonium. Rursum: Si vir prima vxore viuente potest adhuc ducere secundam, pari ratione viuentibus duabus poterit superinducere tertiam, & quartam, & quintam, & deinceps quotquot alere poterit, Si hæc Anabaptistæ concedere non verentur, hoc ipso ostendant se potius Mahometicos esse quam Christianos, & concedent, virum minimam sui corporis potestatem posse tradere vnicuique mulieri, cum tamen qualibet illarum integram sui corporis potestatem tradat illi. Deinde, statuamus vt omnes illæ vxores simul petant debitum coniugale ab illo viro, quæro ab Anabaptistis vt dicant cui illarum tenebitur vir reddere debitum. Aut omnibus obligatur reddere, aut nulli, quia non maiori ratione tenetur vni, quam alteri. Omnibus autem simul non tenetur, quia omnibus simul reddere non potest, ergo nulli tunc tenetur, & inde sequitur vt nulla illarum tunc habeat potestatem corporis viri, & per consequens nulla illarum sit vera vxor. Accedit ad hæc omnia, quòd illa vxorum pluralitas esset maximus fomes discordiæ, quia multarum rixarum & contentionum perpetuam præberet occasionem. Qualibet enim illarum, vt virum sibi magis propitium, & ardentiorẽ sui amatorem faceret, semper procuraret illum alteri vxori reddere inuisum & infestum. Et huius rei apertissimum nobis testimonium præbent vxores Iacob, Lia & Rachel, quæ & si sorores erant, & ideo se magis diligere debebant, vitio tamen Zelotipiæ inter se

A inter se rixabantur. At cum Deus nihil nobis magis commendauerit quam pacem, & propter meliorem illius obseruationem, omnes belli & discordiæ occasiones sustulerit, consequens est vt ipsam etiam vxorum pluralitatem prohibuerit: quia illa perpetuam facillè potest præbere discordiæ occasionem. Omnis his omnibus argumentis quæ apertissimè conuincunt contra Anabaptistas vxorum pluralitatem non esse licitam, opus est vt iam probem legem de vnitatem vxoris esse in libris canonicis scriptam. Lex de vnitatem vxoris est apertissima in illis verbis, quæ, formata Eua, Deus per os Adæ dixit. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit homo vxori suæ, & erunt duo in carne vna. In quibus verbis id annotare oportet, quòd non dixit, adhærebit vxoribus suis, sed adhærebit vxori suæ: Neque dixit, Erunt tres, aut quatuor aut plures in carne vna: sed dixit, Erunt duo in carne vna. Quibus verbis aperte ostendit Deus, sancitum esse ab eo, vt vnus vir vnâ, & non plures simul habeat vxores. Quòd autem illa sint verba Dei, & non Adæ, ipse Saluator noster aperte docet apud Matthæum, vbi Phariseis petentibus si liceret homini dimittere vxorem suam quacunque ex causa, respondit. Non legistis quia qui fecit ab initio masculum & foeminam fecit eos? & dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Hæc verba dicta à Deo, & per os Adæ tanquam per os præconis diuini proclamata, legent apertissimam de vnitatem vxoris declarant. Et in hunc sensum Saluator noster illa citauit contra Phariseos, volens ex illis probare, vt ex contextu literæ constat, non licere viro, prima vxore viuente alteram ducere, neque primam dimittere. Sed quia Caietanus prædictis verbis vim facere nititur, vt illa in alienum sensum, & à litera longissimè distantem detorqueat, volo probare testimonijs sanctorum patrum, verum illorum verborum sensum esse illum quem nos proximè dedimus. Hieronymus in commentarijs super Matthæum, interpretans illa prædicta Saluatoris nostri verba, ait: Hoc in exordio Genosis scriptum est. Dicendo autem, Masculum & foeminam, ostendit secunda vitanda coniugia. Non enim ait, Masculum & foeminas, quod ex priorum repudio quærebatur: sed masculum & foeminam, vt vnus coniugis consortia necerentur. Et dixit: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ. Similiter ait: Adhærebit vxori suæ, non vxoribus. Et erunt duo in carne vna: Præmium nuptiarum, & duobus vnâ carnem fieri. Castitas iuncta spiritui vnus efficitur spiritus. Hæc Hieronymus. Et eandem sententiam iterum docet libro primo contra Iouinianum, sic inquit: Vna costa principid in vnâ mulierem versa est. Et erunt, inquit, duo in carne vna. Non dixit tres neque quatuor. Alioqui non duo, sed plures. Primus Lamech sanguinarius & homicida vnâ carnem in duas diuisit vxores: fratricidium & bigamiam eadem cataclysmi poena deleuit: Hæc Hieronymus. Eundem sensum reddit illis *снхтгг* verbis, Chryso-
 Chryso-
 stus, qui

Theophyl. ctus, qui in commentarijs super Matthæum prædicta Christi verba declarans, hæc ait, ostendit opus & legislationem eius qui nos à principio formauit, esse monogamiam. Ab initio enim vnum coniunxit Deus vni: atque ita non oportet vnum virum coniungi multis, neque mulierem vnam viris multis, sed eos sicut ab initio coniuncti fuerunt, manere: neque absque causa cohabitationem dinellere. Non dixit autem, Ego feci masculum & foeminam, ne plus eos exasperet, sed is qui fecit, indiffinitè, atque ita dicit, maximæ curæ fuisse Deo coniugij bonum. Vnde permisit etiam parentes dimitti, & viris adherere. Quomodo autem in Genesi scriptum est, Adam dixit. Propterea deseret, ac cætera: Dicimus igitur, quod id quod Adam dixit, ex Deo dixit: atque ita sermo Adæ, Dei est. Hæc Theophylactus. In quibus verbis etiam annotare oportet, id quod in principio dixit, videlicet, Christum suis verbis ostendisse, Deum qui nos à principio formauit, dedisse legem de monogamia. Et Innocentius papa huius nominis tertius, interrogatus ab episcopo Tiberiensi, an pagani postquam sunt ad fidem Christi conuersi, possint retinere omnes vxores quas in paganismo habebant, respondit illi per hæc verba. Verum absonum hoc videtur, & inimicum fidei Christianæ, cum ab initio vna costa in vnam foeminam sit conuersa, & scriptura diuina testetur quod propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adheret vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Non dixit tres vel plures, sed duo. Nec dixit, adheret vxoribus, sed vxori. Et aliquibus interpositis, eandem sententiam alio testimonio probat, sic inquit: Sanè veridica hæc sententia probatur etiam de testimonio veritatis testantis in Euangelio. Quicumque dimiserit vxorem suam ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Si ergo vxore dimissa, duci alia de iure non potest, fortius & ipsa retenta. Per quod euidenter apparet pluralitatem in vtroque sexu, cum non ad imparia iudicentur, circa matrimonium, D reprobandam. Hæc Innocentius, & habentur in cap. Gaudemus de diuortijs. Sed hoc vltimum argumentum, quod ex testimonio Christi Innocentius formauit, Caietanus ipse parui momenti esse putat, propterea quod ille vt in proximè sequenti hæresi dicemus, docet, virum qui vxorem adulteram dimisit, posse alteram ducere vxorem. Negat igitur Caietanus antecedens illius argumentationis, quam Innocentius formauit, dicens: Si ergo vxore dimissa duci alia de iure non potest, fortius & ipsa retenta. Et ne quis suspicetur me falso tribuere Caietano, quod ille nihili fecerit prædictum Innocentij argumentum, verba eiusdem Caietani referam, quæ ille in commentarijs super *Caietanus.* 19. caput Matthæi dicit, & sunt quæ sequuntur. Aduerte quod hinc Innocentius tertius extra de diuortijs, cap. Gaudemus, accipit, quod non licet habere plures vxores. Nam si liceret habere plures vxores, qui dimissa fornicaria acciperet aliam, non mœcharetur, sed coniugio cum secunda vteretur: in textu autem dicitur quod mœchatur. Et nisi Marcus apposuisset in eam, scrupulo careret argumentum Innocentij. Hæc Caietanus: In quibus verbis aperte docet argumentum Innocentij esse inualidum. Et in illis verbis, vt mihi videtur, apertissime ostendit Caietanus se sentire, non esse lege diuina prohibitum, duas simul habere vxores. Sunt adhuc alia scripturæ sacræ testimonia ad reprobandam pluralitatem vxorum, præter illa quæ Innocentius tertius in illo capite, Gaudemus citat: Nam illud est manifestum quod Paulus in priorre ad Corinthios epistola ait: Vnusquisque suam vxorem habeat propter fornicationem, & vnaqueque suum virum. In quibus verbis duo annotanda sunt. Primum est, quod vniciq; vnam tantum concedit vxorem, non plures. Suam enim dixit, non suas. Alterum est quod dicit propriam vxorem, & proprium aut suum virum. Nihil autem potest verè esse proprium alicui, nisi ille singularem & nulli alteri communem in ea re habuerit possessionem, quia si mul-
ti illam

A ti illam possident, neutri erit propria. Et inde apertissime conuincitur, vt si vir habeat plures vxores, nulla illarum propriam habeat virum. Paulus tamen dicit quod vnaqueque suum habeat virum. Præterea Christus vnam tantum habet sponsam, videlicet Ecclesiam, ergo nemini licet duas simul habere vxores. Collectio ista inde constat esse bona, quia matrimonium sacramentum est, significans cõiunctionem Christi cum Ecclesia, quod (vt credo) Caietanus ipse non negabit: oportet igitur vt signum sit conforme signato, & sic necesse erit virum vnam tantum habere vxorem, prout Christus vnam habet sponsam, vnam videlicet Ecclesiam. His omnibus bene consideratis non possum non mirari, quod Caietanus ausus sit dicere, legem de vnitæ vxoris non esse in libris canonicis scriptam, cum Christus Saluator noster (prout verba illius Hieronymus, Chrysostomus, Theophylactus & Innocentius interpretantur) apertissime docuerit, legem illam à principio conditionis humanæ datam à Deo fuisse, & in libro Genesis scriptam. Deinde, multo magis miror, quod dicat, hanc esse omnium Theologorum sententiam. Nunquid fortè censet Hieronymus, Chrysostomus, Theophylactus, & Innocentium non fuisse Theologos? Si hos omnes extra Theologorum familiam relegare contendit, nescio quos veriùs possit appellare Theologos. Suspicio tamen illum nomine Theologorum solos scholasticos intellexisse. Sed quantum de illis solis fuerit locutus, falsum erit quod dixit, illos asserere, legem de vnitæ vxoris non esse in libris canonicis scriptam. Nam, vt à primò illorum duce exordiar, Petrus Lombardus qui magistri Sententiarum nomen obtinuit, in quarto libro Sententiarum, distinctione. 33. apertissime docet pluralitatem vxorum esse lege diuina prohibitam, & pro hac sententia citat illa verba Genesis: Adheret homo vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Sanctus Bonaventura in 4. sentent. in eadem disti. 33. quæst. 2. querens an sit contra legem naturæ quod vnus habeat plures vxores, respondet per hæc verba: Si ius naturale dicatur, quod in lege & in Euangelio scribitur, sic ius naturale est quod sit vna vnus. Et erunt, inquit, duo in carne vna, tam in veteri quam in nouo Testamèto. Hæc ille. Idem prorsus asserit Richardus de Media Villa, in 4. sententiarum, eadem disti. 33. quæstio. 1. Potuissent plures scholasticos Theologos pro hac sententia citare, sed prudens omitto causa prolixitatis vitandæ, quia hi satis sunt ad conuincendum non esse verum quod Caietanus ait, Theologos dicere legem de vnitæ vxoris non esse in libris canonicis scriptam. Quod autem beatus Thomas dixit legem de vnitæ vxoris quantum fuerit diuinitus instituta, non tamen esse verbo aut literis traditam, sed cordi impressam, credo illum propterea illud dixisse, quod talis lex non est aperta & manifesta verborum forma, prout legem decet, in sacris literis posita: quod verissimum esse credo. Nunquam enim in sacris literis habentur hæc propria aut alia tam aperta verba: Nullus vir possit habere plures vxores. Sed hæc sententia colligitur ex alijs sacræ scripturæ verbis. Vt autem aliquid verè dicatur lex, oportet aperte declarari, & non sub inuolucris. Superest iam vt respondeamus argumentis, quæ nobis obijciunt Anabaptistæ, ad probandum licitam esse pluralitatem vxorum. Obijciunt enim nobis exempla sanctorum Patrum, quorum aliqui videlicet Abraham, & Iacob plures vxores habuerunt. Fatemur quidem viros illos, plures quam vnâ simul habuisse vxores, sed huic obiectioni, optimè respondet beatus Augustinus, nec ego aliud respondere decreui, nisi id solû quod ille respondet in libro de bono coniugali, capite. 13. sic inquit. Illis temporibus quum adhuc prophetici sacramentis salutis nostræ mysterium velabatur, etiam qui antè nuptias tales erant, officio propagandi, nuptias copulabant. Nō vici libidine, sed ducti pietate, quibus si optio talis daretur, qualis reuelato nouo Testamèto data est, dicente Domino, Qui potest ca-

potest capere capiat, non eos dubitat etiam suscepturos fuisse, qui diligenter intentus legit quomodo coniugibus utebantur, cum & plures habere vni viro licebat: quas castius habebant quam nunc vnam quilibet istorum, quibus videmus quid secundum veniam concedat Apostolus. Habebant enim eas in opere generandi, non in morbo desiderij sicut gentes qui ignorant Deum. Hæc Augustinus. Et capite. 13. iterum apertius pro illis patriarchis respondet, sic inquit. Non est enim nunc propagandi necessitas, quæ tunc fuerat, quando & parentibus coniugibus alias propter copiosorem posteritatem superducere licebat, quod nunc certe non licet. Nam tantum offert oportunitatis ad aliquid iuste agendum siue non agendum, temporum secreta distinctio, ut nunc melius faciat, qui nec vnam duxerit, nisi se continere non possit. Tunc autem etiam plures inculpabiliter dicebant, & qui se multo facilius continere possent, nisi aliud pietas illo tempore postularet. Hactenus Augustinus, qui aperte docet aliam valde diuersam esse hoc tempore sub nouo Testamento matrimonij rationem, & longè aliam in tempore præterito, quando vetus Testamentum plenam habebat virtutem & efficaciam. Nam sicut pro varietate temporum, statuta etiam humana variantur, ita Deus pro varietate temporum, varias condidit leges, & varias etiam eiusdem legis fecit dispensationes. Ab initio enim mundi (ut Saluator noster ait) masculum & feminam fecit eos Deus, & matrimonium inter solos duos constituit, ut essent tantum duo, & non plures, in carne vna. Et si illi primi parentes in iustitia perseverassent, semper in toto temporis successu matrimonium inter duos tantum, prout à principio conditum erat, celebraretur. At cum postea hominum malitia adeo creuisset, ut ferè omnes idolis seruirent & falsos deos colerent, paucissimis in cultu Dei, permanentibus, decreuit Deus viros seruos suos pluribus foeminis per matrimonium copulare, ut cultores veri Dei multiplicarètur, & sic Angelorum ruinæ citius repararentur. Benignè igitur in hac dispensatione fecit Deus in bona voluntate sua cum humano genere, ut sic citò ex hominibus tanquam ex viuis lapidibus reedificaret muros coelestis Hierusalem, qui peccantibus angelis rupti fuerant. Innocentius tertius in illo cap. Gaudemus de diuortijs, dicit illos sanctos patriarchas, plures accepisse vxores propter reuelationem diuinam de hoc illis factam.

Secundò nobis obijciunt Anabaptistæ, & posset etiam pro se obijcere Caietanus id quod August. in lib. de virginibus ait. Antiquis iustis non fuit peccatum quòd pluribus foeminis utebantur, nec contra naturam hoc faciebant, cum non lasciuendi causa, sed gignendi hoc facerent: nec contra morem, quia eo tempore ea siebant: nec contra præceptum, quia nulla lege erat prohibitum. Hæc Augustinus. Ex quibus duo sunt quæ contra nos militare videntur. Primum est, quòd tunc fuit mos plures habendi vxores. Alterum est, quòd mos ille nulla erat lege prohibitus. Sed his duobus respondeo, prout sanctus Bonauentura in loco proximè citato respondet, quòd mos ille tunc erat nõ sola hominum, sed etiam Dei sententia & dispensatione approbatus. Quòd autè Augustinus ait morem illum nõ fuisse lege aliqua prohibitum, sanctus Bonauentura interpretatur, de lege scripta. Et rectè quidem ita interpretatur, quia ante legem Moyse fuerunt illi patres, qui ex dispensatione plures simul habuerunt vxores, eo scilicet tempore, quo nulla erat scripta diuina lex.

Tertiò potest obijci contra hanc nostram & Catholicam sententiam de vnitatem vxoris, quòd in lege Mosaiica fuit non solum aliquibus particularibus personis, sed omnibus concessum duas simul habere vxores. Nam Moyses in Deuteronomio dixit: Si habuerit homo vxores duas, vnam dilectam & alteram odiosam, genueritque ex eis liberos, & fuerit filius odiosæ primogenitus, volueritque substantiam inter filios diuidere, non poterit filium dilectæ facere primoge-

primogenitum & præferre filio odiosæ, sed filium odiosæ agnosceret primogenitum, dabitque ei de his quæ habuerit, cuncta duplicia. In quibus verbis lex apertissimè præsupponit virum posse duas simul habere vxores: quia si hoc nõ esset homini concessum, lex nihil statuisset de filijs duarum vxorum: quia tunc altera earum non esset vera vxor. Huic argumento respondeo, quòd si bene aspiciantur verba prædictæ legis, apertè cognoscitur nihil prorsus illam contra nos dicere: Non enim vitur lex illa verbo præsentis temporis, sic dicens: Si habet homo vxores duas: sed vitur verbo præteriti temporis, sic dicens: Si habuerit homo vxores duas. Ex quo verborum tenore solum colligitur posse hominem duas successiuè habere vxores, non tamen ambas simul. Concesserat quidem lex homini, ut posset dare libellum repudij vxori, quam habuisset exosam, & alteram ducere. Ne autem vir odium, quod contra priorem vxorem conceperat, deriuaret etiam ad filium illius, ita ut illum primogenitura priuaret, lex prædicta statuit primogenituram fore semper firmam penes filium prioris relictae. Loquitur igitur lex de duabus vxoribus, quas successiuè vir habuit, non autem de duabus simul retentis: quia hoc nunquam lex concessit.

Quinta hæresis est, quæ docet nuptiarum fœdus & vinculum posse pro coniugum arbitrio dissolui. Huius hæresis autor fuit Montanus, à quo orti Cataphryges, quanquam Augustinus de Cataphrygibus loquens, quo loco de hoc Montano differit, nihil tale illi impingit: nec Philaster hunc errorem tribuit Montano, sed Eusebius in libro quinto historiae Ecclesiasticae, capite decimo octauo refert Montanum ita sensisse. Hunc eundem errorem tuentur Græci & Armeni, si Guidoni Carmelitæ credimus, qui in suo libro de hæresibus hunc inter illorum errores recenset. Eundem errorem videtur docuisse Priscillianus, quoniam ad hunc sensum propius accedit quæ de illo refert beatus Augustinus in libro de hæresibus. Pseudapostoli docuerunt viros, ut relictis vxoribus, & vxores relictis viris ad ipsorum sectam & ordinem transirent, dicentes coniugia posse dissolui pro illorum secta suscipienda & tuenda. Ita enim de Pseudapostolis scribit Nicolaus Eimerici: Guido tamen huius erroris non meminit etiam cum Pseudapostolorum errores recenset. Post istos omnes hoc nostro seculo surrexerunt quidam suæ prudentiæ innitentes, & volentes sapere plusquam oportet, qui & si non concedunt matrimonium pro coniugum arbitrio posse dissolui, dicunt tamen propter adulterium vinculum matrimonij sic dissolui, ut ex lege diuina liberum sit viro innocenti illam prorsus relinquere, & aliam vxorem ducere. Hanc sententiam docet Erasmus Roterodamus in annotationibus super nouum Testamentum, in septimo capite prioris epistolæ ad Corinthios, vbi modum & limites annotationis excedens, satis prolixam facit de hac re disputationem, & dicit ex lege tantum humana, & non diuina, prohibitam esse viro innocenti, cuius vxor adulterium commisit, ne alteram possit ducere vxorem, quamuis possit adulteram à thoro suo, & suo domicilio repellere. Dicit enim legem Euangelicam concedere huiusmodi viro liberam potestatem ducendi aliam vxorem, perinde ac repellendi adulteram. Deinde dicit duram nimis & iniquam esse legem humanam, quæ hanc potestatem ducendi aliam vxorem abstulit à viro innocente, & persuadere nititur ut talis lex prorsus abrogetur.

Lutherus ex annotationibus Erasmi, ut ego suspicor, edoctus, hanc eandem post Erasmus docuit sententiam. Et iuxta illius doctrinam, ut audiui, multi in Germania vxores suas propter adulterium à se repellunt, & alias dicunt. Thomas de Vio Cardinalis, vulgo Caietanus appellatus, hanc Erasmi sententiam multis in locis amplectitur, præsertim in commentarijs super Matthæi 19. & Marci 10. & primæ ad Corinthios. 7. Et quantum ego conijcere possum,

omnia quæ Caietanus pro hac sententia affert, accepit ex Erasmi annotationibus, sicut in alijs multis quæ super nouum Testamentum dixit, est illum secutus: in quibus multò prudentius egisset si longè ab illo discessisset. In hac tamen sententia aliqua prudentia vsus est. Nam super caput. 19. Matthei hæc ait: *Caietanus.* Intelligo igitur ex hac Domini nostri Iesu Christi lege, licitum esse Christiano dimittere vxorem ob fornicationem carnalem ipsius vxoris, & posse ducere aliam vxorem, salua semper Ecclesiæ definitione, quæ hæctenus non apparet. Nam decretales pontificiæ de hac materia non sunt definitiuæ fidei, sed iudiciales facti. Profitentur autem ipsimet pontifices, (vt patet in capit. Quantum de diuortijs, & in capi. Licet, de sponsa duorum) Romanos Pontifices aliquando in his iudicijs matrimoniorum errasse. Hæc Caietanus. In quibus verbis Ecclesiæ definitioni se subdens, prudenter egit: sed dicens nullam esse hæctenus ab Ecclesia datam de hac re definitionem, deceptus est: quoniam apertissimè de hac re fuit data in Concilio Florentino definitio, quam postea proferemus, & constabit ex ipsa esse diffinitionem fidei, & non iudicialem facti, sicut aliæ quæ sunt in volumine decretalium. Ambrosius Catharinus Senensis, ordinis sancti Dominici, quum multas prædicti Caietani sententias nigro carbone notasset, quasdam illarum appellans hæreticas, quasdam verò erroneas, hanc tamen de integro diuortio propter adulterium concessio, intactam reliquit, cum aliquas alias multò iustius relinquere potuisset, quas immeritò durissima censura notauit. De qua re, quum multi admirarètur, in secunda æditione illius operis quod contra Caietanum scripsit, huius omissionis aut taciturnitatis causam reddidit, sic dicens: De dimissione vxoris ex causa adulterij, audio miratos esse nonnullos, quod in prima annotationum mearum æditione minimè hunc articulum retigi, cum fuisset in hoc ipse Caietanus taxatus, quod putarit ex adulterij causa dissolui matrimonium, non solum quantum ad thorum, sed etiam quantum ad vinculum. Vt ergo admirationem omnium auferam, causam taciturnitatis meæ liberè proferam. Ego non in hominem solum acui, sed in doctrinam, vbi videbatur annotatione digna. Neque enim poteram prudenter reprehendere, quod nesciebam etiam idoneè confutare. Nò quod probem ausum hominis contra omnes, sed quod nonnullam huius ausus occasionem habere visus est mihi, vt non sim ausus ego illum reprehendere hoc in loco. Non autem me latebat recentiorum Theologorum imò ab Augustino vsque ad nouissimum nostri temporis communem esse sententiam, quod in casu iam posito, matrimonium non omnino soluitur, id est, quoad vinculum. Quæ opinio ab ipso Augustino, qui meritò vir maguæ autoritatis semper fuit, visa est firmiores radices egisse. Hæctenus Ambrosius Catharinus. Et post hæc verba statim addit argumenta, quibus sententiam Caietani infirmare videtur, & dicit sibi videri tam fortia, vt nesciat quomodo possit illis bene responderi. Hæc autem omnia argumenta ante ipsum Catharinum protulerat Erasmus, in suis annotationibus super septimum caput prioris epistolæ ad Corinthios. Et hinc ego conijcio, omnes qui hoc nostro seculo hanc sententiam, docent ex annotationibus Erasmi sumpsisse suis erroris occasionem. Sed licet Catharinus in hanc sententiam fuerit pronus, & sententiam ipsam conuincamus esse hæreticam, non tamen ob hoc ille venit de crimine hæreseus notandus, quia iudicio Ecclesiæ se plenè in hac parte subiecit, sic dicens: Scio quod aliter docent nunc vniuersaliter scholæ. Et ego cum illis sentio, si ex fide cogor, & captiuum reddo intellectum meum. Hæc Catharinus. Contra hanc doctrinam acriter pugnare oportet, vt apertè conuincamus illam esse hæreticam, ne alij per illam decepti in peccatum præcipientes ruant. Nam in regnum Angliæ ingressus cum Philippo Hispaniarum Principe, cui in concionibus publicis seruebam, qui eò venit, vt Mariam Angliæ reginam regni quæ

A dominam duceret vxorem, audiui multos esse in illo regno non solum ex plebæis hominibus, sed etiam ex nobiliū familia, qui vxores proprias propter illarū adulteria à suo coniugio repulerant, & alias in vxores duxerant. Sed postquam regnum illud per sollicitudinem & persuasionē Philippi & Mariæ regū ad fidem Christi & vnionem Ecclesiæ reuocatum est, nunquam huiusmodi diuortia fuere permissa.

Ad conuincendam hanc sententiam, quæ dicit licitum esse diuortium, quod ad vinculum propter adulterium commissum, sufficere mihi videntur verba quæ de hac re Saluator noster apud Marcum & Lucam ait: Nam apud Marcum hæc ait: Quicumque dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, adulterium *Mar. 10.* committit super eam. Et si mulier dimiserit virum suum, & alij nupserit, mœchatur. Apud Lucam verò hæc sunt Christi verba: Omnis qui dimittit vxorem suam, & alteram ducit, mœchatur: & qui dimissam à viro ducit, mœchatur. In quibus verbis id potissimum annotare oportet, quod generaliter & sine vlla exceptione causæ fornicationis, verba illa dicta sunt. Ex quibus verbis apertissimè colligitur, quod etiam existente adulterio vxoris, non licet viro ab illa sic discedere, vt alteram ducat vxorem: quia adulterium, vt Marcus ait, tunc committit super eam. Et certè Augustinus, libro primo de adulterinis coniugijs, capite nono censet, optimè conuinci ex verbis Marci & Lucæ, virum priore vxore viuente, non posse aliam ducere postquam priorem propter illius adulterium repudiavit. Sed fortè aduersarij nostri dicent. Verba illa quæ sunt apud Marcum & Lucam, esse interpretanda cum exceptione causæ fornicationis, quia illam exceptionem posuit Matthæus. Sæpe enim est necessarium, verba vnius Euangelistæ per verba alterius interpretari, vt facilius dissonantia, quæ ex verbis illorum oriri videtur, ad consonantiam reducatur.

B Fateor quidem sæpe vnum Euangelistam esse per alium interpretandum: quando vnus cum altero pugnare videtur: sed hæc nulla est vel facialis discordia inter Matthæum & alios duos Marcum & Lucam. Et si aliqua esset inter illos apparens discordia, non est aliqua euidentis ratio, quæ conuincat, Marcum & Lucam inter se concordēs potius esse interpretandos per verba Matthæi, quàm è contrario Matthæum per verba Marci & Lucæ. Sed his omiſſis volo ostendere nullam esse inter hos tres Euangelistas vel apparere aliquam in hac parte discordiam. Vt autem hoc apertissimum faciam, duo sunt in illorum verbis potissimum consideranda. Primum est, quod Marcus & Lucas duo addunt simul, videlicet dimittere vxorem & aliam ducere, quæ si quis fecerit, dicunt ex sententia Saluatoris illum esse adulterum aut mœchum. Matthæus autem cum bis de hac re differat, vt puta quinto capite, & postea decimonono, in solo capite. 19. illa duo coniunxit, & de illo ibidem loquitur, qui vxorem dimiserit, & aliam post primam repulsam duxerit. De hoc ergo loquens, & vniuersalem de huiusmodi hominibus proferens sententiam, exceptionem addidit, postquam solum vnum ex illis duobus expresserat, videlicet, dimissionem vxoris: & nò postquam expresserat illa duo, quæ sunt dimissio prioris vxoris, & inductio alterius. Sic enim ait Matthæus. Quicumque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Ex quibus verbis constat, Matthæum nullam ponere exceptionem in illo qui post dimissam priorem vxorem, aliam duxerit, de quo solo locuti sunt Marcus & Lucas: sed ponit exceptionem in illo qui solum dimisit vxorem: Matthæus ergo & si vniuersalem profert sententiam, aliqua tamen ex parte illam limitat atque restringit ad illum qui non propter fornicationem dimisit vxorem: & de illo qui sic dimittit & aliam ducit, Matthæus dicit illum esse adulterum. Marcus autem & Lucas generaliter de omni viro locuti sunt, qui quouis modo vxorem suam dimittit, & postea aliam ducit: & omnem ta-

lem dicunt esse adulterum. Non igitur oportet in verbis Marci & Luca illam inferre exceptionem de causa fornicationis, quam posuit Matthæus: & si quis illam inferendam esse contenderit, in illo eodem loco illam collocare debet, in quo illam collocavit Matthæus, ut solum excipiat à parte priori, & non à posteriori. Et tunc illa exceptio inserta, etiam erit in Marco & Luca sententia limitata, prout est in Matthæo. Sed melius est dicere, quod in Marco & Luca sit generalis sententia, in Matthæo autem limitata. Nam ita docet Augustinus libro secundo de adulterinis coniugijs, capite nono, hæc dicens: Quamvis enim sceleratius mœchatur, qui non causa fornicationis vxore dimissa, alteram duxerit, quod genus adulterij commemorat Matthæus: tamen non solum ipse mœchatur, sed sicuti est apud Marcum, Quicumque dimiserit vxorem suam & aliam duxerit, adulterium committit super eam: & si vxor dimiserit virum suum & alij nupserit, mœchatur: & sicuti est apud Lucam, omnis qui dimittit vxorem suam & ducit alteram, mœchatur: & qui dimissam à viro duxerit, mœchatur. De quibus testimonijs iam satis in libro superiore disserui. Hæc Augustinus. In quibus verbis id annotare oportet, quod illa verba Matthæi, nisi ob fornicationem, Augustinus non dicit esse exceptionem, sed quandam limitationem aut restrictionem, quæ perinde est ac si dixisset, non in causa fornicationis, aut sine causa fornicationis, aut non propter fornicationem. Et iuxta hanc interpretationem, quam Augustinus ante ista verba magis expresserat, non sequitur ex verbis Matthæi, quod dimittens propter fornicationem & aliam ducens non mœchatur. Catharino tamen in illis suis annotationibus contra Caietanum, non placet hæc Augustini interpretatio, quia dicit quod tunc superfluerent illa verba in Matthæo: Non propter fornicationem, si etiam is qui propter fornicationem dimitteret, mœcharetur. Sed si bene omnia circumspiciantur, quæ sunt in verbis Matthæi, cap. 19. nihil prorsus valet argumentum Catharini contra interpretationem Augustini, quia licet verum sit quod is qui propter fornicationem vxoris suæ illam dimittit & aliam ducit, mœchatur: non tamen inde sequitur, quod illa verba, Non propter fornicationem, sint superflue addita in illis verbis Matthæi: Quicumque dimiserit vxorem suam, non propter fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Nam Matthæus illa verba addidit, ut per illa ostenderet fornicationem vxoris, causam esse sufficientem ad dimittendum vxorem quod ad thorum. Hæc tamen dixi, in gratiam Augustini, ut illum à Catharino defenderem, qui mihi visus est sine causa illum oppugnasse. Sed præter hanc Augustini expositionem, quæ optimè defendi potest, ego censeo illa verba Matthæi aliter & fortè melius, nisi mearum rerum me fallit amor, posse intelligi. Ut autem hoc apertius facere possum, est aliquid prius in Matthæo solo considerandum, & diligenter annotandum, quod mea quidem sententia, maximè iuvat ad veram huius rei intelligentiam, quamvis à nemine hæcenus illud annotatum esse scio. Matthæus quidem bis diuortio viri & vxoris differuit, videlicet cap. 5. & capite. 19. Sed illa quæ cap. 5. dixit longissimè distat ab illis quæ postea dixit, capit. 19. Verba quæ habentur, capit. 5. sunt ista. Omnis qui dimiserit vxorem excepta fornicationis causa, facit eam mœchari: & qui dimissam duxerit, adulterat. Quæ autem habentur, cap. 19. hæc sunt. Quicumque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimissam duxerit, mœchatur. Inter hæc verba magnum re vera est discrimen in duobus locis. Primò quidem istis verbis quæ habentur capite. 19. ponuntur hæc verba, & aliam duxerit, & illa etiam referunt Marcus & Lucas, quæ tamen non dicuntur à Matthæo, capite. 5. Deinde, cap. 19. dicit Matthæus illum mœchari qui dimiserit vxorem suam nisi ob fornicationem, & aliam duxerit. At in capite. 5. non dicit illum mœchari, qui dimiserit vxorem suam excepta causa fornicationis, sed solum

solum dicit quod facit vxorem suam mœchari. Constat autem non esse idem, aliquem mœchari, & facere vxorem suam mœchari, sed magnum esse inter illa duo discrimen. Nam potest aliquis facere vxorem mœchari, quamvis ipse non mœchetur: potest etiam è contrario aliquis mœchari, licet ipse non faciat vxorem suam mœchari. Si quis enim ab vxore sua, quam nouit ardentè coitum viri aperere, longè & diu absens, castitatem seruet, quam vxor propter solam viri sui absentiam violaret, ille non verè diceretur mœchari, & tamen verè diceretur quod faceret vxorem suam mœchari. Nam facere vxorem suam mœchari, nihil aliud est, nisi præbere vxori occasionem ad mœchandam. Si etiam aliquis vxorem castam & continentem habens, & cum illa cohabitans alteri sceminæ vxore ignorante voluptuosè misceretur, ille verè mœcharetur, nec tamen vxorem suam faceret mœchari. Cum igitur tanta sit differentia inter mœchari & facere vxorem suam mœchari, oportet ut diuersæ etiam sint personarum conditiones diuersaq; illorum opera, propter quæ tam distincta contra illos profertur sententia. Et ex hac rerum & personarum differentia conuincitur apertè Matthæum utrobique locutum fuisse de dimissione vxoris solum quoad thorum, & non quoad vinculum, quod aduersarij nostri negant, & inde sui erroris occasione accipiunt. Is enim qui mœchari facit vxorem suam, sed non censetur mœchari, de quo loquitur Matthæus in cap. 5. est ille qui vxorem dimisit, sed nondum alteram duxit. Et inde conuincitur apertissimè, Matthæum cap. 5. locutum esse de dimissione vxoris quod ad solum thorum, & non quod ad vinculum, quia nullus in lege Euangelica, etiam secundum aduersariorum opinionem, potest integrè ostendere se dimittere viuentem vxorem quod ad vinculum, nisi quando alteram vxorem ducit. Nam postquam illam separauit à thoro, & eiecit à societate & cohabitatione sua, adhuc potest facti pœnitere, & illam ad se reuocare, & illi reconciliari, ut apertè docet Paulus in priore ad Corinthios epistola. Si autem vir illam sibi reconciliari velit, non est opus, nouum inter illos contrahere matrimonium: & iterum repetere verba, quibus olim contraxerunt matrimonium. Ex quibus euidentissimè conuincitur vinculum prioris matrimonij non esse solum per fornicationem: quia aliàs esset necessarium, ut nouum inter se contraherent matrimonium, quum sibi inuicem reconciliarentur. Et eodem modo conuincitur Matthæum in capite. 19. esse interpretandum de sola dimissione quod ad thorum: quia si de dimissione vxoris quod ad vinculum fuisset ille locutus, superflue addidisset illa verba, & aliam duxerit: quia illa includuntur in verbo significante dimissionem, cum nullus perfecte ostendat se dimittere vxorem viuentem quod ad vinculum, ut nunc proximè diximus, nisi quando aliam ducit. Et ex hoc facile retorquere possumus argumentum contra Catharinum, quod ille torserat contra Augustinum. Nam, ut supra diximus, Catharinus ut damnaret expositionem Augustini, objicit illi verborum superfluitatem, quæ esset in verbis Matthæi, iuxta Augustini expositionem: sed certè multò apertior esset superfluitas in Matthæo, si ille iuxta sententiam Catharini esset interpretandus de dimissione quod ad thorum, & quod ad vinculum. Et re vera hoc vehementer virget, si credamus Matthæum in illo loco de sola dimissione quod ad thorum, & non quod ad vinculum fuisse locutum. Deinde is qui vxorem suam dimittit, ad aliam ducit, de quo Matthæus cap. 19. locutus est, non censetur quod faciat vxorem suam mœchari, sed solum quod ipse mœchetur. Ex qua sententia apertè, meo quidè iudicio, conuincitur, Matthæum in illo capite esse locutum de illo solo, qui propter causam fornicationis vxoris suæ illam dimisit, & aliam duxit: Nam si fuisset locutus de illo qui absq; fornicatione vxoris suæ illam dimisit, & alteram duxit, prout verba illius loci iuxta faciè literæ sonare videntur, tunc de illo non solum diceretur quod mœchatur, sed etià quod facit vxorem suam mœchari, sicut in cap. 5.

dixerat de illo qui absq; fornicatione vxoris dimiserat illam, quãuis sic dimittens non superduxerat aliam. Cùm ergo in ca. 19. dicat quòd mœchatur, & u nō quòd faciat vxorem mœchari, conuincitur inde, Matthæum in illo loco fuisse locutum de illo solo, qui propter fornicationē vxoris illā dimisit & aliā duxit. Quia nullus alius est qui propterea quòd vxorē dimittit & aliam ducit, meritò censendus sit quòd mœchatur, & non quòd faciat vxorem suam mœchari. Sed quia illa litera Matthæi in illo cap. 19. videtur iuxta faciē aliud dicere, & excipere ab illa sententia illum qui propter causam fornicationis vxorem dimisit: ideo necessariò fateri oportet literam illam pati quandam eclipsem, hoc est, aliorum verborum defectum, qui necessariò supplēdus est, vt verus literę sensus explicetur, sic dicendo: Quicumque dimiserit vxorem suam, non ob aliam causam nisi propter fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Nec mirari debet aliquis propterea quòd dicam literam hanc pati quandam eclipsem: quia tales eclipses frequentes sunt in sacris literis, non solū in veteri, sed etiā in nouo testamento. Pro qua re cū plurima sint exempla, vnū & alterum solū volo nunc in mediū proferre, vt sententiā istam duobus testimonijs cōprobatā relinquam. Et primò profero illud quod Propheta regius ait: Nolite extollere in altum cornu vestrum, nolite loqui aduersus Deum iniquitatem. Quia neque ab oriente neque ab occidente, neq; à desertis montibus. Quo loco oportet supplere hæc verba, patet fuga, vel alia similia: quia aliās manca & sine vllo sensu maneret oratio. Quòd autem illa verba vel alia similia sint supplēda, cōstat ex ijs quæ statim Propheta subdit, sic dicens: Quoniā Deus iudex est. Voluit quippe propheta significare peccatorem nullibi posse esse tutum, propterea quòd iudex qui illum iudicaturus est, Deus est, qui vbique locorum est, & omnia intuetur. Alterum exemplum profero ex Paulo in epistola ad Galatas, vbi hæc ait: Estote sicut ego, quia ego sicut vos. In qua litera oportet supplere ista duo, verba sum, fui: vt sensus illius literæ sit apertus, & per hunc modum declaratus, Estote sicut ego sum, quia fui sicut vos olim zelator Iudaicorum caremoniarum. Tertium adhuc volo proferre exemplum ex eodem Matthæo, de cuius litera nunc disputamus: vt cū ostendero illum alibi habuisse manifestum verborum defectum, persuadeam non esse mirandum si aliquid simile illi contigisse dicamus in illa litera ex capite decimonono, de qua nunc contendimus. Nam enarrans Matthæus quomodo scribæ & Pharisei accusauerant apud Christum discipulos eius, propterea quòd non lauabant manus suas, quum panem manducabant, dicit Christum respondisse illis: Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditiones vestras? Nam Deus dixit: Honora patrem & matrem: Et, qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: Quicumq; dixerit, patri vel matri, Munus quodcumque est ex me, tibi proderit, & non honorificabit patrem suum aut matrem suam. Quæ litera, vt omnes sacri doctores illius interpretēs fatentur, est nimium defectuosa, & ideo oportet multa verba illi addere, vt sensus illius sit clarus & intelligibilis. Et hoc aperte fatetur Erasinus ipse, contra quem nunc disputamus, in annotationibus suis super illum Matthæi locum. Et ideo in testamento nouo quòd ille ex Græco, in sermonem Latinum transtulit, multa verba in illo Matthæi loco addidit in translatione sua, quæ non sunt in vulgari translatione, neque in lingua Græca. Non est ergo mirandum si ego dixerò eundem Matthæum in capite decimonono. habere alium similem verborum defectum, cui necessariò subuenire oporteat per aliorum verborum additionem. Abulensis in illis copiosissimis commentarijs, quæ ædidi super Matthæum quæstione. 76. super decimumnonum caput Matthæi, dicit in illa litera esse multò plura addenda, quàm illa quæ ego paulò superius addidi. Nam ille, vt literam illam quæ sibi visa fuit manca, & obscura, clariorem redderet,

Psal. 74.

Gal. 4.

Matt. 15.

Exod. 21.

A sic illam disponit. Quicumque dimiserit vxorem suam excepta fornicationis causa, etiam si aliam non ducat, mœchatur: & qui illam dimittens, quocumque modo dimittat, si aliam superduxerit, mœchatur. Sed re vera, hic litera ordo, mihi non placet, quia tot verba sunt addita in illa; vt literam ipsam prorsus faciant alienam. Deinde litera illa non est ex omni parte vera, quia constat falsum esse quòd in prima illius parte positum est, vbi sic dicitur. Quicumque dimiserit vxorem suam excepta causa fornicationis; etiam si aliam non, ducat mœchatur. Nam qui absque causa fornicationis vxorem suam dimittit, si tamen aliam non ducit, quamuis facit vxorem suam mœchari, non tamen ipse mœchatur. Dico igitur in illis verbis Matthæi, ex capite decimonono, esse addenda hæc sola paucissima verba: Non ob aliam causam, quibus solis additis sensus literæ erit clarissimus, & verissimus, & concordabit cum illis quæ dicunt in eodem negotio Marcus & Lucas. Ad hunc ergo modum oportebit literam Matthæi disponere, vt ille sic dicat. Quicumque dimiserit vxorem suam, non ob aliam causam nisi propter fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. In qua serie literæ adduntur hæc sola verba: Non ob aliam causam, quibus additis sit sensus apertissimus. Et ex illo casu particulari, qui in istis verbis exprimitur de homine dimittente vxorem propter fornicationem illius, apertissimè colligitur sententia generalis de omnibus qui vxores suas dimittunt, & alias ducunt, prout Marcus & Lucas illam sine vlla limitatione aut exceptione expresserunt. Nam, vt dialectici docent, si id quòd minus videtur inesse, inest, ergo id quòd magis. Minor autem apparebat ratio, vt qui propter fornicationem vxoris illam dimitteret, & aliam duceret, censendus esset mœchari. Et ideo de illo solo, de quo aliqua poterat suboriri dubitatio, locutus est Matthæus in capite decimonono, vt inde omnes intelligerent de reliquis omnibus, qui absq; causa fornicationis vxores dimittunt, & alias ducunt, multò iustius idem ipsum esse dicendum. Nam in capite quinto Matthæus dixerat de illo qui propter fornicationem vxoris illam dimittit, sed non ducit aliam, quòd non facit eam mœchari: quia & si illa postea mœchetur, constat quòd hoc non facit propterea quòd maritus dedit illi occasionem mœchandi dimittendo eam, cū apud maritum manens etiam mœchata fuerit. Et quia ex hac sententia Matthæi quinto declarata poterat oriri dubitatio de illo qui propter fornicationem vxoris suæ dimiserat illam, an sicut est liber à culpa dimissionis, ita etiam sit liber ad ducendum aliam vxorem, ideo in capite decimonono, solū locutus est de huiusmodi sic dimittente vxorem suam, vt omnem tolleret de hac re dubitationem, & dixit iuxta verum intellectum: Quicumque dimiserit vxorem suam non ob aliam causam nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Ex quibus omnibus constat Matthæum, Marcum & Lucam esse in hac parte concordēs, & omnes simul velut ex diametro pugnare cum Erasmo & Caietano, & Catharino. Et huic meæ interpretationi fauet Innocentius tertius, qui in capite Gaudemus, de diuortijs, in hunc modum citat illa verba Saluatoris. Quicumque dimiserit vxorem suam ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Ex quorum verborum citatione constat, Innocentium per illa verba, nisi ob fornicationem, intellexisse solam fornicationis causam, & de illa sola Matthæum illo loco fuisse locutum.

Rursum, hæc sententia quæ docet matrimonium solui, quò ad vinculum, propter fornicationem vxoris, apertissimè conuincitur esse falsa, ex verbis Christi apud Matthæum, vbi postquam dixerat neminem nisi ob causam fornicationis posse dimittere vxorem suam, statim adiecit hæc verba. Et qui dimissam duxerit, adulterat. Et in alio loco quum loquitur de quæstione Phariseorum, iterum ait: Et qui dimissam duxerit, mœchatur. Et apud Lucam dicitur: Qui

Matt. 5.
Ibidem. 19.

Luc. 16.

tur. Qui dimissam à viro ducit, mœchatur. Ex quibus verbis euidenter colligitur, adulteram vxorem à viro dimissam non posse alicui alteri viro nubere. Si vxor dimissa non potest alteri nubere, ergo nec vir illum dimittens potest alteram ducere: quia si vinculum matrimonij solutum est per adulteriũ, oportet vt sit ex vtraque parte solutum. Nulla enim æqua ratio patitur vt contractus aliquis inter duas personas initus, sit pro vna parte ligatus, & pro alia solutus. Nam oportet vt ambo sint ligati, aut ambo soluti, quoniam æquali lege ambo tenentur. Necessarium est ergo, vt si vir per adulterium vxoris sit solutus à vinculo matrimonij, sit etiam vxor: aut si vxor non est soluta ab illo vinculo, nec etiam vir. Hoc argumentum præuiderant Erasmus, & illius sectatores Caietanus & Catharinus: & ideo Erasmus vt hoc argumentum euaderet, dixit hoc in pœnam adulterij datum esse vxori adulteræ, vt nubere non possit postquam à viro dimissa est. Dicit itaque vinculum matrimonij esse solutum ex vtraque parte, sed soluto vinculo solum virum posse transire ad secundas nuptias, & non vxorem, in pœnam adulterij, perpetrari. Sed hæc responsio non tollit vim argumenti: quia adhuc comprehenditur in astutia sua per verba Christi, quibus ait. Et qui dimissam duxerit, adulterat. Non autem adulteraret qui illam duceret, si illa non esset vxor alterius viri, præsertim si is qui illam duceret, esset aliàs ab omni vinculo matrimonij solutus. Nullus enim potest verè dici adulterium cõmittere, etiam si cum muliere non sua coëat, nisi illa sit alterius viri vxor, aut ille maritus alterius vxoris. Peto igitur ab Erasmo & illius sectatoribus Caietano & Catharino, an mulier illa à viro propter adulterium dimissa, & ab alio ducta, sit alterius viri vxor an nullius? Si nullius est vxor, ergo qui illam ducit, si ipse non est alteri vxori vinculo matrimonij alligatus, non adulterat, cuius contrarium asserit Christus. Est ergo illa alicuius vxor, sed cuius? Non vtiq̃ue illius qui illam ducit: quia si sua esset, non diceretur adulterare ducendo illam quæ est sua. Necessario igitur sequitur, vt mulier illa sit vxor illius à quo dimissa est: quia aliàs fieri nequit, vt is qui illam ducit, si est ab alio matrimonio liber, ducendo illam adulteret. Hoc argumentum aded me conuincit, vt ingenuè fatear me nescire quo pacto illi responderi possit. Deinde, vt magis hoc argumento ex litera Matthæi sumpto aduersarios vrgeamus, demus illis gratis, vxori adulteræ hoc datum esse in pœnam sui adulterij, vt à viro dimissa non possit alteri nubere: sed quid dicet de vxore innocente, quæ propter adulterium viri discedit ab eo? Nunquid isti hoc etiam datum est in pœnam, vt non possit alteri nubere? Absit, quia, vt Augustinus ait, nunquam Deus est vltor, nisi prius aliquis sit peccator. Mulieri autem innocenti, quæ à viro propter illius culpam discessit, Paulus testatur Dominum præcepisse, vt maneret innupta, aut viro suo reconciliaretur. Si vxor innocens, quæ virum adulterum dimisit, non potest, viuente illo, alteri nubere: ergo neque vir castus qui alteram vxorem dimisit, poterit: illa viuente, alteram ducere: quia in rebus, quæ ad matrimonium spectant, pares semper esse censentur. Et certè hoc Pauli testimonium, vt ego existimo, aperte conuincit aduersarium, quamuis Catharinus dicat locum istum Pauli facillimè posse dissolui. Dicit enim illius literæ sensum esse, quòd mulier non debeat à viro discedere, videlicet absque causa fornicationis: quòd si discesserit, videlicet absque causa fornicationis, maneat innupta. Sed hæc Catharini interpretatio torquet vehementer Pauli literam, vt eam à vero illius sensu alienet. Nam quum Paulus dixit: Si discesserit, Dominus præcepit manere innuptam, de illo discessu loquebatur, quo illi licebat à viro discedere, qui est propter causam fornicationis. Quoniam si de alio recessu, qui est præter causam fornicationis, loqueretur, non fuisset contentus dicere quòd illa maneret innupta, sed dixisset quòd faceret virum mœchari,

1. Cor. 7.

Cathari-
nus.

A mœchari, prout Dominus dixit de viro qui absque causa fornicationis dimittit vxorem, quòd facit illum mœchari. Aliter ergo Erasmus illum Pauli locum interpretatur dicens: Paulum illo loco ponere in hac causa discrimen inter virum & vxorem, ita vt in causa diuortij vir & vxor non sint pares. Nam dicit virum postquam vxorem propter adulterium dimisit, posse ex licentia Saluatoris, alteram ducere: sed hoc vxorem nõ posse propter præceptum Domini, quòd Paulum illo loco expressisse dicit. Et in huius expositionis fauorè citat Ambrosium in commentarijs super epistolas Pauli, vbi prædicta Pauli verba interpretatur, quo loco apertissimè illa Erasmi & Caietani & Catharini sententia docetur. Huius interpretationis fragmentum ex Ambrosio citat Gratianus in cap. Vxor. 32. quæst. 7. Sed videns illam sententiam esse pessimam & fidei Catholicæ contrariam, dicit illa verba non esse Ambrosij, sed ab aliquibus falsatoribus esse in Ambrosio insertam. Hoc idem censet Petrus Lombardus in 4. sententiarum, distin. 35. Sed Erasmus hanc Gratiani & Petri Lombardi censuram irridet & multò magis Catharinus, sic dicens: Sed aiunt quidam, ab hæreticis hoc assutum fuisse in libris Ambrosij. Quinam hæreticis? An fortè quæstio hæc ventilata est in hæreticos vnquam? Equidem ego non legi. Denique sicut hoc facillè dicitur, & non probatur, ita & facillè ac verè conterni potest. Hæc Catharinus. Fateor hanc quæstionem non fuisse illo tempore ventilatam contra hæreticos: quia Ecclesia nihil tunc de hac re definierat: & ideo, neque Petrus Lombardus, neque Gratianus dixit illa verba fuisse ab hæreticis addita in Ambrosio, sed à falsatoribus, qui tunc illam sententiam docentes, quam nunc Erasmus docuit, fortè voluerunt illam Ambrosij autoritate tueri: & ideo decreuerunt illa verba Ambrosio addere. Constat autem fuisse tunc qui illam sententiam constanter assererent. Nam Pollentius ille, ad quem Augustinus opus illud suum de adulterinis coniugijs scripsit, in hac eret sententia, vt Augustinus illic refert. An verò ita factum sit, mihi non constat, sed habeo multas coniecturas quæ me vehementer vr̃gent, vt ita factum esse credam. Prima est, quòd Augustinus qui fuit Ambrosio deditissimus, & rerum atque scriptorum illius diligētissimus obseruator, tractans de hac quæstione, in toto illo opere de adulterinis coniugijs nunquã refert Ambrosium illam sententiam scripsisse, quod non dubito illum fuisse facturum, si illa apud Ambrosium legisset, præsertim cum videam Augustinum in illo eodem opere citare Cyprianum pro alia quæstione de matrimonio huic satis affini. Altera coniectura est, quòd video in illis verbis, quæ Ambrosio tribuuntur, vnam intolerabilem errorem, quem neque Erasmus, neque Caietanus, neque Catharinus, vt ego arbitror, susciperet defendendum. Vt autem hoc apertius ostendatur, oportet omnia verba illa quæ Ambrosij esse dicuntur, in hunc locum citare, & sunt quæ sequuntur. Non enim permittitur mulieri vt nubat, si virum suum causa fornicationis dimiserit, aut apostasæ, aut si illicite impellente lasciuia vsum quærat vxoris: quia inferior non omnino hac lege vitur, qua potior. Si tamen apostatet vir, aut vsum quærat vxoris inuertere, nec alij potest nubere mulier, nec reuerti ad illum. Et virum vxorem non dimittere. Subaudiatur autem, excepta fornicationis causa. Et ideo non subiecit dicens sicut de muliere, quòd si discesserit manere sic, quia viro licet ducere vxorem, si dimiserit vxorem peccantem: quia non ita lege constringitur sicut mulier. Caput enim mulieris est vir. Hactenus verba quæ in commentarijs Ambrosij super septimum caput prioris epistolæ ad Corinthios reperiuntur, quæ etiam suspicor ab aliquo alio fuisse illic addita. In quibus verbis id potissimum annotare oportet, quod ait: Si tamen apostatet vir, nec alij potest nubere mulier, nec reuerti ad illum. Hoc est tam apertè falsum, vt nullus qui se Catholicum Christianum profiteretur, velit illi patrocinari: quoniam Paulus in eodem se-

Erasmus.

Cathari-
nus.

dem se-

dem septimo capite prioris epistolæ ad Corinthios illud aperte damnat, sic dicens: Si qua mulier habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa: non dimittat virum. Sanctificatus est enim vir infidelis, propter mulierem fidem. Et hoc dicit Paulus de illa cuius vir erat infidelis quando cum illo contraxit matrimonium, quod facilius solui potest, quam si ille post contractum matrimonium, à fide recessisset. Falsum est ergo, quod mulier quæ propter apostasiam viri abscessit ab illo, non possit reuerti ad illum, præsertim si ille in sua apostasia manens nolit impedire vxorem in vera fide manentem. Si fortè quis dicat verba illa quæ in Ambrosio inueniuntur, esse intelligenda, quando vir apostata niteretur vxorem suam à vera fide auertere. Fateor quidem vxorem tunc non debere cum viro manere: sed neque vir tunc deberet manere cum vxore. Quia idem de vtroque in hoc casu dicit Paulus: & pares illos facit, sic dicens: Quod si infidelis discedit, discedat. Non enim seruituti subiectus est frater aut soror in huiusmodi. Attendenda est etiam in illis verbis, & diligenter consideranda ratio, qua autor illorum verborum, quisquis ille est, mouetur vt faciat impares in causa diuortij virum & vxorem, ita vt post solutum matrimonium vir possit alteram ducere, vxor autem non possit alteri nubere, etiam si illa sit innocentissima. Caput enim (inquit ille) mulieris vir est. Pessima quidem ratio, & indigna vt tanto viro, quantum fuit Ambrosius, tribui possit. Nam Paulus non ideò dixit virum esse caput mulieris, quia vir habet maiorem potestatem ad sumendas carnis delicias, quam mulier: sed quia vir debet regere & gubernare mulierem: vt caput, reliquum totum corpus. Et certè si mulieris natura bene consideretur, ratio ipsa docebit, vt magis in hac parte concedatur vxori quam viro: Quia, vt beatus Petrus ait, mulier est fragilius vasculum quam vir, & ideò iustius fuisse huius fragilitati subuenire, quam viro, quem oportet esse multo fortiorem. Tertia diuortij conjectura quæ mihi videtur vrgentissima, vt credam verba illa fuisse ab aliquo alio addita in Ambrosio, est, quod in eodem Ambrosio in commentarijs super Lucam inuenio contrariam sententiam isti, quæ in illius commentarijs super Paulum habetur. Nam interpretans illa verba *CHRISTI* apud Lucam, Omnis qui dimittit vxorem suam & alteram ducit, mœchatur, multa dicit vt persuadeat viro non dimittere vxorem suam, & inter illa, hæc ait: Audi legem Domini, cui obsequuntur etiam qui leges ferunt. Quæ Deus coniunxit, homo non separet. Sed non solum hæc coeleste præceptum, sed quoddam etiam opus Dei soluitur. Pateris ne, oro, liberos tuos, viuente te, esse sub vitrico? Pone si nubat: necessitas illius tuum crimen est, & coniugium quod putas adulterium est. Hæc Ambrosius. In quibus verbis, multa sunt quæ aperte testantur Ambrosium in causa diuortij pares facere coniuges, ita vt neuter illorum post factum diuortium possit alterum sibi per matrimonium copulare. Nam dicens: Pateris ne, obsecro, liberos tuos, viuente te, esse sub vitrico? ostendit aperte vxorem non posse alteri nubere. Quoniam liberi illius non possunt aliter esse sub vitrico, nisi vxor, quæ est illorum mater, alteri viro nuberet. Dicens etiam postea, Aut incolumi matre degere sub nouerca, aperte etiam declarauit rem esse illicitam & intolerabilem, si vir post diuortium aliam ducat vxorem. Non enim possent liberi, viuente matre, degere sub nouerca, nisi illorum pater, viuente matre, aliam duceret vxorem, quod dicit non esse tolerandum. Dicit deinde, coniugium vxoris esse adulterium, si alteri viro nubat. Non esset autem adulterium, si illa iam post diuortium, non esset prioris viri vxor. Ecce tres coniecturas, non quidem leues, sed satis graues, à quibus ego moueor, vt credam verba illa superius citata, quibus aduersarij innituntur, non esse Ambrosij, sed ab aliquo alio in illius commentarijs inserta. Sed esto, illius sint verba, nõ tamen ideò esset necessarium, statim il-

statim illius sententiæ subscribere. Nam & si beatus Ambrosius vir sit magnæ æstimationis & autoritatis propter excellentem illius doctrinam cum sanctitate coniunctam, non tamen est illi tantum honoris & autoritatis deferendum, vt magis illi soli credere oporteat quam reliquis omnibus sanctitate perinde ac doctrina claris, & in eadem sententia concordibus. Omnes autem sacri doctores, quos inspicere licuit, de hac re loquentes, concorditer docent, virum & vxorem pares esse in omnibus, quæ ad substantiam matrimonij atinent, ita vt quando vnus nubere potest, idem possit & alter, & quando vnus non potest, nec alter. Vt autem rem hanc satis probatam relinquam, operæpretium erit aliquot sanctorum virorum testimonia pro illa impræsentiarum citare. Anselmus in commentarijs super Paulum, interpretans illud ex prioris ad Corinthios epistola, Et vir vxorem non dimittat, hæc ait: Subintelligendum est idem de viro, quod de vxore præmissum est, vt si vir vxorem dimiserit ob fornicationem eius, maneat inconiunctus, aut si se non potest continere, reconcilietur vxori suæ. Hæc Anselmus. Ante hunc multo tempore fuit Primasius Vricensis episcopus, qui in commentarijs super Paulum, illa prædicta Pauli verba interpretans, ait: Agnoscant viri non sibi licere aliam præter vxorem cognoscere: quia æquali forte sibi inuicem sunt subditi & debitores, hæc illè. Augustinus in tot locis hanc docet sententiam, vt nesciam ex quo illorum potius verba illius in testimonium citem: sed tandem placet eligere ex libro de sermone Domini in monte, vbi interpretans illa verba Pauli: Et vir vxorem non dimittat, hæc ait: Quare non addidit excepta causa fornicationis, quod & Dominus permittit, nisi quia similem formam vult intelligi, vt si dimiserit, quod causa fornicationis permittitur, maneat sine vxore, aut reconcilietur vxori: Non enim male reconciliatur vir illi mulieri, quam cum lapidare nemo ausus esset, dicit ei Dominus. Vade, vide deinceps ne pecces. Hæc Augustinus. Huic sententiæ aperte fauet Hieronymus, qui in quadam epistola ad Damasum, hæc ait: Omnes causationes Apostolus amputans aperte definiuit, viuente viro esse adulteram mulierem, si alteri nupserit. Nolo mihi proferas raptoris violentiam, matris prestationem, patris autoritatem, propinquorum caterum, seruorum insidias & perentum, damna rei familiaris: quando viuere licet, licet adulter sit, licet Sodomitæ, licet flagitijs omnibus cooperatus, & ab vxore propter hæc scelera derelictus, maritus tamen est reputandus eius scilicet cui alterum virum accipere non licet. Non hæc Apostolus propria autoritate decernit, sed Christo in se loquente, Christi verba secutus est, qui ait in Euangelio. Qui dimittit vxorem suam, excepta causa fornicationis, facit eam mœchari: & qui dimissam acceperit, adulter est. Hæc Hieronymus. Eandem sententiam docet Chrysostomus, Homilia. 19. super prioris ad Corinthios epistolam, sic dicens: Multis in locis magnam tribuit prærogatiuam viro super mulierem. Hoc autem in loco neque maior neque minor est, sed vna potestas. Magna hic paritas, & prærogatiua nulla. Hæc Chrysostomus. Nunc ergo interrogare oportet Erasimum & Caietanum, & Catharinum, an iustus sit credere soli Ambrosio, quam tot sanctis & doctissimis viris in hac sententia concordibus. Quid dico? imò potius quam Paulo. Nam si rectè illi attendere volunt ad verba Pauli, apertissimè cognoscent illum hac in causa pares fecisse virum & vxorem. Quia antequam Paulus illam legem vxori prescriberet, vt si à viro discedere vellet, innupta permaneret, dixit se illud non propria, sed Domini autoritate præcipere. Iis autem qui matrimonio iuncti sunt, inquit Paulus, præcipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere: quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Et vir vxorem suam non dimittat. Hoc autem præceptum quod ad mulierem spectat, nullibi Dominus dedit, vt ex verbis Hieronymi, quæ nunc proximè citau-

citauius, apertissimè constat, nisi ubi dixit: Omnis qui dimiserit uxorem
 suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari: & qui dimissam duxerit, adultera r. In quibus verbis solum fit mentio expressa de homine dimittente uxorem, & nulla prorsus fit mentio de uxore dimittente virum. Apostolus tamen dicit Dominum dedisse illud præceptum uxori, quod nullo modo dicere potuit, nisi quia pro certissimo & indubitato habuit virum & uxorem pares esse in causa diuortij, & idè illa omnia, quæ Christus dixit de viro dimittente uxorem, Paulus necessaria consequentia deriuauit ad uxorem dimittentem virum suum. Et ob hanc causam dixit esse à Domino præcepta, quamuis non fuerint eisdem verbis ab illo expressa. Et propter eandem causam Paulus ibidem, de viro loquens, non curauit apertè explicare illa omnia quæ de uxore dixerat, quia viderat Christum satis apertè de viro fuisse locutum, ex cuius dictis ipse collegerat præceptum de muliere. Et certè hoc argumentum ad eò aduersarios conuincit, & concludit, vt nulla illis pateat rimula qua elabi possint. Hæc igitur satis sunt ad probandum virum & uxorem in causa diuortij esse pares, nunc superest vt ad primum huius contentions scopum, nostram disputationem reuocemus. Præterea, sententia hæc quæ docet virum dimittentem uxorem propter adulterium illius, posse aliam uxorem ducere, manifestè conuincitur esse falsa, per illud quod ait Paulus in ea, quæ est ad Romanos, epistola. Quæ sub viro est mulier, viuente viro, alligata est legi. Si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri. Igitur viuente viro, vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro. Et in priore epistola ad Corinthios eandem sententiam iterum repetit, sic dicens: Mulier alligata est legi quanto tempore vir eius viuuit: quòd si dormierit vir eius, liberata est. Si mulier alligata est viro quanto tempore ille viuuit, ergo postquam ipsa commisit adulterium adhuc alligata est viro, quia vir eius non desijt viuere propter vxoris adulterium. Si illa adhuc alligata est viro tanquam vxor illius, etiam post commissum adulterium, ergo vir ille non potest, illa viuente, aliam uxorem ducere: quia tunc apertum adulterium committeret, cum nullus, iuxta legem diuinam, duas simul possit habere uxores. Fortè huic argumentationi aliquis respondet, & dicit virum illum desinere esse iam virum illius vxoris, quæ adultera fuit, ita vt quamuis corpore viuat, non tamen viuat vt vir eius. Sed hæc responsio nihil prorsus agit nisi verberare aërem, & verba in vanum proferre, quia comprehenditur statim in astutia sua, per illa verba quæ ipse Paulus statim subdit, sic dicens: Si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri. Et post pauca iterum repetit idem, sic dicens: Si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri, vt non sit adultera si fuerit cum alio viro. Ex quibus verbis apertissimè constat, Paulum dicere, solam mortem viri esse quæ soluat mulierem à lege viri, & quæ faciat eam liberam à vinculo matrimonij, vt non sit adultera si fuerit cum alio viro. Et inde apertissimè colligitur, vt quamuis illa commiserit adulterium, si tamen vir eius non moritur, illa sit alligata viro. Constat autem maritum tunc non mori, quando vxor illius committit adulterium, neq; quando vir illam repudiat: ergo tunc vxor est illi alligata. Hæc omnia bene aduertens beatus Augustinus, & prædicta Pauli verba pertractans libro secundo de adulterinis coniugijs capite quarto ait: Secundum doctrinam sanam mulier alligata est, quando vir eius viuuit, id est, nondum è corpore abscessit. Mulier enim sub viro viuo marito, iuncta est legi, hoc est, in corpore constituto. Si autè mortuus fuerit, hoc est, de corpore exierit, euacuata est à lege viri, vt non sit adultera si fuerit cum alio viro. Hæc verba apostoli toties repetita, toties inculcata, vera sunt, viuata sunt, sana sunt, plana sunt. Nullius viri posterioris vxor esse incipit, nisi prioris esse desierit. Esse autem desinet vxor prioris, si moriatur vir eius, non si fornicetur. Licet itaque

A itaque dimittitur coniunx ob causam fornicationis, sed manet vinculum prioris: propter quod fit reus adulterij, qui dimissam duxerit, etiam ob causam fornicationis. Hæc Augustinus. Deinde, præter omnia supra memorata sacra scriptura testimonia, hanc nostram & Catholicam sententiam probat vnus ex canonibus Apostolorum, quos beatus Ioannes Damascenus libro quarto de fide orthodoxa inter canonicas scripturas connumerat. Vnus autem ex istis canonibus, qui est: 48. hæc verba continet. Si quis laicus cum suam à se vxorè abijcit, alteram duxerit, aut ab alio dimissam, communionem sequeatur. Hæc Canon Apostolorum.

Accedit ad hæc omnia concursus omnium sacrorum doctorum de hac re sententia, quæ, vt libro primo huius operis, cap. 7. probaui, tanti est pòderis, vt illi minimè refragari liceat: quoniam perinde hoc esset, ac si totius Ecclesiæ sententia contradiceretur. Omnes autè sacri doctores, qui de hac re differuerunt, quos ego videre potui, concorditer docent, per adulterium posse dissolui matrimonium, quòd ad thorum & cohabitationem, sed non quoad vinculum. Ex istis omnibus, quos seui de hac re differuisse, decreui aliquod testimonium citare, vt illorum in hac parte concordiam omnibus notam faciam. Omitto hic omnes scholasticos Theologos, qui à Petro Lombardo illorum duce atq; magistro originem sumpserunt, quamuis omnes illi sint in hac nostra & Catholica sententia concordantes, quoniam hi omnes & si magnam etiam habeant apud viros catholicos & sinceros æstimationem & auctoritatem, tamen apud Erasimum huius erroris recentem antesignanum, paruam habent opinionem, & illorum scripta passim circumferuntur, notaq; sunt illis quibus probati sunt. Ab illis igitur solis, qui ante Petrum Lombardum fuerunt testimonia sumere volo, & primum testem cito Anselmum, qui in commentarijs super quintum caput

B Matthæi, hæc ait: Hic præcipit nõ dimittere uxorem, nisi tantum excepta causa fornicationis. Si enim ipsa ruperit legem coniugij, potest eam homo à se separare, vt commixtionem illam auferat sibi, quam violauit: sed tamen sacramentum coniugij remanet, vt non aliam ducat. Et super 19. caput eiusdè Matthæi iterum hæc ait: Sola fornicatio est causa separationis. Postquam enim mulier quæ est viro iuncta, & vna erat in carnali copula, in aliam carnem illam vnitatem transmiserit, & fornicatione illam diuiserit, non amittet quidem vinculum coniugij: sed meretur non ampliùs carnaliter cum viro suo copulari: quia contra copulationem peccauit. Hactenus Anselmus. Eandem sententiam, multo paucioribus verbis docet Theophylactus super Paulum, interpretans illud ex epistola ad Ephesios capite quinto: Adhærebit homo vxori suæ, vbi hæc ait: Ecce & aliam legem. Parentibus suis quispiam relictis, illi agglutinabitur, & complicabitur. Nec dixit cohabitabit, sed agglutinabitur, vnionem quæ diuelli non possit, significans. Hæc ille. Eidem sententiæ fauet Beda in commentarijs super decimum caput Marci, sic dicens: In Matthæo scriptum plenius est: Quicumq; dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationè, & aliam duxerit, mœcharatur. Vna ergo solummodo causa est carnalis, fornicatio: vna spiritalis, timor Dei, vt vxor dimittatur: sicut multi religionis causa fecisse leguntur. Nulla autem causa est, Dei lege per scripta, vt viuente ea quæ relicta est, alia ducatur. Hæc Beda. Ante istos omnes hanc eandem sententiam docuit beatus Isidorus libro secundo de Ecclesiasticis officijs capite. 19. hæc dicens: Sacramentum idèdè inter coniugatos dictum est: quia non potest Ecclesia diuidi à Christo, ita nec vxor à viro. Quod ergo in Christo & in Ecclesia, hoc in singulis quibusque viris & vxoribus coniunctionis inseparabile sacramentum. Vnde & Apostolus, præcipio, inquit, non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere. Prohibet enim dimitti quacunq; ex causa, ne alijs coniungatur secundum consuetudinem Iudæorum, quam Dominus interdixit dicens:

Matth. 5.

Hieron.

Chrysost.

Origenes.

1. Cor. 7.

Matth. 19.

cens: Quicumque dimiserit uxorem suam excepta fornicationis causa, & aliam duxerit, mœchatur. Hæc Isidorus. In quibus verbis duo potissimum aduertere oportet. Primum est, quod ait inter virum & uxorem esse coniunctionis inseparabile sacramentum. Alterum est, quod ait Apostolorum prohibere uxorem dimitti quacunque ex causa, ne alijs iungatur. Augustini testimonium pro hac nostra sententia non oportet nunc citare, quia satis sufficiunt tria illius testimonia quæ in hac disputatione supra per nos citata sunt. Catharinus agnoscens tot tantosq; viros in hac sententia concordēs, dicit illos omnes secutos esse Augustinum, & ab illo hanc sententiam cœpisse habere vires. Quid igitur mali habet, propterea quod ab Augustino in cepit? Nunquid ideò est rejicienda? Minimè: imò extensis vniis est amplectenda, quia illam posteri omnes susceperunt. Sed fallitur Catharinus, dicens hanc sententiam ab Augustino cœpisse habere vires: quia constat illam per multa secula ante Augustinum adeò magnas habuisse vires, vt stultus ac demens putaretur Christianus qui contra illam pugnare auderet. Nōne Apostoli per multa secula præcesserunt Augustinum? Et illi fuerunt illius canonis, quem supra citauimus, conditores. Et præter istos fuerunt adhuc alij Augustino vetustiores, qui eandem sententiam docuerunt. Nam Hieronymus, quauis Augustino synchronus, senior tamen illo fuit, priusq; illo scripsit: & hic in commentarijs super decimum nonum caput Matthæi, hæc ait: Quia poterat accidere, vt aliquis calumniam faceret innocenti, & ob secundam copulam nuptiarum veteri crimen impingeret: sic priorem dimittere iubetur uxorem, vt secundam, prima viuente, non habeat. Hæc Hieronymus. Et Hieronymo fuit aliquantulo senior Chrysostomus, quia ab eodem Hieronymo fuit annumeratus inter Ecclesiasticos scriptores. Et hic Homilia. 17. super Matthæum, apertè eandem quam Augustinus docet sententiam, sic dicens: Ille quidem si alteram duxerit, tunc se constituit criminis reum, qui adulteram fecit ex coniuge: hic vero accipiendo alienam adulter effectus est. Nequaquam enim mihi referas, quia illam alter eiecit. Nam expulsa quoq; vxor, esse eius qui eam expulit, perseuerat. Hæc ille. Et Homilia. 63. super eundem Matthæum iterum ait: Non enim dixit, quia virum & mulierem vnā solum modò fecit, verum etiam quia iussit, vt vnus vni coniugatur. Nam si voluisset alteram etiam conducì uxorem, vni viro creato multas conformasset mulieres: nunc verò vi creationis & sanctionis modo, vnā vni perpetuò coniungi, & nunquam rescindi oportere perdociuit. Et paucis interpositis subdit. Hæc etiam lege non simpliciter mulierem viro collocari videtis, sed patrem & matrem dimittendos iuberi, nec ad mulierem accedere virum simpliciter voluit, verum etiam conglomerari, potestate dictionis ostendens, minimè illos esse separandos. Hæc Chrysostomus. Ante Chrysostomum ferè per duo secula fuit Origenes, qui tractatu septimo super Matthæum, interpretans illa verba Saluatoris ex decimono nono capite Matthæi de dimissione vxoris propter causam fornicationis, hæc ait: Scio enim quosdam, qui præ sunt Ecclesijs, extra scripturam permisisse aliquam nubere, viro priore viuente: & contra scripturam quidem fecerunt dicentem: Mulier ligata est, quanto tempore viuit vir eius. Item viuente viro adultera vocabitur, si facta fuerit alteri viro. Non tamen omnino sine causa hoc permisissent: forsitan enim propter huiusmodi infirmitatem incontinentium hominum, peiorum comparatione quæ mala sunt permisissent, aduersus ea quæ ab initio fuerant scripta. Dico autem vobis, quoniam quicumque dimiserit uxorem, nisi ob causam fornicationis, & aliam duxerit, mœchatur. Forsitan audax aliquis & Iudaicus vir, aduersans doctrinæ Saluatoris nostri dicit, quoniam & Iesus dicens: Quicumq; dimiserit uxorem suam excepta causa fornicationis, facit eam mœchari, permisit uxorem dimittere, quemadmodum Moy-

A dum Moyses, quem retulit propter duritiam cordis Iudæorum hoc præcepisse: & hanc ipsam inquiet esse causam fornicationis, per quam vxor à viro dimittitur, secundum quam & Moyses præcepit dimittere uxorem, si inuenta fuerit res turpis in ea. Sed ad hoc ita est respondendum, quoniam si secundum legem adultera lapidatur, manifestum est quoniam non secundum hoc intelligitur res turpis. Nec enim in causa adulterij oportet dare libellum repudij. Et post multa alia subdit: Qua enim ratione adultera est mulier, quamuis legitime nubere videatur viro viuente: eadem ratione & vir quamuis legitime accipere videatur dimissam ab aliquo viro, non accipit legitime, secundum sententiam Christi, sed magis mœchatur quasi alienam accipiens. Hactenus Origenes, qui multa notatu digna dixit, contra oduerfarios nostros. Et verba hæc Origenis sunt iuxta translationem Erasmi: Propter quod valde miror Erasmus tam effrontem hoc in loco fuisse, vt in illa sua prolixa annotatione super septimum caput prioris epistolæ ad Corinthios non sit veritus dicere, Originem non reprehendere illos episcopos, qui permisissent viris, ducere alias vxores, viuentibus prioribus adulteris, cum tamen apertè dicat Origenes, illos contra scripturam fecisse. Clemens Alexandrinus Origenis magister libro secundo Stromatum ait: Quod autem consulat scriptura uxorem ducere, & nec à coniugio vnquam permittat discedere, legem apertè constituit: Non dimittes uxorem, præterquam propter fornicationem. Adulterium autem existimat coniugij matrimonio, viuo altero ex separat. Hæc Clemens Alexandrinus, & reperiet qui ea videre voluerit, pagina. 83. in impressione Florentina. Istum Clementem plus vno integro seculo præcessit Euaristus papa: quoniam hic, vt ex pontificali Damasi constat, fuit temporibus Domitiani & Neruæ Traiani. Hic autem in secunda epistola sua huic nostræ B sententiæ apertè fauet, sic dicens. Sicut vir non debet adulterare uxorem suam, ita nec episcopus Ecclesiam suam, id est, vt illam dimittat, ad quam sacratus est, absque ineuitabili necessitate, aut Apostolica vel regulari mutatione, nec alteri se ambitus causa coniungat. Et sicut vxori non licet dimittere virum suum, vt alteri se, viuente eo, matrimonio societ, aut eum adulteret, licet fornicatus sit vir eius: sed, iuxta Apostolum, aut viro suo reconciliari debet, aut manere innupta: ita Ecclesiæ non licet, dimittere, aut ab ea separare episcopum suum, vt alterum, viuente eo, accipiat: sed aut ipsum habeat, aut innupta maneat, id est, ne alterum episcopum suo viuente, accipiat, ne fornicationis aut adulterij crimen incurrat. Hæc Euaristus papa & martyr. Ex cuius verbis constat, falsam & nimis violentam esse expositionem, quam reddidit Catharinus illis verbis Apostoli, Præcipio non ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere: quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Dicit enim Catharinus (vt iam supra retuli) illa verba hoc modo esse interpretanda. Præcipio uxorem à viro non discedere, excepta causa fornicationis: quod si discesserit præter causam fornicationis, manere innuptam aut viro suo reconciliari. Et iuxta hanc suam interpretationem dicit Paulum non præcipere, uxorem quæ à viro propter illius fornicationem recessit, manere innuptam aut viro suo reconciliari. Sed hæc Catharini sententia apertissime conuincitur esse falsa, per verba Euaristi dicentis, Apostolum præcepisse uxorem quæ à viro discessit, tiam si ille fornicatus sit, manere innuptam illo viuente, aut viro reconciliari. Et certè ex ipsis verbis Pauli constat, malam & violentam esse illam Catharini expositionem. Nam quando Apostolus dixit: Quod si discessit, non admittit illud quod illicitum erat mulieri, de quo non erat opus amplius disputare, quid possit facere in eo statu in quo non poterat iuste consistere: sed admittit illud quod mulieri facere licebat, quod est discedere à viro propter illius fornicationem. Et tunc vltierius pro-

Clemens
Alexandrinus.

Euaristus.

CREDITUR declarans quid tunc facere possit, & dicit eam non posse alteri nu-
 bere, sed necessariò manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Ex istis om-
 nibus testimonijs hæcenus citatis iam apertè constat falsum esse quod Catha-
 rinus ait hanc nostram sententiam accepisse vires ab Augustino: quoniam
 multi viri illustres Augustino verustiores illam docuerunt, & nullus vir ali-
 cuius nominis illam ausus est rejicere. Nã illos episcopos, quos Origenes re-
 fert contrarium fecisse, ipsemet dicit extra scripturam dixisse, & contra scri-
 pturam fecisse. Sunt adhuc præter supradicta Euaristi verba, quæ obiter de
 materia per occasionem dixit: aliæ de hac re pontificum definitiones ex
 professo datæ. Nam Innocentius papa huius nominis tertius, in capi. Gaude-
 mus, de diuortijs, volens probare pluralitatem vxorum esse lege diuina pro-
 hibitam, hæc ait: Sanè veridica hæc sententia probatur testimonio veritatis
 testantis in Euangelio: Quicumque dimiserit vxorem suam ob fornicationem,
 & aliam duxerit, mœchatur. Si ergo vxore dimissa, duci alia de iure nõ potest,
 fortius & ipsa retenta. Hæc Innocentius, qui hæc dicens nihil, vt ex verbis il-
 lius constat, nouum statuit: sed solùm arguit ex eo quod certò credidit esse de
 iure diuino. Alexander tertius, qui hunc Innocentium præcessit, in capi. Ex
 parte, de sponsalibus & matrimonijs, per hæc verba definit: Quia nemini li-
 cet vxorem suam sine manifesta causa fornicationis dimittere, & tunc eam si-
 bi reconciliare debet, aut ipsa viuente continere, mandamus quatenus eun-
 dum, vt superinducta dimissa, ad vxorem suam redeat, & eam matricali affe-
 ctione pertractet, monitione præmissa, per Ecclesiasticam censuram cogatis.
 Hæc Alexander tertius, qui nullum in hac parte nouum decretum statuit: sed
 præcepit vt fieret iuxta id quod constabat esse de iure. Ante hos duos sum-
 mos pontifices, per multa secula præcessit Innocentius papa huius nominis
 primus, qui in epistola ad Exuperium Tholosanum episcopum, à quo de hac
 re fuerat interrogatus, capite sexto per hæc verba respondet. De his etiam re-
 quisit dilectio tua, qui interueniente repudio, alij se matrimonio copula-
 runt, quos in vtraque parte adulteros esse manifestum est. Qui verò vel vxore
 viuente, quamuis dissociatum videatur esse coniugium, ad aliam copulam fe-
 stinarunt, neque possunt adulteri non videri, in tantum, vt etiam hæc personæ
 quibus tales coniuncti sunt, etiam ipsæ adulterium commisisse videantur, se-
 cundum illud quod legimus in Euangelio: Qui dimiserit vxorem suam, &
 duxerit aliam, mœchatur. Similiter & qui dimissam duxerit, Hæc Innocen-
 tius primus, vir quidem sanctitate & doctrina clarissimus. In cuius verbis id
 potissimum annotandum est, quòd nullum tunc statuit decretum, sed solùm
 quæstioni sibi propositæ respondet, per testimonia sacræ scripturæ. Et hoc
 annotare oportuit propter Erasimum, qui dicit, solis pontificum decretis &
 non diuino mandato esse prohibitum viro, qui vxorem suam propter adul-
 terium reliquit, vt alteram ducat. Catharinus etiam in illis suis annotationi-
 bus contra Caietanum, hæc ait: Satis est quòd decretis pontificum hanc per-
 soluo reuerentiam, vt iuxta illa etiam doceam atque consulam. Hæc Catha-
 rinus. Et certè, vt ingenuè loquar, multò magis in hac parte miror errasse Ca-
 tharinum quam Erasimum, propterea quòd Catharinus à principio suorum
 studiorum fuit ex professione iurisperitus, & in illa facultate nomen obti-
 nuit antequam ordinem sancti Dominici profiteretur. Potuit igitur ille opti-
 mè aduertisse, si voluisset, nullum pontificem de hac re autoritate propria de-
 cretum aliquod, quasi suum statuisse: sed quum de hac re locuti sunt, solùm
 declarasse quid Dominus in Euangelio statuisset. Et propter hanc causam
 postquam citauit illa verba istorum trium pontificum, hoc in illis omnibus an-
 notauit, vt inde ostenderem illos omnes docuisse, hanc nostram sententiam
 esse ex iure diuino, & non ex institutione sua. Nihil iam mihi superesse vi-
 deo, vt

Innocentius
tertius.
Marti. 19.

Alexander
tertius.

Innocentius
primus.

Cathari-
nus.

A deo, vt hanc nostram & Catholicam sententiam plenè probatam relinquam,
 nisi vt Ecclesiæ Catholicæ apertam de hac re definitionem proferam. Con-
 cilium Mileuitanum capite. 17. suorum decretorum in hac contentione per
 hæc verba definit. Placuit, vt secundum Euangelicam & Apostolicam disci-
 plinam, neque dimissus ab vxore, neque dimissa à marito, alteri cõiugatur: sed
 ita maneat, aut sibimet reconcilietur. Quod si contempserint, ad pœnitentiam
 redigantur. In qua causâ legem imperialem petendam promulgari. Hæc
 Concilium Mileuitanum: quod etsi prouinciale fuisse fatemur, illud tamen
 ab Innocentio huius nominis primo fuisse confirmatum, Augustino id testan-
 te, cognoscimus. Hæc autem verba ad maiorem illorum confirmationem pos-
 tea in Concilio Aphricano capi. 69. eodem profus ordine repetita sunt. Sed
 ne quis adhuc contendat ambo hæc Concilia fuisse prouincialia: profero Cõ-
 cilium Florentinum, quod citra omnem dubitationem fuit generale, ad quod
 Græci & Latini conuenerunt. Hoc autem concilium in definitione fidei Ar-
 menis data, de sacramento matrimonij loquens, per hæc verba definit. Affi-
 gnatur autem triplex bonum matrimonij. Primum est, proles suscipienda &
 educanda ad cultum Dei. Secundum est fides, quam vnus coniugum alteri
 seruare debet. Tertium indiuisibilitas matrimonij, propter hoc quòd signifi-
 cat indiuisibilem coniunctionem Christi & Ecclesiæ. Quamuis autem ex cau-
 sa fornicationis liceat thori separationem facere: non tamen aliud matrimoni-
 um contrahere fas est, cum matrimonij vinculum legitimè contractum per
 petuum sit. Hæc Concilium Florentinum. Si quis tamen cõtentiosus Caieta-
 no patrocinari velle, dixerit, definitionè illâ fidei Armenis datâ, nõ esse à to-
 to Concilio, sed à solo Eugenio papa post solutionem cõcilij æditam, minime
 poterit hac via illum iuuare: quoniã Caietanus ipse alibi docet, papam in de-
 finitionibus fidei errare non posse. Deinde Caietanus in illo suo opusculo de
 comparatione autoritatis papæ & concilij, capite. 1. & 3. apertè testatur doctri-
 nam illam sacramentorum Armenis datam, à toto concilio fuisse æditam. Et
 hoc opusculum multò antè ædidi ille, quàm sacram scripturam commentari
 tentasset, in cuius cõmentarijs hanc de diuortio protulit sententiam. Quapro-
 pter ego non video quomodo ille in hac parte excusari possit, cum constet il-
 lum generalis concilij definitionem optimè nouisse, contra quam non est ve-
 ritus sentire & publicè docere. Hæc tamen ego non dico, quia personam il-
 lius ob hanc causam accusare velim. Nam ego in hoc opere, vt aliàs sæpè me
 dixisse memini, non contra personas, sed contra falsas & hæreticas doctrinas
 agere statui. Possibile etiam est, vt licet illam fidei definitionem à Concilio
 Florentino Armenis datam legisset, quum opusculum illud scripsit longo ta-
 men postea tempore elapso, quum scripsit illa commentaria super Euangelia,
 non fuit memor illius Concilij Florentini, quod antea legerat. Non enim om-
 nia quæ legimus, perpetua memoria retinemus. Et idèd nolo personam illius
 propter hanc errorem damnare, præsertim cū in hac sententia, vt iam à prin-
 cipio dixi, Ecclesiæ definitioni se subdiderit. Sed iam opus est, vt respondeam
 aduersariorum argumentis, quibus illi se motos fuisse dicunt, vt præfatam do-
 ctrinam tuerentur.

Primò quidem argumentantur Erasmus & Catharinus, durum esse, vt is
 qui sine culpa sua, sed propter solam vxoris fornicationem, illam dimisit, co-
 gatur ad continentiam seruandam, præsertim si talis est natus, vt ad carnales
 coitus sit pronus. Hanc argumentationem vehementer exaggerat Catharinus,
 & multa circa illam verba expendit. Sed hanc argumentationem per multa
 secula antea proposuerat Pollentius ille, ad quem Augustinus tractatum illum
 suum de adulterinis coniugijs scripsit. Erasmo igitur & Catharino ego me-
 lius respondere non poterò, quàm illi Pollentio respondit Augustinus libro

Concilium
Mileuita-
num.

Concilium
Florentinum.

August.

secundo de adulterinis coniugijs capite decimo, sic inquit: Sed respondes mihi, Continenter viuere paucorum est. Et ideo qui fornicantes coniuges dimiserunt, quoniam non possunt reconciliari, tantum se vident periclitari, vt legem, Christi non humanam, sed feralem pronuncient. O frater, quantum ad incontinentes pertinet, multas querelas habere possunt, quibus, vt dicis, legē Christi feralem pronuncient, non humanā. Et tamen non propter illos Euangelium Christi peruertere vel mutare debemus. Te quippe sola illorum querela permouet qui coniuges causa fornicationis intercedente dimittunt, si alias ducere non sinantur: quoniam continere paucorum est, atq; ad id debent laude exhortari, non lege compelli. Itaque si dimissa adultera, nō ducitur altera, iustam querelam, sicut putas, habebit hominum incontinentia. Sed attende quā multa sunt, vbi si querelas incontinentium velimus admittere, necesse nobis erit adulteria permittere. Quid si enim aliquo diurno & insanabili morbo corporis teneatur coniunx, quo concubitus impediatur? Quid si captiuitas vel vis aliqua separet, ita vt sciat viuere maritus vxorem, cuius sibi copia denegatur, censes ne admittenda incontinentium murmura, & permittenda adulteria? Quid in hoc ipso, vnde interrogatus est Dominus, responditq; fieri non debere, sed ad duritiam cordis eorum, Moysen permisisse dari libellum repudij, & quacunque causa dimittere vxorem? Nōne lex Christi incontinentibus displicet, qui vxores litigiosas, iniuriosas, imperiosas, fastidiosas, & ad reddendum debitum coniugale difficillimas, repudio interueniente abijcere volunt, & alteras ducere? Hęc Augustinus. Eodem modo responderet Innocentius tertius iu capitulo, Quāto, de diuortijs. Sed quantum ad illud exemplum de homine secro, quod illic proponit Innocentius, aliqui obijciunt dictum quoddam Gregorij iunioris, quod citatur à Gratiano in capite, Quod proposuisti. 32. quæst. 7. Ad hoc tamē respōdet & bene Gratianus, D quod Gregorius ille sic definiendo errauit, quanquam glossa in illo loco nititur illum Gregorium excusare. Secundō argumentantur aduersarij ex hoc quod vir non teneret vxori, neq; vxor viro, nisi ad reddendum carnale debitum, & ad cohabitationem, & mutuū obsequium. Ab his autem omnibus absoluitur per diuortium coniunx innocens, in cuius fauorem concessum est diuortium, ergo saltem ille poterit transire ad secundas nuptias. Ad hoc argumentum facile respondetur negando primum assumptum illius. Vt autem apertius illius falsitatem ostendam, admoneo lectorem vt aduertat, quod post quodlibet contractum & ratum matrimonium consurgit inter ipsos coniuges duplex obligatio mutua. Altera est affirmatiua, qua sibi inuicem reddere tenentur carnale debitum & mutuū obsequium: & hęc prorsus tollitur per diuortium. Altera est negatiua, qua quisq; illorum tenetur non reddere alteri copulam carnalem, nisi illi soli cui se alligauit per matrimonium, & hęc non tollitur nisi per mortem alterius coniugis. Et de hoc vinculo solo intelligitur illud Pauli, Mulier alligata est viro quanto tempore vir eius viuuit. Et ex intelligentia huius obligationis colligitur, etiam clarior responsio ad argumentum præcedens, vt intelligant Erasmus & Catharinus, non esse durum & asperum cogere ad continentiam virum qui vxorem suam propter adulterium reliquit, & non vult se illi reconciliari. Nam quando matrimonium cum illa contraxit, ipse se ad hanc duritiam & asperitatem tolerandam obligauit, quod fit vt quod à principio promisit, postea sit obligatus tenere. Neque in hoc fit illi iniuria, quia sciens tale vinculum esse in matrimonio, voluntariē se tali vinculo ligauit. Scienti autem & volenti, vt regula ait, non fit iniuria. Tertio sic argumentantur aduersarij. Id quod Dominus dixit iuxta tenorem legis antiquæ: Qui dimiserit vxorem suam, det illi libellum repudij, intelligendum est de dimissione perfecta, quæ non solum est quoad thorum, sed etiam quoad vinculum

De regulis
iuris, lib. 6.

A vinculū: quod negari non potest, quia sic lex olim intelligebatur: ergo quod Dominus locutus est de dimissione Euangelica, quæ est propter causam fornicationis, eodem modo intelligendum est de dimissione perfecta non solum quoad thorum, sed etiam quoad vinculum. Hoc argumentum tanti facit Catharinus, vt dicat se non videre quid dici valeat, quod erudito pectori satisfaciatur. Et certē huius argumenti non fuit ille primus inuentor, quia ante illum Erasmus scripserat in suis annotationibus super septimum caput prioris epistolæ ad Corinthios, sic dicens: Atqui diuortium, inquit, approbat Ecclesia, sed hætenus; vt vterque maneat inconiugatus. Obsecro te an de hoc diuortio sensit Christus? A Iudæis interrogatur, Indæis respondet. At illi nulum aliud nouerant diuortium, nisi quod adimeret ius repetendi dimissam, & daret ius ducendi alteram. Hęc Erasmus. Sed hoc argumentum, quod isti tantifaciunt, ego nihili facio: quia considero diligenter & attentē quædam alia verba quæ Christus Saluator noster dixit parum ante illa de quibus nunc disputamus. Nisi abundauerit (inquit) iustitia vestra plusquam Phariseorum & Scribarum, non intrabitis in regnum cœlorum. Quibus præmissis statim progressus est ad reformandos illos errores, quibus Pharisei & Scribæ erant infecti, & populum inficiebant. Emendauit itaq; in omnibus illis, id, quod male illi antē docere solebant. Et vnum ex illis erat in repudio vxorum suarum, per quod illi putabant se esse solutos à viculo vxoris, quam repudiabant. In quo maximē errabant: quia licet permissum erat illis, vt post repudiā vnā, alteram ducere possent, sic tamen facientes peccabant: quia contra ius naturæ faciebant, in quo nemo potest dispensare, nisi ille qui est supra naturam. Ad hoc ergo seruiebat illis permissio, vt non propter hoc punirentur, sic dimittentes vxores suas: non autem vt liberi essent à peccato. Nam quia peccabant sic facientes, ideo Christus postea non dixit, Deus permittit, sed Moyses. Et hoc annotauit Hieronymus in commentarijs super Matthæum, interpretans illa Saluatoris verba, Moyses ad duritiam cordis vestri, &c. vbi hæc ait: Quod dicit istiusmodi est. Nunquid potest Deus tibi esse contrarius, vt aliud antē iusserit, & sententiam suam nouo frangat imperio? Non ita sentiendum est: sed Moyses cū videret propter desiderium secundarum coniugum, quæ vel ditiores, vel pulchriores essent, primas vxores interfici, aut malā vitā ducere, maluit indulgere discordiā, quā odia & homicidia perseuerare. Similq; considera, quod nō dixit: Propter duritiā cordis vestri permittit vobis Deus, sed Moyses: vt, iuxta Apostolum, consilium sit hominis, non imperiū Dei. Hęc Hieronymus. Est adhuc aliud considerandū, quod nō dixit Christus Moysen præcepisse, sed permisisse. Et inde colligitur malū fuisse repudiū, quia mala sunt quæ fieri permittuntur: bona verò aut præcipiuntur, aut de illis consilia dantur. Et hoc annotauit Chrysostomus in opere imperfecto super Matthæum, vel quisquis est illius operis autor, Homilia. 33. hæc dicens. Bene dixit quia Moyses hoc permittit, nō præcepit. Aliud est præcipere, aliud est permittere. Quod enim præcipimus, semper placet: quod autem permittimus, nolentes præcipimus, quia malā voluntatem ad plenū prohibere non possumus. Hęc ille. Sic autē permittens Moyses non malè fecit, sed bene: quia vt maius malum, puta homicidium, vitaret, permisit minus. Oportet tamen, vt omnia rectē intelligantur, tria in hoc negotio considerare, quorum primū Moses prohibuit, Alterum permisit, Tertium præcepit. Prohibuit quidē dimittere vxorē sine causa. Permisit dimittere vxorē ex causa turpitudinis, si illa turpis fuisset. Præcepit dare libellum repudij, si illam dimitteret, vt per huius libelli donationē auerteret illos ab iniuriamodi vxorū dimissione. Nam dato libello repudij non poterat amplius ad illam vxorē redire, vt habetur in Deuteronomio, nec poterat vxori postea reconciliari. Et in hoc, sicut in quibusdam alijs, illud repudium veteris legis differt à

Catharinus.

Erasmus.

Matth. 5.

Hieronymus.

Chrysostomus.

Deut. 24.

fert à diuortio legis Euangelicæ: quia in lege Euangelica possunt cōiuges post diuortium factum sibi inuicem reconciliari. In donatione libelli, quæ erat præcepta, non erat peccatum. In dimissione autem vxoris, quæ erat permessa, committebatur peccatum, quia soluebatur vinculum matrimonij, quod ex lege naturæ erat indissolubile. Iudæis ergo Christus loquens, quum abijcere vellet libellum repudij, qui in veteri lege erat præceptus, vsus est verbo dimissionis, iuxta sensum in quo Iudæi capere solebant. Quum autem post abrogatum repudium veteris legis, statuit diuortium iuxta legem Euangelicam, non vitur illo verbo vt significat dimissionem quoad vinculum, sed solū quoad thorum. Quia sicut legem strictiorē q̄ erat vetus, statuebat, vel vt rectius loquar, restituebat, ita etiam strictiori tunc verbi significatione est vsus, volens vt iustitia nostra abūdaret plusquam Phariseorum & Scribarū. Et hac se vti significatione Christus ipse apertissimè ostendit, per verba quæ statim subiungit, dicens: Et qui dimissam duxerit, adulterat. Nam per illa verba apertè indicauit eam quæ à viro dimissa est, vxorem esse illius à quo dimissa est: quoniam, vt iam supra diximus, nō adulteraret qui illā duceret, nisi illa esset vxor illius à quo dimissa est. Christus ergo illam dicit esse à viro dimissam, quæ solū dimissa est quoad thorum. Sed Erasmus irridet huius verbi vsus ad tam strictam significationem, dicens nunquā inueniri apud probatos auctores hoc verbū dimittere, capi ad significandū solam dimissionē quoad thorum. Nunquid Christū vult Erasmus Grammaticorum regulis alligare? Aut Christū ipsum vult accusare, quod malè illius verbi significatione sit vsus? Nōne ipse Erasmus sapè aliās faretur, multa esse in sacris literis, quæ iuxta exactā Grammaticam aliter essent scribenda? Sed his omisissis volo Erasmo ostendere probatum auctore, qui verbo isto vsus est, vt significet solā thori separationem. Nā Chrysof. in illa præfata Hom. 33. operis imperfecti super Matthæū, iuxta illam significationem vsus est illo verbo, sic dicens: Qui dimittit coniugē suam, & aliam non accipit, adhuc maritus est. Cū ergo aliā acceperit, tunc plenè dimittit. Hæc ille. In quibus verbis constat illum duos dimissionis modos statuere: vnū, quo quis sic dimittit vxorē, vt aliam ducat, & hanc dicit esse plenam dimissionem. Alterum, quo sic dimittit vxorem, vt tamen aliam nō ducat: & illum qui sic dimittit, dicit adhuc esse maritum illius quam dimisit. Postquam iam adeo sufficienter respondi ad argumentum aduersarij, vt cuilibet viro sapienti satisfacere possim, possum facile ipsam eorum argumentum in illos retorquere, prout superius obiter insinuaui. Si Christus de dimissione quod ad vinculum est locutus: ergo superflue addidit illa verba, & aliam duxerit: quia tunc solū vir dimittit vxorem quoad vinculum, quando aliam ducit: quia antequā aliam ducat, adhuc potest dimissam reconciliare sibi. At Christus nullum verbum superflue duxit: quia, vt propheta regius de illo dixit, solū eius non defluet: Ergo Christus nō est locutus de dimissione quod ad vinculum, sed solū quod ad thorum. Quarto sic argumentatur aduersarij. Si de sola dimissione quod ad thorum Christus fuisset locutus, nō sola causa fornicationis fuisset excepta: quia etiam propter alias causas potest esse licita separatio thori, vt puta si, ex amborum consensu ingrediatur religionem, aut propter periculum vxoricidij. Fateor quidē alias esse causas propter quas licita potest esse separatio coniugum quoad thorum: dimissiones tamen illæ maiorem habent causam, quā sit fornicatio, propter quam Deus concessit posse fieri separationem. Causa autem fornicationis idè est iusta ad separationem thori, quia ipsa fornicatio coniugis est contra fidem matrimonij: & idè iustum est vt deinceps alter non teneatur illi qui fidem non seruauit. At imago est contra matrimonium vxoricidium, per quod tollitur vita & propria vxoris existentia, quā adulterium, per quod solū violatur fides sine ablatione vitæ. Vxoridicium est contra coniunctionem animorum, adulterium cōtra coniu-

Chrysof.

Psal. 11.

coniunctionem corporum. Matrimonium autem, vt Chrysofomus ait in illa præfata Homilia. 33. operis imperfecti, non facit coitus, sed voluntas. Deinde, maior est obligatio vxoris ad conseruationem propriæ vitæ, quā ad reddendum debitum vxori. Et idè omnes Theologi censent nullum coniugem teneri ad reddendum alteri coniugale debitū, quando talis redditio debiti vergit in apertum damnum incolumitatis propriæ: quia magis tenetur, ad conseruationem proprii indiuidui: quā ad conseruationem speciei, ad quam tenet talis redditio debiti coniugalis. De alijs autem molestijs, quas viri solent inferre vxoribus, censo nullam earum esse satis ad faciendam vel thori separationem. Illi verò qui ex mutuo consensu ingrediuntur religionem, non sunt censendi quod se inuicem dimittāt, sed quod quilibet renunciat iuri suo quod habet supra alium. Nam dimissio non dicit solam separationem coniugum, sed denotat vltra hoc aliquod crimen in illo, qui dimissus est. Propter hoc enim solū innocens dicitur dimittere alterum qui adulterauit, & è contrario non dicitur adulterū dimittere innocentem. Quinto sic argumentatur Caietanus. Si alter coniugum infidelium conuertatur ad fidem, potest dissolui matrimonium inter illos contractum, propter alterius fornicationem spiritualement, ergo etiam poterit dissolui propter alterius coniugis fornicationem carnalem. Ad hoc argumentum responderet Catharinus in illis suis annotationibus contra Caietanum, & dicit magnum esse inter illa duo matrimonia discrimen. Quia matrimonium infidelium non est ratum, & idè potest dissolui: matrimonium autem fidelium est ratum, & idè dissolui non potest. Hoc discrimen reddit Innocentius tertius in cap. Quanto, de diuortijs. Potest adhuc aliter responderi ad argumentum, & dico fornicationem spiritualement, quæ est per infidelitatem, esse multo maiorem quā fornicatio carnalis: & idè ex ista potest colligi optimè illa, ita vt si ista dissoluit & illa: arguendo à minori ad maius affirmatiuè. Non licet autè ex illa colligere istam, ita arguendo: Si illa dissoluit, ergo ista. Quia sic arguendo arguitur à maiori ad minus affirmatiuè, quod est ineptissimum argumentum. Non enim oportet vt id quod minus est, possit efficere id quod maius efficit. Contra hunc errorem quum primū Erasmus illum docere cœpit, scripsit quidam Ioannes Deitembergius: Post istum aliquanto tempore interiecto scripsit contra eundem Erasmi errorem Robertus Genales ex academia Parisiensis.

Sexta hæresis aduersus nuptias aut matrimonium exorta est, quæ sic extollit nuptias, vt eas non vereatur æquare virginitati. Sed de hac hæresi infra differemus in titulo de virginitate. In quo loco pro ipsa virginitate pugnare decreui, & vtinam tam facile hostes illius carnales vincere possim, quā facile de hostibus illius spiritualibus, Deo adiutore me triumphaturum spero.

O B E D I E N T I A.

O mnes scelerati ac facinorosi homines, quod facilius & liberius quæ voluerint scelera committere possint, libertatem oprant, vel vt veriùs dicam, liberam seruitutem: quoniam iuxta illam quam cupiunt libertatē, miserrimæ seruituti se addicunt, Saluatore nostro dicente: Qui facit peccatum, seruus est peccati. Hæretici aliqui timentes ne propter sua scelera & venenosas doctrinas à prælatis Ecclesiæ punirētur iuxta potestatem à Deo illis collatam, ad hoc asylum confugerunt, vt eorum plures negauerint obedientiam esse præstandam prælatis Ecclesiæ. Huius erroris primi auctores fuere Vvaldenses, impij ac sceleratissimi homines, qui more viperarum, viscera matris Ecclesiæ, à qua per baptismum fuerant geniti, rodere conati sunt. Hi enim omnem

Ioan. 8.

pvaldese.

*Pseudap.
Lutherus.*

*Begardi.
Beguinae.*

omnem Ecclesiae potestatem & ordinem tollere volebant, dicentes non esse C
obediendum Romano pontifici, aut alijs Ecclesiae praelatis. Eundem erro-
rem docuerunt Pseudapostoli, Vviclephitae, Hussitae: & nunc Lutherani di-
cunt non esse obediendum praelatis Ecclesiae, nisi in illis solum quae in sacra
scriptura sunt apertissime expressa. Begardi & Beguinae dixerunt eos qui ad
perfectionis statum peruenerint, non esse alicui humanae potestati subiectos.
De his omnibus haereticis, & de errore illis omnibus communi, iam supra sa-
tis (vt opinor) diximus in titulo de Ecclesia, haeresi tertia: quod loco ostendi-
mus Ecclesiam posse condere leges & statuta, quae non sint expressa in sacris li-
teris: cuius constitutionibus quilibet tenetur obedire. Non est ergo opus il-
la iterum reputere,

OCCIDERE.

Pyvalden.

*Nicolaus
Galeus.*

Rom. 12.

Act. 5.

Inter alios Vvaldensium errores quos Guido recēset, hic vnus est, quod do-
cent nullum hominem posse occidi iuste, etiam si id fiat ex iudicis praē-
pto. Eundem errorem postea docuit quidam Nicolaus Galeus ex Bohe-
mia oriundus, qui fuit vnus de legatis à Bohemia ad Conciliū Basiliense mis-
sis. Hic error apertè conuincitur, quia per illum tollitur humanus conuictus,
& omnis honesta politia peruertitur: quoniam per hanc doctrinam nulla erit
pax: at pace sublata, nulla respublica potest salua cōsistere, nec homines in ea
quietè viuere. Cū ergo pax sit nobis tam necessaria, vt eam nobis Christus
ex maximo affectu commendauerit, & quasi Testamento eam nobis prope
mortem legauerit, conuincitur illam doctrinam esse erroneam, per quam pax
totius rei publicae turbatur. Turbatur autem pax nisi scelerati & malefici occi-
dantur. Haeresis est ergo asserere non posse occidi. Omnis enim respublica est
velut corpus quoddam humanum, cuius caput est Dominus & rector: alij au-
tem homines sunt inuicem membra. Apostolus Paulus totam reipublicam
Christianam, hoc est Ecclesiam, vocat vnum corpus, cuius caput est Christus:
singuli autem homines alter alterius membra. Si autem in corpore humano
aliquod particulare membrum laborauerit aliquo morbo, homo cuius mem-
brum malè habet, procurat omnibus modis quibus potest, illud restituere in
pristinam sanitatem, omnem adhibet medicinam, admouet fomenta quae po-
test. Quod si nulla via potest illi mēbro subueniri, libenter patitur incisionē:
quoniam praestat perdere vnum membrum, quam perdere totum corpus. Ad
hunc modum fit in republica, cū quilibet homo sit tanquam particulare mē-
brum in corpore quod est respublica. Si talis homo commiserit aliquod graue
crimen, laborandum est ad eius emendationē. Quod si nulla est spes de emen-
datione illius, oportet illum perdere vsque ad mortem, & separare à toto cor-
pore, ne reliqua membra inficiat. Vnū enim pecus inficit omne pecus. Quod
si nunquam esset mors insigenda, terra esset plena latronibus, mare piratis,
nullae essent res tutae. Vt ergo sit debita in populo quies & tranquillitas, expe-
dit vt sceleratus homo occidatur, ne tota gens pereat. Praeterea supra cū de
bello ageremus, ostendimus bellum posse iuste geri ab homine habente pote-
statem, si ea adsunt quae ad iustum bellum exiguntur. At cū non possint ho-
mines in bello congregari, quin saepe multae in eo fiant hominum occisiones,
conuincitur inde, vt si bellare licet, liceat etiam occidere. Rursum, beatus Pe-
trus Apostolus puniuit morte Ananiam & Saphiram, quia vendito agro frau-
dauerunt de precio, non portantes coram Apostolis totum precium, sed ali-
quid sibi reseruant. Et hoc solum exemplum sufficit ad proferendum ho-
rum haereticorum haeresim, quoniam hoc in tēpore nouae legis actum est, quo
tempore

A

tempore propter legis benignitatem dicunt nō esse licitum quacūq; ex cau-
sa hominem occidere. Petrus tamen hanc benignitatem agnoscens, non dubi-
tauit morte punire Ananiam & Saphiram, quoniam sciebat veram miseri-
cordiam habere semper in suo comitatu iustitiam, quae non patitur maleficos
viuere super terram. Sed hoc loco obijciunt nobis haeretici praēceptum diui-
num, quo prohibet occisionem, dicens: Non occides. Huic autem obiectioni
respondemus, per illa verba non esse prohibitam omnem occisionem, sed il-
lam quae à persona priuata fit, non autem illam quae à iudice ex iusta causa de-
cernitur insigenda. Hoc autem ita esse ex eo conuincitur, quod in lege vete-
ri erat illud idem praēceptum, & sub eisdem verbis, videlicet, Non occides: &
tamen cum illo praēcepto fuerunt multae aliae leges quibus praecipiebatur ho-
minis occiso propter peccata aliqua, vt patet de punitione blasphemii, & de
punitione furis nocturni. Quod si per illa verba, videlicet, Non occides, esset
prohibita quaelibet hominis occisio: esset tunc necessarium fateri Deum praē-
cepisse contraria, quae nullo modo fieri poterant. Absit autem vt dicamus
Deum praēcepisse aliquid impossibile. Vt ergo non sit repugnantia in manda-
tis Dei, oportet fateri in illo praēcepto, Non occides, non esse prohibitam om-
nem occisionem: quoniam in lege Euangelica ipsemet Saluator cōfirmasse vi-
detur legem de occisione hominis qui alium occiderit, cum dixit: Omnis qui
occiderit gladio, gladio peribit. Ita enim Christianus Druthmarus super Mat-
thaeum interpretatur locum illum. Et beatus Hieronymus super. 22. Hieremiae
ait: Homicidas & sacrilegos & venenarios punire, nō est effusio sanguinis, sed
legum ministerium.

*Matth. 3.
Exod. 20.*

Leuit. 24.

Mat. 16.

B

Alia est haeresis, quae cū hac proximè narrata velut ex diametro pugnat,
docens homines seipso occidere, vt palmam martyrij assequi merean-
tur. Circuncelliones namq; dixerunt eos qui seipso occidat, esse mar-
tyres censendos, eò quod mortem vltronici patiuntur. Sed de hoc errore iam
suprà differuimus in titulo Martyrium.

*Circuncel-
liones.*

Tertia haeresis est, quae asserit licere cuilibet homini occidere tyrannum,
etiam per insidias, nō obstant quacūq; confederatione inter eos fa-
cta, etiam si fuisset iuramento firmata. Sed de hoc errore infra in titulo
de Tyranno disputabimus.

OPERA.

Non satis se fecisse arbitratur Lutherus, quod opera humana reiecerit,
dicens ea non esse necessaria, nisi illa etiam dānaret, asserens omnia ope-
ra cuiuslibet hominis, quantumlibet etiam rectè facta, esse peccata. Iu-
stum enim hominē dicit peccare in omni bono opere. Hunc autem errorē ex
alio non minùs pernicioso deducit. Nā Lutherus arbitratur per illud primum
& maximū legis mandatum, quod est de dilectione Dei, obligari homines ad
consummatam charitatis perfectionem: ad quā quia nullus in hac vita pertin-
gere potest, quoniam illa expectatur in praemium, ideo dicit Lutherus toties ho-
mines peccare, quoties aliquid ex charitate faciendum deficit ab illa summa
charitatis perfectione. Existimat etiam Lutherus per illud praēceptum, Non
concupisces, esse prohibitum carnis appetitum, quē nullus homo à se potest
abijcere, quamuis possit reprimere, quoniam caro concupiscit aduersus spiri-
tum, & spiritus aduersus carnem. Quia ergo haec duo sibi aduersantur, vt non
quacūq; velimus faciamus, ideo dicit iustum in omni bono opere peccare, &
omnia opera nostra quantumlibet bona esse censenda peccata, quia videlicet in
omni tali opere caro reluctatur & repugnat spiritui: quapropter tale opus di-
cit esse

Lutherus.

Galat. 5.

cit esse peccatum, quia est opus cum concupiscentia factum, & ita contra præceptum illud, Non concupisces. Ecce Lutheri fundamentum, super quod huius præsentis erroris fabricam ædificare conatur. Hoc fundamentum nos Deo duce postea subuertemus, cum de præceptis differemus. Ibi enim ostendimus ex sacris literis, & ex doctrina sacrorum doctorum, illa duo præcepta non esse ita intelligenda prout Lutherus illa intelligit. Hanc ergo causam usque ad illum locum differentes, de errore quem primo proposuimus, disputare oportet, ut doceamus contra Lutherum, neque omnia opera nostra esse peccata, neque iustum in omni bono opere peccare. Primo ergo producamus in testimonium nostrum, illud magnificum Abrahamæ opus, cum filium suum unigenitum, quem diligebat Isaac immolare voluit obediens Deo præcipienti. In cuius remunerationem promissit Deus illi, se carnem ex illius semine suscepturum. Sic enim ait: Benedicetur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ. Quæ verba iuxta Paulum de Christo intelligenda sunt. Non enim dixit, in seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno, & semini tuo, qui est Christus. Si obedientia Abrahamæ fuisset peccatum, non fuisset illi à Deo tantum & tam honorificum premium promissum. Præterea postquam Iob passus fuerat tot tribulationes, & locutus fuisset verba illa patientiam suam maximam testantia, scriptura statim illum laudat, dicens: In omnibus his non peccauit Iob, neque stultum quid contra Deum locutus est. Si in omnibus illis non peccauit Iob, non est ergo quodlibet hominis opus peccatum. Rursum, beatus Paulus de his qui matrimonio iunguntur differens, ait: Solutus es ab uxore, noli quaerere uxorem. Si autem acceperis uxorem, non peccasti: & si nupserit virgo, non peccauit. Paulus dicit non peccare eum qui capit uxorem, & non veretur Lutherus dicere omne opus nostrum esse peccatum. Si ergo actus nubendi, iuxta Paulum, non est peccatum: quid putas de alijs operibus eum diciturum, quæ idem Paulus censet esse meliora quam actus nubendi? Et beatus Petrus postquam aliquot virtutes ad gloriam assequendam necessarias enumerauerat, statim subiunxit: Hæc enim facientes, non peccabitis aliquando. Et beatus Ioannes in sua prima canonica epistola ait: Omnis qui in Deo manet, non peccat. Ne autem disputaremus quærentes quisnam sit ille qui manet in Deo, ipse in eadem epistola declarauit dicens: Deus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Attende ergo Lutherè, & vide quam aperte tuam damnat Ioannes sententiam. Omnis qui manet in charitate, in Deo manet. Omnis qui in Deo manet, non peccat. Omnis ergo qui manet in charitate, non peccat. Aut ergo oportet te negare iustos esse in charitate, aut cogere fateri iustum in bono opere non peccare: quoniam omnis qui manet in charitate, non peccat. Perspice lector, obsecro, & considera quibus cancellis sit conclusus Lutherus, ut nulla illi pateat fuga. Quod si forte elabi velut anguis conatur, dicens opus esse charitate perfecta ad hoc ut maneamus in Deo, & Deus in nobis: ralis autem charitas (ut Lutherus ait) in via non habetur: erit ergo iuxta hanc responsionem dicendum, quod Deus in nullo homine habitat pro statu huius miseriarum, eò quod non habet aliquis homo illam perfectam, quam Lutherus exigit charitatem. Sed ne aliqua via Luthero pateret exitus, hanc etiam rimulam obstruxit beatus Ioannes, cum in eadem epistola declarauit quæ esset perfecta charitas. Sic enim ait: Qui seruat verbum eius, verè in hoc charitas Dei perfecta est. Quid ergo dicit Lutherus? Nunquid progredietur ulterius ut neget aliquem seruasse verba, hoc est, mandata Dei? Si hoc negare non erubescit, audiatur diuinum Psalterium dicentem: Custodiuit anima mea testimonia tua, & dilexit ea vehementer. Seruauit mandata tua & testimonia tua, quia omnes viæ meæ in conspectu tuo. Et si hoc propheta dictum non recipit Lutherus, eò quod propheta de seipso testimonium proferat, audiat Deum pro eodè propheta testimonium

monium proferentem. Nam ad Hieroboam loquens ait: Non fuisti sicut seruus meus, Dauid, qui custodiuit mandata mea, & ambulauit post me in toto corde suo. Deinde multa sunt persuasiones in sacra scriptura, quibus admonemur ne vnquam peccemus. At si iustus in omni opere quantumlibet bono peccat, frustra admonemur de eo quod non est nobis liberum euitare. Irascimini (inquit propheta) & nolite peccare. Possibile est ergo hominem irasci, & non peccare. Unde colligitur non omne opus esse peccatum, quoniam non omnis ira. Et Dominus illi quæ post triginta & octo annos in infirmitate tractos pristina incolumitati restituit, dixit: Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Si omnia opera nostra sunt peccata, idem erit dicere, nolite peccare, & dicere, nolite operari: quoniam non esset possibile operari sine peccato. At cum multa opera præceperit Deus qui peccatum prohibuit, conuincitur inde, ut illa opera quæ fieri nobis Deus præcepit aut consuluit, non sint censenda peccata. Nam alioqui oportebit fateri Deum præcepisse nobis contraria, secumque pugnantia, cum opera præcepit, & peccatum prohibuit. Absit autem ut talem iniustitiam Deo impingamus, ut dicamus illud præcepisse nobis ea quæ fieri nullo modo poterant. Quapropter dicamus cum catholicis omnibus doctoribus multa esse bona opera quæ ex gratia & charitate facta merentur, iuxta legem diuinam iam promulgatam, vitam æternam: quæ opera nullo modo peccata dicenda sunt. Præter hæc omnia quæ aperte hanc Lutheri heresim expugnant, potest adhuc illa aperte conuincere consideratio multorum fructuum, quos sacra scriptura testatur produci à bonis operibus, qui fructus nequaquam possent produci à bonis operibus, si illa verè essent peccata. Primo quidem opera bona vocantur lux à Salomone dicente: Iustorum semita quasi lux splendens procedit & crescit usque ad perfectum diem. Si enim bona opera fuerint in publico facta, lucere dicuntur & illuminare eos coram quibus fiunt, sicut aperte Saluator noster docuit, sic dicens: Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. In quibus verbis opera bona Saluator noster appellauit lucem, & tunc ea lucere dixit, quando in eo loco fiunt, in quo ab hominibus videri possunt. Si autem illi qui bona opera iustorum vident, ex illorum exemplo moti fuerint ad faciendum alia similia bona opera, tunc glorificant patrem nostrum qui in cœlis est. At nihil horum conuenit peccato: quia peccatum non lux vocatur in sacris literis, sed tenebræ. Nam Sapiens describens discrimen, quod Deus posuit inter Aegyptios & filios Israël, ait: Omnis enim orbis terrarum limpido illuminabatur lumine, & non impeditis operibus continebatur. Solis autem illis superposita erat grauis nox, imago tenebrarum: quæ superuentura illis erant. Ipsi ergo sibi erant grauiiores tenebræ. In quibus verbis non solum infernum, ad quem postea ituri erant, sed ipsos etiam peccatores appellauit tenebras. Sed apertius in ea quæ est ad Romanos epistola hoc docet Paulus, sic dicens. Abijciamus erga opera tenebrarum, & induamur arma lucis. In quibus verbis, ut satis est manifestum, opera bona appellauit arma lucis, & peccata dixit opera tenebrarum. Qui autem hæc tenebrarum opera facit, non glorificat patrem qui in cœlis est, imò potius inhonorat eum, prout Saluator ipse Iudæis alibi dixit: Vos inhonorastis me. Rursum, opera bona placent Deo & sunt illi grata. Nam, ut Salomon ait, facere misericordiam & iudicium magis placet Deo, quam victimæ. Et corporis afflictiones pro Deo moderate susceptas, Paulus vocat hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem. Nec solum opera ipsa placent Deo, sed ipsa opera sæpè sunt causæ quod illorum operum autores etiam placeant Deo. Nam de hospitalitate testatur Paulus, quosdam per illam placuisse Deo, angelis hospitio receptis. Peccatum autem nunquam placuit Deo, nec peccator eo tempore, quo in peccato manet. Similiter enim sunt odio

Deo, ut ait Salomon, impius & impietas eius. Superbi nanque (ut ait Iudith) nunquam Deo placuerunt: semper autem Deo placuit mansuetorum & humilium deprecatio. Propter hoc enim auerit Deus faciem suam à Cain, & noluit respicere illum, neque munera illius: quia neque ille, neque illa placebant ei. Nam conuertens se peccator ad Deum, per cōuersionem suam placat Deū contra illum iratum, prout Esaias aperte docuit, sic dicens: Reuertentur ad Dominum, & placabitur Deus. De occisione, qua Phinees occidit Israëlitan cōeuntē cum scorto, testatur regius Propheta per illam fuisse placatū Deum. Stetit Phinees, inquit ille, & placauit, & cessauit castatio. Iratus fuerat Dominus contra Niniuitas, adeo ut per Ionam prophetam minaretur illis, ciuitatem illorum infra quadraginta dierum spatium fore subuertendam: sed per ieiunium & alias corporis afflictiones placuerunt Deum. Nam videns Deus (ut ait Ionas) opera eorum quia conuersi sunt de via sua mala, & miseratus est Deus super malitiam, quam locutus fuerat, ut faceret eis, & non fecit. Peccato autem nunquam placatur Deus, imò potius magis irritatur. Expelle eos (inquit de peccatoribus propheta) quoniam irritauerunt te Domine. Et iterum: Irritauit impius Deum, dixit enim in corde suo, non requiret. Et rursum: Exacerbauit Dominum peccator. Si Deus per peccatum irritatur, quomodo potest esse ut iustus peccet in bono opere, per quod Deus ipse placatur? Fieri enim nequit, imò nec intelligi, Deum propter idem opus simul placari & irritari. Præterea operibus bonis debetur ex promissione diuina, præmium, peccatis autem poena, prout sapissimè sacræ literæ docent. Nam Christus dicit se venturum in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc redditurum unicuique secundum opera sua. Quid autem iusto, & quid peccatori sit redditurus, postea per eundem Euangelistam declarauit, dicens: Ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. Fiet ergo, iuxta Lutheri sententiam, D ut iustus homo propter idem opus sit dignus poena, & præmio æterno, qua sententia nihil absurdius & ineptius dici potest. Postremò hæc insana hæresis damnata est in Concilio Tridentino, quod sub Paulo tertio celebratum est, & sessione sexta hunc inter alios multos vigesimo quinto loco protulit lætæ sententiæ canonem: Si quis in quolibet bono opere iustum saltem venialiter peccare dixerit, aut (quod intolerabilius est) mortaliter, atque ideo poenas æternas mereri: tantumque ob id non damnari, quia ea opera Deus non imputat ad damnationem, Anathema sit. Hæc Concilium Tridentinum. Verum superest ut Lutheri obiectionibus respōdeamus. Primò obijcit nobis illud Sapientis: Non est homo iustus in terra, qui faciat bonū, & non peccet. Fatemur quidem nullū esse sine Dei gratia iustū, neque iustū sine Dei adiutorio posse vitare omne peccatū. Nam sicut gratia exigitur ad initium boni operis, ita etiā requiritur ad prosecutionem. Quapropter quilibet homo quātunlibet iustus, si à Deo nō fuerit adiutus, in posterū peccabit. Et quòd hunc sensum habeant illa verba Ecclesiastæ, colligitur ex præcedētibus verbis, quibus sic dicitur: Sapientia cōfortauit sapientem super decē principes ciuitatis, hoc est, gratia Dei magis cōfortat hominē, quā omne auxiliū humanū: & causam huius reddens, statim subiungit: Non est enim homo iustus in terra qui faciat bonū, & nō peccet. Ac si diceret: Inde cōuincitur gratiam Dei magis cōfortare hominem, quā omnes principes mūdi, quia adiutus gratia Dei potest vincere omne peccatū, destitutus tamen Dei gratia, etiā si auxiliū omnium principum mundi habeat, nō poterit peccatum omne euadere. Ex qua interpretatione patet Ecclesiastæ nullo pacto aduersari nostræ sententiæ. Secūdo obijcit nobis illud beati Ioannis in eius prima canonica. Si dixerimus quia peccatū non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Cui obiectioni respondemus, multa esse peccata venialia, à quibus nullus quātūuis iustus liberatur, quin in multa illorum lau-

A rū labatur: quoniā, ut ait beatus Jacobus, in multis offendimus oēs. Nō dixit, in omnibus offendimus, sed in multis: non tamen inde sequitur, ut omne opus nostrū sit peccatū. Ecce Lutherum, qui scholasticos theologos vocare solet iohannistas, nūc vno nugacissimo sophismate nos decipere credit. Quis non videt huius collectionis fallaciam? Omnis homo iustus habet aliquod peccatū, ergo omne opus eius est peccatum. Sic Lutherus iuxta suā dialecticā didicit ex particulari inferre vniuersalem. Sic etiā accipiendū est illud Psalmistæ: Nō intres in iudicium cū seruo tuo domine, quia non iustificabitur in cōspectu tuo omnis viuēs. Verū est certè, nullū hominē, si iuxta rigorē iustitiæ diuinæ examine- tur, inueniri iustum, quoniam (ut ex Iacobo Apostolo iam diximus) in multis offendimus omnes. Nullus ergo iustus inueniretur, si Deus strictissimè vellet examinare. At qualis est ista collectio: Nullus homo reperiretur iustus districtè examinatus, ergo nullum opus hominis est bonum? Omnis enim homo et si habeat aliquod opus, propter quod iustus dici non deberet, non tamen inde oportet colligere ut omne opus hominis sit peccatū. Sic etiam intelligendum est quod Aug. lib. 9. Confessionum ait: Væ (inquit) hominum vitæ quantumcūq; laudabili, si remota misericordia iudicetur. Væ vitæ hominum dixit: & non dixit, væ omnibus hominum operibus: quoniam et si nullius hominis vita sit adeo perfecta, vt non habeat admixta plura venialia peccata, tamen multa sint opera quæ August. peccato carere non dubitat: quoniam in eodem loco beatus August. de matre sua loquens, dicit illam multa bona opera fecisse, propter quæ ipse reddit gratias Deo. Alia etiam opera illam fecisse fatetur quæ egent misericordia diuina, pro quibus se Deum precari dicit. Tertio nobis obijcit Lutherus Esaiam prophetam dicentem: Et facti sumus vt immundi omnes nos, & quasi pannus menstruatus vniuersæ iustitiæ nostræ. Hoc Esaiæ testimonio se triumphasse credit Lutherus, quoniam in vniuersum opera nostra damnare videtur propheta, cum omnes nostras iustitias comparat panno menstruato, qui multis maculis respersus est. Verum et si illud Esaiæ testimonium in faciem Luthero fauere videatur: tamē si litera bene & prout decet in spiciatur, apertissimè cognoscitur nihil pro Luthero dicere. Nam illic propheta nō suo nomine loquitur, sed nomine populi: nec etiam totius populi, sed solū nomine populi Israëliti. Nec eo nomine sic loquitur, ut ad omne tempus sua verba referat, sed solū ad illud tempus quo propheta illa dicebat: quo tempore abundabat peccatum in populo Israël: propter quod Deus permitturus erat vt in captiuitatem duceretur. Hoc ergo præuidens propheta, precatur Deum pro populo, & de illo tempore loquens ait, facti sumus immundi omnes, & quasi pannus menstruatus vniuersæ iustitiæ nostræ. Quæ verba nomine populi sui protulit. Alioqui si ad omnes referenda sunt verba illa, quomodo verba erunt quæ sequuntur: Et cecidimus (inquit) quasi folium vniuersi, & iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt nos. Non est qui inuocet nomen tuum, qui confugiat & teneat te. Nunquid Esaias non inuocauit nomen D E I? Absit vt quis hoc dicere audeat. Si ergo hæc verba ad Esaiam, & ad alios qui D E V M coluerunt, & nomen eius inuocauerunt, referri non possunt: nec etiam alia, quæ Lutherus obijcit, referri ad eos poterunt, cum omnia illa verba vno orationis decursu de eisdem personis dicantur. Et quòd illa verba sint referenda ad solū illud tempus captiuitatis, conijci facile potest ex verbis quæ parum infra subiungit propheta dicens: Ne irascaris D O M I N U S satis, & ne vltimè memineris iniquitatis nostræ. Ecce, respice, populus tuus omnes nos. Cuius sancti tui facta est deserta. Sion deserta facta est, Hierusalem desolata est: domus sanctificationis nostræ, & gloriæ nostræ, & gloria nostræ, vbi laudauerunt te patres nostri, facta est in exustionem ignis, & omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas. Hæc autem verba apertissimè dicuntur de captiuitate populi Israëliti-

ci, ad quod tempus reliqua verba illius capituli referuntur. At ex hoc quod illo tempore omnes iustitiae fuerint sicut pannus menstruatae, non licet colligere ita esse omni tempore. Adde quod beatus Hieronymus refert illa verba esse interpretanda de operibus factis ante incarnationem, sub tempore videlicet legis Moisaicae, & non de operibus factis sub lege Evangelica, ita ut si quis nunc sub lege Evangelica caeremonias legis veteris seruare vellet, omnes iustitiae eius erunt sicut pannus menstruatae. Et iustitias legis veteris, si ad iustitias nouae legis comparentur, dicit eas debere dici immunditias. Ex quibus omnibus conuincimus, illud Esaiam testimonium nullo pacto fauere Lutheri. Quarto loco nobis obiiciunt beatum Gregorium, qui libro nono moralium capite primo, haec ait: Quia sanctus vir omne meritum virtutis nostrae vitium esse conspicit, si ab interno arbitrio districtè iudicetur, idèò rectè subiungit: Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei respondere vnum pro mille. Haec Gregorius. In quibus verbis, vt fideliter causam aduersariorum referam, duo annotanda sunt. Primum est, quod eloquutio illa Gregorij est vniuersalis ad omne opus bonum. Alterum est, quod dicit verba illa esse dicta à beato Iob, non quidem propter solam humilitatem, propter quam saepe homines iusti falsa contra se dicere solent: sed idèò dicta esse ait, quia vera erant. Nam dixit sanctum virum conspicere omne meritum virtutis nostrae esse vitium. Non autem conspicimus, nisi id quod re vera est. Hoc Gregorij testimonium adèò aestimant Lutherani, vt putent se per illud triumphare de nobis. Sed re vera ego valde miror, quod non vereantur illud contra nos proferre, cum ipsi sanctorum omnium testimonia pro libito suo reiciant, dicentes illos fuisse homines, vt nos, qui perinde potuerunt decipi, ac nos. De inde in illo Gregorij testimonio est aliquid quod aliam illorum doctrinam falsam esse testatur. Nam illi negant meritum aliquod esse in bonis nostris operibus, quod tamen Gregorius in verbis praefatis aperte fatetur. Si Gregorij testimonium aliquod robur habet, oportet vt illi fateantur aliquod esse in nostris virtutibus meritum, quia Gregorius illud esse testatur. Si Gregorius pro hac parte reijciunt, cur non verentur illud nobis pro alia parte obijcere? Iustum siquidem est, vt in duello arma sint aequalia. Iustum etiam est, vt qua mensura quisque alium metire voluerit, eadem & seipsum metiatur: quia iure diuino & naturali prohibitum est, ne quis in suo sacculo diuersa pondera, aut diuersas mensuras habeat. Sed ne huiusmodi coloribus videatur fugere vim argumenti, volo respondere testimonio Gregorij, & ostendam nihil illis fauere. Nam Gregorius non dixit absolute & sine vlla limitatione omne meritum virtutis nostrae esse vitium, sed addidit statim limitationem conditionalem, dicens: Si districtè iudicetur. Et nos adiecta hac conditione etiam fatemur, omne opus hominis bonum, esse vitium, si Deus illud districtè iudicare velit, iuxta rationes debitorum quibus illi ex natura sumus debitorum: & non iuxta misericordiae suae rationem, qua rigore illum iustitiae temperare voluit. Nam posset Deus, si vellet, multa & maiora à nobis exigere, quam nunc exigit: quia tot & tanta nobis contulit, vt si totum id quod agere possumus, illi tribueremus & in illum solum referremus, adhuc media debiti partem non solueremus. Idèò Chrysostomus in libro de compunctione cordis ait: Et si milies moriamur, & si omnes virtutes animae expleamus, nihil dignum gerimus ad ea quae ipsi à Deo percepimus. Et iterum in quadam Homilia ait: Si totum tempus vitae huius occupent obsequia, laudes teneant, gratiarum actiones insistat, non poteris pensare, quod debes. Haec Chrysostomus. Et hoc est quod dixit Iob: Verè scio quod ita sit, & quod non iustificetur homo compositus Deo. Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei respondere vnum pro mille. Ac si diceret: Si quis cum Deo dati & accepti ratione ponere voluerit pro quibuslibet mille à Deo receptis, non po-

non poterit assignare vnum quod ille donauerit. Et propterea dicit se verè scire, quod non iustificabitur homo compositus Deo, hoc est, ad rationem computi positus cum Deo. Si iuxta hunc rigorem iustitiae Deus iudicare vellet, multa & innumera nobis deessent ad tantorum debitorum solutionem: multa etiam in nostris operibus, quamlibet etiam rectè factis deficerent, propter quae merito illa damnari possent. Considerans igitur beatus Gregorius summam Dei bonitatem, & eximia ab illo nobis collata beneficia, conspexit non tantum Deo debere, vt si Deus à nobis iuxta debiti rationem exigere vellet, nunquam debitam persolvere possemus. Ob hanc igitur causam dixit, omne meritum virtutis nostrae esse vitium, & omnem iustitiam nostram esse iniustitiam, si à Deo districtè iudicetur. Quia quantumlibet conemur, nunquam possumus tam ex animo, & tam purè, atque seruiere Deo seruire, quae ipse à nobis posset exigere, si vellet. Sed propter suam misericordiam, considerans quod caro sumus & lutum fragile, & quod fortitudo nostra non est fortitudo lapidum, neque caro nostra aenea est, noluit à nobis tot & tanta exigere, sed solam decem praceptorum possibilem nobis obseruationem. Hac igitur tanta nobis à Deo exhibita misericordia, multa nunc verè non sunt peccata, quae alias si Deus iuxta rigorem iustitiae iudicare voluisset, peccata merito censenda essent. Aduersus hunc Lutheri errorè scripsit egregie Ioannes Rossensis episcopus in sua assertionè confutationis Lutheranæ articulis duobus, videlicet tricesimo primo, & tricesimo secundo. Scripsit etià Iodocus Clithoueus in suo Antiluthero, & Caspar Sagerus Minorita in suo Scrutinio diuinæ scripturae, Conatu tertio. Et nos etià adhuc aliquid dicemus infra in titulo de peccato, & in titulo de praepcepto.

Secunda haeresis docet nullum opus esse bonum, nisi fiat ex puro & syncero amore, quacunque ex causa fiat, etiam spe mercedis aeternae. Huius erroris autor primus fuit quidam Bugarius de monte Falcone, qui hoc docens in partibus Cataloniae, damnatus fuit cum suo errore per Sancium Tarraconensem archiepiscopum. Haec referuntur à fratre Bernardo de Lutzemburgo in suo catalogo haereticorum. Hic error damnatur testimonio prophetae dicentis: Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in aeternum propter retributionem. Et Dominus eleemosynam persuadens ait: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula. Quibus verbis docet nos facere eleemosynam propter vitam aeternam habendam. Et alibi saepe postquam aliquid praeeperat, statim subiunxit promissionem vitae aeternae cuiusque facienti illud, vt per spem praemij alliceret hominem ad opus praepceptum. Agite (inquit) poenitentiam, appropinquabit regnum caelorum. At si opus factum spe vitae aeternae, esset malum, Christus non alliceret nos per spem praemij ad illud faciendum. Praeterea Paulus Apostolus ait: Quoniam debet in spe, qui arat, arare: & qui triturat, in spe fructus percipiendi. Et idem Paulus saepe etiam per spem praemij ad virtutis opera hortatur. Vnicuique inquit ille, quod ij qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium. Sic currite, vt comprehendatis. Quibus verbis per metaphoram sumptam ab ijs, qui ex contentione currunt ad brauium propositum, admonet ad cursum celerrimum in via mandatorum Dei, propter praemium vitae aeternae in fine cursus acquirendum. Timotheum discipulum etiam ad boni operis exercitium admonet per spem praemij, sic dicens. Exerce autem te ipsum ad pietatem: Nam exercitatio corporalis ad modicum utilis est: Pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vitae, quae nunc est, & futurae. Hoc idem fecit Petrus Apostolorum princeps in secunda sua canonica epistola, haec dicens: Satagite, vt per vestra bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. Rursum, beatus Paulus aliquos laudat propter bona opera, quae tamen ipsemet testatur illos fecisse pro-

Coloss. 1. pter spem mercedis aeternae. Gratias agimus Deo (inquit ille Collofensis scribens) & patri Domini nostri Iesu Christi semper pro vobis orantes, audientes fidem vestram in Christo Iesu, & dilectionem quam habetis in sanctos omnes propter spem quae reposita est vobis in caelis. Et in epistola ad Hebraeos laudat Abraham de fide & obedientia, quam habuit propter spem vitae aeternae, sic dicens: Fide qui vocatur Abraham obedivit in locum exire, quem accepturus erat hereditatem, & exiit nesciens quod iret. Fide demoratus est in terra repromissionis tanquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac & Jacob cohæredibus repromissionis eiusdem. Expectabat enim fundamenta habentem civitatem, cuius artifex & conditor Deus. Dicens, fundamenta habentem civitatem, coelestem gloriam significavit: quia hæc tam firma habet fundamenta, ut nunquam corruere possit. Fundamentum enim cui illa innititur, est promissio diuina, dicens: Ibunt iusti in vitam aeternam: In spem huius civitatis tam firma fundamenta habentis, voluit Abraham demorari in terra repromissionis tanquam in aliena, in casulis vilibus habitando. Cum igitur Paulus illud Abraham opus propter spem mercedis aeternae factum laudet, aperte conuincitur inde, non esse malum omne opus spe mercedis aeternae factum. Deinde in eadem epistola Mosem laudat de fide per quam res omnes huius mundi contempsit, causamque huius contemptus reddens, nullam aliam expressit nisi spem mercedis aeternae. Sic enim ait: Fide Moyses grandis factus negavit se esse filium filiae Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias aestimans thesauro Aegyptiorum improprium Christi. Aspiciebat enim in remunerationem. Cum negavit se esse filium filiae Pharaonis, regiam dignitatem contempsit, ac proinde honores huius seculi se pro nihilo habere ostendit. Eligens affligi cum populo Dei, qui in luto & latere seruiebat, magis quam temporalis peccati habere iucunditatem, apertissime declaravit, quanti mundi huius delicias aestimauerit. Cum vero improprium Christi, hoc est, iniurias vel pro Christo vel ad Christi similitudinem patienter toleratas, maiores aestimavit thesauro Aegyptiorum, manifestè ostendit, quid de huius seculi diuitijs senserit. Causam autem, à qua totus iste rerum temporalium contemptus processerit, Paulus expressit, dicens: Aspiciebat enim in remunerationem. Credit siquidem Moyses alia multò maiora bona in posterum manere, quæ Deus humilibus & huius mundi contemptoribus daturus erat, & propter hanc remunerationem quam credit futuram, voluit huius seculi diuitias, honores, & delicias contemnere, ut in alia vita diuitias & delicias nunquam defuturas haberet. Non est ergo malum opus quod sit spe mercedis aeternae, quanquam ego non crediderim tale opus esse meritorium, nisi à charitate procedat: quoniam charitas est radix à qua tota vis meriti oritur. Verum & si tale opus quod præcisè in spe præmij sit, non sit meritorium, non tamen idè est malum: quoniam sicut nec omne bonum opus est meritorium, ita nec omne quod à ratione meriti deficit, est malum. Potest etiam aliquod opus à charitate oriri, & quod agens illud alliciat ad illud operandum per spem præmij, ita tamen quod licet præmio esset frustrandus, non cessaret ab opere, quoniam operatur ex charitate, quamuis allicitur à spe præmij. Tale ergo opus sic factum, erit bonum & meritorium, & factum spe mercedis aeternae. Et qui sic operatur, non est censendus mercenarius talis, qualem illum depingit Saluator noster, quum illum distinguit à bono & vero pastore. Nam ille non ex charitate, qua ad oues afficitur, sed sola mercedis spe pascit oues. Mercenarius autem (inquit Saluator) fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de omnibus. Ille autem est ad quem pertinet de omnibus, qui sic illis afficitur, & sic illas curat, ac si essent suæ. Et hic quamuis ex labore suo aliquam speret mercedem, non est censendus mercenarius:

A cenarius: quia etiam si talem non speraret mercedem, nihilominus illas pasce-re curaret, & quamuis lupum ad oues venientem videret, non fugeret. Hic ergo qui isto modo sui laboris mercedem sperat, sicut non censetur apud Deum mercenarius malus, ita etiam ab eo pro huiusmodi labore acceptatur ad vitam aeternam. Denique hæc Lutheri sententia damnata est in Concilio Tridentino, quod sub Paulo tertio celebratum est, quod sessione sexta canonem vnum videlicet trigésimum primū de hac re protulit, cuius hæc sunt verba. Si quis dixerit, iustificatum peccare dum intuitu aeternae mercedis bene operatur, anathema sit. Hæc Concilium Tridentinum. Contra hanc hæresim nescio aliquem ex professis scripsisse, quamuis multos vidi, qui contra errores Lutheri & sectatorum illius scripserunt.

Tertia hæresis docet esse hominis imperfecti exercere se in operibus virtuosis: quapropter ait hominē cum ad vltimū statum perfectionis venerit, nulla bona opera debere facere. Huius tam dementis erroris auctores sūnt Begardi & Beguinae. Lutherus tamē truculentior bestia, istorū hæreticorū errorē auget, dicens non solū homini perfecto, sed nulli alteri homini esse necessaria opera ad vitam æternam consequendam: quoniam (vt ait) sola fides sine operibus sufficit. Verū hunc eius errorē iam supra expugnauimus in titulo de fide, hæresi. 2. vbi ex sacris literis ostēdimus, opera esse cuiuscumque homini necessaria ut vitam æternam assequi possit. Contra Begardos & Beguinas concedentes opera esse necessaria hominibus imperfectis, non autē perfectis, est testimoniū quod Christus dedit de Ioanne baptista, dicens: Inter natos mulierū nō surrexit maior Ioanne baptista. Quibus verbis aperte docuit Ioannē baptistā ad eū virtutis gradū peruenisse, vltra quē nullus iuter natos mulierū progressus est. At de eodē Ioanne baptista Euāgelista refert, quod se exercuerit in operibus abstinentiæ, & Christus illū laudauit corā Iudæis de admirabili illius temperantia & fortitudine, ita vt nec aduersis deprimeretur, nec prosperis erigetur. Non est ergo hominis imperfecti exercere se in operibus studiosis. Prætereā, Paulus Apostolus ait: Qui autē sunt Christi, carnē suam crucifixerunt cū vitijs & concupiscentijs. Homo ergo quantumlibet perfectus oportet vt crucifigat carnē cum vitijs, alioqui nō erit Christi. Quod si fortē vim facere volunt in verbo præteriti temporis, ita vt eos dicat Paulus ad Christū pertinere, qui iam crucifixerunt carnē suam: non autē eos qui eā crucifigunt: quoniam tunc cū operatur, est dispositio ad perfectionē: quæ tunc habetur cū fuerint opera facta, non cū sunt: hoc reijcitur eiusdē Pauli testimoniū, qui de seipso ait: Castigo corpus meū, & in seruitutem redigo, ne fortē cū alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Et hoc dicit homo ad tertium cælum raptus, qui vidit arcana Dei, quæ non licet homini loqui: homo, inquā, electus à Domino, vt esset vas in quod Deus infunderet oleum gratiæ suæ. Ille castigat corpus suū, & nō videntur impij Begardi asserere esse hominis imperfecti exercere se in operibus studiosis. Rursū, ipse Christus fons & origo totius perfectionis, ieiunauit, & alia virtutis opera fecit: nullus tamē citra impietate erit tam demens, vt Christo aliquā imperfectionem impingat. Demum hic error damnatus est in Concilio Viennense, sub Clemente. 5. celebrato: in quo damnati sunt octo Begardorum & Beguinarum errores, quorū vnus est is de quo modo loquuti sumus. Huius autē concilij definitio habetur in libro Clementiarum epistolarum titulo de hæreticis, capitulo cuius initium est, Ad nostram, &c.

Qvarta hæresis docet, nullum opus humanum quantumlibet bonum esse vitae aeternae meritorium, neque ad vitam æternam assequendam necessariū.

Huius hæresis inuentor & primus auctor est Lutherus, qui semper operibus humanis detraxit. Vt autem hoc non sine ratione dixisset videatur, specie pietatis hanc hæresim obtexit, dicens eos, qui operibus humanis meritum

gloriæ tribuunt, derogare meritis Christi, quibus solis salui facti sumus. At si opera nostra bona mererentur vitam æternam, non solis Christi meritis, ut Lutherus ait, saluamur. Hæc hæresis necessariò cõsequitur, ex alia eiusdem Lutheri, de qua in primo loco huius tituli de operibus disseruimus. Eo siquidẽ loco diximus illũ asserere, omnia hominis opera quãtumliber rectè facta esse, peccata, & iustum dicit in omni bono opere peccare. Nam si omne opus humanum est peccatum, necessariò cõsequitur, ut per nullum opus possit homo vitam æternam mereri. Absurdum enim esset, & ab omni ratione alienum, si diceretur hominem per peccata mereri vitam æternam: quia peccato debetur pœna, & non præmium. Nullus est tam demens, ut dicat, hominem mereri apud Deum præmium per illius offensam, per quam illum irritauit & exacerbauit. Hac ergo ratione bene circumspecta, non possum non mirari, quomodo multi alij ex Lutheri factione sibijpsis constare possint. Nam Philippus Melancthon, & Ioannes Calvinus, & Martinus Butzerus, & Ioannes Spangebergus, denique omnes protestantes in confessione Augustana fatentur meritum operum nostrorum: quia viderunt testimonia sacræ scripturæ & sanctorum doctorum tam aperta, ut coacti fuerint fateri meritum aliquod in nostris operibus. Philippus Melancthon in locis cõmuniibus, titulo de bonis operibus circa finem capituli, hæc ait: Tertiò sciendum est, etiam præmia proposita esse bonis operibus, seu bona opera mereri præmia corporalia & spiritualia. Et paucis interpositis subdit. Hic autem sciendum est, nos loqui de bonis operibus iustorum. Prius enim accipienda est fide remissio peccatorum, reconciliatio & acceptatio ad vitam æternam, & hæc donatur per misericordiã propter Christum, ut maneat certa. Et in fine illius capituli denique ait: Et ut sæpè iam dictum est, tribuatur merces operibus ita, ne fiat incerta remissio peccatorũ. Item ne transferatur beneficium Christi in nostrorum operum dignitatem, persona iustificatur coram Deo gratis fide, quæ nititur tantum misericordia, postea placent Deo bona opera & merentur mercedem. Hæc Philippus Melancthon. In quibus verbis & si fatetur bona opera mereri præmia corporalia & spiritualia, nunquam tamen apertè fatetur nos per bona opera mereri vitam æternam. Et hanc Philippi sententiam multò apertius declarat Ioannes Spangebergus, qui in sua Margarita theologica titulo de bonis operibus quærens an bona opera mereantur vitam æternam, hæc ait. Nequaquam sentiendum est quòd propter dignitatem & munditiem bonorum operum detur vita æterna. Sed est beneficium gratuitum, & datur per misericordiam propter Christum. Et ratio est, quia nostra abedientia semper adhuc est immunda, nec placet propter seipsam, sed placet propter Christum. Et aliquibus interiectis subdit. Nec eludi sinamus cauillatione, quæ fingit synecdochen videlicet, etiã si bona opera non sint totale meritũ, tamẽ esse aliquod partiale, & minus principale meritum: quia sic niteretur fides illo partiali, quod est impossibile. Est enim contradictio, statuere quòd gratis accipiamus vitam æternam per misericordiam propter Christũ, & imaginari quòd nostra abedientia mereatur vitam æternam. Et post pauca iterũ ait. Sic ergo sentiendũ est, & si nostra abedientia non est meritum vitæ æternæ, nec propter eam saluamur, sed propter Christũ gratis: tamen est debitũ quod necessariò sequi debet, & meretur præmia corporalia & spiritualia, quæ partim in hac vita, partim post hanc vitam reddentur. Hæc ille Ioannes Spangebergus. In quibus verbis fatetur necessitatẽ operum ad vitam æternam assequendã: quia dicit abedientiã esse debitũ quod necessariò sequi debet, & illam mereri præmia corporalia & spiritualia, tamen apertè negat illam mereri vitam æternam. Idem prorsus dicit Ioannes Calvinus in suo illo libello, quem ædidit contra decreta data à Concilio Tridentino in sexta sessione, cap. 16. & canone. 32. Isti omnes fatentur nostris operibus inesse aliquod me-

Philippus
Melancthon.

Ioannes
Spange-
bergus.

Calvinus.

A quod meritum, cui respõdent præmia corporalia & spiritualia, quamuis nõ vitæ æterna. Et hi omnes pariter dicunt, Iustum in omni bono opere peccare. Quæ duæ assertiones contra se inuicem apertissimè pugnant. Quoniam, ut iã dixi, non est possibile ut quis apud Deum mereatur præmium aliquod spirituale per peccatũ, cum scriptura sacra apertè testetur, odio simul esse Deo im-^{sup. 14.} pietatem eius. Sed Calvinus intelligens optimè hanc sententiarum pugnam, ut illas conciliaret, dixit, opera nostra quamuis ex se sint peccata, hoc tamen nomine esse accepta Deo, quòd ille paterna indulgentia ignoscit quicquid in illo est viciosum. Verum in hac sua conciliatione operam perdidisse & laterem lauasse mihi videtur Calvinus: quoniam nihil minùs agit quàm id quod agere nititur. Nam, aut Deus in nostris operibus, id quod est culpabile, ignoscit quum sũt, aut postquam facta sunt. Si cum sũnt ignoscit, necessariò cogetur Calvinus fateri aliquod opus hominis non esse peccatum. Si autè postquam facta sunt, Deus ignoscit, necessarium est, ut fateatur opera illa non esse meritoria quum siebant, aut simul esse meritoria & peccata. Magis ergo sibi constat in hac parte Lutherus, quàm hi omnes illius sectatores: quoniam Lutherus, ut à principio dixi, asserens omnia opera hominis esse peccata, consequenter asseruit nullum opus humanum mereri vitam æternam. Omnes iti & si aliqua ex parte contra se inuicem pugnent, concorditer tamẽ asserunt, in nullo opere humano quantumlibet bono, esse meritum vitæ æternæ. Ut autè hanc assertionem hæreticam esse apertè conuincamus, oportet ante omnia statuere quid sit meritum, ne fortè in æquiuoco laboremus, aut de varia vocis significatione cõtendamus. Sed quia omne æquiuocum, ut Aristoteles docet, prius est diuidendum quàm diffiniendum, ideò varias meriti significationes distinguere oportet, & postea meritum diffiniemus iuxta illam significationem, qua vti debemus in presenti disputatione. Nomẽ meriti apud Latinos & probatos autores, non solum tribuitur bonis, sed etiam malis operibus humanis, ita ut per mala opera pœnam mereri dicant, perinde ac per bona opera præmium. Ouidius libro. 4. Metamorphoseos dixit.

Quam meriti vanam solus, dixerat in omnes.
Et idem in epistola quinta iterum dixit.

Leniter ex merito, quicquid patiare, ferendum est.

Vatinius in quadam epistola ad Ciceronem dixit: Scis meam fortunam, nescio quomodo facillè obtreçtatores inuenerim, non in eo me hercle merito. Hæc ille. In quibus verbis, ut apertè constat, meritum est posstrum pro culpa. Neque apud solos prophanos authores inuenitur meriti nomen malis operibus tributus, sed etiam apud sacras literas. Nam Iehu propheta Domini, ut sacra refert historia, dixit ad Iosaphat regem Iuda: Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitia iungebaris: & idcirco iram Domini merebaris: sed bona opera inuenta sunt in te. Et de Aman suspensio in ea epistola, quam ad omnes sibi subiectas prouincias scripsit Assuerus, dixit: Non nobis, sed Deo reddente ei quod meruit. Et Sophar Naamathites, ad Iob loquens ait: Vtinam Deus loqueretur tecum, & aperiret labia sua tibi, ut ostenderet tibi secreta sapientiæ, & quod multiplex esset lex eius, & intelligeres quòd multo minora exigaris ab eo quàm mereretur iniquitas tua. Denique Paulus ad Hebræos scribens ait: Irritam quis faciens legem Moysi, si ne vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur, quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem Testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliã fecerit: In his omnibus locis apertissimè dicitur, iniquitatem mereri pœnã. De hoc merito nulla est mentio in statu præsentis disputationis: sed de illo solo merito bonorũ operum, cui correlatiuè respondet præmium bonum. Hoc autem me-

1. Para. 19.

Hebr. 16.

Iob. 11.

Hebr. 10.

tem meritum scholastici doctores duplex esse dicunt, alterum appellantes meritum de condigno, alterum verò meritum de congruo. Non tamen omnes scholastici doctores hanc meriti diuisionem probant: quoniam eorum aliqui meritum de congruo prorsus rejciunt, tanquam id quod meritum dici nequaquam meretur: propterea quòd illi neque ex dignitate sua, neque ex lege debetur primum, sed ex sola congruitate gratis acceptatur ad primum. De qua re ego impraesentiarum contendere nolo: quoniam magis de nomine quam de re ipsa contendere mihi videntur, qui pro merito de congruo, suscipiendo, aut rejciendo contendunt. Deinde, & si ego meritum de congruo amplectendum esse dicerem, illud longissimè abest à statu praesentis disputationis: quoniam de solo merito de condigno loquimur, quum dicimus, hominem iustum per bona opera mereri vitam aeternam. Sunt etiam adhuc alij scholastici Theologi, qui trepidantes timore, vbi nulla erat timendi ratio, tertiam meriti speciem quaesierunt, quam vocant meritum de digno. Nam videntes Paulum dicentem, passiones huius seculi, non esse condignas ad futuram gloriam, negarunt hominem per bona opera posse mereri de condigno vitam aeternam. Sed ex alia parte conspicientes ad promissiones diuinas, quibus Deus promissit seruantibus mandata sua, se daturum vitam aeternam, coacti sunt fateri, meritum vitae aeternae esse in obseruatione mandatorum Dei, quod appellarunt meritum de digno. Verum isti non aduerterunt idem prorsus esse apud Latinos & probatos autores dignum & condignum, & neutrum altero excellentius esse: sed vtrumque paritatem quandam siue aequalitatem significare inter meritum & primum. Et huic rei testimonium praebet quòd Erasmus Roterodamus in sua translatione noui Testamenti, vertens illum locum Pauli, ex quo isti trepidandi occasionem immeritò acceperunt, non vertit vocem Graecam per condignas aut dignas, sed per pares, sic dicens: Nam reputo non esse pares afflictiones praesentis temporis, ad gloriam quae reuelabitur erga nos. Ex quibus verbis constat Paulum solummodo negasse paritatem inter opera nostra & gloriam quae nobis est danda. At cum haec paritas ita bene explicetur per nomen digni, sicut per nomen condigni, frustra tentarunt per illud nomen fingere tertiam meriti speciem, quae non dicatur meritum de congruo nec de condigno, sed de digno: praesertim cum in re ipsa nihil prorsus differunt ab illis qui meritum de condigno tribuunt operibus bonis respectu gloriae. Cum igitur de solo merito de condigno sit praesentis controuersia status, illud solum impraesentiarum diffinire oportet. Meritum de condigno est opus liberum, cui ex naturali & propria dignitate, aut ex lege debetur primum. Cum dico meritum esse opus, nomine operis non solum aliquid rei actione, sed etiam omissionem intelligi volo, prout omnes scholastici Theologi docent intelligi oportere in diffinitione illa vulgari qua Augustinus diffinit peccatum, sic dicens: Peccatum est, dictum, factum vel concupitum contra legem Dei. In qua diffinitione, vt illa sit perfecta, per hanc vocem dictum intelligi oportet etiam omissionem dicti: & per hanc vocem, factum, omissionem facti. Eodem modo, in diffinitione meriti, quam nos modò dedimus nomine operis, intelligi volo etiam omissionem operis. Quod idem me admonuisse lector intelligat, quoniam scio aliquos esse scholasticos Theologos, qui contendunt hominem non solum per opus, sed etiam per operis omissionem posse mereri. De qua re ego nolo contendere, quia in hoc opere non pro hominum placitis, sed pro sola fide Catholica certare decreui, Et idem vt omni hominum sententiae in diffinitione meriti seruirem, admonui lectorem, vt nomine operis intelligeret, si vellet & sui opinioni conueniret, etiam operis omissionem. Opus autem ipsum, vt meritum dici possit, liberum esse oportet: quoniam quod voluntatis libertate caret, meriti rationem habere non potest. Nihil enim hu-

A enim humanum Deo placere potest, quod ab hominis voluntate non procedit. Et idem in omni oblatione, quae Deo offerenda est, primum, quod Deus ab homine petit, est propriae voluntatis oblatio. Praebeat filii mi (inquit Sapia Proh. 23.) cor tuum mihi. Et meritò iam tanquam commune prouerbium dicitur, non placere Deo coacta seruitia, propter id quod Paulus ait: Vnusquisque prout destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate: hilarem enim datorem diligit Deus. Nemo etiam, vt Augustinus docet, peccat in eo quod vitare non potest: & inde sequitur, vt nemo mereatur in eo quod necessariò & non liberè facit. Non enim minorem exigit voluntatis libertatem meritum quam peccatum: quia in his quae à natura insunt, vt Aristoteles ait, neque laudamur neque vituperamur. Et Tertullianus libro secundo contra Marcionem ait: Nec boni nec mali merces iure pensaretur ei, qui aut bonus aut malus necessitate fuisset iuuentus, non voluntate. Haec ille. Diximus etiam ad rationem meriti de condigno perfectam necessariò exigi, vt operi bono & libero debeatur, aut ex ipsa operis natura, aut ex lege primum illud respectu cuius dicitur meritum. Non enim semper oportet vt primum sit debitum ex ipsa operis natura: sed satis est, vt sit debitum ex lege. Nam lex potest facere paria, quae ex sua natura erant imparia. Lex naturae docet, vt omne promissum sit debitum, & inde euenit vt promissione data, paria sint quae illa seclusa non fuissent paria. Vt autem hoc manifestum faciam, in exemplum profero illam promissionem, quam rex Saul dedit, quum Goliath gigas ille fortissimus omnibus filijs Israël, quos ad singulare certamen prouocabat, metum & pauorem incutiebat. Virum, inquit, qui percusserit eum, dabit rex diuitijs magnis, & filiam suam dabit ei, & domum patris eius faciet absque tributo in Israël. Post datam hanc promissionem, David percussit Goliath, interfecitque illum, & sic factus est dignus vt filiam regis acciperet in uxorem. Hac regis promissione seclusa quauis David propter victoriam illam magno aliquo premio fuisset dignus, non tamen tanto, vt rex filiam suam daret in uxorem. Fuisset enim adhuc David, qui oues pascebat, & fratrum minimus erat, impar filiae regis: ac proinde indignus, vt filiam regis acciperet in uxorem. Nam, vt optimè quidam dixit, Non bene conueniunt impares ad aratra iuuenti. Data hac meriti diffinitione, opus est, vt petamus à Luthero & illius asseclis aut sectatoribus, an placeat illis haec diffinitio meriti, & iuxta illam dicat, opera humana non esse vitae aeternae meritoria, an verò illi diffinitioni velint aliquid addere, aut detrahere. Fortè illi dicent, illam diffinitionem illis non placere, propterea quòd illi fortassis putant esse necessarium ad veram meriti rationem, vt opus ex sua natura sit dignum tali premio, & quòd naturali operis dignitati illud primum debeatur: & non esse satis quòd illi debeatur ex lege. Si illi se ita sentire dicent, hac sola ratione constabit, illos de solo nomine, ac de sola nominis significatione contendere nobiscum. Nam iuxta hanc nominis significationem, nos omnes fatemur nullum opus humanum quantumlibet bonum, esse meritorium vitae aeternae: quia non est illi ex sua natura aequale, quia terrena non aequantur caelestibus, neque temporalia aeternis. Iuxta hanc quippè naturalem condignitatem siue paritatem intelligimus Paulum dicentem, passiones huius temporis non esse condignas ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis. Et de hac eadem dignitate & paritate intelligimus omnes sanctos doctores, quoties dicunt opera nostra non esse meritoria aut digna vita aeterna. Nam tunc considerant illi solummodo naturalem bonorum operum valorem, & illum à valore & iusta vitae aeternae aestimatione longissimè distare, prudenter dixerunt. Verè siquidem & sanctè dixit Chrysostomus in libro de compunctione cordis: Et si milies moriamur, & si omnes virtutes animae expleamus, nihil dignum gerimus ad ea quae ipsi à Deo percepimus. Et in Homilia septuagesima

gestima iterum ait: Quicquid gesseris, parum est: quicquid feceris, minus est. C
 Omne enim meritum breue est comparatione donorum: numerata beneficia si potes, & tunc considera quid mereris. Et post pauca subdit. Si totum tempus vitæ huius occupent obsequia, laudes teneant, gratiarum actiones insistant, non poteris pensare quod debes. Et aliquibus interpositis addit. Sit licet excellens hominum meritum, sit naturæ iura conseruans, sit legum iussis obtemperans, fidem impleat, iustitiam teneat, virtutes exerceat, damnet vicia, peccata repellat, exemplum semet imitantibus præbeat, nihil est respectu eiusdem. Hæc Chrysostomus. Quæ omnia nos libenti animo fatemur, & extensis, vt aiunt, vlnis amplectimur: quoniam nec sumus tam rudes, neq; tam arrogantes, vt naturalem operum nostrorum valorem (qui re vera minimus est) æquare velimus excellentissimæ dignitati & immenso valori gloriæ cœlestis. Et hinc conuincimus, Lutherum & omnes illius affectas & sectatores falso nos calumniari, & de arrogantia accusare, tanquam nos velimus opera nostra æquare cum inestimabili valore vitæ æternæ. Capiendo ergo meriti nomen, vt significet æqualitatem ex ipsius statura inter ipsum & præmium, non contendimus de re ipsa cum Luthero, sed conuenit inter nos & illum de hac sententia, quod opera humana quantumlibet bona, non sunt sic meritoria vitæ æternæ. Posset tamen, qui esset contentions, (quam ego vehementer abhorreo) cupidus, de ipsa nominis significatione cum Luthero & illius sectatoribus, non absque ratione contendere. Nam si ad veram & perfectam meriti rationem necessario exigitur, vt meritum ipsum iuxta naturalem illius valorem æquetur præmio, & ex naturali iure præmium ipsum sit illi merito debitum, vix vllum erit inter homines meritum, non solum apud Deum, sed neque apud homines. Oporteret itaque prorsus à Latina lingua religare meriti nomen, propterea quod nullius rei sit nomen. Sed hæc missa faciamus, quia non est æquum nec decet virum Christianum, præsertim Theologum contendere, nisi vbi res ipsa cogit. Si Lutherus & illius imitatores illam quam dedimus meriti definitionem, accipiunt, & iuxta illam dicunt nulla hominum opera quantumlibet bona esse vitæ æternæ meritoria, tunc necessitas ipsa nos coget contendere cum eis. Nam hæc sententia est aperte contra sacram scripturam & totius Ecclesie consensum. Scriptura sacra sæpè testatur, Deum promississe operibus bonis vitæ æternam. Agite poenitentiam, (inquit Saluator noster) & appropinquabit regnum cœlorum. In quibus verbis non solum peccatorum remissionem, sed etiam regnum cœlorum, quod vita est æterna, promissit. Et apud Ioannem ait: Amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam. Et post pauca subdit: Venit hora in qua omnes qui in monumētis sunt audient vocem filij Dei, & procedent qui bona fecerunt in resurrectione vite. Et omni seruanti mandata sua vitam æternam promissit, sic dicens: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et paulò post hæc verba iterum ait: Omnis qui reliquerit domū, vel fratres, aut sorores, aut patrem aut matrem, aut vxorē, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. In quibus verbis aperte promittitur vitæ æterna, non quidē gratis, sed propter opera ibidem enumerata. Paulus etiam promissionis diuinæ testimonium præbet, quum ait: Pietas ad omnia utilis est, promissionē habens vitæ quæ nūc est, & futuræ. Et fortè Paulus hoc dixit propter verba illa quæ prædixit Christus, se in die iudicij misericordibus dicturū, Esuriui, & dedistis mihi māducare: Sitiui, & de distis mihi bibere: hospes fui, & recepistis me, & postea subdit: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. In quibus verbis aperte Saluator promissit regnum cœlorū misericordibus, propter opera misericordiæ ab illis facta. Iacobus Apostolus etiam testatur, Deum promississe gloriam æternam propter afflictiones huius vitæ pa-

Matth. 4.

Ioan. 5.

Matth. 19.

1. Tim. 4.

Matth. 25.

A vitæ patienter toleratas. Qui suffert tentationem (inquit ille) accipiet coronā Iacob. 1.
 vitæ, quam repromissit Deus diligentibus se. Neque his solis operarijs, sed etiā suscipientibus sacramenta promissit Christus vitam æternam. Nā de suscipiente baptisimus dixit: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Et de suscipiente sacramentum Eucharistij ait: Qui manducat hunc panem, habet vitam æternam. Et his omnibus promissionibus seruit parabola illa à Christo Salvatore nostro dicta, de paterfamiliās qui exijt primo manē conducere operarios in vineam suam, & conuentione facta cum illis ex denario diurno, misit illos in vineam suam. In qua parabola denarius ille promissus pro labore diurno, vt omnes sacri doctores Latini & Græci concorditer interpretantur, significat gloriam cœlestem à Deo promissam omnibus in vinea Domini laborantibus. Data igitur hac promissione, & facta nobiscum conuentione, opera bona hominis cum adiutorio gratiæ Dei sunt digna vita æterna, & illi æqualia, quæ seclusa illa Dei promissione, fuissent tanto præmio prorsus indigna. Et hæc fuit illa suprema Dei misericordia, à qua pendet totum meritum nostrum, quod præmium illud vitæ æternæ prorsus inestimabile, & sua natura omne nostrum meritum superans, voluit illud precio nostrorum operum in gratia sanctorum estimare, & in remunerationem nostrorum operum promittere. Qua ratione nos multò magis sibi debitores fecit, vt tanto beneficio agnito nos ardentius illi seruire affectemus, tanquam maximo laborum nostrorum remuneratori. Sed ne ex tam liberali & magnificentissima promissione, occasionem superbiendi acciperemus, vt solis nostris operibus consideremus nos posse assequi vitam æternam, noluit Deus illam promittere operibus quantumlibet bonis, nisi illa gratiam suam haberent adiunctam: Sine me, inquit ille, nihil potestis facere. Si nihil, ergo neque vitam æternam assequi, neque id quod ad vitam illam assequendam est necessarium, operari. Gratia Dei adiuti possumus illam vitam promereri, iuxta id quod Paulus ait: Omnia possum in eo qui me confortat. Per hanc gratiam, quæ nos ad gloriam promerendam potentes facit, sumus Deo grati, & ad vitam æternam acceptati, & deinde opera nostra sunt Deo grata, & ab illo ad vitam æternam acceptata. Prius quidem respexit Dominus ad Abel, & postea ad munera eius. Hoc igitur rerum ordine bene circumspecto, facile intelligitur, nos omnem meriti gloriam ad Deum solum referre, à cuius sola gratia processit, vt nos illi esseamus grati, & per illam bene operari, & vitam æternam mereri possimus. Vtilitas tamē meriti nobis prouenit, quibus propter opera bona, gratia Dei facta, vita debetur æterna, ex sola promissione diuina. Et hoc ipsum aperte colligitur ex hac prædicta parabola, in qua paterfamiliās dixit illi qui portauerat pondus diei & æstus, Tolle quod tuum est, & vade. Non enim aliunde suum dixit esse diurnum denarium, nisi quia ex conuentione erat illi propter suum laborem debitus. Nec hoc vel tantillum derogat gloriæ & dignitati Dei, imò potiùs cedit illi in maiorem gloriam & honorem. Nam sicut immensam Dei bonitatem exaltat, quod cum diues esset, voluit propter nos egenus fieri, vt illius inopia nos diuites esseamus: ita largissimam illius liberalitatem, & magnificentissimam erga nos beneuolentiam ostendit, quod cum nihil hominibus deberet, ipse propria sua bonitate debitorem se constituere voluit, vt nos verè diuites faceret. Debitorem autem se fecit, vt beatus Bonauentura docet, non quidem hominibus, quibus nihil debere poterat: sed sibi ipsi, vt fidelis esset in promisso, ita vt cœlum & terra transirent potiùs, quam promissio aliqua illius volaret inanis. Quod si hoc debitoris nomen Deo tribuere horrent Philippus Melancthon & Ioannes Caluinus, vt sunt in hac parte superciliosi, vel potiùs superstitiosi, audiant quid dicat Augustinus, qui fuit acerrimus gratiæ Dei propugnator. In his quæ iam habemus (inquit Augustinus) laudemus Deum

Mar. 16.

Ioan. 6.

Matth. 20.

Ioan. 15.

Philipp. 4.

Gen. 4.

Matth. 20.

2. Cor. 8.

August.

Deum largitorem: in his quæ nondum habemus, tenemus debitorem. Debitor enim factus est, non aliquid à nobis excipiendo, sed quod ei placuit promittendo. Hæc Augustinus sermone sextodecimo de verbis Apostoli. Et iterum, sermone. 151. de tempore ait: Laudemus ergo fratres Dominum, quia eius fidelia promissa retinemus, nondum accipimus. Parum putatis, quia promissorem tenemus, ut iam debitorem exigamus? Promissor Deus debitor factus est bonitate sua, non prærogantia nostra. Hæc Augustinus. Si Augustini testimonio credere nolunt isti hostes nostri, audiant sententiam Concilij Arausici secundi, quæ capite. 18. sub his verbis continetur. Debetur merces bonis operibus si fiant: sed gratia quæ non debetur, præcedit ut fiant. Hæc Concilium Arausicanum. Attendite obsecro Lutherani omnes, & videte quàm aperte Augustinus & Concilium Arausicanum pronunciet, Deum non solum debitorem sibi, ut Bonaventura dixit, sed etiam nobis, ita ut ab illo debitum exigere possimus. Si gloria æterna est debitum, ut Augustinus ait, quod debetur homini iusto propter bona opera eius cum adiutorio gratiæ Dei facta, nihil profectò obstat quò minus ille per talia opera dicatur mereri vitam æternam. Ex testimonijs scripturæ iam citatis conuincitur vanum & ridiculum esse signum Philippi Melancthonis, & Ioanis Caluini, qui agnoscentes vim argumentorum probantium opera bona esse meritoria, ad hoc asylum confugerunt, ut dicerent illa mereri bona temporalia, & aliqua spiritualia, sed non vitam æternam. In testimonijs tamè scripturæ sacræ, quæ nunc proxime citauimus expressa proprio nomine vita promittitur æterna, aut regnum cælorum, quod nihil est aliud quàm vita æterna, & inde euidenter colligitur, bona opera propter quæ promittitur vita æterna esse eiusdem vitæ meritoria. Præterea sacræ scripturæ sæpissimè dicunt ipsam gloriam cælestem esse nostrorum operum mercedem, & inde necessariò colligitur, ut opera ipsa sint meritum illius mercedis. Nam meritum & merces correlatiuè se habent: ita ut meritum necessariò sit alicuius mercedis meriti, & merces alicuius meriti merces: quemadmodum pater necessariò est alicuius filij pater, & filius alicuius patris filius. Altero igitur illorum sublato, necessariò est tollere reliquum: & altero posito necessariò cõsequitur alterum: quoniam sunt sibi inuicè cõnexa. Fiet igitur necessariò, ut si neges opera bona esse meritoria vitæ æternæ, cogaris etiam negare ipsam vitam æternam esse mercedem operum bonorum: aut si concedas vitam æternam esse mercedem bonorum operum, fateri te etiã oporteat ipsa bona opera esse illius vitæ meritum. At vitam æternam esse bonorum operum mercedem apertissimum est ijs qui in sacris literis versati sunt. Caluinus tamen in illo libello contra acta Concilij Tridentini in fine sessionis sextæ hoc aperte negat, sic dicens: Primum, quòd vitam æternam faciunt mercedem, in eo ab illis dissentio. Neque enim si in vita æterna Deus opera remuneratur, inde protinus conficiet, vitam ipsam esse, quæ in ea rependitur mercedem. Hæc Caluinus. Sed malè causam nostram repræsentat lectori Caluinus: quia non tam fragili argumento mouemur, ut dicamus vitam æternam esse bonorum operum mercedem, sed aperte sacræ scripturæ & sanctorum doctorum testimonijs. Nam illud est manifestum, quòd Deus dixit Abraham: Ego protector tuus, & merces tua magna nimis. Neque hic proderit Ioani Caluino, aut Philippo Melancthoni signum illud suum: ut dicat non beatitudinem ipsam, sed aliud bonum spirituale in terra, aut in cælo esse mercedem operum nostrorum. Nam Deus ipse dicit se esse protectorem & mercedem magnam. Eandem mercedem dicit sapiens esse iustis reddendam, sic inquit: Iusti autem in perpetuum viuunt, & apud Dominum est merces eorum. Sanctis patribus qui apertiores ianuæ cælestis & beatitudinem per Christi merita dandam expectabant, & longa nimisque anxia expectatione erant suspensi, Esaias propheta ad eorum consolationem dixit: Ecce Dominus Deus in fortitudine

titudine veniet, & brachium eius dominabitur. Ecce merces eius cum eo. Ut autem Deus ipse ostenderet se esse quem Esaias tunc prædixerat, in Apocalypsi Ioannis ait: Ecce venio cito, & merces mea mecum est reddere unicuique, iuxta opera sua. Et hæc etiam de sola æterna Dei visione esse intelligenda, vel ex eo facile constare potest, quòd illam solam tunc expectabant iusti, & illam solam nunc omnes optamus, dicentes cum Dauid. Quid enim mihi est in cælo, & à te quid volui super terram? Illud etiam est manifestum, quòd Saluator noster dixit in illo sermone, quem in mote habuit. Beati estis (inquit ille) quum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersus vos, mentientes, propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Quòd autem hæc merces copiosa in cælis, sit ipsa beatitudo & gloria cælestis, testatur Chromatius, qui in commentario suo super sermone Domini in monte, prædicta verba interpretans ait: Quam gloriosa est persecutionis huius tolerantia: cuius mercedem Dominus repositam esse dicit in cælis. Et idcirco propositæ gloriæ præmium considerantes, ad omnem tolerantiam passionis deuota fide parati esse debemus, ut confortes gloriæ Prophetarum atque Apostolorum effici mereamur, per Christum Dominum nostrum, qui est benedictus in secula. Hæc Chromatius. In quibus verbis non solum notare oportet, quòd gloriam cælestem declarat esse illam mercedem copiosam in cælis: sed dicit nos illam mereri per tolerantiam persecutionum simul cum Christi merito. Huc etiam pertinet retributionis nomen, quo ipsa gloria cælestis appellatur: quia per illam retribuit Dominus cuique iusto secundum merita suorum operum. De custodia mandatorum Propheta loquens ait: In custodiendis illis retributio multa. In quibus verbis aperte consonat Propheta Christo dicenti mercedem esse copiosam in cælis: Idem enim est retributio multa, & merces copiosa. Vnde Cassiodorus illum Psalmi versiculum interpretans ait: Tanta enim diuinæ clementiæ dona sunt, quæ nequeunt comprehendi. Sic enim de his Apostolus dicit. Quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentiibus se. Merito ergo dicta sunt multa: quia comprehendi non poterant vniuersa. Hæc Cassiodorus. Et certè quisquis curiosè stylobum sacræ scripturæ scrutatus fuerit, inueniet quòd nunquam illa vitium verbo retributionis aut mercedis, sed solum liberalis donationis, quoties loquitur de vocatione ad gratiam, aut de prima iustificatione, aut de prædestinatione ad gloriam. Hoc enim modo loquendi ostenditur manifestè, illa omnia gratis & sine merito dari. Spiritus enim sanctus (ut ait Christus) vbi vult spirat. Et iterum. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Et Paulus ait: Non est volentis, neque currentis, sed Dei miserentis. Et iterum: Cui vult miseretur, & quæ vult indurat. Quum autem de redditione gloriæ cælestis loquitur, tunc nomine retributionis aut mercedis vritur, ut ostendat illam non gratis, sed sæpè propter aliqua propria merita dari, ut puta omnibus adultis. Nam & si Deus gratis & sine vilo merito nostro prædestinat ad gloriam æternam, non tamen gratis illam reddit homini iam adulto, & rationis compoti. Hoc vario loquendi modo vsus est regius propheta in vno eodemque Psalmo, & in eodem verborum contextu, sic dicens: Saluum me fecit, quoniam voluit me. Et retribuere mihi Dominus secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum retribuere mihi. In priori parte vbi agit de prædestinatione, & de vocatione ad gratiam, vsus est verbo liberalis donationis, dicens: Quoniam voluit me. In secundo versu vbi iam non agit de vocatione ad seruicium, sed de redditione præmij, non vsus est verbo significante liberalem donationem, sed verbo retributionis, sic dicens: Et retribuere mihi Dominus, secundum iustitiam meam. Et hoc ipsum ante me annotauit Cassiodorus super Psalterium, vbi in-

vbi interpretans primam versiculi partem, hæc ait: Quoniam voluit me, id est, quoniam me elegit, qui gratis vocat vniuersos, nec prius beneficium accepit, quàm præstare dignetur, sicut ipse in Euangelio dicit: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Et huic interpretationi fauet Hieronymus, qui in eodem loco hæc ait. Voluntate propria, & non ex meo merito me vocauit, dicente Apostolo. Gratia estis saluati per fidem, & hoc nõ ex vobis. Hæc Hieronymus. Exponens autem alterum versum Cassiodorus, hæc ait. Optimè vtrunque seruaui. Et prius dixit antequàm assumeretur, Quoniam voluit me: Et nunc dicit, Retribuet mihi secundum iustitiam meam. Hæc Cassiodorus. Rursus, ipsa sacra scriptura, non tantum semel aut iterum, sed pluries dicit sanctos esse dignos vita æterna: quod non diceret nisi illi per sua bona opera illam mererentur. Nam sapiens loquens de iustis qui propter Deum mala tolerauerunt, ait: In paucis vexati, in multis bene disponentur, quoniam Deus tentauit eos, & inuenit eos dignos se. Non dixit inuenisse illos dignos aliquo alio bono, sed dignos se, vt hac ratione fictionem Ioannis Caluini & Philippi Melancthonis apertè conuinceremus. Nec dixit Deum fecisse, sed inuenisse eos dignos, Per quid autè fuerint digni, satis apertè de clarauit per illa verba præcedentia. In paucis vexati, in multis bene disponentur. Vexatio itaque in paucis pro Deo tolerata, simul cū gratia Dei facit iustos esse ipso Deo dignos. Et Paulus Thessalonicensibus scribens, eidem sententiæ fauet, sic dicens: Abundat charitas vniuscuiusque vestrum in inuicem: ita vt nos ipsi in vobis gloriemur in Ecclesia Dei pro patientia vestra, & in fide omnibus persecutionibus vestris & tribulationibus, quas sustinetis in exemplum iusti iudicij Dei, vt digni habeamini regno Dei, pro quo & patimini. Et de quibusdam Sardicenisibus, qui non inquinauerunt vestimenta sua, dicit Deus: Ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt. Si digni sunt ambulare cum Deo in albis, ergo hoc ipsum merentur: quoniam nihil aliud est mereri aliquod præmium, quàm esse dignum illo. Deinde ex alia consideratione operum bonorum adhuc faciliè potest conuinci, illa esse meritum vitæ æternæ. Nam opera bona dicuntur causare & efficere gloriam æternam in ipso homine illorum operatore. Non possunt autem dici causa beatitudinis, nisi ea ratione qua sunt meritum illius, neque possunt aliquam efficiantiam circa illam habere, nisi illam quam habet meritum circa præmium. Hac enim sola ratione Paulus dicit Christum factum esse omnibus obtemperantibus sibi causam salutis æternæ. Causam salutis æternæ dixit, quia meruit omnibus verè obedientibus salutem æternam. Hoc etiam modo interpretandum est id quod Christus ipse Saluator noster dixit cuidam cæco secus viam sedenti ac medicanti ab eo visum. Respice, inquit, fides tua te saluum fecit. Nā fides quæ spiritalis quædam res est, non poterat visum corporalem efficere, sed fidem fecisse illum visum dixit Christus, quia per talē fidem cæcus meruit, vt Deus ille visum restitueret. Quod autem opera bona dicantur causare aut efficere beatitudinem in homine, apertè conuincitur ex testimonijs Hieronymi & Augustini, qui hoc apertè docent. Nam Hieronymus in commentarijs super Matthæum, interpretans illa verba Saluatoris, Beati estis cum maledixerint vobis homines, hæc ait: Illud maledictum contemnendum est, quod beatitudinem creat, quod falsò maledicentis ore profertur. Hæc Hieronymus. In quibus verbis id annotare oportet, quod dicit maledictum pro Deo toleratum creare beatitudinem. Augustinus libro. 14. de Trinitate, cap. 15. hæc ait: Quid faciat animam beatam nisi meritum suum, & præmium Domini sui? Sed & meritum eius gratia est illius, cuius præmium erit beatitudo eius. Hæc Augustinus, qui manifestè dicit meritum hominis facere illum beatum. Et licet isti duo illustres viri satis clarè & apertè hoc dicant, multò tamen meliùs hoc conuincere possumus ex verbis Pauli dicentis: Id enim quod in præfenti est momen-

A est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum pondus gloriæ operatur in nobis. Operatur dixit, vt hoc solo nomine ostenderet esse meritum beatitudinis. Nam Augustinus in tractatu super Psalmum. 93. colligit ex istis verbis Pauli bona opera nostra esse precium quod emitur gloria cœlestis, hæc dicens: Quid est æternæ gloriæ pondus operatur in nobis? Quibus operatur? Non respicientibus quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna. Noli esse piger laborare breuiter, & gaudere incessabiliter. Hæc est requies sempiterna. Sine fine erit requies ista, sine fine erit gaudiū hoc, sine fine erit lætitia ista, sine fine erit incorruptio vita æterna. Habebis requiem quæ non habebit finem. Quanto labore digna erit requies, quæ non habebit finem? Si verum vis comparare, & verum iudicare, æterna requies æterno labore rectè emitur. Verum hoc est, sed noli timere: Misericors est Deus. Si enim haberes æternum laborem, nunquàm peruenires ad æternam requiem. Ergo vt aliquando peruenias ad id quod emis, non in æternum laborandum est: non quia nõ valet tanti, sed vt possideatur quod emitur. Digna est quidem labore emi perpetuo: sed necesse est vt labore temporali ematur. Decies cetera millia annorum in labore quid valent? Decies centena millia annorum sinem habent: quod tibi dabo, Deus dicit, nõ habebit finem, Qualis misericordia Dei? Non dicit decies centena millia annorum labora, non dicit vel mille annos labora, non dicit quingentos annos labora. Cùm viuus labora in paucis annis, inde requies erit & finem non habebit. Verum est ergo quod dicit Apostolus: Etenim quod est ad præsens temporale & leue tribulationis nostræ, iuxta incredibilem modum æternum gloriæ pondus operatur nobis. Ecce quantum precium damus, quodammo do vnā siliquam ad accipiendos thesauros sempiternos, siliquam laboris ad requiem iucridibilem. Hactenus Augustinus, qui & si agnoscit nostros omnes labores valde impares esse gloriæ sempiternæ, tamen illos dicit esse precium, quo emitur illa gloria æterna. Precium quidem non ex sua natura, sed ex misericordia diuina, quæ voluit illam nobis tam paruo precio venalem exhibere, vt illam assequi possimus, quæ si iusto precio esset emenda, nunquam posset haberi. Iam nunc Caluinum obsecro, vt dicat nobis quare tam temerè monachis exprobrat, & illos subsannat atque irridet, propterea quod dicant, per bona opera hominem mereri vitam æternam, quasi soli monachi hoc dixissent, & non omnes sacri doctores ante illos. Vt autem lector agnoscat Caluini temeritatem, & impudentem, maledicentiam verba illius citare decreui. In libello suo contra acta Concilij Tridentini circa finem sextæ sessionis, vbi agit de merito bonorum operum, postquam negauit vitam æternam esse bonorum operum mercedem, hæc quæ sequuntur ait: Sed non mirum est crassulos monachos, qui nullum vnquam certamen conscientie experti, nunc etiam vel ambitione inebriati, vel crapula, suo tantum in dolo (papam semper hoc nomine appellat) ventilare se cupiunt, de legis perfectione ita garrere. Eadem securitate cœlum promercale exponunt: ipsi nterea in præfenti mercede, cui inhiant occupati. Hæc Caluinus. Ex quibus verbis, tantquam ex vnguibz leonem, vt est in prouerbio, faciliè poterit candidus lector æstimare Caluinum: quoniam, vt ait Salomon, doctrina viri per patientiam noscitur. Possim quidem facillimè, si vellem, retaliare, sed malo silere, & patienter pro Christi nomine tales maledictiones tolerare: quia Saluator dixit: Beati estis quum maledixerint vobis homines, & dixerint omnè malum aduersum vos, mentientes. Sed videamus causam propter quam in monachos tot maledicta congesit: quia, vt ille inquit, cœlum promercale exponimus. Si hæc est causa propter quam nobis succenset, propter eandem vehementius irasci deberet, & inuehi contra Augustinum, quia ille ante nos, vt ex verbis

illius pridem citatis constat, hoc apertè docuit : & nos illius auctoritate freti illud dicere audemus. Sed credo Caluinum illa non legisse: alioqui nõ minùs illi pepercisset, quàm monachis. Denique hæc impia istorum assertio damnata est totius Ecclesiæ definitione. Nam Concilium Lateranense sub Innocentio tertio celebratum, capite primo suorum decretorum hæc ait: Non solùm autem virgines & continentès, verùm etiam coniugati per rectam fidem & operationem bonam placentes Deo, ad æternam merentur beatitudinem peruenire. Hæc Concilium Lateranense, & habentur in capit. Firmiter, de summa Trinitate & fide Catholica. Et Concilium Tridentinum sub Paulo tertio celebratum sessione sexta, canone trigesimo secundo suorum decretorum, hæc ait: Si quis dixerit hominis iustificati bona opera ita esse dona Dei, vt nõ sint bona ipsius iustificati merita, aut ipsum iustificatum, bonis operibus quæ ab eo per Dei gratiam, & Iesu Christi meritum, cuius viuum membrum est, sunt, non verè mereri augmentum gratiæ, vitam æternam & ipsius æternæ vitæ, si tamen in gratia decesserit, consecutionem, atque etiam gloriæ augmentum, anathema sit. Hæc Concilium Tridentinum. Quæ omnia satis superq; sunt ad cõuincendam istorum hæreticorũ assertionē, qua dicunt, hominē per bona opera non posse mereri vitam æternā. Oportet tamen respondere illorũ obiectiõnibus, vt sic nostræ & Catholicæ sententiæ veritas clariùs videatur. Primò quidem obijciunt nobis, quòd sumus Christo redemptori nostro niniũ ingrati, propterea quòd nobis ipsi & nostris operibus arrogamus meritum beatitudinis, quasi Christus non sit meritis eam nobis, aut meritũ ipsius nõ fuerit sufficiens ad eã nobis impetrandã: sed opus sit illi à nostris operibus adiuuari. Hęc autē fateri tanta est impietas, vt nullus homo Christianus sit, qui hoc audire nõ abhorreat. Hoc argumentum aut est mera calumnia, aut procedit ex ignorantia crassa: quia omnes qui hoc nobis obijciunt, eo ipso ostendunt se nõ intelligere nostrã sententiã, & quomodo dicamus bona opera mereri vitam æternam. Nam, vt sæpè iam diximus, nõ ex nobis hoc habemus, vt bonis operibus mereamur vitam æternã: nec opera nostra sunt ex se tanti valoris tantæq; dignitatis, vt illis debeatur gloria coelestis: sed homines & opera ad hanc dignitatē & ad hunc valorem exaltata sunt per solam diuinam clementiam, qua voluit obtemperantibus sibi promittere vitam æternam. Qua promissione seclusa nullis operibus nostris quantumlibet bonis illam homines assequi possent: quia omnia opera nostra quantumlibet bona, sunt imparia tãto præmio, & per consequēs illo indigna. Quòd autē homines & bona illorũ opera sint Deo grata, ad vitam æternam acceptata hoc habent ex merito Christi, qui pro illis passionem & mortem suã Deo patri obtulit, & pro illis omnibus quos sciuit esse ad gloriã prædestinatos, orauit. Nam ingrediens mundũ, vt Paulus ait, dixit: Hostiam & oblationē noluiisti, corpus autem aptasti mihi. Holocaustomata & pro peccato nõ tibi placuerũt. Tunc dixi: Ecce venio. In capite libri scriptũ est de me, vt faciã Deum voluntatem tuam. Sequitur. In qua voluntate sanctificati sumus per oblationē corporis Iesu Christi semel. Deinde cũ iam vellet è mundo exire, postq; pro discipulis suis Deũ patrē passioni proximus orauit, statim addidit. Non pro eis autem rogo tantũ, sed pro eis qui credituri sunt per verbũ eorũ in me, vt omnes vnũ sint. Hanc autē orationē, sicut omnes alias illius, vt Paulus ait, exaudiuit Deus pater, pro illa, quã eidem exhibuit, reuerentiã. Hinc ergo tanq; ex primo merito prouenit omnis gratia, & omnis gloria: & inde p̄det omnis diuina acceptatio, qua homines & opera illorũ acceptat ad vitam æternam. Iustificati gratis, inquit Paulus, per gratiam ipsius, per redemptionē quæ est in Christo Iesu, quæ propofuit Deus propiciator per fidē in sanguine ipsius. Et iterum. Iustificati ergo ex fide pacē habemus apud Deum per Dominum nostrum Iesum Christum. Et rursum. Sicut per vnus delictũ in omnes homines

Concilium
Lateran.Concilium
Tridentinũ.

Ioan. 17.

Heb. 5.

Rom. 7.
Ibidem.
Ibidem.

Ibidem.

A mines in condemnationē, sic & per vnus iustitiã in omnes homines in iustificationem vitæ. Et in alia epist. non solũ de hominibus, sed etiã de bonis operibus per Christum à Deo patre acceptatis ait. Dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilē, sectatorem bonorũ operum. Et Petrus exhortans nos deponere omnem malitiã, & doli, & simulationē, docensq; modũ, quo id rectè faciamus, ait: Offerētes spirituales hostias, Deo per Iesum Christũ acceptabiles. Cũ igitur hæc omnia corde integro & pleno ore fateamur, nihil Christi gloriæ derogamus: sed potiùs gloriã ipsius exaltamus, & illi arrogamus, quicquid in nobis habet aliquã rationem meriti. Quia non solũ dicimus illum, meritum esse nobis vitã æternam, sed etiã vt hoc nos bonis operibus nostris, illius meritis innitendo, mereri possimus: quod multò maioris est gloriæ. Nec tamen sic bonis nostris operibus meriti honorē Christus dedit, quasi suũ sine nostris esset insufficientis ad vitam æternã promerendam. Absit. Erat enim Christi meritũ & est sine nostris operibus sufficientissimum: sed ille noluit omnem sui meriti sufficientiam adultis sine aliquo bono illorũ opere applicare, quamuis hoc faciliè potuisset, si vellet: prout exhibuit infantibus. Neq; hoc dicentes, meriti gloriã, vt nobis hæretici mendaciter exprobrant, inter nos & Christum partimur. Omnem enim gloriã Christo, & nullam nobis in hac parte tribuimus, ne gloriã quã sibi soli Deus seruatam esse voluit, arripere præsumamus. Nam & si aliquã rationem meriti nostris operibus tribuamus, illam tamen ipsi Christo ascribimus, ex cuius merito nobis datum est, vt nostris operibus aliquid mereri possimus. Et ideò hoc considerans beatus Bernardus sermone. 67. super cantica dixit. Meum meritum miseratione Domini. Non planè sum meriti inops quantum ille miserationem non fuerit. Quòd si misericordiã Domini multã, multum nihilominus ego in meritis sum. Et si misericordiã Domini ab æterno & vsque in æternum, ego quoque misericordias Domini in æternum cantabo. Nunquid iustitias meas? Domine memorabor tuę iustitiæ solius. Ipsa est enim & mea, nempe factus est mihi in iustitia Dei. Hæc Bernardus, qui meritum agnoscens, torum illud tribuit gloriæ Dei: quia ex misericordiã Dei sibi tale meritum prouenisse intelligit. Secundò nobis obijciunt quòd opera nostra per quæ nos mereri dicimus, dona sunt Dei: quia nisi Dei dona essent, opera illa bona non essent propter id quod Iacobus Apostolus ait. Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est descendens à patre luminum. Si dona Dei sunt opera nostra, consequens est, vt hæretici dicunt, homines per illa non posse mereri vitam æternam: quia non est rationi consonum, vt per id quod aliquis nobis donauit, aliquid apud illum mereamur. Si hoc argumentum aliquid valeret, etiam probaret, hominem per bona opera non solùm vitam æternam, sed nec bona alia spiritualia, imò nec temporalia posse apud Deum mereri: quoniam si ad illa omnia comparentur opera nostra bona, non minùs erunt dona Dei, quàm si comparentur ad vitam æternam. At Philippus Melancthon, & Ioannes Caluinus, & Vvirtenbergenses fatentur, opera nostra mereri præmia temporalia, & spiritualia. Non ergo pugnant inter se hæc duo, donum Dei esse & meritum apud Deum. Dicimus ergo bona opera nostra esse dona Dei, & simul esse vitæ æternæ meritoria. Et hoc non ex nostro cerebro, vt hæretici faciunt, dicimus: sed testimonijs sanctorum patrum freti, qui multis ante nos seculis hoc dixerunt, ex quibus aliquos impræsentialium citare decreui, eos præsertim, quos isti hæretici in suam fauorem citant, vt inde omnibus constet, quàm malè de illorum fauore gloriantur. Bernardus sermone. 68. super cantica, hæc ait: Sufficit ad meritum scire quòd non sufficiant merita. Sed vt ad meritum satis est de meritis non præsumere: sic carere meritis, satis ad iudicium est. Porò infantium renatorũ neminem carere meritis, satis ad iudicium est. Porò infantium renatorũ neminem carere meritis, sed

Tit. 2.

1. Pet. 2.

Bernardus

Iac. 1.

Bernardus

ritis, sed Christi habere merita. Quibus se tamen indignos reddunt, si sua iungere quiverunt, sed neglexerunt. Quod quidem periculum iam adultæ ætatis est. Merita proinde habere cures habita, data noueris: fructum speraueris Dei misericordiam, & omne periculum euasisti, paupertatis, ingratiitudinis, præsumptionis. Perniciosa paupertas, penuria meritorum, præsumptio autem spiritus, fallaces diuitiæ. Et ideo diuitias & paupertatem ne dederis mihi Domine, ait sapiens. Foelix Ecclesia, cui neque merita sine præsumptione, neque præsumptio absque meritis deest. Habet unde præsumat, sed non merita. Habet merita, sed ad promerendum, non ad præsumendum. Ipsum non præsumere, nonne promereri est? Hæc Bernardus. In quibus verbis id potissimum annotare oportet, quod merita nostra dixit esse dona data, & præmium respondens meritis esse ex misericordia Dei, ac proinde non esse præsumendum de meritis. Augustinus in epistola ad Sixtum presbyterum, quæ est in ordine. 105. disputans contra Pelagianos, qui falso putabant meritum hominis præcedere gratiam Dei, ait, Sicut enim ab initio fidei misericordiam consecuti sumus, non quia fideles eramus, sed ut essemus: sic in fine, quod erit vita æterna coronabit nos sicut scriptum est, in miseratione & misericordia. Non itaque frustra Deo cantatur: Et misericordia eius præueniet me: Et misericordia eius subsequetur me. Unde & ipsa vita æterna, quæ utique in fine sine fine habebitur, & ideo meritis præcedentibus redditur, tamè quia iam merita, quibus redditur, non à nobis parata sunt per nostram sufficientiam, sed in nobis facta per gratiam, etiam ipsa vita æterna gratia nuncupatur: nõ ob aliud nisi quia gratis datur: nec ideo quia meritis non datur, sed quia data sunt ipsa merita, quibus datur. Hæc Augustinus. Ecce duos, Augustinum videlicet & Bernardum, de quibus hæretici falso & imprudenter gloriantur, quod illorum faucent sententiæ, cum tamen ab illa longissime discedant, prout ex verbis illorum, quæ nunc proximè citauimus, apertissime constat. Istis etiam consentit Chryostomus, qui Homilia prima de Adam & Eua, post multa argumenta, quibus probare nititur omne bonum nostrum à Deo proficisci, & nullum verè bonum posse nos sine Dei adiutorio agere, hæc quæ sequuntur ait: His ergo Ecclesiasticis regulis, & diuina sumptis autoritate documentis, ita adiuuante Domino confirmati sumus, ut omnium bonorum affectuum atque operum, & omnium studiorum, omniumque virtutum, quibus ab initio fidei ad Deum tenditur, Deum profiteamur autorem, & non dubitemus ab ipsius gratia omnia hominis merita provenire: per quem itè fit ut aliquid boni & velle inueniamur & facere. Quo utique auxilio & munere Dei, non aufertur liberum arbitrium, sed liberatur, ut de tenebroso lucidum, de prauo rectum, de languido sanum, de imprudente sit prouidum. Tanta enim est erga omnes bonitas Dei, ut nostra velit esse merita, quæ sunt ipsius dona. Hæc Chryost. qui nihil manifestius pro nostræ sententiæ fauore dicere poterat. Denique Coelestinus papa huius nominis primus in epistola sua prima, canone. 12. ait. Tanta erga omnes homines est bonitas Dei, ut nostra velit esse merita, quæ sunt ipsius dona: & pro his quæ largitus est, æterna præmia sit donaturus. Hæc Coelestinus. Ex istorum illustrium virorum testimonijs iam satis constat quæ parum valeat hæreticorum obiectio, qua nituntur merita hominum obruere per hoc quod sunt dona Dei. Et his etiã constat, quare Paulus vitam ipsam æternam appellauit gratiã: dicens: Gratia Dei vita æterna. Et Zacharias ait: Adequabit gratiam gratiæ. Gratia enim dicitur ipsa vita æterna quia licet detur propter merita, ipsa tamen merita sunt dona Dei gratuita, & merita non essent sine gratia. Ipsam ergo primam meriti originem considerantes, dicimus gloriam quæ meritis redditur esse gratiã, quia ipsa opera, ut essent merita, ex gratia Dei habuerunt. Tertio obijciunt nobis illud Saluatoris apud Lucam, Cum feceritis quæ præcepta sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus: quod de-

A quod debuimus facere, fecimus. Si inutiles sumus, ergo impletione mandatorum, vitam æternam non meremur: quoniam si tali impletione mandatorum vitam æternam meremur, non solùm viles in illa, sed vtilissimi merito censendi sumus. Est enim ipsa æterna supremum bonum & vtilissimum, quod nobis contingere potest. Deinde, si quod debuimus facere, fecimus, consequens est ut sic faciendo nihil mereamur. Nam qui reddit quod debet, satis habet quod per hoc liberatur à debito, & à pœna quæ ab illo foret merito exigenda, si debitum non reddidisset. Fateor quidem nos omnes, etiam postquam omnia Dei mandata exequimur, debere existimare nos esse inutiles ex nostra natura, & ex propria natura eorum quæ facimus: Quia nec ipsa mandatorum impletio ex sua natura est tanti valoris, ut sit digna præmio vitæ æternæ, neque nos tot tantiaque vires habemus, ut per nos solos sine speciale Dei adminiculo mandata illius omnia exequi valeamus. Nam de mandatorum Dei executione, ut definitum est in Concil. Mileuit. cap. 5. suorum decretorum, Dominus loquebatur, quom dixit, Sine me nihil potestis facere. Ex sola igitur misericordia diuina, ut iam sæpè diximus, prouenit nobis vtrunque, videlicet diuinum auxilium ad exequendum mandata Dei, & liberalitas ipsius Dei, quam promisit se nobis daturum vitam æternam, si mandata illius seruauerimus. Et quia hæc omnia non ex nobis, sed ex Dei misericordia procedunt, ideo Christus verus nostrum omnium magister docet nos ne superbiamus ex bonis, quæ facimus: sed dicamus nos esse seruos inutiles, existimando nos ipsos nihil eorum sine speciali Dei adiutorio facere, potuisse. Et quamuis hoc facere possemus, non tamen propter hoc digni essemus, ut propter ipsa opera nobis præmium redderet: sicut nec seruus est dignus præmio propterea quod seruit domino suo, cui ex seruitute obedire tenetur. Et ideo Christus etiã docet, ut hoc agnoscentes dicamus, Quod debuimus facere fecimus. Et hæc est altera non minor Dei misericordia, quod cum posset à nobis, si vellet, sicut dominus à seruis exigere mandatorum suorum executionem sine vlla expectatione præmij, ipse tamen ut vel hac spe nos ad promptiorem mandatorum obseruationem alliceret, ex sua misericordia voluit nobis tantum præmium promittere. Et hunc esse verum & Germanum verborum Christi sensum, verba quæ præcedunt euidenter conuincunt. Nã ante illa verba Christus hæc quæ sequuntur dixit: Quis autè vestrum habens seruū arantē aut pascentē boues, si regresso de agro dicat illi, Statim transi, & recumbet: & non dicit, Para quod cenem, & præcinge te, & ministra mihi donec manducem & bibam, & post hæc tu manducabis, & bibes? Nunquid gratiam habet seruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat? Non puto: Hac parabola dicta statim subdidit Christus hæc de quibus nunc contendimus. Sic & vos quum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite: Serui inutiles sumus, quod debuimus facere facimus. Ex quo verborum contextu apertissime constat nos ideo seruos inutiles dici, quia ex mandatorum Dei executione nullo præmio sumus digni: sicut nec seruus est dignus præmio propterea quod seruit Domino suo. Et huic interpretationi fauet Theophilactus, qui prædictam Christi parabolam interpretans ait: Monstratur enim per hanc parabolam quod non oportet extolli in bono quopiam opere, imò neque in omnium mandatorum impletionem. Seruo enim necessitas incumbit, ut faciat mandata Domini, neque ut bonum opus sibi ascribere debet. Quippe si nõ operabitur, dignior est multis plagis: quum autem operatus fuerit, contentus sit quod plagas effugerit. Proinde non oportet de hoc precium vel honorem querere. Liberalitatis enim Domini fuerat dare, imò largiri ei. Igitur & qui seruit Deo, etiam si mandata perficiat, non debet extolli. Nihil enim magnum fecit, sed vix erit ei, nisi fecerit: sicut Apostolus dicit: Vix mihi nisi euangelizauero. Proinde si dona fuerit assecutus, non debet in illis superbire & de eis se iactari. Beneficia enim

enim sunt, per misericordiam Dei illi concessa, non quod debeat ei aliquid Dominus, imò seruus debet Domino suo, vt faciat omnia eius mandata. Hæc Theophilactus. Scio alios verba illi Christi aliter interpretari dicentes, idè nos seruos inuitiles esse, quia nullam Deo vtilitatem ex nostris meritis præstamus. Et huic interpretationi fauet Beda in commentarijs super Lucam, vbi prædicta Christi verba interpretans vtramque expositionem illius verbi reddit, sic inquit: Si homo ab homine seruo non vniforme sed multiplex ministerium exigit, nec tamen ei gratiam habet: quanto magis vos qui sine me nihil potestis facere, non temporum longitudine laborum merita pensare debetis, sed amore & famulatu spontaneo nouis semper studijs augere priora. Itaq; dicite, serui inuitiles sumus. Serui quidem, quia precio empti estis. Inuitiles verò, quia Dominus vestrorum non indiget. Si autem inuitilis est qui fecit omnia, quid de illo dicendum est, qui explere quæ præcepta sunt, vel infirmitate nõ potuit, vel (quod peius est) superbia despexit. Aliter. Serui inuitiles sumus, quia non sunt condignæ passiones huius temporis ad superuenturam gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Hæc Beda, qui duas reddit illis verbis Christi expositiones, quarum secunda mihi multò magis placet: quia est literæ magis Germana: prima autem, vt ego censeo, longè à litera recedit: propterea quòd non conuenit perabola, ad cuius exemplar nos admonuit, vt dicemus nos esse seruos inuitiles. Nam seruus qui homini seruit, Domino vtilis est, quamuis sibi non sit: non ergo de vtilitate quæ prouenit Domino, sed de vtilitate propria ipsorum seruorum Christus intellexit, quum admonuit nos, vt diceremus nos seruos inuitiles esse. Inuitiles ergo nobis sumus, quia nihil ex natura nostrorum operum quantumlibet bonorum, meremur: sicut nec seruus meretur ex seruitio, quod impendit Domino suo: quia facit quod ratione seruitutis facere obligatur. Quartò obijciunt nobis, dicentes, quòd si homines per bona opera sua merentur vitam æternam, eo ipso licebit eis confidere in operibus suis bonis, & ex illis sperare vitam æternam: Qui autem hoc concederet, censeretur stultus, iudicio Salomonis dicentis. Qui sperat in Domino, saluabitur: & qui cõfidit in corde suo, stultus est. Neque solum stultum, sed etiam maledicto obnoxium censet illum Hieremias dicens: Maledictus homo qui confidit in homine. Et idè Dauid hæc incõmoda metuens dixit: Nec enim in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me. Si ex operibus nostris non licet sperare vitam æternam, sed ex sola Dei misericordia, inde conuincitur, nos per nostra bona opera non mereri vitam æternam. Nam quilibet potest sperare præmium ex merito suo. Huic obiectioni iam satis respondimus superius, in titulo de fiducia. Eo enim loco apertè ostendimus ex sacris literis & sanctorum testimonijs, licere homini cõfidere in operibus suis, & ex illis sperare vitam æternam: dummodo non totam suam spem ponat in illis, sed præcipuam & potissimam fiduciam collocet in merito Christi, & misericordia diuina. Ad illum ergo locum mitto lectorem: quoniam inde etiã multa arma capere poterit, quibus contra præsentem hæresim fortiter pugnare valeat.

ORATIO.

Quidam adeò tribuerunt orationi, vt diceret etiam solam sufficere ad vitam æternam habendam, etiam si reliqua omnia dcessent, & baptismus etiam. Huius pestifera hæresis autor fuit quidam Adelphius ex hæresi Psallianorum, aut Messalianorum, quod idè est. Hic Adelphius (vt historia tripartita narrat cap. xi. septimi libri) dicebat nullã vtilitatè ex sancto baptisate baptizatis

A baptizatis accedere, sed solam orationè studiosam inhabitantem dæmonè effugare, quo eiectò per illam orationè studiosam, Spiritus sanctus adueniebat, & sensibiliber & visibiliber designabat præsentiam: & corpus tunc liberari dicebat ab omni motu passionis, & animã à mala voluntate, ita vt nequaquã de cætero egeat neq; ieiunio macerante corpus, neq; doctrina refrenante. Dicebat etiam eũ qui hæc impetrasset, nõ solum liberari à passionibus corporis, sed etiam futura præuidere, & futura oculis cernere. An autem hic error fuerit omnibus Messalianis communis, mihi non est certum, sed suspicor ita esse. Nam historia tripar. in illo. 7. lib. cap. xi. de hæresi Messalianorum differens, solum hoc dicit, quòd Flavianus Antiochenus episcopus de hac hæresi inquirens, accessit ad quendam Adelphium senem, què hæresi Messalianorum infectum esse credebat, vt ab eo sciret quid eorum doctrina contineret. Ab hoc autem Adelphio præfatus episcopus per blanditias & fictiones quasdam extorsit ea quæ nunc proximè narrauimus. Vnde coniectio hanc fuisse omnium Messalianorum sententiam. Aduersus hanc hæresim non est opus disputare, quoniam etsi oratio bona sit & meritoria si debitè fiat, constat tamen ex sacris literis eam solam non sufficere: cũ alia multa præter orationem Dominus in lege præceperit tanquã necessaria. Et nos supra in titulo de baptisate hæresi. 4. contra hos Messalianos, siue Psallianos, probauimus baptismũ esse necessariũ. Et in titulo de ieiunio ostendimus ieiunij virtutes, & eiusdem necessitatem. Ex quibus apertè colligitur orationem solam non esse sufficientem ad vitam æternam consequendam.

B Secunda hæresis docet nunquã esse cessandum ab oratione. Hanc hæresim constat esse Messalianorum, siue Psallianorum. Nam Augustinus in libro de hæresibus, capite. 57. dicit illos tantũ orare, vt eis, qui hoc de illis audiunt, incredibile videtur. Quapropter Græcè appellatur *ιουδαϊσμος*, id est, orantes. Huius hæresis non meminit Guido in sua summa de hæresibus, imò nec de Messalianis in toto illo opere vllam fecit mentionem. Vt autem hanc hæresim conuincamus, non oportet multum sudare, quoniam apertissimum est non esse possibile vt homo semper oret. Nam necessarium est dormire, quo tempore nullus orare potest, quia tunc nullus est mentis vsus, qui maxime in oratione exigitur. Nullus est enim, nisi solus Christus Saluator noster, qui verè possit dicere illud quod in Canticis habetur: Ego dormio, & cor meum vigilat. Oportet etiam comedere & bibere, & pro his acquirendis laborem aliquem moderatum, quamuis non sollicitudinem, adhibere. Oportet etiam curã rei familiaris habere: quoniam beatus Paulus de viduis loquens, ait: Si quæ vidua filios aut nepotes habet, discat primũ domum suam regere, & mutuum vicem reddere parentibus: hoc enim acceptum est coram Deo. Et paucis interiectis subiungit: Si quis autem suorum & maxime domesticorum curam nõ habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Et non solum hoc in laicis hominibus est necessarium, sed etiam in Ecclesiasticis. Nam inter alia, quæ Apostolus enumerat tanquã necessaria, vt quis debitè possit fungi munere episcopatus, hoc quoq; addit, vt videlicet sit domui suæ bene præpositus. Si quis autem (inquit) domui suæ bene præse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit? At quis non videt quantum impediatur ab oratione illa rei familiaris cura? Taceo de cibo & potu, quoniam cùm hi percipiuntur, nullus patet orationi locus, præsertim vocali, de qua Messaliani (vt conijcere possum) loquuntur. Nam alia oratione quæ intra cordis latebras formatur, etiam comedens & bibens quisque orare potest. Sic enim orabat Moyses, cui tacenti dixit Dominus: Quid clamas ad me? Clamabat enim corde, quamuis tacebat ore. Cùm ergo quis comedens aut bibens, aut quoduis aliud opus agens, Deũ cogitat, pro cuius amore illa operatur, tunc verè orat. Quapropter beatus Paulus mo-

1. Cor. 10. lus monebat Corinthios, dicens: Siue ergo manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Et ad Colossen. scribens, iterum ait: Coloss. 3. Omnia quaecumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi, gratias agentes Deo & patri per ipsum. Et hoc modo intelligendum est id quod Paulus alibi dicit: Sine intermissione orate. Ita ut is dicatur sine intermissione orare, qui omnia quae facit, in gloriam Dei facit. Alias enim non esset possibile sine intermissione orare. Nunquid sine intermissione possumus genua flectere, corpus prosternere, manus leuare, voces formare, ut de hoc dixerit Paulus, sine intermissione orate? Verum aliud nobis obijciunt testimonium Messaliani, quo nos vrgere putant. Nam Saluator noster apud Lucam ait: Oportet semper orare, non deficere. Ex quo loco Messaliani colligunt nunquam esse cessandum ab oratione. Haec tamen Christi verba nihil illis suffragantur: quoniam non ita, ut putant, sunt accipienda. August. in libro de haeresibus, ad Quod vult Deum, capite. 57. dicit illa verba sic esse intelligenda, ut nulla dies absque oratione intermittatur: ita quod Augustino idem est semper orare, & sine intermissione orare, & qualibet die orare. Eodem modo illa Christi verba, & similiter illa Pauli ex prima ad Thessalon. epistola interpretatur beatus Anselmus in commentarijs super epistolam Pauli. Beda tamen in expositione super Euangelium Lucae, duplicem expositionem tribuit illis verbis, sic dicens: Quis autem potest ita semper orare, & sine defectu & sine intermissione precibus insistere, ut nec alimentum sumendi aut dormiendi tempus habeat? Aut ergo dicendum est eum semper orare, & sine defectu vel intermissione, qui horis canonicis iuxta ritum Ecclesiasticae traditionis psalmodijs & precibus continuis Dominum rogare & laudare non desistit. Et hoc quod Psal. dicebat: Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Aut certe omnia quae iustus secundum Dominum gerit & dicit, id orationem esse reputandum. Haec Beda. Verum etsi horum clarissimorum virorum expositiones mihi placeant: aliter tamen & (mea quidem sententia) melius forte videntur illa verba posse intelligi, quod videlicet Christus & eius Apostolus in illis verbis vsi fuerint quadam hyperbole ad rem exaggerandam, sicut & aliis sepe in sacris literis illa figura reperitur: quoniam (ut ait beatus Augustinus in libro de doctrina Christiana) sacra scriptura, quae instar communis locutionis scripta est, eisdem vitur tropis & figuris, quibus communis modus loquendi vitur. Et, ut res sit apertior, vnum alterum exemplum proferam ex sacris literis, in quibus haec hyperbole reperitur. In Actis Apostolorum describens illa historia aduentum Spiritus sancti, & volens innuere multitudinem gentium & nationum quae tunc erat Hierosolymae, ait: Erant autem in Hierusalem habitantes Iudaei, viri religiosi ex omni natione: quae sub coelo est. Quod nisi hic admittatur hyperbole, erit necessarium fateri tunc fuisse Hierosolymae Hispanos, Gallos, Anglos, Scotos, Aethiopes, Siculos, Balearios, Sauromatas, aliasque innumeras nationes, quas vix Niniue (quae ciuitas erat magna itinere dierum trium) capere potuisset, nedum Hierosolyma, quae paruum aut mediocre oppidum erat. Similiter Christus volens nobis suadere ut quam secrete & absque omni iactantia fieri posset, eleemosynam daretur, dixit: Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua. At cum eadem in vtraque manu sit anima, fieri non potest ut sinistra nesciat quod dextera facit. Sed est ibi quaedam hyperbole, siue quidam excessus ad rem magis commendandam. Ita etiam Christus, ut nobis frequentiam orationis commendaret, dixit: Oportet semper orare, hyperbole quadam vsus, semper pro frequenter accipiens. Eadem hyperbole vsus est Paulus dicens: Sine intermissione orate. Alias enim fieri non posset ut semper & sine intermissione oraremus, quibus necesse est comedere, & bibere, & dormire, curam rei familiaris ha-

liaris habere, aliaque multa facere, sine quibus in hac misera vita esse non possumus: quorum aliqua orationis attentionem minuunt, alia in vniuersum tollunt. Nec est quod amplius aduersus hanc haeresim disputemus.

Tertia haeresis est, quae cum his duabus praecedentibus ex diametro pugnat: quoniam docet orationem esse prorsus inutilem, nulliusque virtutis. Haec haeresis plures habet fautores: qui quamuis non eadem via incedant, omnes tamen ad hunc tendunt scopum, ut orationis virtutem minuunt & prorsus eneruent. Pelagius enim, teste Augustino libro de haeresibus, dixit orationes quas facit Ecclesia pro infidelibus, & alijs peccatoribus ut conuertantur, siue pro fidelibus ut perseuerent, frustra fieri: quoniam ad illa omnia sufficere dicebat nostri arbitrij liberam potestatem, & ita non esse opus a Deo petere, quae nos ipsi consequi possumus. Sed huius haeresis fundamentum iam supra omnino euertimus in titulo de gratia, haeresi prima, idem non est opus ut Pelagium iterum in hanc contentionem vocemus. Hoc solum de Pelagianis dicere decreui, quod isti sunt sicut antiqui gigantes, qui (ut Ecclesiasticus ait) non exorauerunt Deum pro peccatis suis: ideo destructi sunt confidentes suae virtuti. Sunt alij qui aliud non minus perniciosum iecere fundamentum, super quod hanc pestilentem fabricam aedificare conantur. Petrus enim Abailardus, & Ioannes Vicleph, & Ioannes Hufs, & Martinus Lutherus, dicunt omnia necessitate absoluta fieri, neque posse aliter fieri quam fiunt. Ex quo putrido fonte hic non minus vitiatus riuius scaturit: superfluas videlicet & inanes esse orationes quae ad Deum mittuntur: quoniam si omnia necessitate absoluta fiunt, frustra quis Deum orat pro ea re, quae si futura est, etiam si non oret, eueniet: & si futura non erat, etiam si oret, nunquam eueniet. Hac ergo ratione multi ex Lutheranis e castris suis prorsus eiecerunt orationem tanquam penitus inutilem. Lutherus tamen orationem probat: qua in re minime sibi constat, cum aliis dicat omnia ex necessitate absoluta euenire. Aduersus hanc haeresim tot sunt sacrae scripturae testimonia, tamque aperta, ut mirum sit hominem in sacris literis vel mediocriter versatum, in eam fuisse prolapsum, nisi talis sit qui sacris literis detrahare velit. Illud in primis est apertissimum, quod ipse veritatis magister docuit nos orare. Nam cum dixisset non esse opus multiloquio in oratione, postea subiunxit modum quo orare debeamus, dicens: Sic ergo vos orabitis: Pater noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum, &c. Si res inutilis esset oratio, frustra nos docuisset Christus modum quo orare debemus. Nec solum nos orare docuit verbo, sed etiam opere: quoniam ipsemet saepenumero orauit, imo ut verius dicam, tota eius vita fuit quaedam perpetua oratio. Nam assumptis Petro, Iacobo & Ioanne fratre eius, ascendit in montem ut oraret, & facta est dum oraret species vultus eius altera. Et cum mors eius instaret, acerbitatem illius reformidas, procidit in faciem suam orans & dicens: Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste. Et illi qui aduentum Spiritus sancti expectabant, omnes erant vnanimiter perseuerantes in oratione. Quomodo ergo inutilis censetur oratio, quae viam parat Spiritui sancto, ut ad nos venire dignetur? Cum Christus Saluator noster eiecisset de corpore cuiusdam hominis daemoneum, quod discipuli eius prius non potuerant eicere, dixit discipulis suis: Hoc genus non eicitur nisi per orationem & ieiunium. Magna certe est virtus quae daemoneum eicere valet. Praeterea cum Paulus & Silas in carcere adorantes laudarent Deum, subito tremotus factus est magnus, ita ut momerentur fundamenta carceris. Rursus: Beatus Iacobus in sua canonica epistola plures orationis virtutes enumerat. Tristatur aliquis vestrum (inquit ille) oret a quo animo, & psallat. Ecce ad depellendam animae tristitiam. Postea subdit: Infirmatur quis in vobis: inducat presbyteros Ecclesiae, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine

B

Domini, & oratio fidei saluabit infirmum. Ecce qualiter oratio prodest ad salutem corporis acquirendam. Sed audi iam quid dicat de salute animæ. **C**onfitemini (inquit) alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem, vt saluemini. *Ibidem.* Multum enim valet deprecatio iusti assidua. Erubescant iam impudentes hæretici detrahere orationi, dicentes eam nihil valere, quam Iacobus Apostolus multum valere asserit. Et quò sententiam suam astruat, testimonio & exem^{pl}o Helix Propheta eam confirmat, dicens: Helias homo erat similis nobis, passibilis, & oratione orauit vt non plueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex. Et rursus orauit, & cœlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum. Vides iam quanta sit orationis virtus, quæ intra cœlum pluuias continere, & inde eas deducere valet. Demum vt paucis virtutem orationis concludamus, Christus Saluator noster ait: Quæcunque petieritis in oratione credentes, accipietis. Christus tanti facit orationem, vt si comitem habuerit fidem, eam sufficere dicat ad impetranda omnia quæ petiuerimus: & hæretici non verentur dicere illam nullius esse momenti. Post hæc tam aperta testimonia extat de hac re Ecclesie definitio. Nam Concilium Toletanum quartum, capite nono suorum decretorum de oratione Dominica differens, postquam præceperat vt singulis diebus à quolibet sacerdote dicatur, virtutem illius orationis explicans ait: Delet ergo hæc quotidiana oratio minima quotidiana peccata: delet illa à quibus vita fidelium etiam scelerare gesta, poenitendo in melius discedit mutata. Ergo sicut Christus præcepit, sic Apostolus monuit. Et quemadmodum doctores Ecclesiastici instituerunt, quia quotidie vel cogitatione vel verbo delinquimus, quotidie & hæc orationem effundere in conspectu Dei debemus. Quisquis ergo sacerdotum vel subiacentium clericorum hæc orationem Dominicam quotidie, aut in publico, aut in priuato officio præterierit, propter superbiam iudicatus ordinis sui honore priuetur. **D** Concilium Toletanum. Et Concilium Mileuitanum, capite. 8. suorum decretorum contra Pelagium, sic ait: Item placuit vt quicunque verba ipsa Dominicæ orationis, vbi dicimus, Dimitte nobis debita nostra, ita volunt à sanctis dici, vt humiliter, & non veraciter hoc dicatur, anathema sit. Quis enim ferat orantem, & non hominibus sed ipsi Domino mentientem? qui labijs sibi dicit dimitti velle, & corde dicit, quæ sibi dimittantur debita non habere? Hæc Concilium Mileuitanum. Ex cuius definitione hæc duo colligimus. Vnū est quòd omnes quædiu in hac vita sumus, subiaceamus peccatis. Alterum, quòd ad hoc vt illa dimittantur, Dominica oratio prodest, in qua dicitur: Dimitte nobis debita nostra.

Quarta hæresis asserit orationes quæ vni personæ specialiter applicantur, non plus prodesse illi quàm si generaliter pro omnibus fierent. Huius hæresis autor est Ioannes Vvicleph, dicens non esse orandum pro aliqua particulari persona, quia (vt dicit) oratio quæ pro vno solo fit, non plus prodest illi quàm alijs. Hanc hæresim ipse Deus ore suo damnat, qui præcepit Eliphath Themanitæ vt rogaret Iob quatenus ille rogaret Deum pro ipso, & pro alijs duobus amicis suis, qui Deum offenderant, eò quòd sic acriter reprehenderant Iob. Et Dominus (vt scriptura testatur) conuersus est ad poenitentiam Iob cum oraret ille pro amicis suis. Præterea cum Petrus Apostolus esset in carcere, oratio fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo, & tandem oratio Ecclesie profuit Petro, quoniam misit Dominus angelum suum, & liberavit eum de carcere, & de manu Herodis, & de omni expectatione plæbis Iudæorum. Nec tamen illa oratio sic profuit omnibus alijs qui fuerant carceri mancipati. Aliquid ergo plus prodest specialis oratio illi pro quo fit, quàm alijs. Rursus: Beatus Paulus Thessalonicensibus scribens dicit se pro illis orationem fecisse. Gratias (inquit) agimus Deo semper pro omnibus vobis memo-

A bis memoriam vestri facientes in orationibus nostris sine intermissione. Si æquè omnibus profunt orationes, quo sine Paulus sic aperte iactauit se fecisse memoriam Thessalonicensium in suis orationibus? Deinde ipsemet Paulus sæpè exhortatur, rogat, præcipit fieri orationes speciales tum pro se, tum pro alijs. Obsecro ergo vos fratres (inquit ille) per Dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem sancti Spiritus, vt adiuueris me in orationibus vestris pro me ad Deum. Et alibi: Quoniam & adhuc eripiet de periculis, adiuuantibus vobis in oratione pro nobis. Et rursus: Orationi instate, vigilantes in ea in gratiarum actione, orantes simul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi. Et in alio loco: Orate pro nobis, vt sermo Dei currat, & clarificetur. Et ex istis duobus vltimis testimonijs sumpta est in tota Catholica ecclesia cõsuetudo illa inuocandi virginem Deiparam in initio cuiuslibet prædicationis verbi Dei, quatenus ipsa dignetur rogare Deum vt aperiat prædicatori ostium ad loquendum, & alijs ad audiendum mysterium Christi. Frustra Paulus toties pro se petit orari, si omnium orationes æquè illi prodesse poterant. Et pro alijs etiam speciales monet fieri orationes, dicens: Obsecro primùm omnium fieri obsecrationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate constituti sunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate. Ideò prædicatores verbi Dei Paulum in hac parte imitantes, in suis prædicationibus hortantur populum vt speciales Deo offerant orationes pro rege alijsque principibus & prælatis Ecclesiasticis, vt nauiculã, quæ in hoc mari magno & spatiofo, iactatur fluctibus, ad opatum portum perducatur. Demum ex. 45. articulis Ioannis Vvicleph in Concilio Constantiensi sessione octaua dånatis decimus nonus hic est, quo sic ait: Speciales orationes applicatæ vni personæ per prælatos vel religiosos, non plus profunt eidem quàm generales, cæteris paribus. Qui articulus simul cum alijs eiuðem Vvicleph vna super omnes lata sententia ibidem damnatus est. **B**

ORDO SACRAMENTVM.

Vix vnum aut alterum est sacramentum, cui Lutherus non detraxerit. Quædam illorum negat esse sacramenta: alia dicit non conferre gratiam: alia insuper vilipendit. Ordinem autem sic tractat, vt illum ab Ecclesia procul reijcere conetur. Dicit enim ordinem neque esse sacramentum, neque in eo esse aliquam imparitatem, vt vnus ordo sit alio & dignitate & potestate maior: sed omnes Christianos dicit esse in eodem ordinis gradu. Hæc ergo tria successiuè expugnare oportet. Primò ergo Lutherus dicit Ecclesiam Christi ignorare sacramentum ordinis. Nam iuxta eum, sacramentum ordinis nihil aliud est quàm ritus quidam eligendi concionatorum in Ecclesia: quapropter asserit eum qui non prædicat, non esse sacerdotem, nisi æquiuocè, quemadmodum homo pictus, est homo. Ordinem deniq; ipsum dicit esse signum ex hominibus natum, nihil de re Ecclesiastica & de sacramento intelligentibus. Primò ergo ostendere volo, in collatione ordinis gratiam conferri: deinde ostendam ex sacris literis huius rei esse aliquid signum sensibile. Ex quibus duobus concludetur ordinem esse sacramentum. Gratiam conferri suscipienti sacrum ordinem, aperte ostendit id quod Paulus Timotheo scribens ait: Noli (inquit) negligere gratiam, qua data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyteri. Quibus verbis Paulus

fatis apertè ostendit Timotheum suscepisse gratiam cum promotus fuerit ad ordinem sacerdotij. Et in posteriore epistola quam eidem Timotheo scripsit, iterum pro hac re testimonium dicit in hunc modum: Admoneo te, vt resuscites gratiam Dei quæ in te est per impositionem manuum mearum. Præterea ex vetustissimo Ecclesiæ ritu ab Apostolis orto semper obseruatum est, vt tam ordinans quam ordinatus, præsertim in sacris ordinibus, ieiunus ad ordines accedat. Et hoc scriptura ipsa testatur, quæ refert Apostolos ieiunantes & orantes imposuisse manus Paulo & Barnabæ, quos ex præcepto Spiritus sancti mittebant ad prædicandum Euangelium. Si in collatione ordinis nulla infunderetur gratia, non esset opus tanta præparatione. Sed quia certò credebant Apostoli gratiam Spiritus sancti conferri ijs quos ad ordines sacros promouebant, idè ieiunabant & orabant, vt vel sic pararentur ad gratiam Spiritus sancti recipiendam: quemadmodum olim, cum aduentum Spiritus sancti expectabant, perseverabant in oratione. Et hanc ieiunij causam assignat Leo papa huius nominis primus: cuius verba, quoniam alteri proposito etiam deseruiunt, infra citabimus. Et beatus Augustinus in libro quæst. veteris & noui Testamenti, quæst. 93. (modò is liber sit Augustini) hoc etiam apertissimè docet. Verùm quia supra in titulo de Melchisedech apertissimè conuicimus illud opus non esse Augustini, idè illa verba citare contempsimus. Si quis tamen sibi fidem facit librum illum esse Augustini, locum illi signaui in quo illam sententiam inueniat. Ecce ergo ostendimus in collatione ordinis gratiam conferri: nunc opus est vt ostendamus in tali collatione esse aliquod signum exterius sensibile. Hoc autem clarissimè ostendunt illa Pauli verba ex epistolis eius ad Timotheum nunc proximè citatis, quoniam ex illis patet eum qui alium ordinabat, manus illis imponere, per quam manuum impositionem ordinem alteri conferebat. Quod ex alijs pluribus scripturæ locis etiam colligitur. Paulus enim admonens Timotheum ne leuiter aliquem ad sacerdotium promoueret, quin prius diligenter personæ meritum examinaret, sic ait: Manus citò nemini imposueris. Et cum Apostoli septem viros ex multitudine discipulorum electos, fecerunt diaconos, orantes (vt dicit historia Apostolica) imposuerunt illis manus. Ecce iterum cum ad diaconatum promouent Apostoli, faciunt orantes, quemadmodum cum Paulo & Barnabæ imponunt manus, quia videlicet gratia in tali promotione erat conferenda. Concilium Carthaginense quartum, capitibus. 1. 2. 3. & 4. decernit episcopum, presbyterum, & diaconum debere ordinari per manuum impositionem. Et ex hoc signo, quo Apostoli vsi sunt, etiam persuaderi potest gratiam conferri in susceptione ordinis: quoniam non est vero simile, manus fuisse ordinatis impostas ab Apostolis, vt corpus inani contactu atrectarent, & nulla spiritali gratia prodesset animæ. Parum enim proderat corpori manus imponere, si ex hac manus impositione nihil anima proficere debebat. Si ergo in ordinis susceptione confertur gratia, & sub aliquo signo sensibili, conuincitur inde ordinem esse sacramentum. Et vt ostendamus hoc non esse recens scholasticorum Theologorum inuentum, aliquot vetustorum doctorum citabo testimonia. Leo papa in epistola nona; quæ est ad Dioscorum Alexandrinum episcopum, dicens ordinem debere conferri & suscipi à ieiunis, sic ait: Nam præter autoritatem consuetudinis, quam ex Apostolica nouimus venire doctrina, etiam sacra scriptura manifestat, quòd cum Apostolum Paulum & Barnabam ex præcepto Spiritus sancti ad Euangelium mitterent prædicandum, ieiunantes & orantes imposuerunt eis manus: vt intelligamus quantum dantium & accipientium deuotione curandum sit, ne tantæ benedictionis sacramentum negligenter videatur implerum. Hæc Leo papa huius nominis primus, vir sanctitate perinde ac doctrina illustris. Ex quibus verbis duo colligimus, videlicet quòd ordo sit sacramen-

cramentum, & quòd in eius collatione conferatur gratia: quoniam idè dicit ieiunium & orationem præcessisse, vt dignè recipiatur benedictio, quæ in tali sacramento confertur. Augustinus de baptismo contra Donatistas, de eodem baptismo & ordine loquens, sic ait: Vtrunq; enim sacramentum est, & quadam consecratione homini datum: Illud quum baptizatur, istud quum ordinatur: idè non licet in Ecclesia Catholica vtrunq; iterari. Et paulò post: Neutri sacramento faciendâ est iniuria. Et addit de sacramento ordinis: Sicut non rectè habet qui ab vnitare recedit, sed tamen habet: sic etiam non rectè dat qui ab vnitare recedit, & tamen dat. Et rursus ad vtrunque reuersus subiungit: Non ergo idè non sunt sacramenta Christi & Ecclesiæ, quia eis illicitè vtuntur nõ modò hæretici, sed etiam omnes impij: sed illi corrigendi sunt, & puniendi: illa autem sunt agnoscenda & veneranda. Hæc Augustinus. Quibus verbis non semel fatetur ordinem esse sacramentum. Tam credo, quisq; videt quàm effroni audacia iactauerit Lutherus Ecclesiam Christi ignorare sacramentum ordinis, nouamq; esse eius inuentionem, cum ex Augustino & Leone papa clarè constet ordinem esse sacramentum. Neq; Augustinum aut Leonem ab Ecclesia Christi abigere potest, quos eadem Ecclesia velut sanctos censuit esse venerandos: neq; eos dicit recentes Theologos, prout solet, nisi talè se existimet, vt ei mille anni sint tanquam dies hesternæ quæ præterijt. Hoc solum ergo superest nobis probandum, vt videlicet ostendamus non omnes ordines esse pares inter se: sed esse diuersos intra hoc sacramentum gradus, ita vt vnus ordo sit alio dignitate & potestate maior.

Et certè quisquis debita attentione considerauerit ea quæ in veterè illa lege Mosæ ordinata sunt, de tabernaculo, & altari, & de sacerdotibus & alijs ministris altari seruientibus, facilè inde cognoscet quasi ex vmbra corpus, varios oportere dari in Ecclesia ordines, qui diuersis in ministerio altaris fungantur officijs. Nam lex (vt ait Paulus) vmbra habebat futurorum bonorum. Et idem ait, omnia in figura contingisse patribus illis. Ab vmbra igitur ad suum corpus, à figura ad correspondentem sibi rei veritatem, optimum & efficacissimum erit argumentum. Nam hoc argumentationis loco Paulus vltus est, volens probare licitum esse his qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere: quia qui id veteri illo tabernaculo operabantur, viuiebant de tabernaculo, & qui altari deseruiebant, participabant de altari. Itaq; argumentatur Paulus ibi ab vmbra & figura ad corpus & veritatem. Cum igitur tam efficax sit, iuxta Paulum, hic argumentationis modus, manifestè per illum conuincemus, plures esse in Ecclesia Catholica ordines, variosq; esse gradus eorum qui in altari ministrant. Nam ad ministerium illius tabernaculi veteris varij ordines diuersiq; gradus fuerunt à Deo instituti, ita vt vnus esset Pontifex aut sacerdos summus, alij sacerdotes minores, alij leuitæ, qui etsi sacerdotes non essent, altari tamen ministrabant. Quæ ad sacerdotem pertinent summum, & quæ ad inferiores attinent, describuntur in Exodo, vbi alia officia aliaque vestimenta summo sacerdoti, alia inferioribus sacerdotibus tribuuntur. Supra caput Aaron & cuiuslibet alterius summi sacerdotis fustum est sancta vinctio oleum. Filios Aaron minores sacerdotes & illorum successores non sunt in capite, sed solum in manibus oleo sancto vincti. Tunice istorum erant lineæ; summi vero sacerdotis ornatus erat ex auro, hyacintho, purpura, gemmisque preciosis confectus. De ritu consecrationis Leuitici ordinis habetur in Leuitico libro, in quo etsi vnus omnium Leuitarum consecrationis ritus describitur, diuersa tamen illis distribuuntur officia. Nam in tres classes sub suis capitibus & principibus distribuuntur, & suum cuique locum in excubijs & ministerio assignatur, iuxta sacerdotum imperium. Si tantus fuit ordo tamque distinctus in illa veteri figura, opus est vt cõcedamus varium esse ordinem clarè què distinetur.

F. ALFONSI DE CASTRO MINORITAE

Etum, eorum qui in altari, vbi nunc Eucharistia cōsecratur, ministrare debent. Nisi fortē Ecclesiam Catholicā confusissimam quandā Babylonem, in qua nul-
 lus sit ordo, facere velimus: cū tamen synagogam illam veterem, quę huius ty-
 pum tenet, velut nobilissimam quādam ciuitatē ordinatissimē constitutā fuis-
 se apertissimē constet. Quōd si quis tam impius & tam effrons est, vt id fateri
 non vereatur, is certē aut sapientiam, aut potentiam, aut denique bonitatē co-
 getur minuere diuinam: quia videlicet fateri cogetur Deū aut nescisse, aut nō
 potuisse, aut deniq; noluisse talem formare Ecclesiam suā, qualem prius adum-
 brarat & deliniarat in illo veteri populo. Certē quū multō pręstantius sit sa-
 crificium quod nunc à sacerdotibus Ecclesię offertur, quā sacrificia omnia ve-
 teris legis, oportebat vt maior honor illi pręstaretur, & maior etiam ordo in
 illius ministerio seruaretur, & ministrorum ordines ad illius administrationē
 plures deputarentur.

Omitto hīc minores ordines, quoniam etsi de illis apud vetustos autores
 non parua fiat mentio, tamen plures Theologi non admittunt minores ordi-
 nes intra sacramentorum numerum: quapropter nec etiam vocantur ordines
 sacri: imō de subdiaconatu Hugo, de sancto Victore censet non esse sacramen-
 tum, quamuis alij intra sacramenti limites eum collocent. De hac re non nihil
 supra tetigimus in titulo de episcopis: quo loco ostendimus episcopum ex
 Christi institutione esse dignitate & potestate maiorem simplici presbytero.
 Diaconos Apostolica historia narrat fuisse ab Apostolis ordinatos. Imō de
 alijs omnibus ordinibus constat, fuisse in in Ecclesia eorum officia & nomina
 tempore Apostolorum. Nam beatus Ignatius discipulus sancti Ioannis Euan-
 gelistę in epistola ad Trallianos extollit dignitatem episcoporum, presbytero-
 rum, & diaconorum. Et in epistola ad Antiochenes hac verba refert: Saluto
 sanctum presbyterum vestrum, saluto sanctos diaconos, saluto subdiaconos,
 lectores, cantores, ostiarios, laborantes, exorcistas, atque confessores. Hęc il-
 le. Canones Apostolorum videntur etiam innuere discrimen inter episcopū
 & presbyterum: diaconum, subdiaconum: lectorem, & cantorē. Hoc patet ca-
 none. 42. & 43. At Apostolorum canones per Clementem traducti, tantę sunt
 autoritatis, vt beatus Damascenus, illos inserat catalogo librorum canonico-
 rum sacre scripturę. Vt ergo iam finem huic negotio imponamus, producere
 oportebit testimonium Concilij Carthaginensis quarti, quod omnis ordinis
 gradus describit, & modum quo illorū ordinatio facienda sit, decernit. Nam
 capitibus primo & secundo suorum decretorum assignat modum quo ordi-
 nandus sit episcopus, capite tertio agit de ordinatione presbyteri: capite quar-
 to, de ordinatione diaconi: capite quinto, de ordinatione subdiaconi: capite
 sexto, de ordinatione acolythi: capite septimo, de ordinatione exorcistę: ca-
 pite octauo, de ordinatione lectoris, cap. nono, de ordinatione ostiarj. Quo-
 rum omnium decretorum verba citare omisi causā prolixitatis vitandę, satis
 existimans ostendisse locum lectori. Qui de hac re amplius nosse cupit, legat
 Hugonem de sancto Victore libro secundo de sacramentis, parte tertia: quo
 loco doctor ille non spernendę autoritatis, de singulis ordinibus pertractat,
 eorum omnium potestatem & ordinationem declarans. Ex his quę diximus,
 conuictus remanet Gręcorum & Vvaldensium error. Vvaldenses enim (vt
 Guido illis impingit) dixerunt esse tantum tres ordines in Ecclesia, diaconum
 videlicet, presbyterum, & episcopum. Verum Aeneas Syluius libro de origi-
 ne Bohemorum, capite. 35. errores Vvaldensium recensens, nunquā huius
 erroris meminit: imō alium illis tribuit, qui cū hoc velut ex diametro pugnat
 re videtur. At enim illos sensisse, episcopum non esse dignitate aut potestate
 superiorem alio quocunq; presbytero. De qua re supra in titulo de episco-
 po disputauimus, Gręci iuxta eundem Guidonem post ordines sacros nullum
 ex mi-

Año. 6.

Ignatius.

Concilium
Carthag.

Guido.

Vvaldenses.

Gręci.

ADVERSVS HAERESSES, LIB. XI.


Fol. 338

A ex minoribus ordinibus admittunt, pręter lectorem: alios autē, videlicet ostia-
 rium, exorcistam, & acolythum dicunt non debere inter ordines numerari.
 Nos tamen iam ostendimus eorum nomina & officia fuisse à tempore Apo-
 stolorum in Ecclesia, & modum ordinationis eorum fuisse in Conci-
 lio statutum: quapropter non est quōd amplius de hac re
 disputemus. Aduersus hanc hęresim pugnant
 illa omnia, quę inferiūs in titulo
 de sacerdotio hęresi pri-
 ma dicemus.

FINIS LIBRI VN-
DECIMI.

LLL 4

F. ALFON-



F. ALFONSI DE CA

STRO, ZAMOREN. MIN. Q.

RITAE, ADVERSUS HAERESIS, Liber XII:

P A P A.

Lutheri.

Lutherus, qui toties à nobis prostratus est, solo papæ nomini auditore recuperat vires, vt denud possit nobiscum de hac re congregari. Aded nanq; papæ odium imbibit, vt etiã si in cineres redactus fuerit, ad papam insectandum reuiuiscat. Omnium enim suorum scriptorum scopus is vnus est, papam videlicet à sua sede deijcere, omnem potestatem, quam à Deo in terris recepit, illi adimere: & vt hoc cõsequeretur, nihil intentatum reliquit, nullum non mouit lapidem. Nam pro hac sola re tuẽda totam Ecclesię domum euertere curauit. Quod autem ex odio papæ, & non ex zelo id fecerit, inde conijciat quisque, si rerum ab eo gestarum ordinem plenè nouerit. Cùm enim is Lutherus aliqua à vera fide aliena docere tentasset, fuit de hac re à Leone decimo, qui tunc vniuersali Ecclesię præsidebat, admonitus: cui admonitioni cùm idem Lutherus obedire cõtēpserit, Leo decimus, velut bonus pastor, hunc Lutherũ excommunicauit, & velut putridam ouem ab Ecclesię ouili eiecit, ne reliquas actu suo inficeret oues. Qua de re factum est, vt Lutherus, qui antea primatũ Petri & successoris eius probauerat, & libris æditis docuerat, post hanc in eum latam excommunicationem vsque ad eodẽ papatui derrahat, vt non sit contentus illius potestatem minuere, sed etiam illum acerbissimis conuitijs afficiat, & contumelijs atrocibus insectetur. Dicit enim pontificum nomen inane prorsus esse, nec re quicquam aliud esse quàm regnum Babylonis, & potentiam Nemroth robusti venatoris: quoniam mera tyrannide factum esse ait, vt papa super alios episcopos fuerit exaltatus. Hinc ergo conijcere lice, tq̃uo spiritu Lutherus ducatur, qui in tractanda fide Catholica magis affectu quàm ratione regitur. Huius tamen erroris primus autor nõ est Lutherus. Primò enim ille serpens antiquus hunc errorem persuasit Græcis, qui ab Ecclesię vnitare separati sunt propter errores Nestorij, Dioscori, Eutychetis: quoniam Nestorius in Ephesina synodo, Dioscorus verò & Eutyches in Calcedonensi damnati sunt. Eadem ratione Armeni ab Ecclesię vnitare se subtraxerunt, quod videlicet Concilij Calcedonenis decreta recipere contempserunt, & ab hoc tempore obedientiam Romano pontifici negare cõperunt vsq; ad tempus Eugenij quarti, quo tempore celebratum est Concilium Florentiæ, ad quod confluentes Græci & Armeni, post longam de hac re cum Latinis habitam disputationem, tandem veritatem plenè cognoscetes, Ecclesię Romanæ se subdiderunt. Post Græcos & Armenos venere impij & idiotę Vvaldenses, nihilominus omnibus episcopis inimici, quàm Græci & Armeni fuerant Romano pontifici. Hi enim Vvaldenses docent omnes presbyteros esse pares, neq; vnum esse alio potestate superiore. Vvaldensibus in hac parte consentit quidam Marsilius Paduanus. De Ioanne Vvicleph, & Ioanne Huf, non est opus dicere, quoniam ille in verba Vvaldensium, & hic in verba Vviclephi iurasse videntur. Istorum ergo omnium communem errorem iam diu sepultum, Lutherus hoc nostro seculo ab inferis reuocauit, vt faciliore modo quas conceperat hæreses docere possit. Nulla est enim alia via apertior ad hæreses introducendas, quàm si primatum

Armeni.

Vvaldenses.

Marsilius Paduanus. Ioannes Vvicleph. Ioannes Huf.

A matum Petri ab Ecclesia subtraxeris. Quapropter omnes oportet adhibere huic operæ vires, vt apertè primatum summi pontificis ostendamus, ne via pateat hæreticis ad suas hæreses introducendas. Pro hac re apertum testimonium est id quod Dominus dicit Petro: Tu es Petrus, & super hanc Petram ^{Mat. 6.} ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo clauis regni cœlorum: & quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunq; solueris super terram, erit solutum & in cœlis. In quibus verbis multa sunt quæ primatum Petri manifestè docere videntur. Primò quod mutato nomine Simonis eum nomine Petri vocauit, quæ res sine grandi mysterio contingere non potuit. Nunquàm enim Deus nomen nouum alicui homini indidit, quem non magnis donasset beneficijs, & ad altam quandam extulisset dignitatem. Si enim in veteri Testamento Abraham & Saræ, quos facturus erat in gentem magnam, & ex quibus Christus secundum carnem propagandus erat, nomen à Deo tribuitur nouum: ^{Gen. 17.} Sic etiam Iacob, quoniam fortis fuerat contra Deum, mutato nomine Iacob ^{Gen. 32. Mar. 3.} vocatus est Israel. Et (vt ad nouum Testamentum accedamus) Iacobum Zebedæi & Ioannem fratrem eius vocauit Christus Boanerges, hoc est filios tonitruum. Hos autem duos fratres quantum præ cæteris Apostolis post Petrum extulerit, ipsa Euangelica historia apertissimè docet. Nam hos duos simul ^{Mat. 17. Luc. 9. Mat. 16.} cum Petro assumpsit in testes suæ gloriose transfigurationis. Hos solos permisit intrare domum Iairi Archisynagogi, cùm illius filiam suscitare voluit. Et quum passione sua instante oraret, hos etiam assumpsit secum: vt vel inde conijcere possimus non sine causa istis noua illum tribuisse nomina. Cùm ergo Petro nouum à Deo imponatur nomen, grande in eo futurum mysterium designatur: præsertim si bene quisque aduertat quale fuerit nomen illi tributum. **B** Nomen siquidem Petrus a petra deriuatum esse videtur. At cùm Christus iuxta Paulum vocetur petra, conuincitur inde Petro tale nomen ^{1. Cor. 10.} fuisse datum, quod nomini Christi simillimum foret, & quod à Christi nomine deriuationem accepit, vt vel hac ratione nominis edoceremur Petrum Christi vicem in terris habiturum, cuius nomen tunc accepisse cognoscimus. Secundò in illo Marthæi loco prius citato aduertere oportet quod sequitur. Nam eundem Petrum vocauit postea petram super quam fundanda erat Ecclesia. Tu es (inquit) Petrus, & supra hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Considera ergo qualis sit futurus Petrus, super quem Ecclesia ædificanda promittitur. Sic enim Theophylactus illa Christi verba expones, ait: Remunerat Petrum Dominus, mercedem illi dans magnam, quod supra eum ædificauit Ecclesiam. Hæc ille. Quibus verbis satis apertè declarat Petrum esse petram supra quam Deus suam Ecclesiam fundare decreuerat. Eodem modo etiam exponit Hieronymus super Matthæum decimosexto capite. Eodem modo interpretatur Hilarius canone decimosexto super Matthæum. Quamquam huius verba Erasmus detorquere conatus, adiecit in margine hæc verba: Ecclesiæ fundamentum est fides. Quibus verbis interpretari voluit Hilarium, quasi Hilarius sentiret fidem esse fundamentum & petram, non autem Petrum. Hilarius tamen apertissimè de Petro loquitur, vt facile est videre. Idem sentit Chrysostomus super Matthæum. Simili modo illum locum exponit Augustinus sæpè, præsertim in libro contra epistolam Donati, & sermone vigesimosexto de sanctis. Eodem modo etiam exponit Leo papa huius nominis tertius in sermone tercio de anniuersario die suæ assumptionis. Istis omnibus subscribit beatus Gregorius libro. 6. sui registri epistola. 36. Quorum omnium sanctorum virorum verba, causâ prolixitatis vitandæ, omisi citare. Tertullianus etiam idem sentit in libro de præscriptionibus hæreticorum: cuius verba infra subiiciemus. Tertium, quod in illis Christi verbis Petro dictis est

ctis est consideratione dignum, est, quod soli Petro nominatim Christus promittit claves regni caelorum: quoniam & si alijs Apostolis datae sint claves, non tamen caelorum omnium, sed caeli. Petro enim dicitur: Quodcumque solueris super terram, erit solutum & in caelis. Cum vero omnibus Apostolis simul dantur claves, sic dicitur: Amen dico vobis, quaecumque alligaueritis super terram, erunt ligata & in caelo: & quaecumque solueritis super terram, erunt soluta & in caelo. Ecce vides hic dictum, in caelo, singulari numero: quum tamen Petro claves promittuntur, claves caelorum promittuntur: & in caelis dicitur esse ligandum quod ille ligauerit, non in vno caelo: vt videlicet ex hoc diuerso locutionis modo intelligas fortiores & potentiores clauas fuisse datas Petro quam caeteris Apostolis. Et hoc ipsum annotauit Origenes in expositione Matthaei, & ante Origenem hoc idem innuere videtur Tertullianus. Is enim in libro de praescriptionibus haereticorum, disputans contra eos qui dicebant

Tertullian. Apostolos non omnia ad fidem necessaria sciuisse, sic ait: Quis enim integram mentis credere potest aliquid eos ignorasse, quos magistros Dominus dedit: indiuiduos habitos in comitatu, in disciplinatu, in conuictu: quibus obscura quaeque seorsum ediferebat, illis dicens datum esse cognoscere arcana quae populo intelligere non liceret? Latuit aliquid Petrum aedificandae Ecclesiae petram dictum: claves regni caelorum consecutum, & soluendi & alligandi in caelis & in terris potestatem: Latuit & Ioannem aliquid dilectissimum Domino, pectori eius incubantem, cui soli Dominus Iudam traditorem demonstrauit: quem loco sui filium Mariae demandauit: Quid ergo eos ignorasse voluit, quibus etiam gloriam suam exhibuit, & Moysen, & Heliam, & insuper de caelo patris vocem? non quasi caeteros reprobandos, sed quoniam in tribus testibus stabit omne verbum. Haec tamen Tertullianus. Quibus verbis postquam omnibus Apostolis tribuerat arcana cognoscere, quae populo intelligere non licebat: postea distribuens cuique Apostolorum quae illi fuerant propria Ioanni dedit supra pectus Domini in caena recubuisse: eidem & Iacobo atque Petro tribuit vidisse Dominum in gloria maiestatem transfiguratum. Petro autem dedit Ecclesiae petram esse, claves regni caelorum consecutum, & soluendi & ligandi in caelis & in terris potestatem. Quae omnia si soli Petro dicuntur, ex illis aperte conuincitur Petrum fuisse caeteris Apostolis praelatum. Nam ille solus ex Apostolis instituitur petra, supra quam fundetur Ecclesia: illi soli promittuntur claves regni caelorum: ille solus accipit soluendi & ligandi in caelis & in terris potestatem. Quapropter non possum silentio praeterire quae beatus Rhenanus de hac re loquens ait: Is enim in quodam argumento quod praefixit libro Tertulliani de praescriptionibus haereticorum, innuit se sentire Romanum pontificem non esse a Deo institutum superiorem caeteris episcopis, & hanc dicit esse sententiam Tertulliani in illo libro, & alibi. Vt autem ostendat Tertullianum illud sentire, sic colligit. Tertullianus nominans Ecclesiam Romanam, inter Apostolicas Ecclesias illam nominat, nec tamen illam praefert alijs: inter summates illam recenset, nunquam tamen illam dicit summam. At si eam credidisset esse summam Ecclesiarum, eam vocasset aliquando supremam Ecclesiam. Nunquam vocauit eam summam, non ergo credidit eam esse summam. O fortem argumentatorem. O alterum Aristotelem. Haecne est illa Dialectica, colligere aliquid negatiue per locum ab auctoritate? Quis hanc collectionem ignorat esse nullam? Talis aut talis doctor non dicit hoc, ergo non ita est, aut ille credidit non ita esse? Si enim tali modo semper colligere liceret, multa inde incommoda sequerentur. Sequeretur patrem non esse ingentum: Mariam non fuisse perpetuo virginem: quoniam nullum istorum expresserunt sacrae literae, etiam cum de his rebus mentionem fecerunt. Abeat ergo Rhenanus non beatus, sed miser: & si suam sententiam voluerit

voluerit confirmare, veris testimonijs hoc faciat, & non meris calumnijs & imposturis, prout nunc eum fecisse conuicimus. Nam cum ipse impingat Tertulliano illum sentire Ecclesiam Romanam non esse summam, nos ostendimus Tertullianum sensisse Petrum fuisse caeteris Apostolis praelatum, & hoc ostendimus illum aperte docuisse in eodem libro cui Rhenanus tale praefixerat argumentum. Praeterea Christus docens Apostolos quis illorum futurus esset maior, dixit Petro Simon, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum: Ego autem rogavi pro te, vt non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Quibus verbis aperte docuit Christus Petrum esse futurum caeteris Apostolis maiorem, per hoc quod illi iniungebat onus confirmandi alios Apostolos, quos diabolus expetuerat vt cribraret sicut triticum. Vt autem Petrus rectius posset officium sibi commissum exercere, Christus promittit illi se rogaturum patrem, vt non permittat fidem illius perire. Quae Christi verba exponens Theophylactus super Lucam, sic ait: Tu vero conuersus confirma fratres tuos. Planus huius intellectus is est. Quia te habeo vt Principem discipulorum, postquam me negato fleueris, & ad poenitentiam veneris, confirma caeteros. Hoc enim te decet, qui post me Ecclesiae petra es fundamentum. Haec Theophylactus. Petrus ergo declaratus est a Christo caeteris Apostolis maior, quia illi iniungitur onus reliquos Apostolos confirmandi. Rursum, Christus commisit Petro curam suarum ouium, cum bis illi dixit: Pasce agnos meos. Et tertio iterum dixit: Pasce oues meas. Quibus verbis apertissime declarauit Christus totum ouile tam ouium quam agnorum, hoc est Ecclesiam vniuersalem esse Petro commissam. Nam (vt ait propheta) nos sumus populus eius, & oues pascae eius. Harum ouium curam commisit Deus Petro. Verum Lutherus cum suis, quoniam non sunt ex ouibus his, sed ex numero illorum haec dorum quos Deus constituet ad sinistram, ideo non volunt esse sub cura huius pastoris, videlicet Romani pontificis. Deinde, illa quae Petrus operatus est, ostendunt apertissime illum fuisse reliquis Apostolis praelatum. Pro se enim Petrus & pro Christo didrachma soluit. Cum enim exactores didrachmatis percontarentur a Petro, num magister eius didrachma soluisset, dixit Christus Petro: Vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies staterem: illum sumens da eis pro me & pro te. Vt autem ex hoc loco apertius nostrum propositum doceamus, prius oportet scire qualisnam fuerit huius didrachmatis exactio. Pro cuius rei cognitione audiamus quid beatus Hieronymus de hac re loquatur. Sic enim in Commentarijs super Matthaeum hunc locum pertractans ait: Post Augustinum Caesarem Iudaea facta est tributaria, & omnes censi capite ferebantur. Vnde & Ioseph cum Maria coniuge sua professus est in Bethleem. Rursum, quoniam nutritus erat in Nazareth, quod est oppidum Galilaeae Capharnaum vrbi subiaccens, ex more poscent tributum, & pro signorum magnitudine hi qui exigebant non audent ipsum repetere, sed discipulum conueniunt. Haec Hieronymus. Si ergo tributa (vt Hieronymus ait) per capita soluuntur: quid est quod Petrus iubetur staterem, hoc est duplex didrachma pro se & pro Christo soluere, nisi quia iam Christus meditabatur Petrum post se caput Ecclesiae relinquere? Quod si hac ratione tributum fuisse solutum negatur: quare magis pro Petro quam pro alijs Apostolis didrachma soluitur, cum talis census non nisi pro capite familiae soluebatur? Cuius rei cum alia nequeat inueniri causa, nisi quia Petrus erat caeteris praefendus, fateri oportet vt Petrus qui pro se tributum, quod non nisi pro capite exigebatur, soluere iubetur, sit hac ratione declaratus caput familiae. Quod autem cum Christo iunctus fuerit in solutione didrachmatis, ita vt vnica moneta, videlicet vno statere, pro se & Christo soluerit, declarat Petrum eiusdem familiae, videlicet Ecclesiae, futurum caput, cuius est Christi

est Christus. Nec tamen inde sequitur Ecclesiae corpus esse monstrum biceps
 (vt Lutherus nobis objicit) quoniam Petrum non dicimus esse caput aequale
 Christo, sed caput sub Christo. Christum enim dicimus esse primū & supremū
 Ecclesiae caput: Petrum autem nō dicimus esse primum caput totius corporis
 quod est Ecclesia, sed vicarium caput, hoc est caput Christi loco subrogatum,
 & caput secundū post Christum, id est, caput aliorū omnium à Christo. Qua-
 propter sicut Petrus non est dicendus prior omnibus simpliciter, sed prior in
 comparatione aliorum à Christo, ita nec dicendus est caput simpliciter & ab-
 solutē respectu omnium, sed solum est caput respectu aliorum à Christo. Chri-
 stus verò est absolutē & simpliciter caput totius Ecclesiae, qui est principium.
 Et hoc modo constat non esse duo capita eiusdem corporis totalis, quoniam
 illius totalis corporis solus Christus est caput, & huius corporis Petrus est
 vnum membrum, cæteris tamen præstantius. Corporis verò mystici, quod ex
 alijs hominibus à Christo coalescit, Petrus est caput: & ita nō est caput totius
 corporis integri: quoniam non est caput Christi, qui ad hanc Ecclesiam perti-
 net. Simillimum est huic quod in alijs rebus publicis videmus. Nam Procon-
 sul caput est illius prouinciæ quam administrat, quāuis Cōsul sit illo superior,
 & primum omnium prouinciarū caput. Prorex caput est illius regni cuius cu-
 ram gerit: rex tamen est illo superior, & primum omnium suorum regnorū ca-
 put. Prorex enim aut Proconsul est caput partialis corporis, videlicet talis re-
 gni, aut talis prouinciæ: Imperator autem est caput primū totius integri corpo-
 ris. Sic Petrus & Christus. Ad hunc modum etiam oportet intelligere id quod
 supra diximus, Petrum videlicet esse petram & fundamentum Ecclesiae: funda-
 mentum inquam non primum, cui scilicet totius Ecclesiae structura innititur,
 quoniam tale fundamentum est solus Christus: de quo Paulus ait: Fundamen-
 tum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, videlicet Christus
 Deus noster. Et in comparatione ad hoc fundamentum Petrus est tanquam
 vnus ex alijs lapidibus qui fundamento innituntur. Verū post primum lapi-
 dem pro fundamento iactum, sunt alij lapides in ipsa structura, qui licet susten-
 tantur à primo, tamē sustentant omnes reliquos qui supra illos sunt in edificio
 constituti. Et istorum quilibet potest dici fundamentum, nō simpliciter & ab-
 solutē respectu omnium, sed respectu illorum lapidum quos sustentat. Et iuxta
 hunc modum plura sunt Ecclesiae fundamenta. Nam de omnibus Apostolis di-
 cit beatus Ioannes eos esse fundamenta Ecclesiae. Sic enim in Apocalypsi lo-
 quens de noua ciuitate descendente de caelo, quæ est Ecclesia, ait: Et murus
 ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim, nomina duode-
 cim Apostolorū. Ecce audis omnes Apostolos dici fundamenta ciuitatis, quia
 eorum doctrina sustentatur hucusq; Ecclesia: Quid ergo miratur Lutherus si
 nos dicimus Petrum esse fundamentum Ecclesiae? Sed licet omnes sint & di-
 cantur fundamenta, Petrus tamen cæteris omnibus præstat: quia & si non sit
 lapis primarius in fundamento iactus, est tamen primus post Christum: & ita
 erit fundamentum non quidem omnium lapidum qui sunt in spiritali ædifi-
 cio, quoniam non est fundamentum Christi, qui ad hoc ædificium pertinet,
 sed est fundamentum omnium aliorum lapidum spiritalium, & ita est funda-
 mentum secundum post Christum, quia prima petra post Christum petram.
 Et ita super hanc petram quæ est Christus, fundatur tota Ecclesiae structura:
 super aliam verò petram, quæ est Petrus, fundatur reliqua Ecclesia à Christo,
 hoc est tota Ecclesia dempto capite Christo. Hæc autem vnico verbo desi-
 gnauit Theophylactus in illis verbis quæ ex commentarijs illius super Lucam
 nunc paulò supra citauimus. Sic enim exponens Christi verba ait: Quia te ha-
 beo vt principem discipulorum, postquam me negato staueris, & ad peniten-
 tiam veneris, confirma cæteros. Hoc enim te decet, qui post me Ecclesiae pe-
 tra es

A tra es fundamentum. Hæc Theophylactus. Ex cuius verbis constat Petrum
 dici fundamentum Ecclesiae, non quidem absolutē & respectu omnium, sed
 fundamentum post Christum, hoc est, fundamentum omnium aliorum à Chri-
 sto. Et ita non sunt duo lapides primarij: quoniam solus Christus est prima-
 rius lapis: Petrus verò non primus simpliciter, sed primus post Christum. De
 hac re adeò diffusè & vltra metas breuitatis statuta differuimus: quoniam hoc
 est fortissimum telum quod nobis objicit Lutherus, & quo se tueri conatur:
 de quo cum iam plusquam satis dictum sit, oportet vt reliqua Petri opera bre-
 uiter percurramus. Mariæ Magdalena & alijs eius confortibus visitantibus
 Christi sepulchrum, apparens angelus ait illis: Iesum quaritis Nazarenū cru-
 cifixum. Surrexit, non est hic. Ecce locus, vbi posuerunt eum. Sed ite, dicite
 discipulis eius & Petro, quia præcedet vos in Galilaam. Quid est quòd solius
 Petri nomen exprimitur tacitis omnibus aliorum nominibus, nisi quòd Pe-
 trus cæteris omnibus præminet? Si enim Petrus non fuisset cæteris præstan-
 tior, sat erat dixisse: ite, dicite discipulis eius. Sed cum addidit, & Petro, innuit
 aliquid esse in Petro singulare, propter quod esset proprio designandus nomi-
 ne, tanquam aliorum princeps. Deinde cum venirent ad monumentum Pe-
 trus & Ioannes, licet Ioannes præcurrat citius Petro, & prior peruenit ad mo-
 numentum, non tamen intrare ausus est ante Petrum, honorem ex hoc exhibens
 Petro tanquam superiori. Poterat quidem Ioannes monumentum in-
 trare, qui supra pectus Domini recubuerat. Qui enim dignus fuit supra cor-
 pus viuum recumbere, multò dignior erat monumentum in quo iacuit corpus
 mortuum, intrare. Verū & si ad hoc dignus esset, intrare tamen recusa-
 uit, hunc volens deferre Petro honorem: vt quoniam Petrus erat dignitate
 prior, sic etiam prius monumentum intraret. Et cum Christus iam ascendis-
 set ad caelos, existente duodenario Apostolorum numero incompleto pro-
 pter mortem Iudæ traditoris, Petrus alijs discipulis sermonem facit, persua-
 dens illis vt in locum Iudæ alius subrogetur. Nisi Petrus fuisset alijs superior
 à Deo institutus, non fuisset adeò arrogans, & gloriae cupidus, vt ab alijs non
 rogatus in medio illorum surgeret, & cunctis sermonem faceret. Quòd si hoc
 ante receptum Spiritum fuisse factum causeris: quid post aduentum Spiritus
 sancti egerit, videamus. In illo nāq; die, quo Spiritus sanctus in linguis igneis
 descendit: cum Apostoli omnibus linguis loquerentur, & omnis multitudo
 rei nouitatem miraretur, & cuidam ebrietati tribueret, Petrus omnium ipso-
 rum condiscipulorum causam agens, sermonem ad populum habuit, docens
 illum discipulos nō esse ebrios, vt putabat: quo sermone audito conuersi sunt
 circiter tria millia ex ipsis auditoribus. Quare Petrus vnus pro omnibus re-
 spondet: nisi quia vnus omnibus præest? Pastoris nāq; officium est suas oues
 à luporū infestatione defendere. Ideò Petrus, velut bonus pastor volens suas
 oues defendere, sermonem pro eis ad populum fecit. Post hæc cum Petrus &
 Ioannes ascendissent in templum ad horam orationis nouam, cuidam claudo
 ad portas templi petenti eleemosynam, ait Petrus: Argentum & aurum nō est
 mihi, quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Iesu Christi Nazareni surge
 & ambula. Et statim consolidatae sunt bases eius. Hoc autem est primum mi-
 raculum quod à quouis Apostolo factum esse legimus, vt videlicet qui prior
 cæteris erat dignitate & potestate, prior etiam virtutem Dei sui miracula fa-
 ciendo ostēderet. Nec mysterio caret, quòd Ioanne existente in comitatu Pe-
 tri, Ioannes tacet, & Petrus solus claudum sanat. Qui enim Drusianam mor-
 tuam postea suscitauit, bene poterat tunc claudi pedes consolidare. Verū
 quia Ioannes Petrum agnoscebat superiorem, noluit quicquam in eius præ-
 sentia tentare, ne illius videretur minuere honorem. Dominus etiam post
 suam in caelos ascensionem, volens docere Ecclesiam suā illum ciborum de-
 lectum,

lectum, qui in lege Moyſi fuerat præceptus, non eſſe iam neceſſariò faciendum, ſoli Petro de hoc reuelationem facit. Petro enim exiſtenti in mentis exceſſu, C
 oſtenditur linteam magnum ſubmiſſum de cœlo in terram, in quo erant omnia quadrupedia & ſerpentia terræ, & volatilia cœli, & poſtea facta eſt vox ad eum: Surge Petre, occide, & manduca. Quæ res & ſi omnes tægebat, ſoli tamẽ Petro reuelatur: Quia Petrus perſona erat communis omnium curam gerens. Cùm etiam orta eſſet quæſtio de ceſſatione legitimorum, quibuſdam dicentibus illa eſſe neceſſaria, alijs autem contrà, & pro huius quæſtionis definitione Concilium Hieroſolymis congregaretur: ſurgens Petrus in medio illorũ primus loquitur, & illius ſententiæ omnes cõſenſerunt. Primus loquitur Petrus, cùm tamen in illa eſſet diœceſi, in qua alius erat epiſcopus, videlicet Iacobus. Hoc autem non feciſſet Petrus, niſi ipſe ſuperior fuiſſet Iacobo in ſua etiam diœceſi exiſtente. Ex his ergo omnibus quæ Petrus fecit, conijcimus illũ fuiſſe à Deo cæteris Apoſtoliſ prælatum. Præterea, quotiescunque Apoſtolorum catalogus in Euangelio textitur, ſemper petrus primo loco recenſetur: quod non factum fuiſſet, ſi Petrus non fuiſſet cæteris ſuperior: præſertim cū in alijs recenſendis non idẽ ſeruetur ordo ab omnibus Euangeliftis. Nam Andream, quem Matthæus poſuit ſecundo loco, Marcus poſuit quarto. Thomam Matthæus ponit ſeptimum, quem Marcus & Lucas nominant octauum. Et Lucas ipſe non eundem ſeruat ſemper ordinem: quoniam in Euangelio Andream poſuit ſecundum, quem in Actis Apoſtolorum ponit quartum. In Euangelio Bartholomæum ponit ſextũ: in Actis verò Apoſtolicis eundem ſcripſit ſeptimum. At Petrum ordine nunquã variato omnes vbique ſcribitur primum. Neque idẽ factum eſſe dici poteſt vt primus ſemper ſcribatur, quoniam primus ad Apoſtolum vocatus fuit, quoniam conſtat Andream fuiſſe prius illo vocatum, & Petrum per Andream fuiſſe ad Chriſtum adductum. Petrus ergo qui poſterior vocatus, prior omnibus vbique ſcribitur, hac ratione declaratur eſſe cæteris omnibus ſuperior. Et certè niſi ita à Deo fuiſſet inſtitutum, vt vnus in Eccleſia eſſet ſummus ſacerdos, eueniret neceſſariò in Eccleſia id quod in libro Iudicum dicitur: In illis diebus nõ erat rex in Iſraël, ſed vnusquisq; quod ſibi videbatur bonum, faciebat. Et hac ſola de cauſa (vt exiſtimo) hæretici conantur primatũ Petri & eius ſucceſſoris minuere, vt videlicet liberius quas voluerint, poſſint docere hæreſes. Ex hac enim radice putat Cyprianus hæreſes in Eccleſia oriri, qui in primo libro epiſtolarum ſuarum epiſtola tertia, quæ eſt ad Cornelium papam, ſic ait: Neq; enim aliundẽ hæreſes oborta ſunt, aut nata ſunt ſchiſmata, quã inde, quòd ſacerdoti Dei nõ obtemperatur, nec vnus in Eccleſia ad tempus ſacerdos, & ad tempus iudex vice Chriſti cogitatur: cui ſi ſecundũ magiſteria diuina obtemperaret fraternitas vniuerſa, nemo aduerſum ſacerdotum collegium quicquã moueret, nemo poſt diuinum iudicium, poſt populi ſuffragium, poſt cõepiſcoporum conſenſum, iudicem ſe non iam epiſcopi, ſed Dei faceret. Nemo diſſidio vnitatis Chriſti Eccleſiam ſcinderet, nemo ſibi placens ac tumens ſeorſum foris nouam hæreſim conderet. Hæc Cyprianus. Quapropter ſi aliquis eſt coniecturis in hac parte locus, iuſtè conijcere poſſumus hæreticos hac ſola ratione motos ad primatum Petri diſciendum, vt facilius quas conceperant hæreſes, euomere poſſent. Poſt hæc tam aperta ſacræ ſcripturæ testimonia, extat etiam omnium ſacrorum doctorum de hac re concors ſententia: quorum verba citare omittam, ne promiſſam breuitatem tranſgrediar. Verũ ſi curioſus lector ea videre deſiderat, illi deſignabo loca in quibus hoc ſacri doctores aſſeuerant. Et (vt recentiores omittam) beatus Gregorius in libro quadraginta homiliarum, homilia vigefima prima: Theophylactus ſuper Matth. 16. & ſuper Lucã. 22. Leo papa huius nominis primus in epiſtola ad Dioſcorum Alexandrinum epiſcopum, quæ eſt in ordine epiſtolarum eius no-

Acto. 13.

Matth. 10.
Mar. 3.
Lucæ. 6.
Acto. 1.

Iud. 71.

Cyprianus.

A eius nona. Idem Leo papa in ſermone tertio de anniuersario ſuæ pontificiæ aſſumptionis. Auguſtinus ſæpiſſimè, præſertim tractatu. 56. ſuper Ioannem, libro ſecundo contra Donatiſtas, ſermone. 124. de tempore, & ſermone. 26. de ſanctis, & epiſtola. 157. Hieronymus etiam ſæpiſſimè & apertiffimè, præcipuè tamẽ in plurimis epiſtolis ad Damafum papam. Ambroſius ſuper. 1. caput epiſtolæ Pauli ad Galatas, & in quodam ſermone de pœnitentia Petri. Chryſoſtomus Homilia. 56. ſuper Matthæum. Athanaſius in quadam epiſtola ad Liberũ papam. Eufebius Cefarienfis libro ſecundo Eccleſiaſticæ hiftoriæ capite. 14. Hilarius ſuper Matthæum, & libro ſexto de Trinitate. Cyprianus in plurimis epiſtolis, præſertim lib. 1. epiſtolarum, epiſtola tertia: & libro quarto epiſtola octaua, quo loco apertiffimè fatetur Eccleſiam Romanam eſſe omnium Eccleſiarum matricem. Origenes Homilia ſexta ſuper Matthæum. Irenæus libro. 3. aduerſus hæreſes, capite. 3. Anacletus papa & martyr, qui quartus à Petro pontificatum obtinuit, in epiſtola tertia quæ eſt de patriarchis & primatibus, & reliquis epiſcopis. Attendat ergo lector, & bene conſideret, nõ iuſtius ſit vni Luthero credere, quàm tot ſacris doctoribus ſanctitate perinde ac doctrina claris, quorum aliqui martyrio coronati ſunt. Iſtorum omnium concors ſententia ſufficit ad captiuandum noſtrum intellectum, etiam ſi ſcripturæ ſacræ testimonium de eſſet (quod fieri poſſe non credo.) Certò ſcio talem errorẽ nemini fere imputandum ad culpam, ſi ex humilitate maluit aliorum iudicio cedere, quàm propriam ſententiam tueri. Sed poſt tot apertiffima testimonia, vel hoc vnũ ſufficere poſſet, quòd poſt pacatum orbem omnes Chriſtiani paruerunt Romano pontifici: Omnes epiſcopi illum tanquàm ſuperiorem reueriti ſunt: Omnia concilia, quæ ad aliquid valuerunt, illius autoritate ſunt confirmata. In Concilio Nicæno præſedit Oſius Cordubeniſis epiſcopus, tanquã legatus papæ Iulij.

B In Concilio Ephefino legatus ſedis Apoſtolicæ fuit Cæcilius Alexandrinus epiſcopus, qui nomine papæ in illo Concilio præſedit. In Concilio Chalcedonenſi fuerunt legati Leonis papæ primi. Paſchaſinus Lilibetanus epiſcopus, & Lucentius epiſcopus Eſculanus, & Bonifacius presbyter Romanus. In quinta ſynodo legati Agapeti papæ fuerunt quinque epiſcopi, vt apertè conſtat ex actione ſecunda eiufdem Concilij. In ſexta ſynodo præſederunt legati Agathonis papæ, Theodorus & Georgius presbyteri & Ioannes diaconus. Denique nullum fuit hætenus generale Cõcilium, in quo ſi papa fuit abſens, legati illius non præſiderent.

Concilium Mileuitanum, in quo damnatus eſt Pelagius, confirmatũ eſt per Inuocentium papam: quoniam omnes ex cõcilio perierunt à papa, vt vellet illius concilij decreta probare, & rata habere: quod & papa fecit, vt patet ex epiſtola Auguſt. 90. & 91. Concilia Carthaginenſia tertium & quartum fuerunt confirmata per Zozinum papam. Cõcilium Thelenti, quod etiã Africanum fuit, in quo damnatus eſt Iouinianus, petijt confirmationem ſuæ ſententiæ à Siricio papa, qui eiufdem concilij decreta firmavit, vt patet ex decretis eiufdem Siricij papæ, quæ habentur in volumine conciliorum generalium. Reliqua concilia Africana fuerunt confirmata per autoritatẽ Bonifacij, qui ad illa miſit quemdam Fauſtum epiſcopum, tanquã legatum ſuum. Concilium Braccarẽſe primũ autoritate prius à Romano pontifice petita celebratũ eſt, vt patet ex actis eiufdem concilij.

Hunc autem honorem non ſolum concilia prouincialia exhibuerunt ſummo pontifici, ſed etiam generalia, quoniam omnia illa petierunt à Romano epiſcopo ſuorum decretorum cõfirmationem. Nicænum ſiquidem concilium petijt à Silueſtro tunc Romano pontifice, vt quæ in concilio geſta fuerant, cõfirmare dignaretur: quod ille fecit, vt conſtat ex actis eiufdem concilij. Hoc

idem fecit concilium Calcedonense cum Leone, ut constat ex tertia actione eiusdem concilij in fine. Leo tertius huius nominis papa sextae synodi confirmationem dedit, petente Constantino Imperatore, quae habetur in fine eiusdem synodi.

Et non solum in concilijs hunc exercuit priuatum Romanus pontifex, sed etiam in litibus sedandis: quoniam ad illum tanquam, ad supremum iudicem, semper sunt causae deuolutae ex omni terrarum orbe. Cum enim in ipsis ferme nascentis Ecclesiae primordijs orta esset quaestio inter orientales & occidentales de paschae celebratione, venit hac de causa Romam Polycarpus Smyrnae episcopus, & Ioannis Euangelistae discipulus, ut Anicetum tunc Romanum pontificem de hac re confuleret. Cum postea orientales uellent semper pascha .14. luna more Iudaico celebrare, & Victori papae oppositum praecipientibus obedire nolent, Victor papa uoluit eos excommunicare: uerum Irenaeus, qui ex Lugduno ad Victorem hac de causa uenerat, ueritus ne propter hoc Ecclesia turbaretur, & dissidium perpetuum inter orientales & occidentales maneret, consuluit Victori ne id faceret: cuius Consilio Victor cessit. Cum Athanasius fuisset ab Arrianis expulsus a sua sede Alexandrina, fuit idem restitutus per Iulium papam huius nominis primum. Chrysostomus cum fuisset eiectus a sua sede Constantinopolitana procurante hoc Theophylo Alexandrino episcopo, fuit postea restitutus per Innocentium papam: & tamen uterque Graecus, Athanasius uidelicet, & Chrysostomus. Taceo de Hispania & Gallia, quia harum prouinciarum episcopi semper obedierunt Romano pontifici, neque unquam ab illo recesserunt, nisi forte vnus aut alter haereticus. Hoc enim facile est nosse ex epistolis summorum pontificum ad episcopos istarum nationum, praesertim ex epistolis Innocentij primi, & Leonis & Gregorij etiam primi. Ergo si tantam ac tam late fuissem potestatem, non Dei iussu Romanus pontifex, sed sua ui (ut Lutherus ait) acquisiuit, ostendat obsecro Lutherus quando primum tam latam possessionem adeptus est, quibus suffragijs, quo milite hanc tyrannidem usurpauit. Non est enim uero simile, ut tam immanis potentiae obscurum sit initium. Ex historijs nobis rei initium deducatur. Illud sane cogit ut huic fabulae nulla praestetur fides, si aduertat quisque, in nime fieri posse, sacerdotem inermem, solum, nullo milite stipatum (qualem fuisse necesse est prius, quam hac tyrannide potiretur) nullo iure sultum, nullo fretum titulo, in tot ubique pares episcopos, apud tam varias tamque diuisas nationes, tantum obtinere imperium, ut non solum episcopi, sed reges & imperatores, qui extra illius dioecesium vitam degunt, illi obediant. Quis etiam tam stupidus est, ut credat populos omnes, regna, prouincias fuisse sui iuris ac libertatis tam prodigos, ut externo sacerdoti, cui nulla subiectionis causa tenerentur obnoxij, tantum in se potestatis darent, quantum ipse forte uix ausus esset optare, aut saltem petere? Abeant ergo haeretici, & nos fidem Ecclesiae Catholicae tenentes, fateamur unum esse in illa summum sacerdotem, ut sicut ipsa vnus est ouile, ita sit vnus illius pastor. De hac re extat Concilij Constantiensis definitio. Nam praedictum concilium sessione octaua damnauit. 45. articulos Ioannis Vicleph, ex quibus tricesimus sextus est iste. Ecclesia Romana est synagoga Satanae, nec papa est immediatus & proximus vicarius Christi. Quae assertio simul cum alijs eiusdem ibidem damnata est. Et sessione. 15. damnantur in eodem Concilio plures assertiones Ioannis Hufi, quarum aliquae sunt ad hanc rem pertinentes. Et Concilium Florentinum sub Eugenio quarto pro Graecorum unione celebratum, expressiorem de hac re protulit definitionem. Sic enim ait: Item definimus sanctam Apostolicam sedem & Romanum pontificem in uniuersum orbem tenere primatum: & ipsum Romanum pontificem successorem esse beati Petri principis Apostolorum, & uerum Chri-

Concilium
Constant.

Concilium
Florentin.

rum Christi vicarium, totiusque Ecclesiae caput, & omnium Christianorum patrem & doctorem existere: & ipsi in beato Petro pasceudi, regendi, ac gubernandi uniuersalem Ecclesiam, a Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse: quemadmodum etiam in gestis oecumenicorum conciliorum, & in sacris canonibus continetur. Haec Concilium Florentinum, cui Gregori praesentes subscripserunt. Obiectiones Lutheri impraesentiarum non attulit, quoniam omnes friuolae sunt, & earum praecipuis iam cum aduersus illum nos ageremus, respondimus. Contra hanc haerese[m] scripsit egregium & grande volumen Ioannes Eccius, quod inscribitur de primatu Petri: scripsit etiam Ioannes Faber in magno opere quod fecit contra Lutherum. Rem eandem optime pertractat Ioannes Rossensis articulo vigesimo quinto assertionis, qua[m] fecit pro Lutheri damnatione. Scripsit etiam Iacobus Latomus breue opusculum de primatu Petri.

Secunda haeresis est, quae & si non tollat papae potestatem, illam tamen assertit penderet ex sanctitate, ita ut si papa bonus non sit, nullam prorsus habeat potestatem. Huius pestiferae sectae auctores fuerunt quidam dicti pseudoapostoli, qui docuerunt papam non posse aliquem absolueret, nisi ea esset praeditus sanctitate, qua polluit B. Petrus. Quapropter asserbant isti omnem potestatem quam Christus Romano pontifici & Petri successori concessit, esse iam inanem redditam, & omnino perijsse propter malitiam Romanorum pontificum. His pseudoapostolis in hac parte assentit Ioannes Vicleph: hunc autem semper imitatus est Ioannes Hufi, qui in uniuersum de omni potestate tam laicali quam Ecclesiastica dicitur eam per peccatum mortale amitti. Quapropter huius erroris expugnationem usque ad illum locum differemus, quo de potestate in genere loquemur. Illo enim loco Deo adiutore probabimus nullam potestatem amitti propter solum peccatum mortale.

Alij sunt errores qui ad hanc materiam spectant, de quibus iam alijs locis pro nostris uiribus differuimus. Nam quod papa possit facere constitutiones, & per illas omnes Christianos obligare, supra in titulo de Ecclesia, haeresis tertia probauimus contra Valdeses, Begardos, Viclephitas, &c. De potestate concedendi indulgentias, supra in titulo de indulgentijs, non nihil diximus.

PASCHA.

Fuit quondam inter Asiaticos episcopos talis error, ut quartadecima luna Dominicum Pascha inuolabiliter celebrarent, & ita esse necessario faciendum docerent. Qua de re fuit orta dissensio inter orientales & occidentales episcopos: Illis dicentibus Pascha esse necessario celebrandum. 14. luna, quacumque die uenisset: quoniam eo die ex lege ueteri pascha erat: His autem, scilicet occidentalibus, contra asserentibus debere celebrari Dominico die in memoriam resurrectionis Dominicae. Et haec quaestio orta est in Ecclesia tempore Aniceti papae, & durauit usque ad tempus Victoris papae huius nominis primi, qui orientales Romae consuetudini & eius in hac parte decretis obedire nolentes excommunicare tentauit, & fecisset nisi illum Irenaeus ob hoc redarguisset. Post Victoris etiam aliquando haec quaestio suscitata est, sed tandem in Concilio Niceno omnino finita est. Nam in illo concilio decretum est, ut ab omnibus Pascha celebraretur die Dominico in memoriam Dominicae resurrectionis, qua[m] illo die facta est: quoniam hoc maior Ecclesiae pars semper seruauerat, ut Dominico die semper Pascha celebraret. Huiusmodi decretum non reperitur inter decreta Niceni concilij quae modo extant, sed illud habetur in

Concilium
Nicenum.

in 2. lib. historiae Tripartitae, cap. 12. Ceterum hic admonere oportet lectorem, ne putet huius erroris tutores idè dici hæreticos, quia. 14. luna Pascha celebrabant, sed quia ita esse necessariò faciendum credebant. Poterat enim impunè ipsum Pascha. 14. luna celebrari, si Ecclesia id statuisset, & tunc si ita celebrarent, non malè agerent. Verùm Ecclesia in memoriam Dominicæ resurrectionis, quæ die Dominico facta esse creditur, decreuit vt Pascha semper die Dominico celebraretur. Nunc ergo post Ecclesiæ statutum nõ licet alio die Pascha celebrare. Qui autem. 14. luna, quocunque die veniat, Pascha celebrat, quamvis malè agat, non tamen est hæreticus censendus, nisi ita esse necessariò faciendum crediderit. Nam si credit Pascha esse necessariò celebrandum. 14. luna, quocunque die illa occurrat, tunc verè hæreticus est. Et sic credentes vocantur Tessaresce decatitè, hoc est, quartadecimani, sic appellati à. 14. luna, qua putant Pascha esse necessariò celebrandum. Huius hæresis autorem & primū inuentorem non expressit Augustinus in libro de hæresibus, quamvis hanc hæresim inter alias recenscat. 29. sed solum dicit illos vocari Tessarescæ decatitas. Tertullianus tamen in libello suo de hæresibus nominat quendam Blastum, quem dicit fuisse huius hæresis autorem. Huic errori (teste Augustino) adhererunt Anthropomorphytæ. Istorum ergo sententia inde conuincitur hæreseos, quòd supra in titulo de lege ostendimus esse hæresim asserere ceremonias & iudicia legis veteris obligare tempore legis Euangelicæ. At quo tempore sit Pascha celebrandum, ad ceremonias pertinet, idè oportet vt tale præceptum de celebratione Paschatis decimaquarta luna, sit etiam per morem Christi inane redditum. Nam Paulus reprehendens Galatas ed quòd ceremonias legis obseruandas putarent, inter alia dicit: Dies obseruatis, & mens, & tempora, & annos. Quibus verbis apertè docuit dierū obseruationem, qui in lege veteri præcipiebantur, iam esse malam: tantum abest vt eam esse sub præcepto crediderit. Qui rem gestam plenè nosse cupit, legat Eusebium in historia Ecclesiast. capite. 24. libro quinto: quoniã ibi narrat quo pacto hæc quæstio fuerit olim ventilata. Historia etiam Tripartita libro. 9. capite. 37. & 38. aliquid vtrā narrat.

PAUPERITAS.

DE hac re est vnus error, quo docetur neminem posse ad vitam æternam peruenire nisi taliter fuerit pauper, quòd nihil proprium habeat: quoniam (vt illius tutores aiunt) talis fuit Apostolorum vita. Huius erroris autores (teste Augustino in libro de hæresibus, capite. 40.) vocati sunt Apostolici, qui arrogantissimè sibijpsis tale indidè nomen, dicentes se Apostolorum vitam sequi. Hæc sententia apertissimè conuincitur esse hæretica, quoniam nihil est vitæ æternæ repugnans, nisi tale sit expressa prohibitione iuterdictum. Nam quòd nunquam est prohibitum, intelligitur esse concessum, & per consequens non potest, cum factum fuerit, ab ingressu gloriæ aliquem impedire. At proprium habere, nunquam fuit à Deo omnibus sine discrimine prohibitum: erit ergo licitum. Quòd si quis dicat Christum interdixisse omnibus rerum proprietatem per id quod habetur apud Lucam: Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, nõ potest meus esse discipulus: falsum est: quoniam illis verbis solum prohibuit Christus affectum rerum temporalium, non autem proprietatem. Ille enim visus est Christo omnibus renunciaisse, qui quamvis diuitias habeat, paratus est omnes perdere antequàm Deum propter illas offendat. Et si quis contenderit illa verba esse intelligenda de renunciatione quantum ad opus, & non de renunciatione in affectu, dicat tunc quo pacto intelligendum

Agendum erit illud quod apud eundem Lucam habetur: Amen dico vobis, nemo est qui reliquit domum aut parètes, aut fratres, aut vxorem, aut filios propter regnum Dei, & non recipiat multò plura in hoc tempore, & in seculo futuro vitam æternam. Ecce qualiter præcipit relinquere domum: quoniam eodem modo iubet illam relinquere, quomodo iubet relinquere parentes & fratres, & vxorem, & filios. At hæc omnia non ita vult à nobis relinquere, vt illis careamus, sed in illis cor nostrum taliter figamus, quòd illarum rerum amor nos ab amore Dei separet. Nam qui parentes habet, non potest illos relinquere sic vt illis careat, nisi parentes moriantur: quoniam quocunq; se vertat, dum viuít, parentes erunt illius. Parentes autem interficere est impium. Nõ ergo sic præcipitur parentes relinquere, vt parentes sui esse desinat: & per consequens nec fit etiam præcipitur domum aut aliam possessionem relinquere, vt sua esse desinat, sed sic præcipitur, vt similia relinquat, ne videlicet illarum rerum affectus nos quoquo pacto ad Dei amorem, aut omnino frigidus, aut tepidos efficiat. Sic ergo eas possidere oportet, vt fiat iuxta Prophetæ consilium dicentis: Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Et si quis obieciat illud quod Christus dixit discipulis suis cum eos ad prædicandum misit: Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris: huic respondemus, illa verba non pertinere ad omnes Christianos, sed ad solos Apostolos: neq; ad illos pro omni tempore, sed solum pro eo tempore quo ad prædicandum mittebantur. Verùm de hac re superius in titulo de Apostolis hæresi secunda longius disputauimus. Præterea, cū iuuenis quidam à Christo quæsiuisset quid boni faceret, vt posset vitam æternam habere, respondit illi Christus dicens: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Exprimens autem quæ essent hæc mandata, nullum de abdicanda rerum proprietate explicuit: non est ergo necessarium rerum abdicacionem facere, quamvis sit maioris perfectionis: quod ipse ordo verborum Christi apertissimè ostendit. Nam postquam dixit obseruationem mandatorum esse sufficientem ad vitam æternam consequendam, postea exprimere volens maioris perfectionis statum, dixit: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me. Hoc inquã perfectionis maioris est opus, non necessitatis. Rursum: Si nihil licet habere proprium, quomodo beatus Paulus iubet reddi omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: Si enim non licet habere proprium, nullum erit debitum principi tributum aut vectigal. At tributa debentur principibus, ergo licet habere proprium. Valeant ergo superciliosi Apostolici, & renuncient rerum proprietati, si ipsi volunt: & bene facient si viam salutis non præcludant alijs qui proprium aliquid sibi retinent.

Secunda hæresis est quæ ad eòd paupertatem extollit, vt dicat omnia peccata consumi sola paupertate. Huius erroris autor fuit quidam Guilielmus Antuerpiensis, vt testatur catalogus hæreticorum. Quo autem tempore hic Guilielmus fuerit, cum catalogus subricuerit, ab alio discere non potui. Hunc tamen Guilielmum dicit fuisse hominem delicijs carnis deditum, & postea rebus suis renunciaisse, dicentem paupertate omnia peccata deleri, & meliorè esse publicam ineretice pauperem, quam sit quicumque castus aliquid possidens. Et certè si de paupertate spiritus loqueretur, non mouerimus arma contra eum, quoniam hæc paupertas spiritus, quæ est omnium rerum terrenarum contemptus, cum habeat secum tanquam illi annexam charitatem, non patitur peccatum mortale secum, quemadmodum nec charitas. Idè Christus ait: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Verùm constat hunc hæreticum non loqui de hac paupertate, sed de illa paupertate quæ alio nomine dicitur inopia, qui est defectus quidam, & sola diuitiarum privatio. Contra hanc sententiam est illud quod Dominus ait: Pauperis non misereberis

reberis in iudicio. Si pauperem Dominus damnari præcepit in iudicio, ergo signū est posse fieri ut pauper sit, & reus. Præterea ex tribus quæ odit Sapiens, unum est pauper superbus. Tres (inquit) species odiuit anima mea, & aggrauor valde animæ illorum, pauperem superbū, & diuitem mendacē, & senem fatuū & infensatum. Ecce vides pauperem superbū. Si superbū, ergo peccatorem: & per consequens oportet ut non omnia peccata consumat paupertas, cū secum pariatur superbiam. Rursum, ipse veritatis magister ait: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus: & sequere me. Si paupertas sufficeret consumere omnia peccata, postquam Christus præceperat iuueni ut venderet omnia quæ habebat, & daret pauperibus, non erat opus postea addere, & sequere me. Verum quoniam possibile erat omnia vendere, & in elemosynas pauperum distribuere, & cum his peccare: idē Christus post illa subiunxit, & sequere me. Quod Paulus apertius exprimere volēs, dixit: Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, charitatem autem nō habuero, nihil mihi prodest. Ecce paupertatem, nec solam, sed coniunctam elemosynæ, non valentem consumere peccatum, quoniam illam dicit Paulus posse haberi sine charitate, & nihil prodesse.

Tertia hæresis cū secunda proximè narrata hæresi velut ex diametro pugnat. Dicit enim paupertatem non solum esse inutilem, sed etiam noxiam. Huius erroris autor fuit quidem Desiderius Longobardus tempore Alexandri papæ huius nominis quarti, dicens non esse licitum omnia pro Christo relinquere, nisi talem religionem intret quæ possessiones habeat, vel nisi talis sit qui de labore manuum suarum viuere possit. Eodem tempore fuit alius Guilielmus de sancto amore, qui tractatum quendam scripsit contra monachos mendicantes, præsertim contra Minores & Prædicatores, in quo libro hoc persuadere conatus est, paupertatem videlicet habitualemente licitam, non autem actualemente, hoc est, licitam esse animi promptitudinem ad relinquendum omnia pro Christo cū necessitas vrgeret: hac tamen necessitate seclusa illicitam esse dicit paupertatem, per quam aliquis renunciat omnibus quæ possidet, ut liberius Deo seruire liceat. Et licet diuersa sint istorum duorum verba, inter eos tamen de eadem re conuenit: quoniam ambo damnant paupertatem secundum quam aliquis omnia pro Christo relinquit. De alia verò re certare videntur, quoniam Desiderius eam paupertatem se probare innuit, quæ habetur in religionibus possessiones habentibus: damnat tamen illam paupertatem cui est annexa mendicitas. At Guilielmus de sancto amore omnem paupertatem actualemente damnat. Mendicitatem esse licitam & meritoriam, superius in titulo de mendicitate satis apertè (ut existimo) ostendimus. Ad paupertatem verò extollendam sufficit illud quod veritatis magister dixit iuueni quærenti quid boni faceret, ut vitam æternam possideret: Nam postquam dixerat illi mandatorum obseruationem esse ad id præstandum satis efficacem, maioris perfectionis vitam ostendere illi volens, subdidit: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me. Quod si quis fortè dicat illud esse intelligendum de affectu, ut videlicet omnia contemnat, non autem ut opere relinquat: hoc apertè conuincitur per id quod ibidem dicitur, da pauperibus. Eo enim animo debet vendere, ut det pauperibus. At qui dat pauperibus, non solum affectu relinquit, sed etiam opere. Sed fortè dices ut illa bonorū in pauperes erogatio sit etiā illi iuueni præcepta quantum ad solum affectum. Ad hunc modum posset quilibet interpretari omnia præcepta esse intelligenda de solo affectu, & ita nullum opus erit in præcepto. Præterea, si solum præcipiebatur affectus, & non opus, quare iuuenis audito Christi concilio abiit tristis? Non enim fuisset tristitia affectus, si nihil fuisset illi dictum de bonorum suorum renunciatione, & pauperum sub-

A uentione exercenda. Cū audisset (inquit Euangelista) adolescens verbum hoc, abiit tristis. Erat enim habens multas possessiones. Ecce causam quare abiit tristis, quia videlicet multas habebat possessiones quas Dominus illi præcipiebat ut pauperibus distribueret. Sic enim Theophylactus super decimū octauū Lucæ caput ait: Ut enim Christus auaro iuueni promisit cœlestē thesaurum, non attendit ille: seruus enim erat pecuniarū: idē ut audiuit, abiit tristis, eò quod possessionis priuatio erit ei dicta. Hæc Theophylactus. Quo loco multa alia in laudē paupertatis dicit, declarans apertè illa Christi verba de renunciatione opere exercenda, ad acquirendam illam perfectionem quam Deus iuueni cōsulebat. Sed hæc omnia breuitatis causā omitto. Rursum, Apostoli reliquerunt omnia pro Christo: nā relictis omnibus sequuti sunt eum. Et Petrus omnium nomine dicit Christo omnium magistro: Ecce nos reliquimus omnia, & sequi sumus te, quid ergo erit nobis? Deinde, Ecclesia cuius iudicium in rebus fidei est infallibile, probauit monachorū mendicantiū paupertatē non solum esse licitam, verum & meritoriam. Magis ergo oportet credere Ecclesiæ paupertatē laudantī, quā hæreticis illam vituperantibus. Contra hanc hæresim Alexander quartus duo decreta ædidit. Contra illam scripsit bis B. Bonauentura. Scripsit enim apologiā de paupertate, & alium tractatum de paupertate Christi contra præfatum Guilielmū, qui duo tractatus habentur inter opuscula beati Bonauenturæ, quæ vulgo circumferuntur. Beatus Thomas scripsit contra eandem hæresim vnum tractatum, cuius titulus est, Cōtra impugnantes religionem, qui habetur in volumine opusculorum eius.

Quartæ hæresis est quæ de Ecclesiasticorum paupertate differit, asserens Ecclesiasticos viros debere esse pauperes, sola contento elemosyna. Verum de hac hæresi iam supra disputauimus in titulo de Ecclesia, hæresi quarta. Illo enim loco ostendimus licitum esse viris Ecclesiasticis habere possessiones & redditus.

PECCATVM.

Circa ea quæ de peccato fides Catholica nobis credenda proponit, multitudine hæretici hucusque peccauerunt. Primò quidem errauerunt aliqui dicentes nullum esse peccatum originale: quā ob causam dicunt paruulos nullum peccatū originale habere. Huius erroris magister fuit Pelagius monachus, dicens paruulos nō idē baptizari, quia peccatū habeant, quod per baptismum sit remittendū: sed quia non sint recepti in gratiam adoptionis filiorum Dei, ad quā dicit eos per baptismū recipi, ut in regnum cœlorum admittantur. Nam paruulos qui sine baptismo decedunt, dicit eos habere vitam quandā beatam, & æternam, extra tamen regnum Dei. Hæc omnia incōmoda Pelagius admittit, eò quod negat originale peccatū, quod intelligere non valet. Hunc eundem errorem tutantur Armeni, quanquā aliter: quoniam etsi dicant originale peccatum nullum esse, fatentur tamen baptismum esse necessarium ad vitam æternam consequendam. Paruulos verò, qui sine baptismo decedunt, negant habere vitam æternā: sed dicunt eos ire ad paradysum terrestrem, si filij sint fidelium: quod si fuerint infidelium filij, dicunt illos descendere in infernum cum parentibus suis. Omissis ergo alijs erroribus, qui huic proposito minime conueniunt, constat hunc esse communem istorū errorem, quod Armeni consentiunt Pelagio in hoc quod peccatum originale negant. Eidem errori fauet Albanenses. Erasmus Roterodamus suspicionem non mediocrem præbuit se malè sentire de peccato originali: nam in annotationibus suis super nouum Testamentum, declarans illa Pauli verba ex epistola ad Romanos, In quo omnes pecca-

nes peccauerunt, dicit, idē Paulum dixisse, omnes in Adā peccasse, quia peccando omnes illum imitantur: Originale igitur peccatū Adā ad omnes transfusum esse dicit, imitatione, non propagatione: quia ab Adam nati solam peccandi imitationem recipiunt, & non peccatum aliquod. Quibus verbis verā peccati originalis rationem apertissimē tollit: quia infantes recens nati, cum tunc non imitentur Adam in peccato actuali, nullum tunc iuxta doctrinam Erasmi, peccatum habebunt. Contra hanc haresim est illud quod in tertio Regum habetur: Non est homo qui non peccet. At cum paruuli sint homines sicut viri, conuincitur inde illos etiam aliquod peccatum habere. Non autem habent peccatum actuale, cum non adhuc habeant vsum liberi arbitrij, qui maxime exigitur vt peccatum possit alicui imputari: ergo oportet vt paruuli peccatum originale habeant, cum non sit aliud peccatum quo infici possunt, nisi originale aut actuale. Aliās enim non esset verum, omnem hominem aliquando esse peccato obnoxium, quod iuxta scripturam diuinam de omni homine est verum: quoniam et si paruulus baptizatus, tunc omni peccato careat, tamen aliquando sub peccato fuit, videlicet ante baptismum. Si tamen nullum est peccatum originale, multi erunt homines, videlicet paruuli, qui nunquam peccauerunt. Præterea, regius Propheta suam miseriam rectius quam Pelagius agnoscens, ait: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea Petens enim a Deo misericordiam, quō facilius eam impetret, allegat suam miseram inclinationem, & in peccatū pronitatem, quam a parentibus contraxerat. Ac si diceret: Ideo misereri mei debes, quia non ex malitia, sed ex infirmitate peccaui: hanc autem infirmitatem in ipso matris vtero conceptus, passus sum. Si nullum est peccatum originale, ostendat Pelagius & eius imitatores quānam sit illa iniquitas, & quod est illud peccatum, quod infans in vtero matris habet. Cum ergo aliud non possit esse peccatum præter originale, conuincitur inde vt aliquod sit originale peccatum. Rursum: Sapiens in Ecclesiastico ait: Graue iugum super filios Adam a die exitus de ventre matris eorum vsq; in diem sepulturæ in matre omnium. Quod est aliud iugum super omnes filios Adā, nisi peccatum originale, quod ab Adam descendens in omnes homines pertransijt? Iugum autem dicitur peccatum originale, quia iugum ex coniunctione duorum oritur, & illud, cui imponitur, quodammodo premit. Sic etiam peccatum originale contrahit omnis homo, qui ex coniunctione maris & foeminae concipitur. Quapropter Christus redemptor noster, et si verus fuerit homo, & filius Adā secundum corpulentam substantiam, nunquam tamen iugum originalis peccati suscepit, quia operante altissimi virtute incarnatus est de Spiritu sancto, & non ex coniunctione duorum, videlicet maris & foeminae. Quod autem dixit Ecclesiasticus hoc iugum esse super omnes filios Adam vsq; in diem sepulturæ, idē dixit, quia et si peccatum originale per baptismum deleatur, mentem tamen toto tempore huius præsentis vitæ multæ calamitates & miseriae, quæ ex peccato originali tanquam ex fonte ortum habuerunt. Deinde beatus Paulus in ea quæ est ad Romanos epistola, ait: Omnes peccauerunt, & egent gratia Dei. Si omnes peccauerunt, ergo paruuli peccauerunt. Non autē peccauerunt peccato actuali, qui ad vsum liberi arbitrij nondum peruenerunt: ergo peccauerunt peccato originali. Et in eadem epistola iterum ait: Sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors: ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Si per peccatum mors intrauit in omnes homines, ergo iniuste paruuli moriuntur, quoniam illi, antequam ad annos discretionis perueniant, nullum iuxta istorum hæreticorum doctrinam peccatum habent. Similiter potest ab istis hæreticis peti quare paruuli sustineant dolores, patiantur famem & sitim, vexentur sapissime a demoniis,

A ergo omnia hæc paruuli patiantur, constat eos aliquod peccatū habuisse, propter quod sic puniuntur: alioqui iniustus esset Deus, qui prius aliquem puniret quam ille esset peccator. At impium est crimen iniustitiæ Deo impingere: impium est ergo asserere nullum esse peccatum originale. Quod si aliquod est peccatum originale, oportet vt illud per baptismum tollatur: quoniam paruulus si baptizatus decedit, saluatur, iuxta illud Saluatoris: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. At si post susceptum baptismū peccatum maneret, non saluaretur: quia in illam supernam ciuitatē sanctam Hierusalem nihil inquinatū intrat: quapropter oportet vt baptismi lauacro peccati originalis maculam deleat, qui in gloriam intrare vult. Sic enim Saluator ait: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. De hac re extat Concilij Mileuitani definitio, quod in secundo capite decretorū eius de hac re aduersus Pelagium sub verbis sequentibus definit: Item placuit vt quicumque paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat, aut dicit quidem in remissionem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro expietur, vnde sit confessus, vt in eis forma baptismatis in remissionē peccatorum, non vera, sed falsa intelligatur, anathema sit. Denique Concilium Tridentinum sub Paulo tertio celebratum, hanc eandem haresim damnauit, sessione quinta, sic inquit. Si quis Adā præuaricationem sibi soli, & non eius propagini asserit nocuisse, acceptam a Deo sanctitatem & iustitiam, quam perdidit, sibi soli, & non nobis etiam cum perdidisse, aut inquinatum illum per inobedientiæ peccatum, mortem & pœnas corporis tantū, in omne genus humanum transfudisse, non autem & peccatum, quod mors est animæ, Anathema sit. Cum contradicat B Apostolo dicenti, per vnum hominem peccatum introiit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Si quis hoc Adā peccatum, quod origine vnum est, & propagatione, non imitatione transfusum, omnibus inest vnicuique proprium, vel per humanæ naturæ vires, vel per aliud remedium tolli asserit, quam per meritum vnus mediatoris Domini nostri Iesu Christi, qui nos Deo reconciliauit in sanguine suo, factus nobis iustitia, sanctificatio, & redemptio, aut negat ipsum Iesu Christi meritum, per baptismi sacramentum, in forma Ecclesiæ ritē collatū, tam adultis quam paruulis applicari, Anathema sit: Quia non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Vnde illa vox. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Et illa. Quicumque baptizati estis, Christum induistis. Hæc Concilium Tridentinum. In quibus verbis non solum Pelagij, & Armenorum, sed etiam Erasmi damnatur error. Contra hanc haresim scribit Augustinus in illo opere, quod dicitur Hypognosticon, libro quinto. Fecit & alium tractatum, qui inscribitur de baptismo paruulorum, & hic habetur in volumine epistolarum eius, epistola. 23. Cæterum quod Armeni dicunt paruulos infidelium sine baptismo decedentes, descendere ad infernum cum suis parentibus, hoc ex proximè sequenti hæresi patebit esse falsum, quoniam ibi ostendemus neminem damnari nisi propter peccatum proprium.

S Ecunda haresis docet omnes homines ante passionem Christi fuisse damnatos propter peccatum primorum parentum, Huius haresis autores Guido asserit esse Armenos. Dicit enim Armenos sentire primorum parentum peccatum fuisse ad eō noxium, vt toti posteritati vsque ad passionem Christi nocuerit, & eam in infernum traxerit, non quidem propter originale peccatum, quod a primis parentibus deduxerunt nascentes, quia illud (vt proximè præcedenti hæresi patuit) nullum esse dicunt, sed dicunt omnes fuisse

fuisse damnatos propter proprium primorum parentum peccatum, etiam si ipsi in se nullum habuerint peccatum. Hæc hæresis aded est demens & fatua, vt sola narratio sufficeret ad illam exterminandam. Verum quia contra homines effrontes & duræ ceruicis agimus: ideo oportet vt aliquod in illos iaciamus telum, quo illos transfigamus. Primum ergo id constat esse falsum, omnes videlicet homines vsque ad CHRISTI passionem fuisse damnatos. Abraham, Isaac, & Iacob ante Christi passionem per multas annorum centurias fuerunt, & tamen hos fuisse saluos apertè ipsa scriptura docet.

Math. 3. Multi (inquit Christus) venient ab oriente & occidente, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cœlorum. Ecce Christus apertè docet hos tres Patriarchas pertinere ad regnum cœlorum: ergo nunquam fuerunt in inferno damnati: quoniam aliàs nunquam inde exiissent, quum in inferno nulla sit redemptio. Præterea Christus ostendens quam latum sit inter diuitem & pauperem discrimen, dixit diuitem epulonem post mortem esse sepultum in inferno, cum tamen Lazarus mendicus fuisset deportatus ab angelis in sinum Abraham. Si vterque damnatus, quod ergo discrimen inter istos? Vnus ab angelis deportatur: alter autem à dæmonibus sepelitur. Si Lazarus damnatus est, cur diues auxiliium illius ab Abraham petiit? Si Lazarus damnatus erat, quomodo poterat digito suo intingens linguam diuitis, illius ardorem temperare? Rursum, qui iusti fuerunt, non est possibile vt damnati sint in iustitia decedentes: quoniam non est Deus iniustus, vt simul iustum cum impio damnet. At de multis scriptura testatur eos fuisse iustos, vt de Abel, Enoch, Abraham, Moysè, Dauide: nullus ergo istorum damnatus est. Verum esto, damnati sint omnes (vt Armeni asserunt) impossibile est illos fuisse damnatos propter solum primorum parentum peccatum, nisi ipsi etiam aliquod proprium habuissent peccatum. Iniustus enim esset Deus, si aliquem sine culpa sua dampnaret: quoniam etsi Deus aliquando temporariam & transitoriam infligat poenam alicui propter peccatum alterius, nunquam tamen aliquem propter peccatum alterius æternaliter damnat. Nam cum aliquem Deus propter alterius peccatum poena temporali punit, vt videlicet cum filium propter peccatum patris, & contra, aut principem propter subditos, & è conuerso: tunc ipsummet peccantem in re propria punit, videlicet patrem in filij morte. Filium verò, qui nihil mali egit, non propriè punit, cum propter maius bonum eius Deus illi talem poenam inferat. Et sic ad patrem comparata illa poena est punitio: ad ipsum verò patientem, videlicet filium, illa poena non est dicenda punitio, quia nunquam Deus illam infligit, nisi vt ad maius ipsius patientis commodum cedat. At qui æternaliter damnatus est, ex hoc nullum maius bonum consequi potest: quapropter nunquam talem damnationem Deus alicui infligit, nisi proprijs eam exigentibus demeritis. Deus enim punire volens David ob adulterium cum Berabeè commissum, filium ex illo adulterio natum mori fecit, qua morte David puniuit, auferens illi rem propriam, & quàm maximè diligebat, videlicet filium suum. Filius autem non potest dici punitus, cum nullam habuisset culpam, quoniam etsi mortuus est, hæc tamè mors in maius illi bonum cessit: quoniam raptus est, ne malitia mutaret animam eius, & similia pari committeret. At si in æternum periisset filius, quod quæso illi poterat euenire commodum ex illa damnatione? Nunquam ergo Deus aliquem æternamorte damnat, nisi propter propria demerita. Nam & ipsemet sic se facturum pollicetur per Ezechielem prophetam, dicens: Ecce omnes animæ meæ sunt. Vt anima patris, ita & anima filij mea est. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Et parum infra de filio bono habente patrem peccatorem loquens, hæc subiungit: Hic non morietur in iniquitate patris sui, sed vitam viuere. Pater eius quia calumniatus est, & vim fecit fratri, & malum operatus est in medio populi

populi sui, ecce mortuus est in iniquitate sua. Et dicitis: quare non portabit filius iniquitatem patris? videlicet quia filius iudicium & iustitiam operatus est, omnia præcepta mea custodiuit, & fecit illa, viuere vita. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij. Hucusque, Deus per Ezechielem prophetam. Vereantur ergo impij Armeni contra tam expressum scripturæ testimonium aliquid dicere, præsertim cum sua sententia maximam Deo impingat iniustitiam, vt hominem videlicet iustum, qui nullum vnquam peccatum commisit, propter culpam alterius damnet. Contra hunc errorem militant etiam illa quæ supra contra errorem Donatistarum protulimus in titulo de Ecclesia, hæresi prima: quo loco ostendimus malitiam vnus personæ nullo pacto obesse alteri ad vitam æternam.

Tertia hæresis asserit peccatum non esse à libero arbitrio, sed à dæmone. Huius hæresis autor fuit Valentinus, cui postea adhæsit impius Manichæus. Eandem hæresim postea suscitauerunt Armeni, dicentes (prout Guido illis impingit) nullum fuisse futurum peccatum si dæmones non fuissent, qui homines tentatione sua ad peccandum impellerent: quapropter dicunt peccatum esse simpliciter à dæmone, & nullo modo à libero arbitrio. Armeni in hac parte consentiunt Albanenses. Hæc hæresis conuincitur per id quod Sapiens Ecclesiasticus ait: Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu cõsiliij sui. Adiecit mandata & præcepta sua. Si volueris mandata conseruare, conseruabunt te, & in perpetuum fidem placitam seruares. Apposuit tibi aquam & ignem: ad quod volueris, porrigere manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum: Quod placuerit ei, dabitur illi. Hæc sapiens. Ex cuius verbis constat peccatum etiam esse à libero arbitrio, sicut & bonum opus, quoniam potest manum suam porrigere ad aquam & ad ignem, ad vitam & ad mortem, ad bonum & ad malum. Præterea si arbitrium hominis est liberum, ergo potest se ad vtranque partem flectere & reflectere, quoniam alioqui non esset liberum. Cum ergo ad malum iuxta hanc libertatem se flectit, tunc malum erit ab ipso, & non à dæmone, cum dæmon non elegit, sed ipsum hominis arbitrium. Rursum, si peccatum dicitur esse à dæmone, aut ergo à dæmone cogente nostram voluntatem ad peccandum, & tunc voluntas nostra non erit libera, cum possit cogi. At voluntatem esse liberam, supra ostendimus in titulo de Libero arbitrio. Aut peccatum dicitur esse à dæmone persuadente, eò quòd solum persuadet sine coactione: & tunc necessarium est vt peccatum sit à libero arbitrio, cui dæmon suadet vt malum eligat. Deinde quòd Armeni dicunt nullum futurum fuisse peccatum, si dæmones non fuissent qui homines tentarent: hoc conuincitur esse falsum: quoniam etsi primum hominis peccatum processit à tentatione dæmonis, tamen homo potuit tunc peccare etiam si dæmon non tentaret, quia homo fuerat liber creatus à Deo, quapropter bene & malè agere poterat. Accedit ad hoc, quòd malorum angelorum peccatum à nullo alio dæmone processit, sed à suo libero arbitrio. Si ergo primum dæmonis peccatum commissum est absque vlla alterius dæmonis tentatione: ergo etiam homo potuisset peccare etiam si nulla dæmonis tentatio præcessisset: quoniam multò maior est vis angelorum quam hominum. Ergo si in angelis suis reperit Deus prauitatem, quantò magis homines qui habitant domos luteas corporum suorum? Præterea vnusquisque tentatur (vt ait Apostolus Iacobus) à concupiscentia sua abstractus & illectus. Non est ergo opus tentatione dæmonis, vt peccatum committi possit. Denique si peccatum esset à dæmone, & non à libero arbitrio, frustra suaderetur hominibus vt non peccent. Sed hoc si possibile foret, esset persuadendum dæmoni, à quo est peccatum. Christus tamè cuidam, quæ ipse à languore sanauerat, ait: Ecce iam sanus factus

factus es, iā amplius noli peccare. Et Paul. in priore, quæ est ad Corinth. epist. ait: Euigilate iusti, & nolite peccare. Si peccatum à dæmone est, & nō à nostro libero arbitrio, frustra nos monet vt caueamus à peccatis. Aduersus tam apertum errorem hæc pauca sufficiant. Contra hanc hæresim neminem scio qui ex professo scripserit: quamuis Augustinus sæpe contra eū disputet, præsertim in libris de libero arbitrio, & in libro secundo de moribus Ecclesiæ.

Quarta hæresis docet omne opus quantumlibet rectè factum esse peccatum. Huius erroris autor est Lutherus, dicēs iustū in omni opere bono peccare. Ex quo putrido fonte alium errorē deducit, dicens neminē esse certū se non semper peccare mortaliter. Verūm de hoc errore iam supra disputauimus in titulo de operibus. Ibi enim ostendimus ex scripturis, multa esse opera bona quæ nullam prorsus habent mixtam malitiam, & in illis certum est multos non peccasse mortaliter cū illa operati fuerint. Sed si quis vltra illa quæ nos in titulo de operibus diximus, aliquid videre desiderat, legat Ioannem Rossensem episcopum in suo opere quod fecit pro assertionem confutationis Lutheri, articulo. 35.

Quintam hæresim docet Aëtius, dicens nullum peccatum quantumlibet graue imputari homini habenti fidem. Hunc eundē errorem tamdiu sepultum suscitauit hoc nostro seculo Lutherus, dicens solam fidē absque vilo alio opere esse satis ad vitam æternā consequendam. Sed hunc errorē iam supra ex sacris scripturis conuicimus. Nam in titulo de fide, hæresi. 2. ostendimus apertissimis scripturæ sacre testimonijs fidem solam minimè sufficere ad æternam gloriam adipiscendam, sed esse etiam necessaria alia opera, illa videlicet quæ præceptis expressis nobis iniuncta sunt. Quod si opera etiam exiguntur, & sola fides non sufficit, apertissimè colligitur posse fieri vt aliquod peccatum imputetur habenti fidem.

Sextam hæresim inuenerunt Armeni, dicentes esse aliqua peccata prorsus irremissibilia, quæ à nullo vnquam sacerdote remitti possunt. Contra hoc est illud quod Christus dixit Petro: Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in caelis. Qui totū dicit, nihil excludit. At Christus non dixit: Si solueris hoc, aut illud, erit solutum in caelis: sed, quodcunque (inquit) solueris super terram, erit solutum & in caelis. Non est ergo aliquod peccatum, quod à Petro remitti non possit. Præterea, omnibus Apostolis dicitur: Quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta & in caelo. Et iterum: Quorum remisistis peccata, remissa erunt. Ecce vides non solum Petro, sed omnibus Apostolis datam esse potestatem soluendi non hoc aut illud peccatū, sed omne. Quæcunq; (inquit) solueritis super terram, erunt soluta & in caelo. Verūm Armeni obijcere nobis possunt illud Saluatoris dicentis: Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus: spiritus autem blasphemiae non remittetur. Et quicunq; dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, nō remittetur ei neq; in hoc seculo, neq; in futuro. Ex quo loco videntur colligere peccatum in Spiritum sanctum non posse ab aliquo sacerdote dimitti. Sed hoc non ita se habet, quoniam Christus non est locutus in vniuersum de omni peccato in Spiritum sanctum, sed de aliquo. Non enim dixit nullum peccatum in Spiritum sanctum remittendum, sed dixit Spiritum blasphemiae non remittendum. Et qui dixerit (inquit ille) contra Spiritum sanctum, non remittetur ei neq; in hoc seculo, neq; in futuro. Et hoc nos fatemur esse aliquod peccatum quod nunquam remissum est, neq; remittetur. Hoc autem est duritia cordis, qua homo renuit vsque ad finem vitæ remissionem peccati per poenitentiam accipere. Tale inquam peccatum nunquam remittetur, non quod irremissibile fuerit, sed quia nunquam de illo peccator poenituit, ideo nun-

A ideo nunquā in hac vita remittetur: post mortem verò etiam si poeniteat, non remittetur: quoniam à mortuo velut qui non est, perit confessio. Quandiu autem peccator viuat, illum (sicut dicit Apostolus) patientia Dei ad poenitentiam expectat: & si poenitentiam egerit, & à sacerdote absolutionem recipere non contempserit, eius peccatum quantumlibet graue fuerit, absque dubio in hoc seculo remittetur. Si verò perseverat in iniquitate, sicut ibidē subiunxit Apostolus, secundum duritiam cordis sui, & cor impoenitens, thesaurizat sibi iram in diē iusti iudicij Dei: huic tali non remittitur in hoc seculo, neque in futuro. Et hoc modo interpretatur B. Augustinus illum Matthæi locum in quadā epistola ad Bonifacium comitem, quæ est quinquagesima in ordine epistolarum eius. Aliter tamen hunc locum interpretatur Richardus de sancto Victore, qui illa Christi verba dicit esse intelligenda non de remissione culpæ, sed poenæ. Nam dicit mitius fore agendum cum eo qui peccauerit in filium, quam cum eo qui peccauerit in Spiritum sanctum: quoniam is qui peccauit in filium, habet excusationem, eò quod egit per ignorantiam, & ita dignus est venia, qua videlicet aliquid de poena peccato debita illi remittatur. Qui autem peccauit in Spiritum sanctum, nullam habet excusationem, eò quod egit ex pura malitia, & ita nō est dignus venia, qua videlicet illi remittatur aliquid de poena peccato debita. Itaque hanc dicit esse differentiam inter eum qui peccat in patrē aut filium, & eum qui peccat in Spiritum sanctum: quod is qui peccat in patrē aut filium, peccat ex infirmitate, aut ex ignorātia: & ideo dignus est vt aliquid ei remittatur de poena debita, poeniteat vel nō poeniteat. Is autem qui peccat in Spiritum sanctum, peccat ex pura malitia: quapropter nihil prorsus remittetur illi de poena peccato debita, eò quod nullam habeat excusationem, cū peccauerit ex pura malitia: quia etsi peccatum eius remittatur per poenitentiam, omnem tamen poenam peccato debitam soluet: & ita si poenitentiam egerit pro peccato, erit solutus à culpa, sed nullo pacto à poena. Hęc omnia dixerit Richardus de sancto Victore in quodam libello suo qui inscribitur de spiritu blasphemiae. Eodem ferè modo interpretatur Theophylactus super Matthæum, quanquam hic videtur sentire, eum qui peccauerit ex infirmitate, aut ignorantia, siue in patrem, siue in filium, quod idem est, esse dignum venia: ita vt etiam si non poeniteat, remittatur illi, eò quod infirmitas aut ignorantia illum excusat non solum à parte poenæ, sed etiam à culpa. Richardus autem non vult illum excusari à culpa, sed à parte poenæ: & hoc dicit ille intelligendum esse per remissionem, vt ad solam poenam referenda sit. Cæterum de peccato in Spiritum sanctum conuenit inter eos, quoniam vterque sentit ideo illud non remitti, quia nullam habet excusationem, propter quā aliquid de poena illi debita remittatur, ita vt quamuis poenitentia facta, culpa remittatur, oportet tamen vt omnem poenam peccato debitam soluat. Et hoc est apud istos peccatum illud non remitti. Legē illos, & fortè videbitur tibi eorum expositio esse literæ Germanior quàm Augustini, quamuis huius interpretatio non sit aspernanda.

Septima hæresis asserit nullum capitale peccatum esse tolerandum, etiam si permittatur gratia vitandi quantumuis maioris mali. Huius hæresis auctores sunt Vvaldenses, quanquam Guido Carmelita in sua summa de hæresibus Vvaldensium errores recensens, nunquā in huius erroris meminit. Sed Aeneas Syluius, qui postea papa Pius secundus est vocatus, in libro de origine Bohemorum, capite. 35. hunc inter errores Vvaldensium recenset. Contra hunc errorē est illud quod Christus Redemptor noster Iudæis loquens apud Matthæum ait: Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras, ab initio autem non fuit sic. Ecce diuortium viri & vxoris permittitur à Moysē. At tale diuortium esse malum Christus ostendit, dicens:

icens: Quod Deus coniunxit, homo non separet. Et in his verbis (vt testatur ibidem Hieronymus) non dedit nouum præceptum, sed antiquum nouauit, & instaurauit. Et Christus ipse satis apertè expressit, dicens: Ab initio autem non fuit sic. Quo verbo docuit matrimonium ex sua institutione fuisse indissolubile. Quod si matrimonium ex sua institutione fuit à Deo statutum indissolubile, malum est illud dissoluere. Verùm Moyses conspiciens gentem suam ad illecebras pronam, & timens ne cum aliqua viro suo non placeret, occideretur à viro, vt ille aliam habere posset pulchriorem, permittit illis vt possent vxores suas repudiare cum vellent, vt vxoricidium vitarent. Permittit (inquit Christus) vobis Moyses ad duritiam cordis vestri dimittere vxores vestras. Si permittit, ergo nunquam tale facinus probauit: quoniam (vt ibidem admonet Chrylost.) illa permittimus, quæ non probamus. Præterea, minus malum maiori malo comparatum habet aliquam rationem boni, videlicet defectum illius gradus malitiæ, per quem maius malum excedit minus. Omnis autem declinatio à malo bona est. Et iuxta illam rationem boni potest quodammodo acceptari à voluntate. Rursum, ea quæ fiunt per metum, sapissimè excusantur, quæ secluso metu non essent excusanda. Non autem excusantur nisi ratione maioris mali proximè vrgentis, ergo minus malum potest licitè quisque sumere tanquam medium, quo possit euitare inaius malum quod imminet. Malum est enim si aliquis in mare proiciat merces, quas sine vilo damno poterat seruare, vt in bonos vsus conuerteret. At si tempestas vrgeat, iuste illas mergit, timens ne si illas seruare voluerit, ipse mergatur. Et si hoc licet particulari personæ & priuatæ: cur non etiam licebit personæ publicæ? Si de castitate omnium virorum firmiter confiditur, malum est permittere meretrices in populo. Sed si his de populo eiectis, violanda est fides coniugij, ita vt, sicut quidam Propheta ait, vnusquisque ad vxorem proximi sui hinciat, & immutandus est vsus naturæ in eum vsum qui est contra naturam, vt (sicut ait Apostolus) masculi in masculos turpitudinem suam operentur, & si hæc verè timentur euentura, expedit tolerare meretrices magis quam eas expellere. Accedit ad hæc præceptum patrisfamilias, qui seruis suis volentibus tollere zizania de agro in quo erat seminatum triticum, præcepit vt sinerent ea vsq; ad messem, ne fortè colligentes zizania, eradicarent simul & triticum. Qui zizania permittit in agro, timens ne eradicetur triticum, minus malum permittit, vt euitet maius. Deinde, hæc sententia confirmatur testimonio beati Gregorij, qui interpretans illa verba Iob: Nerui testiculorum eius perplexi sunt, hæc ait, Nerui testiculorum Leviathan perplexi sunt, quia suggestionum illius argumenta impliciti in tantis illigantur, vt plerisque ita peccare faciant quatenus si fortasse fugere peccatum appetant, hoc sine alio peccati laqueo non euadant, & culpam faciant dum vitant: ac nequaquam se ab vna valeant soluere, nisi in alia se consentiant ligari. Et aliquibus interpositis postea subdit: Est tamen quod ad destruendas Beemoth versutias subtiliter fiat, dum mens inter minora & maxima peccata constringitur. Si omnino nullus sine peccato euadendi aditus patet, minora semper eligantur: quia & qui murorum vndique ambitu ne fugiat clauditur: ibi se in fugam præcipitat, vbi breuior murus inuenitur. Hæc Gregorius. Eadem sententiæ fauet Concilium Toletanum octauum capite secundo suorum decretorum, hæc dicens: Duo mala, licet omnino cautissimè sint præcauenda, si tamen periculi necessitas vnum ex his perpetrare compulerit, id debemus resoluere quod minori nexu noscitur obligari. Quid autem lenius ex his quidue grauius sit, purg rationis acumine inuestigemus. Etenim dum peierare compellimur, creatorem quidem offendimus, & nos tantummodo maculamus. Cum verò noxia præmissa complemus, & Dei iussa contemnimus, & proximis impia crudelitate nocemus, & nos ipsos crudeliori

Hier. 5.

Rom. 11.

Mat. 13.

Iob. 40. Gregor.

Concilium Toletanum.

deliori mortis gladio trucidamus. Illinc enim duplici culparum gladio perimus: hinc tripliciter iugulamur. Hæc Concilium Toletanum. Ex quibus verbis apertissimè conuincitur, regem aut quamlibet aliam publicam potestatem licitè & citrà omnem culpam posse permittere populo sibi subdito minus aliquod peccatum, vt per illam admissionem eundem populum auertat ab aliquo alio grauiori peccato, in quod iuste timet illum casurum. Nam multò minus est permittere, quam eligere: Quia permissio potest esse sine complacentia, imò cum maxima displicentia rei permissæ: electio autem nunquam fit sine aliqua complacentia rei electæ. Hæc autem omnia quæ diximus, de illa sola permissione intelligi volumus, quæ solum excludit culpæ punitionem, & non culpam ipsam. Potest quidem rex aut quæuis alia publica potestas permittere, hoc est, non punire peccatum aliquod, vt sic abstineat populus ab aliquo alio grauiori. Non tamen potest permittere, hoc est, sic indulgere culpæ veniam, vt faciendo id quod permissum est, si est contra legem diuinam, non peccet: quia nullus hoc modo contra legem diuinam dispensare valet.

Otraua hæresis asserit omnia peccata esse paria, quemadmodum habent Stoicorum paradoxa. Hanc hæresim tribuit beatus Augustinus Iouiniano monacho. Beatus tamen Hieronymus, qui duobus libris contra errores huius Iouiniani disputat, nunquam huius erroris meminit, neq; illum Iouiniano vnquam impingit: ex quo tamen non licet colligere Iouinianum non ita sensisse. Potuit enim fieri vt ad Hieronymi notitiam hic error non deueniret, & propterea non scripserit aduersus eum, quamuis aduersus omnes Iouiniani errores scribere decreuisset. Verùm esto, non sit hoc à Iouiniano asseritum: cum iam sit de hoc errore notatus, oportet vt aliqua aduersus illum

proferamus. Christus enim Redemptor noster apertissimè docet esse aliquam peccatorum inæqualitatem. Sic enim apud Mattheum ait: Ego dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio: qui autem dixerit fratri suo racha, reus erit concilio: qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis. His verbis apertè ostenditur peccatorum differentia, ex differentia reatus. Peius est enim esse reum gehennæ ignis, quam esse reum iudicio, aut esse reum concilio: ergo peius est etiam dicere fatue, quam dicere racha. Præterea loquens Christus discipulis suis de illis qui noluerunt eos hospiti recipere, ait: Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorreorum in die iudicij, quam illi ciuitati. Si tolerabilius, ergo minus erit eorum peccatum reputandum, quoniam iuxta mensuram peccati erit plagarum modus. Rursum, peccatum in Spiritum sanctum grauius est, quam peccatum in patrem aut filium: quod ex eo conuincitur, quod illud non remittitur neq; in hoc seculo, neque in futuro, hoc autem remittitur. Deinde, idè veritatis magister Pilato loquens ait: Qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. Ecce apertissimum testimoniū quo conuincitur peccatorum inæqualitas. Quapropter non opus est vt longius de hac re disputemus. Neque opus est argumenta ex philosophorum officina in medium adferre, quoniam non hic disputamus aduersus Stoicos, sed aduersus Iouinianum, aut quemlibet alium huius erroris patronum, qui se Christianum iactauerit.

Non hæresis docet hominè qui semel per gratiam fuerit iustificatus, non posse amplius peccare. Hanc hæresim impingit beatus Hieronymus Iouiniano, libr. 2. aduersus eundem. August. in libro de hæresibus tribuit illam Pelagio, quemadmodum & Iouiniano. Hanc eandem hæresim post multa tempora suscitauerunt Beguardi & Beguinæ, quamuis non ita in vniuersum de omni iusto suam assertionem firmauerint, prout Iouinianus & Pelagius fecerunt, sed contractius loquentes, dixerunt posse hominem tantam virtutis per-

fectionem in hac misera vita acquirere, vt reddatur prorsus impotens ad peccatum. Et certe si Beguardi & Beguinæ hoc dicerent posse fieri ex quodâ particulari priuilegio, & specialissimo Dei adiutorio alicui concessio, nullus illos propter hoc de hæresi notasset. Potest enim Deus ex quodam insigni priuilegio sic assistere voluntati alicuius hominis, vt nunquã illam permittat in peccatum labi. Nam multi & illustres Theologi fatentur hoc fuisse concessum Deiparæ virgini postquam vnigenitum Dei filium in vtero concepit: è quibus vnus proferam Richardum de sancto Victore, qui libro. 2. de Emanuele, capite vltimo ita dicit: Quod de exterminio peccati in beata virgine Maria factum creditur, futurum in omnibus sanctis speratur. Futurum inquam, sed non in corpore eorum adhuc mortali, sed in corpore eorum iam factio immortalis. Prius siquidem oportebit corruptibile hoc inducere incorruptionem, & mortale hoc immortalitatem. Sed hoc fuit in beata virgine supra modum mirabile, & præ cæteris sanctis omnibus singulare, quod in ea simul conuenire potuit tanta corruptibilitas cum tanta incorruptibilitate, tanta incorruptibilitas cum tanta corruptibilitate. Corruptibilitas in his quæ pertinent ad poenam, incorruptibilitas in his quæ pertinent ad culpam. Hæc Richardus. Ex cuius verbis constat tale priuilegium fuisse Deiparæ virgini concessum, vt prorsus inpeccabilis fuerit: quod priuilegium nulli alij hominũ asserit fuisse concessum. Sed hoc dicit nos sperare vt habeamus in alia vita, quod beata virgo habuit in ista. Verum impij Beguardi & Beguinæ docent hoc posse quemlibet hominem in hac vita acquirere, si per profectum virtutum deuenerit ad illum perfectionis gradum, quem illi assignant. Et propter hoc meritò damnati sunt, quoniam omni homini existenti in hac vita dicitur: Qui stat, videat ne cadat. Et Dominus docens nos omnes orare, præcipit vt dicamus: Dimitte nobis debita nostra. Quam orationem omnes vsque ad finem vitæ dicere veraciter possunt. Et beatus Ioannes in sua prima canonica ait: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Non est ergo veritas in his hæreticis dicentibus hominem esse talem in hac vita, qui peccare non possit. Contra hunc Iouinianii & Pelagij errorem supra largius disputauimus in titulo de gratia, hæresi secunda. Et omnia, quæ ibidè contra illos protulimus, etiam pugnant contra errorem Beguardorum & Beguinarum. Verum contra Beguardos & Beguinæ extat Concilij vniuersalis definitio, in quo octo istorum errores damnati sunt, quorum iste, de quo modo agimus, est primus. Huius autem Concilij decretum habetur in volumine Constitutionum Clementinarum, in titulo de hæreticis, in capite cuius initium est, Ad nostram.

1. Cor. 10.
Matt. 6.

1. Ioh. 1.

Concilium
Vniuersale.Lutherus,
Melancthon,
Caluinus,
Bucerus.

Decima hæresis est, quæ asserit nullum esse peccatum mortale, nisi incredulitatem. Huius hæresis primus auctor & inuentor est Martinus Lutherus, & illum in hac parte secuti sunt Philippus Melancthon, Ioannes Caluinus, & Martinus Batzerus, & quotquot Lutherano nomine censentur. Hunc errorem deducit Lutherus ex alio pesti lentissimo illius errore, qui est fons vberimus, ex eo innumeri scaturiunt errores. Dicit enim solam fidè iustificare, & illam solam esse satis ad vitæ æternam assequendam: Opera verò nõ esse necessaria ad iustificationem, neq; ad vitæ æternæ consecutionem. Ex ista sententia euidenter colligitur, solam incredulitatem esse peccatum mortale, quod verè tollat iustificationem & gratiam. Nam si aliquid aliud præter infidelitatem esset verum peccatum mortale, inde apertissime sequeretur aliquid aliud præter fidem esse necessarium ad iustificationem, & per consequens ad vitæ æternam consequendam. Quoniam si illud, quod præter infidelitatem dicitur verè peccatum, est alicuius operis omisio: ergo opus illud, omisum erat necessarium ad iustificationem: alioqui non peccasset, qui illud omisisset.

Si illud

A Si illud peccatum fuit alicuius mali operis perpetratio, ergo abstinere ab illo opere fuit necessarium ad iustificationem conseruandam: alioqui non peccasset qui illud scelus commisit. Constat ergo nullum esse dicendum peccatum mortale nisi solam infidelitatem, si concedatur solam fidè iustificare. Cũ igitur hæc hæresis apertissime colligitur ex alia, non erit opus impresentiarum disputare, quia aliam cui ista innititur, & à qua dependet, iam supra expugnauimus in titulo de fide, hæresi secunda, solùm hinc addam decretum Concilij Tridentini, quod sub Paulo tertio celebratũ sessione sexta multos fidei canones pronuntiauit, inter quos vigesimus septimus hæc continet verba: Si quis dixerit nullum esse peccatũ mortale, nisi infidelitatis, aut nullo alio, quantumuis graui & enormi, præterquam infidelitatis peccato semel acceptam gratiam amitteri, anathema sit.

Vndecima hæresis est, quæ docet nullam esse differentiam inter peccatum mortale & veniale: quoniam, vt ait, nullum est peccatum veniale, sed omne peccatum est mortale. Hanc hæresim docet Ioannes Caluinus in illo suo opere de institutione religionis Christianæ. In qua sententia aliquantulum declinat à suo duce Martino Lutero: quoniam hic de infidelibus dicit, omnia illorum peccata esse mortalia, fidelium autem peccata dicit omnia esse venialia, præter incredulitatem, quam solam dicit esse peccatum mortale. Contra Lutherum non est opus nunc disputare: quia id, quod ait omnia peccata infidelium esse mortalia, quamuis ego credo esse falsum, non tamen constat esse hæreticum, nec de illo Ecclesia hætenus (quod sciam) aliquid definiuit, sed est adhuc inter scholasticos Theologos controuersum. Damnauit quidem Concilium Tridentinum sententiam dicentem: Omnia opera quæ ante iustificationem fiunt, esse verè peccata: sed non idè damnauit sententiam dicentem: Omnia opera infidelium esse verè peccata. Reliquum verò, quod ait, nullum esse peccatum mortale præter solam infidelitatem, ad proximè præcedentem hæresim spectat. Contra solum igitur Ioannem Caluinum nunc arma sumimus: quoniam hic solus est qui prorsus irridet distinctionem illam peccatorum, quam omnes Theologi docent dicentes: Aliqua peccata esse mortalia, & aliqua esse venialia. Dicit enim ille, omne peccatum esse mortale, & nullum veniale. Verba Caluini in eo libello quem scripsit contra definitiones Concilij Tridentini, sunt hæc. Peccatum quoduis, quoniam de lege damnatum est, mortale esse fatemur. Hæc ille contra canonem. 27. sessionis sextæ præfati Concilij. Et contra doctrinam ab eodem Concilio capite vndecimo eiusdem sessionis datam, hæc ait: Si pro nihilo ducant leuiores, quos vocant, lapsus; insonat horribilis illa supremi iudicis sententia. Qui vnus ex innumeris istis mandatis contempserit, minimus vocabitur in regno cælorum. Quanquam scire velim, quæ vocent saltem leuia peccata. Sic enim extenuandi gratia loquuntur. Hæc Caluinus. Contra istum disputantes, aliqua obiter contra Lutherum annotabimus. Primò quidem valde admiror Caluinum, in tantam dementiam incidisse, vt non solum contra omnes alios, sed etiam contra seipsum pugnare vulerit. Oportebat quidem illum alterius mendacij fuisse memorem, ne secum postea pugnans couincatur vtrobique fuisse mentitum: nam Caluinus Lutherum in alio dogmate secutus, asserit iustum in omni opere bono peccare. Si iustus in omni opere bono peccat, & omne peccatum, vt ait, est mortale, ergo iustus in omni opere bono peccat mortaliter, & per consequens omne opus bonum erit peccatum mortale. Quid obsecro potest absurdius, & stultius dici? Qui fieri potest, vel quomodo intelligi potest, vt peccatum mortale bonum opus esse censatur? Præterea, Si homo aliquis censendus est iustus, oportet vt tunc careat peccato mortali: Si autem mortaliter peccat, non poterit verè dici iustus: quo-

Caluinus

flus : quoniam peccatum mortale tollit veram iustitiam . Pugnans ergo tanquam ex diametro hæc duo, iustus in omni opere bono peccat, Omne peccatum est mortale. Sed dimissis alijs huius Caluini dogmatibus, hoc de quo nunc disputamus, aperte conuincam esse falsum & hæreticum testimonijs sacrae scripturae, & sanctorum patrum, & aperta totius Catholicae Ecclesiae sententia definitiua. Attamen antequam ad disputationem accedamus, oportet declarare, quid in hac parte intelligamus per peccatum mortale, & quid per peccatum veniale, ne forte contingat nos in equiuoco contendere, & de sola nominis ratione disputare . Peccatum mortale est illud per quod tollitur vita spiritualis animae, quæ est per gratiam, qua sublata recedit statim Deus ab anima in qua habitabat, & inde continuò sequitur mors. Vnde Augustinus ait: Vita corporis tui est anima tua : vita animæ tuæ est Deus tuus . Quomodo ergo moritur corpus amissa anima, quæ vita est eius, sic moritur anima amisso Deo, qui vita est eius . Hæc Augustinus . Hæc est illa mors, quam Deus minatus est primo parenti, quum post prohibitum esum ligni scientiæ boni & mali, dixit ei . In quocunq; die comederis ex eo, morte morieris . Nō est enim Adam mortuus morte corporali statim eo die quo de ligno verito comedit : sed statim mortuus est morte spirituali animæ, quia statim iustitiam amisit, & per consequens Deum . Solum ergo peccatum mortale est illa malitia, de qua Salomon ait: Homo enim per malitiam occidit animam suam . Et Hieremias etiam ait : Vniquisque in iniquitate sua morietur . Et Dominus per Ezechielem ait : Anima quæ peccauerit, ipsa morietur . De eodem etiam peccato intelligendum est, quod Paulus ait: An nescitis quoniam cui exhibetis vos ad obediendum, serui estis eius cui obedistis, siue peccato ad mortem, siue obediendo ad vitam? Dicitur peccatum etiam aliquod mortale propter aliam mortem, quæ animam & corpus deuorat, & hæc est gehenna perpetua, de qua Propheta regius ait: D Sicut oves in inferno positi sunt, mors depascet eos . Et Ioannes in Apocalypsi ait: Et infernus & mors missi sunt in stagnum ignis . Hæc est mors secunda . Peccatum ergo dicitur mortale, quia peccator qui illud committit, nisi poeniteat, morte punietur æterna . Malorum amatores, inquit sapiens, digni sunt morte . Peccatum autem veniale multipliciter dici solet, & ideo oportet varias illius significationes manifestare, vt postea dicam, iuxta quam significationem hoc loco vtimur illo, quum illud contra peccatum mortale distinguimus . Peccatum aliquando dicitur veniale propter causam vnde oritur, quæ culpam ipsam minuere solet, & sic etiam præbet aliquam rationem veniæ . Talia sunt peccata ab ignorantia aut ab infirmitate procedentia, quæ non sunt tam graua, quàm sunt illa quæ ex pura malitia procedunt, & ideo illa aliquam veniam merentur, vt non tam grauius puniantur, quàm ista . Aliquando peccatum aliquod dicitur veniale ab euentu qui illi accidit : quia videlicet data est illi venia . Et iuxta hanc significationem, nullum peccatum est tam graue, quod nō dicatur veniale, si digna pro illo fiat poenitentia . Sic enim intelligendus est Ambrosius, quum dixit, omnia peccata mortalia fieri venialia per poenitentiam . Eodem modo interpretandus est Augustinus, qui in libro de vera & falsa poenitentia, capite decimo octauo ait, aliqua peccata esse mortalia, & in poenitentia fieri venialia . Fieri in poenitentia venialia dixit, pro eo quod est, per poenitentiam assequi veniam . Iuxta nullam istorum duorum significationem vtimur nomine peccati venialis in præfenti disputatione, in qua conuincere nitimur peccatum veniale natura sua differre à peccato mortali . Tertio modo peccatum aliquod dicitur veniale ex sua natura, & ex proprietate : & est illud quod ex se & sua natura est tam leue, & tam minutum, vt non valeat aliquem priuare gratia diuina, aut facere illum Dei inimicum, aut reddere illum dignum morte æterna . Hæc autem leuitas pec-

A uitas peccati aliquando inest illi ex natura sua, & ex genere suo: quia materia ipsa, aut res ipsa circa quam versatur, est ex genere suo leuis, prout est immodicus risus, aut verbum ociosum quo nemo læditur. Aliquando ipsa leuitas peccati prouenit non ex re ipsa, sed ex imperfectione operis, quæ contingere potest, etiam vbi res ipsa esset nimium grauis. Talis autem operis imperfectio potest oriri ex paruitate materiæ, vt contingit in furto rei leuissimæ, aut in parua detractioe per quam in minima re læditur fama proximi. Potest etiam talis operis imperfectio oriri ex defectu deliberationis, prout contingit in motibus subreptitijs, propter quem defectum opus ipsum non potest dici plenè voluntarium, & ideo non habet plenam rationem peccati: & inde euenit, vt veniale sit, quod alioqui fuisset mortale. Iuxta hanc tertiam peccati venialis significationem dicimus, non omne peccatum esse mortale. Quæ peccatorum distinctio inde fitur, quod mortale infert mortem animæ, quæ est priuatio gratiæ, & mortem æternam inferni: veniale autem nec vnā, nec alteram mortem infert, sed tantum facit ex se dignum pœna temporali. His omnibus sic declaratis, respondemus Caluino dicenti se scire velle, quid nos vocemus leuia peccata. Dicimus quidem, nos omnia peccata venialia appellare leuia propter leues res circa quas versantur, aut propter leuem pœnam, hoc est, temporalem, ad quam damnantur, quia non habuerunt plenam peccati perfectionem. Hanc peccatorum distinctionem sic declaratam, prout ab omnibus Catholicis hæcenus semper recepta fuit, nos Deo adiutore manifestis rationibus, & sacrae scripturae testimonijs comprobabimus, vt ostendamus Caluinum iniuste & stulte illam irridere, & subsannare. Primò quidem offero testimonium Prophetæ dicentis: Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis sanctus. Quum dicit, pro hac, subintelligendum est, vt annotat Hieronymus, impietate peccati, aut remissione peccati, quod eundem sensum reddit. Ex quibus Prophetæ verbis conuincitur esse aliqua peccata, quæ non sunt mortalia, sed venialia. Nam si sanctus est, non orat pro impietate peccati mortalis, aut pro remissione illius: quia si sanctus est, non habet impietatem peccati mortalis, pro qua oret vt sibi remittatur: Si autem aliquam mortalis peccati impietatem olim habuit, necesse est vt illa sit tunc remissa quando sanctus est. Et iterum, Si impietatem peccati mortalis quis habet, pro qua orat vt sibi remittatur, fieri non potest vt ille tunc sanctus sit: quia peccatum mortale, de quo nunc disputamus, omnem tollit sanctitatem, & gratiam. Ex quibus apertissime conuincitur, illam peccati impietatem, pro qua omnis sanctus ad Deum orat, esse solum venialem, & non mortalem. Idem argumentum sumi potest ex verbis Salomonis dicentis: Septies in die cadit iustus, & resurgit: impij autem corruent in malum. Si iustus est, non cadit: si cadit, non est iustus. Oportet ergo vt sit aliquis casus peccati, qui iustitiam non tollat. Et huic interpretationi fauet Beda, qui prædicta Salomonis verba declarat in commentario super tertium caput epistolæ Iacobi, hæc ait: Et si enim iustus per fragilitatem carnis vel ignorantiam fortè offenderit, iustus tamen esse non desistit. Quia, vt quotidiana est huiusmodi & inuitabilis offensio, ita est & quotidiana orationum & bonorum operum medela, quæ offendentem iustum ne in terram proruat, & nuptialem charitatis ac fidei vestem puluere vitiorum sordidet, ocysus erigit. Hæc Beda. In quibus verbis aperte docet esse aliquam offensam, quæ vestem charitatis non sordidat. Præterea, hæc peccati distinctio per mortale & veniale apertissime colligitur ex verbis Saluatoris nostri dicentis: Omnis qui irascitur fratri suo, reus est iudicio: qui autem dixerit fratri suo, rhaca, reus erit concilio: qui autem fatue, reus erit gehennæ ignis. In quibus verbis tria describuntur peccata, quorum

quorum duo prima leuia sunt, tertium verò est multo grauius illis duobus. Hæc autem differentia apertè colligitur ex ipsa diuersitate poenarum, quibus **C** peccata illa puniendâ esse dicuntur. Nam pro mensura delicti, vt lex diuina ait, erit & plagarum modus. Cùm igitur ex tribus illis peccatis solum tertium & vltimum dicatur puniendum gehenna ignis, hoc est morte perpetua: & nullum duorum priorum ad talem poenam, sed ad aliam multò leuiorem damnetur, conuincitur inde apertissimè solum tertium ex illis peccatis esse peccatum mortale, reliqua verò duo esse venialia. Et hunc esse verum illorum verborum sensum, apertè docet Chrysoströmus prædicta verba interpretans Homilia. 16. super Matthæum, hæc dicens: Rhaca non grandis alicuius est sermo conuictij, sed magis de contemptu veniens, impatientiaque dicentis, vt ipsi nonnunquam vel seruulis vel inferioribus quibuscunq; aliqui imperantes dicimus: Vade tu, Dic illi. Sed etiam qui lingua vtuntur Syrorum, Rhaca pro eo quod est, tu, dicere solent. Sed misericors Dominus, cum maioribus etiam minima quæque delicta pariter euellit, præcipiens vt mutud nobismetipsis & honorabilius vtamur & cauius, vt per hæc maiora quoque peccata moriantur. Post hæc verba Chrysoströmus enumerat multa & grauiissima mala, quæ ex conuictijs oriri solent, & illis enumeratis statim hæc quæ sequuntur ait: Quæ omnia Christus iam comprimens, eum quidem qui sine causa irascitur, iudicio condemnat, & idcirco dixit: Qui irascitur fratri sine causa, reus erit iudicio. Eum verò qui dixerit Rhaca, reum pronunciat esse concilio. Sed adhuc ista non magna sunt. Hæc etiam idcirco non sunt memorata supplicia, vt eum qui fratri suo fatue dixisset, gehenna ignibus deputaret, modo certè primùm nomen gehennæ cõmentans. Quum enim prius multa de regno dixisset, nunc istius intulit mentionem: ostendens quoniam illud quidem illius voluntatis sit atque pietatis, hæc verò nostræ profectò desidia. Vide autem quemadmodum gradatim faciat augmenta poenarum, quodammodo excusans se tibi, atque demonstrans quoniam ipse quidem nihil velit tale inari, nos verò illum ad eiusmodi denunciations pertrahamus. **D** Idiplum itaque diligenter expende. Dixi, inquit, noli irasci sine causa, quoniam reus erit iudicio. Contempsisti fratrem. Vide quid peperit iracundia, ad iracundiam te continuò prouocauit. Rhaca enim fratrem vocasti, cui rursus culpæ poenam concilij comminatur. Quod si ista quoque despiciens, ad maius volueris promoueri conuictum, non iam vltra his in mediocribus vindicabo, sed immortalis illo gehennæ supplicio, ne iam etiam ad homicidium forte proflias. Hactenus Chrysoströmus, qui apertè satis in verbis Christi nostram Catholicam notat doctrinam, aliqua dicens maiora peccata, vt puta, quæ digna sunt morte æterna, alia verò minima & leuia, quæ videlicet non sunt tanto supplicio digna. Eodem modo illa Christi verba interpretatur Gregorius **Gregorius** libro. 21. moralium capite quinto, vbi hæc ait. Sicut autem Dominus cuiusque considerat vias, sic dinumerat gressus, vt ne minutissimæ quidem cogitationes eius iudicio, ac verba tenuissima quæ apud nos viluerunt vsu, in discussa remaneant. Hinc enim dicit, Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui dixerit fratri suo Rhaca, reus erit concilio. Qui dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis. Rhaca quippè in Hebræo eloquio vox indignantis est. Quæ quidem animum irascentis ostendit, nec tamen plenum verbum iracundiæ exprimit. Prius ergo ira reprehenditur sine voce, postmodum verò ira cum voce, sed necdum pleno verbo formata: ad extremum quoque cum dicitur fatue, ira redarguitur, quæ cum excessu vocis expletur etiam perfectione sermonis. Et notandum quod in ira perhibet reum esse iudicio: in voce iræ, quod est Rhaca, reum concilio: in verbo oris, quod est fatue, reum gehennæ ignis. Per gradus etenim culpæ creuit ordo sententiæ, quia in iudicio adhuc causa discutitur: in concilio autem

autem iam causæ sententia definitur: in gehenna verò ignis, ea quæ de cõcilio egreditur, sententia expletur. Quia igitur humanorum actuum Dominus subtili examine gressus enumerat, ira sine voce iudicio, ira in voce concilio: ira verò in voce atque sermone, gehennæ ignibus mancipatur. Hæc Gregorius. Ex istis Christi verbis conuincitur etiam error Lutheri, qui dicit omne peccatum in renatis esse veniale. Nã qui dixerit fatue, reus est gehennæ ignis. Rursum distinctio peccati mortalis & venialis apertè colligitur ex alijs Saluatoris nostri verbis, quibus ait: Quicumq; dixerit verbum contra filium hominis, non remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro. Ex quibus verbis constat esse aliqua peccata, quæ in hoc seculo remitti possunt: alia quæ in futuro. At peccata mortalia non remittuntur in futuro seculo, quia illa ducunt hominem ad mortem æternam. Et **Eccl. 11.** liguum quod ad aquilonem ceciderit, vt Salomon ait, ibi manebit. Peccata ergo quæ in alio seculo dimittuntur, necessariò sunt venialia: quia hæc sola sunt quæ igne purgatorio consumuntur. Et certè ex his Christi verbis conuincere se putat beatus Gregorius libro quarto dialogorum capite trigesimo tertio esse locum purgatorij, in quo animæ à leuioribus peccatis post hanc vitam purgantur, quæ in statu gratiæ decesserunt. Idem facit Bernardus sermone. 66. super Cantica. Deinde, hæc peccatorum distinctio ex multis Pauli locis colligitur. Nam peccata mortalia in multis locis declarat, quum de multis peccatis dicit, illa excludere homines è regno Dei: à quo, vt à principio diximus, nullus nisi propter peccatum mortale eicitur. Quæ omnia Pauli testimonia euidenter etiam conuincunt Lutherum dicentem, omne peccatum in renatis esse veniale, præter infidelitatem, quam dicit esse mortalem. Caluinus autem conuincitur alio Pauli testimonio ex priore epistola ad Corinthios, vbi satis **1. Cor. 3.** clarè docet esse aliqua peccata venialia, sic dicens: Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus. Si quis autem superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fœnum, stipulam: vniuscuiusque opus manifestum erit. Dies enim Domini declarabit: quia in igne reuelabitur: & vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit quod superædificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum parietur: ipse tamen saluus erit, sic tamen quasi per ignem. In quibus verbis per aurum, & argentum, & lapides preciosos, bona significauit opera ex gratia & charitate facta: quia soli illi qui huiusmodi opera faciunt, mercedem æternam à Deo accipiunt. Per lignum autem, & fœnum, & stipulam, quæ in igne postea ardent & consumuntur, significantur peccata venialia, & non mortalia: quia qui illa superædificauerit super fundamentum quod est **CHRISTVS**, Paulus dicit fore saluum, sic tamen quasi per ignem. Et hunc esse verum Pauli sensum, iam superius in titulo de fide, hæresi secunda, conuicimus contra hæreticos: qui illa Pauli verba nituntur in alium sensum detorquere: & inferius in titulo de purgatorio hæresi prima hoc idem testimonijs sanctorum patrum comprobabimus. Est adhuc aliud Pauli testimonium pro peccato veniali in epistola ad **Hebr. 5.** Hebræos, vbi de officio sacerdotis agens, hæc ait: Omnis namque pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in ijs quæ sunt ad Deum: vt offerat dona & sacrificia pro peccatis, qui condolare possit ijs qui ignorant & errant, quoniam & ipse circumdatus est infirmitate. Et propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam & pro seipso offerre pro peccatis. Ex istis Pauli verbis Hieronymus libro. 2. Contra Pelagianos colligit esse aliqua peccata quæ simul stant cum iustitia: quoniam non est tanta illorum malitia, neque adeò iustitiæ repugnant, vt illis aduentibus statim iustitia pereat. Sic enim ait: Nunquam pro alijs iubereur offerre, nisi iustus ipse esset: neque rursus pro

Hieron. sus pro se offerret, nisi peccato careret. Hæc Hieronymus. Ex cuius verbis apertissimè constat illum sentire, sacerdotem iustum in peccato veniali existentem, & pro suo peccato orantem, & hostiam offerentem, impetrare à Deo sui peccati veniam. Nam si in peccato mortali oraret, non solum non impetraret sui peccati indulgentiam, sed magis augetur peccatum, & Deum magis ad iram concitaret. Concordat Paulo Iacobus Apostolus, qui semel & iterum docet aliqua esse peccata, quæ non sunt mortalia. Vnusquisque verò tentatur, inquit ille, à concupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum verò cum consummatum fuerit, generat mortem, In quibus verbis duo peccatorum genera manifestat: vnum quod non est consummatum, & de hoc non dicit quod generat mortem. Alterum est consummatum, & hoc dicit generare mortem. Primum peccatum est affectio praua à concupiscentia carnis genita, in qua voluntas aliquam paruum moram traxit sine vera deliberatione rationis, & hoc est peccatum veniale. Dicitur autem non consummatum peccatum, quia factum est sine illa aduertentia & deliberatione, quæ necessaria est ad consummationem peccati. Quam autem intellectus rectè aduertit, & voluntas noluit reprimere illos motus à concupiscentia procedentes, nec voluit allidere paruulos illos ad petram, sed ex deliberatione consentit, tunc est iam consummatum peccatum, & tunc generat mortem, diciturque ob eam causam peccatum mortale. Et hunc esse verum & germanum illorum verborum Iacobi sensum, constare facillè potest ex illis quæ dicit Beda in commentarijs quæ fecit supra epistolam Iacobi, vbi prædicta verba interpretans, hæc ait: Tribus modis tentatio agit, suggestione, delectatione, consensu. Suggestione hostis, delectatione autem, vel etiam consensu nostræ fragilitatis: quod si hoste suggerente, delectari aut consentire peccato nolumus, tentatio ipsa nobis ad victoriam prouenit, qua coronam vitæ mereamur accipere. Si verò & hostis suggestione paulatim à recta intentione abstrahimur, & vitio incipimus illici, delectando quidem offendimus, sed necdum lapsum mortis incurrimus. At si delectationem concepti corde facinoris, etiam partus prauæ sequitur actionis, nobis iam mortis reis victor hostis abscedit. Hæc Beda. In quibus verbis aperte docet ex verbis Iacobi esse quasdam Dei offensas, per quas non incurrimus lapsum mortis: esse rursum alias, quæ nos efficiunt mortis reos. Sed oportet hinc admodum minus cautum & non admodum doctum lectorem, vt per illa verba Bedæ, partus prauæ actionis, non intelligat solum opus exterius perperratum, sed illam etiam volitionem, qua vult ipsum scelus operari: quia illa volitio est quæ verius quam opus externum dicitur actio, & quæ verè etiam sine opere exteriori est peccatum mortale. Et hoc testimonio Iacobi simul cum commentario Bedæ, non solum conuincitur Caluinus, sed etiam Lutherus dicens omne peccatum hominis baptizati esse veniale, præter infidelitatem. Nam Iacobus de omni peccato, quod à concupiscentia oritur, dixit: Peccatum cum consummatum fuerit, generat mortem. Ex quo testimonio evidentissimè colligitur, non solum infidelitatem esse peccatum mortale. Est adhuc aliud eiusdem Iacobi testimonium, quo aperte probatur non omne peccatum esse mortale, sed aliquod esse veniale. In multis, inquit ille, offendimus omnes. Quæ verba nullo modo possunt intelligi de offensa peccati mortalis, quia falsum esset quod omnes, etiam si de solis adultis loquamur, offendunt Deum in multis peccatis mortalibus. Nam aliqui fuerunt sancti, quos nunquam peccasse mortaliter rota hæctenus semper docuit Ecclesia, vt fuit sanctissima virgo Dei genitrix, & Ioannes Baptista, & Hieremias, qui duo in utero matris sanctificati fuerunt. Quod autem de huiusmodi peccatis venialibus locutus fuerit Iacobus, testatur Beda in commentarijs super eandem epistolam, vbi præfata verba declarans,

Arans, hæc ait: Præmisit in multis, subiunxit omnes, vt tantò cautius se imperfecti quique in agendo vel loquendo circumspicere, quanto certius cognocerent, quia nec perfecti quidem boni, & qui Spiritus sancti gratia duce incedunt, huius vitæ viam absq; offensione peccati alicuius transire vllatenus possunt, iuxta quod alibi scriptum est: Cœli non sunt mundi in conspectu eius. Et sicut Salomon ait, Quia non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Hæc Beda. Ecce vides Caluine viros perfectè bonos esse in peccato, & non mortali: quia tale peccatum non admittit perfectionem bonitatis, ergo aliquod est peccatum quod non est mortale. Præter hæc omnia tam manifesta sacræ scripturæ testimonia, vnum mihi occurrit argumentum, quod satis mihi esse videtur ad conuincendum simul Lutherum, & Caluinum. Nam cum hi duo in hac parte sint in duobus oppositis extremis cõstituti, & ambo velut ex diametro pugnent, ambo tamen sunt in Deum blasphemi, & illum manifesta iniuria afficiunt. Nam Caluinus, dicens omne peccatum esse mortale, & morte perpetua dignum, Deum pronunciat nimis austerum, & seuerum, ne dicam crudelem. Seueritas quidem, & austeritas nõ modica esset, si ob quamlibet leuissimam offensam Deus hominem morti perpetuæ adiudicaret. Non posset certè tunc iugum Christi dici suaue, & onus eius leue: sed potius esset onus tã graue, quod nec nos, nec patres nostri, imò nec vllus hominum portare posset. Vix enim vllus homo posset esse iustus, si Deus minimam quamque offensam æstimaret peccatum mortale: quia ferè nullus est, qui sæpè quotidie non peccet. Esset etiam Deus leuis, & inconstans amicus, si ob quamlibet leuissimam offensam rescinderet semel contractam amicitiam. Nam ipsa natura nos docet, multa esse amicis condonanda. Hæc igitur omnia considerans nõ possum non compati Caluino, & misereri illius: quoniam timeo ne, iuxta id quod Iacobus ait, iudicium sine misericordia Deus faciat illi, propterea, quod censet illum tam parum esse misericordem. Timeo ne iuxta illam quam putat Deum ad omnes dedisse legem, illum examinare & iudicare velit, puniens omne peccatum illius perinde ac si verè peccatum mortale fuisset. Quod si Deus ita facere decreuerit, dubito an aliquis acerbiorum, & intolerabiliorem gehennam in inferno patietur. Nec minorem quam Caluinus facit Deo iniuriam Lutherus, quum dicit omne peccatum post baptismum susceptum esse veniale, præter infidelitatem, quam solam dicit esse peccatum mortale: nam hæc dicens censet Deum nimis remissum, & parum iustum, propterea quod pessimis & sceleratissimis hominibus, & qui in multis & grauissimis rebus nocent proximis suis, facillè indulgeat. Hæc autem tanta facilitas veniæ, vt reipsa constat, manifestum præberet hominibus incentiuum delinquendi. Hoc verò si Lutherus Deo tribuere non erubescat, manifestam contra Deum dicit blasphemiam: quia constat Deum tam auxium & sollicitum fuisse auertendi homines à peccatis, vt non fuerit contentus nobis prohibere peccata, sed etiã omnes omnium peccatorum occasiones. Non satis est credere Deum misericordem, nisi etiam credamus iustum: quia, vt ait Sapiens, misericordia & veritas custodiunt regem. Et Propheta regius ait: Honor regis iudicium diligit. Accedit ad hæc omnia consors sacrorum omnium doctorum sententia: quia omnes Catholici citra omnem controuersiam semper hæctenus docuerunt esse aliqua peccata mortalia, & aliqua venialia. Quanquam illi antiquiores doctores alijs nominibus sunt vsi, dicentes aliqua esse peccata graua, alia leuia. Quæ illi priores dixerunt graua, posteriores appellant mortalia: & quæ illi dixerunt leuia, isti appellant venialia. Scholasticos Theologos nolo impræsentiarum citare: quoniam Lutherus & Caluinus eos omnes hac sola ratione, immeritò tamèn, reiiciunt, quod scholastici sunt. Richardus de sancto Victore extra scholam est, & opusculum ædidit hoc titulo & nomine inscriptum, De differentia peccati mortalis & venialis.

Anselmus nialis. Anselmus super illud Apostoli ex priore epistola ad Corinthios : Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, & c. aperte docet esse aliqua leuia peccata, quae à iustis in futuro seculo purgatorio igne consumuntur. Haymo eadem verba Pauli declarans in commentarijs super epistolas Pauli, eandem prorsus sententiam docet, sed multò meliùs quàm Anselmus : & ideo istius verba hìc citare decreui, Anselmi verbis dimissis. Per aurum, inquit Haymo, & argentum, & lapides preciosos, possumus intelligere bona opera virtutesque preclaras : per foenum verò, lignum, stipulam, leuia peccata, sicut est ociosus sermo, risus inhonestus, & cetera talia. Per plumbum verò, ferrum, atque stannum, quae sancti doctores addunt, grauià & immanissima peccata, quae à regno caelorum separant. Igitur sicut aurum & argentum & lapides preciosi igne probantur, & tamen non consumuntur : ita in die iudicij qui habuerint bona opera & bonam praedicationem, licet per ignem transeant, tamen nullam poenam neque laesuram sustinebunt : qui verò habuerint leuia peccata, transeundo per ignem expiabuntur : quia consumuntur ibi sicut foenum vel stipula, siue vt ligna comburentur ab igne, tamen ipsi non remanebunt in igne, sed mundati & probati ascendent ad Dominum. At, qui habuerunt grauià peccata, quae à regno caelorum separant, sicut ferrum & plumbum siue stannum, liquefiunt quidem, sed non deficiunt per ignem : ita illi pondere peccatorum grauati, remanebunt in igne, & sustinebunt poenas non deficientes. Haec tenus Haymo. Desinat ergo mirari Caluinus, & arguere patres Concilij Tridentini, propterea quòd in suis definitionibus dixerunt esse aliqua leuia peccata, ac si patres illi fuissent primi qui peccata aliqua dixerunt esse leuia. Certè Anselmus ante quingentos annos fuit, & Haymo ante septingentos : & ambo docent esse aliqua peccata leuia, sic appellata, quia non sunt digna vt morte aeterna puuantur. Ex Be da, Gregorio, Hieronymo, Chrysofomo non est opus noua citare testimonio, quia sufficit ea quae ex illis iam in hac disputatione citauit. Augustinus sapissimè nominat peccata venialia, & illa dicit esse leuia, & à peccato mortali longè distantissima. In libro de bono coniugali, capite. 6. haec ait. Coniugalis enim concubitus generandi gratia non habet culpam : concupiscentiae verò sariandae, sed tamen cum coniuge, propter fidem thori, veniale habet culpam : adulterium verò siue fornicatio laetalem habet culpam. Et in eodem libro capite nono iterum ait. Sanè videndum est nobis, alia bona nobis Deum dare, quae propter seipsum expectanda sunt, sicut est sapientia, salus, amicitia, quae propter aliquid sunt necessaria, sicut doctrina, cibus, potus, somnium, coniugium, concubitus. Horum enim quaedam necessaria sunt propter sapientiam, sicut doctrina : quaedam propter salutem, sicut cibus, potus, somnus : quaedam propter amicitiam, sicut nuptiae vel concubitus : hinc enim subsistit propagatio humani generis, in quo societas amicabile magnum bonum est. His itaque bonis quae propter aliud necessaria sunt, qui non ad hoc propter quod instituta sunt vitur, peccat aliàs venialiter, aliàs damnabiliter. Haec Augustinus. In quibus verbis apertissimè distinguit peccatum veniale à mortali. Et peccata leuia nominat in libro de spiritu & litera, capite trigesimo sexto sic dicens : Peccatum erit hominis ex fide viuientis, aliquando alicui delectationi illicitae consentire, non tantum in illis horrendis facinoribus, & flagitijs perpetrandis : verum etiam in illis leuioribus, vt vel aurem alicui voci quae audienda non esset, vel lingua alicui quae dicenda non esset, accommodet. Et libro primo de symbolo capite sexto catechumenos alloquens ait. Non vobis dico, quia sine peccato hìc viuicis : sed sunt venialia, sine quibus vita non est. Propter omnia peccata baptismus inuentus est. Propter leuia, sine quibus esse non possumus, oratio inuenta. Haec Augustinus. Accusa ergo Caluine Augustinum propterea quòd aliqua peccata dixit esse leuia : irride illum & subsanna, sicut propter

A propter eandem causam subfannasti patres Concilij Tridentini. At illi nolunt retaliare subfannationem tuam, sed potiùs Christum magistrum nostrum emulantes, cum his qui oderunt pacem, volunt esse pacifici, quia sequuntur bonitatem. Timent tamen ne sibi eueniat id quod Salomon de Deo loquens ait : Ipse deludet illos. Sed iam opus est, vt respondeamus argumento, quo nos premere putat Caluinus. Si pro nihilo, inquit ille, ducant leuios quos vocat lapsus, insonat horribilis illa supremi iudicis sententia, Qui vnus ex istis minimis mandatis contempserit, minimus vocabitur in regno caelorum. Haec ille. In hoc argumento Caluinus refecat ipsam Euangelij literam, vt illa possit aliquo modo vt ad sui erroris comprobationem, prout aliàs saepe faciunt haeretici, tollentes à sacris literis ea, quae cum suis assertionibus pugnant. Nā Caluinus illa Christi verba, quae nunc pro se citauit, non protulit integra, sed abstulit ab illis ea, ex quibus tota illius sententiae vis penderet. Abstulit enim haec verba : Et docuerit haec homines. Sic enim Christus ait : Qui ergo soluerit vnus de minimis mandatis istis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno caelorum. Ex quibus verbis constat non propter hanc solam causam vocare aliquem à Christo minimum in regno caelorum, quia soluit vnus de mandatis minimis : sed quia soluendo illa, docet alios sic esse faciendum. Quamuis ergo soluendo minima quia peccet venialiter, docendo tamen alios vt sic faciant, peccat mortaliter, quia perniciosè mentitur, & scandalum iniquitatis ponit coram proximo suo, dicendo sic esse ab omnibus faciendum, quemadmodum ipse facit. Deinde, & si non doceat alios facere quod facit, sed doceat quoduis aliud : quia tamen maior in doctore quàm in discipulo requiritur iustitiae perfectio, ideo quod in alijs esset paruum & leue peccatum, in illo aestimatur magnum & graue. Et huic nostrae interpretationi fauet Hieronymus, qui in commentarijs super Mattheum praedicta Christi verba interpretans, ait : Hoc capitulum cum superiori haeret testimonio, in quo dixerat : Iota vnus aut apex vnus non praeteribit à lege, donec omnia fiant. Sugillat ergo Phariseos, qui eò temptis mandatis Dei, statuebant proprias traditiones : quòd non proficit eis doctrina in populis, si vel paruum quod in lege praecipit est destruat. Possumus autem & aliter intelligere, quòd magistri eruditio, etiam si paruo peccato obnoxius sit, deducat eum de gradu maximo : nec proficit docere iustitiam, quam minima culpa destruit. Et beatitudo perfecta sit, quae sermone doceris, opere complere. Haec Hieronymus. Errat adhuc iterum Caluinus circa intelligentiam illorum verborum Christi quae pro se citat, nam minima mandata non appellat illo loco Christus ea, per quae solù prohibentur peccata venialia, vt est mandatum de vitando verbo ocioso, aut immodico risu, aut de alijs id genus mandatis : quia non de illis tunc differebat : sed minima mandata dixit praecipere de calogi, de quibus tractabat, & quae tunc iuxta verum illorum sensum interpretabatur. Vocauit autem illa praecipere minima, non propter res de quibus illa tractant, quoniam haec vera magnae sunt : sed propter seipsum qui illa tunc dabat, aut saltem interpretabatur, humilitatis causa temperauit sermonem, & modestè locutus dixit mandata minima : quia sua. Et hunc esse verum illorum Christi verborum sensum, restatur Chrysofomus Homilia. 16. super Mattheum, vbi praedicta Christi verba interpretans, haec ait : Quae igitur gratia vocauit minima mandata, cum tam magna certè sint atque sublimia : Quia conditurus erat ipse legem : sicut semetipsum humiliat : interdum & mediocritate de seipso loquitur : ita nunc etiam de praecipitis suis : nos scilicet per haec quòque docet mediocritate in vbi que seruare. Haec Chrysofomus. Constat igitur apertissimè ex his omnibus Caluinum frustra illa Christi verba pro se citasse : quia nihil prorsus in fauorem illius dicunt. Denique haec Caluini sententia saepe condemnatur definitione Concilij Tridentini. Nam sessione sexta, quae celebrata est

Concilium
Tridentinum.

Mat. 6.

ta est sub Paulo tertio, capite vndecimo, docens fideles ea, quæ sunt ad salutem necessaria, inter alia hæc ait. Licet enim in hac mortali vita, quantumvis sancti & iusti, in leuia saltem & quotidiana, quæ etiã venialia dicuntur, peccata quandoque cadant, non propterea desinunt esse iusti: nam iustorum illa vox est, & humilis & verax, dimitte nobis debita nostra. Et postea cap. 15. hæc ait. Adversus etiam hominum quorundam ingenia, qui per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium, asserendum est, non modò infidelitate, per quam & ipsa fides amittitur, sed etiam alio quocunque peccato mortali, quamvis non amittatur fides, acceptam iustificationis gratiam amitti, diuinæ legis doctrinam defendendo, quæ à regno Dei non solum infideles excludit, sed & fideles quoque fornicarios, adulteros, molles, masculorum concubitores, fures, auaros, ebriosos, maledicos, rapaces, cæterosque omnes, qui læthalia committunt peccata, à quibus cum diuinæ gratiæ adiumento abstinere possunt, & pro quibus à Christi gratia separantur. Hæc Concilium Tridentinum. Ex quibus quibus definitionibus constat damnatas esse simul Lutheri & Caluini assertiones. Deinde, durante postea eodem Concilio sub Iulio tertio, sessione quarta quæ sub illo celebrata est, definitum est confessionem omnium peccatorum mortalium esse necessariam ex iure diuino ad gratiam per peccatū perditam recuperandam: peccatorum autem venialium confessionem non esse necessariam, sed voluntariam. Ex qua definitione conuincitur, peccatum mortale ex natura, & ex proprio genere distinguì à peccato veniali. Huius autem definitionis suæ decreti verba nolui impræsentiarum citare, quia inferius in titulo de poenitentia hæresi primâ sunt ad aliud propositum per me citanda: & nolui bis eandem cantilenam canere. Si quis dicat, Caluinum non recipere decreta Concilij Tridentini: quia scripsit contra illud, fateor quidem ita esse, nec tamen Concilium illud suam authoritatem amittet, quia Caluinus illud redarguit: sicut nec Concilium Nicænum amisit suam, propterea quòd illius decreta contempserunt Arius, & alij fautores illius.

Ioannes
Vicleff.

Gen. 2.

Eucherius.

Gen. 2.

Gregorius.

Dodecima hæresis si & faretur discriminè aliquod esse inter peccatū mortale & veniale, non tamq̃ illud, quod hæcenus à Catholicis omnibus acceptum est, sed quod à nullo homine potest agnosci, & totius Ecclesiæ definitione damnatum est. Nam Ioannes Vicleff primus huius hæresis inventor & autor, dicit omne peccatū hominis prædestinati esse veniale: quia nullum tale punitur æterna morte: & omne peccatum hominis reprobis esse mortale, quia omne tale, vt ait, morte æterna plestendum est. Hæc assertio aperte conuincitur esse hæretica testimonio peccati primi parentis Adæ. Nam peccatum illius fuisse mortale manifestè probatur per verba illa, quæ post prohibitum solum ligni scientiæ boni & mali dixit illi Deus, In quocunque die comederis ex eo, morte morieris. Quæ verba potius de morte spiritali animæ quam de corporali sunt intelligenda: vt optimè conuincit diuus Eucherius Lugdunensis episcopus libro primò super Genesim, hæc dicens: Mortem dicit animæ, non corporis: quia non eo tempore mortui sunt quando comederunt. Ergo hanc, quam Deus homini minatus est mortem, non eam tanquam debemus accipere, qua caro separatur ab anima: sed hanc, quæ hæc alienatur à Deo, qui est vita sua. Sicut enim corpus vivit ex anima, ita anima, vt beatè vivat, vivit ex Deo. Ergo deserta à Deo anima, iure dicitur mortua. Ex qua res postea secuta sunt mortes, prima in anima, secunda in carne, tertia in damnatione. Sed vt ista sequerentur, prima præcessit desertio Dei. Hæc Eucherius: Et eodem modo post Eucherium interpretatur illa Dei verba beatus Gregorius in quadam epistola ad Naris comitem, quæ est quartadecima libri quinti registri. Si anima Adæ statim post peccatum fuit mortua, ergo peccatum illud, quod huius mortis fuit causa, fuit verè mortale: quia illud est

A

B

lud est verè mortiferum, quod mortem alicui infert. Adam autem fuisse prædestinatum ad vitam æternam, constat ex eo quòd illam adeptus est vitam, de qua Salomon testimonium reddit, quum vires & potentiam sapientiæ diuinæ enarrans ait. Hæc illum, qui primus formatus est à Deo pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodiuit, & eduxit illum à delicto suo. Nec opus est plura pro saluatione Adæ afferre argumenta: quia superius in titulo de Adam & Eua hæresi prima, probauimus contra Tatianum Adam fuisse saluum. Si Adâ est saluus, & peccatum illius, vt probauimus, fuit mortale: ergo non omne peccatum hominis prædestinati est veniale. Præterea, David fuit prædestinatus ad vitam æternam, quòd negari non potest, nisi fortè ab eo qui sacram non erubescit negare scripturam. Nam præter alia prædestinationis suæ testimonia, vel illud est manifestum quod Paulus in epistola ad Hebræos illum inter sanctos enumerat. Peccatum autem adulterij, quod David commisit concubens cum vxore Vriæ conuincitur fuisse mortale, per id quod Nathan Propheta dixit ipsi David, eum esse filium mortis, hoc est, dignum pœna mortis. Quæ pœna, vt omnes Theologi concorditer docent, nunquam ex lege diuina inferatur alicui, nisi propter peccatum mortale. Nam quia mors corporis, vt ex verbis Eucherij supra citatis constat, orta est primò à morte spiritali animæ, idè ad illius primæ mortis exemplum, quoties aliquis ex lege diuina morte corporali puniendus erat, oportebat vt mortale peccatum præcederet, quod talem meritò exigeret mortem. Et nunc in lege Euangelica nunquam aliquis iuste occiditur, nisi propter peccatum mortale præcedens. Rursus, filius ille prodigus, qui viuendo luxuriosè totam suam substantiam consumpsit, prædestinatus esse conuincitur ex fine vitæ suæ: quia perditionem suam agnoscens, ad patrem, à quo elongatus fuerat, redijt, & ab eo cum gaudio est receptus. De filio tamen illo dixit pater, quando illum recepit, Filius hic mortuus erat, & reuixit. Quibus verbis manifestè docuit, peccatum illius filij prodigi fuisse mortale: quia illud commisit, tunc mortuus fuit: & reuixit quando illum præteritæ vitæ poenituit. Deinde ex hac Vicleff assertionem multa absurda & inconuenientia sequuntur: Primò quidem sequitur, peccata quæ Deus remisit Magdalenæ, quoniam dilexit multum, fuisse omnia illa venialia: Contrarium tamen insinuat Euangelista, quum dixit anthonomaticè fuisse mulierem in ciuitate peccatricem. Nam propter sola peccata venialia non diceretur per excellentiam mulier in ciuitate peccatrix. Sequitur etiam nullum prædestinatū posse ob hanc causam lætari, imò nec Deo gratias agere, quòd aliquod ei vnquã peccatum mortale remiserit. Sequitur tertio, sacramentum poenitentiae non esse institutum pro prædestinatis, quia peccata venialia non sunt necessariò in auriculari confessione dicenda, sed sola mortalia, quæ nunquam, vt Vicleffus ait, possunt committere prædestinati: ergo nunquam erit prædestinatis sacramentum poenitentiae necessarium. Sed neq; reprobis vnquam proderit sacramentum poenitentiae: quia nunquam per illud sacramentū remittetur aliquod peccatum mortale. Nam si remittatur, iam tunc, iuxta Vicleff sententiam, non erit mortale: quia solū illud dicit Vicleffus esse peccatum mortale, quod ducit in mortem æternam: In vanum ergo institutum est poenitentiae sacramentum, si nec reprobis neque prædestinatis prodest. Et inde vltimus sequitur falsam esse formam absolutionis, quoties aliquem reprobū absoluens sacerdos dicit, Ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis. Neq; solū sacramentum poenitentiae erit inutile, sed ipsa etiam poenitentia, quæ virtus dicitur, erit inutilis: quoniam nullum per illam reprobis remittetur peccatū mortale. Contrarium tamen Deus per Ezechielem Prophetam promissit, dicens: Si autè impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudiciū & iusticiam, vita viuet, & non morietur.

F. ALFONSI DE CASTRO MINORITAE

Quæ verba cum sint absolute & sine vlla limitatione dicta, necessariò sunt intelligendâ de omnibus, tam reprobis quàm prædestinatis. Accedit ad hæc omnia, quòd nullus quâtuunlibet doctus poterit scire de peccato aliquo an sit mortale an veniale: quia nullus, nisi ex Dei speciali reuelatione poterit scire de se, neq; de alio an sit prædestinatus an reprobus. Deniq; hæc sententia damnata est in Concilio Tridentino, quod in sessione sexta sub Paulo tertio celebrata inter multos alios canones hunc decimū septimū pronunciauit: Si quis iustificationis gratiam nõ nisi prædestinatis ad vitã cõtingere dixerit, reliquos verò omnes, qui vocantur, vocari quidẽ, sed gratiã non accipere, vtpote diuina potestate prædestinatos ad malum, anathema sit. Hæc Concilium Tridentinū. Quibus verbis aperte declarauit reprobos aliquando esse in gratia perinde ac prædestinatos. Ex quibus vltra deducitur, peccatum mortale reprobi aliquando dimitti, & non omne peccatum illius esse mortale: quia quando iustus est, potest in aliquo peccatum labi, per quod non amittat iustitiam, prout in proximè præcedente hæresi probatū est. Contra hanc hæresim pugnant etiã illa omnia, quæ inferiùs dicemus in titulo de prædestinatione. Contra hunc Vviclephi errorem scripsit Thomas Vvalden. in libro de Sacramentis, cap. 155.

Alius est etiam error, qui huic proposito conuenit, & præsentem materiam quodãmodo respicit. Sed de illo in titulo de potestate disputabimus, quoniam ibi commodiùs & aptiùs locatus est.

PEREGRINVS.

DE hac re vnã solùm reperi hæresim, & quidem nimis crudelem, & ab omni humana ratione prorsus alienam: quæ docet non esse impendendam humanitatis curam peregrinis. Huius erroris pestiferi autor (vt Bernardus de Lutzemburgo in suo catalogo hæreticorum ait) fuit Diotrophes quidam Apostolis coæuus, de quo beatus Ioannes Apostolus & Euangelista in sua. 3. Catho. epistola, ita ait: Scripsissem forsitan Ecclesie, sed is qui amat primatum gerere in eis, Diotrophes, non recipit nos. Propter hoc si venero, commonebo eius opera quæ facit, verbis malignis garruens in nos. Et quasi ei ista non sufficiant, neq; ipse suscipit fratres, & eos qui suscipiunt, prohibet, & de Ecclesia eijcit. Hucusq; ex beato Ioanne. Quæ verba exponens venerabilis Beda in commentarijs super epistolas Canonicas, ita ait: Diotrophes (vt videtur) erat hæresiarcha temporis illius, superbus & insolens, malens noua docendo primatum vsurpare scientiæ, quàm antiquis sanctæ Ecclesiæ, quæ Ioannes prædicabat, humiliter auscultare mandatis. Vnde bene Diotrophes insulsus, siue decor insanus dicitur, vt perfidiam cordis etiam nomine significet. Hæc Beda. Sed neq; ex verbis beati Ioannis Euangelistæ, neq; Bedæ illius interpretis, constat Diotrophem tale aliquid sensisse, quale illi tribuit Bernardus de Lutzemburgo in suo catalogo. Constat quidem illum fuisse hæreticū, non tamen illius hæresis indicatur. Nam propter hoc, quod beatus Ioannes de illo dixit, Neq; ipse suscipit fratres, & eos qui suscipiunt prohibet, suspicari non licet illum sensisse peregrinos omnes non esse suscipiendos, sed solos fideles Catholicos, quoniam hos appellat ibi fratres beatus Ioannes. Et quidem hoc semper fuit solenne hæreticis, vt veris fidelibus essent infesti. Hoc enim apud Lutheranos modò cõtingit, qui veros fideles apud se recipere nolunt: & si quos fortè permittunt, malè tractant: non tamen docent peregrinis alijs non esse impendendam humanitatem. Idem potuit cõtingere in Diotrophes, ita vt cum ab Ecclesia ob aliam causam fuisset diuisus, fratres, hoc est, veros fideles recipere noluerit, & alios ne id facerent prohibuerit. Esto tamen ita ille

ADVERSVS HAERESES, LIB. XII. Fol. 356

A ita ille senserit vt Bernardus de Lutzemburgo illi tribuit: aduersus hanc hæresim non est operosum disputare, eò quòd apertissima sint sacre scripturæ testimonia, quæ illam oppugnat. Nam ipsemet Deus curam peregrinorum egisse videtur, cum molestiam vllam illis inferri prohibuit, sic inquiring: Peregrino molestus non eris. Nec solùm molestiã vetuit, sed misericordiæ opera præcepit alibi, dicens: Postquã messueritis segetem terræ vestræ, nõ secabitis eam vsq; ad solū, nec remanentes spicas colligetis: sed pauperibus & peregrinis dimitteris eas. Et iterū in alio loco: Peregrino, qui intra portas tuas est, da vt comedat. Prætereã, si peccatū non esset peregrinis humanitatẽ negare, non illud Iob à se excuteret, dicens: Foris non mansit peregrinus: ostium meum viatori patuit. Deinde, quàm graue hoc sit peccatum, ipse Saluator ostendit, cum apud Matthæum dicit se hoc peccatū in die iudicij aliquibus exprobraturum. Hospes fui (inquit ille) & nõ recepistis me. Ac post subdit, dicens illis qui huiusmodi peccatum commiserunt: Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Constat ergo non minimum esse peccatū, pro quo autor æterna punitione damnatur: cõtã autem, ijs qui peregrinos & aduenas induxerunt in domum suam, dicit: Hospes fui, & recepistis me. Et postea: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Non parua est virtus quæ regnum meretur accipere cœlorū. Rursum, (vt Origenes annotauit Homilia. 5. super Genesim) Loth ab incendio Sodomorum & Gomorrhæorum propter solã hospitalitatẽ liberatus est. Nullū enim præclarum illius gestum sacra narrat historia, præter humanitatem quam peregrinis impendit, propter quam ab incendio liberari meruit. Demū, vt vndiq; hæc hæresis profigetur, ostendam illam non solùm Christianis, sed etiam Ethnicis fuisse exosam, & ab illis damnatam. Nam Aristot. libro. 9. de historia animalium, capite tricesimo secundo, de aquila loquens, ait: Senescentibus aquilis rostrum superius accrescit, incuruaturq; subinde magis magisque, vt demum fame intereant. Cui rei data est fabula, vt hoc ita accidat aquilæ, quoniam cum olim homo esset, hospiti iniuriam intulerit. Hæc ille. Vide quantum fuerit etiam Ethnicis abominabilis hospitis iniuria, vt propter hanc solam hominẽ in aquilam transformatum fabulentur. Et de re tam in manifesta plusquàm fortè erat necessarium, dixi.

PŒNITENTIA.

DE hac re vnus est error Lutheri, quo docet non esse tres partes pœnitentiæ, sed optimam pœnitentiam dicit esse nouam vitã. Quem errorẽ ex suo cerebro fabricauit, nec ex alterius vetustioris hæretici officina deprompsit, quòd rarò Luthero cõtigisse agnoscimus. Nã cum plures quã centum hucusq; prodiderit errores, vix tres aut quatuor reperit, quos nõ hauserit ex putridis lacubus hæreticorum iam diu ab Ecclesia eiectorum: verum hoc loco neminem (quod sciam) habuit huius erroris magistrum. Et quãuis ille in quodam libro, quem fecit pro assertionem articulorū, à Leone papa huius nominis. x. damnatorum, videatur hanc assertionem velut non suã rejicere, dicens eum nõ negare omnes tres partes pœnitentiæ, sed solam satisfactionem: quoniam contritionem & confessionem dicit inueniri & probari: satisfactionem autem negat haberi ex sacris libris: quapropter dicit satisfactionem nullam debere fieri pro delictis perpetratis, sed quòd dimissa culpa, simul etiam remissa sit omnis pœna peccato debita. Quamuis tamen Lutherus dicat se admittere cõtitionem & confessionem, factis tamen negat. Nam contritionem, quæ fit per examinationẽ peccatorum, & eorundẽ detestationẽ irridet, dicens

illam esse meram hypocrisim . Confessionē auriculariā esse necessariam negat. C
 Satisfactionē in vniuersum tollit. Ex quibus satis constat Lutherum nō admittē-
 tere tres poenitentię partes, prout à Catholicis viris admittuntur. De cōtritione
 & cōfessione in suis titulis aduersus Lutherū disputauimus. Quapropter so-
 lum superest, vt ex sacris literis ostendamus satisfactionē esse necessariā. Vt au-
 tem id apertius cōuincamus, prius oportet ostendere post dimissam per cōtri-
 tionem culpam, manere aliquā poenam soluendam iuxta mēsuram & poenā &
 temporis à Deo decretam. Hoc autē satis colligitur ex eo quod Moyli pro po-
 pulo Israël Deum oranti Deus respondit. Nam eū Moyses orasset Dominū di-
 cens, Dimitte obsecro peccatum populi huius, respōdit Dominus: Dimisi: ar-
 tamen omnes homines qui tentauerunt me, nō videbunt terrā pro qua iuravi
 patribus eorum. Ecce post dimissam culpam, reseruatam adhuc poenā. Præterea
 non est dubitandum Moysen & Aaron statim doluisse & respuisse de peccato
 incredulitatis & diffidentię, quod apud aquas contradictionis cōmiserant: poe-
 nā tamen ob hoc illis à Domino definita, non fuit illis relaxata, quoniam nun-
 quā intrauerunt terrā promissionis, prout illis Dominus minatus fuerat. Rur-
 sum, Dauid rex cognoscens enormitatem & grauitatē culpæ: quā in adulterio
 & homicidio cōmiserat, statim dimissa est illi culpa sua, quoniam sic illi denun-
 ciatum est per prophetam Nathan: Transtulit quoq; Dominus peccatum tuū.
 Et tamen post dictā remissionem culpæ idē Propheta prædixit illi multas cala-
 mitates & poenas eū passurū propter peccatum cōmissum, quas omnes postea
 passus est, vt secundus liber Regum testatur . Ecce hīc Dauid peccatum est di-
 missum, pro quo tamen multæ fuerunt poenæ postea tolerandæ. Deinde idem
 rex Dauid videns angelum Domini interficientem populū eius petibitissimo
 morbo propter peccatū quod ipse prius cōmiserat in eiusdem populi nume-
 ratione, peccatū suum fatetur, dicēs: Ego sum qui peccaui, ego iniquē egi: isti D
 qui oues sunt, quid fecerūt? Vertatur, obsecro, manus tua contra me, & cōtra
 domum patris mei . Post quā humilem confessionem non est dubitandū quin
 statim illi fuerit dimissum peccatum, sicut aliās factum esse narrauimus. Et ta-
 men culpa iam dimissa præcipitur illi per Gad prophetam, vt extruat altare Do-
 mino in area Areunæ Hiebusi, & super illud offerat holocaustum ad placan-
 dam Dei iram. At hæc oblatio non esset illi iniuncta, nisi post dimissum pecca-
 tum restaret aliqua poena soluenda, in cuius satisfactionē talis oblatio fieri de-
 beret . Et hæc mihi sufficere videntur ad ostendendum post dimissam culpam
 restare aliquam poenam temporalem soluendam. Quod si aliqua poena soluen-
 da restat post dimissam culpam, in illius ergo poenæ compensationem potest
 homo aliquam poenā vtrō tolerare, & hæc poenæ voluntaria & libera toleran-
 tia, est alterius poenæ debitæ satisfactio . Hoc autē scripturæ sacræ expressis te-
 stimonijs ostēdemus esse verum. Propheta Daniel regem Babylonis hortatur
 vt huiusmodi satisfactionē pro peccatis suis faciat, sic dicens: Peccata tua elee-
 mosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum. At peccata iuxta
 reatum culpæ nō redimuntur elemosynis, quoniam potest quis elemosynas
 facere, & esse in peccato. Ergo poena peccato debita, est quæ redimitur eleemo-
 synarum largitione. Et hanc peccati redemptionem sacri doctores non solum
 recentes, sed etiam vetustissimi appellarunt satisfactionem pro peccato. Quod
 idē dixi, quia Lutherus abominatur nomen satisfactionis. Vbi autem res con-
 stat, non expedit de nudis verbis contendere. Verūm, quantum ego suspicor,
 Lutherus magis odit ipsam satisfactionem, quā nomen satisfactionis. Ex vni-
 uersis enim (vt est in proverbio) licet æstimare Leonem. Præterea elemosy-
 nā satisfacere pro peccato, testatur ipse veritatis magister, qui postquam re-
 prehenderat Phariseos de rapina & iniquitate, dixit illis: Quod superest, da-
 te elemosynam; & ecce omnia munda sunt vobis . Et constat eum loqui de
 satisfactio-

A satisfactio pro poena, & non de reatu culpæ: nam alioqui existenti in pec-
 cato sola elemosyna non faciet vt omnia sint munda: Rursum, de oratione
 quod pro peccato satisfaciatur, testatur Sapiens, cum ait: Fili peccasti, ne adicias
 iterum, & de præteritis deprecare vt dimittantur tibi. Attēdat hīc Lutherus,
 & videat non esse satis ad veram poenitentiam vitæ inuouationem. Nam post-
 quam Sapiens præceperat vitæ emendationem, dicens, ne adicias iterum: tan-
 quā hoc non satis esset, addidit, & de præteritis deprecare vt dimittantur ti-
 bi. Deinde ad ostendendam omnem satisfactionem in genere, efficacissimum
 est illud quod Ioannes Baptista prædicans ait: Facite fructus dignos poeniten-
 tiæ. Quem locum pertractans Chrysostomus super Matthæum, ait: Quomō-
 do fructificare poterimus? Si vtiq; peccatis aduersa faciamus. Aliena rapuisti,
 incipe donare iam propria. Longo es tempore fornicatus, à legitimo quoque
 vtu suspendere coniugij, ac perpetuam continentiam sapius paucorum die-
 rum castitate meditare. Iniuriam vel opere cuiquam vel sermone fecisti, refer
 benedictionis verba conuictijs: & percutientes te, nunc officijs, nunc etiam be-
 neficijs placare cōtende. Hæc Chrysostomus. Ex quibus verbis patet quæ sint
 pro peccati compensatione faciendæ. Beatus Gregorius Homilia vicesima ad
 eundem modum illum locum interpretatur. Beatus Paulus in ea quæ est ad
 Romanos epistola, pro hac re testimonium reddit dicens: Sicut exhibuistis
 membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita exhibe-
 te membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Quæ verba exponens
 Theophylactus, ait: Neque enim cū facinus aliquod vnum admittetis, illo
 contenti reliquis per vos finis imponebatur, sed scelus vnum aliud succede-
 bat, vt vestra nequitia in inauis excreceret. Pari ergo mensura exhibentes
 membra hæc vestra pro pristina illa immunditia, quod reliquum vobis est vi-
 tæ degatis. Hæc Theophylactus. Ex quibus verbis constat locum illum Pau-
 li esse intelligendum de compensatione aut satisfactio pro peccatis facien-
 da prout mensura delicti exigit, ita vt iuxta mensuram delicti sit plagarū mo-
 dus, non solum in alia vita, sed etiam in ista. Accedit ad hæc, quod omnes sa-
 cri doctores concorditer sentiunt esse aliquam satisfactionem pro peccatis
 faciendam, etiam postquam peccata per contritionem dimissa sunt. E quibus
 aliquorum dicta subiiciam, quod res clariùs pateat. Isichius nanque libro quar-
 to super Leuiticum ita ait: Emundatio lepræ est poenitentia. Hæc autem ope-
 ra necessaria habet, quæ virtutibus & actionis studio valeant delere peccata.
 Propter quod Ioannes Baptista, vt Matthæus testatur, populo Iudæorum
 dicebat: Facite fructum dignum poenitentiae. Considerauit enim, sicut sub-
 tilis legislator, eos qui non omnia possint quæ pertinent ad districtam ratio-
 nem poenitentiae exhibere. Opus enim habet poenitentia orationem inten-
 tam, elemosynam, vigilijs, sacrum ieiunium, postremò etiam illa quæ Da-
 uid dicit: Factæ sunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, & lauabo per
 singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Sed &
 cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum steru misce-
 bam. Hæc Isichius. In quibus verbis id potissimum annotandum est, quod
 dixit, poenitentiam habere opus orationem perfectam, elemosynam, vigi-
 lias, sacrum ieiunium, lachrymas, & reliquos vitæ præsentis labores. Quum
 autem dicit, hæc omnia esse necessaria ad poenitentiam, de poenitentia sacra-
 mentali completa, & omnibus suis partibus integra loquitur: quæ simul com-
 plectitur contritionem, confessionem, & satisfactionem, tanquam tres illius
 partes integrales. Non enim sunt omnes illæ tres partes essentielles poeniten-
 tiæ, ita quod sine aliqua illarum sacramentalis poenitentia esse non possit:
 quia confessio integra peccatorum cum qualibet parua illorum duplicem
 tia, poenitentia vera est, quæ valet ad delendum omnem culpam: sed non est
 integra

integra & completa poenitentia: quia deest illi vna pars, videlicet satisfactio, quæ ex se non ordinatur ad deletionem peccati, sed solum ad deletionem poenæ. Cum autem dico confessionem esse partem poenitentiae sacramentalis, intelligo nomine confessionis non solum illam prolationem peccatorum suorum, quam coram sacerdote peccator facit, sed etiam ipsius sacerdotis absolutionem: quoniam aliàs plures essent quam tres partes integrales poenitentiae sacramentalis, & oporteret addere quartam, videlicet sacerdotis absolutionem. Concilium autem Florentinum non nominauit nisi tres, & ideo necessarium est, vt nomine confessionis intelligamus etiam absolutionem. Iſchius ergo dicens illa opera laboriosa esse necessaria ad poenitentiam, aperte satis declarauit satisfactionem esse partem poenitentiae, & valere ad purgandas poenas peccato debitas post culpam dimissam. Nam opera illa, vt constat, non sunt necessaria ad contritionem, neque ad confessionem, neque ad deletionem culpæ: illud ergo ad quod sunt necessaria præter confessionem, & contritionem, & deletionem culpæ, nos vocamus satisfactionem, quæ non ad purgandum culpam, sed ad recompensationem aliquam pro poena peccato debita valet. Beatus Fulgentius in epistola ad Venantiam de recta poenitentia, circa finem epistolæ, sic ait: Cōuersi de remissione peccatorum nullatenus desperemus, tenentes Domini fidele promissum, quo ait: Cū conuersus fueris, & ingemueris, saluus eris. Pressuras tribulationesq; præsentis temporis longanimiter toleremus, & à timore Dei nullatenus recedamus. Præcipit enim nos Apostolus esse in tribulatione patientes, qui etiam correptione præsentis temporis ad euitandā futuri iudicij poenam multū nobis prodesse testatur, dicens: Cū iudicamur autem, à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. Hæc Fulgentius. Quibus verbis aperte docet per poenas huius vitæ euitari poenas alterius: & nō ex proprio cerebro (vt Lutherus facit) hæc docuit, sed testimonio Pauli idem dicentis. Eucherius Lugdunensis episcopus super libros Regum sic ait: Si peccatū Dauid tam detestabile Dominus transtulit, quid est quod omnia quæ de eodem peccato per Prophetā ei à Domino dicta sunt, postmodū tolerauit? Sed proculdubio Dominus deler illud, sed sine vlione non deserit. Aut enim ipse hoc homo in se poenitens punit, aut hoc Deus cū homine vindicans percutit. Nequaquam igitur peccato parcit, quod nullatenus sine vindicta dimittit. Sic enim Dauid audire post conuersionem meruit: Dominus transtulit peccatum tuum. Et tamen multis post cruciatibus afflictus ac fugiens, reatum culpæ quam perpetrauerat, exoluit. Sic nos salutis vnda à culpa primi parentis absoluit: sed tamen reatum eiusdem culpæ diluentes, absoluti quoque adhuc carnaliter obimus, quia delicta nostra siue per nos seu per seipsum resecat etiam cū relaxat. Ab electis enim suis iniquitatum maculas studet temporali afflictione tergere, quas in eis perpetuū non vult vindicare. Hæc Eucherius. Nihil poterat apertius dici pro ea satisfactione peccatorum quā conamur asserere. Christianus Druthmarus eidē sententiæ subscribit, qui in expositione super Matthæū ita ait: Fructū dignum poenitentiae face re, est præterita mala stertibus punire, & bona è cōtrario agere: vt sicut exhibuimus membra nostra seruire iniustitiæ, ita exhibeamus eadē seruire iustitiæ in sanctificationem, vel fructus dignos poenitentiae, bona agere, & malè cōmissa eleemosynis redime. Hæc ille. Plura certè pro huius veritatis defensione possem citare sacrorum virorum testimonia: sed causa vitandæ prolixitatis omisi: & si quis ea videre cupit, inueniet ea citata à Ioanne Roffensi episcopo in articulo quinto illius quod operis magni operis fecit contra Lutherum, & in Iacobo Latino in eo opere quod fecit pro assertionem determinationis Louanienſis aduersum Lutherum. Vterque enim istorum multa pro hac re coaceruauit sacrorum virorum testimonia. Mihi autem placuit ex meo labore hæc pauca proferre,

A proferre, quoniam à nullo istorum virorum aliquis eorum testimonium petiuit. Illorum ergo testimonia ideo citauit, vt rem ab illis plenè confirmatam, firmiorem ostenderemus. Denique hæc Lutheri assertio conuincitur esse hæretica definitionibus aliquorum generalium Conciliorum. Nam Concilium Florentinum sub Eugenio quarto celebratum, in definitione fidei circa sacramenta Ecclesiæ Armenis data, de sacramento poenitentiae differens, hæc ait. Quartum sacramentum est poenitentia, cuius quasi materia sunt actus poenitentis, qui in tres distinguitur partes. Quarum prima, est cordis contritio: ad quam pertinet vt doleat de peccato commissio cum proposito non peccandi de cætero. Secunda est oris confessio: ad quam pertinet vt peccator omnia peccata, quorum memoriam habet, suo sacerdoti confiteatur integraliter. Tertiò, satisfactio pro peccatis secundum arbitrium sacerdotis, quæ quidem præcipue fit per orationem, ieiunium, & eleemosynam. Hæc Concilium Florentinum. Concilium Tridentinum multò fusiùs & copiosius hanc assertionem damnat. Nam sessione sexta sub Paulo tertio celebrata, capite quato decimo declarans modum quo lapsi reparari possint per poenitentiam, hæc ait: Etenim pro ijs qui post baptismum in peccata labuntur, Christus Iesus sacramentum instituit poenitentiae, cū dixit: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Vnde dicendum est, Christiani hominis poenitentiam post lapsum, multò aliam esse à baptismali, eamque contere, non modo esse cessationem à peccatis, & eorum detestationem, aut cor contritum & humiliatum, verum etiam eorundem sacramentorū confessiones, saltem in voto, & suo tempore faciendam, & sacerdotalem absolutionem, itemque satisfactionem per ieiunia, eleemosynas, orationes, & alia pia spiritualis vitæ exercitia, non quidem pro poena æterna, quæ vel sacramento, vel sacramenti voto, vna cū culpa remittitur, sed pro poena temporali, quæ, vt sacræ literæ docent, non tota semper, vt in baptismo fit, dimittitur illis, qui gratiæ Dei quam acceperunt ingrati, Spiritū sanctum contristauerunt, & templum Dei violare non sunt veriti, de qua poenitentia scriptum est: Memor esto vnde excideris, age poenitentiam, & prima opera fac. Et iterum, Quæ secundum Deum tristitia est, poenitentiam in salutem stabilem operatur. Et rursus, Poenitentiam agite, & facite fructus dignos poenitentiae. Et post datam hanc doctrinam ne aliquis contra illam docere, aut quomodolibet asserere auderet, idem Concilium canonem anathematis contra huiusmodi temerarios ædixit, qui trigésimo loco constitutus hæc verba continet. Si quis post acceptam iustificationis gratiam, cuilibet peccatori poenitenti, ita culpam remitti, & reatum æternæ poenæ deleri dixerit, vt nullus remaneat reatus poenæ temporalis exoluendæ, vel in hoc seculo, vel in futuro, in purgatorio, antequam ad regna cælorum aditus patere possit, anathema sit. Hæc Concilium Tridentinum in illa sexta sessione. Postea verò idem concilium sub Iulio tertio procedens sessione quarta sub eodem Iulio celebrata multò apertius declarauit omnia quæ de sacramento poenitentiae sunt necessariò credenda. Quam doctrinam nouem distinxit capitulis, & in tertio illorum partes integrales poenitentiae declarat, sic dicens. Sunt autem quasi materia huius sacramenti, ipsius poenitentis actus, nempe contritio, confessio, satisfactio, qui quatenus in poenitente ad integritatem sacramenti, ad plenamque & perfectam peccatorum remissionem ex Dei institutione requiruntur, hac ratione poenitentiae partes dicuntur. Hæc Concilium Tridentinum in illo capitulo, & postea in alijs capitulis de prædictis partibus poenitentiae sigillatim dissevit. & quia illius definitiones ad contritionem, & confessionem spectantes iam supra in suis titulis citatæ sunt, non est opus eas nunc repetere. Quæ autem ad satisfactionem attinent, in octauo & nono capitulis definitionis datæ in

1. Cor. 11.

Eucherius.

Christia-
nus Druth-
marus.Concilium
Florentinum.Concilium
Tridentinum.

Ioh. 20.

Apo. 2.
2. Cor. 7.
Mat. 3.

tæ in

tæ in illa præfata sessione continentur, & sunt quæ sequuntur. Demum quod ad satisfactionem, quæ ex omnibus poenitentiarum partibus, quemadmodum & patribus nostris Christiano populo fuit perpetuo tempore commendata, ita una, maxime nostra summo pietatis prætextu impugnatur, ab ijs qui speciem pietatis habentes, virtutem eius abnegarunt. Sancta Synodus declarat falsum omnino esse & à verbo Dei alienum culpam à Domino nunquam remitti quin vniuersa etiam poena condonetur. Perspicua enim & illustria in sacris literis exempla reperiuntur, quibus præter diuinam traditionem is error quàm manifestissimè reuincitur. Sanæ & diuinæ iustitiæ ratio exigere videtur vt aliter ab eo in gratiam recipiantur, qui ante baptismum per ignorantiam deliquerunt: aliter verò qui semel à peccati & dæmonis seruitute liberati, & accepto Spiritus sancti dono, scientes templum Dei violare & Spiritum sanctum contristare non formidauerunt: Et diuinam clementiam decet, ne ita nobis absque vlla satisfactione peccata contumittantur, vt occasione accepta peccata leuiora putantes, velut iniurij & contumeliosi Spiritui sancto, in grauiora labamur, thesaurizantes nobis iram in die iræ. Proculdubio enim magno opere à peccato reuocant & quasi freno quodam coercent hæc satisfactoriæ poenæ: cautioreque & vigilantiores in futurum poenitentes efficiunt, medentur quoque peccatorum reliquijs: & vitiosos habitus malè viuendo comparatos, contrarijs virtutum actionibus tollunt, nec verè securior vlla via in Ecclesia Dei vnquam existimata fuit ad amouendum imminens à Domino poenam, quàm vt hæc poenitentiarum opera homines iam vero animi dolore frequentent. Accedit ad hæc, quod dum satisfaciendo patimur pro peccatis, Christo Iesu, qui pro peccatis nostris satisfecit, ex quo omnis nostra sufficientia est, conformes efficiamur, certissimam quoque iram habentes, quod si compatimur, & conglorificabimur: neque verò ita est nostra satisfactio hæc quam pro peccatis nostris exoluimus, vt non sit per Christum Iesum. Nam qui ex nobis tanquam ex nobis nihil possumus, ita non habet homo vnde gloriatur, sed omnis gloriatio nostra in Christo est, in quo viuimus, in quo meremur, in quo satisfacimus, facientes fructus dignos poenitentiarum, qui ex illo vim habent, ab illo offeruntur patri, & per illum acceptantur à patre. Debent ergo sacerdotes Domini, quantum Spiritus & prudentia suggerit, pro qualitate criminum & poenitentium facultate salutare & conuenientes satisfactiones iniungere, ne si forte peccatis conuincant & indulgentius cum poenitentibus agant, leuissima quædam opera pro grauissimis delictis iniungendo alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autem præ oculis, vt satisfactio, quam imponunt, non sit tantum ad nouæ vitæ custodiam & infirmitatis medicamentum, sed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam & castigationem. Nam clauis sacerdotum non ad soluendum duntaxat, sed ad ligandum concessas etiam antiqui patres & credunt & docent, neque propterea existimarunt sacramentum poenitentiarum esse forum iræ vel poenarum, sicut nemo vnquam Catholicus sensit: ex huiusmodi nostris satisfactionibus, vim meriti & satisfactionis Domini nostri Iesu Christi vel obscurari vel aliqua ex parte imminui. Quod dū nouatores intelligere nolunt, ita optimam poenitentiam, nouam vitam esse docent, vt omnem satisfactionis vim & vsum tollant. Docet præterea tantam esse diuinæ munificentiae largitatem, vt non solum poenis spontè à nobis pro vindicando peccato susceptis, aut sacerdotis arbitrio, pro mensura delicti impositis, sed etiam, quod maximum amoris argumentum est, temporalibus flagellis à Deo inflictis, & à nobis patienter toleratis, apud Deum patrem per Iesum Christum satisfacere valeamus. Hactenus Concilium Tridentinum, in doctrina ab eo data. Sed ne quis contra hæc suam doctrinam, temerè docere aut quouis modo sentire audeat, contra huiusmodi

A iusmodi temerarios non traditores, plurimos sententiæ latæ Canones protulit, quorum quartus hæc continet verba: Si quis negauerit, ad integrâ & perfectam peccatorum remissionem requiri tres actus in poenitente, quasi materiâ sacramenti poenitentiarum, videlicet, contritionem, confessionem & satisfactionem, quæ tres partes poenitentiarum dicuntur: aut dixerit duas tantum esse poenitentiarum partes, terrores scilicet incussos conscientiae agnito peccato, fidem conceptam ex Euangelio, vel absolutione, qua credit quis sibi per Christum remissa peccata, Anathema sit. Duodecimus canon hæc verba habet: Si quis dixerit, totam poenam simul cum culpa remitti semper à Deo, satisfactionemque poenitentium non esse aliam quàm fidem, qua apprehendunt Christum pro eis satisfecisse, Anathema sit. Tertiusdecimus canon sequentia habet verba: Si quis dixerit pro peccatis, quod ad poenam temporalem, minimè Deo per Christi merita satisfieri poenis ab eo inflictis & patienter toleratis, vel à sacerdotibus iniungendis, sed nec spontè susceptis, vt Ieiunijs, orationibus, elemosynis, vel alijs etiam pietatis operibus, atque ideo optimam poenitentiam esse tantum nouam vitam, Anathema sit. Quartusdecimus Canon sequentibus verbis disponitur: Si quis dixerit satisfactiones, quibus poenitentes per Christum Iesum peccata redimunt, non esse cultus Dei: sed traditiones hominum, doctrinam de gratia, & verum Dei cultum, atque ipsius beneficium mortis Christi obscurantis, Anathema sit. Quintusdecimus canon & vltimus de poenitentia, verba quoque sequuntur habet: Si quis dixerit clauis Ecclesiae datas ad absoluendum, non etiam ad ligandum, & præterea sacerdotes dum imponunt poenas contentibus, agere contra finem caluim, & contra institutionem Christi, & fictionem esse quod virtute clauium sublata poena aeterna, poena temporalis plerumque exoluenda remaneat, Anathema sit. Hæc omnia ex Concilio Tridentino. Nunc superest, vt respondeamus ijs, quæ nobis obijciunt Lutherus, & alij sectatores illius. Primum quidem obijciunt nobis id, quod Dominus per Ezechielem Prophetam promittit, se non recordaturum amplius omnium iniquitatum impij, si ille egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis. Si post actam poenitentiam Deus non redatur iniquitatum impij, ergo post culpam remissam, nullam Deus exigit pro peccato poenam: quoniam si aliquam post remissionem culpæ Deus exigeret pro illo poenam, iam recordaretur iniquitatum impij post illius poenitentiam. Hoc argumentum facillimè soluitur, si ipsa Dei verba in Ezechiele Propheta cum attentione legantur. Non enim promittit Deus se non recordaturum iniquitatum impij, si ille solum ob peccata sua fuerit corde contritus, sed hoc promittit hac conditione, si impius egerit poenitentiam. At poenitentia integra, vt diximus, etiam complectitur satisfactionem, sicut contritionem & confessionem: & inde est quod non facit integram & perfectam poenitentiam, qui pro peccato suo non satisfacit Deo: & ideo non est mirum, si Deus recordatur illius peccati, vt temporali aliqua poena puniat illud. Quod si gratis Lutherus dare voluerimus, nomen poenitentiarum in prædictis Dei verbis solam cordis contritionem significare, nihil adhuc ex illis verbis poterit contra nos colligere Lutherus. Quia in illis verbis non solum poenitentiam petit Deus ab impij vt iniquitatum illius non recordetur, sed insuper exigit ab eo, vt faciat iudicium & iustitiam. Qui autem nullam, præter cordis contritionem, vult pro peccato subire exteriori poenam, non facit iudicium & iustitiam. Nisi forte tanta esset cordis contritio, quæ meritò compensaret defectum exterioris poenæ. Quia non pro mensura delicti vult sibi poenas infligere. Possimus adhuc aliter respondere, quod Deus illis verbis non tantam indulgentiam promittit, quantum Lutherus putat. Nam dicens se non recordaturum iniquitatum impij, solum promittit se non amplius habiturum illum tanquam inimicum: sed hoc non obstat, vt post amicitiam contractam illum amicum puniat,

1167.11. praesertim quòd , iuxta Pauli doctrinam , flagellat Deus omnem filium quem C recipit .

Secundò nobis obijcit Lutherus , quòd Christus pro nobis omnibus satisfecit: idèò videtur Luthero , quòd iniurià facit Christo peccator , qui pro suis peccatis Deo satisfacere conatur : quia eo ipso minuere videtur gloriam passionis Christi , quasi illa non fuisset sufficiens ad satisfaciendū pro nostris peccatis . Hoc argumentum valde extollunt Lutherani , & per illud se triumphare putant . sed re vera argumentum hoc nullam habet vel mediocrem efficaciam , quæ viros doctos tantillum mouere possit : sed solum habet quandam apparentiam adumbratæ religionis , & falsæ pietatis , quæ viros indoctos fallere possit . Nam si hoc argumentum aliquid valeret , etiam per illud probaretur non esse necessariam pœnitentiã : Quia si peccator factus est per peccatum diaboli seruus , & ab eo captiuus tenetur , potest argui quòd ad redemptionem obtinendam non est opus vt ille de peccato doleat , aut illud confiteatur , aut aliquid aliud faciat : quia iam Christus seipsum dedit , vt Paulus testatur , in redemptionem pro omnibus . Si peccator irritauit iram Dei , & factus est inimicus eius per peccatum , argui etiam potest non esse opus vt nos cõtritione nostra , aut gemitu nostro Deum placare conemur , & illum nobis facere propitium : quia ille factus est , vt Ioannes ait , propiciatio pro peccatis nostris , & nõ tantum pro nostris , sed pro totius mundi . Non ergo ploremus nos , quia Christus pro nobis fleuit : non tristemur nos , quia ille pro nobis tristatus est . Ecce quid valet Lutheri argumentum , quod in multas horrendas perditiones nos iniiceret , si illud aliquid valeret . Certè non idèò Christus pro nobis in cruce pendit , vt nos desides & ignauos faceret , & vitam amplam nobis permitteret . Christus pro nobis passus est , ait Petrus , nobis relinquens exemplum , vt sequamur vestigia eius . Non quidem vt nos lautè comederemus , & delicatis indueremur , aut in reliquis corporis delictijs versaremur , Christus pro nobis passus est : sed vt illius exèplo nos toleremus crucem nostram propter illū . Factemur itaq; Christum pro nobis satisfecisse , eo modo quo factus est nobis redemptio , propitiatio , & recõciliatio . Sicut igitur nõ obstant priori redèptione per Christū facta , qui post baptismū peccat , tenetur pœnitere vt à seruitute peccati liberetur , & à captiuitate diaboli redimatur : ita etiam non obstante priori satisfactione per Christum facta , qui post baptismū peccat , tenetur per se satisfacere , & suam satisfactionem , quæ aliàs non esset valida , cū Christi satisfactione connectere , vt per illam valeat , quod per se valere nõ possit . Nam propheta regius , quærens quid Deo ad satisfactionem debitorū reddere possit , dixit : Calicem salutaris accipiam , & nomē Domini inuocabo . Vt autè hæc omnia clariora faciamus , operæ precium erit declarare quomodo sint intelligendæ omnes istæ propositiones , quæ in varijs sacræ scripturæ locis continentur . Christus redemit omnes homines . Christus se dedit in redemptionem pro omnibus . In Christo omnes viuificabuntur . Deus vult omnes homines saluos fieri . Nam eodem modo erit interpretanda ista , de qua nunc disputamus , Christus satisfecit pro peccatis omnium hominum . Omnes istæ propositiones habent quandem specialem vniuersalitatē , quæ à recentioribus dialecticis vocatur distributio accõmoda , ita vt vox vniuersalitatē denotans nõ se extendat ad omnia significata per vocem illi proximè coniunctam , sed solum ad ea quæ specificantur per verbū adiectiuū quod sequitur illā , aut per prædicatū . Sunt ergo omnes illæ propositiones hoc modo interpretandæ . Christus redemit omnes homines , hoc est , Christus redemit omnes qui redempti aut redimendi sunt : Aut , Nullus homo nisi per Christum redimitur . In Christo omnes viuificabuntur , id est , Omnes qui viuificandi sunt , in Christo viuificabuntur : Aut , Nullus qui viuificatur , habet vitam nisi per Christū . Deus vult omnes homines sal-

A nes saluos fieri , hoc est , Deus vult omnes homines , qui saluandi sunt , saluos fieri : Aut , Nemo nisi Deo volente saluatur . Et certè nisi omnes istæ propositiones iuxta hunc modum intelligantur , vix illarum veritas constare poterit . Nam multi sunt homines in perpetua dæmonis captiuitate & seruitute ab eo detenti : multi etiam in perpetua morte damnati , & in inferno sepulti , qui nullo modo redempti sunt , neque in Christo viuificati , & per consequens nec salui facti . Hoc tamen non idèò contigit , quia redemptio per Christum oblata , non fuerit illis sufficiens perinde ac alijs qui redempti sunt . Neque idèò quòd Christus non fuerit potens illis reddere vitam , aut saluos illos facere , perinde ac alios : sed quia illi noluerunt vt redemptione per Christum data , neque voluerunt accipere conditionem redemptionis , reconciliationis , & vitæ , & perpetuæ salutis . Non enim omnibus redemptionem , & reconciliationem , & salutem perpetuam obrulit : sed illis solis , qui Dei mandata custodierint . Vos amici mei estis , inquit Christus , si mandata mea feceritis . Et iterum : Si diligitis me , mandata mea seruate . Et rursus : Si vis ad vitam ingredi , serua mandata . Ecce , promittit amicitiam suam , & postea vitam , hac tamen conditione , si mandata illius fecerint . Et inde est , quòd qui mandata Dei non custodit , non est amicus illius , neque ad vitam æternam peruenit , & per consequens non est redemptus à dæmonis captiuitate . Vt ergo verè cum Paulo dicamus , Christum redemisse omnes , & in Christo omnes esse viuificatos , oportet necessariò omnia verba illa iuxta sensum , quem iam diximus , interpretari . Sed ne quis putet hanc verborum Pauli interpretationem ex meo cerebro esse confictam , ac perinde illam meritò rejiciendam esse credat , ad huius interpretationis confirmationem profero testimonium beati Augustini , qui in epistola ad Vitalem hæc ait . Sicut illud quod dictū est , omnes in Christo viuificabuntur , cum tamen multi æterna morte puniantur , idèò dictum est : quia omnes qui vitam æternam percipiunt , nõ percipiunt nisi in Christo : ita quod dictum est , Omnes homines vult Deus saluos fieri , idèò dictum est , Quia omnes qui salui fiunt , nisi ab ipso volente non fiunt salui . Hæc Augustinus . Et in libro de origine animæ ad Hieronymum , interpretans illa verba Pauli , Sicut in Adam omnes moriuntur , ita & in Christo omnes viuificabuntur , hæc ait : Per hanc enim Apostolicam , diuinam clarāque sententiam , satis euidenter elucet , neminem ire in mortem , nisi per Adam : neminem in vitam æternā , nisi per Christum : Hoc est quippe omnes , & omnes . Quia sicut omnes homines per primam , hoc est , per carnalem generationem pertinent ad Adam , sic omnes homines ad secundam , id est , spiritualem generationem inveniunt , quicunque ad Christum veniunt . Hæc Augustinus . Ex interpretatione ergo prædictorum Pauli verborum , colligitur eodem modo intelligendam esse hanc propositionem , Christus satisfecit pro omnibus , id est , Christus satisfecit pro omnibus qui pro peccatis suis satisfaciunt . Aut aliter & melius , nemo nisi per Christum pro peccatis suis satisfacit . Nam & si quis ieiunet , aut oret , aut elemosynas faciat , aut quoduis aliud opus poenale faciat , nunquā per illud pro peccato suo satisfaciet , nisi mediante merito passionis Christi , propter quam hoc largissimum munus habemus à Deo , vt per opera nostra Deo pro peccatis nostris satisfacere possimus : per quæ nunquā Deo satisfaceremus , nisi passione sua Christus hoc nobis impetrasset . Et hinc facilè constat , nihil nos Dei gloriæ detrahare , quum dicimus satisfactionem nostrā esse nobis necessariam ad perfectam remissionem peccatorum obtinendam . Nam hoc dicentes , potius gloriam Dei augemus , & meritum passionis Christi extollimus : quia dicimus Christum passione non solum satisfecisse pro nobis , sed etiam meruisse vt opera nostra essent satisfactoria : quæ , seclusa Christi passione , hanc tantam dignitatem habere non possent . Deinde fatemur Christum pro omnibus pec-

catoribus satisfecisse: sed hanc satisfactionem nulli peccatori applicat, nisi mediante aliquo sacramento, aut bono opere ipsius peccatoris. Et hinc est quod qui plura aut maiora bona propter Deum pro remissione peccatorum facit, magis illi tribuit *C H R I S T V S* de merito passionis suae ad satisfaciendum pro peccatis suis. Vnde ait Paulus, Fidelis sermo: Nam si commortui sumus, & conuiuemus: si sustinebimus, & conregnabimus. Quum autem mediante sacramento communicatur poenitenti satisfactio passionis *C H R I S T I*, quanto praestantius & potentius ad remissionem peccati fuerit sacramentum, tanto magis per illud communicatur homini de merito passionis ad redemptionem peccati, & satisfactionem pro illo. Sacramentum autem baptismi, vt infra dicemus, praestantius est quam sacramentum poenitentiae: & ideo quamuis per illud simul remittatur culpa & poena, non tamen per hoc sic remittitur. Tertio nobis obijcit Lutherus nomen satisfactionis, quod a Theologis scholasticis falso confectum esse dicit, quia nunquam in sacris literis illud reperitur, neque a sanctis patribus, vt ille ait, fuit vnquam vlitatum. Vt autem mens Lutheri, imò potiùs illius dementia omnibus sit nota, verba illius hic citare decreui, quae ille in impugnatione bullae Leonis decimi articulo quinto ait, & sunt quae sequuntur. Quare verum dixi, arbitrariam istam satisfactionem neque in scripturis, neque in patribus inueniri, inueniri autem poenam irremissibilem à Deo impositam pro peccatis. Et paucis interpositis subdit. Vehementer autem odi, & sublatum vellem hoc vocabulum satisfactio, quod non modò in scripturis non inuenitur, sed & periculosum habet sensum, quasi Deo quisquam possit pro vilo peccato satisfacere, cum ille gratis ignoscat omnia. Hæc Lutherus: qui etsi dicat se odio habere vocabulum satisfactionis, multò tamen acerbius, vt dixi, execratur rem ipsam, quam vocabulum. Nam ille abominatur iciunia, flagella, castitatem, D vigilias, peregrinationes, & reliquos omnes corporis labores: & amar carnis illecebras, Et inde constat illum satisfactionem ipsam habere exosam, quia illa consistit in operibus duris & asperis. Sed videamus quid nobis de vocabulo obijcit: dicit primò illud in sacris scripturis non inueniri. Cum de vocabulo, & non de re ipsa contendat, de vocabulo solo respondeo, falsum esse quod ait. Nam vocabulum satisfactionis habetur Leuitici, cap. 10. & Actuum 17. & 24. & 1. Petri. 3. quanquam in nullo istorum locorum sit sermo de illa satisfactione, quæ fit Deo pro peccatis. Sed esto, vocabulum istud non inueniatur in sacris literis, non tamen ideo consequens est, vt non liceat viris Catholicis illo vocabulo vti. Nam sacrae literæ præscribunt nobis leges de operibus, quæ facere debemus, & de rebus quas credere tenemur: non tamen de vocabulis quibus necesse est vti oportet. Quoniam quum de re ipsa constat, parum refert si hoc aut illo vocabulo vtamur. Certè vocabulum consubstantialitatis minimè inuenitur in sacris literis, nec tamen ideo Ecclesia recusat illi vti, dicens filium esse consubstantialem patri: quamuis Arius vocabuli nouitatem obijciebat. Ita & nunc Ecclesia Catholica satisfactionis vocabulo vtitur, & vtetur, quamuis Lutherus & illius sectatores dicant se illo vocabulo offendi. Dicit deinde Lutherus, vocabulum hoc non esse à sanctis patribus vlitatum, neque apud illos inueniri. Sed hæc dicens, aut mentitur, aut apertè ostendit se tunc cum hoc scripsit, parum fuisse versatum in lectione sacrorum doctorum: quoniam multi ex illis sunt, qui illo vocabulo vtuntur. Omitto hic recentiores, & ex antiquis primum offero Gregorium, qui Homilia trigesimaquarta super Euangelia, sic ait: Cogitandum summopere est, vt qui se illicita meminit commisisse, à quibusdam etiam licitis studeat abstinere, quatenus per hoc conditori suo satisfaciatur: vt qui commisit prohibita, sibimetipsi abscindere debeat etiam concessa. Hæc Gregorius, qui

rius. Qui etiam Homilia vigesimaquinta, quæ est de parabola ouis errantis, eodem vocabulo vtitur in ea significatione, qua ostendit nos per opera nostra satisfacere Deo pro peccatis. Leo papa huius nominis primus in epistola. 89. quæ est ad Theodorum Foroliniensem episcopum, hæc ait: Mediator Dei & hominum homo Christus Iesus hanc præpositis Ecclesiae tradidit potestatem, vt & consentibus satisfactionem poenitentiae daret, & eadem salubri satisfactione purgatos ad communionem sacramentorum perianuam reconciliationis admitteret. Hæc Leo papa, vir sanctitate perinde ac doctrina clarus. Hieronymus super Malachiam ait: Qui peccator est, & quem remordet propria conscientia, cilicio poenitentiae accingatur, & plangatur vel propria delicta vel populi, & ingrediatur Ecclesiam, de qua fuerat egressus, & cubet vel dormiat in sacco, vt præteritas delictas, per quas Deum offenderat, vite austeritate compenset. Hæc Hieronymus, qui compensationis vocabulo pro satisfactione vsus est: quia eadem est vtriusque vocabuli significatio, & vnum pro altero sapissimè apud probatos authores poni solet. Ambrosius in libro ad virginem lapsam, capite. 8. hæc ait: Peccator ergo si sibi ipsi non pepererit, à Deo illi paritur. Et si futuras poenas gehennæ perpetuas in hoc paruo vite spacio compensauerit, seipsum ab æterno iudicio liberat. Grandi plagæ alta & proluxa opus est medicina. Grande scelus grandem habet necessariam satisfactionem. Hæc Ambrosius: qui simul compensationis & satisfactionis vocabulo vsus est. Cyprianus epistola tertii libri primi, quæ est ad Cornelium papam, reprehendens errorem quorundam, qui specie misericordiae seducti lapsos in idolatriam, facile Ecclesiae reconciliabant, hæc ait: Intercedunt ne exoretur precibus & satisfactionibus Christus; qui negantem se negare profitetur. Datur opera, ne satisfactionibus, & lamentationibus iustis delicta redimantur, ne B vulnera lachrymis abluantur. Pax vera falsæ pacis mendacio tollitur. Hæc Cyprianus in loco illo. Et sermone quinto de lapsis, inuehens in eos, qui negant necessariam esse lapsis satisfactionem pro peccatis, dicit multò perniciosiores esse illos & multò crudeliores, quam tyranni persequentes Christianos, & tandem hæc ait: Deus quantum patris pietate indulgens semper & bonus est, tantum iudicis maiestate metuendus est. Quam magna deliquimus, tam granditer desicamus. Alto vulnere diligens & longa medicina non desit: poenitentia minor crimine non sit. Putas ne Dominum citò posse placari, quem verbis perfidis abnuisti, cui patrimonium præponere maluisti, cuius templum sacrilega contagione violasti: Putas eum facile misereri tui, quem tuum non esse dixisti? Orare oportet impensius, & rogare, diem luctu transigere: vigilijs noctes ac stertibus duere: tempus omne lachrymosis lamentationibus occupare: stratos solo, adherere cineri: in cilio volitari & sordibus: post indumentum Christi perditum, nullum iam velle vestitum: post diaboli cibum malle seiniunium: iustis operibus incumbere, quibus peccata purgantur: elemosynis frequenter insistere, quibus à morte animæ liberantur. Et paucis interpositis subdit in calce: Quis sic Deo satisfecerit, qui poenitentia facti sui, qui pudore delicti plus virtutis & fidei de ipso lapsus sui dolore conceperit, exauditus & adiutus à Domino, quam contristauerat nuper, lætam faciet Ecclesiam: neque solam Dei veniam merebitur, sed coronam. Hactenus Cyprianus, qui non solū ipsam rem satisfactionis explicat, sed hoc declarans, vocabulo satisfactionis sæpè vtitur. Tertullianus in libro de poenitentia hoc etiam vocabulo vtitur, hæc dicens: Confessio satisfactionis consilium est: satisfactio confessione disponitur; poenitentia Deus mitigatur. Hæc Tertullianus. Ex his omnibus clarissimorum virorum testimonijs apertissimè conuincitur, falsum esse quod Lutherus cum magna temeritate asseruit, satisfactionis vocabulum non reperiri in sanctis patribus. His omnibus probè consideratis, non possum non mirari Lutheri & suorum

suorum sequacium dementiam : quia dum Deum nimis misericordem facere volunt, illum iniustum facere contendunt. Nam iniustum esset quaelibet grauiſſima crimina sine punitione dimittere. Deinde illi omnes fatentur, peccatum originale, quod aliena voluntate contrahimus, sic nobis dimitti per baptismum, vt postea remaneat poena illius, videlicet concupiscentia carnis, quæ etiam per Christi satisfactionem, vt illi dicunt, deleri non potuit quin sit peccatum. Ex qua sententia conuincitur illos existimare peccatum originale esse multo grauius, quam actuale mortale : quia mortali dimisso nulla postea remanet poena : originali autem dimisso, manet poena propter illud inflicta, quæ tam grauis est, iuxta illorum sententiam, vt semper sit homini peccatum, & nunquam occasio meriti. Conuincitur etiam eadem ratione illos pluris facere poenitentiam, quam baptismum : quia per poenitentiam dimisso peccato actuali, vt illi dicunt, dimittitur omnis poena quæ illi debebatur: dimisso autem peccato originali per baptismum, non tollitur omnis poena. Hoc autem fateri summa est impietas: quia omnes sancti patres semper docuerunt baptismi sacramentum esse multo præstantius quam poenitentia: & hoc ipsum definiuerunt patres in Concilio Tridentino, sessione quarta sub Iulio tertio celebrata, vbi capite secundo suæ doctrinæ, hæc verba, me ibidem præsentem, protulerunt. Cæterum hoc sacramentum multis rationibus à baptismo differre cognoscitur. Nam præterquam quod materia & forma, quibus sacramenti essentia perficitur, longissimè distat, constat baptismi ministrum iudicem esse non oportere, cum Ecclesia in neminem iudicium exerceat, qui non prius in ipsum per baptismi ianuam fuerit ingressus. Quid enim mihi, inquit Apostolus, de ijs qui foris sunt iudicare? Secus est de domesticis fidei, quos Christus laacro baptismi, sui corporis membra semel effecit. Nam hos, si postea crimine aliquo contaminarunt, non iam repetito baptismo ablui, cum id Ecclesiæ Catholicæ nulla ratione liceat: sed ante hoc tribunal tanquam reos sisti voluit, vt per sacerdotum sententiam non semel, sed quotiens ab admittis peccatis ad ipsum poenitentes confugerent, possent liberari. Alius est præterea baptismi, & alius poenitentia: fructus. Per baptismum enim Christum induentes, noua prorsus in illo efficiuntur creatura, plenam & integram peccatorum omnium remissionem consequentes. Ad quam tamen nouitatem & integritatem per sacramentum poenitentia: sine magnis nostris fletibus, & laboribus, diuina id exigente iustitia, peruenire nequaquam possumus, vt merito poenitentia laboriosus quidam baptismus à sanctis patribus dictus fuerit. Est autem hoc sacramentum poenitentia: lapsis post baptismum ad salutem necessarium, vt nondum regeneratis ipse baptismus. Hactenus Concilium Tridentinum. Ex quibus verbis constat quantum baptismi sacramentum excellat sacramentum poenitentia: cum per illud omnis remittatur poena, per hoc autem non. Nam etsi post baptismum maneat concupiscentia, illa non relinquitur in poenam, sed ad cautelam, vt nos hac occasione vigilantiores & cautioresemus, tanquam qui domesticum hostem habent. Ob hanc enim causam Deus statuit, vt expugnata à filiis Israël terra promissionis, semper inter eos maneret Iebuseus, & nunquam extirparetur, ne ocio torperent. Sic etiam, vt necessitas eos ad laborem & cautelam cogeret, Deus hostem spiritui nostro reliquit, carnis videlicet concupiscentiam, cuius perpetuas insidias semper timere oporteret. Potius igitur ad cautelam & commodum nostrum quam ad poenam carnis motus spiritui repugnantes nobis post baptismum reliquit Deus: quoniam etsi nobis negotium non paruum facessunt, utilitatem tamen magnam, si illos deuincimus, inde consequemur. In baptismo ergo non solum remittitur culpa, sed etiam omnis poena, quæ propter peccatum actuale erat exoluenda. Quicumque enim baptizati sumus in Christo Iesu, vt

Concilium
Tridentinum.

1. Cor. 5.

Iud. 15.

Rom. 6.

A Iesu, vt ait Paulus, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Sicut igitur nullum vestigium vitæ corporalis mansit in Christo postquam mortuus & sepultus est, ita nullum vestigium peccati manet in baptizato, quia consepultus est cum Christo per baptismum. Per poenitentiam autem non est sic mortuum peccatum, neque per illam poenitens dicitur esse consepultus Christo: neque per illam dicitur fieri noua creatura, quemadmodum per baptismum. Quia etsi per sacramentum poenitentia: culpa remittatur, non tamen tota semper remittitur poena. Et hoc est quod Paulus ad Hebræos ait: Voluntariè enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur hostia pro peccato. Hoc idem dicit, quia non iterum passio Christi offerenda est pro nobis ad mortem peccati, quemadmodum in baptismo offertur. Nam Christus, vt alibi Paulus ait, semel pro nobis mortuus est. Si pro peccatis post mortem commissis sola Christi passio sufficeret semper ad plenam remissionem peccati impetrandam per sacramentum poenitentia: sicut per baptismum, inde sequeretur quod Christus pro nobis pluries moreretur, & non semel, & quod alia esset hostia pro peccatis post acceptam notitiam veritatis. Nam hoc argumento probat alibi Paulus, baptismum non esse iterandum: quia qui iterant illud, rursus crucifigunt sibi metipsum filium Dei. Et hunc esse verum Pauli sensum, testatur Anselmus, qui in commentarijs super Paulum interpretans illa prædicta verba ex epistola ad Hebræos, hæc ait: Non enim Christus iterum immolandus est pro peccatis, quod semel factum est, & secundo non est opus: sed magis oportet nos in fide & bonis operibus manere. Non excludo poenitentiam, sed secundum baptismum. Non dico, non est ultra poenitentia vel remissio, sed hostia, id est, crux secunda: quia vna sufficit, nec amplius hanc expectemus: sed poeniteamus, quia rebaptizari in morte Christi non possumus. Qui enim iterat baptismum, iterat rursus mortem Christi, vt ex ea iterata fiat iterata remissio. Sed hoc impossibile est. Non talis hostia nobis relinquitur si post baptismum nos inquinauerimus. Hæc Anselmus. Eodem modo interpretatur illa verba Haymo in commentarijs super epistolam Pauli. Contra hanc pestilentissimam hæresim non est opus amplius disputare, quia per ea quæ diximus, satis apertè de sua falsitate conuincitur.

B Est ultra poenitentia vel remissio, sed hostia, id est, crux secunda: quia vna sufficit, nec amplius hanc expectemus: sed poeniteamus, quia rebaptizari in morte Christi non possumus. Qui enim iterat baptismum, iterat rursus mortem Christi, vt ex ea iterata fiat iterata remissio. Sed hoc impossibile est. Non talis hostia nobis relinquitur si post baptismum nos inquinauerimus. Hæc Anselmus. Eodem modo interpretatur illa verba Haymo in commentarijs super epistolam Pauli. Contra hanc pestilentissimam hæresim non est opus amplius disputare, quia per ea quæ diximus, satis apertè de sua falsitate conuincitur.

Secunda hæresis ait poenitentiam, quæ ex timore gehennæ oritur, esse non solum inanem, verum etiam noxiam. Huius hæresis autor est etiã Lutherus, qui ad hunc scopum suam doctrinam visus est dirigere, vt peccatores à poenitentia auerteret, & ad peccandum impelleret. Hic enim ait pestiferam esse poenitentiam quæ à timore gehennæ ortum habet. Quapropter ait malum esse talem timorè peccatoribus incutere, vt inde ad poenitentiam conflant. Verum de hoc errore iam supra disseruimus in titulo de contritione: quapropter non erit opus nunc ea repetere.

Tertia hæresis omnem poenitentia: virtutem tollit, dicens eos qui semel lapsi sunt, nunquam postea consequi remissionem, quantumlibet postea poeniteant. Huius hæresis autor fuit Nouatus quidam Romanæ Ecclesiæ presbyter, à quo Nouatiani appellati sunt. Vocantur etiam alio nomine Cathari, id est mundi, propter munditiam quam superbissimè de seipsis prædicabant. Et hoc nomen illi sibi ipsi arrogantissimè indiderunt. Qui huius rei historia plenè nosse cupit, legat Eusebium Casariensem libro sexto historia: Ecclesiasticæ, capite trigesimo octauo. Verum & si omnes, qui de hæresibus scripserunt, hunc errorem tribuant huic Nouato tanquam primo illius inuentori, tamen beatus Hieronymus libro secundo aduersus Iouinianum, dicit

Hebr. 6.

Rom. 6.
Hebr. 9.

Hebr. 6.

Anselmus.

Lutherus.

Nouatus
Nouatiani
Cathari.

etiam hunc fuisse errorem Montani, quem constat esse Nouato vetustiore: quoniam ille sub Commodio Imperatore, & Sothero papa fuit: hic autem sub Decio & sub Cornelio. Quicumque ergo fuerit huius hæresis primus inuentor, ille certe durum satis inuenit sententiam, & à misericordia diuina nimis alienam. Quapropter credo eos non fuisse misericordiam consecutos, qui hanc hæresim docuerunt: quoniam (vt ait Iacobus Apostolus) iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecerit misericordiam, præsertim cum non sit alia res pluries & apertius in sacris codicibus prodita, quam misericordia, quam Deus erga peccatores maximè poenitentes exercet, illis peccatorum suorum indulgentiam tribuens. Si poenitentia non promeretur indulgentiam peccatorum, frustra ille qui poenitentiam agebat in fauilla & cinere, Deum pro suis peccatis deprecabatur, dicens: Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis. Frustra petit, qui certus est se non posse impetrare quod petit. Verum sanctus Iob melius de misericordia diuina, quam Nouatus, sentiens, id petit quod se obtinere posse credit. Et Dauid adulterij à se commissi poenitens, Dominum precatur, dicens: Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam: Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Dauid magnam agnoscit esse misericordiam diuinam, & multitudinem miserationum illius scit: idè cum confidentia à Deo misericordiam petit, tanquam ab eo qui illam donare poterat. Tanta est enim benignitas omnipotentis, & omnipotentia benignitatis in Deo, vt nullum sit peccatum, quod nolit aut quod non possit remittere peccatori poenitenti. Si enim aliquod esset peccatum, quod remittere non posset, nõ esset omnipotens: aut si cum posset remittere non vult, iam non est plenè misericors: cum ad plenam misericordiam id exigatur, vt totum quod possit velit, si malitia petentis non obstat. Rex ille Euangelicus, cui se Dominus per parabolam similit, omne debitum dimisit seruo suo, quoniam rogauit eum: & quia ille cum alio conferuo non exercuerat eandem misericordiam, coniectus est in vincula & carcerem. Præterea, Salomon in libro Sapientie ait: Malitia sapientiam non vincit. At si aliquod peccatum esset, quod non posset aut nollet benignitas remittere, sapientia esset victa à malitia: aut superata illius potentia, si non potest: aut superata misericordia, si non vult. In eodem libro iterum dicitur: Dissimulat Deus peccata hominum propter poenitentiam. Quid esset dissimulare, nisi non punire cum posset? Non autem punit, quia patientia Dei (vt ait Apostolus) expectat peccatorem ad poenitentiam. Si autem peccatori nihil esset profutura poenitentia, frustra illum Deus expectat, cum ex tali expectatione peccator nullum commodum habere potest. Verum quia per talem poenitentiam peccator assequitur suorum peccatorum remissionem, & postea vitam æternam, idè Deus peccatorem non statim post peccatum commissum punit, sed expectat vt poenitentiam agat, dicens: Nolo mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat. Qui ergo conuersionem peccatoris optat, propter ipsius peccatoris commodum optat, & non propter suum: quoniam Deus bonorum nostrorum non indiget. Ecclesiasticus etiam hanc eandem docet sententiam, dicens: Fili peccasti, ne adicias iterum: & de præteritis deprecare vt tibi dimittantur. Si peccatum per poenitentiam non dimitteretur, frustra Ecclesiasticus moneret peccatorem, vt peteret à Deo peccatorum suorum dimissionem. Rursum, Esaias Propheta promittit peccatori, si poenituerit, peccatorum indulgentiam, dicens: Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum, & miserebitur eius: & ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum. Et per Hieremiam Prophetam Dominus ait: Si poenitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum aduersus illam, agam & ego poenitentiam super malo, quod cogitavi vt facerè ei.

Hoc idem

A Hoc idem per Ezechielè Prophetà Dominus promittit, dicens: Si impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam, vita viuat, & non morietur: Omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor: In iustitia sua quæ operatus est, viuat. Quid ergo crudelissimi Nouatiani aduersus tot tamque aperta testimonia docere præsumunt? Deus promittit peccatori poenitenti se remissurum & condonaturum peccata: & isti contra diuinas promissiones non verentur remissionem negare poenitenti. Sed videte quemadmodum suam impiam doctrinam exponant, credentes illam facilius posse defendi. Farentur enim peccata ante baptismum commissi, posse per baptismum deleri, illa autem quæ post baptismum sunt perpetrata, negat posse per poenitentiam dimitti. Sed tunc oportebit eos percontari, an baptismus Dei potentiam, aut misericordiam minuat, aut fortè malitiam peccati adiuuet, vt contra Dei misericordiam victoriam parere valeat? Absit vt in tantam blasphemiam quis incidat, vt dicat malitiam nostram vnquam posse vincere diuinam misericordiam & sapientiam. At sapientia victam se fateatur oportet, si peccatum post baptismum commissum non potest, aut nõ vult remittere. Non enim solum credendum est malitiam aliquando nõ vincere sapientiam, sed nunquam. Præterea ipsemet Dominus ait: Non est opus bene valentibus medico, sed malè habentibus. Euntes discite quid est, misericordia volo, & nõ sacrificium. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam. Mirum est quod Deus de coelo ad terras venerit vt vocaret peccatores ad rem prorsus inutilem, videlicet ad poenitentiam, quæ, iuxta horum hæreticorum sententiam, res est peccatori baptizato prorsus inanis. Rursum in eisdem ipsis verbis Saluator dicit se venisse tanquam medicum ad infirmum. Si ergo ille peritus est medicus, omnes potest infirmitates sanare. Non enim est perfecta medicina, cui morbus aliquis incurabilis inuenitur. Quod si omnes curare potest, & nõ vult, tunc crudelis est medicus, & non misericors dicendus, qui non cõpatitur infirmo, quia non illum iuuat cum potest. At Deus misericors est, cuius miserationis non est numerus: & idè vult omnes saluos fieri, si ipsimet suæ ipsorum salutis nõ repugnent. Quapropter oportet vt cum Propheta Regio propter hanc immensam eius misericordiam illum laudemus, dicentes: Benedic anima mea Domino, omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius. Benedic anima mea Domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordia & miserationibus. Quid ergo esse poterit in nobis quod irremissibile sit, si Dominus propitiatur omnibus iniquitatibus nostris? Aut quomodo dicitur aliquod peccati vulnus insanabile, si Dominus sanat omnes languores nostros? Vel qualiter non potitur iam plenæ remissionis beneficio, qui in misericordia & miserationibus coronatur? Deus ergo, qui omnes infirmitates nostras sanat, oportet vt peccata etiam post baptismum commissi peccatori poenitenti remittat. Deinde, multa parabola sunt in Euangelio, quibus Christus docuit nos, vt crederemus peccatorum remissionem fore dandam peccatori poenitenti. Filius enim prodigus, qui ancepsam substantiam, quæ illi hæreditario in re competeat, abiens in reionem longinquam, viuendo luxuriosè dissipauerat, cum ad se reuersus malè actorum poenituit, ad patrem redijt, & ab eodem receptus est: nec tamen asperè & durè, quin potius benignè, & cõlætitia magna, quia filius qui perierat, inuentus est. Nec alius est filius prodigus quam peccator: nec alius eius pater quam Deus, qui ex nimia benignitate sua peccatorem ad se conuersum recipit, & hoc eum gaudio: quoniam maius gaudium fit in coelo super vno peccatore poenitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent poenitentia. Hominem vulneratum à latronibus, descendentem

Luc. 10.

dentem à Hierusalem in Hiericho, Samaritanus perduxit ad stabulum, vinum & oleum in vulnera infudit, duos denarios stabulario dedit expendendos in vulnerati medelam, promittens se postea soluturum quicquid stabularius eum infirmo vltra expendisset. Vulneratus hic peccatorem designat: Samaritanus tam anxiam illius curam habens, est Christus Redemptor noster. Si autem salus huius infirmi desperata iam esset, non tam sollicitus esset Samaritanus de eius salute. Verum quia sperabat infirmum posse in pristinam incolunitatem restituui, si debita illi applicetur medicina: ideo omnem quam potest adhibet curam, ut sanitatem recuperet. Demum aduersus hanc haeresim celebratum est Romae à Cornelio

Concilium Roman.

papa Concilium quinquaginta episcoporum, & totidem presbyterorum, & multo plurium diaconorum: in quo haec pestifera haeresis damnata est. Et quauis huius concilii decreta non extant, tamen Eusebius Caesariensis lib. 6. historiae Ecclesiasticae, cap. 34. de hac re testimonium perhibet. Quod si quis pertinax Eusebio

Concilium Nicenum.

non credit, audiat Concilium Nicenum, quod prohibet ne aliquis ex Nouatianis ad Ecclesiam communionem recipiatur, nisi prius hanc abiurauerit haeresim. Nam in octauo capite suorum decretorum Concilium praefatum sic ait: Si qui voluerint venire ad Ecclesiam Catholicam ex Nouatianis, placuit sancto Concilio, ut ordinentur, & sic maneant in clero. Ante omnia autem hanc habeant confessionem, quam per scripturam exigi oportet, ut fateantur se communi consensu Catholicae Ecclesiae statuta obseruatos, id est, communicatos se & his qui forte secundas nuptias experti sunt, vel his qui persecutionis tempore lapsi sunt, quibus tamen lapsis poenitentiae modus & tempus ascriptum est, ut in omnibus sequantur ea quae in Ecclesia Catholica obseruantur. Haec Concilium

Concilium Tridentinum.

Nicenum. Et Concilium Tridentinum sub Paulo tertio celebratum, sessione sexta hanc haeresim damnat. Nam in doctrina de iustificatione impij, quae in illa sessione data est, capite. 14. haec verba cotinentur. Qui vero ab accepta iustificationis gratia per peccatum exciderunt, rursus iustificari poterunt, cum excitante Deo, poenitentiae sacramentum, merito Christi, amissam gratiam recuperare procurauerint. Hic enim iustificationis modus, & lapsi reparatio, quam secundam post naufragium deperditae gratiae tabulam sancti patres apte nuncuparunt. Haec Concilium illud in doctrina de iustificatione impij. Sed ne temere contra hanc doctrinam aliquis sentire auderet, Canonem latae sententiae vigesimum nonum protulit, cuius haec sunt verba. Si quis dixerit eum, qui post baptismum lapsus est, non posse per Dei gratiam resurgere: aut posse quidem, sed sola fide, amissam iustitiam recuperare, sine sacramento poenitentiae, prout sancta Romana & vniuersalis Ecclesia à Christo Domino & eius Apostolis edocta, hucusque professus est, seruauit & edocuit, anathema sit. Haec Concilium Tridentinum. Aduersus hanc haeresim scripsit beatus Cyprianus librum unum in modum sermonis, qui inscribitur de lapsis. Beatus Ambrosius scripsit opus de poenitentia duobus partium libris: in quorum primo aduersus Nouatianum pugnat. Beatus Chrysostomus fecit alium librum, qui inscribitur de reparatione lapsi. Alios non vidi.

P O T E S T A S.

Vvalden.

DE hac re est vna haeresis, quae asserit omnem potestatem, tam laicalem quam Ecclesiasticam amitti per peccatum mortale. Huius haeresis autores fuerunt Vvaldenses, dicentes, non esse parendum illi qui mortalis culpa reus sit: quoniam talem dicunt non posse Ecclesiastica neque seculari dignitate potiri. Beatus Bernardus, qui Vvaldensibus est verustior, sermone. 66. super Cantica, hunc errorem tribuit quibusdam sui temporis haereticis, quorum nomina

A nomina non exprimit, sed solum dicit illos iactare se esse Apostolorum successores, & vitam Apostolicam gerere. Quae res ansam suspicionis mihi praebet, illos, de quibus Bernardus loquitur, esse quos vocamus Pseudapostolos: quoniam & hic error, & alij, quos ibidem Bernardus enumerat, à Pseudapostolis defenduntur. Verum huic nostrae suspicioni obstare potest, quod Gerardus Sagarellus, & Dulcinus Nouariensis, qui principes Pseudapostolorum dicuntur, multo posteriores fuerunt Bernardo. Et certe quicumque illi fuerint, eisdem prorsus rutantur errores, quos Vvaldenses. Ioannes Vvicleph post aliquot annos haec, ut caeteras Vvaldensium haereses, suscitauit. Ioannem Vvicleph imitatus est in hac parte Ioannes Hufs. Hi duo dicunt eum qui culpae mortalis est reus, non esse regem, nec comitem, nec ducem, nec papam, nec episcopum, nec aliquid huiusmodi. Et si aliquid horum dicitur, aut vocatur, asserunt aequiuoca denominatione vocari: sicut homo pictus dicitur homo, quamuis nihil verum humanum habeat. Ad hoc autem asserendum tali argumento se firmant. Omnis potestas à Domino Deo est: Deus autem dona sua non praestat hominibus peccatoribus & sceleratis, ergo homo peccati reus nullam habet potestatem. Sed haec argumentatio inanis est prorsus, & nullam vim habens, eò quod falsum assumit, cum ait Deum non concedere dona sua peccatoribus. Hoc autem esse falsum vel ex eo conuincitur, quod Dominus per Hieremiam Prophetam quibusdam barbaris gentibus loquens ait: Et nunc itaque ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor regis Babylonis serui mei. Insuper & bestias agri dedi ei, ut seruiant illi. Et seruiant ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius, donec veniat tempus terrae eius, & ipsius. Et seruiant ei gètes multae, & reges magni. Ecce Nabuchodonosor malus, & dicitur rex: nec potest dicere Vvicleph eum vocari regem aequiuocè: quoniam sicut dicitur, ita est rex.

B Nam Deus, cuius est regna donare, illi dedit regnum. Ego (inquit Deus) dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor regis. Deus ergo dat regna etiam peccatoribus, sicut & iustis: quoniam (ut est apud Iob) regnare facit Deus hominem hypocritam propter peccata populi. Ecce hypocritam regnantem Deo non solum permittente, sed faciente. At hypocritam esse malum quis dubitare poterit? Praeterea Christus loquens de obedientia praestanda superioribus, ait: Super cathedram Moysi sederunt scribae & pharisaei: quaecumque dixerint vobis, facite: secundum opera vero eorum nolite facere. Dicunt enim, & non faciunt. Ex quibus verbis apertissime conuincitur fieri posse ut super cathedram sedeant ij quos oportet non imitari, qui dicunt & non faciunt: qui alligant onera importabilia super humeros aliorum, ipsi vero nec digito ea mouere volunt. Rursum, beatus Petrus in sua prima Canonica epistola, ait: Serui subditi sint in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam dyscolis. Ecce beatus Petrus vocat dyscolos dominos, & non verentur haeretici negare hoc esse possibile, ut peccator sit, & potestatem aliquam & dominium habeat. Et ne subterfugiant ad nominis aequiuocationem, dicentes illos fuisse vocatos dominos aequiuocè, sicut homo pictus dicitur homo, praecipit ut talibus dyscolis subiecti essent. Ex quo aperte constat illos non solo nomine dici dominos, sed re, cum illis debeat obedientia & timor. Deinde aliqui fuerunt peccatores, de quibus Euangelium testatur eos tunc aliquam habuisse potestatis dignitatem. Iudas Apostolus erat, & peccator tunc erat: & si hoc Ioannes Vvicleph negare non erubescit, ipsamet veritas ore proprio illum redarguit & confundit. Sic enim ait: Nonne duodecim vos elegi? & vnus ex vobis diabolus est. Ecce peccator est Iudas, & tamen Apostolus est: quoniam à Domino electus est. Nisi forte quem Deus elegit, Vvicleph vult illum ab electione frustrari. Caiaphas etiam cum esset pontifex anni illius prophetauit. Pontifex erat, & sententiam mortis aduersus Christum dicebat. Possibile est ergo

le est ergo vt quis sit peccator, & sit papa, aut episcopus, aut rex, aut aliquid huiusmodi. Nam qui solem suum facit oriri super bonos & malos, etiam donat regna iustis & peccatoribus. Merito ergo hæc sententia damnata fuit in Concilio Constantiensi. Nam ex quadragintaquinque articulis Ioannis Vvicleph in illo Concilio sessione octaua damnatis, quartus sic ait: Si episcopus vel sacerdos est in peccato mortali, non ordinat, non conficit, non consecrat, non baptizat. Et quintusdecimus articulus illius est iste: Nullus est dominus ciuili, nullus est prælatus, nullus est episcopus, dum est in peccato mortali. Qui duo articuli simul cum alijs vna super omnes lata sententia damnati sunt. Et in eodem Concilio sessione quintadecima damnati sunt aliqui articuli Ioannis Hufs, quorum vltimus eandem habet sententiã, & eisdem verbis quibus prolatus est quintusdecimus Ioannis Vvicleph. Et Concilium Tridentinum sub Paulo tertio & Iulio tertio celebratum, hanc eandem hæresim, quatenus de sacerdotibus loquitur, damnauit. Nam sessione septima sub Paulo tertio celebrata, inter multos quos condidit Canones, decimum sub his verbis condidit: Si quis dixerit ministrum in peccato mortali existentem, modò omnia essentialia, quæ ad sacramentum conficiendum aut conferendum pertinent, seruaerit, non conficere aut conferre sacramentum, anathema sit. Et postea sessione quarta sub Iulio tertio celebrata, multos ædidi Canones, quorum decimus hæc continet verba: Si quis dixerit sacerdotes, qui in peccato mortali sunt, potestatem ligandi & soluendi non habere, anathema sit. Hæc Concilium Tridentinum. Contra hunc errorem Ioannis Vvicleph scripsit Thomas Vvalden, in suo primo tomo doctrinalis fidei antiquæ libro tertio per tria capita eiusdem libri, videlicet. 81. 82. & 83.

Matth. 5.

Concilium Constanti.

Concilium Tridentin.

PRÆCEPTUM.

PAima hæresis est, quæ docet nullum esse in tota lege Euangelica præceptum. Huius hæresis inuentor est Lutherus, qui ad hunc solum finem totam suam doctrinam dirigere videtur, vt homines ab omni via veritatis auertat, & ad quæuis vitia pertrahat. Lutherum secutus est in hac parte Philippus Melancthon in locis communibus. Verba Lutheri in præfatione noui Testamenti hæc sunt. Non est aliquod in Euangelio præceptum à Deo. In sermone de Moysse hæc ait. Decem præcepta ad nos non pertinent, sed ad solos Iudæos. Et in eodem sermone iterum ait. Ex textu clarè habemus quòd etiam decem præcepta ad nos non pertinent. Non enim nos, sed solos Iudæos ex Aegypto eduxit Dominus. Hæc Lutherus, qui in libello de libertate Christiana ita extollit fidem, vt per illam solam dicat totã legem impleri, & fideles ab alijs legis præceptis liberari. Quum primò hæc omnia verba Lutheri legi, non potui non mirari, quòd homo, qui se Christianum profitetur, tam perfiditæ frontis fuerit, vt non dubitauerit tam temerariam, & tam aperte contrariam Euangelio sententiam asserere, & per scripturas publicas populo vendicare. Sed quia Lutherus non Dei gloriam in sua doctrina, sed solum populi applausum & fauorem quæsiuit, ea semper docere curauit, quæ populo magis grata fore intellexit. Et certè hæc potissima fuit causa propter quam breui temporis spacio, tanta hominum multitudo ad Lutheri doctrinam defecerit. Nam maior populi pars illa semper magis laudat, quæ sunt carni amica: & hæc Lutherus docere curauit. Contigit enim Luthero, quod olim Epicuro: qui, vt Lactantius refert, plures habuit sectatores, quam omnes reliqui Philosophi: quia delicias carnis docebat, quas cæteri philosophi auersabantur. Contra hanc pestilentissimam hæresim pugnat ferè totum Euangelium. Non veni soluere

Zuherus.

Philippus Melancthon.

Matth. 5.

Ani soluere legem, inquit Christus Saluator noster, sed adimple re. Adimpleuit autem legem veterem, quum illi addidit præcepta, quæ non erant in illa, vt illis additis fieret integra & perfecta lex. Quod autem hoc modo adimpleuerit, docet Hieronymus, qui in commentarijs super Matthæum prædicta Christi verba interpretans, hæc ait. Siue quòd de se per alios prophetas adimpleuerit: siue quòd ea quæ antè propter infirmitatem audientium rudia & imperfecta fuerant, sua prædicatione compleuerit, iam tollens, & vicem rationis excludens, & occultam in mente concupiscentiam. Hæc Hieronymus. Eodem modo interpretatur illa verba Chrysostronus Homilia sextadecima super Matthæum, hæc inquit: Quis enim id fuerat suspicatus? quisve studio istud obiecerat, vt contra necessariò videatur occurrere? Neque enim ex dictis eius istiusmodi suspicio nascebatur. Nam iubens esse mites, modestos, ac misericordes; & mundo corde, & pro iustitia decertare, nihil vtiq; tale monstrabat: sed totum huiusmodi quod huic potius suspicationi esset aduersum. Cur igitur hoc dixit? Non ociose omnino, nec vacuè: sed quia veteribus præceptis multò erat maiora positurus, dicens: Audistis quia dictum est antiquis, non occides: ego autem dico vobis, etiam ab iracundia temperare, & diuina quadam conuersatione atque cœlesti, iter celebrare viuendi. Hæc Chrysostronus. Qui post multa alia in eadem Homilia, interpretans illa verba Christi, Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, &c. hæc ait: Qua igitur gratia vocauit minima mandata, cum tam magna certè sint atque sublimia? Quia enim conditurus erat ipse legem: sicut semetipsum humiliat, interdum & mediocria de seipso loquitur: ita nunc etiam de præceptis suis: nos scilicet per hæc quoque docens mediocritatem vbique seruare. Hæc Chrysostronus. Ex quibus aperte conuincitur Christum præcepta dedisse in Euangelio, & legem statuisse nouam, vt non solum Redemptor, sed etiã legislator merito dici debeat. Consentit Chrysostronus & Hieronymo in declaratione prædictorum Christi verborum Tertullianus, qui libro quarto cõtra Martionem, hæc ait: Rescidi- dit ne Christus præcepta non occidendi, non adulterandi, non falsum testandi, diligendi patrem & matrem? Antè & illa seruauit, & quæ deperant, adiecit. Saluum est & hoc in Euangelio. Non veni dissoluere legem & prophetas, sed potius adimplere. Hæc Tertullianus. Præterea, Christus Apostolos suos alloquens, dixit: Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea: sicut & ego præcepta patris mei seruauit, & maneo in eius dilectione. Ex quibus verbis constat, Christum aliqua præcepta Apostolis suis dedisse: constat etiam non solum peccatores, sed etiam iustos diuinis præceptis esse subiectos. Nam Apostoli, quum hæc illis Christus dixit, iusti erant, & Christi testimonio probati, qui dixit illis: Iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Illud etiam est manifestum ad conuincendum Lutheri errorem, quod Christus Apostolis suis alibi dixit: Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti: docentes eos seruare omnia quæcunq; mandauit vobis. Ex quibus verbis apertissimè conuincitur Christum præcepta dedisse, qui mandat Apostolis, vt doceant omnes gentes seruare illa. Dicens, omnes gentes, neminem excludit, siue iustum, siue peccatorem: vt hac ratione ostenderet neminem esse liberum ab obedientia mandatorum Dei. Vt autem Lutherus intelligat ex illis Christi verbis euidenter colligi, Christum præcepta dedisse. Audiatur quid Hieronymus super Matthæum prædicta verba interpretans dicat. Ordo præcipuus, inquit ille, iussit Apostolis, primum docerent vniuersas gentes, deinde fidei iniungerent sacramento, & post fidem ac baptismum, quæ essent obseruanda præciperent. Ac ne putemus leuia esse quæ iussa sunt & pauca, addidit: Omnia quæcunq; mandauit vobis. Vt qui cunq; crediderint, qui in trinitate fuerint baptizati, omnia faciant quæ præ-

Hieron.

Chrysostr.

Tertullian.

Ioan. 15.

Ibidem.

Matth. 28.

Hieron.

QQQ

cepta sunt. Hęc Hieron. Ecce Lutheri, vide quomodo ex sententia Saluatoris post fidem Euāgelij susceptā tenemur ad aliqua p̄cepta seruanda. Sed descēdamus ad particularia Euangelica legis p̄cepta, quoniā ex illis particularibus multō clariūs veritas elucescet, quā ex vniuersalibus aut indefinitis elocutionibus. Fidem Christi esse p̄ceptam in Euangelio, apertē constat ex illis Christi verbis, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verō nō crediderit, condemnabitur. Si damnatur qui non credit, consequens est manifestum, vt omnibus sub p̄na peccati mortalis p̄ceptum sit credere: quoniam nullus nisi pro peccato mortali damnatur. Lutherus ipse fatetur fidem esse sic necessariam, vt nihil dicat esse peccatum, nisi solā infidelitatem: Et propterea non possum intelligere quomodo ille sibi constare possit dicens, nullū est p̄ceptum in Euangelio: quoniā si fides est necessaria, consequens est vt sit p̄ceptum. Eodem modo conuincitur p̄ceptum esse datum de baptismo, quia necessitatem illius ad salutem expressit Christus, dicens: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei. Necessitas autem illa ad salutem, apertē indicat p̄ceptum: quoniam nullus à regno Dei excluditur, nisi propter transgressionem alicuius p̄cepti. Nam seruanti omnia p̄cepta Christus promisit vitam eternam. Et hinc euidenter colligitur, baptismū esse sub p̄cepto, quoniam aliās posset homo sine illo saluari, si reliqua omnia p̄cepta seruasset: Quia Christus dixit, Si vis ad vitā ingredi, serua mandata. Igitur homo adultus ante baptismū iustificatus, posset sine baptismo & sine illius desiderio saluari, si baptismus non esset in p̄cepto. Est igitur baptismus in p̄cepto ijs, quibus est idonee p̄dicatus, ita vt qui post sufficiētē illius p̄dicationē baptizari nolunt, quum possint, non solū ob alia peccata damnantur, sed etiā propter neglectū baptismū. Pœnitentiā esse in p̄cepto, probatur non solū ex illis Christi verbis, Agite pœnitentiā, & appropinquabit regnum cœlorū: sed multō apertius ex istis euāgelicis Saluatoris verbis: Nisi pœnitentiā egeritis, omnes simul peribitis. Nā illa comminatio inferni apertū est indicium p̄cepti diuini obligantis ad mortē. Neq; alijs verbis apertius potest vis p̄cepti declarari, q̄ per talis pœnæ cōminationem. Apertē etiā indicat p̄ceptū pœnitentiæ illa grauis & frequens reprehensio Dei, qua peccatores non solū propter alia peccata, sed etiā propter impœnitentiā percutit. Nam per Hieremiā prophetam filios Israël arguens, ostendit se magis offensum & exasperatū propter impœnitentiā & obstinationē, q̄ propter alia grauissima illorū scelera. Frons mulieris meretricis, inquit Deus, facta est tibi, noluisti erubescere. Et post pauca iterū ait: Quomodo si cōtemnat mulier amatorē suum, sic contempsit me domus Israël. Quibus verbis Deus impœnitentiā ipsam apertē vocat contemptū. Et ipsemet propheta hanc illorū obstinationē accusat dicens: Percussisti eos, & non doluerunt: attriuisisti eos, & renuerunt accipere disciplinam. Indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti. Eodem modo accusat eos propheta Ezechiel, capite. 3. Et sapientia diuina indignata de peccatorum impœnitentiā ait illis: Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo, quum vobis id quod timebatis aduenerit. Nunquā tam asperē loqueretur sapientia diuina, nisi illa propter peccatorum impœnitentiā esset grauiter exasperata. Sed his omnibus multō apertius indicat p̄ceptum pœnitentiæ, quōd pœnitentia nimium procrastinata auget pœnam vltra eam quæ propter alia peccata esset exigenda. Et hoc ipsum indicauit Paulus, quum peccatorem alloquens dixit: Secundū autem duritiam tuam & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei. Theaurizare dixit, pro eo quod est, pœnas pœnis addere: quemadmodum ij qui thesaurizant, diuitias diuitijs iungunt & accumulunt. Est ergo p̄ceptum de pœnitentiā, sed si quæras

A si quæras in quo p̄cepto decalogi illud contineatur, responderi potest, quōd in p̄cepto dilectionis Dei: quia ad veram amicitiam spectat, non offendere amicum, & post offensam commissam dolere propter illam. Et iuxta hanc sententiam dicere etiam oportebit, omne peccatum esse contra p̄ceptum de dilectione Dei: sicut è contrario, omne p̄ceptum (vt Paulus docet) continetur in p̄cepto de dilectione Dei: Potest aliter, & fortē meliūs responderi, quōd p̄ceptum pœnitentiæ non est vnum, sed multiplex: quia cuiuscunq; peccati pœnitentia continetur in illo eodem p̄cepto, contra quod fuit peccatum commissum. Nam sicut per quodlibet p̄ceptum prohibetur peccatum, ita etiam perseuerantia in illo, & inde colligitur p̄ceptum de pœnitentiā: quia non potest ab illo sine pœnitentiā discedere. Verū hęc omnia, quæ de pœnitentiā diximus, solū probant de pœnitentiā, quæ virtus est, quōd illa sit in p̄cepto. De pœnitentiā autem sacramentali quōd sit à Deo p̄cepta, iam supra probatum est, in titulo de confessione, & in titulo de pœnitentiā. Rursum Lutherum negantem esse aliquod p̄ceptum in Euangelio, suo proprio gladio faciliē iugulare possumus. Nam ille omnes viros Catholicos Romano Pontifici obediētes, quos ille Papistas vocat, hac ratione illos accusat, quōd Eucharistiam laici non recipiunt sub vtraque specie, neq; sacerdotes illis sub vtraque specie tradunt. Dicit enim ille, vt in titulo de Eucharistia pleniūs retulimus, Christum p̄cepisse nobis Eucharistiam sub vtraque specie sumere. Si hoc Christus p̄cepit, quomodo verum esse potest, quod nunc ait, nullum esse p̄ceptum datum à Christo in Euāgelio? Deinde, Si nullum est p̄ceptum in Euāgelio, ergo nullum est peccatum in eis qui sub Euāgelio viuunt. Nam Paulus docet non esse p̄uaricationem, vbi non est lex. Si non est p̄uaricatio, ergo nec peccatum: quia propheta regius censet, omnes peccatores esse p̄uaricantes. Hęc est ergo libertas Euangelica, quam p̄dicat Lutherus, vt hominibus liceat, quicquid libuerit, citra peccatum agere. Præter hęc peculiaria Euangelij p̄cepta, oportet me probare illa decalogi p̄cepta etiam pertinere ad Christianos, sicut ad Iudæos: quod certē non magnum negotiū nobis faceffer. Nam p̄cepta illa sunt de lege naturæ, & omnia, præter tria primæ tabulæ p̄cepta, deducuntur ex illis duobus primis naturalis rationis notissimis principijs. Quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, hæc & facite illis. Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. At cū Christus in Euāgelio confirmauerit hæc duo legis naturæ principia, conuincitur inde etiam confirmasse omnia decalogi p̄cepta, quæ illis duobus necessariō deriuantur. Apertius autem aliqua decalogi p̄cepta confirmauit, in præclaro illo sermone quem habuit in monte, de homicidio, adulterio, & periurio differens, vbi strictius illa seruari iussit quā fuerant olim à Iudæis obseruata, tantum abest vt homines sub Euāgelio viuētes, ab illorum obseruatione liberos esse voluerit. Præterea, Adolescenti interroganti quid faceret, vt vitam æternam assequeretur, respondit illi Christus: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et cū vltra interrogasset adolescens, quæ essent illa mandata, respondit iterum illi: Non homicidium facies, Non adulterabis, Non furtum facies, Non falsum testimonium dices, Honora patrem tuum & matrem. Hęc autem omnia mandata, vt notissimum est, cū ad decalogum pertineant, nescio qua fronte aut temeritate ausus est dicere Lutherus, decem p̄cepta non pertinere ad Christianos, sed ad Iudæos. Rursum, si illa decem legis p̄cepta ided ad solos Iudæos spectare credendum est, quia illos solos Deus eduxit ex Aegypto, eadem ratione dicere oportet, illa iam ad nullos homines pertinere, quia neque Sarracenos, neque Paganos eduxit ex Aegypto. Iudæos autem non magis obligant quā Christianos: quia lex Moisaica post mortem Christi profus reuocata, quo ad cæ-

remonas, & iudicia. Moralia verò præcepta, vt sunt omnia quæ ad decalogum pertinent, non data sunt illis solis, neque solum post exitum ab Aegypto, sed simul cum ipsa hominis creatione scripta sunt, vt Paulus docet, in cordibus hominum. Nam si tantum post exitum ab Aegypto data essent hominibus, consequens esset, vt ante illud tempus homines illa transgredientes non peccassent. Sequeretur etiam nullus hominès præter Iudæos vnquam peccasse propter transgressionem cuiuscunque præcepti ex decalogo, quia lex quæ per Moysen & non antè data fuerat, solos Iudæos obligabat. Denique hæc pestilentissima Lutheri assertio damnata est in Concilio Tridentino, sessione sexta, sub Paulo tertio celebrata. Nam in doctrina de iustificatione impij, quæ in illa sessione fuit data, capite vndecimo hæc habentur verba. Nemo autem quantumuis iustificatus, liberum se esse ab obseruatione mandatorum putare debet. Et post datam totam doctrinam de iustificatione, adiecti sunt multi canones latam sententiam contra temerarios detractores continentes, quorum decimus nonus hæc continet verba. Si quis dixerit, nihil præceptum esse in Euangelio præter fidem, cætera esse indifferentia, neque præcepta neque prohibita, sed libera: aut decem præcepta nihil pertinere ad Christianos, anathema sit. Proximus Canon post istum, sequentibus verbis describitur: Si quis hominem iustificatum, & quantumlibet perfectum, dixerit non teneri ad obseruationem mandatorum Dei & Ecclesiæ, sed tantum ad credendum: quasi verò Euangelium sit nuda & absoluta promissio vitæ æternæ, sine conditione obseruationis mandatorum, anathema sit. Hæc Concilium Tridentinum. Sed oportet vt Lutheri argumentis, aut potiùs cauillosis strophis respondeamus. Obijcit enim nobis Paulum dicentem: *C H R I S T V S* nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Et iterum. In libertatem vocati estis fratres. Verùm hæc omnia, & plurima alia his similia, de illa sola libertate loquuntur, qua liberavit nos Deus à seruitute legis Mosaicæ, vt iam post mortem non sumus obligati ad seruandum caeremonias & iudicia legis Mosaicæ. Et quòd iste sit verus & Germanus illorum verborum sensus, conuincitur aperte ex statu epistolæ ad Galatas, ex qua prædicta testimonia desumpta sunt. Nam in illa tota epistola hoc agit Paulus, vt doceat Galatas, caeremonias & iudicia veteris legis post mortem *C H R I S T I* cessasse, & nullam iam virtutem habere: cuius contrarium putabant Galatæ seducti ab aliquibus Pseudapostolis, qui docuerant eos, legem Moyfi simulcum Euangelio esse seruandam. Ipsam ergo legem, quatenus iudicia & caeremonias continebat, appellauit iugum seruitutis, & maledictum: sicut aliàs Apostoli congregati appellarunt eam onus graue, quod patres nostri portare non potuerunt. Verùm ne quis hanc libertatem malè intelligens, putaret quemadmodum Lutherus, per eam esse liberum ab obedientia reliquorum mandatorum, quæ ad solos bonos mores spectant, dixit ibidem Paulus: Vos enim in libertatem vocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem spiritus seruite inuicem. Quæ verba interpretans Hieronymus in commentarijs super epistolam ad Galatas, hæc ait: Dicat quispiam, Si cessauit o Paule esse sub lege, & de seruitute in libertate vocatus sum: ergo deo ita viuere, vt conuenit libertati, nec aliquibus præceptis teneri, sed quodcuq; placuerit & voluptas suggesterit, hoc facere, implere, sectari. Ad quod respondit Apostolus: Vocatos quidem nos esse in spiritus libertatem: sed ita, vt libertas ipsa carni non seruiat. Nec putemus, quia nobis omnia licent, omnia expedire: quin potiùs, quia serui legis esse cessauimus, facti liberi, magis per charitatem nobis inuicem seruiamus, vt lacinosæ legis præcepta, vno dilectionis capitulo concludantur. Hæc Hieronymus. Eodem modo intelli-

A intelligendum est etiam illud ex posteriore ad Corinthios epistola, Vbi spiritus Domini, ibi libertas. Nam ante hæc verba dixerat Apostolus: Litera occidit, spiritus est qui viuificat. Quibus verbis docuit, non esse in scriptura veteris Testamenti literalem sensum iam suscipiendum in obseruatione legis, sed sensum spirituale. Quem sensum Iudæi non attingunt, quia habent velamen positum super oculos suos, & carent spiritu Domini. Vbi enim spiritus Domini, ibi libertas. Quia vbi est spiritus Dei, ibi iam non erit velamen super oculos mentis, sed remoto velamine intelliget se per merita Christi esse iam liberatum à seruitute legis Mosaicæ. Potest etiam aliter intelligi, vt sit libertas à seruitute peccati, vbi est spiritus Domini. De qua libertate & seruitute illi opposita dixit *C H R I S T V S*: Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo in æternum, filius manet in æternum. Si ergo vos filius liberauerit, verè liberi eritis. Post sunt adhuc verba illa Pauli, vt Anselmus ait, intelligi de libertate in executione mandatorum Dei, ita vt is qui spiritum Domini habet, non timore pœnæ coactus, sed amore Dei ductus, spontè iustitiam operetur. Et iuxta hunc sensum dicit idem Anselmus intelligendum esse quod alibi Paulus ait: Iusto non est lex posita. Sic enim illum Pauli locum interpretatur: De duritia literæ veteris Testamenti dicit Apostolus, legem non esse iusto positam, sed iniusto. Qui enim spontè facit ea quæ lex moraliter iubet vel ampliùs, cur ei necessitas legis imponeretur? Libertate enim fecit, non necessitate quod facit. Hæc Anselmus. Eidem interpretationi fauet Theophylactus in commentarijs super Paulum, vbi prædicta verba interpretans ait: Iustum hic intellige, qui virtutem perfecit, qui non metu legis, sed propter ipsam honestatem & malitiam odit, & virtutem complectitur, ac maiora quàm lex potestulet transigit, non dignatus eam institutricem habere, quæ sibi flagra admoueat, sed virilem virtutem spirans, puerilia transcendit, perinde ac medicus vulnera habenti aut ægrotanti paratus est, non valenti probè: ac frenum inordinatè se gerenti equo, non parenti vel obtemperanti heniocho necessarium est. Hæc Theophylactus. Ecce quàm parum hæc Pauli testimonia suffragantur Luthero, cum tamen ipse illorum robore de nobis se triumphare inaniter iactet. Neque verisimile erat Paulum pro hac tam horrenda ac pestilente Lutheri doctrina testimonium vnquam dedisse, qui aliàs sæpè adulteros, homicidas, periuros, fornicarios, fures, reliquos omnes mandatorum decalogi transgressores excludit à regno Dei, & dignos illos morte esse censet. Non est opus aduersus hanc hæresim ampliùs disputare, quoniam adeò est temeraria, vt vix sit credibile hominem, qui sacras literas legit, in tantam dementia incidisse. Sed quum considero quantum superbia & delitiæ carnis valeant excæcare hominis intellectum, non miror quòd Lutherus, in quo hæc duo vitia regnabant, in tot tamque horrendos lapsus fuerit errores.

Secunda hæresis est, quæ asserit nullum esse prorsus discrimen inter præceptum & consilium: neque aliquod esse in Euangelio consilium, sed omnia quæ nobis commendantur, esse præcepta. Hunc errorem docent concorditer omnes Lutherani: nescio tamen an illum acceperint à Lutero eorum antesignano: quoniam ego in operibus Lutheri, quæ legere potui, non inueni, neque illum de hac re ab aliquo notatum reperi. Primus, apud quem hunc errorem legi, est Philippus Melancthon, qui in libro suo de locis communibus Theologiæ, in titulo de discrimine præceptorum & consiliorum, hæc ait: Quidam finxerunt in Euangelio consilia esse de non vindicando, de paupertate, de virginitate. Et quidem putant in Euangelio doceri hoc sine, quòd hæc opera magis mereantur reconciliationem, aut salutem

quàm alia opera. Deinde fingunt hæc opera perfectionem esse. Sed hæc sunt plena errorum & superstitionum. Vna est lex Dei, quæ nihil nisi præcepta continet. Hæc Philippus Melancthon. Ex quibus verbis, & ex illis quæ in præcedenti hæresi illum docuisse diximus, aperte colliget lector illum secum pugnare. Nam in præcedenti hæresi notatus est, quod dixerit nullum esse in Euangelio præceptum. Nunc verò ait, nullum esse in Euangelio consilium, sed omnia esse præcepta: Illam tamen priorem assercionem, qua negavit homines post datum Euangelium teneri ad aliquod præceptum, dixit in libro de locis communibus, quum ætate iuuenili ardens delirare cœpit: sed postea errore intelligens, emendavit illum in eodem libro, & in Apologia confessionis Augustinæ: & incidit in hunc de quo nunc disputamus, quo dicit nullum esse in Euangelio consilium, sed omnia esse præcepta. Fecit itaque Philippus iste iuxta illam Horatij sententiam. Dum vitant stulti vitium: in contraria currunt. Post istum Philippum hanc eandem hæresim docet quidam Ioannes Spangebergus ex Lutheranorum familia, qui in sua Margarita Theologica, in titulo de consilijs eadem ferè verba scripsit quæ ex Philippo Melancthone supra citauimus, & in tota illa sua Margarita ferè nihil aliud scripsit, nisi quod à locis communibus Philippi Melancthonis furatus est. Post istos legi Ioannem Caluinum in illo suo opere de institutione religionis Christianæ, in cuius capite quarto, distincto decimo septimo, reprehendens monachos propterea quod dicunt se vouere consilia Evangelica, hæc quæ sequuntur ait. Age, calumniam esse dicunt, quod antea tradidi, non esse contentos præscripta à Deo regula. Atqui, etiam si taceam, ipsi plus satis se accusant. Apertè enim docent se plus oneris suscipere, quàm suis CHRIS TVS imposuerit. Quoniam scilicet Evangelica consilia, de diligendis inimicis, de non appetenda vindicta, de non iurando, & cætera, se seruatuos promittant, quibus non sunt communiter astricti Christiani. In eo quam nobis antiquitatem ostendunt? Nulli vnquam veterum hoc venit in mentem. Omnes vna voce clamant, nullam penitus voculam à Christo emissam, cui non sit necessariò obtemperandum. Et hæc ipsa nominatim, quæ isti boni interpretes, Christum duntaxat consuluisse nungantur, iussa esse nulla dubitatione vbique doceat. Hæc Caluinus. In quibus tot inserit & accumulatur mendacia, vt vix vnã veritatem reperias. Illud enim inter cætera imprimis falsum est, & mera calumnia, quod dicit monachos censere, consilium esse & non præceptum à Deo datum de diligendis inimicis, & de non appetenda vindicta. Nullus enim monachus hætenus, quod sciam, scripsit dilectionem inimicorum esse tantum in consilio datam: sed omnes quos legi, fatentur illam esse in præcepto. Appetitum vindictæ nos omnes damnamus, & dicimus illum esse diuino præcepto prohiberetur, quamuis iniuriæ aut damni reparationem, quæ aliquando solet appellari vindicta, coram iudice petere non prohibuerit, sed tantum dederit consilium ne illa petatur. Et non fuit contentus Caluinus hanc calumniam omnibus monachis inferre, sed omnibus etiam Theologis scholasticis per eandem calumniam detrahere curauit. Nam in capite tertio, vbi de lege diuina differit dist. 86. hæc ait. Quapropter pestilentissima vel ignorantia, vel malitia fuit, quod scholastici ex præceptis de non appetenda vindicta, de diligendis inimicis, quæ & omnibus Iudæis tradita fuerunt, & tum omnibus in commune Christianis tradebantur, consilia fecerunt, quibus parere vel non parere liberum esset. Eorum autem necessariam obedientiam ad monachos relegarunt, qui vel hoc vno simplicibus Christianis essent iustiores, quod vltro se seruandis consilijs obstringerent. Hæc Caluinus. Nullum hætenus scholasticum Theologum vidi, etiam si plurimos in hac parte legerim, qui neget dilectionem

A ctionem inimici esse nobis in præcepto à Christo mandatam: sed omnes vno ore fatentur, Deum de illa præceptum saepe dedisse. Debuisset ergo Caluinus vel vnum scholasticum Theologum nominare, qui de dilectione inimicorū, & de vindicta non appetenda ita, vt ille asserit, docuisset. Mentitur etiam Caluinus, dicens ad monachos solos obedientiam istarum duarum rerum relegatam. Quoniam et si in omni monachatu fiat aliquorum consiliorum votum, vt puta de paupertate & de castitate, nullum tamen, quod sciam, est monachatus institutum, in quo votum fiat Deo de diligendis inimicis, & de vindicta non appetenda. Quapropter ego non possum non mirari tantam hominis impudentiam, vt non vereatur tot tamque aperta mendacia & tam perniciofa in publicum effundere, quod non aliud quàm ex inuidia monachatus euenisse credo. Sed multò aperiùs adhuc mentitur, quum ait, omnes veteres vna voce clamasse, nullam penitus voculam à Christo emissam, cui non sit necessariò obtemperandum. Cur ò Calvine, ad confirmationem huius tuæ sententiæ non citasti vnum atque alterum ex veteribus, qui pro illa testimoniū redderet? Sed nullus fuit ex illis veteribus ab Ecclesia probatis, qui tuo mēdacio fauere voluit, ne tui similis esset. Ego verò Deo fauente illorum testimonia infra citabo, vt illorū testimonijs, quos tibi patrocinari mendacissimè iactasti, te de mēdacio aperte conuincam. Prius tamen sacræ scripturæ testimonijs contra hos omnes hæreticos agere oportebit. Sed anteq̄ ad disputationē accedamus, ne de sola vocis significatione cōtendamus, statuere oportet, quid nomine præcepti, aut consilij intelligamus. Præceptum aliquando, etiã apud probatos auctores, sumitur pro doctrina: & descendit ab hoc verbo, præcipio, quod sæpe ponitur pro, docere: & ab eo deriuatur hoc nomē præceptor, quod significat magistrum, siue doctorem. Sed in hac significatione non capimus hanc vocem in hac disputatione, in quã contendimus præcepta & cōsilia differre. Nã si iuxta hanc significationem vtimur voce præcepti, nos etiam fatebimur consilia esse præcepta: quia etiam consilia nos docuit Christus, perinde ac præcepta. Mandatum etiam aliquando dicitur quicquid alicui quouis modo commendatū est, etiam si nõ cogatur ad illud faciendum. Et iuxta hanc significationē etiam consilia dicuntur mandata: quia consilia etiam nobis commendauit Christus adhortans, sed non obligans nos ad illa, & ideo non vtimur impræsentiarum iuxta hanc significationem voce mandati. Præceptum ergo siue mandatum de quo nunc cōtendimus, est lex siue regula quæ obligat eos quibus datur, ad aliquid agendum vel omittendum: cui legi aut præcepto qui non obedierit, damnationis æternæ sententiam à iusto iudice audiet. Consilium autem est adhortatio quædam ad bonum. Cuius obedientia laudabilis est, transgressio verò inculpabilis. Et has vocum significationes proprias & Germanas colligo ex Hieronymo, qui etsi aliquando nomine præcepti & mandati vtitur iuxta primam & peregrinam harum vocum significationem, tamen in libro primo contra Iovinianum, vbi rem ex professo tractabat, aperte distinguit inter præceptum & consilium, sic dicens. Quod præcipitur, imperatur: quod imperatur, necesse est fieri. Quod necesse est fieri, nisi fiat, pœnam habet. Frustra enim iubetur, quod in arbitrio eius ponitur, cui iussum est. Et paucis interpositis subiungit. Vbi consilium datur, offerentis arbitrium est: vbi præceptum, necessitas est seruientis. Hæc Hieronymus. Hac verborum significatione vtentes, inquiramus an aliqua sint in Euangelio huiusmodi consilia à præceptis distincta. Differentiam consiliorum à præceptis docuit Christus magister noster per ea omnia quæ cuidam adolescenti illum interroganti respondit. Nam quum ille interrogaret, quid faciendo vitam æternam possideret, respondit illi Christus Saluator noster: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Quum autem dixisset adolescens, se omnia mandata seruasse à iuuentute sua, dixit illi Christi

itus saluator noster: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quae habes, & da
 pauperibus, & habebis thesaurum in caelo, & veni, sequere me. In quibus ver-
 bis id adnotare oportet, quod aliud dixit esse necessarium ad assequendū vi-
 tam eternam, & aliud ad perfectionem obtinendam. Non enim omnes qui vi-
 tam eternam ingrediuntur, vt Iouinianus dixit, sunt aequales in gloria. Nam
 sicut alia est claritas solis, alia lunae, alia stellarum: ita etiam varius est splendor
 gloriae in animabus beatorum. Fuerunt enim quidam solum incipientes ingre-
 di viam virtutis: Alij qui paulo post progressi sunt: Alij qui adeo in virtutibus
 profecerunt, vt in nulla re, praesertim graui, Deum vnquam offenderint, & in
 paruis raro. Qui non offendit in verbo, inquit Iacobus, hic perfectus est vir.
 Cum autem nullus perpetuo excludatur à vita aeterna propter solā vniuersi
 verbi ociosi offensionem, conuincitur aliquos esse dignos vita aeterna, qui tamē
 quum hinc viuerent, non fuerint perfecti. Ad assequendum vitam aeternam so-
 lum dixit esse necessarium seruare mandata, inter quae nō connumerauit pro-
 priae possessionis abdicationem. Ad solum statum perfectionis acquirendum,
 dixit, vt venderet quae habebat, & sequeretur illum. At nullus obligatur per-
 fectionem obtinere, vt per illam posset ingredi vitam aeternam: nullus ergo
 obligatur propria bona vendere & pauperibus dare, ad consequendum vitam
 aeternam. Et inde conuincitur talium bonorum abdicationem non esse praec-
 eptam, sed solum in consilio datam: quia non ostenditur à Christo tanquam
 necessaria ad vitam, sed tanquam gradus ad perfectionem. Et huic sententiae
 aperte fauet Chrysostomus Homilia. 64. super Matthaeum, vbi praedicta verba
 saluatoris, quibus adolefcentem ad perfectionem hortatur, interpretans, haec
 ait: Pespice quot brauia, quot coronas huic stadio proponit: si autem ille ten-
 tasset, haec ei non dicerentur: nunc verò & haec illi manifestantur, & vt allicea-
 tur, ingentem ei mercedem futuram ostendit, & voluntati eius vniuersa relin-
 quit. Ita his omnibus, ne onerosa videretur ad motio, facere studebat, ac ideo
 antequam certaminis laborem ostenderet, brauium praec oculis posuit, dicens:
 Si vis perfectus esse: deinde inferens, Vende omnia quae habes, & da pau-
 peribus: & rursus iterum praemia inculcat, Et habebis thesaurum in caelo,
 & veni, & sequere me. Non enim parua retributio est diligenter Dominum
 sequi. Et habebis, inquit, thesaurum in caelis. Nam quoniam magna illi
 cura de pecunijs erat, quandoquidem cunctis denudari rebus consulebat, vt
 ostendat non amissurum bona sua, sed tantò plura maioraque inuenturum,
 quantum terra caelum praestabilius est, retributionis praestantiam thesaurum
 appellauit. Haec Chrysostomus. In quibus verbis aperte satis docet illa Chri-
 sti verba esse consilium, & admonitionem. Hieronymus etiam eidem sen-
 tentiae fauet, qui in commentarijs super Matthaeum eadem verba interpre-
 tans haec ait: In potestate est vtrum velimus esse perfecti: tamen quicunque
 perfectus esse voluerit, debet vendere quae habet, & non ex parte vendere,
 sicut Ananias fecit & Saphira, sed totum vendere, & cum vendiderit omne
 dare pauperibus, & sic sibi praeparare thesaurum in regno caelorum. Haec Hie-
 ronimus. Ex cuius verbis constat perfectionem illam, ad cuius consecutio-
 nem CHRISTVS exigit propriae possessionis abdicationem, non esse praec-
 eptam, sed in nostra sita potestate, nostro arbitrio relictam. Et certe hoc
 idem docuit Petrus, quum reprehendens Ananiam propterea quòd partem
 precij possessionis venditae sibi retinuerant, dixit illi. Nonne manens tibi
 manebat, & venundatum in tua erat potestate? In sua potestate esse dixit,
 quia non fuerunt praeccepto aliquo constricti ad vendendum, sed in liberta-
 te illorum fuit vendere, & post venundarum agrum, liberum erat illi da-
 re vel non dare precium agri venditi. Ex quibus Petri verbis conuincit-
 tur falsam esse, & à litera omnino alienam illam interpretationem, quam
 Ioannes

A Ioannes Vvicleph, & post illum Lutherani omnes reddunt prae fati illis ver-
 bis CHRISTI. Dicunt enim CHRISTVM illic de illa sola bonorum ren-
 nunciatione faisse locutum, quae ad veram fidei confessionem emrgente perfe-
 ctione est necessaria: & hanc dicunt esse in praeccepto. Sed haec interpreta-
 tio aperte repugnat verbis CHRISTI: quia haec bonorum abdicatione vrgente
 fidei confessione, non solum est necessaria ad perfectionem, sed etiam ad
 ingressum vitae aeternae. Christus autem non est locutus, vt ipse litera pro-
 cessus ostendit, de abdicatione bonorum necessaria ad ingressum vitae aeter-
 nae: sed de abdicatione qua itur ad perfectionem, quae vt Hieronymus dixit,
 nostrò relinquitur arbitrio. Deinde, illi qui bona sua omnia vendebant, &
 precium illorum afferre baptis pedes Apostolorum, iuxta hanc Christi doctri-
 nam faciebant: nec tamen ad hoc faciendum monegebant illos tyranni alicuius
 persecutio: neque Ananias à beato Petro punitus est morte, quia vrgente
 tyranni persecutione noluerit à se abdicare rerum omnium proprietatem:
 sed quia eligens perfectionem, quam CHRISTVS in Evangelio docuerat,
 non iuxta illam, quam elegerat perfectionem, fecit: sed aliquid sibi de pre-
 cio agri venditi seruauit. Est aliquid non paruum pro confirmatione consilio-
 rum, CHRISTI Redemptoris nostri testimonium. Nam cum discipuli au-
 dissent à CHRISTO non licere viro dimittere vxorem, nisi ob fornicatio-
 nem, dixerunt illi: Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere.
 Quibus CHRISTVS respondit: Non omnes capiunt verbum istud, Mat. 19.
 sed quibus datum est. Sunt enim Eunuchi, qui de matris vtero sic nati sunt:
 & sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: & sunt Eunuchi, qui seiplos ca-
 strauerunt propter regnum caelorum. Qui potest capere, capiat. In quibus
 verbis tres eunuchorum species CHRISTVS expressit: ex quibus duo pri-
 mi necessitate coacti seruant corporis castitatem: quia essi vellent, non pos-
 sent aliter facere. Tertij verò sunt qui seiplos castrauerunt propter regnum
 caelorum: & hi sponte sua castitatem seruant, & istis promittitur praemium
 regni caelorum. Sed quia haec res nimium difficilis erat, noluit de illa praec-
 eptum dare: sed solum adhortatus est, dicens: Qui potest capere, capiat: &
 haec admonitio, vt apertissimum est, non praeccepti vim habet, sed solum con-
 silium indicat. Vnde Hieronymus in commentarijs super Matthaeum haec Sal-
 uatoris verba declarans ait: Quasi hortantis vox Domini est, & milites suos
 ad pudicitiae praemium concitantis. Qui potest capere, capiat: qui potest pu-
 gnare, pugnet, superet, ac triumphet. Haec Hieronymus: qui dicens esse
 vocem hortantis, aperte docet esse consilium, non praecceptum. Sed multò
 apertius hanc sententiam docet Chrysostomus Homilia sexagesimatercia su-
 per Matthaeum, vbi praedicta Christi verba interpretans, haec ait: Ita magis
 animat atque incendit, vel quia magnitudinem virtutis ostendit, vel quia
 inestimabili misericordia sua noluit rem in necessitate legis concludere.
 Et ad haec, possibile id esse monstrat, vt eligendi cupiditas crescere possit.
 Sed si electionis opus id est, inquires, quomodo incipiens statim dixit: Non
 omnes capiunt, sed quibus datum est? Vt singulare inesse certamen perdis-
 cas, non vt sorte datam necessitatem suspiceris. His enim datum est, qui
 sponte id eligunt: quod ideo dixit, vt ostenderet superiore nobis auxilio esse
 opus: quod quidem omnibus paratum est, si volumus in hac luctatione
 superiores euadere. Haec Chrysostomus, qui dicens Christum noluisse rem
 istam in necessitate legis concludere, aperte satis declarauit illam non esse
 datam in praeccepto, sed in consilio. Sed quid moror quaerendo interpre-
 tes verborum Christi, cum Paulus clarissime illa declaret, dicens esse con-
 silium, & non praecceptum. De virginibus, inquit ille, praecceptum Domini
 non habeo: Consilium autem do. Quae verba interpretans Hieronymus li-
 bro pri-

Hieron. bro primo contra Iouinianum, ait. In propatulo est, cur Apostolus dixerit: De virginibus præceptum Domini non habeo. Profectò quia præmiserat Dominus. Non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est: & qui potest capere, capiat. Proponit Agonothetes præmium, inuitat ad cursum: tenet in manu virginitatis brauium, ostendit purissimum fontem, & clamitat. Qui sitit, veniat, & bibat. Qui potest capere, capiat. Non dicit, velitis nolitis, bibendum vobis est atque currendum: sed qui voluerit, qui potuerit currere, atque potare, ille vincet & satiabitur. Et ideo plus amat virgines Christus, quia spon te tri buunt, quod sibi non fuerat imperatum. Maiorisque gratiæ est, offerre quod non debeas, quam reddere quod exigeris. Hæc Hieronymus. Eandem interpretationem reddit prædictis Dei verbis Ambrosius in commentarijs super Paulum, sic inquit: Præceptum de virginibus negat se accepisse, quia non poterat auctor coniugij rem aduersam nuptijs imperare, ne factum suum pristinum accusaret. Concilium autem, ait: Do, non quod displiceat, neque quod adulatione fucatum sit: quia ad hoc gratiam consecutus est, vt idoneus sit in dandis consilij salutarijs. Hæc Ambrosius illo loco. Sed multò apertius omnia quæ ad præsentis disputationis statum pertinent, docet de libro de viduis, vbi prædicta Pauli verba interpretans, hæc ait: Honorabile itaque coniugium, sed honorabilior integritas. Nam & qui matrimonio iungit virginem suam, beneficit: & qui nõ iungit, melius facit. Quod igitur bonum est, non vi randum est: & quod est melius, eligendum est. Itaque non imponitur, sed præponitur. Et ideo bene Apostolus dixit: De virginibus autem præceptum domini non habeo, Concilium autem do. Etenim præceptum in subditos fertur: consilium amicis datur. Vbi præceptum est, ibi lex est: vbi consilium, ibi gratia est. Et paucis interpositis subdit. Et vt intelligas distantiam præcepti atque consilij, illum recorderis, cui in Euangelio antè præscribitur, ne homicidiũ faciat, ne adulterium admittat, ne falsum testimonij dicat. Præceptum etenim ibi est, vbi est poena peccati. At verò cum se præcepta legis memorasset implese, consilium ei datur vt vendat omnia, & sequatur Dominum. Hæc enim non præcepto imperantur, sed pro consilio deferuntur. Duplex namque forma mandati est, vna præceptiua, altera voluntaria. Vnde & Dominus in alia dicit: Non occides, vbi præcepit. In alia: Si vis perfectus esse: vende omnia tua. Ergo hic liber est à præcepto, cuius desertur arbitrio. Itaque qui præceptum impleuerint, possunt dicere. Serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus. Hoc ergo non dicit ille, qui bona sua vendidit, sed quasi reposita expectat præmia. Sicut sanctus Apostolus ait: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: Quid ergo erit nobis? Nõ enim quasi inutilis seruus, quod debuit facere, fecisse se dixit: sed quasi utilis domino, qui commissa sibi talenta quæ sitis multiplicauit vsuris: mercedem fidei atque virtutis, bene sibi conficius, meritumque securus expectat. Et ideo ei cum cæteris dicitur: Vos qui secuti estis me in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & ipsi super duodecim sedes, iudicantes tribus Israël, aut verò illi, qui talenta seruauerit, et si præmia, minora tamen pollicetur, dicens: Quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: Fides igitur ex debito, misericordia in præmio. Qui bene credidit, vt ei credatur emeruit. Qui bene contulit, quoniam suum non quæsiuit, quod cœleste est impetrauit. Ideo ergo præceptum non datur, consilium datur: præceptum enim castitatis est, consilium integritatis. Sed non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est. Sunt enim spadones, qui de matris vtero sic nati sunt, in quibus naturæ necessitas, virtus non est castitatis. Et sunt spadones, qui sciplos castrauerunt, voluntate vtique, non necessitate: & sunt spadones qui facti sunt ab hominibus. Et ideo magna in eis continentia gratia, quia voluntas facit, non infirmitas

A firmitas continentem. Hactenus Ambrosius: quem tam prolixè citauit, quia discrimen inter præceptum & consilium manifestè declarat: & paupertatem & castitatem, quas Lutherani potissimum oderunt: consilia Euangelica esse, apertè demonstrat. Augustinus autem toties reddit testimonium pro distantia præcepti à consilio, vt nesciam quod cui præferam, aliqua tamen citare oportet, vt quadratum faciamus testimoniorum fundamentum ad stabilendam firmamque faciendam veritatem. In libro primo de adulterinis coniugijs ad Pollentium, capite. 18. interpretans prædicta verba Pauli: De virginibus præceptum domini non habeo, consilium autem do, hæc ait: Non vt hoc consilium alienum existimemus à Domino, cum continuo sequatur & dicat, tanquam misericordiam consecutus à Deo, vt fidelis essem. Secundum Deum ergo dat fidele consilium in eo spiritu, de quo ait. Puto autem quod & ego spiritum Dei habeam. Veruntamen aliud est Domini iubentis imperium, aliud conferui, secundum misericordiam charitatis, quæ est illi à Domino inspirata atque donata, fidele consilium. Ibi aliud facere non licet, hic autem licet: ita sanè vt ipsum licitum parim quidem expediat, partim verò non expediat. Expediat tunc, quando non solum per iustitiam, quæ coram Domino est, permittitur, sed etiam hominibus nullum ex hoc impedimentum salutis inferatur: velut cum dat consilium non nubendi Apostolus virginibus, vnde præceptum Domini se non habere testatur: licet aliud facere, id est nubere, & minus quam continentis, bonum tamen tenere nuptiarum. Ipsumque licitum etiam expedit: quoniam inueterita & illicita ruituram carnis infirmitatem sic excipit honestate nubendi, vt neminem impediatur ad salutem: quamuis magis expediret, magisque honestum esset, si virgo consilium, quò præceptum eam non compellit, arriperet. Tunc autem non expedit id quod licitum est, quando

B permittitur quidem, sed vsus ipsius potestatis, alijs affert impedimentum salutis. Hæc Augustinus. Ex his sanctissimorum quatuor virorum testimonij constat euidenter, Caluinum impudentissimè mentitum fuisse, quum temerariè asseruit, omnes veteres vna voce clamasse, nullam penitus voculam à Christo emissam, cui non sit necessariò obtemperandum. Nam Augustinus, Hieronymus, Ambrosius, Chrysostrimus, inter vetustos Ecclesiæ doctores meritò recensentur: quoniam eorum quilibet ante mille & ceterum annos ab hoc seculo decessit. Sed fortè à Caluino non censentur vetusti, quoniam fortè talem se putat, vt dicere possit, Antequàm hi omnes fierent, ego sum. Deinde, percontari vellem Caluinum & Philippum Melancthonem, reliquosque omnes Lutheranos, vbi nam sit illa libertas Euangelica, quam quotidie populo vendunt: aut quomodo poterit verè dici libertas, si nullum est in Euangelio consilium, sed omnia sunt præcepta: Dixit enim Christus, vt non resisteremus alicui nos offendent: Si quis nos percusserit in vna maxilla, præberemus ei & alteram: Si quis in iudicio vellet nobiscum contendere & tollere tunicam, dimitteremus & pallium, & alia id genus nonnulla, quæ in sermone in monte habito, & alibi expresse. Ad quæ omnia si essemus omnes ex præcepto obligati, non esset iugum Domini suaue, & onus eius leue, sed esset onus non minus importabile, imò fortè magis quam legis Mosaicæ. Et ideo Augustinus in expositione sermonis Domini in monte, multa ex illis dicit esse consilia, & non præcepta. Aduersus hanc hæresim non est opus amplius disputare, quoniam ea quæ contra illam obiecimur, illam apertissimè conuincunt. Neque respondeo argumentis eorum qui illam asserunt: quoniam nihil pro se asserunt, sed nudam hanc hæresim, & nulla prorsus ratione fulcitam nobis proponunt. Sed quia consilia perinde ac præcepta verbo imperatiui modi à Christo dicta sunt, ideo fortè illi putarunt omnia illa esse præcepta. Et certè multi ex viris Catholicis hac sola ratione ducti, circa aliqua consilia hallucinati sunt, pu-

F. ALFONSI DE CASTRO MINORITAE

sunt putantes illa esse præcepta. Vt igitur huic deceptionis occasione aliqua ex parte occurreré, decreui regulas aliquas ostendere lectori, quibus ille possit consilia à præceptis distinguere. Prima regula sumenda est, ex consideratione duorum præceptorū charitatis, quæ sunt dilectio Dei, & dilectio proximi: ex quibus duobus, vt Christus nos docuit, tota lex pendet, & propheta. Quicquid igitur necessarium est ad seruandā dilectionem Dei, aut proximi, id omne credendum est, esse nobis præceptum: Quoniā plenitudo legis, vt Paulus ait, est dilectio. Quod autē ad augendam dilectionem Dei, aut proximi, est cōueniens, & nō necessarium ad illius conseruationem, id pro consilio tantū habetur. Secunda regula sumitur ex præmio quod promittitur obedienti, & ex poena infligenda transgressori. Nam si progressor damnandus est ad mortem temporalem, aut æternā, clarissimè conuincitur inde, præceptum esse illud ad mortale peccatū obligans. Quoniam nunquā Deus tam grauem pœnam minatur alicui, nisi pro solo peccato mortali. Et hoc modo iudicamus omnia in decalogo cōtenta, esse præcepta: quia omnia illa dixit Saluator esse necessaria ad ingressum vitæ æternæ. Hoc etiā modo iudicamus mortalia peccata esse cōtra illa opera carnis, de quibus Paulus ait, quòd qui talia agunt, regnū Dei nō consequentur: quoniā nullus à regno Dei excluditur, nisi propter peccatum mortale. Et inde euidenter colligitur, abstinentiā ab omnibus illis esse in præcepto. Si autem obedienti promittitur præmium, & nulla poena transgressori designatur, iuste credere possumus illud esse consilium, & non præceptū. Hoc modo intelligimus virginitatem esse consilium: quia illi promittitur regnum cœlorum à Christo dicentē: Sunt eunuchi, qui se castrauerunt propter regnū cœlorum. Quòd si posthabita virginitate nuptias elegerit, nulla propter hoc illi à Deo infligitur pœna, Paulo testāte, qui ait: Si nupserit virgo, non peccat. Eodem modo cognoscimus paupertatē Euangelicam, esse tantum in consilio, & non in præcepto: quia diuitiarum possessori nulla propter hoc pœna assignatur: & illas renunciātī præmium promittitur à Deo. Per hanc eandem regulam cognoscimus, ieiunium nunquā in Euangelio datum esse à Christo in præcepto, sed solum in cōsilio: quia nunquā minatus est Christus mortem aut aliā similem pœnam non ieiunanti, & promisit præmium ieiunanti propter solum Deum, quum dixit: Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. Tertia regula non huic soli negotio, sed omnibus quæ ad fidem, aut ad mores spectant, accommodari potest, & est totius Ecclesiæ consensus, vt illa pro præceptis habeamus, quæ ab Ecclesia Catholica fuerunt semper pro præceptis habita, & illa tanquā consilia existimemus, quæ concors sacrorum omnium doctorum consensus, semper iudicauit esse consilia, & non præcepta. Nam cum Ecclesia, vt Paulus ait, sit columna & firmamentum veritatis, & Christus cum illa sit vsque ad consummationem seculi, consequens est, vt in ijs quæ ad salutem sunt necessaria, illa errare non possit.

Tertia hæresis asserit, nihil esse bonum & Deo gratum, nisi quod est ab illo mandatum atque præceptum. Huius hæresis authores & primi inuētores sunt etiam Lutherani, neque tamē inuenire illam potui in aliquo ex operibus Lutheri, quæ vidi. Ioannes Spangebergus ex Lutheranorum familia, in sua Margarita Theologia, titulo de consilijs, de paupertate loquens proponit sibi quæstionem, illi quæ respondet, hæc dicens: Quotuplex est desertio facultatum? Duplex. Altera fit nostra electione sine mandato Dei. Matth. 15. Frustrā me colunt mandatis hominum. Altera est, quæ habet mandatum Dei & vocationem, vt quum tyranni cogunt aut facultates amittere, aut ab Euangelio discedere, aut deficere. Hanc laudat Christus. Qui reliquerit, inquit, agrū, domum, & cætera, propter Euangelium, hoc est, propter confessionem Euangelij, centuplum recipiet. Hæc ille. Martinus Butzerus vnus ex præcipuis du-

ADVERSVS HAERÉSES, LIB. XII. Fol. 371

A cibis Lutheranorum, in Apologia confessionis Augustanæ firmiter asserit, nullum opus nostrum esse Deo gratum, nisi fuerit primò à Deo præceptum: & Erasmus Roterodamum hanc eandem sententiam docuisse ait. Ego tamen, vt verum fatear, id in Erasmo non legi, neque hanc Butzeri apologiam vidi, & idèd verba illius in hunc locum citare non potui: sed legi Apologiam Alberti Pighij aduersus Butzeruin, vbi ille refert Butzerum hoc asseruisse, & propter hanc causam, & multas alias in illa Apologia contra eundem Butzerum pugnat. Hæc hæresis deducitur ex proximè præcedenti hæresi, quæ dicitur nullum esse in lege diuina consilium, sed omnia esse præcepta. Si nullum est consilium, vt illi dicunt, ergo omne bonū est præceptum: quia nullum est bonum Deo gratum, quod ille nobis aut in præcepto aut in cōsilio non ostenderit. Consequens est igitur, vt relegato consilio, omnia bona Deo accepta contineantur sub præcepto. Hoc idèd hic declarare volui, vt intelligat lector, contra hanc etiam hæresim pugnare illa omnino, quæ contra proximè præcedentem hæresim obiecimus: nam destructo fundamento, necessariò corruet huius hæresis structura, quæ illi innititur. Si constat esse aliqua in Euangelio consilia, quæ non sunt præcepta, constabit etiam multa opera humana esse bona & Deo accepta, quæ tamen Deus non præcepit: quoniam quæ Deus consulit, necessariò fateri oportet illa esse bona. Verum etsi illa quæ in præcedenti hæresi diximus, satis sint ad præsentis hæresis expugnationem, aliqua tamen illis nunc addere oportet, quæ propius & specialius contra illam pugnent, & per se sola conuincunt. Primum ergo in acie constituo Abeliū, cuius oblationem Deo placuisse sacra testatur scriptura: hanc tamen illi fuisse præceptam, verbum Dei non dicit. Noë vir iustus transacta iam inundatione diluuij exiccataq; aliquantulum terra, egressus arcam ædificauit altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis obtulit holocausta super altare. De qua re nullum illi fuerat datum à Deo præceptum, & tamen oblationem illam fuisse Deo gratam, sacra scriptura testatur, hæc dicens: Odoratusque est Dominus odorem suauitatis. Quibus verbis non solum gratam, sed quod magis est, suauem esse dixit. Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis, absque vilo Dei præcepto interfecit virum Israëlitam coeuntem cum muliere Madianitide. Hæc tamen istorum occisio quantum placuerit Deo, verba ipsa quæ propter hoc facinus in fauorem Phinees, & ad præmium illius dixit Dominus ad Moysem, aperte ostendunt: Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis, inquit Deus, auertit iram meam à filijs Israël, quia zelo meo commorose est contra eos, vt non ipse delerem filios Israël in zelo meo. Idcirco loquere ad eum: Ecce do ei pacem foederis mei, & erit tam ipsi quam femini eius pactum sacerdotij sempiternum, quia zelatus est pro Deo suo, & expiauit scelus filiorum Israël. Manifesta est etiam Rachabetarum religio, qui sine Dei præcepto vinum non bibebant, & in multis alijs austeram vitam agebant, quam illis Ionadab eorum pater præcepto iniunxerat. Hæc tamen illorū obedientia, ad quam ex præcepto diuino minime tenebantur, valde grata fuit Deo, vt aperte sacra scriptura testatur. Daniel propheta nullum profus susceperat à Deo ieiunandi præceptū, & tamen per illud sic placuit Deo, vt ab eo die quo se affligere coepit, Deus exaudierit orationē eius. Iratus erat Deus contra Niniuitas, sed illi in sacco, cinere & ieiunijs se humiliantes placauerunt illum, quod per opera illa facere non potuissent, iuxta Butzeri doctrinam: quia opera illa non fuerunt illis à Deo præcepta: scriptura tamen dicit, Deum vidisse opera eorum, quia conuersi sunt à via sua mala, & misertum esse super malitia quam locutus fuerat, vt faceret eis. Quid dicam de Ioanne Baptista? Nonne hic laudatus est à Christo propter eā quòd asperis vestiebat? Hæc tamen asperitas vestium nunquā fuit illi à Deo præcepta. Multos

F. ALFONSI DE CASTRO MINORITAE

etiam sanctos laudat Paulus, propterea quod circuierunt in melotis, & pellibus caprinis, egentes, angustiiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in montibus & speluncis, & in cauernis terrae. Et hos omnes dicit accepturos esse repromissionis consummationem propter opera illa, quae à Deo non sunt praecepta. Sed haec omnia missa faciamus, & veniamus ad paupertatem, de qua bonus ille Spangebergus dixit non esse Deo gratam, quando fit nostra electione sine mandato Dei. Petrus Apostolus, & reliqui condiscipuli fuerunt pauperes propria electione sine mandato Dei. Nam etsi postea dixit, Nisi quis renunciauerit omnibus quae possidet, non potest meus esse discipulus: tamen quum primo illi ad scholam Christi uenerunt, nihil tale illis fuit dictum: sed absque ullo Christi mandato relictis omnibus secuti sunt illum. Haec autem desertio facultatum quantum Deo fuerit grata, ipsemet declarauit, quum interroganti Petro quod praemium habituri essent ipse & sui condiscipuli propterea quod reliquissent omnia, respondit: Amen amen dico uobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit domum, vel patrem, aut fratrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam aeternam possidebit. Deinde, post ascensionem Christi in caelum, ut Apostolica historia refert, omnes qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia. Possessiones & substantias vendebant, & diuidebant illa omnibus, prout cuique opus erat. Hanc suarum facultatum desertionem Deus illis non praecipit, neque illos tyrannus aliquis ad illam sumendam coegit: illam tamen fuisse Deo gratam, scriptura ipsa testatur, quae propter desertionem illam laudat eos, quod non fuisset, nisi res illa Deo placuisset. Accedit ad haec omnia, quod Christus Redemptor noster pauper fuit quatenus homo est: & hanc paupertatem ille propria electione sumpsit, & non aliquo patris mandato, aut tyranno aliquo cogente. Absurdum autem & nimis impium esset, si quis dicere auderet, illam Christi paupertatem non fuisse Deo gratam, propterea quod non fuit illi à Deo patre praecipit: quoniam usque adeo per illam meruit, ut nos diuites essemus. Scitis enim gratiam Domini nostri Iesu Christi, inquit Paulus, quoniam propter nos egenus factus est, cum esset diues: ut illius inopia nos diuites essemus. Aduersus hanc haeresim Butzeri neminem vidi, qui ex professo scriberet, nisi solum Albertum Pighium, qui in praefata Apologia pauca quaedam dixit. Sed ante illum Augustinus diuino, ut credo, spiritu afflatus, & hanc prauidens haeresim, aliqua non parui momenti contra illam scripsit libro primo de adulterinis coniugijs, capite. 14. ubi haec ait. Multa sunt autem facienda non iubente lege, sed libera charitate: & ea sunt in nostris officijs gratiora, quae cum liceret nobis non impendere, tamen causa dilectionis impendimus. Unde prior ipse Dominus cum se tributum non debere monstrasset, soluit tamen, ne scandalizaret eos, quibus ad aeternam salutem gerens hominem consulebat. Tam vero Apostolus quemadmodum ista commendat, eius uerba testantur, ubi dicit: Cum enim liber sum ex omnibus, omnium seruum me feci, ut plures lucrificarem. Cum Paulus superius dixisset, Nunquid non habemus potestatem manducandi & bibendi? Nunquid non habemus sororem mulierem circumducendi, sicut & caeteri Apostoli & fratres Domini & Cephas? An ego solus & Barnabas non habemus potestatem hoc operandi? Quis militat suis stipendijs vnquam? Quis plantauit vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non percipit? Et paulo post: Si alij, inquit, potestatis uestrae participant, non magis nos? Sed nos sumus vsi hac potestate: sed omnia toleramus, ne quod impedimentum demus Euange-

ADVERSUS HAERESSES, LIB. XII. Fol. 372

A Euangelio Christi. Deinde post pauca: Quae ergo, inquit, mihi merces erit? Ut euangelizans sine sumptu ponam Euangelium, ut non abutar potestate mea in Euangelio. Continuoque subiungit quod paulo ante commemorauit: Cum enim liber sum ex omnibus, omnium seruum feci, ut plures lucrificarem. Item alio loco de quibusdam quae ad escam pertinent: Omnia, inquit, mihi licita sunt, sed ego sub nullius redigar potestate, Esca ventri, & venter escis, Deus autem & hunc & has euacuabit. Item alibi de hoc ipso, Omnia licita sunt, sed non omnia expediunt. Omnia licita sunt, sed non omnia aedificant: Nemo quod suum est quaerat, sed id quod alterius est. Atque, ut ostenderet vn de loqueretur: Omne, inquit, quod in macello venit, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Et tamen alibi dicit: Non manducabo carnes in aeternum, ne fratrem meum scandalizem. Itemque alibi: Omnia quidem munda, sed malum est homini qui per offensionem manducat. Quid est, omnia licita sunt? ipsum est, quod malum est homini qui per offensionem manducat. Ita ostendit ea quae licita sunt, id est, nullo praecipio Domini prohibentur, sicut expedit potius esse tractanda, non praecipio legis, sed consilio charitatis. Haec sunt quae amplius erogantur faucio, qui curandus ad stabulum Samaritani illius miseratione perductus est. Et ideo dicuntur non à Domino praecipit, quamuis à Domino moueantur offerri, ut tanto intelligantur esse gratiora, quanto magis ostenduntur indebita, haec Augustinus, quem ideo tam prolixè citauit, quia tot & tam aperta contra hanc haeresim dicit, ut videatur ex professo contra illam disputare. Non enim solum dicit, opera sine Dei praecipio facta, posse esse bona & Deo grata, sed aliquando esse meliora, & Deo magis accepta, quam alia quae ex praecipio illius fiunt. Et idem etiam dixerunt Hieronymus & Ambrosius alijs suis in testimonijs, quae nos in praecedenti haeresi citauimus.

B Qvarta haeresis ad hanc materiam praecipitorum spectans, etiam est à Luthero inuenta. Dicit enim Deum praecipisse nobis ea quae impossibilia sunt, ut à nobis seruentur: & dat exemplum de duobus praecipis decalogi, videlicet de praecipio dilectionis Dei, & de praecipio, Non concupisces. Haec enim duo dicit non posse in hac vita seruari: & causam huius impossibilitatis reddit in praecipio dilectionis, quia necesse est, ut in hac vita existentes aliqua praeter Deum amemus: quod quum facimus, Deum iam (ut ipse ait) non ex toto corde amamus. Quapropter colligit non esse possibile Deum in hac vita ex toto corde diligere: quod tamen (ut ille ait) nobis in primo praecipio mandatum est. De impossibilitate verò obseruationis alterius praecipii, videlicet, Non concupisces, talem assignat causam, quod dicit concupiscentiam quae in baptizato relinquitur, esse peccatum proprie dictum, & transgressionem huius praecipii, Non concupisces. Et quia caro tali concupiscentia infecta, ad omne opus liberi arbitrij concurrat, inde esse ait quod omne opus humanum peccatum efficitur. Verum hoc vltimum superius in titulo de operibus ostendimus esse falsum. Illo enim loco ex sacra scriptura docuimus contra hunc eundem Lutherum, non omne opus humanum esse peccatum. Nunc ergo superest, ut ostendamus obseruationem omnium praecipitorum Dei esse nobis possibilem cum ipsius Dei adiutorio, quod tamen ipse paratus est semper nobis praestare, si nos eo uti volumus. Postquam Dominus praecipit dederat filijs Israel, ostendere voluit omnia, quae illis praeeperat, esse possibilem, ne forte cum ea in posterum omisissent, causarentur ea fuisse impossibilem. Sic enim in Deuteronomio dicitur: Mandatum hoc quod ego praecipio tibi hodie, non supra te est, neque procul positum, nec in caelo situm, ut possis dicere: Quis nostrum valer ad caelum ascendere, ut deferat illud ad nos, ut audiamus, atque opere compleamus? Neque trans mare positum, ut causeris & dicas:

dicas: Quis è nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos vsque deferre, vt possimus audire & facere quod præceptum est? Sed iuxta te est sermo valde in ore tuo, & in corde tuo vt facias illum. Hæc ibi. Quibus verbis nihil poterat impressus dici, vt ostenderet obseruationem mandatorum Dei esse possibilem, præsertim quòd in proximè præcedentibus verbis sermonem fecerat de præcepto dilectionis Dei ex toto corde, & in sequentibus verbis iterum idè præceptum replicat: ex quo colligitur apertè illud præceptum esse nobis possibile, cum Dei tamen aditorio, quod ille paratus est nobis præstare: & esse illud de quo specialiter dicit: Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est. Præterea Dominus apud Matthæum ait: Iugum meum suauē est, & onus meum leue. Præcepta sua Dominus appellat iugum & onus, & hæc dicit esse leuia: non sunt ergo impossibilia, vt ait Lutherus. Nam si impossibile esset illa seruare, non iam leuia, sed grauissima essent dicenda. Rursum, beatus Ioannes in sua prima Canonica epistola de mandatis Dei dicit: Mandata eius grauiā non sunt. Ecce Ioannes dicit mandata Dei non esse grauiā, & Lutherus non veretur dicere illa esse impossibilia. Nihil enim grauius esse potest alicui, quàm id quod nullo modo potest portare. Si ergo mandata Dei grauiā non sunt, oportet vt impossibilia non sint. Deinde maxima est dementia, dicere Deum præcepisse impossibile: quoniam tunc Deus iniuste ageret. Lege enim naturali docemur neminem obligari ad impossibile. Tritissimum est illud Augustini: Nemo peccat in eo quod vitare non potest. Et in quodam sermone ait: Dominus seruū pigrum non damnaret, si ea quæ fieri nullo modo poterant, imperaret. Et beatus Ambrosius libro primo de Iacob & vita beata, capite tertio: Nemo tenetur ad culpam, nisi voluntate propria deflexerit. Beatus Basilius in regula monachorum, capite octogesimo tertio, de dilectione inimicorum loquens, ait: Nunquam autem præciperet hoc iustus & clemens Deus, nisi vtiq; etiam possibilitatem nobis donasset. Hæc illè. Et Hieronymus ad Damasum ait: Execramur etiam eorum blasphemiam, qui dicunt impossibile aliquid homini præceptum esse, & mandata non à singulis posse seruari. Hoc idem testatur Chrysostomus, dicens: Possibile est enim Dei iussa perficere, si modò velimus omnem naturæ trepidationem alacriter superare: nihilque impossibile est eorum quæ à Christo hominibus imperantur. Hæc Chrysostomus. Præterire hic non oportet, quòd Lutherus sibijpsi non constat, quia hoc vitio sæpissimè laborat. Cùm enim de peccatorum confessione loquitur, dicit non oportere confiteri venialia, sed nec etiam omnia mortalia: quia impossibile est omnia mortalia cognoscere: ad impossibile autem, vt ibidem ait, nemo obligatur. Volens etiam probare Petrum Apostolum non fuisse cæteris omnibus à Deo prælatum, sic argumentatur: Primatus iste ne vna quidem hora impletus est vnquam. Impossibile autem fuisset eum non impleri, si vel præceptus vel promissus fuisset. Et paulò post: Et omnia quæ Deus præcepit, sunt ab aliquibus saltem impleta. Hæc Lutherus. Quæ omnia cum præsentī doctrina velut ex diametro pugnant. Sed iam opus est vt examinemus an illa duo præcepta decalogi, quæ ab eo in exemplum eius assertionē cuique propōita sunt, rectè ab illo intelligantur. De præcepto dilectionis Dei constat Lutherum malè sentire, quoniam non sic præcipitur nobis vt Deum ex toto corde diligamus, quòd nihil præter Deum diligamus, aut quòd omnes vires nostræ voluntatis tali dilectioni applicemus: sed sic iubemur diligere Deum, vt nihil repugnans præceptis Dei amemus. Quapropter ille dicendus est diligere Deum ex toto corde, qui Deum diligens, reliqua omnia mandata eius seruat. Hoc autem expressè idem Dominus nos docuit, qui dilectionem suam nobis commendans, nihil aliud videtur à nobis exigere, quàm suorum mandatorum obseruationem. Sic enim ait: Si quis diligit

diligit me, sermones meos seruabit. Quæ verba exponens beatus Gregorius Homilia. 30. sic ait: Verè enim diligimus, si ad mandata eius à nostris nos voluptatibus coarctamus. Ecce qualiter testimonio Gregorij ex mandatorum Dei obseruatione colligitur perfecta Dei dilectio, ita vt ille dicatur implese præceptum de dilectione Dei, qui reliqua Dei mandata seruauit. Præterea, beatus Ioannes in sua prima Canonica ait: Hæc est charitas Dei, vt mandata eius custodiamus. In hoc ergo charitas custoditur, in quo mandata eius seruamus. Rursum, B. Paulus dicit totam legem in vno mandato impleri, in hoc videlicet: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Qui ergo verè & prout debet proximum diligit, is totam legem impleuit. At cùm Dominus præcepit nobis proximum diligere, ad opera nos misit, innuens per hoc non tam in affectu quàm in operibus esse implendum præceptum de dilectione proximi. Cùm enim iussisset diligere inimicos nostros, continud subiunxit dicens: Benefacite his qui oderunt vos. Præceptum ergo de dilectione proximi implemus diligentes proximos nostros sicut nosipsos, cùm præceptum illud legis naturæ seruamus: Quæcunque vultis vt faciant vobis homines, hæc & facite illis. Nec tamen hæc omnia sic intelligenda sunt, vt charitatis præceptum quis putet impleri per operum exercitium sine vlla actuali dilectione. Nam & hæc potissimum requiritur, quoniam inter multa hominum mala quæ Apostolus enumerat in secunda epistola ad Timotheum, hoc quoq; addit: Sine affectione. Oportet ergo affici Deo: & si cum hoc reliqua omnia illius mandata quispian seruauerit, ille dicendus est diligere Deum ex toto corde iuxta illum modum, secundum quem dilectio Dei nobis in hac vita præcipitur. Nam dilectio Dei, ad quam producendam anima omnes adhibet vires suas, & omnem admouet conatum suum, talis, inquam, non potest in hac vita haberi: nec illa nobis in hac vita præcipitur, sed illa est quæ expectatur in præmium. Beatus Paulus de cognitione Dei loquens, ait: Nunc cognosco ex parte, tunc cognoscam sicut & cognitus sum. Sicut ergo ille de cognitione ait, idem sentire oportet de dilectione quæ sequitur cognitionem, vt videlicet hic diligamus ex parte, & in posterum diligere speremus ex toto. Hæc tamen interpretatio præcepti de dilectione Dei probatur testimonio beati Bernardi, qui sermone quinquagesimo super Cantica ita ait: Est charitas in actu, est & in affectu. Et de illa quidem quæ operis est, puto datam esse legem hominibus, mandatumque formatum. Nam in affectu quis ita habeat vt mandatur? Ergo illa mandatur ad meritum, ista in præmium datur. Cuius initium quidem profectumque vitæ quoque præsentem experiri diuina posse gratia non negamus, sed planè consummationem defendimus futuræ felicitati. Hæc Bernardus. Et beatus Augustinus lib. 3. contra duas epistolas Pelagianorum ad Bonifacium, cap. 7. eandem docet sententiam, sic dicens: Sapientiam quoq; & cognitionem Dei tunc perfici in nobis, & in Domino tantam exultationem, vt ea sit plena & vera securitas, quis negabit, nisi tam auersus sit à vero, vt ob hoc ad eam peruenire non possit? Verum hæc non erunt in præceptis, sed in eorum, quæ hic obseruanda sunt, præmio præceptorum. Et paucis interpositis addit: Hic ergo præceptum est, vt non peccemus: ibi præmium, non posse peccare. Hic præceptum est, vt desiderijs peccati nõ obediāmus: ibi præmium, vt desideria peccati non habeamus. Hic præceptum est: Intelligite ergo qui insipientes estis in populo, & stulti aliquando sapite: Ibi præmium est plena sapientia, & perfecta cognitio. Videmus enim nunc per speculum in ænigmate, ait Apostolus: tunc autè facie ad faciem. Nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Hic præceptum est, Exultate Deo adiutori nostro: & Exultare iusti in Domino: ibi præmium est, exultate perfectò & ineffabili gaudio. Hæc Augustinus, qui multa alia illo loco dicit, quo docet in hac misera vita non esse præ-

ceptam nobis iustitiæ perfectionem, sed illam expectari in præmio. Ex quibus aperte satis colligitur Lutherum malè intellexisse præceptum de dilectione Dei. Deinde si præceptum illud esset vt Lutherus docet intelligendum, nullus inueniretur, imò nec inueniri posset, qui illud in hac vita serauerit. At multi sunt, de quibus scriptura sacra testatur illos aut dilexisse Deum, aut quæsiuisse illum, aut seruasse illi in toto corde suo. Nam de Dauid Deus ad Hieroboam loquens ait: Non fuisti sicut seruus meus Dauid, qui custodiuit mandata mea, & ambulauit post me in toto corde suo. Ecce Dauid ambulauit post Deum in toto corde suo, & custodiuit mandata Dei, & tamen Dauid fomitem carnis habebat, qui, vt in cæteris omnibus contingit hominibus, voluntati retinebatur. Conuincitur ergo ex hoc loco nec concupiscentiam carnis esse peccatum contra Dei præceptum, nec etiam illam obstare, quò minus quis diligat Deum ex toto corde, prout à nobis in hac vita diligì mādabatur. Et idem Dauid non veretur ad Deum dicere: In toto corde meo exquisiui te. Et iterum: Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo. Et rursum: In toto corde scrutabor mandata tua. Et iterum: Ad omnia mandata tua dirigebar, omnem viam iniquam odio habui. Si ad omnia mādata dirigitur Dauid, ergo ad mandatum de dilectione Dei. Et ad aliud, Non concupisces, oportet certè alterum istorum fateri: aut quòd illa non sunt mandata, prout Lutherus illa interpretatur: aut quòd Dauid non ad omnia mandata fuerit directus. At Dauid testatur se ad omnia Dei mandata fuisse directum: non sunt ergo illa Dei mandata intelligenda prout Lutherus illa interpretatur. Hoc idem etiam fecisse testatur Ezechias rex, cum Dominum Deum orat dicens: Obsecro Domine, memento quomodo ambulauerim in conspectu tuo in veritate & corde perfecto, & quod placitum est coram te, fecerim. Num forrè iste non habebat fomitem resistentem? Habebat certè. Qualiter ergo ambulare potuit coram Deo in corde perfecto, si talis dilectio Dei, qualem Lutherus docet, à nobis in hac vita exigitur: aut si concupiscentia carnis est peccatum contra Dei præceptum? Præterea in Deuteronomio dicitur: Inuenies Deum, si tamen toto corde & tota tribulatione animæ tuæ quæseris eum. Percontemur ergo Lutherum, an aliquis vnquam Deum inuenierit? Si abnuuit, obstat illud quod dicit sponsa in canticis: Inueni quem diligit anima mea. Et de illis, qui in regno Iuda fuerunt tempore regis Asa, dicitur: In omni enim corde suo iurauerunt, & in tota voluntate quæserunt eum, & inuenerunt. Si autem fatetur, vt oportet, omnem iustum inuenire Deum, necesse est etiam vt fateatur omnè talem quæsiisse Deum in toto corde suo; alioqui non inuenisset Deum: quia vt hoc peragere possit, talis exigitur ab illo diligentia, vt videlicet Deum toto corde suo quærat. Ex his ergo omnibus apertissimè conuincitur præceptum de dilectione Dei non esse intelligendum vt Lutherus illud interpretatur, sed iuxta illam interpretationem est premium quod expectamus, & non præceptum quod mandatur. Hoc autem apertissimè colligitur ex quarto libro Regum, quo loco de Iehu rege ita dicitur: Porro Iehu non custodiuit vt ambularet in lege Domini Dei Israël in toto corde suo. Et huius rei causam subdens ait: Non enim recessit à peccatis Hieroboam, qui peccare fecit Israël. Quia enim vnus aut alterum mandatum transgressus est, dictus est nō ambulasse in toto corde. Vnde conuincitur eum ambulare in toto corde, qui omnia mandata implet. De alio præcepto, videlicet, Non concupisces, etiam patet Lutherum errasse. Ex prædictis nanque satis constat per illum non prohiberi carnis concupiscentiam: quoniam cum talis concupiscentia in omnibus hominibus, præter Christum & forrè virginè eius matrem, reperta fuerit, nullus esset qui tale seruasset præceptum. At Dauid custodiuit omnia mandata Domini, ergo & hoc mandatum. Non autem custodisset illud, si carnis concupiscentia fuisset per illud

A illud prohibita. Conuincimus ergo vt per illud præceptum non prohibeatur concupiscentia carnis, sed interior voluntatis affectus. Ad quod clariùs ostendendum aliqua proferam sacrorum virorum testimonia. Sed antequàm illa in medium producám, hoc vnus admonere decreui, videlicet, hanc dictionem peccatum, æquiuocam esse in sacris literis. Aliquando enim capitur pro hostia quæ offertur pro peccato. Sic capitur à Paulo Apostolo in secunda epistola ad Corinthios, cum ait: Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ac si diceret: Christum, qui etiam vt homo nullam admiserat culpam, pater celestis eum pro nobis mortem subire fecit: qua morte pro nostris peccatis suscepta, factus est ipse Christus peccatum, hoc est, hostia pro peccato. Sed ab hac peccati significatione nunquàm aliquis dicitur peccator. Et ita Paulus de Christo loquens, non dixit quòd pater fecerit eum peccatorem, sed quòd fecit eum peccatum. Aliquando etiam vocatur peccatum, causa alliciens aut impellens ad peccatum, vel poena peccati. & hoc modo appellauit Paulus peccatum, cum dixit: Si autem quod nolo malum hoc facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Peccatum hoc loco Paulus vocat carnis concupiscentiam, quia semper ad malum impellit, vel quia in poenam primi peccati data est. Hoc autem patet ex sequentibus. Nam postquàm dixerat peccatum quod in illo habitat, operari malum, statim subiunxit: Scio enim quòd nō, quod habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. Et ab hac peccati significatione nullus vnquàm dicitur peccator. Vnde beatus Augustinus in cōmentarijs super epistolam ad Galatas, ait: Aliud est peccatum habere, & aliud peccare. Alio modo sumitur hæc vox peccatum pro culpa, & Dei offensa, quam voluntas nostra transgrediendo Dei præceptum committit, & propter quam voluntas sic peccans rea efficitur alicuius poenæ infligendæ. Et hæc est solennissima illius vocis significatio, qua etiam frequentius sacrae literæ vtuntur. Et ab hac sola peccati significatione dicitur aliquis peccator. De hac ergo peccati significatione loquentes, dicimus concupiscentiam carnis aut fomitem non esse peccatum, & per consequens, non esse prohibitam per præceptum illud, Non concupisces. Richardus de sancto Victore libro secundo de Emanuele, capite vltimo, ostendens excellentiam beatæ virginis Mariæ super omnes alios sanctos, ait: Cæteris sanctis in comune præcipitur, vt in mortali eorum corpore peccatum non regnet: soli isti singulariter datur, vt mortale corpus eius peccatum non inhabitet. Non regnet (inquit Apostolus) peccatum in vestro mortali corpore. Ecce præcipit vt non regnet: sed nunquid, vt non inhabitet? Attende super hoc quid alibi dicat: Si enim quod nolo malum, id ago, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Hæc Richardus. In quibus verbis id aduertendum est, quòd ait esse nobis præceptum, vt peccatum non regnet in nostro mortali corpore: non autem esse præceptum, vt peccatum non inhabitet. Ex quo patet concupiscentiam carnis non esse interdictam, quoniam hæc est peccatum illud quod habitat in corpore nostro. Beatus Augustinus hanc sententiam sapissimè docet, videlicet in primo libro de Ciuitate Dei, cap. 24. & libro 14. cap. 10. Sed expressius & diffusius in libr. 1. ad Bonifacium contra duas epistolas Pelagianorum, cap. 13. Sic enim ibidem ait: Dicunt etiam baptisima non dare omnem indulgentiam peccatorum, neque auferre crimina: sed radere, vt omnium peccatorum radices in mala carne teneantur. Quis hoc cum Pelagianis, nisi infidelis, affirmet? Dicimus enim baptisima dare omnium indulgentiam peccatorum, & auferre crimina: non radere, nec vt omnium peccatorum radices in mala carne teneantur, quasi rasorum in capite capillorum, vnde crescant resuscitanda peccata. Nam & istam similitudinem comperi suæ illos adhibere calumniæ, tanquàm nos hoc sentiamus atque dicamus. Sed de ista cō-

cupiscentia carnis falli eos credo vel fallere, cum qua necesse est vt etiam baptizatus, & hoc si diligentissimè proficit, & spiritu Dei agitur, pia mente conflagat. Sed hæc etiam si vocatur peccatum, non vtique quia peccatum est, sed quia peccato facta est, sic vocatur: sicut scriptura, manus cuiusq; dicitur, quòd manus eam fecerit. Peccata autem sunt quæ secundum carnis concupiscentiam, vel ignorantiam illicitè fiunt, dicuntur, cogitantur: quæ transacta etiam reos tenent, si nõ remittantur. Et ista ipsa carnis concupiscentia in baptismo sic dimittitur, vt quanquam tracta sit à nascētib; nihil noceat renascētib;. Hæc Augustinus, qui multò plura illo loco pro hac re dicit. Et libro. i. de nuptijs & concupiscentijs ad Valerium per multa capita hanc eandem docet sententiã. Quæ omnia curioso lectori legenda committo, satis ille me fecisse existimans, cum ostenderit locum, vbi quæ voluerit, reperire valeat. Præter hæc omnia sanctorum virorum testimonia, extat etiam contra hanc impiam & blasphemã Lutheri sententiã aperta Ecclesiæ definitio. Nam Concilium Tridentinum sub Paulo tertio celebratum, sessione quinta, capite. 5. hanc particularem Lutheri de concupiscentia sententiã damnauit, sic dicens. Hanc concupiscentiã, quam aliquando Apostolus peccatum appellat, sancta synodus declarat, Ecclesiam Catholicam nunquam intellexisse peccatum appellari, quod verè & propriè in renatis peccatum sit: sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat. Si quis autem contrarium senserit, anathema sit. Deinde idem Concilium sessione sexta, capite vndecimo, doctrinam asserentem præcepta Dei esse impossibilia, damnauit hæc dicens: Nemo temeraria illa, & à patribus sub anathemate prohibita voce vt debet, Dei præcepta homini iustificato, ad obseruandum esse impossibilia. Nam Deus impossibilia non iubet, sed iubendo monet & facere quod possis, & petere quod non possis, & adiuuat vt possis. Cuius mandata grauiã non sunt, Cuius iugum suaue est, & onus leue. Qui enim sunt filij Dei, Christum diligunt: qui autem diligunt eum, vt ipsemet testatur, seruant sermones eius: quod vtique cum diuino auxilio prestare possunt. Et post datam hanc doctrinam, ne quis temerè contra illam aliquid dicere auderet, canonem latæ sententiæ adiecit: qui inter multos alios in illa sessione æditos, decimo octauo loco constitutus, hæc verba continet. Si quis dixerit, Dei præcepta, homini etiam iustificato & sub gratia constituto esse ad obseruandum impossibilia, anathema sit. Hactenus Concilium Tridentinum. Aduersus hanc hæresim iuxta vtramque illius partem largissimè Iacobus Latomus in eo opere quod fecit pro defensione determinationis Louaniensis contra Lutherum. Ioannes Rossensis episcopus scripsit disertissimè, vt solet, contra huius hæresis partem secundam, eam videlicet quæ est de concupiscentia, in articulo secundo illius operis quod fecit contra. 41. Lutheri articulos à Leone 10. prius damnatos.

PRÆDESTINATIO.

Sigibertus monachus in suis chronicis refert, sub Honorio Imperatore & Lozimo papa fuisse quandam hæresim ortam, quæ docebat, piè uiuentibus non prodesse bonorum operum laborem, si à Deo ad mortem ordinati fuissent: & impijs & peccatoribus non obesse quæcunq; scelera & flagitia ab illis commissa, si Deus illos ad vitam æternam prædestinasset. Huius hæresis autores Sigibertus ait vocari prædestinatos, nomen à sua doctrina suscipientes. Quis autem fuerit huius hæresis princeps, Sigibertus subicit: nec ego apud aliquem aliam reperi: quoniam nullus ex his qui de hæresibus scripserunt, huius hæresis meminit, præter Bernardum de Lurzemburgo

A zemburgo in suo catalogo hæreticorum, qui nihil aliud dicit quàm id quod in chronicis Sigiberti inuenit. Hunc errorem ferè per mille annos iam sepulchrum suscitauit ab inferis Ioannes Hus Bohemus, dicens eum qui à Deo prædestinatus est ad vitam, etiam si mala opera agat, nunquam posse esse membrum diaboli: & illum, qui est à Deo ordinatus ad mortem, quantumcunque bene uiuat, nunquam posse esse membrum Dei. Hanc pestilentissimam hæresim anno millesimo quingentesimo tricesimo quarto amplexati sunt aliqui vulgares & idiotæ homines in Hollàdia & Phrysia, dicentes nulli homini bonum opus prodesse, aut malum obesse: sed omnia pendere ex sola prædestinatione & præsentia diuina. Quæ doctrina iustos viros à bonorum operum exercitio auocat, & peccatores ad quæcunq; scelera perpetranda impellit. Scripturæ ergo sacræ testimonijs apertissimis huius falsitatem ostendamus, ne ex hac doctrina ansam malè agendi peccatores accipiant. Nullus dubitat Cain fuisse damnatum, qui de misericordia diuina desperauit, dicens: Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear. At cum Dominus ad munera eius non respexisset, & ob hoc Cain esset iratus, concidissetque vultus eius, dixit illi Dominus: Quare iratus es? & cur concidit facies tua? Nõne si bene egeris, recipies? Ecce Deus promittit homini præficio præmium bonorum, si ea voluerit agere: & non verentur hæretici potentiam bene operandi auferre ab illis qui à Deo ad mortem ordinati sunt. Deus enim neque sua prædestinatione sic necessitat prædestinatos ad bonum, vt malè agere & perire nequeant: neque ad gehennam ordinatos sic cogit, vt bene agere & vitam promereri non valeant. Nam (vt verbis Augustini utar) nouit Deus mutare sententiã, si homo coeperit mutare vitam. Vnde ipsemet Deus per Hieremiam Prophetam loquitur, dicens: Si poenitentiam egerit gens illa à malo suo quod locutus sum aduersus eam; agam & ego poenitentiam super malo quod cogitavi vt facerem ei. Præterea, certum est Dauid regem fuisse à Deo ad vitam æternam prædestinatum, & tamen cum propter adulterium ab eo commissum accessisset ad illum Nathan Propheta, proponens regi parabola de homine diuite accipiente ouiculam à paupere, qua idem pauper alebatur: Rex Dauid dixit talem diuitem esse filium mortis. Quo dicto, Propheta Nathan dixit ad Dauid: Tu es ille vir. Quibus verbis propheta apertissimè declarauit Dauid regem propter scelus illud esse filium mortis, & dignum qui morte plecteretur æterna, nisi Deus illius misertus, vitam illi dedisset, qua malè actorum poenitere potuisset. Rursum, Beatus Petrus Apostolus prædestinatus est à Deo ad vitam æternam, qua etiam nunc iam fruitur: hic tamen cum Christum increpasset eò quòd se moriturum dixerat, & mori paratum audiuit ab eodem Christo: Vade post me Satana. Ecce Petrus prædestinatus, qui tamen aliquando fuit Satanas. Quòd si Satanas fuit, oportet vt tunc magis ad dæmonem quàm ad Christum pertineret. Nam Theophylactus illum locum Matthæi exponens, sic ait: Satanas aduersarius dicitur. Vade igitur post me, hoc est, ne obstitas, sed sequere voluntatem meam. Vocat autem sic Petrum, quia etiam Satana displicebat Christum pati. Hæc Theophylactus. Sed quia non est valde manifestum Petrum tunc peccasse mortaliter, quamuis vocatus fuerit Satanas (nam sic dictus est, quia diuinæ voluntati aduersabatur: Satanas enim idem est quod aduersarius) idè aliud manifestissimum illius peccatum producimus, trinam videlicet negationem, qua magistrum suum & omnium nostrum deierans negauit. Deinde Paulus vas electio- nis, qui testatur sibi esse repositam à Deo coronam iustitiæ, fatetur se prius fuisse blasphemum. Si tunc blasphemus, ergo tunc peccator & iniquus: & per consequens tunc dignus morte. Nisi forte isti hæretici censent blasphemum esse dignum præmio æterno. Et si peccator tunc erat, oportet vt membrum dæmonis

dæmonis tunc fuerit. Vnde B. Gregorius in Homilia super Euangeliū dominicæ primæ in quadragesima sic ait: Certè iniquorum omnium caput diabolus est, & huius capitis membra sunt omnes iniqui. Hæc ille. Demum, inter multas assertiones Ioannis Hufs, quas Concilium Constantiense sessione decima-quinta damnauit, tertia in ordine est quæ sequitur: Paulus nunquā fuit membrum diaboli, licet fecerit actus quosdam actibus Ecclesiæ malignantium confimiles. Et sexta assertio eiusdem Ioannis Hufs sub his verbis ibidem ponitur: Præscitus, etsi aliquando sit in gratia secundum præsentē iustitiam, tamen nunquā est pars sanctæ Ecclesiæ: & prædestinatus semper manet membrum Ecclesiæ, licet aliquando excidat à gratia aduentitia, sed non à gratia prædestinationis. Hæ autem duæ assertiones simul cum alijs pluribus eiusdem Ioannis Hufs in Concilio Constantiensi damnatæ sunt.

Secunda hæresis circa prædestinationem est, quæ asserit hominem sine speciali Dei reuelatione posse scire se esse à Deo prædestinatū ad vitam æternam. Hæc hæresis hoc nostro miserando seculo ad quāuis hæreses suscitandas aptissimo, in quo quicquid de dogmatibus effundere libet, licet, primò in publicum prodijt. Sed bene res habet, quòd qui ita sentiunt non sunt vsq; ad eò progressi, vt errorem suum per scripturam quæ multò latius quàm verbū nocere solet, prodiderint: sed solo verbo suum temerarium atque ad eò præsumptuosum iudicium manifestarunt. Nam in Concilio Tridentino, cui præsens adfui, cum inter viros doctos, qui multi illic aderant, tractaretur ex mandato synodi quæstio de certitudine iustificationis humana, & res esset inter eos controuersa, ecce vnus aut alter profilierunt, qui præsumptuosa quadam temeritate coram tanta doctorum virorum multitudine dicere non erubuerunt, hominem absque speciali Dei reuelatione posse certò scire non solum se esse iustum, sed esse prædestinatū. Vnus autem ex illis, vt temeritatem suam & superbam præsumptionem pleniorer faceret, seipsum in exemplum proposuit, dicens: Nam ego quidem certò scio me esse prædestinatū. Quod ego audiens obstupui, miratus quòd homo vel mediocriter doctus, & sui iudicij compos in tam dementem errorem incidisset, & illam coram tali ac tanto cœtu effundere non erubisset. Postea verò rem hanc mecum tractans, & diligenti consideratione mente reuoluens, vehementer suspicatus sum, hos tam præsumptuosæ hæresis assertores, Lutherū in pectore gestasse, & in illius verba iurasse, quamuis illi pro Catholicis se nobis venditabant, & pro talibus à nobis existimari cupiebant. Nam etsi Lutherus nunquā, quòd ego sciam, hanc hæresim apertè docuit, ex alijs tamen illius assertionibus euidenter colligitur. Lutherus enim asserit, omnem hominem fidelem debere certò credere se esse iustificatum gratis per misericordiam Dei. Dicit insuper hominem fidelem, etiam si ipse velit, non posse amittere illam salutem quæ sibi data est in baptismo, nisi nolit credere. Ex quibus duabus assertionibus manifestè deducitur ista tertia. Quoniam si homo est certus se esse iustum, & est certus se non posse amittere suam iustitiam, consequens est vt sit etiam certus se assecuturum vitam æternam, quam sine Dei prædestinatione ad illam, assequi nō posset. Contra illas duas primas Lutheri hæreses iam supra in titulo de gratia disputauit, & omnia quæ contra illas duas hæreses in illo loco dixi, etiā in hoc loco contra istam hæresim, de qua nunc agimus, viriliter pugnant. Nam si homo non potest esse certus de sua iustificatione, multò minus de sua prædestinatione. Sed specialiter adhuc contra hanc hæresim pugnare volo, & apertis scripturæ testimonijs, euidentibusq; argumentis illam conuincere, vt tandem conuicta atque confusa discedat à toto orbe Christiano. Vt autem rem apertiorer faciamus, statuamus & signemus hominem aliquem, qui sine speciali Dei reuelatione certò sciat se esse prædestinatū, & fingamus illum esse Petrum. Pro-

Atrum. Probo igitur Petrum sine Dei reuelatione nunquā id scire posse: quoniam seclusa Dei reuelatione, nulla patet via per quam id potuerit Petro esse certum. Primò quidem Petrus non potest esse certus certitudine euidentis de sua prædestinatione: quoniam se esse prædestinatū, non potest sibi esse aliquo modo euidentis. Nam ex sola terminorum noticia non potest esse euidentis, quoniam sola prima principia per se nota, sunt hoc modo euidentia. At cum Petrus esse prædestinatū non sit principium per se notum, cōsequens est, vt non possit hoc modo esse euidentis. Et certè si hoc modo posset esse euidentis Petro, se esse prædestinatū, cuiuscunq; etiam alij homini esset euidentis Petrus esse prædestinatū: quia nomina & voces huius enunciationis, Petrus est prædestinatus, quicunq; alius potest cognoscere, & ita oportet vt quicunq; alius homo posset euidenter scire, Petrum esse prædestinatū. Hoc autem fateri, summa esset dementia. Non potest etiam esse euidentis Petro per demonstrationem, se esse prædestinatū: quoniam Petrus esse prædestinatū non est res necessaria, sed merè contingens, quippe quæ ex sola pendeat libera Dei voluntate. Non enim necessitate aliqua, sed libera sua voluntate Deus homines ad vitam æternam prædestinat. De qua re apertissime nos admonet Paulus in ea quæ est ad Romanos epistola: Non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. Dicit enim scriptura Pharaoni: Quia in hoc ipsum excitauit te, vt ostendam in te virtutem meam, & vt annuncietur nomen meum in vniuersa terra. Ergo cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Constat igitur prædestinationem, quæ ex sola libera Dei voluntate pendet, rem esse contingentem, & non necessariam. Res autem contingentes non possunt per demonstrationem probare: quoniam (vt Aristoteles docet) de cōtingentibus non potest haberi scientia. Nec potest esse euidentis Petro per experientiam, se esse prædestinatū: quoniam id quod sic est euidentis, oportet vt sit facialiter & intuitiue agnitū. At prædestinationē illam, qua Petrus est prædestinatus, quæ actus est diuinæ voluntatis, nemo nisi Deo volente & manifestante intueri valet. Nam talis actus diuinæ voluntatis, quo Petrus ad vitam æternam ordinat, nisi Deo viso, videri nō potest: quod mirabilius est, etiam si Deum ipsum quis videret, non tamen id eò necessarium esset, vt diuinam illam volitionem intueretur, qua Petro decernit dare vitam æternam. Nam (vt B. August. egregie docet) est Deus speculum quoddam voluntariū, ea quæ vult in seipso pandens & manifestans, & quæ vult abscondens. Non est igitur possibile, vt Petro, qui diuinæ voluntatis decretum intueri non valet, sit per experientiam euidentis, se esse prædestinatū. Adde quod iudicia Dei sunt hominibus tā occultata & incognita, vt nō solum illa intueri, sed neq; alio modo cognoscere valeat. Id eò regius propheta ostendere nobis volens, quantū nos diuina iudicia lateant, dixit: Iudicia Dei abyssus multa. Et huius filius rex Salomō ait: Quis hominum poterit scire consilium Dei? Aut quis poterit cogitare quid velit Deus? Cogitationes enim mortalium timidae, & incertæ prouidentis nostræ. Corpus enim quod corrūpitur, aggrauat animā, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantē. Et difficile estimamus quæ in terra sunt, & quæ in prospectu sunt, inuenimus cum labore. Quæ in caelis sunt autem quis inuestigabit? Sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritum tuum de altissimis? Et Paulus in ea quæ est ad Romanos epistola, tantam iudiciorū profunditatem admiratus exclamat, dicēs: O altitudo diuitiarū sapientis & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? Propterea de corde hominis quod inscrutabile sit, Dominus per Hieremiam loquitur dicens: Prauum est cor hominis & inscrutabile, & quis cognoscet illud? Ego Dominus scrutans cor, & probans renes. Si nemo potest scire ea, quæ in corde

Concilium
Constant.

Rom. 4.

Epsal. 35.
Sup. 9.

Rom. 11.

Hierem. 17.

corde hominis versantur, multò minùs poterit cognoscere quæ Deus in corde suo decernit, nisi ipse reueler. Summa igitur temeritas est, aliquem dicere, sine Dei speciali reuelatione, certò & euidenter scire se esse prædestinatum ad vitam æternam, cum Salomò dixerit; sensum Domini neminem scire, nisi ille dederit sapientiam, & miserit spiritum suum de altissimis. Propter quod ab illo qui se prædestinatum esse, certò scire se dicit, interrogèdum esset iuxta Pauli doctrinam, Quomodo nosti sensum Domini? Nunquid cõsiliarius eius fuisti? Et in priori ad Corinthios epistola iterum docet diuina iudicia esse nobis abscondita, quæ tamen Deo reuelante optimè intelligere valemus. Quæ sunt Dei (inquit paulus) nemo nouit, nisi spiritus Dei. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. Ex his omnibus apertissimè colligitur, neminem abque Dei clara visione posse certò scire certitudine euidentia se esse ad vitam æternam prædestinatum. Superest ut ostendamus neminem etiam sine speciali Dei reuelatione posse certitudine fidei Catholice certò scire se esse prædestinatum. Hoc autem facillimè quisque intelliget esse verum, si aduertat quòd nihil est huiusmodi certitudine certum, nisi id solum quod ex fide Catholica credere tenemur. Alioqui oportebit fateri, quòd ex sola probabili ratione & pia erga dicentem affectione certò credimus, esse nobis tam certa, sicut ea quæ fide Catholica credimus. Quod si quis concesserit, impiè aget. Quoniam circa ea quæ ex sola probabili ratione & pia affectione credimus, decipi possumus: circa illa uero quæ ex fide Catholica credimus, decipi non possumus. Si autem contingeret, ea quæ sola ratione probabili & pia affectione creduntur, talia esse ut circa illa non possit sic credens decipi, quod fieret, si quis hac sola ratione motus, crederet aliquam Geometricam propositionem demonstrabilem, aut aliquem ex articulis fidei Catholice, tamen is sic credens non esset tanta certitudine certus, sicut is qui eadem crederet ex fide Catholica inclinante illum ad sic credendum. Quoniam etsi ambo essent æquè certi ad hoc quòd nullus eorum sic credendo potest falli, quia obiectum vtriusque est ex se æquè certum: ex modo tamen tendendi ad obiectum, sunt valde dispares. Nam alter illorum mouetur à sola veritate humana & probabili ratione, alter uero innititur veritati diuinae, & ab illa mouetur ad credendum: quia credit Deum esse veracissimum: & idè firmissimè credit omne reuelatum à Deo esse verum. Quantum autem intersit inter hoc & illud motuum, & quantum sit hoc quàm illud certius, nemo est qui non videat. Ex quo apertissimum euadit, nihil quod fide solum humana creditur, esse æquè certum sicut id quod creditur ex fide Catholica inclinante & mouente animam ad sic credendum. Et inde necessariò consequitur, ut hac certitudine fidei Catholice nemo absque speciali Dei reuelatione possit esse certus, se esse ad vitam æternam prædestinatum. Quoniam quisquis dixerit, se tali certitudine esse de sua prædestinatione certum, fateri cogetur esse articulum fidei, se esse prædestinatum, aut per euidentem & manifestam cõsequentiã deduci ex aliquo articulo fidei. Nam alioqui (ut nunc diximus) non posset tali certitudine esse de sua prædestinatione certus. Vtrunque tamen istorum est apertissimè falsum. Nã quòd non sit articulus fidei Catholice, Petrum aut Ioannem esse ad vitam æternam prædestinatum, adèd est manifestum, ut probatione non indigeat. Si quis autem tam effrons est, ut id negare non vereatur, petendum est ab illo ubi in Apostolorum symbolo, aut in aliquo ex sacris codicibus id ostendet. Sed quia apertiora sunt ista, quàm ut in illis moram facere debeamus, idèd ad aliud pertransio. Non potest etiam ex articulis fidei per euidentem cõsequentiã deducere Petrus, se esse prædestinatum. Nam si id fieri posset, non solum Petrus, sed quicumque talem deductionem facere sciret, certò cognosceret de

A ret de se, & de alio quouis prædestinato, illos esse ad vitam æternam prædestinatos. Nec solum certò sciret certitudine fidei Catholice, sed ita credere teneretur sub interminatione gehennæ. Quoniam ea quæ per euidentem cõsequentiã ex articulis fidei deducuntur, omnes sub interminatione gehennæ credere tenentur. Præterea si hoc ex aliquo articulo deduci posset, certè non ex alio quàm ex illo quo Deus bene operanti & suis mandatis obedienti promisit se daturum vitam æternam. Si vis ad vitam ingredi (inquit Saluator noster) serua mandata. Verum ex hac sola promissione nõ potest quis esse certus de sua prædestinatione, quoniam non est nuda & absoluta promissio, sed conditionalis, sub hac videlicet conditione, quòd seruet mandata. Nemo autem sine speciali Dei reuelatione potest esse certus se habere illam mandatorum Dei adimplerionem, quæ satis sit iuxta Dei promissionem, ad vitam æternam certò assequendam. Nam illa obedientia, qua nunc quis hoc temporis articulo diuina exequitur mandata, etiam si certò sciret se tunc perfectè diuinis obedire mandatis, non valet hominem reddere certum de vita æterna assequenda: Quoniam non iuxta quamcunque, sed solum iuxta eam, quæ erit in finalem perseverantiam, Deus promisit se vitam æternam daturum. Qui perseverarit usque in finem (inquit Saluator) hic saluus. Et Paulus ait: Non coronabitur nisi qui legitime certauerit. Non certat autè legitime, qui quamuis multa & egregia in bello gessit facinora, tandem spontè & non coactus hosti cedere voluit. Denique Salomò ait: Si ceciderit lignum ad austrum siue ad aquilonem, in quocunque loco ceciderit, ibi erit. Quæ verba interpretans Hieronymus in commentarijs super Ecclesiastem, sic ait: Lignum quod in hac vita corruerit, & conditione mortalitatis fuerit incisum, aut peccauit antè dum staret, & in Boreæ parte postea ponitur: aut si digno Austro fructus attulit, in plaga iacebit australi. Hæc Hieronymus. Eandem sententiam multò apertius declarat diuus Salomus episcopus Viennensis in quæstionibus, quas in modum dialogi fecit super Ecclesiastem, sic inquiens: Hæc sententia spiritualiter intelligi debet. Nam per lignum homo designatur: quoniam vnusquisque est quasi lignum syluæ generis humani. Per austrum, qui est vêtus calidus, designatur requies Paradysi: Per Aquilonem, qui est frigidus, designatur inferni supplicium. Et est sensus: Vbiunque homo sibi locum viuendi præparauerit, ad Austrum cum ceciderit, id est, mortuus fuerit, in requie Paradysi & gloria regni celestis permanebit in æternum. Si uero malè viuendo locum sibi præparauerit ad Boream, inferni pœnas licet in secula seculorum. Hæc Salomus ad Veranium fratrem. Ex quibus omnibus apertè colligitur, finem prædestinationis, qui est vita æterna, non dari à Deo propter quamcunque iustitiam, nisi illa in vltimo vitæ hiatu reperiatur. Et inde apertè conuincitur, ut ex sola cognitione præsentis iustitiæ, etiam si illam se habere quis certò cognosceret, nõ possit esse de sua prædestinatione certus, certitudine fidei Catholice. Quoniã etsi admittamus (quod iuxta Pauli doctrinam falsum est) prædestinationè diuinam ex meritis hominum præuisis procedere, ita ut prædestinationis diuinæ causa sit præscientia meritorum, hoc tamen de illis solis meritis intelligendum esset, quæ Deus præsciuit illum in articulo mortis habiturum, ut iuxta Salomonis sententiam, in eo statu perpetuò maneat, in quo per mortem cecidit. Sed fortè quis prædictum errorem pertinaciter tueri contendens, in Iouiniani & Pelagij hæresim incidet, dicens eum qui semel gratiam baptismi suscepit, non posse amplius illam amittere, & per consequens nec peccare, sed esse de sua perseverantia, ac proinde de vita æterna securum. Et inde fortè deducet, eum qui certus sit se gratiam baptismi esse assequutum, esse inde certum de sua prædestinatione ad vitam æternam, quoniam credit certò se ab illa gratia non posse excidere. Sed quia ad hoc asylum confugeret, errorem tueretur peiorem prioribus: nam

ri: nam ex sacris literis constat, Dauid regem fuisse bonum & iustum, quando ex Dei præcepto illum Samuel Propheta unxit in regem. Postea tamen domi-
 ociatus uxorem Uriæ concupiuit, & tandem cum illa coiens adulterium primò, & deinde homicidium perpetravit. Sed quia fortè hoc exemplum Iouinianus & Pelagius reiicient, propterea quòd Dauid non habuit gratiam baptismi, qui tunc non erat à Deo institutus, idèd ad eos qui gratiam baptismi receperunt, accedamus. Apostolos esse ante mortem Christi baptizatos, constat vel ex eo loco Ioannis, ubi ad illos Saluator noster alloquens, dixit: Qui
 loros est non indiget nisi vt pedes lauet. Vos autem mundi estis, sed non omnes. Nam illa verba de lotionem per sacramentum baptismi intelliguntur à sanctis: dicens illos esse mundos, ostendit illos tunc esse in gratia. Quod autem addit, sed non omnes, propter Iudam dictum esse cõstat, qui tunc Christi Saluatoris nostri mortem meditabatur. Parum tamen post hæc verba, in eadem videlicet nocte, omnes Apostoli scandalum passi sunt, quando relicto eorum magistro omnes fugerunt. Et Petrus, qui se omnibus fortiozem & constantiozem iactabat, peius omnibus peccauit quando anathematizans & iurans, termagistrum suum negauit. Nec opus est ampliùs contra hanc Iouiniani hæresim disputare, quia supra in titulo de gratia, hæresi. 2. satis me dixisse memini. Ex his illis omnibus apertissimè conuincitur, quemlibet hominem quamlibet iustum, nisi à Deo sit in gratia confirmatus, posse mortaliter peccare, & per consequens baptismi gratiam amittere. Et inde euidenter colligitur, neminem ex sola agnitione præsentis iustitiæ, etiam si illam se habere certissimè sciret, posse certò cognoscere certitudine fidei Catholicæ se esse ad vitam æternam prædestinatum. Fortè is qui de sua prædestinatione se certum esse contendit, prædictis rationibus victus dicet, non ex sola cognitione præsentis iustitiæ, sed etiam finalis perseverantiæ, esse sibi certò persuasum certitudine fidei Catholicæ, se esse ad vitam æternam prædestinatum. Sed qui hoc diceret, errorem errori adderet: quoniam nemo sine speciali Dei reuelatione potest suam finale perseverantiam certò agnoscere. Nam de hac sola intelligendum est quod Salomon ait: Nescit homo vtrum amore an odio dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta. Quæ verba etsi aliter à Hieronymo ex Hebræo sermone in Latinum translata sint, quam nos iuxta vulgatam æditionem nunc citauimus, suorum tamen verborum sensus à nostro non differt. Translatio Hieronymi, sic habet. Et quidem charitatem & quidè odium non est cognoscens homo, omnia in facie eorum. Vt autè omnibus constare possit istorum verborum sensum à nostra vulgata æditione non differre, opus est vt ipsummet Hieronymum audiamus suam translationem interpretantem, qui sic ait. Neq; amicitias neq; inimicitias scit homo, sed omnia coram eis incerta, propterea quòd omnibus eueniunt similia, iusto & iniusto. Porò hic sensus est. Etiã in hoc dedi cor meũ, & scire volui quos Deus diligeret, quos odisset, & inueni iustorum quidem opera in manu Dei esse: & tamen vtrum amentur à Deo an non, nũc eos scire nõ posse: & ambiguo fluctuare, vtrum ad probationem sustineant quæ sustinent, an ad supplicium. Hæc Hieronymus. Quæ verba eundem explicant sensum quem vulgata æditio docet. Præterea, idem Salomon alibi dicit: Ne gloriaris in crastinum, ignorans quid superuentura pariat dies. Per crastinum hoc loco Sapiens intelligit rotum tempus futurum, siue sit proxima dies sequens, aut quælibet alia post illam. Iuxta hanc enim significationem vsus est hac voce Saluator noster, quum auocare nos volens à cura & sollicitudine prouidendi in futurum tempus de rebus corpori necessarijs, dixit: Nolite solliciti esse in crastinum. Non enim solùm prohibuit nobis sollicitudinem in diem proximam, sed multò magis in aliam longè distantiozem. Prohibet ergo Salomò, ne gloriemur in tempus futurũ, quia ignoramus quid illo

A quid illo tempore acturi sumus. At si homo iustus esset certus de sua perseverantia in iustitia, posset quidem, & meritò gloriari de sua præsentis bonitate & iustitia: quia certò sciret quid superuentura dies illi parere posset. Nam si, vt
 Paulus docet, potest homo de bonitate in Domino gloriari, nihil prohibet quin gloriari possit in crastinũ, si certus est se in crastinũ nõ amissurũ quod hodie habet. Sed quia Salomon diuino spiritu illustratus, optimè agnoscebat homines ex se ignorare quid in futuro tempore acturi sint, idèd prohibet illis ne in futurum tempus gloriètur. Idèd beatus Augustinus in libro de pastoribus, cap. 12. temeraria iudicia esse censet ea, quibus homines de se aut alijs iudicant, quales futuri sint, cum hoc scire non possint. Temerarijs iudicijs, inquit ille, plena sunt omnia, neque timor certus est, neque amor. Quid sit hodie quisq; homo, vix nouit ipse homo: tamen vtrunque quid hodie, quid autem cras neque ipse. Hæc Augustinus. Rursum, cõtra perseverantiæ certitudinem pugnant omnia illa, quibus sacra scriptura nos admonet, vt in futurũ simus cauti, & nobis ipsis prospiciamus. Qui sibi videtur stare, inquit Paulus, videat ne cadat. Et Salomon ait: Beatus homo qui semper est pauidus. Si homo semel iustificatus, certus esset de sua perseverantiã, nõ erat opus illum admonere de cautela, & de pauore. Deinde, perseverantiam in bono, aut suam prædestinationem non esse alicui homini sine speciali Dei reuelatione notam, testantur concorditer omnes sacri doctores: è quibus aliquos nunc in testes citare decreui. Bernardus in sermone primo de septuagesima, de cœlesti electorũ generatione differens, hæc ait: Sed generationem istã quis enarrabit? Quis potest dicere, ego de electis sum? ego prædestinatus ad vitam? ego de numero filiorũ? Quis hæc inquam, dicere potest reclamante scriptura? Nescit homo an amore dignus sit, an odio. Certitudinem vtrique non habemus sed spei fiducia consolatur nos, ne dubitationis huius anxietate cruciemur. Hæc Bernardus: qui non suo tantum iudicio, sed sacre scripturæ testimonio fretus, apertè docet neminem scire se in bono perseveraturum, aut à Deo ad vitam æternam esse prædestinatũ. Beatus Gregorius lib. 6. in registro, interpretans illud Saluatoris, Spiritus ubi vult spirat, & vocẽ eius audis, & nescis vnde veniat aut quò vadat, hæc ait: Spiritus quidem venit & vadit, quia reprobos deserit, electos assumit. Et quia iudiciũ omnipotentis Dei imperscrutabile est, vnde veniat, & quò vadat homo nescit: quia sciri non potest, an quis in gratia, quam recipit, perseverare in perpetuum debeat. Ab eo igitur qui deserit, venire spiritus dicitur, ire ad eum qui perseveraturus est: quia alios in tempore, alios assumit, nec tamen deserit. Hæc Gregorius. Eidem sententiæ fauet beatus Salonius Viennensis episcopus, Gregorio vetultior, qui in commentario, quod in modum dialogi fecit super Ecclesiastem, interpretans illud Salomonis, Quis nouit si spiritus filiorum Adam ascendat sursum, & spiritus iumentorum ascendat deorsum, hæc ait: Filij Adam significant sanctos & electos viros, qui meritò appellantur homines, quia rationaliter, sanctè, & spiritaliter viuunt. Per iumenta verò significantur carnales, quia propterea iumenta vocantur, quoniam bestialiter & carnaliter sicut iumenta & pecora viuunt. Hinc enim sanctus propheta David dicit: Homines & iumenta saluabis Domine. Solet enim fieri, vt illi qui videntur homines iusti, peccent, & conuertantur à iustitia sua, & faciant iniquitatem. E contrario illi qui sunt mali & impij, conuertantur ab iniquitate sua, & faciant iustitiam & aequitatem. Idèd dicit Salomon: Quis nouit si spiritus filiorum Adam ascendat sursum, & spiritus iumentorum descendat deorsum: quia tam incertus est vitæ huius status, vt & peccator qui iumentum vocatur, per penitentiam cõuersus surgat & ascendat in cœlum: & iustus à iustitia sua ruat in peccatum, & demergatur ad inferos. Hæc Salonius. Sed multò apertius beatus Augustinus in multis locis hanc sententiam docet. Nam in epistola ad
 SSS 2 Probam,

Arguor.
1. Cor. 4.

Probam, quæ est in ordine suarum epistolarum. 121. tractans illud Pauli, Nolite ante tēpus iudicare, hæc ait: Sicut sibi quisque, nemo alter alteri notus est: & tamen nec sibi quisque ita notus est, ut sit de sua craftina conuersatione securus. Et libro vndecimo de ciuitate Dei, capite duodecimo, de iustis viris loquens, hæc ait: Qui licet de suæ perseuerantiæ præmio certi sunt, de ipsa tamē perseuerantia sua reperiuntur incerti. Et in libro de bono perseuerantiæ, prope initium, hæc ait: Afferimus ergo, domum Dei esse perseuerantiam, qua vsque in finem perseueratur in Christo. Finem autem dico, quo vita ista finitur, in qua tantummodo periculum est, ne cadatur. Itaque vtrum quisque hoc munus acceperit, quandiu hanc vitam ducit, incertum est. Hactenus Augustinus. Denique Concilium Tridentinum sub Paulo tertio celebratum, sessione sexta, capite. 12. & 13. manifesta definitione declarauit, quid de hac re sit necessarium credendum, sic dicens: Nemo quoque, quamdiu in hac mortalitate viuatur, de archano diuinæ prædestinationis mysterio vsque adeo præsumere debet, ut certo statuatur, se omnino esse e numero prædestinatorum, quasi verum esset, quod iustificatus aut amplius peccare non possit, aut si peccauerit, certam sibi respicientiam promittere debeat. Nam, nisi ex speciali reuelatione, sciri non potest, quos Deus sibi elegerit. Similiter de perseuerantiæ munere, de quo scriptum est: Qui perseuerauerit in finem, hic saluus erit, quod quidē aliundē haberi non potest, nisi ab eo qui potens est eum qui stat, statuere, ut perseueranter stet: & eum qui cadit, restituere, nemo sibi certi aliquid absoluta certitudine polliceatur: tamen in Dei auxilio firmissimam spem collocare & reponere omnes debent. Deus enim, nisi ipsi illius gratiæ defuerint, sicut cepit opus bonum, ita perficiet operans velle & perficere. Veruntamen qui se existimant stare, videant ne cadant, & cum timore ac tremore salutem suam operentur in laboribus, in vigilijs, & elemosynis, in orationibus, & oblationibus, in ieiunijs & castitate. Formidare enim debent, scientes quod in spem gloriæ, & nondum in gloria, renati sunt, de pugna quæ superest cum carne, cum mundo, cum diabolo, in qua victores esse non possunt, nisi cum Dei gratia Apostolo obtemperent dicenti: Debitor sumus non carni, ut secundū carnem viuamus: si enim secundū carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuicis. Et post datam hanc de prædestinatione & de perseuerantiæ munere doctrinam, ne quis ausu temerario contra illam deinceps aliquid asserere auderet, canonem latæ sententiæ statuit, qui sextusdecimus est, & sequentibus verbis exprimitur. Si quis magnum illud perseuerantiæ donum, se certo habiturum, absoluta & infallibili certitudine dixerit, nisi hoc ex speciali reuelatione didicerit, anathema sit. Hactenus Concilium Tridentinum. Verum etsi nullus absque speciali Dei reuelatione possit certo & infallibiliter scire se esse prædestinatum, aut in bonitate & iustitia vsque in finem vite perseueraturum, nihil tamen obstat quin per signa aliqua & coniecturas possit coniecere se esse de numero prædestinatorum. Nam multa de hac re signa nobis ostendunt sacri doctores, testimonijs sacre scripturæ roborata, & sunt quæ sequuntur. Patientia in tribulationibus, misericordia erga pauperes & afflictos, humilitas, contemptus rerum mundanarum, Lachrymarum vbertas, præsertim pro desiderio patriæ cælestis, libens & alacris auditio verbi Dei, & alia fortē huiusmodi plura. Sed licet aliquis hæc omnia in se certa experientia agnosceret, non idē deberet esse de sua prædestinatione securus ac certus: quia possibile est, ut illa quæ in se habet, talia non sint, qualia ipse putat. Potest etiam contingere, ut multa ex illis adsint cum peccato mortali, prout contigit aliquibus philosophis gentilibus, qui multis huiusmodi virtutibus præditi, idolatræ fuerunt.

P R AE.

A

PRÆDICATIO.

INter multos errores, quos Vvaldensibus impingit Aeneas Syluius, libro de origine Bohemorum, capite trigesimoquinto, is vnus est, quo docent liberam esse cuiunquē Christiano verbi Dei prædicationem, adeo vt quamuis à superiore sit prohibitus ne id agat, illum tamen posse prædicare verbum Dei asserant. Verum Guido Carmelita in sua summa de hæresibus Vvaldensium errores recensens, nunquam huius erroris meminit. Eundem errorem postea docuit Ioannes Vvicleph. Et hunc sequutus est Ioannes Hufs velut discipulus magistrum. Et quia posteriores hæretici, quod aliquid gloriæ inanis, quam maximè optant, captare possint, præcedentium hæreticorum insaniam augere conantur: idē hic Ioannes Hufs hanc assertionem de libera verbi Dei prædicatione docens, dicit eum qui propter superioris prohibitionem desinit prædicare verbum Dei, esse eo ipso à Deo excommunicatum. Hanc sententiā damnat beatus Paulus in epistola ad Romanos, dicens: Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? Arbitratur namque Paulus neminem posse iustè officium prædicationis exercere, nisi id sibi mandatum fuerit, & ad illud exercendum missus fuerit. Et in epistola ad Hebræos iterum ait: Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Et quanquam hoc loco Paulus de Pontifice loquatur, quia tamen Pontificis munus est populum docere, prout ex multis Pauli locis constat: idē non inconuenienter de prædicatore etiam dicitur, vt nullus eorum sumat sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Præterea primi prædicatores Euangelij, quos Deus ad hoc elegit, vt in omnem terram exiret sonus eorum, vocati sunt à Christo Apostoli, hoc est, missi, vt ex nominis ratione quisque agnosceret, neminem prædicare debere, nisi ad hoc missus fuerit. Mittitur autem, quum à superiore potestatem habente facultas prædicandi conceditur. Et magnus ille Ioannes Baptista, quo inter natos mulierum non surrexit maior, nunquam prædicare ausus est, quousque sibi à Deo mādatum est. Sic enim ait Lucas: Anno quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, & cæt. factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto: & venit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum. Quæ verba interpretans Theophylactus, ait: Factum est autem verbum Domini super Ioannem, vt discas illum non temerè, neque citra vocationem ad testificandum de Christo profiliisse, sed diuino motum spiritu. Per verbum intellige Spiritum sanctum, vel mandatum Dei. Hæc Theophylactus. Et Ioannes Euangelista hoc expressius de eodem Baptista refert: Fuit (inquit) homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Ecce Ioannem Baptistam, qui non audeat testari de lumine, nisi prius à Deo missus ad hoc fuisset: & non verentur superbi hæretici contra superioris præceptum prædicare. Accedit ad hæc exemplar legis veteris, in qua hoc fuit perpetuo tenore seruatum, vt nullus vnquam ex sanctis prophetis, quales fuerunt Esaias, Hieremias, Ezechiel, & cæteri similes, populo prædicarent, nisi postquam ad id faciendum fuissent à Deo missi. Sed neque Moyfes ipse, qui Israëlitici populi dux & legislifer fuit, vnquam diuina ad populum mandata, nisi Deo prius id sibi præcipiente, explicare fuit ausus. Et ob hanc causam, pseudopphetas, qui propria voluntate sine Dei mandato se ad prophetandum ingesserunt, reprehendit Dominus per Hieremiam prophetam, dicens: Non misi eos, & non præcepi eis, neque locutus sum ad eos: visionem mendacem, & diuinationem

Hier. 23. nem fraudulentam, & seductionem cordis sui prophetant vobis. Et iterum per eundem prophetam in alio capite ait: Non mittebam prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Et isti tales sunt illi de quibus Christus Saluator noster locutus est, quum dixit: Omnes quotquot ante me venerunt, fures sunt & latrones. Quae verba interpretans Theophyl. phylactus super Ioannem, ait: Diligenter attende verbum ipsum. Quicumque venerunt, inquit, non quicumque, missi sunt. Nam prophetae quidem missi aduenerunt, pseudoprophetae autem, quales & seditiosus illi dicti, a nullo missi venerunt. sicut & Dominus dixit: Ego non mittebam eos, & illi currebant. Hec Theophylactus. Et huic interpretationi consentit Beda super Ioanne, misit dicens: Per se venerunt: quia per eum missi non fuerunt, dicente Apostolo: Quomodo predicabunt, nisi mittantur? Et quia per se venerunt, & non sunt ab eo missi, fures sunt & latrones. Nam ante aduentum Christi, falsi fuerunt in populo Dei prophetae, falsi doctores: sicut post aduentum illius sub nomine Christiano quam plurimi fuerunt falsi doctores: nec doctores, sed seductores. Hec Beda. Illi ergo qui ad predicandum missi non sunt, sed per se venerunt, vt Saluator noster ait, fures sunt & latrones. Fures inquam, quia veritate auditores spoliauerunt, & postea eorum animas occiderunt, ad errores & vitia seductionibus suis illas trahentes. Nullus ergo Apostolus, nisi qui missus est: nullus etiam predicator verus, nisi cui predicationis officium commissum est. Vnde beatus Hieronymus libro primo commentariorum super epistolam ad Galatas circa principium, sic ait: Ad distinctionem itaque eorum qui mittuntur ab hominibus, & sui, qui sit missus a Christo, tale sumpsit exordium: Paulus Apostolus non ab hominibus, neque per hominem: *ἀπὸ θεοῦ* autem, hoc est, missus. Et parum infra: Vnde & nos possumus colligere Ioannem quoque Baptistam & Prophetam & Apostolum appellandum: siquidem ait scriptura: Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Ioannes. Et paucis interiectis subdit: Quatuor autem genera Apostolorum sunt. Vnum, quod neque ab hominibus est, neque per hominem, sed per Iesum Christum & Deum patrem. Aliud, quod a Deo quidem est, sed per hominem. Tertium, quod ab homine, non a Deo. Quartum, quod neque a Deo, neque per hominem, neque ab homine, sed a semetipso. De primo genere potest esse Elias, ceterique Prophetae, & ipse Apostolus Paulus, qui neque ab hominibus, neque per hominem, se a Deo patre & Christo missus est. De secundo Iesus filius Naue, qui a Deo quidem est Apostolus constitutus, sed per hominem Moysen. Tertium genus est, cum hominum fauore & studio aliquis ordinatur: vt nunc videmus plurimos, non Dei iudicio, sed redempto fauore vulgi in sacerdotium subrogari. Quartum est pseudoprophetarum & pseudopostolorum, de quibus Apostolus: Istiusmodi (inquit) pseudopostoli, operarij iniquitatis, transfigurantes se in Apostolos Christi, qui dicunt: haec dicit Dominus, & Dominus non misit eos. Haec tenus Hieronymus. Ex cuius verbis patet illum non dici apostolum, sed pseudopostolum, qui nec a Deo, neque ab hominibus electus est, sed ipse se ingerit, & officium predicationis usurpat. Si autem haereticus dicat se a Deo ad predicandum missum, quemadmodum Paulus qui nec ab homine, neque per hominem Apostolus factus est, sed a Deo: tunc oportet vt haereticus miraculis & signis ostendat se missum a Deo. Nam Moyses coram Pharaone miraculorum claritate probauit se missum fuisse a Deo. Et quum Christus misit Apostolos ad predicandum, prius dedit illis potestatem spirituum immundorum, vt eijcerent eos, & curarent omnem languorem & omnem infirmitatem. Rursum, vt ex sacris literis constat, predicationis verbi Dei interdicta est etiam scientibus illud, cum aliqua causa vrgeret pro aliquo tempore & loco. Quoties ergo talis subest causa, licite impediatur aliquis ne verbum Dei predicet. Ipse enim veritatis magister,

A gister, cum Apostolos suos ad predicandum misit, prohibuit illis ne in via Gentium irent. Huius autem prohibitionis causam assignat Hieronymus super Matthaeum, dicens: Oportebat primum aduentum Christi nunciare Iudeis, ne istam haberent excusationem, dicentes se Dominum ideò reiecisse, quia ad gentes & Samaritanos Apostolos miserit. Haec Hieronymus. Ecce vnam iustam causam, propter quam iuste potest aliquis prohiberi ne in aliquo loco predicet, vt videlicet ne per talem predicationem in tali loco, desinat predicare alijs quibus magis tenetur. Nam si quis pastor animarum, dimissis proprijs ouibus, quibus ex officio tenetur predicare, ad alium locum accedit vt predicet, iuste potest ibidem prohiberi, vt vel sic prohibitus ad proprias oues recurrat. Potest etiam esse alia causa iustae prohibitionis, ne videlicet verbum Dei predicatum tali loco aut tali tempore, ab audientibus contemnatur. Sanctus enim Paulus & Timotheus prohibiti sunt a Spiritu sancto loqui verbum Dei in Asia: & cum volebant in Bithynia predicare, non permisit eos spiritus Iesu. Et huius prohibitionis causam reddit Beda super actus Apostolorum, dicens: Qui nouit corda Deus, beneficij gratia doctorem ab Asia remouit: ne si sanctum canibus daretur, error cordis iniqui de contempta predicatione iudicaret. Haec Beda. Quoties ergo appareat verbum Dei fore ab auditoribus contemnendum, tunc iuste predicationis verbi Dei potest a superiore prohiberi. Multis autem modis contingere potest vt verbum Dei contemnatur. Aliquando enim contemnitur propter solam auditorum malitiam & duritiam. Aliquando etiam ipsius predicatoris malitia est causa quod verbum Dei contemnatur. Nam, vt dicit beatus Gregorius, cuius vita despicitur, restat vt eius predicationis contemnatur. Quapropter quum publica est mala vita predicatoris, tunc superior iuste potest eum prohibere ne predicet: imò iniuste facit, si non prohibet, ne occasione male vitae predicatoris, verbum Dei vilipendio habeatur. Peccatori enim dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas per os tuum? Aliquando etiam contemptus paratur sine malitia predicatoris aut audientis, sed propter aetatem ipsius docentis. Nam iuuenes, eò quod minus experti sunt, non sunt apti ad docendum, sed bene vt doceantur. Si ergo puer aut adolescens doceret, eius doctrina a vulgo contemneretur, quoniam indoctum vulgus non tam considerat quid, quam a quo dicatur. Quapropter Christus qui paruulus natus summa erat sapientia, ante tamen tricesimum suae aetatis annum predicare noluit, vt Lucas testatur: & praecursor illius Ioannes Baptista illa eadem aetate predicare coepit: quoniam illa est aetas perfecta, in qua maxime omnes hominis vires pollent. Et hinc, quantum ego existimo, factum est vt Ecclesia decreuerit episcopos, quibus ex officio predicare competit, non ordinari ante tricesimum aetatis annum. Illos ergo propter quorum paruam aetatem verisimile est verbum Dei fore contemnendum, iuste potest superior a predicatione arcere, ne verbum Dei pateat contemptui. Vnde beatus Gregorius in pastoralia excludit iuuenes & imperfectos ab officio predicationis, dicens: Admonendi sunt vt considerent quod conceptas soboles foeminae, si priusquam bene formentur, proferunt, nequaquam domos sed tumulos replent. Hinc est quod ipsa veritas, quae repente quod vellet roborare potuisset, vt exemplum sequentibus daret, ne imperfecti predicare praesumerent: postquam plene de predicationis virtute instruxit, illico adiunxit: Vos autem sedete in ciuitate donec induamini virtute ex alto. Haec Gregorius. Tertia adhuc potest assignari causa, & omnium maxima, propter quam predicationis verbi Dei potest, imò debet a superiore alicui interdici, si talis videlicet predicatione sua Ecclesiam scandalizat, & illam conturbat. De his Apostolus Paulus Galatis scribens ait: Sunt aliqui qui vos conturbant, & volunt conuertere Euangelium Christi. Et postea circa finem epistolae, de talibus sententiam ferens

F. ALFONSI DE CASTRO MINORITAE

Gal. 5. ferens ait: Vtinam abscondantur qui vos conturbant. Et Sapiens in libro Pro-
Prou. 25. uerbiorum ait: Eijce derisorem, & exhibit cum eo iurgium. Quæ verba inter-
Beda. pretans Beda super Prouerbia, ait: Eijce (inquit) hæreticum, quem corrigere
 nõ potes, de Ecclesia, & cum illi libertatem prædicandi abstuleris, Catholicæ
 paci auxilium præstas. Hæc Beda. Ecce multas causas, propter quas potest ius-
 tæ prohiberi alicui prædicatio verbi Dei. Et generaliter loquentes (vt iam
 ostendimus) dicimus neminem iustè prædicare posse, nisi à Deo aut ab homi-
 ne potestatem habente ad hoc missus fuerit, vt nemo assumat sibi honorem,
 sed qui vocatur à Deo tanquã Aaron. Melius ergo quàm isti hæretici de præ-
 dicatione verbi Dei sentiens beatus Franciscus Minorum institutor, talia fratri-
Franciscus. bus suis in sua regula mandat: Fratres (inquit) non prædicent in episcopa-
 tu alicuius episcopi dum ab eo illis fuerit contradicturn. Et generaliter nul-
 lus fratrum audeat populo prædicare, nisi à ministro generali huius fraterni-
 tatis fuerit examinatus & approbatus, & ab eo officium sibi prædicationis con-
 cessum. Hæc Beatus Franciscus. Hæretici tamen, cum valde ab humilitate
 beati Francisci distarent, longissimè etiam ab illius sententia separati sunt. De-
Concilium mum in Concilio Constantiensi hæc assertio damnata est. Nam ex. 45. articu-
Constant. lis Ioannis Vvicleph, quos Concilium Constantiense sessione octaua dam-
 nauit, tertiusdecimus sic ait: Illi qui dimittunt prædicare siue audire verbum
 Dei propter excommunicationem hominum, sunt excommunicati, & in die
 iudicij traditores Christi habebuntur. Et quartusdecimus articulus sic dicit:
 Licet alicui diacono vel presbytero prædicare verbum Dei absque autoritate
 sedis Apostolicæ vel episcopi Catholici. Qui duo articuli simul cum alijs
 eiusdem Ioannis Vvicleph vna super omnes lata sententia ibidem damnati
 sunt. Et in eodem Concilio sessione decimaquinta damnati sunt plures arti-
 culi Ioannis Hufs, ex quibus tres sunt qui hanc damnatam doctrinam tutan-
 tur, videlicet viceimus, & viceimus primus, & viceimus secundus. Aduersus
 hanc hæresim scripsit Thomas Vvalden. in primo tomo doctrinalis fidei an-
 tiquæ. Et nos etiam aduersus eam plura dicemus infra in titulo de sacerdotio,
 hæresi prima.

PRÆSCIENTIA.

Albanenses. **I**nter multos errores quos Guido Carmelita tribuit Albanensibus, vnus
 est ad hanc rem pertinens. Dicunt enim Deum non præscire ex se aliquod
 malum, sed per aduersarium suum, scilicet dæmonem. De quo autem ma-
 lo illi intelligant, Guido non expressit. Duplex enim esse malum sacra docet
 scriptura. Nam est malum quod dicitur peccatum sine culpa: & hoc notissimū
 est malum. Est etiam malum quod dicitur pœna, de quo per Esaiam propheta
Esai. 45. Deus loquens ait: Ego Dominus, & nõ est alter: formans lucem, & creans te-
 nebras: faciens pacem, & creans malum. Malum hîc dixit bellum, non quod
 per se malum sit, sed quia incommodum est illis qui bellum sustinēt. De vtro-
IOH. 3. que Ionas propheta loquitur, qui describēs quo pacto Niniuitæ ad illius præ-
 dicationem penitentiam egerint, ait: Et vidit Deus opera eorum, quoniã con-
 uersi sunt de via sua mala, & miserus est Deus super malitiam quam locutus
 fuerat vt faceret eis, & non fecit. Quo loco constat duplicem malitiam desi-
 gnari. Cum enim dixit, conuersi sunt de via sua mala, malum culpæ indicauit:
 Dicens autem, miserus est Deus super malitiam quam locutus fuerat vt fa-
 ceret eis, malitiam pœnæ apertissimè intellexit. De quo autem malo Alba-
 nenses intelligant Deum illud non præscire, Guido non expressit. De quo-
 cunque tamen molo loquantur, constat illorum sententiam esse hæreticam, &
 in Deum

ADVERSUS HAERESSES, LIB. XII. Fol. 381

A in Deum blasphemam. De malo vtroque apertissimum est testimonium, quod
 ipsemet Deus Moyse dixit, cum illum à Pharaonem mitteret. Sed ego scio (in-
 quit ille) quod non dimittet vos rex Aegypti vt eatis, nisi per nanum validã:
 extendamque manum meam, & percutiam Aegyptum in cunctis mirabilibus
 meis, quæ facturus sum in medio eorū. In quibus verbis & peccatum regis præ-
 dixit, & plagas, quibus percutiendus erat ille, & populus eius. Vtrunque ergo
 malum præscijit Deus. De malo culpæ apertissimum est quod Ioannes ait: Scie-
 bat enim ab initio Iesus qui essent credentes, & quis traditurus esset eum. Vi-
 des hic Christum ab initio præscisse Iudæ traditionem, quæ non leue fuit ma-
 lum. De malo pœnæ tot sunt prophetarum vaticinia, quibus populo prædixe-
 runt mala, vt ea enarrare nõ sit opus: sed illud satis est ad hanc hæresim reuin-
 cendam, quod Lucas Euangelista de Christo Salvatore nostro loquens ait: Vt
Luc. 19. appropinquauit, videns ciuitatē, fleuit super illam, dicēs: Quia si cognouisses,
 & tu: & quidē in hac die tua, quæ ad pacem tibi: nunc autem abscondita sunt
 ab oculis tuis: quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, &
 circumdabunt te, & coangustabunt te vndique, & ad terrā prosternent te, & fi-
 lios tuos qui in te sunt: & non relinquent in te lapidem super lapidē: eod quod
 nõ cognoueris tempus visitationis tuæ. Ecce quot plagas, quæ mala sunt, Chri-
 stus prædixit: quas illum præscisse, euentus, qui postea secutus est, demonstrat.
 Quod autem Albanenses dicunt Deum per aduersarium suum, videlicet dæ-
 monem, præscire mala, tam aperta est blasphemia, vt aduersus eam disputare
 dedignemur. Nam quæ conuentio lucis ad tenebras? Quæ conuētio Christi
 ad Belial? Quis consiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei?
 Et apud Iob: Nunquid Deū docebit quispiã sententiam, qui excelsos iudicat?
 Peiores sunt isti quàm Pharisei illi, qui Christo exprobrarūt quod in Beelze-
Luc. 11. bub principe dæmoniorum eiecisset dæmonium. Sed hoc non passus est Chri-
 stus, multo ergo minùs tolerasset Albanenses, si illi dixissent quod dæmone do-
 cente Deus aliquid præsciat. Nec opus est vt in tam aperta blasphemia proster-
 nenda tempus teramus, quoniam non puto esse aliquem Christo iniciatum,
 cui hæc irreperere possit cogitatio. Nã quamuis illam Albanensibus tribuat Gui-
 do, nescio tamen an illi in hac parte fidam.

PROPHETA.

DE hac re vna satis impia hæresis, quæ dum prophetis detrahit, Deū bla-
 sphemat. Apelles enim dixit prophetas contrario spiritu fuisse inspira-
 tos, & idèd contraria dixisse. Quapropter dicebat prophetias esse fal-
 sas, nihilq; in illis esse veritatis, eod quod seipsas (vt dicebat) arguunt, & sibi ipsas
 aduersantur. Quia ergo Apelles in prophetis reperiebat aliqua quæ in speciē
 pugnare videbantur, quæ ille conciliare nesciebat, nõ est veritus prophetis im-
 pingere mendacium. Et cum contrarias sibimetipsis doceret esse prophetias,
 & contraria ab eodem esse non possent, & hunc errorem facilius tueri posset,
 in alium peiorem lapsus est, dicens duo esse rerum principia, à quibus duobus
 inter se diuersis aut diuisis prophetas dicebat fuisse inspiratos, vt contraria di-
 xerint. Hæc ex Eusebio, libro quinto historiae Ecclesiasticæ, capite duodecimo.
 Cum hæc hæresis duos simul prouoluat errores, de vno solo est nunc differen-
 dum. Nam quod tantum sit vnicum omnium principium, supra iam conuici-
 mus in titulo de Deo, hæresi prima. Illo enim loco aduersus Apellem & alios
 hæreticos, ostendimus ex sacris literis Dei vnitatem. Superest vt alium huius
 hæresis errorem rejiciamus, quo docetur prophetas falsa docuisse, & sibi in-
 uicem contraria dixisse. Et certè non est operosum hunc errorem rejicere,
 quum aper-

quum apertissima sit in Deum blasphemia . Quis enim dubitat supremam esse blasphemiam, Deo impingere mendacium? At qui dicit prophetas docuisse falsa, illam falsitatem in Deum rejicit, qui prophetas ut sic loquerentur inspiravit. Locutus est enim Deus (ut ait Zacharias apud Lucam) per os sanctorum, qui a seculo sunt prophetarum eius. Et propheta regius testatur linguam suam esse calamum scribae velociter scribentis, hoc epitheto Spiritum sanctum designans, cuius gratia (ut Ambrosius ait) tarda molimina nescit. Nullus est autem adeo demens, ut falsitatem scripturae calamo tribuat, & non potius scriptori qui calamum movit. Si ergo Deus est scriba, & propheta calamus, ea quae propheta docuit, Deo potius tribuenda erunt quam prophetae: quod fiet ut si propheta aliquis falsa docuit, ut Apelles ait, Deus falsitatis sit arguendus, & non propheta. Absit ut in tantam blasphemiam quis incidat, ut Deum mendacem dicere praesumat. Praeterea beatus Paulus in ea quae est ad Hebraeos epistola, ait: Multiphariam multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, &c. Ecce vides Paulum asserentem Deum fuisse loquutum ore prophetarum. Et beatus Petrus ait: Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia: sed Spiritu sancto inspirati loquuti sunt sancti Dei homines. Ecce prophetas vni co Spiritu, videlicet sancto, inspiratos, & per illius inspirationem loquutos. Sic inspirati non magis mentiti sunt quam Deus, cuius inspiratione loquebantur. Neque opus est ut aduersus tam apertam blasphemiam amplius contendamus.

Secunda haeresis docet prophetas fuisse arreptitios, non intelligentes ea de quibus loquebantur. Huius haeresis autor fuit Montanus, quem postea sequutus est in hac parte Priscillianus. Hoc enim illi tribuit Bernardus de Lutzemburgo in suo catalogo haereticorum. Non enim apud aliquem alium, qui de haeresibus scripserit, inuenio Priscillianum fuisse de hac re notatum. Neque ipse Bernardus de Lutzemburgo dicit, quo testimonio fretus hoc tribuerit Priscilliano. Haec haeresis apertissime conuincitur per id quod habetur in primo libro Regum. Qui enim propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns. Si propheta est videns, qui fieri potest, ut non sit etiam intelligens? Tanta est enim noticia, quam prophetae habent de illis rebus quas prophetizant, ut proxima sit illi noticia, quam visitata voce intuitiuam vocant: & propter hanc causam prophetae appellati sunt videntes, & ipsae eorum prophetiae vocantur visiones. Esaias siquidem hoc nomine suam appellat prophetiam, dicens: Visio Esaias filij Amos. Et eodem modo loquitur Ezechiel propheta, dicens: Visiones Dei vidi. Et prophetia Naum prophetae tale habet initium: Liber visionis Naum. Et de hac prophetarum visione dicitur in Daniele: Intelligentia opus est in visione. Quod fit, ut qui non intelligit quae dicit, propheta non sit dicendus, quamuis prophetiam aliquam dicat. Nam corpus Helisai mortuum prophetauit, sicut de illo narrat Ecclesiasticus: nullus tamen sanae mentis dicit corpus illud mortuum fuisse prophetam. Praeterea, si prophetae fuerunt arreptitij, non intelligentes quae loquebantur, fateri oportet eorum prophetias non fuisse a Deo: quoniam (ut est apud Iob) Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Ex quibus verbis aperte conuincitur, ut si prophetae non fuerint intelligentes, non fuerint etiam inspirati a Deo. Quod si inspirati sunt a Deo, intelligentes etiam eos fuisse oportet, quia inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Deinde beatus Paulus in priore epistola ad Corinthios apertissime docet prophetas esse intelligentes. Nam eum solum beatus Paulus censet appellandum prophetam, qui ea quae loquitur, scit interpretari & exponere ad auditorum vtilitatem & aedificationem. Sic enim ait: Qui Prophetat, hominibus loquitur ad aedificationem & exhortationem & consolationem. Qui loquitur lingua, semetipsum aedificat. Qui

A cat. Qui autem prophetat, Ecclesiam aedificat. Volo autem vos omnes loqui linguis: magis autem prophetare. Nam maior est qui prophetat, quam qui loquitur linguis: nisi forte interpretetur ut Ecclesia aedificationem accipiat. Ecce vides eum a Paulo appellari prophetam, qui ea quae loquitur, interpretari valet ad Ecclesiae aedificationem. At fieri non potest ut intelligens non sit, qui est interpretes. Accedit ad haec, quod de aliquibus prophetis scriptura sacra apertissime testatur eos intellexisse ea quae prophetabant. De propheta siquidem Daniele dicitur quod dederit illi Deus intelligentiam omnium visionum & somniorum. Et propheta Ezechiel, describens eam visionem qua vidit Cherubin ambulans iuxta rotas, ait, intellexi quia Cherubin essent. Propheta testatur se intellexisse, & non verentur Montanus & Priscillianus dicere illos non intellexisse. Instius est ergo ut credamus hos haereticos fuisse arreptitios, & a demone agitados: prophetas autem, quos Deus inspiravit, optimè intellexisse ea quae prophetabant: adeo ut propter excellentem quam habuerunt notitiam intuitiuam proximam, videntes sint appellati.

PURGATORIUM.

VNus ex notissimis erroribus Graecorum & Armenorum est, quo docent nullum esse purgatorium locum, in quo animae ab hac luce migrantes purgentur a sordibus quas in corpore contraxerant, antequam in aeterna tabernacula recipi mereantur. Graecos & Armenos imitati sunt in hac parte Vvaldenfes. Ioannes autem Vvicleph etiam alibi semper Vvaldensium errores suscipiat & tutetur, de hac tamen re a nullo male audit nisi a fratre Bernardo de Lutzemburgo, qui in quodam opusculo de purgatorio quod adiecit in fine catalogi haereticorum, hunc errorem impingit Ioanni Vvicleph, & Ioanni Huf. Concilium tamen Constantiense, in quo damnatus est vterque, neutrum de hoc errore notauit. Et Thomas Vvalden, qui diligentissime omnes Ioannis Vvicleph errores inuestigauit, nunquam huius meminit ut illi impingeret. Crederem tamen facile Ioannem Huf ita sensisse, ut nullum esse purgatorium ignem doceret: quoniam Bohemi, qui ab hoc Ioanne Huf fuerunt seducti, hunc errorem (ut dicitur) hucusque pertinaciter tuerentur. Demum Lutherus hoc nostro seculo etiam purgatorium fateatur, negat tamen illud ex sacris literis ostendi posse. Qua in re valde miror qualiter suae sententiae fuerit oblitus, qua docet nihil esse credendum quod non possit aperte ex sacris literis colligi. Si sacrae literae non docent purgatorium, quare tu Lutere illud credis? Aut quam rationem reddes alicui petenti de hac, quae in te est, fide? Petrus siquidem Apostolus praecipit ut parati simus ad satisfactionem omni poscenti reddere rationem de ea, quae in nobis est, fide. Nam si credis aliquid quod nullo scripturae sacrae testimonio roborari potest, merito iuxta tuam sententiam iudicaberis leuis corde, praecipue cum iuxta tuam doctrinam Ecclesia non possit aliquem cogere ad credendum, nisi illa quae sunt expressa in sacra scriptura. Ne ergo nos, sicut Lutherus, leues corde iudicemur, credentes purgatorium esse post hanc vitam, oportet ut rationem reddamus de ea, quae in nobis est, fide. Primum ergo hoc esse oportet manifestissimum, in illa futura beatitudine nullam esse maculam, nullas etiam esse sordes. Hoc enim Esaias propheta testatur aperte, dicens: Via sancta vocabitur, non transibit per eam pollutus. Cui consentit Ioannes in Apocalypsi: Non intrabit (inquit) in eam aliquid coinquinatum. Ciuitas enim illa sancta est sponfa illa, quam iuxta Paulum, sponsus eius Christus sanctificauit, mundans eam lauacro aquae in verbo vitae, ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non ha-

Luc. 1.
Iul. 44.

Hebr. 1.

2. Pet. 1.

Montanus.
Priscillian.

1. Reg. 9.

Esai. 1.
Ezech. 1.
Num. 1.
Dan. 10.

Ezech. 48.

Iob. 32.

1. Cor. 14.

Dan. 1.
Ezech. 10.

Graeci.
Armeni.

Vvaldenses.

Lutherus.

1. Pet. 3.

Esai. 35.
Apoc. 21.

Eph. 5.

non habentem maculam neque rugam, aut aliquid huiusmodi. Nam quòd Ec-
 clesia nullam habeat maculam aut rugam, tunc solum implebitur, quando
 ipsa erit beata: non autem in hac vita, in qua quotidie orantes dicere debe-
 mus, Dimitte nobis debita nostra. De illa enim sola sponsa testatur Augustinus
 quòd sit sine macula, libro. 20. de Ciuitate Dei, capite. 25. & in libro de hæresi-
 bus ad Quod vult Deum, capite. 88. Et beatus Hieronymus in commentarijs
 super Hieremiam, exponens. 31. caput Hieremias, circa finem capituli idem do-
 cet. Ex his ergo conuincimus fore necessarium, vt nulla anima quæ aliquam
 habuerit maculam aut rugam, intret in gloriam cœlestem antequàm à tali ma-
 culamundetur. Aut multæ sunt animæ, quæ discedentes ab hoc seculo, plu-
 rimas habent peccatorum venialium sordes, quas nunquàm dum hîc viue-
 rent, mundaerunt. Tales autem animæ non descendunt in infernum: quo-
 niam nullus in charitate decedens, propter sola venialia perpetuò damnatur.
 Nec ad gloriam ascendunt, quoniam à sordibus peccatorum venialium non-
 dum sunt mundatæ. Ergo oportet dare tertium locum, in quo animæ illæ reci-
 piantur quousque sint tanquàm aurum in fornace mundatæ, vt sic purificatæ
 possint intrare in illam ciuitatem sanctam Hierusalem, in quam nihil coinqui-
 natum intrat. Præterea supra docuimus in titulo de penitentia, post pecca-
 tum dimissum restare aliquam pœnam tolerandam pro punitione peccati, vt
 aliquo modo Deo satisficiat peccator pro debito, ad quod ex peccato teneba-
 tur. Si ergo aliquis decedat post peccatū dimissum, pro quo adhuc nō satisfacit,
 peccatori oportet hos hæreticos, quòd vadat talis anima cum primū se-
 paratur à corpore. Non est certè æquum neq; decens misericordiam diuinam,
 vt descendat ad inferos propter peccatum quod iam illi dimissum est: Neque
 etiam est iustum, vt intret gloriam cœlestem, cum nondum pro suo peccato
 satisfecerit, nec pro illo iustas luerit pœnas. Nam sicut nullum est bonum suo
 præmio frustratum, ita nullum est malum quod non oporteat esse punitum.
 esset autem malum absq; punitione, si quis post peccatum dimissum, pro quo
 non fuit in hac vita punitus, statim post mortem intraret in gloriam. Et certè
 (ni fallor) etiam si nullum esset scripturæ sacræ testimonium ad probandum
 purgatorium, ex his duabus collectionibus, quas modò protulimus, apertissi-
 mè conuinci posset. Sed vt clarior veritas fidei omnibus pateat, oportet vt ali-
 qua scripturæ testimonia proferamus. Apud Esaiam legimus, quòd abluet Do-
 minus sordes filiarum Sion, & sanguinem Hierusalem lauabit de medio eius
 in spiritu iudicij, & in spiritu ardoris. Et Malachias propheta ait: Ecce venit,
 dicit Dominus exercituum, & quis poterit cogitare diè aduētus eius: & quis
 stabit ad videndum eum: Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullo-
 num. Et sedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & co-
 labit eos quasi aurum & quasi argentum, & erunt Domino offerentes sacrificia
 in iustitia. Ex quibus verbis satis apertè colligitur, esse aliquas purgatorias
 pœnas, in quibus animæ purgantur. Quòd si quis fortè dicat illa Malachias
 verba esse intelligenda de illa purgatione quæ fiet in diè iudicij, in quo boni
 purgantur per hoc quòd separabuntur à malis: hoc nō ita esse, verba ipsius
 Malachias ostendunt, quibus ait: Colabit eos quasi aurum & quasi argentum,
 & erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia, & placebit Domino sacrificium
 Iuda & Hierusalem. Quibus verbis propheta docet, eos qui mundabun-
 tur, Domino oblaturus sacrificia iustitiæ, hoc est, seipsos iam iustificatos. Tunc
 enim ipsi erunt hostiæ Deo gratissimæ. Et ne quis miretur quòd hæc de igne
 purgatorij nos interpretati sumus, legat beatum Augustinum libro. 20. de Ci-
 uitate Dei, capite. 25. Nam illo loco per hæc duo testimonia idem pater credit
 posse conuinci esse purgatorias pœnas post hanc vitam. Rursus, ipse veritatis
 magister apud Matthæum ait: Quicumque dixerit verbum contra filium ho-

Mat. 6.

Esai. 4.

Mal. 3.

Mat. 12.

A minis, remitteretur ei: qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remitte-
 tur ei neq; in hoc seculo, neq; in futuro. Quibus verbis satis apertè innuit ali-
 quas esse culpas, quæ in alio seculo remittuntur. Nam si nulla culpa in alio se-
 culo remitteretur, quid opus erat addere, neq; in futuro? Satis enim erat dicere,
 non remitteretur ei in hoc seculo. At cum nullum verbum fuerit ociosè aut fru-
 stra dictū à Christo, conuincitur idè illam particulā esse additam propterea
 quòd aliquæ culpæ in hoc seculo omnino dimittantur: aliq; videlicet veniales,
 dimittantur in alio seculo, cum pro illis in hac vita non fuerit satisfactum.
 Hoc testimonio vtitur beatus Gregorius ad probandum purgatorium libr. 4.
 Dialogorum, capite. 39. Eodem vtitur beatus Bernardus sermone. 66. super
 Cantica, aduersus quosdam hæreticos, qui se dicebant Apostolicos, negantes
 purgatorium. Deinde postquàm beatus Paulus dixerat Christum esse funda-
 mentum, statim subiungit: Si quis autem superædificat supra fundamentum
 hoc aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fœnum, stipulam, vniuscuiusq;
 opus manifestū erit. Dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur:
 & vniuscuiusq; opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod su-
 perædificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur,
 ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Ex quibus verbis satis aper-
 tè colligitur purgatorius ignis. Nam quòd ait, si cuius opus arserit, detrimen-
 tum patietur, non potest intelligi de peccato mortali nondum in hac vita di-
 missio: quoniam statim subiungit, ipse autè saluus erit. At qui in inferno sunt,
 nunquàm saluabuntur. Alius ergo est locus, in quo detrimentum potiuntur
 animæ, & postea saluantur. Illum nos appellamus purgatorium ignem. Quòd
 si quis concedens locum purgationis, neget in eo esse ignem, sed animarum
 detrimentum quod patiuntur, dicens solum esse priuationem visionis diui-
 næ, attendat quid dicat Paulus: Si cuius opus (inquit) arserit, detrimentum pa-
 tietur, ipse autem saluus erit, sic tamè quasi per ignem. Ecce iam audis ignem,
 in quo patitur detrimentum is qui saluandus est. Verum ne quis nos incuset
 quòd scripturam istam perperam sinu interpretati, aliò eam detorquentes.
 quàm oporteat, duos aut tres proferam scripturæ sacræ clarissimos interpre-
 tes, quos in hac parte sum imitatus. Et primò in medium produco Origenem,
 qui Homilia sexta super Exodum, pertractans illum Pauli locum, postquàm
 dixerat per ligna fœnum & stipulam intelligi triplicem malorum viam, sic ait:
 Idcirco qui saluus fit, per ignem saluus fit: vt si quid fortè de specie plumbi
 habuerit admixtum, id ignis decoquat & resoluat, vt efficiantur omnes au-
 rum bonum, quia aurum terræ illius bonum esse dicitur, quam habituri sunt
 sancti: & sicut fornax probat aurum, sic homines iustos tentatio. Veniendum
 est ergo omnibus ad ignem, veniendum est ad confessorium. Sedet enim Do-
 minus & constat, & purgat filios Leui. Sed & illuc cum venitur, si quis multa
 bona opera, & parum aliquid iniquitatis attulerit: illud parum tanquàm plum-
 bum igne resoluatur ac purgatur: & totum remanet aurum purum. Et si quis
 plus illuc plumbi detulerit, plus exuritur, vt amplius decoquatur, vt & si pu-
 rum aliquid sit auri, purgatum tandem resideat. Quòd si aliquis illuc totus
 plumbeus venerit, fiet de illo hoc quod scriptum est: Demergetur in profun-
 dum tanquàm plumbum in aqua validissima. Hæc Origenes. Beatus Augustinus
 in Enchiridio ad Laurentium, postquàm locum illum Pauli exposuerat
 de igne tribulationis in hac vita, capite sexagesimo nono sic ait: Tale aliquid
 etiam post hanc vitam fieri incredibile non est: & vtrum ita sit, quæri potest:
 & aut inueniri aut latere, nonnullos fideles per ignem quendā purgatorium:
 quantò magis minusve bona pereuntia dilexerunt, tantò tardius citiusque sal-
 uari: non tamen tales, de quibus dictum est quòd regnum Dei non posside-
 bunt, nisi conuenienter penitentibus eadem crimina remittantur. Hæc Au-
 gusti-

Gregorius.
Bernardus.
Apostolici.

1. Cor. 3.

Origenes.

Eccl. 17.

Exod. 15.

August.

gustinus. Et multò diffusius hunc Pauli locum pertractat & interpretatur de igne purgatorij sermone quarto de commemoratione animarum, qui habetur inter sermones de sanctis. Beatus Hieronymus in fine decimioctavi libri commentariorum super Esaiam sic ait: Sicut diaboli, & omnium negatorum & impiorum, qui dixerunt in corde suo, non est Deus, credimus aeterna tormenta: sic peccatorum atq; impiorum, & tamen Christianorum, quorum opera in igne probanda sunt atque purganda, moderatam arbitramur & mixtam clementiae sententiã iudicis. Hæc Hieronymus. Beatus Gregorius libro quarto Dialogorum, capite tricesimonono hunc Pauli locum etiam citat ad probandum purgatorium ignem. Accedit ad hæc vniuersalis Ecclesiae consuetudo ab ipsis Apostolis derivata, & vsq; ad hæc tempora seruata, per quam semper inter missarum solennia sacerdos pro defunctis orat Deum, & pro illis offert Deo sacrificium. Non autem orat pro illis qui iam Deo quiete fruuntur, quoniam illi non indigent nostris orationibus, nec possunt etiam per illas villo pacto iuari. Neque etiam orat pro illis qui sunt in inferno, quoniam frustra oraret, cum in inferno nulla sit redemptio. Conuincimus ergo vt solum oret pro his qui sunt in purgatorio. Et hæc Ecclesiae consuetudo verusta, tanti est momenti ad probandum purgatorium, vt etiam si scripturæ testimonium deesset ad illud probandum, hæc sola, iuxta Augustini sententiam, sufficeret. Nam in libro de cura pro mortuis agenda, postquam ostenderit ex scripturis sacris, prodesse defunctis ea suffragia, quæ post mortem eorum fiunt, sic ait: Si nusquam in scripturis veteribus omnino legeretur, non parua hac consuetudine claret autoritas, vbi in precibus sacerdotis, quæ Domino Deo ad eius altare funduntur, locum suum etiam habet commendatio mortuorum. Hæc Augustinus. Omnia ergo illa testimonia, quæ conuincunt suffragia, quæ pro defunctis post eorum mortem fiunt, posse illis prodesse etiam cõuincunt & apertissimè ostendunt purgatorium, quoniam soli in purgatorio existentes, possunt nostris orationibus aut alijs suffragijs iuari. Quapropter ad illum locum mittimus lectorem, videlicet ad titulum de suffragijs, vt eo loco capiat quæ hic defunt testimonia. Illo enim loco profereamus Cõcilij Carthaginensis decretum, quod huic negotio aptissimè conuenit. Denique Concilium Florentinum sub Eugenio quarto celebratũ ad quod Græci cũ suo Imperatore Constantinopolitano, & Patriarcha etiam Constantinopolitano cõuenerunt, aptam de hac re, ipsis etiam Græcis consentientibus, protulit sententiam hæc verba continentem. Item definimus, si verè poenitentes in Dei charitate decesserint, autequam dignis poenitentiae fructibus de commissis satisfecerint, & omisis, eorum animas poenis purgatorijs purgari. Hæc Conciliũ Florentinum. Editus est etiam ab ipsis Græcis in eodem Cõcilio existentibus liber quidam ad probandum purgatorij locum, in quo purgantur animæ quæ in hac vita non plenè pro peccatis suis satisfecerint, qui liber Basileæ excusus est typis Græcis & Latinis. De hac re scripsit Ioannes Eccius opus diffusum quatuor partitum libris.

Secunda hæresis est, qua docetur animas in purgatorio existentes noc esse extra statum merendi aut demerendi. Huius hæresis autor est Lutherus, docens animas in purgatorio posse adhuc mereri, aut demereri. Hanc Lutheri insanam hæresim apertissimè damnat Sapiens, qui in Ecclesiaste sic ait: Quodcumq; facere potest manus tua, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quò tu properas. Non enim dicit illa apud inferos absolutè non esse, quoniam sancti patres tunc temporis apud inferos erant, in quibus tamen erat ratio, & sapientia: sed ideo dicit hæc apud inferos nõ esse, quia per illa iã iuari nõ possunt vt mereri valeant. Et iterũ apertius: Si ceciderit lignũ ad austrũ, aut aquilonem, in quocumq; loco ceciderit,

Aderit, ibi erit. Quæ verba interpretans Hieronymus in commentarijs super Ecclesiasten, sic ait: Lignum quod in hac vita corruerit, & conditione mortalitatis fuerit incisum, aut peccauit antè dum staret, & in boreæ parte postea ponitur, aut si dignos austro fructus attulit, in plaga iacebit australi. Et parũ infrã: Nec enim possunt proficere si in pristinis sedibus perseuerent. Hæc Hieronymus. Ex cuius verbis patet sapientis esse sententiam, neminem post hanc vitam posse mereri aut demereri. Præterea Saluator noster apud Ioannẽ ait: Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. Venit nox, quando nemo potest operari. In quibus verbis id aduertendũ est, quòd nõ dixit: Venit nox, quando ego non possum operari: sed ait (vt in vniuersum de omnibus loqui videatur) Venit nox, quando nemo potest operari. Noctem appellans mortem, post quam non licet operari. Augustinus hunc locum pertractans, tractatu quadragesimo quarto super Ioannem sic ait: Operetur ergo homo dum viuit, ne illa nocte præueniatur, vbi nemo possit operari. Modò est vt operetur fides per dilectionem: & si modò operamur, hic est dies, hic est Christus. Audi promittentem, & ne arbitreris absentem. Ipse dixit: Ecce ego vobiscum sum. Hæc Augustinus. Et beatus Chrysostomus eodem modo interpretatur illa verba. Nam Homilia. 55. super Ioannem, sic ait: Sanè magnum hoc est, donec dies est, dum licet hominibus in me credere. Dum hæc durat vita, laborandum est: venit nox, hoc est futurum tẽpus, quãdo nemo operari potest. Non dixit, quando non potero operari, sed nemo potest operari. Et parum infrã: Christus mortem futurum tempus appellat, quando peccatores nihil operari poterunt. Hæc Chrysostomus. Et beatus Hieronymus in commentarijs super epistolam ad Galatas, exponens illud eiusdem epistolæ: Dum tempus habemus, operemur bonũ, illa Christi verba eodem modo interpretatur. Sic enim ait: **B**Tempus sementis (vt diximus) tempus est præsens, & vita quam currimus. In hac licet nobis quod volumus seminare: Cũ ista vita transierit, operandi tempus auferetur. Vnde & Saluator ait: Operamini dum dies est: venite nox, quando iam nullus poterit operari. Hæc Hieronymus. Ad eundem modum illa Christi verba interpretatur Origenes, qui in expositione Psalmi. 36. ita inquit: Saluator noster ait: Veniet nox, quando nemo potest operari. Et hoc dicit de illo tempore quod erit post hoc seculũ, quo vnusquisq; recipiet poenas. Tunc ergo dicit mortem illam futuram, cũ iam nemo potest operari aliquid, sed vnusquisque tunc pascitur ex operibus suis quæ hic positus operatus est. Hæc Origenes. Ecce quatuor sacre scripturæ illustres interpretes, qui omnes concorditer sentiunt, noctem illam, in qua iuxta sententiam Saluatoris, nemo potest operari, esse tempus post mortem. Prudens ergo Lector cõsideret num iustis sit vni Luthero in interpretatione scripturæ sacre assentire, quã tot clarissimis viris, quorum doctrina fulget Ecclesia vt sol & luna. Rursum, beatus Paulus in posteriore epistola ad Corinthios hoc ipsum apertè docet, ita dicens: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; propria corporis, prout gessit, siue bonum siue malum. Ecce, iuxta Paulum, nullus accipiet nisi secundum proportionem eorum quæ gessit in corpore: ergo postquam animæ sunt exutæ corporibus, nihil amplius mereri poterunt. Vt autem clariũ Pauli sententia in hoc loco appareat, operæ precium erit videre qualiter Erasmus Roterdamus hunc locum transtulit. Sic enim eius translatio habet: Omnes enim nos manifestari oportet coram tribunali Christi, vt reportet vnusquisque ea quæ sunt per corpus, iuxta id quod fecit, siue bonum siue malum. Quæ verba vt sunt propinquiora veritati Græci sermonis, ita etiam clariũ & apertius explicant Pauli sensum, & fidem Catholicam, qua creditur post mortem non esse tempus merendi aut demerendi. Et in epistola ad Galatas idem Apostolus ait: Bonum autem facientes non desistamus.

ciamus. Tempore enim suo metemus nō deficientes: ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. Quem locum exponēs Theophylactus ait: Quemadmodum non semper ferendi tempus, ita nec metendi occasio semper offertur. Quod sanē & virginum illarum & Lazari exemplo profertur. Quando autem nobis in hac vita suppetit ætas, non solū in præceptores, sed in gentiles ipsos & Iudæos quæ bona sunt operemur, hoc est, beneficentia utamur & eleemosyna. Hæc Theophylactus. Ex cuius verbis patet, tempus illud quod habemus ad bene operandum, esse tēpus huius vitæ, & non tempus post mortem: quoniam à mortuo, velut qui non est, perit confessio. Contra hunc errorem scribit Ioannes Rossensis episcopus articulo tricesimo septimo, in eo opere quod fecit pro assertione damnationis quorundā articulo Lutheri, factæ à Leone decimo. Scribit etiam Iacobus Latomus in eo opere, quod addidit pro assertionem censuræ Louaniensis aduersus Lutherum. Alios autem, si qui sunt, non vidi.

Tertia hæresis etiam est à Luthero inuenta, & ex præcedenti deducta. Ex hoc enim errore, quo docet animas in purgatorio posse mereri & demereri, colligit eas non esse de sua salute securas: & ita corruptam & putridam aquam ex vitiatō fonte deducit. Quapropter prostrata hæresi præcedenti, quæ est huius fundamentum, hæc nullo pacto stare poterit, quin statim corruat. Nam si animæ quæ purgantur nec mereri nec demereri possunt, & hoc eas non latet, conuincitur eas esse de sua salute securas. Nulla est anima quæ purgetur, nisi quæ in Christo fundata est. Et quia super hoc fundamentum superædificauit lignum, fœnum, & stipulam, id est, leuia quædam & venialia peccata, ideò detrimentum patitur, vt iuxta Pauli sententiam, salua fiat, sic tamen quasi per ignem. Si anima quæ purgatur, charitatem habet, & illam iam (vt in præcedenti hæresi ostendimus) amittere non potest, ergo secura est de sua salute. Charitatis enim pignus quoddam est spiritus, & arra quædam foelicitatis æternæ, per quam spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei. Quod si filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, co-hæredes autem Christi. Ex quibus manifestè patet omnem animam quæ purgatur, cum iam sciat se esse in charitate, esse certam & securam de sua salute. Præterea, credendum est omnes animas antequam in purgatorium conijciantur, prius de factis & dictis examinari, & earum examine facto mitti ad purgatorium. Alioqui esset ordo præposterus, si prius poenas lucent, & postea producerentur ad examen, vt de illis sententia feratur. Oportet ergo, vt primū examinati rationem reddant, & sua merita & demerita plenè agnoscant, & postea dicatur illis sententia. Ex quo iudicij ordine conuincitur, vt animæ omnes quæ ad purgatorium mittuntur, certæ sint & securæ de sua salute, quoniam agnoscunt ex sententia in se dicta, quod mox vt purgatæ fuerint, in celestem gloriam admittentur. Rursum, percontari oportet Lutherum, an ipse certò credat animas quæ purgantur, esse iam extra periculum, an non. Si non credit eas esse extra periculum: ergo purgatorium iuxta eum erit etiam, sicut vita præsens, tentatio quædam, & militia, & stadium, in quo qui currit aut certat, incertus est de victoria. At ex sententia Iob constat militiam aut tentationem esse vitam hominis super terrā. Quod si etiam vita hominis subter terram esset militia, frustra addidit, cum de vita hominis diceret, super terram. Si verò Lutherus certò credit animas, quæ purgantur, esse extra periculum, qualiter ipsamet anima quæ purgatur, hoc ignorat? Nunquid per mortem oblita est eorum quæ antè sciebat? Si nos sumus certi animas in purgatorio existentes esse iam in tuto: multò magis ipsamet animæ erunt certæ de sua salute, cū in illis sit eadem fides, spes, & charitas, & in illis etiam corpus corruptibile non aggrauet animam, nec intellectus earum mendicet à visibilibus notitiam inuisibilem, sed seipias

A sed seipias nudas clarè intueantur. Verum hic fortè aliquis possit obijcere nobis illud quod Ecclesia canit in precibus, quas pro defunctis effundit coram Deo: A porta inferi erue Domine animas eorum. Et illud: Domine Iesu rex gloriæ, libera animas omnium fidelium defunctorum de poenis inferni, & de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, &c. Si animæ essent de sua salute securæ, superuacaneum esset orare pro illis vt eruantur ab inferis, ad quos, etiam si pro illis Ecclesia non oraret, iam descendere non possunt. Respondeamus iuxta Bedæ sententiam, purgatorij locum esse maxime vicinum inferno, & propter hanc vicinitatem, & propter maximam cōuenientiam & similitudinem poenarum vtriusque loci, purgatorij locum aliquando vocari nomine inferni. Hoc autem ex eo conijci potest, quod locus ille in quo erant sancti patres ante Christi mortem, qui locus in Euangelio dicitur sinus Abrahæ, sæpenumerò vocatur nomine inferni, & nomine lacus: cum tamen in illo loco mitius fuerint animæ tractatæ, quàm in purgatorio. Prophe-
ta regius ait: Deus redimet animam meam de manu inferi. Et iterum: Eruiisti animam meam ex inferno inferiori. Et certum est prophetam non descendisse ad illum locum poenarum, in quo sunt damnati. Et Propheta Zacharias ait:
Tu in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos qui erant in lacu in quo nō est aqua. Quibus verbis designas liberationem animarum per Christum factam, appellauit locum in quo animæ sanctorum erant, lacum in quo non est aqua. Multò ergo melius poterit appellari locus purgatorij, in quo acerbissimas animæ rolerant poenas, infernus & lacus. Et vt ab hoc loco & à poenis eius animæ liberentur, orat Ecclesia.

Possimus aliter & fortè melius respondere, dicentes non semper dubitari de illis quæ petuntur, an ita futura sint vt petuntur. Nam sæpissimè petuntur illa quæ certò sciuntur euentura vt petuntur: & huius rei plurima sunt testimonia. Ecclesiasticus siquidem Deum orans, sic ait: Da mercedem sustinentibus te, vt propheta tui fideles inueniantur. Nullus tamen sanæ mentis dicit Ecclesiasticum dubitasse de fidelitate prophetarū Dei, aut dubitasse quod Deus daturus esset mercedem his qui sustinent illum, quod tamen ille petijt. Paulus certus erat se non separandum à charitate Dei: certus etiam erat coronam iustitiæ à iusto iudice Deo paratam sibi esse: orabat tamen Deum vt illam assequi mereretur. Et si cui prædestinatio sua fuisset nota, orare nihilominus deberet Deum pro sua prædestinationis impletionē: vt (iuxta Petri Apostoli sententiam) per bona opera certā faceret suā vocationem. Sic etiam Ecclesia quamuis certò sciat animas existentes in purgatorio nō fore ad inferos damnandas, pro illarum tamen liberatione orare non desinit.

Aduersus hunc errorem scribit Ioannes Rossensis episcopus eodē loco, quo aduersus præfatam hæresim secundam.


Quartam hæresim etiam Lutherus inuenit, qua docet animas sine intermissione peccare in purgatorio, quamdiu quærunt requiem, & horrent poenas quia: quærunt (vt dicit) quæ sua sunt, contra voluntatem Dei. Et certè si res ita se haberet vt Lutherus docet, nihil aliud esset animas purgare, quàm lateram lauare, aut littus arare. Nam si animæ quæ purgantur, sine intermissione peccant quamdiu horrent poenas: cū omni tempore horreat poenas, quia horror poenarum est omnibus à natura insitus: sequitur quod omni tempore peccant, & per consequens propter peccata illa erunt iterum purgandæ. Et cum illorum peccatorum purgatione etiam horrebunt poenas, sequitur quod tunc etiam peccabūt, & quod opus erit etiam eis vt ab illis peccatis iterum purgentur. Et ita esset abeundum in immensum sine fine. Præterea, supra in expugnatione hæresis secundæ de purgatorio, ostendimus ex sacris literis neminem post mortē posse aut mereri, aut peccare, peccato quidem quod sit

F. ALFONSI DE CASTRO MINORITAE

illi imputandum; ergo animæ quæ purgantur, quamvis horreant pœnas, non tamen peccant. Rursum, etiam si animæ in purgatorio peccare possent, per hoc tamen quod querunt requiem, & horrent pœnas, non peccarent. Nam David non peccauit cum dixit: Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Paulus etiam vas electiõnis ait: Cupio dissolui, & esse cū Christo. Si hi non peccauerunt optantes requiem, cur animæ in purgatorio peccabunt, cum suam requiẽ optauerint? Et de horrore pœnarum constat non esse peccatum, cum hic non proueniat ex deliberatione, sed ex natura, cum omnibus sit à natura insitū pœnas horrere. Christus enim propinquus passioni (ait Marcus), coepit pauere & tædere, & dixit tribus discipulis, quos secum ad orationem sequestrauerat: Tristis est anima mea usque ad mortem. At Christus neque peccauit vnquam, neque peccatum cogitare potuit: non est ergo peccatum pœnas aut molestias horrere, præsertim cum id non ex deliberatione, sed ex quodam naturali horrore fit.

FINIS LIBRI
duodecimi.

F. ALFON-



F. ALFONSI DE CA-

STRO, ZAMOREN. MINO-

RITAE, ADVERSUS HAR-
refes, Liber XIII.

REGNUM DEI.

DE hac re fuit quidam error Cerinthi, dicentis regnum Christi futurum terrenum post resurrectionem, & in regno illo futuras esse carnis delicias: quod regnum dicebat duraturum in hac vita per mille annos. Verum de hoc errore iam supra disputauimus libro tertio, in titulo de beatitudine, hæresi secunda. Et si quæ sunt aliæ hæreses quæ ad hanc materiam spectent, sub illo titulo sunt à nobis collocatæ.

RELIQVIÆ SAN-

CTORVM.

Viclephistæ, qui ad hoc nati esse videntur, vt omnem ritum Ecclesiasticum tollent, omnes caremonias ab Ecclesia abigerent, inter alias suas blasphemias hanc vnã docent, reliquias videlicet sanctorū, hoc est, carnes & ossa hominis mortui, non debere à populo venerari, neq; à monumento foetido extrahi, nec in capsâ aurea, vel argentea reponi: quia sic faciētes (vt illi aiunt) non honorant Deum, & sanctos eius, sed idololatriam cõmittunt. Hos Viclephistas sequuti sunt impij Lollardi, quorū vnus vocatus Guilielmus Albus, patria Anglicus, publicè & in iudicio pro tribunali in Anglia hæc omnia non erubuit fateri. Sed non sunt hi primi huius hæresis Inuentores. Nam ante hos ferè per nongentos annos fuit Vigilantius, quidam Gallus Barchinonenfis Ecclesie presbyter, qui (vt infra dicemus) dixit sanctos nõ esse orandos. Et quò magis sanctis, in quorum sortem ipse computandus non erat, detraheret, docuit sanctorum corpora non esse veneranda. Sed neque hic Vigilantius primus, extitit huius hæresis autor: quoniam ante illum fuit Eunomius: non tamen longo tempore illum præcessit. De Eunomio autem Hieronymus testatur illum hac peste fuisse infectum. Nam in libello, què aduersus Vigilantium scripsit, hæc illi ait: Rides de reliquijs martyru, & cum autore huius hæreseos Eunomio Ecclesijs Christi calumniam struis. Hæc Hieronymus. Verum hoc inter Vigilantium & Viclephistas interest, quòd vigilantius solã sanctorum venerationem odit, Viclephistæ autem in hoc Vigilantio pestilentiores, sicut nõ patiuntur sanctorum reliquias venerari, ita nec Christi Saluatoris nostri reliquias adoratione aliqua dignas esse cõsent. De reliquijs Christi adorãdis nihil nunc dicere statui, eò quòd supra in titulo de adoratione, hæresi prima aduersus eosdem Viclephistas pugnaui pro adoratione crucis Dominicę: quo loco non nihil obiter diximus de Christi vestibus, & alijs Christo adiacentibus. Nam quòd de cruce Dominica ibidem diximus, de alijs etiam omnibus Christo adiacentibus, pura de vestibus, de gladio, si quem habuisse constiterit, de mensa in qua comedit, de linteo quo manus absterfit, & de quibuscunq; alijs similibus in contactu suæ viuificæ carnis sanctificatis idem dici potest: Quoniam (vt ait beatus Damascenus libr. 4. de fide orthodoxa, capite, 3.) si amatorum diligibilis domus, & lectulus, & hortus, quantò magis quæ Dei

& Saluatoris, per quæ & saluati sumus: Hæc Damascenus. Præsepe etiam & sepulchrum Saluatoris nostri adorantur. Nam beatus Hieronymus ita facien- C
 dum censet, qui libro. 3. contra Ruffinum se hoc fecisse testatur, sic inquit: Hieron.
 Conscendi in Aegyptum, iustrui monasteria Nitriæ, & inter sanctorum cho-
 ros aspides latere conspexi. Protinus concito gradu Bethlehem meam con-
 uersus sum, ubi adorauit præsepe & incunabula Saluatoris. Et in epitaphio
 Paulæ, illam sanctam Paulam laudat, quod præsepe, in quo recens natus Chri-
 stus iacuit, & sepulchrum, in quo mortuus iacuit, adorauit. Et de hoc satis. Ad
 sanctorum igitur reliquias nos transferamus, & ostendamus illas esse aliqua
 ueneratione dignas, quamuis non tanta sicut Christi: quoniam nec ipsorum
 animæ, propter quas alia illorum ueneramur, sunt tanto honore dignæ, quan-
 to Christus, propter quem etiam & non propter seipsa adorantur illa quæ
 Christo adiacent. Singula igitur quæ sanctis in ueneratione exhibentur, suo
 ordine discutiamus. Primum igitur uenerationis sanctorum testimonium est,
 quod basilicæ in illorum honorem ex Ecclesiæ institutione fiunt: & qui hoc
 non esse faciendum docent, Ecclesia eos anathematizat. Nam Conciliū Gan-
 grense, cap. 20. suorum decretorum, sic ait: Si quis per superbiam tanquam per-
 fectum se existimans, conuentus, qui per loca & basilicas sanctorum martyrum
 fiunt, vel accusauerit, vel etiam oblationes quæ ibidem celebrantur, spernen-
 das esse crediderit, anathema sit. De sanctorum corporibus honestè tumulan-
 dis antiquissimus est Ecclesiæ ritus, ab Apostolorum temporibus hucusq; de-
 riuatus. Nam beatus Dionysius Areopagita Pauli Apostoli discipulus, cap. 7.
 Ecclesiasticæ hierarchiæ in hunc modum de hac re scribit: Hæc perficiens sum-
 mus sacerdos, reponit in domo preciosa corpus cum aliorum æque potentum
 corporibus. Si enim in anima & corpore Deo amabilem vitam, qui dormiuit,
 uiuebat, preciosum erit cum sancta anima cõmilans ei corpus secundū diu-
 nas collationes, ubi diuina iustitia cū proprio corpore donabit retributas quie-
 ras tanquã cõfuenti & comparticipanti sacre, aut contrariæ uitæ. Propter quod
 & factorum diuina legislatio diuinas communicationes ambobus donat. Ani-
 mæ quidem in pura contemplatione & scientia perfectorū, corpori uerò per-
 diuinissimum tanquã in imagine unguentum, diuinæq; cõmunicationis sacra-
 tissimum symbolum, totū hominem sacrificans, & uniuersalem eius salutem sa-
 crificans, & cõsummatissimam ipsius resurrectionē futuram fore denuncians.
 Hactenus beatus Dionysius. In quibus uerbis beatus Dionysius apertè satis
 indicauit sanctorum corpora post mortem in preciosa domo reponi: & cau-
 sam, propter quam sic fieri oporteat, expressit, quia uidelicet illa sanctorum
 corpora sanctis suis animabus ad bonum sunt cooperata, & instrumenta qua-
 dam animarum fuerunt, quibus multa ad Dei honorem & suam salutem illæ
 operatæ sunt. Hæc tamen de illis dicta sunt, quorum merita in uita claruerunt,
 aut martyrio uitam finierunt. Horum enim corpora statim post mortem ue-
 nerationem meruerunt, & idè in preciosa domo à summo sacerdote reponi
 dicit. De alijs uerò, quorum uita non fuit miraculorum operatione manifesta,
 & ob hanc causam non sunt eorum corpora precioso loco tunc recondita: si
 post mortem, Deo ita uolente, illorum præclara merita magis mundo innotes-
 cunt, transferuntur ad honestiorem locum illorum corpora, & maiori hono-
 re dignantur. Ad cuius rei confirmationem, præter uetustissimam ecclesiæ
 consuetudinem, quæ maximi est ponderis, sunt etiam plurimorum sancto-
 rum uirorum testimonia, quæ ita fieri docent, & factum laudant. Et ante om-
 nia patrum ueteris testamenti exempla proponere placuit, ut impij Uvicle-
 phistæ agnoscant non esse recentem hunc Ecclesiæ ritum de transferendis
 corporibus sanctorum. Nam corpus Iacob patriarchæ translatum est ab Aeg-
 ypto in terram Chanaan contra faciem Mambre, & ibidem sepultum ma-
 gna cum

A gna cum ueneratione filiorum suorum, & seniorum Aegypti. Neque hoc ca-
 su factum est, sed ipsemet Iacob in Aegypto existens, antequam moreretur,
 sic fieri præcepit, dicens: Ego congregor ad populum meum: sepelire me cum
 patribus meis in spelunca duplici, quæ est in agro Ephron Hethæi contra Gen. 49.
 Mambre in terra Chanaan, quam emit Abraham cum agro ab Ephron He-
 thæo in possessionem sepulchri. Et Ioseph patriarcha sanctus etiam ipse in
 Aegypto similiter existens, cum propinquus esset morti, dixit fratribus suis:
 Deus uisitabit uos, asportate ossa mea uobiscum de loco isto. Et huius præ- Gen. 50.
 cepti postea memor Moyses, cum populum Dei ab Aegypto eduxit, ossa Io- Exod. 13.
 seph secum tulit. Exeant nunc Uviclephistæ, & filios Israël, uidelicet Ioseph
 & fratres illius, & Moysen & alios, idololatrias appellent, eò quod hunc ho-
 norem ossibus Iacob & Ioseph detulerunt. Ad sanctos noui Testamenti de-
 scendo, in quorum corporibus tot factæ sunt translationes, ut operosum nimis
 esset uel centesimam illorum partem referre. Quapropter unam & alteram re-
 feram. De sanctis Geruasio & Prothasio, quorum corpora omnibus ferè igno-
 ra, & idè minùs decentibus sepulchris recondita fuerant, beatus Ambrosius,
 cui illorum corpora reuelata sunt, scribens hæc ait: Insi eruderari terram eo Ambrosius
 loci qui est ante cancellos sanctorum Felicis & Naboris: inueni signa conue-
 nientia, adhibitis etiam quibus per nos manus imponenda foret, sic sancti
 martyres eminere cõperunt, ut adhuc nobis silentibus arripere tur uina, &
 sternere tur prona ad locum sepulchri. Inuenimus miræ magnitudinis uiros,
 ut prius aras forebat, ossa omnia integra, sanguinis plurimum, ingens concur-
 sus populi per totum illud biduum. Quid multa? conuiuimus integra, ad ordi-
 nem transtulimus uespere iam incumbente ad Basilicam Faustæ. ibi uigilia,
 tota nocte manus impositio: sequenti die transtulimus ea in Basilicam, quam
 appellant Ambrosianam. Dum transferimus, cæcus sanatus est. Hæc Ambro-
 sius. Quid ad hæc dicent Uviclephistæ? fortè etiam damnare non uerebun-
 tur Ambrosium, propterea quod istorum sanctorum martyrum corpora in
 honestiorem & præciosorem locum transtulerit. Verum quo pacto transla-
 tionem illam culpare poterunt, quam Deus tanto miraculo confirmare uo-
 luit, ut eo temporis articulo, quo illa corpora transferebantur, cæco uisum re-
 stituerit? Quod si hoc uerum esse negant, & Ambrosio quamuis sancto uelut
 unico testi diffidunt, producant eiusdem miraculi alterum testem, non quide-
 m auritum, sed oculatum, beatum Augustinum: ut in ore duorum maneat
 hæc ueritas stabilita. Beatus namque Augustinus libro. 22. de Ciuitate Dei, ca-
 pite. 8. sic ait: Miraculum, quod Mediolani factum est cum illic essemus, quan- August.
 do illuminatus est cæcus, ad multorum notitiã potuit peruenire: quia & gran-
 dis est ciuitas, & ibi erat tunc Imperator, & immenso populo teste res gesta est,
 concurrente ad corpora martyrum Prothasij & Geruasij. Quæ cum laterent,
 & penitus nescirentur, episcopo Ambrosio per somniũ reuelata, reuera sunt:
 ubi cæcus ille depulsis ueteribus tenebris diem uidit. Hæc Augustinus. Al-
 terum huius rei proponam exemplum, à sancto Cornelio papa & martyre no-
 bis propositum, qui sanctorum Petri & Pauli corpora in uaria loca transtulit. Cornelius
 Nam ipsemet testatur se hoc fecisse, qui in quadam epistola sua sic ait: Qua- papa.
 propter rogo uos nobis congratulari: quia rogatu cuiusdam deuotæ femine
 atque nobilissimæ matronæ Lucinæ, leuata sunt corpora Petri & Pauli de Ca-
 tacumbis: & primò quidem beati Pauli corpus leuatum silentio, ac positum
 est in prædium prædictæ matronæ uia Hostiensis, ad latus ubi decolatus est. Po-
 stea uerò beati Apostolorum principis Petri accepimus corpus, & condecenter
 posuimus illud iuxta locum ubi crucifixus est, inter corpora sanctorum epis-
 coporum, in templo Apollinis, in monte aureo, in Vaticano palatij Neronis,
 tertio calendarum Iuliarum die, orantes Deum & Dominum nostrum Iesum
 Christum



Christum vt intercedentibus suis sanctis Apostolis, maculas vestrorum purget peccatorum, & in sua vos conseruet voluntate diebus vitæ vestræ, & in fructu boni operis vos perseuerabiles reddat. Hæc Cornelius Papa & martyr, cuius vitam & opera ab eo gesta, martyrium pro Christo consummatum maximè commendat. Et vt finem huic liti imponam, Augustinum profero in huius rei testimonium. Is enim libro. i. de Ciuitate Dei, cap. 13. de corporibus sanctorum honorandis, hæc ait: Nec ideo tamen contemnenda sunt corpora defunctorum, maximè iustorum atque fidelium, quibus tanquam organis & vasis ad omnia opera sanctus vsus est spiritus. Si enim paterna vestis & annulus, ac si quid huiusmodi tantò chariùs est posteris, quantò erga parentes maior extitit affectus, nullo modo ipsa spernenda sunt corpora, quæ vtique multò familiaris atque coniunctius quàm quælibet indumenta gestamus. Hæc enim non ad ornamentum vel adiutorium, quod exhibetur extrinsecus, sed ad ipsam naturam hominis pertinet. Vnde & antiquorum iustorum funera officiosa pietate curata sunt, & exequiæ celebratæ, & sepultura prouisa: ipsi que dum viuerent, de sepeliendis vel transferendis suis corporibus, filijs mandauerunt. Hæc Augustinus. Et epistola. 103. commendat idem sanctus matrem quandam viduam & filiam eius virginem propter reliquias Stephani martyris, quas secum deferebant, sic inquit: Portant sanè secum reliquias beatissimi & gloriosissimi martyris Stephani, quas non ignorat sanctitas vestra, sicut & nos fecimus, quam conuenienter honorare debeatis. Hæc ille. Beatus Augustinus testatur se honorasse reliquias sancti Stephani: & alios, vt id faciant, hortatur. Et lib. 22. de Ciuitate Dei, capite. 8. plurima recenset miracula quæ ante corpus illius sancti ob illius merita Deo facere placuit: Quid ergo impij Viclephitæ contra tot sanctorum testimonia oblatrant, & sanctorum venerationi detrahunt? Sed dicunt: Mortua sunt corpora, nec sentiunt vt eorum animæ, non ergo licet ea venerari, aut honorem vllum illis exhibere. O forte argumentum. Non sunt fortè memores, quod Christus Saluator noster Saduceis negantibus resurrectionem, apud Matthæum dixit: Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob: non est Deus mortuorum, sed viuentium. Viuunt ergo Deo sancti, propter quem famem, sitim, & alias corporis ærumnas & cruciatum tolerauerunt. Esto, illorum corpora non viuunt Viclephitis, viuunt tamen Deo: in cuius conspectu sunt omnia quæ illorum corpora pro Deo sustinuerunt. Esto etiam, nullatenus viuunt: nunquid ideo nullo honore sunt digna? Non viuebat arca testamenti, non sentiebat tabulæ intus latentes, non manna, non vrna: non sentiebat virga, imò nec viuebat, quæ olim fronderat. Et tamen his rebus magnus est olim datus honos, adeò vt nulli præterquam sacerdoti arcam tangere liceret. Et cum illam Dauid educeret de domo Obeth, accinctus erat Ephod lineo, & omnis domus Israël ducebat in iubilo, & clangore buccinæ. Et huic arca quasi diuinos impendit honores, dicente scriptura: Et Dauid saltabat totis viribus ante Dominum. Et rursum: Cumq; intrasset arca Domini in ciuitatē Dauid, Michol filia Saul prospiciens per fenestram, vidit regem Dauid subsiliētē atq; saltantem coram Domino. Et cū illum Michol ob hanc causam reprehederet, respōdit Dauid: Ante Dominum, qui elegit me, potius quam patrem tuum, & quæ omnem domum eius, & præcepit mihi vt essem dux super populum Domini in Israël, & Iudam, & villior fiam plusquam factus sum. Vides quantum cultum Dauid exhibuerit arca Domini: quia signum quoddam erat Deum representans, cū tamen non viueret, nec sentiret. Ad hunc modum sanctorum corpora venerari debemus, quamuis non viuant, nec sentiant: sed quia animabus sanctorum fuerunt coniunctissima, & iuxta Pauli sententiam, habitacula & templum sunt Spiritus sancti. Sed fortè non erubescit Viclephitæ Dauidem ob hanc causam reprehendere.

Nec mi-

- A Nec mirabor si tentauerint: nam qui omnes sanctos & vniuersam Ecclesiam de hac re arguere non verentur, mirum non erit si Dauidem simul cum alijs sanctis ob eandem causam reum etiam facere cōtendant. Sed opus est, vt nos de idololatria, quæ nobis obijciunt, purgemus. Nam eos omnes qui corpora sanctorum & illorum reliquias venerantur, idololatrias esse censent, propterea quòd (vt ipsi aiunt) creaturis diuinos honores deferunt. Huiusmodi obiectioni ego respondere nolo, quia melius quàm ego respondit August. Is enim lib. 22. de ciuitate Dei, cap. 10. hanc refellit obiectionem, sic inquit: Nos martyribus nostris non templa sicut dijs, sed memorias sicut hominibus mortuis, quorum apud Deum viuunt spiritus, fabricamus: Nec ibi erigimus altaria, in quibus facificemus martyribus, sed vni Deo & matrum & nostro sacrificium immolamus. Ad quod sacrificium sicut homines Dei, qui mundum in eius confessione vicerunt, suo loco & ordine nominantur, non tamen à sacerdote qui sacrificat, inuocantur. Deo quippe, non ipsi sacrificat, quamuis in memoriam sacrificet eorum: quia Dei sacerdos est, non eorum. Ipsum verò sacrificium corpus est Christi, quod non offertur ipsis, quia hoc sunt & ipsi. Hæc Augustinus. In quibus verbis præter intentum obiter annotare decreui, quòd ait corpus Christi esse sacrificium, quod à sacerdote in altari Deo offertur. Quod testimonium apertè pugnat cōtra Lutherum & Oecolampadium. Nam Oecolampadius (vt in titulo de Eucharistia indicauimus) negat in eo sacrificio verum corpus Christi contineri, sed solum materialem panem. Lutherus autem etsi faretur verum corpus Christi Saluatoris illic adesse, negat tamen à sacerdote offerri: propter quod dicit missam non esse sacrificium. Sed aduersus hanc hæresim iam supra in titulo de missa abundè me dixisse arbitror. Verum quoniam non erat prætereundum quod nūc Augustinus dixit, obiter annotare decreui. Hunc igitur intermittentes sermonem, eò vnde digressa est, orationem reuocemus, & exultemus quòd tam facile & luculenter aduersariorum calumniam beatus Augustinus reiecerit. Sed quia nimis leniter & pro suo ingenio mansuetissimè respondit, & hi, contra quos agimus, quemadmodum Phryges (vt est in Prouerbio) non nisi plagis emendantur, beatum Hieronymum, qui durius & acerbius pugnare solet, obijcio, vt illos pro suis meritis tractet. Is enim beatus pater aduersus Vigilantium, qui huius erroris etiam extitit autor, scribens, ita ait: Quis enim ò insanum caput, aliquando martyres adorauit: Quis hominem putauit Deum? Nōnne Paulus & Barnabas, cum à Lycaonibus Iupiter & Mercurius putarentur, & eis vellent hostias immolare, sciderunt vestimenta sua, & se homines esse dixerunt: Non quòd meliores non essent olim mortuis hominibus Ioue & Mercurio, sed quòd sub gentilitatis errore honor eis Deo debitus deferretur. Quod & de Petro legimus, qui Cornelium se adorare cupientem, manu subleuauit, & dixit: Surge, nam & ego homo sum. Et audes dicere, illud nescio quid, quod in modico vase transferendo colis? Quid est illud, nescio quid, scire desidero. Expone manifestius, vt tota libertate blasphemus: Puluisculum nescio quod in modico vaseculo præcioso linteamine circumdatum. Dolet martyrum reliquias præcioso operiri velamine, & non vel pannis vel cilicio colligari, vel proijci in sterquilinum, vt solus Vigilantius ebrius & dormiens adoretur. Ergo sacrilegi sumus, quando Apostolorum basilicas ingredimur? Sacrilegus fuit Constantinus Imperator, qui sanctas reliquias Andreæ, Lucæ, & Timothei transtulit Constantinopolim, apud quas demones rugiunt, & inhabitatores Vigilantij, illorum se sentire præsentiam cōfiterentur? Sacrilegus dicendus & nunc Augustus Arcadius, qui ossa beati Samuelis longo post tempore de Iudæa transtulit in Thraciam? Omnes episcopi non solum sacrilegi, sed & fatui iudicandi, qui rem vilissimam, & cineres dissolutos in serico & vase aureo portauerunt?

rauerunt? Stulti omnium Ecclesiarum populi, qui occurrerunt sanctis reliquijs, & tanta laetitia quasi praesentem viuentemque prophetam cernerent, susceperunt, vt de Palaestina vsque Chalcedonem iungerentur populorum examina, & in Christi laudem vna voce resonarent? Hæc Hieronymus: qui non contentus est Vigilantijs calumnias refellere, nisi illum confoderet, & pro suo merito tractaret. Sed vt nullus controuersia pateat locus, concilij generalis definitionem in medium proferam. Concilium nanque Lateranense sub Innocentio. 3. celebratum, hanc, quæ sequitur, tulit definitionem. Cum ex eo quoddam sanctorum reliquias exponunt venales, & eas passim ostentant, Christiana religioni detractum sit sapiens, ne in posterum detraharur, praesenti decreto statuimus, vt antiquæ reliquias amodo extra causam nullatenus ostendantur, nec exponantur venales: inuentas autem de nouo, nemo venerari praesumat, nisi prius autoritate Romani pontificis fuerint approbatæ. Prælati verò non permittant eos, qui ad eorum Ecclesias causa venerationis accedunt, verijs figmentis aut falsis documentis decipi, sicut in plerisque locis occasione quaestus fieri consuevit. Hactenus Concilium Lateranense. Quæ verba habentur in volumine decretalium epistolarum, titulo de reliquijs & veneratione sanctorum. In quibus verbis, sicut sapienter cauit ne nouæ reliquiae faciliter honorentur sine Romani pontificis licentia, ita contra concedit eas quæ iam exploratæ virtutis sunt, honorari. Et de hac re abnude me dixisse censeo, pro ea breuitate, quam statui seruare. Scripsit aduersus hanc hæresim Hieronymus libellum contra Vigilantium, quo loco testatur ipse Terullianum scripsisse insigne volumen, quod vocauit Scorpium, aduersus hanc hæresim, quæ olim contra Ecclesiam erupit, & refert illam olim vocatam fuisse Cainam hæresim. Vnde constat Eunomium etiam non fuisse huius hæresis inuentorem, sed longo tempore illum præcessisse: quæ multo tempore dormiens, postea ab Eunomio, dein à Vigilantio, demum à Ioanne Vvicleph suscitata est. Scripsit etiã aduersus hanc hæresim Thomas Vvalden. ni opere illo insigni quod fecit de sacramentalibus.

RESTITVTIO.

ESt quædam hæresis asserens non esse necessarium rei furto sublata restitutionem, vt quis vitam possit assequi æternam. Hanc hæresim inter alios Græcorum errores recenset Guido Carineta, qui ait quoddam Græcorum sacerdotes, pro furtis, vsura, rapina manifesta, non iniungunt vt satisfaciant aut reddant, sed oleo simplici inungunt raptorem, quem alstringunt vt aliquam pecuniam portionem illis distribuat, vt absolutionem illi impendant: quam pecuniam à fure aut raptore recipientes, ipsum raptorem absoluunt. Erasmus Roterodamus de hac re non paruum præbuit ansam suspicionis. Nam in annotationibus super nouum Testamentum, innuit restitutionem rapinæ non esse faciendam, sed satis esse elemosynam facere, vt furti & rapinæ peccatum deleatur. Et ne quis verbis meis fidem derogat, putans me hoc falsò tribuere Erasmo, verba illius, quæ in quarta huius operis æditione habentur, referã. Is enim Erasmus in annotationibus super. 11. caput Lucae, pertractans illud Saluatoris dictum, Quod superest, date elemosynam: post multa denique hæc dicit: Illud annotandum, cum modò fecerit mentionem rapinæ, in remedio non fieri mentionem restitutionis: tantum pollicetur elemosyna data omnia fore munda. Hæc Erasmus. Quid hæc verba doceant, lector prudens & candidus facile intelliget. Verum hanc suspicionem in quinta eiusdem operis æditione Erasmus amouit: quoniã post verba illa quæ proximè citauimus, hæc quæ sequuntur, ad-

Atur addidit. Sed qui iubetur dare ijs quibus nihil debet, multò magis iubetur reddere si quid cui debet. Quæ verba omnem prorsus tollunt de restitutione non faciendâ suspicionem. De hac tamen re admonere volui lectorem, ne si forte in tertiam aut quartam operis illius æditionem inciderit, verba Erasmi, quæ illic habentur, legens, illius autoritate fretus in hunc fortè labatur errorem. Nam in verbis illis quæ in quarta æditione habebantur, magnam erroris præbuerat occasionem, propter quod huic malo mederi voluit. Vtinam hanc mentem in cæteris suis erroribus habuisset. Sed iam ad Græcorum errorem accedamus, & ostendamus quàm aliena sit à fide Catholica hæc sententia. Primò hæc sententia pugnat aperte cum lege natura, quæ ait: Ne feceris alicui quod tibi oderis fieri: Et rursum, Diliges proximum tuum sicut teipsum. At rarus est qui non odiat se re sua spoliari. Et quisque iuste optare potest, vt quod sibi furto sublatum est, restituatur: hoc igitur alteri què vi spoliavit, vice versa reddere tenebitur. Præterea Paulus Apostolus hoc præcipit, sic inquit: Omnibus reddite debitum: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui honorem, honorem: cui timorem, timorem. Nemini quicquã debeatis, nisi vt inuicem diligatis. In quibus verbis postquã omnibus debita reddenda præcepit, ne fortè solo præcepto parùm dixisse videretur, prohibitionem, quæ fortius & perpetuum est vinculum, subiunxit, dicens: Nemini quicquã debeatis. Deinde, sanctus ille Thobias cū vocem balantis hædi, quæ vxor illius domum detulerat, audiuit, dixit: Videte ne fortè furtiuus sit, reddite eum dominis suis: quia nõ licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contingere. Rursum, Deus ipse ab illo, qui veram agit poenitentiam, exigit vt rapinam restituat, si suorum peccatorum remissionem impetrare optat, sic inquit: Si dixero impio, morte morieris: & egerit poenitentiam à peccato suo, feceritque iudicium & iustitiam, & pignus restituerit ille impius, rapinamque reddiderit, in mandatis vitæ ambulauerit, nec fecerit quicquã iniustum, vita viuet, & non morietur. Omnia peccata eius quæ peccauit, non imputabuntur ei. Nihil hoc testimonio apertius dici potuit. Nam hac lege & conditione promittit Deus se poenitenti peccata donaturum, si rapinam reddiderit. Quò fit, vt conditione sublata, hoc est nõ reddita rapina, Deus peccata non dimittat. Vnde beatus Augustinus in epistola ad Macedonium ait: Si res aliena, propter quã peccatum est, reddi possit, & non redditur, poenitentia nõ admittitur, sed simulatur. Si autem veraciter agitur, non remittitur peccatum nisi restituatur ablatum. Hæc Augustinus. Quæ verba habentur in volumine Decretorum. 14. q. 6. Vereantur ergo sacerdotes Græcorum, fures & raptores à rapina absoluere, quos Deus sine restitutione absoluere non vult. De his enim sacerdotibus Hieremias Propheta mihi dixisse videtur, cū ait: Curabant contritionem filiarum populi mei cū ignominia, dicentes: pax, pax, & nõ erat pax. Cum ignominia contritionem filiarum populi curat, qui peccanti & non legitime poenitenti facile absolutionem impendit. Neque opus est vt aduersus tam pestiferum errorem amplius immoremur.

RESVRRECTIO.

Multi ex vetustis hæreticis negauerunt carnis resurrectionem esse futuram. Quæ hæresis apud Iudæos fuit primò orta. Nam Saducæi (vt patet ex Euangelio Matth.) negabant carnis resurrectionem. Ex illis autem, qui semel Christum per baptismum induerunt, primus qui hanc hæresim suscitauit, fuit Simon ille Magus, de quo in Actibus Apostolorum fit mentio. Hoc enim illi impingit Augustinus, quamuis Tertullianus in lib. de hæresibus de hoc Simone faciens sermonem, nihil tale illi tribuit. Basilidem tamen dicit in

*Carpocratia.
Valentinus.
Apelles.
Marcion.
Ophites.
Marcus.
Cerdoni.
Caiani.
Seuerianis.
Archontis.
Hierarchi-
ta.
Seleuciani.
Praxilantia.
Almaricus.
Albigenses.
Albanenses.
Origenes.*

hunc errorem fuisse lapsum, cui similem errorem non tribuit August. Hymenæus & Philetus, teste Apostolo Paulo, dixerunt resurrectionem iam esse factam, nec amplius futuram. Carpocratia etiam (vt August. ait) negarunt carnis resurrectionem. Valentinus & Apelles, iuxta Augustinū & Tertullianum, hoc idem senserunt. Marcioni & Ophitis hoc idem tribuit Tertullianus, sed non Augustinus. Marco & Cerdoni, & Caianis, & Seuerianis, & Archonticis, & Hierarchitis eundem errorem impingit Augustinus, non autem Tertullianus. Seleucianis, & Proclianitis obijcit hunc errorem Philaster Brixienfis episcopus, quem etiam in hac parte sequitur August. Frater Bernardus de Lutzemburgo in suo catalogo hæreticorum refert Almaricum, Albigenfēs, Albanenfes hunc errorem fuisse tutatos. De Origene refert August. ex Epiphanijs sententia illum negasse carnis resurrectionem. Verum Theophilus Alexandrinus episcopus (vt mox infra dicemus) alium errorem impingit Origeni, qui cum hoc velut ex diametro pugnat: quoniam ex eo conuincitur Origenē concessisse carnis resurrectionem. Vtri autem istorum sit in hac parte credendū, videlicet Epiphanijs, an Theophilo, ego non video. Mea quidē sententia neutri eorum credetur, quoniam aut vtrique eorum credendū est, aut neutri. Non est autem possibile vt vtrique credatur, cum eorum testimonia aduersus Origenem non sint conuenientia, sed inter se pugnantia: est ergo necessarium vt nulli credatur, præsertim cum constet ex libro. 10. historiarū tripartitæ Cassiodori, vt nunque videlicet Epiphanijs & Theophilum fuisse Origenis nomini infestum. Aduersus hanc hæresim non est operosum disputare, cum tam aperta & tam clara sint scripturæ sacræ testimonia, quibus illa reuinci potest: præsertim quod non aduersus Ethnicos philosophos nunc arma sumimus, sed aduersus eos qui se Christianos faciunt, quos oportet scripturæ sacræ testimonijs credere. Saduceos enim negantes resurrectionem, Saluator noster testimonio scripturæ sacræ conuincit, dicens: Erratis nescientes scripturas, neq; virtutem Dei. In resurrectione enim neq; nubent neq; nubentur, sed sunt sicut angeli Dei in cælo. De resurrectione autem mortuorū non legistis quod dictum est à Deo dicente vobis: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob: Deus non est mortuorū, sed viuētium. Et Paulus Apostolus in priore epistola ad Corinthios redarguens eos qui carnis resurrectionem negant, sic ait: Si autē Christus prædicatur quod resurrexit à mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam resurrectio mortuorum non est: Si autem resurrectio mortuorū non est, neq; Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis & fides vestra. Inuenimur autem & falsi testes, quoniam testimonium diximus aduersus Deū, quod suscitauerit Christum, quem non suscitauit si mortui non resurgunt. Nam si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit. Quod si Christus non resurrexit, vana est fides vestra. Et in posteriore epist. ad Timoth. dicit Hymenæum & Philetum à veritate excidisse, dicentes resurrectionem iam factam, & subuertisse quorundam fidem. In symbolo Apolorum docetur carnis resurrectio. Eandem docet symbolum fidei æditum in Concilio Constantinopolitano. Piger plura citare testimonia pro re tam manifesta. Si quis autem plura de hac re nosse cupit, legat quædam libellum beati Ambrosij in modum orationis, qui inscribitur de fide resurrectionis: in quo libro non solū testimonijs scripturæ conuincit, sed etiam alijs argumentis perfradet resurrectionem.

Secunda hæresis est, quæ docet corpus nostrum in illa resurrectionis gloria futurum impalpabile, & inuisibile. Huius hæresis autor fuit quidam Eutyechius Constantinopolitanus episcopus, dicens corpus post resurrectionis gloriam futurum aëre & vento subtilius, ita vt nec palpari nec videri possit. Huius autem hæresis causa beatus Gregorius postea summus pontifex, fuit à sede

A à sede Apostolica missus legatus Constantinopolim: quo perueniens corā Tyberio Constantino tunc Imperatore eundem Eutyechium in fide nostræ resurrectionis errasse conuicit. Quo facto, ipse Imperator librum, quem Eutyechius de resurrectione ediderat, comburi iussit. Aduersus hunc errorem est illud quod ait Iob: Scio enim quod Redemptor meus viuuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum. & rursum circūdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deū: quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspexerunt, & non alius. Si corpus quod modò palpabile & visibile est, postea neq; palpabile erit neq; visibile, sed aëre & omni vento subtilius: ergo alius erit homo qui postea resurget, & alius qui modò viuuit. Et hoc innuere videtur glossa super illum locum Iob, quæ sic ait: Expressè indicat veritatem resurrectionis. Nō enim alius moritur, & alius resurgit (vt qui dicunt inuisibile & impalpabile corpus futurū, sicut Eutyechius dixit) sed idem ipse. Hæc glossa, quæ dicitur ordinaria. Vnde patet quàm miserè fuerit deceptus frater Bernardus de Lutzemburgo, qui in suo catalogo hæreticorum duos scribit fuisse hæreticos, vnum Eutyechium, & aliū Eutyechium per c aspiratum. Et vt cognoscas eum sentire nō fuisse eundem, aduerte quod postquam Eutyechium in prima edicione catalogi texuerat, in posteriore additione addens in fine eiusdem catalogi alios hæreticos qui sibi videbantur deesse in prima additione, posuit Eutyechium per c aspiratum, tanquam hic alius esset ab illo quem prius scripserat. Et cum duos esse crediderit, duas etiā nobis vult ostendere illorum hæreses. Eutyechium quidem dicit sensisse aliū hominem mori, & alium resurgere. De Eutychio verò refert illum docuisse corpora nostra resurgere impalpabilia & inuisibilia. Quod si rectè rem, prout decebat, inspexisset, agnouisset eundem esse hominem qui illa docuit, quanquā in diuersis codicibus diuersis literis scriptum reperiamus, in aliquibus per c simplex, in alijs verò per c aspiratum.

B Quæ diuersitas, ex vitio scriptorum oriri potuit, qui sæpe aliter quā oportet, transcribunt, & orthographiam suo arbitrio peruertunt.

Ceterum quod hæresis sit eadem, ex verbis glossæ ordinariæ, quæ proximè citauimus, apertissimè conuincitur. Nam eadem glossa innuit Eutyechium sensisse alium hominem mori, & alium resurgere, & mori corpus palpabile & visibile, & resurgere impalpabile & inuisibile. Quod si glossa non satis apertè illud ostendit, saltem ex beato Gregorio poterat illud cognoscere, qui in libro moralium, exponens illa verba Iob quæ proximè citauimus, narrat acta sua cū eodem Eutychio episcopo Constantinopolitano, & refert illum sensisse, quod alius sit homo qui moritur, & alius qui resurgit: propterea quod credidit corpus hominis mortui esse palpabile & visibile, & corpus illius qui resurgit esse impalpabile & inuisibile: quia dicebat illud esse futurum aëreum, & omni vento subtilius. Et ita aduersus errorem huius Eutychij Constantinopolitani episcopi beatus Gregorius profert illum locum Iob quæ proximè citauimus. Hæc dixi, vt videant omnes quàm facile errentij, qui facile pronunciant antequam res fuerit probè (vt decet) examinata. Sed his omisissis ad nostrum scopum redeamus. Eundem hominem resurgere qui & moritur, conuincunt illa Christi verba quæ dixit Martha de Lazaro eius fratre tunc mortuo: Resurget frater tuus. Si enim corpus resurgētis esset aëreum & impalpabile, tunc Lazarus qui resurrexit, non fuisset frater Martha: postquam tunc non habuisset illud corpus per quod erat inter illos iuncta cognatio. Præterea, Redemptor noster dubitantibus de sua resurrectione discipulis ostendens manus & latus, palpan da ossa carnemque præbuit, dicens: Palpate & videte, quia spiritus carnis & ossa non habet, sicut me videtis habere. Qui de hac hæresi amplius nosse cupit, legit beatum Gregorium in moralibus super decimum nonum caput Iob, circa finem.

Tertia hæresis afferit corpora post resurrectionē futura iterū mortalia, & post illam resurrectionem multis seculis transactis dicit corpora in nihilum redigenda. Huius hæresis autor fuit Origenes. Hoc enim illi impingit Theophilus Alexandrinus episcopus in libr. 2. sui paschalis: quod opus beatus Hieronymus è Græco vertit in Latinum sermonem. Et si verum est Originem hoc sensisse, oportet vt falsum sit quod Epiphanius de illo refert, illum videlicet negasse resurrectionem. Nam qui dicit corpora post resurrectionem futura mortalia, satis apertè resurrectionem fatetur. Verum quia post istā resurrectionem Origenes, teste Theophilo, docet corpora in nihilū redigenda, nec ampliùs resurrectura, fieri potest vt Epiphanius de hac secunda morte intellexit cum dixit Origenem docuisse post mortem non esse resurrectionem. An autem Origenes ita senserit, an secus, ignoro. Hoc certò scio, quòd Theophilus ita illum sensisse narrat. Quapropter cum iam sit de hac re Origenes notatus, oportet vt ad illius errorem reuincendum aliqua proferamus scripturæ sacræ testimonia. Paulus Apostolus in ea quæ est ad Romanos epistola, ait: **C**H R I S T V S resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Si **C**H R I S T V S post resurrectionē ampliùs non moritur, nec nostra corpora post resurrectionem erunt mortalia: quoniam resurrectio **C**H R I S T I exemplar fuit aut signum quoddam futurę in nobis resurrectionis. Et in priore epistola ad Corinth. expressiùs de hac re nos docet, vbi postquam proposuerat similitudinem de grano seminis mortificati, quod tandem viuificatur, ad corporis nostri resurrectionem reuersus ita dicit: Seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Seminatur in infirmitate, surget in virtute. Et parum infra: Ecce mysterium vobis dico: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur: In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba. Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Non poterat quicquam apertius dici ad hunc errorem reijciendum. Sed audi quid adhuc Apostolus subiungat: Cum autem (inquit) corruptibile hoc induerit incorruptibilitatem, & mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria. At non perfectè esset deuicta mors, si resurgentibus corporibus, iterum mors seua dominaretur. Neque Christus perfectè deuicisset eum qui mortis habebat imperium, hoc est diabolus, si mors iterum nostra corpora possessura esset. Præterea, beatus Ioannes in Apocalypsi de iustis post resurrectionem loquens ait: Et absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra: quia prima abierunt. Cum hæc testimonia apertissima sint, non est opus in hac parte longiore disputatione.

Quarta hæresis docet Christum surrexisse à mortuis die sabbati post parasceuen hora sexta. Hunc errorem tribuit Guido Armenis: quem semper in recensendis erroribus Armenorum sequutus sum: quia (vt ingenue fatear) neminem alium scriptorem reperire potui, quem in hac re consulerem. Et quantum ad hunc errorem spectat, certè miror quòd homo qui Euangelia legerit, in tam apertum errorem potuerit labi. Nam cum sit manifestum Christum fuisse mortuum feria. 6. in parasceue, si sabbato proximo resurrexit, quomodo verum erit illum resurrexisse die tertia? At ipse Saluator prænunciatus discipulis suis ea quæ futura erant circa ipsummet, ait illis: Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur: & postquam flagellauerint, occident eum, & die tertia resurget. Præ-

A get. Præterea, ipse idem Saluator noster Iudæis petentibus signum de cœlo ab eo, ait: Generatio mala & adultera signum quærit: & signum non dabitur ei, nisi Ionæ prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Si Christus mortuus feria. 6. & post mortem manet in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus, fieri non potest vt proximo die sabbati resurrexerit. Sed de hoc fatis.

Quinta de hac re hæresis est, quæ docet omnes homines in sexu virili resurrecturos, nullumque esse post resurrectionem futurum fœmineum sexum. Hunc errorem Guido tribuit Armenis, & vigesimo loco inter errores Armenorum illum recenset. Beatus Augustinus libro. 22. de Ciuitate Dei, capite. 17. huius erroris meminit, dicens fuisse aliquos qui ita sentirent: nõ indicat tamè qui fuerint huius hæresis patroni. Fœminas post resurrectionem esse futuras, vel ex eo constare potest, quòd Dominus fœminā fecit sicut virum. Sic enim scriptura ait: Masculum & fœminam fecit eos. Ex quibus verbis constat sexum fœmineum nõ esse vitium, aut ex vitio, sed ex natura. Quoniam enim ante peccatum fœmina erat, non ex vitio contigit vt fœmina fieret. Nec sexus ipse vitium est: quoniam non fuisset à Deo factus. Cum ergo non sit vitium neque ex vitio fœmineus sexus, sed ab ipsis naturæ incunabulis à Deo factus, consequens est, vt qui vtrunquẽ fecit, vtrunq; etiã reficiat, & qui vtrunquẽ instituit, vtrunq; similiter restituat. Præterea, Paulus scribens ad Galatas ait: Quicumq; in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Iudæus neque Græcus: non est seruus neque liber: non est masculus neque fœmina. Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu. Si fœmina etiã est in Christo Iesu sicut masculus, cur non erit in gloria sicut masculus? Accedit ad hæc, quòd interrogatus Dominus à Saducæis negantibus resurrectionem, de muliere quæ septem fratribus nupserat, vt quisque illorum defuncti fratris semen suscitaret, cuius illorum futura esset post resurrectionem, respondit: Erratis, nescientes scripturas, neque virtutem Dei. In resurrectione enim neque nubent, neque nubentur: sed erunt omnes sicut angeli Dei. At si nulla esset post resurrectionem futura mulier, faciliùs illorum errorem destruxisset, dicens nõ esse futurum muliebrem sexum post resurrectionem. Et cū locus esset aptissimus, debuisset illos de hac re docere: vt diceret illā mulierem, de qua erat questio, virum illā esse futurā, non fœminā. Verum nõ illud dixit, sed hoc: In resurrectione non nubent neque nubentur. Nuptias ergo post resurrectionem futuras negauit: non sexus varietatem. Imò hanc varietatem illic futuram munit cū dixit: Non nubent: quod conuenit fœminis: neque nubentur, quod viris. Erunt ergo fœminæ quæ hic nubere solent, & viri qui hic vxores duxerunt: quoniam cum nuptias negauit, sexus varietatem latenter innuit, qui ad nuptias exigitur. Erunt quidem membra illa, sed non ad antiquum vsum deputata, sed ad decorem nouum, & ad Dei sapientiam & bonitatem commendandam. Sed qui hunc errorem tuentur, obijciunt nobis illud Pauli ex epistola ad Ephesios: Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Ex quo loco arguunt omnes in virili sexu resurrecturos: quoniam Apostolus ait omnes nos occursum in virum perfectum. Huic obiectioni beatus Augustinus responderet, illo loco virum capi pro homine, siue masculus ille sit siue fœmina. Sic enim alibi scriptura sæpissimè capere consuevit. Nam illud est manifestum (vt alia interim omitam) quod in Psalmo dicitur: Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum. Quo loco constat nomine viri fœminam intelligi: quoniam beata etiã fœmina, cui non imputauit Dominus peccatum. Et beatus Gregorius in Homilia illius Euangelij: Sint lumbi vestri præcincti, hoc idem admonet, sic inquit:

Gregorius.
Job. 40. Quia viris luxuria in lumbis sit, foeminis in vmbiculo, testatur Dominus, qui de diabolo ad beatū Iob loquitur dicēs: Virtus eius in lumbis eius: & fortitudo illius in vmbiculo ventris eius. A principali igitur sexu lumborum nomine luxuria designatur, cū Dominus dicit: Sint lumbi vestri præcincti. Hæc Gregorius. In quibus verbis manifestè satis admonet, nomine sexus masculini tanquam principalioris foemineū sexum designari. Potest etiam aliter responderi, & fortè propius ad literæ significationē, vt dicamus illo loco Paulum nec meminisse resurrectionis, sed de perfectione doctrinæ, & agnitione veritatis. Nā postquā dixerat datos esse à Christo quosdā Apostolos, quosdam Prophetas, alios Euangelistas, alios doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi, statim subdidit: donec occurramus in vnitatem fidei, & agnitionem filij Dei, in virum perfectum, in mensurā ætatis plenitudinis Christi. Quæ verba pertractans B. Ambrosius in commentarijs super epistolas Pauli, hæc ait: Tamdiu dicit manere ordinationem, quā diu cuncti destinati ad vitam, vnius sint fidei. In cognitionem Christi ita elaborandum hortatur, vt perfectio fidei apprehendatur. Cuius hæc ratio est, vt Christum perfectum & plenum Deum teneat fides, ne mensura humana metiatur, sed in plenitudine diuinitatis quasi perfectus Deus habetur. Nec enim perfectum dicens virum temporali ætate & mensura significat, sed per hoc dictum perfectos nos vult fieri in plenitudine intellectus diuinitatis filij Dei. Hæc tamen Ambrosius. Et ad eundem modū interpretatur Theophylactus illum Pauli locum. Demum opus est, vt Ecclesiæ diffinitionem de hac re audiamus. Nā inter Ecclesiastica dogmata vnū de hac re septuagesimo loco habetur, quod tale est. In resurrectione ex mortuis, sexus forma non mutabitur, sed vir mortuus resurget in forma viri, & foemina in forma foeminae. Hæc ibi, & de hoc satis. Aduersus hanc hæresim neminem scripsisse scio, præter beatum Augustinum, qui libro vigesimo secundo de Ciuitate Dei, capite. 17. paucula quædam disserit.

SACERDOTIVM.

Lutherus. **V**Nus ex perniciosis & execrabilis erroribus Lutheri est, quo docet omnes Christianos esse sacerdotes, & omnes Christianos habere æqualem potestatem, nulla status aut sexus discretione facta. Verum est omnes Christianos dicat esse sacerdotes, docet tamen nemini licere illa potestate uti, nisi per consensum communitatis: quia (vt ille ait) quod est omnium communiter, nullus singulariter potest vsurpare, nisi vocetur. Potestas ergo hæc, iuxta Lutheri sententiam, primò ad communitatem ipsam derivata fuit, deinde ab ipsa communitate in eum qui sacerdotio fungeretur. Verba Lutheri in libro de captiuitate Babylonica sunt ista. Esto itaque certò certus, & sese agnoscat quicumque se Christianum esse cognouerit, omnes nos æqualiter esse sacerdotes, hoc est, eandem in verbo & sacramento quocunque potestatem habere. Hæc Lutherus. Et postea dicit, nihil esse sacerdotium, nisi potestatem concionandi, & sacerdotis officium consistere in sola doctrina. Sed hic Lutherum percontari oportet, an sacerdotium Euangelicum credat esse abiectius & vilius, quàm sacerdotium veteris legis? Non puto illum aded insanire, vt inficietur sacerdotium Euangelicum esse multò præstantius sacerdotio Leuitico. At sacerdotium veteris legis non fuit aded abiectum & vile, vt omnibus sine vlla differentia creditum fuerit. In exodo enim legimus Dominum Deum Moyfi hæc verba dixisse: Applica quoque ad te Aaron fratrem tuum cum filijs suis de medio filiorum Israël, vt sacerdotio fungantur mihi, Aaron,

A Aaron, Nadab, & Abihu, Eleazar & Ithamar filij Aaron: faciesque vestem sanctam Aaron fratri tuo in gloriam & decorem. Ecce, vides Aaron & filios eius segregatos ex præcepto Domini à tota plebe vt sacerdotio fungerent coram eo. Et huic legi consonat id quod Paulus mirificus legis interpres, in epistola ad Hebræos de Christo Salvatore nostro differens, ait: In quo enim hæc dicuntur, de alia tribu est, de qua nullus altario præfuit. Manifestum est enim quòd ex Iuda ortus sit Dominus noster: in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est. Ecce Paulum testantem, neminem de tribu Iuda, iuxta legis Mosaicæ præceptum, posse esse sacerdotem. Et idem testimoniū dedit propheta Samuel contra regem Saul, qui de tribu Benjamin erat. Nam illum grauius reprehendit propterea quod holocaustum & pacifica Deo obtulisset, sacerdotis officio functus: pœnamq; illi ob hoc peccatum à Deo decretam manifestauit, sic dicens: Stultè egisti, nec custodisti madata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi. Quod si non fecisses, iam nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israël in sempiternum: sed nequaquam regnum tuum vltra consurgeret: Quæsiuit Dominus sibi virum iuxta cor suum, & præcepit ei Dominus vt esset dux super populum suum, eò quòd non seruaueris quæ præcepit Dominus. Et nunc certè videmus Ducem Saxonie Ioannem Fredericum simili pœna propter simile peccatum à Deo punitum. Nam hic mirum in modum fauit Luthero sacerdotij Euangelici prophanatori: & ob hoc peccatum, fuit à Carolo Cæsare huius nominis quinto, Hispaniarumq; rege, eiusdē nominis primo debellatus, & bello captus, maximaq; suæ ditionis parte spoliatus, nec nō priuatus in æternum dignitate electoris Imperij. Quæ omnia, Deo ita volente, successerunt cōtra comunem populi opinionem, propterea quòd cū maior pars Germanie esset Lutherana hæresi infecta, ferè tota Germania simul cum isto duce contra Cæsarem ob solam hæresis causam rebellauerat, & magno exercitu congregato eundem Cæsarem à tota Germania profligare voluerat. Deus tamen, in cuius manu sunt omnes bellorum victoriae, dedit victoriā Carolo Cæsari, & omnes potestates, qui duci Saxonie adhaerant, tanquam oues sine pastore disperfit, & illum in manus Cæsaris tradidit: qui illum tandem & patrimonio & dignitate priuauit: quem si etiam vita priuasset, nihil ab eodem Cæsare homines verè Christiani meritò desiderare potuissent. Sed hæc, quia solum per occasionē dicta, missa faciamus: & ad scopum nostræ disputationis reuertamur. In libro Numerorū legimus tribum Leuiticā esse à Domino peculiariter electam ad ministeriū tabernaculi, & filios Caath destinatos ad portanda vasa sanctuarij inuoluta ab Aaron & filijs eius, vt non tangerent ea, ne fortè morerentur. Quid hic dicet Lutherus? Si tãtam reuerentiam Deus præcepit exhiberi vasis sanctuarij, vt non ab alio quàm à sacerdote tangi possent, quantò maiorem reuerentiam credendum est nos oportere exhibere sanctissimæ Eucharistie, vt vasa quibus illa reconditur, ne dicā ipsammet, non permitamus ab alio quàm à sacerdote contrectari? Si enim tantus honor præstatur vmbrae, nonne iustum est vt maiorem multò honorem tribuamus corpori: Dathan, Chore, & Abiron absorpti sunt à terra, & viui descenderunt vsque ad inferos, eò quòd sacerdotale officium vsurpare tentarunt, & ducēti quinquaginta viri illis consentientes ab igne consumpti sunt. Et Oza, quoniam extendit manum ad arcā Dei, & tenuit eam contra suæ sortis conditionem, subito percussus est à Domino super temeritatem suam, & mortuus est statim ibi iuxta arcam Dei. Et Ozias rex Iuda fuit à Domino lepra percussus in fronte, eò quòd sacerdotalis ordinis munus vsurpare præsumpsit, offerendo incensum super altare thymiamatis. Baltasar rex temulentus bibens ex vasis aureis & argenteis quæ Nabuchodonosor pater eius abstulerat de templo Dei quod erat Hierosolymis, vidit manū scribentē in pariete, Manè, Thetel, Phares, & eadem nocte illo

illoi interfecto Darius Medus successit in regnum. Si Dominus tantum zelatus est pro figura, quanto magis zelabitur pro veritate? Vmbra non permittit tan gi nisi à solo sacerdote, & corpus permittet contrectari indiscretè à quolibet? Caueant ergo laici Lutherani, & ad Dominum conuertantur, ne fortè sicut Dathan, Chore, & Abiron, viuos illos Dominus in infernum conijciat. Præterea si institutio ordinis sacerdotalis, & eiusdem institutionis tēpus bene circumspectantur, facili huius rei veritas patebit. Nam sacerdotes fuerunt à Domino initiati in coena vltima, quando Saluator noster cū discipulis suis coenās dixit illis: Hoc facite in meam commemorationē. Fuerunt autem consummati in sacerdotio, cum post resurrectionem dixit eisdem: Quorū remiseritis peccata, remissa erunt: & quorum retinueritis, retenta sunt. At multò ante hæc tēpora ipsi discipuli Christiani erāt, quia iam fuerant Christum per baptismum induti, cū tamen tunc non erant sacerdotes. Non ergo (vt Lutherus ait) in baptismo efficitur quisq; sacerdos: nec oportet vt eo ipso quo aliquis est Christianus, sit etiam sacerdos, qui potestatem habeat supra corpus Christi verū & mysticum, hoc est, potestatem consecrandi & absoluendi. Rursus, beatus Paulus Timotheo scribens ait: Noli negligere gratiā quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam cū impositione manuum presbyteri. Vel vt (Erasmus apertius transtulit) autoritate sacerdotij. Et iterum ad eundem Timotheum: vt resuscites (inquit) gratiam quæ est in te per impositionem manuum mearum. Ex quibus Pauli locis duo aduersus Lutherum colligimus. Vnum, quòd Timotheus fuerit sacerdos ordinatus à Paulo. Alterū, quòd talis ordinatio fuerit facta per autoritatem sacerdotij, & nō (vt Lutherus ait) per consensum plebis. Et ad Titum scribēs ait: Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi. Si omnes Christiani sunt sacerdotes: non erat necessarium relinquere Titum Cretæ ad constituendos presbyteros per ciuitates. Aduerte etiam qualiter Titus fuerit ordinatus à Paulo, & officium sacerdotale exercuerit Cretæ ex solo iussu Pauli, & non ex consensu aut concessione populi. Sicut & ego (inquit Paulus) disposui tibi. Deinde in epistola ad Hebræos idem Apostolus ait: Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. At Aaron non à plebe fuit vocatus aut institutus sacerdos, sed à Deo: neq; à plebe fuit sacerdotiū deriuatum. Multò ergo minùs erit sacerdotium Euangelicum à plebe deriuatum: cum hoc sit multò augustius illo. Et in priore epistola ad Corinth. idem Apostolus enumerans officia à Christo in Ecclesia diuisa, ait: Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primò Apostolos, secundò Prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum. Quòd si vnusquilibet omnia potest (vt ait Lutherus) frustra tot distribuit officia. Ideò meritò ibidem subiungit Paulus: Nunquid omnes Apostoli? Nunquid omnes Prophetæ? Nunquid omnes doctores? Nunquid omnes virtutes? Nunquid omnes gratiam habent curationum? Nunquid omnes linguis loquuntur? Nunquid omnes interpretantur? Ecce, iuxta Pauli sententiam, nō omnes doctores, nō omnes prophetæ, non omnes interpretantur: vnde colligitur vt etiam nō omnes sint sacerdotes: præsertim quū iuxta Lutherum, sacerdotium nihil aliud sit quā potestas concionandi.

Deinde ipsa ratio excellentissimi sacrificij quod est in Ecclesia Catholica, cogit vt ad illius oblationem faciendam aliquis sit destinatus sacerdos, qui sit à reliquo populo distinctus. Nam & gentiles hoc intellexerunt, qui ad oblationem eorum sacrificiorum quæ dijs suis sacrificabant & offerebant, peculiare semper habuerunt sacerdotes à reliquo populo distinctos: Neque hoc sacerdotij munus omnibus passim commissum esse voluerunt. Cū ergo Ec-

A clefia excellentissimum omnium habeat sacrificium, conuincitur inde vt optimum etiam habeat sacerdotium à populo distinctum. Lutherus tamen negat missam esse sacrificium, sed de hoc supra in titulo de Missa, disputauimus.

Admoneo tamen lectorem, ne ex hoc argumento, quod nunc à sacerdotio gentilium formauit, existimet me gentilium sacerdotia probare: & ideò illa in exemplum proposuisse. Absit à me talis cogitatio. Non enim sum tam delirus aut tam rudis, vt non optimè intelligam omnia illorum sacrificia fuisse sacrilega, & omnem illorum sacerdotum ritum fuisse sacrilegum, & superstitiosum. Sed hoc malum inde proueniebat, quòd verum Deum ignorabant: & sacrificia illa sua offerebant non vero Deo, sed dæmonibus, quos putabant esse deos. Laudo igitur gentiles, in hoc tamen non laudo quòd dijs sacrificabant, sed in hoc quòd sic sacrificantes non promiscuè & sine vllò personarum discrimine per quemlibet ex populo hoc fieri permittebant. Nam lumine quodam naturalis rationis illustrati, omnes intellexerunt summos honores esse Deo impendendos, & sacrificia Deo offerenda, quæ non per quemlibet hominem offerenda esse censuerunt: sed per peculiare aliquos probatæ virtutis viros ad hoc munus obeundum potissimum addictos. Hoc autem ita esse, tum ex libris gentilium, tum etiam ex sacra scriptura constat, quæ dicens totam terram Aegypti propter nimiam frumenti penuriam, factam esse regi Pharaoni tributariam, eò quòd fame cogente omnes vendebant possessiones suas regi, terram sacerdotalem excepit, dicens: Præter terram sacerdotum, quæ à rege tradita fuerat eis. Et postea enarrans sacra scriptura, quòd regibus quinta pars frugum dabatur in tributum, etiam terram sacerdotum excepit, dicens: Absq; terra sacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit. Ad hunc ergo solum finem hoc gentilium exemplum adducimus, vt ex hoc quod omnes homines

B vbiq; gentium, & omni tempore, & omni lege semper fecerunt, conuincamus hoc esse naturali rationis lumine cognitum, non quoslibet sine discrimine debere esse sacerdotes Dei: sed aliquos à reliquo populo diuisos, qui hoc munus obirent. Et hinc meritò reprehendimus eos, qui sacerdotium Euangelicum prophanantes, contendunt illud omnibus sine vllò discrimine esse commune. Ad eundem enim modum olim Deus, vt Iudæos de inconstantia repre henderet, gentiles in exemplum adduxit, sic per Hieremiam dicens: Transite ad insulas Cethim, & videte: & in Cedar mittite, & considerate vehementer: & considerate si factum est huiusmodi: si mutauit gens deos suos, & certè ipsi non sunt dii. Populus verò meus mutauit gloriam suam in idolum: His verbis, vt manifestum est, Deus non probauit idola gentium, nec venerationem idolorum, quæ aperte declarauit non esse Deos: sed gentilium constantiam, qua perpetuò coluerunt eos quos semel crediderūt esse deos, obiecit Iudæis, vt ex illa posset meritò Iudæorum leuem mutabilitatem reprehendere, qui verū Deum multis nominibus agnoscentes, defecerunt ab eo, & ad deos alienos, qui dii non erant, transferunt. Hoc exemplum Dei ego imitatus, ex religione gentilium, quæ vbiq; & omni tempore fuit apud eos, vt sacerdotium non omnibus sine vllò discrimine facerent commune, meritò conuinci posse existimaui Lutheranos, qui sacerdotium Euangelicum, quod est omnibus alijs multò excellentius, asserunt esse commune omnibus cuiuscunq; conditionis & ætatis hominibus: neque solum viris, sed etiam mulieribus, quod est hætenus inauditum. Præterea, si omnes Christiani sunt sacerdotes, cōsequens est vt nullum sit legis Euangelicæ peculiare sacerdotium: quia quodcunq; illud esse dicatur, omne illud reperietur fuisse in lege Mosaica. Hoc Lutherus concedens, cogetur etiam fateri nullam esse peculiarem legem pro tempore gratiæ: quia sacerdotium, & lex sunt sibi inuicem adeò connexa, vt altero sublato necesse sit tollere reliquum: & alteroposito necesse sit alterum sequi. Nam

Hebr. 7. hac ratione motus Paulus dixit. Translato sacerdotio necesse est vt legis translatio fiat. Ergo si nullum est tempore gratiæ peculiare sacerdotium, nulla etiam erit lex pro hoc tempore peculiaris. Lutherus tamen adeo desipuit, vt hoc fateri non erubescat, dicens nullam esse peculiarem legem in Euangelio: sed contra hunc errorem iam superius disputauimus in titulo de præcepto, hæresi prima: & ideo non est opus nunc denuò contra illam pugnare. Rursum, ex verbis quæ Christus post resurrectionem dixit Apostolis simul congregatis, conuinci potest sacerdotalem potestatem non omnibus esse communem. 1040. 20. Hæc enim dixit illis: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. In quibus verbis aliqua annotare oportet, quæ sunt digna consideratione. Primum est, quòd ait: Accipite Spiritum sanctum. Non autem dedit tunc Spiritum sanctum ad miraculorum operationem: quia illud Sancti spiritus donum iam illis dederat, quando illos ad prædicandum miserat. Tunc enim, vt Lucas testatur, dedit illis virtutem & potestatem super omnia dæmonia, & vt languores curarent. Nec dedit Spiritum sanctum ad sanctificationem illorum, & Ecclesiæ illuminationem: quia hoc modo datus fuit illis in die Pentecostes. Dedit ergo illis Spiritum sanctum in die resurrectionis: quia tunc dedit illis potestatem remittendi peccata. Nam remissio peccatorum etsi à rota Trinitate detur hominibus, tamen peculiari quadam ratione tribuitur Spiritui sancto, sicut illi etiam peculiariter attribuitur bonitas, quæ tribus est communis. Potestas autem remittendi peccata, iudiciaria quædam potestas est, ad cuius executionem necessarium est duas saltem esse personas, altera quæ sit reus peccatis obnoxius: altera quæ sit iudex illum à peccato absoluens. Et inde colligitur non omnes esse sacerdotes, sed alterum esse sacerdotem, & alterum esse reum. Fortè dicit Lutherus, vt runq; alteri peccata remittere. Sed si ita res haberet, dicere debuisset Christus, Remittite inuicem, prout Iacobus orationem commendans dixit, orate pro inuicem. Est adhuc aliud in illis verbis considerandum, quòd cum Christus verba illa dixit, nulla aderat mulier, imò nec alij viri quàm Apostoli: & inde conuincitur, vt potestas illa remittendi peccata, nõ omnibus hominibus, sed solis Apostolis, & illis ad quos postea per Apostolos fuit deriuata, intelligatur esse cõcessa: nam quoties per aliquod signum sensibile diuinitus conceditur aliquod munus, illis tantum credendum est fuisse concessum, in quos signum illud ceciderit, & non cæteris absentibus. Nam gratia baptismi non conceditur, nisi illis tantum, qui loti sunt aqua. Sacramentum Eucharistiæ ex eo tantum pane & vino conficitur, super quæ consecrationis verba fuerunt prolata. Ergo potestas illa remittendi peccata, illis solis duntaxat credenda est fuisse tradita, super quos cecidit signum sensibile illius traditionis. At signum sensibile illius traditionis, quod fuit staturus Christi, in solos Apostolos cecidit, cum insufflauit eis, dicens: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Soli igitur Apostoli tunc illam potestatem receperunt, & inde alij, quibus ipsi, aut episcopi ipsorum successores illam concesserunt. Sed fortè hic aliquis mihi obiiciet, quòd si hoc argumentum alicuius esset valoris, probaret etiam Thomam vnum de duodecim Apostolis non habuisse potestatem remittendi peccata, & per consequens non habuisse plenam sacerdotis potestatem, nec fuisse perfectum sacerdotem: quia, vt Ioannes testatur, 1040. 20. Thomas non erat cum alijs Apostolis, quando Christus apparuit illis, & dixit illis prædicta verba, quibus concessit illis potestatem remittendi peccata. Hanc difficultatem mouit olim Cyrillus, & illi respondit dicens: Omnes duodecim Apostolos fuisse à Deo electos, vt principes essent super omnem terram, & potestatem haberent tanquam illius ministri, remittendi & retinendi peccata.

A peccata. CHRISTVS igitur, cuius potentia non præscribitur loco, non indiguit præsentia Thomæ vt hanc illi potestatem simul cum alijs concederet; Illud ergo quod omnibus dare decreuerat, Thomæ quamuis absenti donauit, quando alijs omnibus donauit. Neque hoc cuiquam debet videri difficile, cum certò constar, aliud simile in tempore veteris legis præcessisse. Nam præcepit Dominus Moyse congregare septuaginta viros ex senibus Israël, vt illis daret Deus de spiritu eiusdem Moyse, ad sustentandum simul cum eo omnes populi, quod Moyse solus ferre non poterat. Venit igitur Moyse, & narrauit populo verba Domini, congregans septuaginta de senibus Israël, quos stare fecit circa tabernaculum. Descenditque Dominus per nubem, & locutus est ad eum, auferens de spiritu qui erat in Moyse, & dans septuaginta viris. Cumque requieuisset in eis spiritus, prophetauerunt nec, ultra cessauerunt. Remanserunt autem in castris duo viri, quorum vnus vocabatur Eldad, & alter Medad, super quos requieuit spiritus. Nam & ipsi descripti fuerant, & non exierant ad tabernaculum. Cumque prophetarent in castris, euenit puer & nunciavit Moyse, dicens: Eldad & Medad prophetant in castris. Statim Iosue filius Nun, minister Moyse & electus de pluribus, ait: Domine mi Moyse, prohibe eos. At ille. Quid, inquit, amularis pro me? Quis tribuat, vt omnis populus propheteret, & det ei Dominus spiritum suum? Si hæc omnia olim contigisse sacra narrat historia, non est vlla iusta causa, vt quis dubitet Christum Saluatorem nostrum dedisse Thomæ absenti sed ab eo electo spiritum suum, quemadmodum olim Eldad & Medad absentibus, quia ad hoc electi erant, dederat spiritum suum. Nam quos Deus ad munus alicuius functionem elegit, etiam si absentes corpore sint à comitatu & congregatione illorum, quibus munus suum donat, nihilominus tamen recipiunt perinde ac alij, quia etiam alij socijs absentes sint, Deo tamen, qui vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt, & cui nulla est inuisibilis creatura, absentes esse non possunt. Accedit ad hæc omnia, quòd, iuxta Lutheri doctrinam, oporteret fateri Ecclesiam esse miseriam quandam rempublicam, in qua pessima omnium esset politia, qualis nulla vnquam fuit, etiã apud rudes & barbaras nationes. Nam si Ecclesia illa esset ordinata atque disposita, vt Lutherus contendit, nulla esset Hierarchia in ea, nullusque ordo: sed omnia essent confusa, essetque Ecclesia velut altera Babylon: quoniam nullus in ea, in ijs quæ pertinent ad spiritum, & quæ proprie sunt ipsius Ecclesiæ, alteri subderetur: sed omnes essent sibi æquales. Nam Lutherus negat Romanum episcopum esse summum Ecclesiæ pontificem: & dicit omnes episcopos esse pares, negatque aliquem esse quouis alio superiorem. Dicit insuper episcopos non esse superiores alijs presbyteris, sed omnes sacerdotes esse pares episcopis. Nunc tandem ait, omnes Christianos esse sacerdotes. Ex quibus omnibus euidenter colligitur omnes Christianos esse episcopos, & nullum Christianum in ijs quæ sunt spiritualia, & quæ ad Ecclesiam pertinent, esse alio superiorem. Erit igitur hoc modo Ecclesia, tanquam grex sine pastore, aut regnum sine rege, aut cuius populis sine gubernatore. Fieret itaque necessario in Ecclesia, quod Salomon ait: Vbi non est gubernator, populus corruet. In cœlesti illa Ecclesia beatorum angelorum non omnes sunt æquales: sed multi in ea sunt ordines dignitate & potentia differentes, quorum primus & infimus est angelorum, secundus isto superior dicitur archangelorum, & sic deinceps vsque ad vltimum & supremum ordinem, qui dicitur Seraphin. De quibus omnibus differit Dionysius Areopagita in libro de cœlesti Hierarchia. Ad exemplum illius cœlestis Ecclesiæ, vt idem Dionysius in libro de Ecclesiastico Hierarchia docet, formata est hæc Ecclesia militans, ita vt etiam diuersi sint in hac ordines perinde ac in illa. Et ideo in illo eodẽ libro diuersos Ecclesiæ status explicas, dicit su-

dicit supremum in Ecclesia principatum habere pontificem: sub illo constituit sacerdotes: istis subiicit alios ministros, quos diaconos nuncupant: postremū deniq; locum tenere plebem istis ministris subiectam. Propter hanc enim similitudinem istius Ecclesiae inferioris ad illam superiorem, dicit Bernardus libro tertio de consideratione ad Eugenium prope finem, Ioannem in Apocalypsi dixisse, se vidisse sanctam ciuitatem Hierusalem nouam descendente de caelo. Verba Bernardi sunt haec: Nec velim reputes formam hanc, quia in terra est, exemplar habet è caelo. Neq; enim filius potest facere quidquā, nisi que viderit patrem facientem, praesertim cum ei sub Moyse nomine dictum sit: Vide omnia facias secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Viderat hoc qui dicebat. Vidi ciuitatem, sanctam, Hierusalem nouam descendente de caelo, à Deo paratam. Ego enim propter similitudinem dictum reor, quod, sicut illic Seraphim & Cherubim, ac ceteri quiue vsque ad angelos & archangelos ordinantur sub vno capite Deo, ita hic quoque sub vno summo pontifice, primates vel patriarchae, archiepiscopi, presbyteri vel abbates, & reliqui in hunc modum. Hec Bernardus: qui satis aperte declarat ex Dei institutione non omnes Christianos esse sacerdotes, neq; omnes episcopos, sed distinctionem & ordinem esse inter illos, quemadmodum est inter superiores spiritus distinctio & ordo, ita vt non omnes sint Cherubin, neq; omnes Seraphin, aut throni, aut dominationes.

Possent ego hic pro huius rei confirmatione plura sacrorum doctorum citare testimonia: sed prudens omitto, eò quod sacrae scripturae testimonia, quae protulimus, sunt satis aperta. Vnum tamen solum citabo Tertullianum, & alterum Cyprianum, vt ex eis pateat quam vetusta sit haec Lutheri haeresis. Nam in libro de praescriptionibus haereticorum, illorum mores describens, illosque reprehendens, sic ait: Ordinationes eorum temerarię, leues, inconstantes. Nunc neophytos collocant, nunc seculo obstrictos, nunc apostatas nostros, vt gloria eos obligent, quia veritate non possunt. Nusquam facilius proficitur, quam in castris rebellium, vbi ipsam esse illic, promereri est. Itaque alius hodie episcopus, cras alius: hodie diaconus, qui cras lector: hodie presbyter, qui cras laicus. Nam & laicis sacerdotalia munera iniungunt. Hec Tertullianus. Ex cuius verbis hoc vltimum est aduertendum, quod reprehendens ait haereticos iniungere sacerdotalia munera laicis. Si ergo hic est haereticorum mos, hoc debuit Lutherus etiam facere, vt à moribus haereticorum parentum suorum non esset alienus. Idem ferè ait Cyprianus in epistola nona libri tertij epistolarum, quae est ad Rogatianum episcopum, cui scribit de quodam diacono, qui eidem Rogatiano suo episcopo rebellis fuerat. In qua postquam veteris & noui Testamenti quamplurimis testimonijs ostendit, quanto honore digni sunt sacerdotes, haec ait: Meminisse autem diaconi debent, quoniam Apostolos, id est, episcopos & praepositos Dominus elegit: Diaconos autem, post ascensum Domini in caelos, Apostoli sibi constituerunt episcopatus sui & Ecclesiae ministros. Quod si nos aliquid audere contra Deum possumus, qui episcopos facit, potest & hic contra nos audere, à quibus diaconi fiunt. Et ideo oportet diaconum de quo scribis, agere audaciae suae poenitentiam, vt honorem sacerdotis agnoscat, & episcopo praeposito suo plena humilitate satisfaciatur. Hae sunt enim initia haereticorum, & ortus atq; conatus schismaticorum male cogitantium, vt sibi placeant, vt praeposito superbo tumore contemnant. Sic de Ecclesia receditur, sic altare prophanum foris collocatur, sic contra pacem Christi & ordinationem, atque vnitatem Dei rebellatur. Hec Cyprianus. In quibus verbis, praeter id quod sacerdotes dicit esse ex Dei institutione diaconis superiores, hoc potissimum annotare oportet quod, ait, tales rebelliones esse haereticorum initia: Quam sententiam veram esse, ipsius haereticos Lutheranae

ranæ initium, progressus, & exitus docuit. Aduersus hanc haeresim pugnant ea quae supra in titulo de ordinis sacramento, & in titulo de mulieribus digestimus. Sunt etiam aduersus eam plurimorum conciliorum decreta. Concilium Carthaginense quartum, praescribit modum, quo aliquis sit in presbyterum ordinandus. At si omnes Christiani (vt Lutherus ait) sunt sacerdotes, superflua esset talis ordinatio. Concilium Lateranense sub Innocentio tertio celebratum, de sacramento Eucharistiae loquens, ita definit: Et hoc utique sacramentum nemo potest conficere, nisi sacerdos, qui ritè fuerit ordinatus secundum clauas Ecclesiae, quas ipse concessit Apostolis & eorum successoribus Iesus Christus. Hec Concilium Lateranense. Hoc autem decretum habetur in libro epistolarum decretalium in titulo de Summa Trinitate & fide Catholica, capite. 1. Concilium Remense, capite. 2. suorum decretorum per haec verba definit: Peruenit ad notitiam nostram, quod quidam presbyteri in tantum parui pendunt diuina mysteria, vt laico aut foeminae sacrum corpus Domini tradant ad deferendum infirmis: & quibus prohibetur ne sacrarium ingrediantur, nec ad altare appropinquent, illis sancta sanctorum committunt. Quod quam sit horribile, quamq; detestabile, omnium religiosorum animaduertit praecellentia. Igitur interdicat per omnia synodus, ne talis temeraria praesumptio vltius fiat, sed omnimodo presbyter per semetipsum infirmum communicet: quod si aliter fecerit, gradus sui periculo subiacebit. Hec Concilium Remense. Et habentur haec verba in volumine decretorum de consecratione, distinct. 2. in capitulo Peruenit. Quod ideo praemonui, quia illius concilij decreta non habentur in eo volumine, in quo sunt aliorum conciliorum decreta congesta per Isidorum. Ex huius autem concilij verbis patet non solum esse interdictam foeminis & laicis corporis Domini consecrationem, sed eiusdem corporis contactum: & hoc dicit esse horribile & detestabile, vt foeminae & laici sacrum Domini corpus contrectent. Quid igitur dicturum esset concilium, si audiret laicos tentantes idem Domini corpus consecrando conficere? Non est dubium quin atrociorum punitionem in eos exercuisset. Sed iam opus est vt videamus quo argumento suum confumet propositum Lutherus. Sic enim ait: Omnes sumus sacerdotes secundum illud Petri: Vos estis genus electum, regale sacerdotium. Sed alius alio non potest magis esse sacerdos, quemadmodum alius alio non potest esse magis homo: igitur sacerdotes qui vocantur, nihil aliud sunt quam laici quidam solo vel consensu populi, vel episcopi vocatione non absque populo delecti ad concionandum: & ordo nihil aliud est quam merum sine sacramento ministerium. Hec Lutherus. O fortem argumentatorem. O alterum Aristotelem. Si nihil est sacerdotis officium, quia omnes vocantur sacerdotes: oportebit te eadem ratione fateri, vt Christus nihil sit supra quenquam eorum de quibus dictum est: Nolite tangere Christos meos. Praeterea, si iuxta Petrum omnes sunt sacerdotes, nonne iuxta eundem omnes etiam sunt reges? Vos estis (inquit) genus electum, regale sacerdotium. Non quaecumq; sacerdotium, sed regale: vt ostenderet eos esse reges, perinde ac sacerdotes. Et viginti quatuor seniores, qui figuram tenent iustorum, in Apocalypsi Ioannis clamabant dicentes: Fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabimus super terram. Si ergo nihil magis est sacerdos ritè ordinatus, quam quilibet Christianus, quia omnes dicuntur sacerdotes: oportet etiam vt nihil magis habeat rex quam quilibet alius Christianus, quia omnes etiam dicuntur reges. Quò fiet vt nemo sit rex Luthero, sicut nemo est illi sacerdos. Rursum, si propter illa Petri verba oportet fateri omnes Christianos esse veros sacerdotes, oportebit etiam dicere omnes Iudaeos fuisse sacerdotes, cum in Exodo dictum sit à Domino: Si audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, critis mihi in peculum de cunctis populis. Mea est enim

est enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta. C
 Cum ergo apertissime constet non omnes Iudæos fuisse sacerdotes, quamuis fuerint à Deo vocati regnum sacerdotale, conuincitur vt etiam non oporteat Christianos omnes esse sacerdotes, quamuis eos Petrus vocauerit regale sacerdotium. Verum superest vt nos verum illius literæ sensum ostendamus. Iuxta Bedæ sententiam idèd vocati sunt à Petro omnes Christiani sacerdotes, quia vniti sunt Christo, qui est rex & sacerdos. Didymus Alexandrinus in expositione quæ eius nomine super. 7. epistolas canonicas circumfertur, dicit Christianos dici genus electum, regale sacerdotium, quia eorū pater, videlicet Christus, est rex, & sacerdos. Nam postquam ostendit Christum esse regem & sacerdotem, hæc verba subiungit. His itaque dispensatis necessarium erat dispersos ab eo qui simul rex & sacerdos est, electum esse genus, & regale simul atq; sacerdotale. Patre siquidem eorum vtrunque habente principatum, necesse est eos tanquam ex rege regale, & tanquam ex sacerdote sacerdotale esse genus. Quapropter gens sancta dicuntur, vocati ab eo qui sanctus est, vt sancti sint. Hæc Didymus. Possent huic literæ aliæ dari interpretationes, sed eas omitto, quoniam expositio Didymi mea sententia reliquas omnes excellit, eò quòd est literæ Germanior. Obijcit etiam nobis Lutherus, in libro suo de missa abroganda, hæc dicens: Ad sacerdotes Ecclesiasticos & nouæ legis potissimum spectat ministerium docendi verbum Dei, teste Malachia propheta, cum ait. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius: quia angelus Domini exercituum est. Atqui officium docendi verbum Dei ad omnes promiscuè spectat, etiã laicos & mulieres. Siquidè Apostolus de omnibus loquens Christianis, scribit ad Corinthios. Fiduciam talem habemus per Christum ad Deum, non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est: qui & idoneos nos fecit ministros noui Testamenti, non litera, sed spiritu. Et beatus Petrus ad omnes in Christum credentes, quibus suam dirigit primam epistolam, verba faciens, ait: Vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in mirabile lumen suum. Rursum, Paulus ad fideles Corinthios verba dirigens, inquit, Potestis enim omnes, per singulos prophetare, vt omnes discant & omnes exhortentur. Hæc Lutherus. Sed in hac sua argumentatione operam & oleum perdidit, propterea quòd vtraque pars sui assumpti est falsa. Primò quidem falsum est quòd ait, potissimum sacerdotis officium esse prædicare verbum Dei. Hoc enim non ad omnes sacerdotes spectat, sed ad illos solos qui curam animarum habent, tanquam pastores illarum, & idèd tenentur pascere illas doctrina verbi Dei, & de his solis est locutus Malachias. Et de his solis dixit Paulus: Qui bene præfunt presbyteri, duplici honore digni sunt, maximè qui laborant verbi & doctrina. Aliqui sunt ergo presbyteri, qui non laborant doctrina. Alioqui non fuisset opus, illos qui verbo & doctrina laborant, magis commendare. Illi autem, ad quos spectat laborare verbo & doctrina, satis innuit esse illos qui præfunt. Ad alios verò qui pastores animarum non sunt, quales sunt multi sacerdotes, non spectat prædicare verbum Dei: Et inde conuincitur, non esse potissimum sacerdotis officium, prædicare verbum Dei, nec in eo opere consistere ministerium sacerdotale. Omnis namque pontifex ex hominibus assumptus, aut Paulus pro hominibus cõstituitur in ijs quæ sunt ad Deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. Ex quibus verbis constat, officium sacerdotale esse offerre, & non docere. Nam hac sola ratione Paulus in illo loco probat *снрътум* esse sacerdotem, quia obrulit, non quia docuit. Deinde, non omnes doctores legis veteris erant sacerdotes, neque è contrario: ergo nec in lege Evangelica. Apostoli siquidem à Christo ordinati fuerunt sacerdotes primò in cœna, quando dedit illis potestatem conficiendi ex pane & vino

A & vino corpus & sanguinem suum, & postremò consummavit in resurrectione, quando dedit illis potestatem remittendi peccata. Ante tamen hoc tempus missi fuerunt ad prædicandum, vt constat ex Matthæo & Luca. Philippus etiam prædicabat Samaritæ, vt in Actis Apostolorum refert Lucas, & hic neq; episcopus neque sacerdos erat, vt ex eadem historia constat: quoniam aliàs nõ fuisset opus mittere ad Samaritanos Petrum & Ioannem, si Philippus potuisset omnia sacerdotis officia exercere. Falsa est etiam alia pars quam assumpsit Lutherus in sua argumentatione dicens, officium docendi verbum Dei, ad omnes promiscuè spectare, etiam laicos & mulieres. Nam superius in titulo de prædicatione aperte probauimus hæericam esse hanc sententiam, neminique licere absque missione prædicare verbum Dei, prout Paulus docet, sic iniquens: Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? Quod autem mulieribus docendi potestatem tribuat, manifesta est adulatio, quæ illis placere voluit, vt vel hac ratione illas, quas ardentè amabat, in sui amorem alliceret. Nam Paulus hoc mulieribus prohibet, sic dicens: Mulier in silentio discat, cum omni subiectione. Docere autem mulierè non permitto. Lutherus tamen hanc Pauli sententiam sciens sibi aduersari, illam à mente Pauli in alium sensum detorqueat, sic in prædicto libello dicens: Quamuis secundum sententiam Pauli, vbi viri sunt loquendi officio fungentes, non debent mulieres loqui: Attamen nullis loquentibus viris, necesse est vt mulieres loquantur. Hæc Lutherus. Hanc esse falsam interpretationem, & à mente Pauli longissimè distantem, facile constare potest, si consideremus causam, propter quam Paulus mulierè docere non permittit. Non est enim causa virorum absentia, sed timor seductionis, quia videlicet mulier facile seduci potest: & hoc facilius cõtingere potest viro absente, quàm si vir esset præfens, à quo admoneri posset. Hoc enim contigit Eua, quæ viro præfente non fuit seducta, sed viro absente. Idèd Paulus postquam dixit se nõ admittere, vt mulier doceat, statim subdidit: Adam enim primus formatus est, deinde Eua. Et Adam non est seductus, mulier autem seducta in præuicatione fuit. Quæ verba Theophylactus interpretans ait: Quia semel mulier virum edocuit, & cuncta peruertit, idcirco nequaquam hæc habeat vellm docendi de cætero potestatem. Est namque mulier natura leuior, & facile fallitur. Aduerte autem quemadmodum non Eua dixerit deceptam esse, sed mulierem, tanquam de ipso muliebri genere differuisset. Nam quemadmodum natura omnis humana in Adam perdita est: sic & per Eua in omne foemineum genus delapsa est leuitas, quæ & præuicatio ipsa primùm Eua inuasisit. Hæc Theophylactus. Leuior igitur & leuissimus merito censendus est Lutherus, qui mulieribus natura leuissimis, & ad deceptionem paratissimis, docendi potestatem tribuit. Sed videamus quàm falsis argumentis probare conetur Lutherus, omnibus Christianis esse commissam potestatem prædicandi verbum Dei. Illud enim quod citat ex posteriore ad Corinthios epistola, Idonios nos fecit ministros noui Testamenti, non de omnibus Christianis est intelligendū, sed de ipso solo Paulo, & alijs Apostolis prædicationis Euangelicæ consortibus. Nam hi soli facti fuerunt à Christo ministri noui Testamenti: alij verò qui postea fuerunt eiusdem prædicationis ministri, non ab ipso Christo immediatè, sed ab hominibus illud ministerium susceperunt. Et huic interpretationi fauet Ambrosius, qui in commentarijs super Paulum, prædicta Pauli verba interpretans, ait. Quamuis præferat Apostolicam dignitatem, in Dei tamen laudem prorumpit, non istud meritis humanis ascribens, sed eius gratiæ, qui dignatus est pro vita humana salutarem prædicationem ordinare: quæ quos lex vetus reos tenebat, saluaret data remissione peccatorum per Iesum Christum Dominum nostrum. Hæc Ambrosius. In quibus verbis id potissimum annotandum est, quòd ait Paulum per illa verba præfer-

re Apostolicam dignitatem, & non omnes Christianos. Ambrosio consentit Anselmus, qui eadem Pauli verba interpretans, ait: Incipit se nunc alio modo quam superius commendare, vt & pseudapostolos deformet, innuens esse ministros veteris Testamenti, dum ostendit se ministrum esse noui. Hæc Anselmus. Et certe quamuis isti duo illustres viri hoc nobis non declarassent, ipse tamen Paulus satis fuisse clarus ex ijs quæ à principio capituli dixerat, quæ non ad omnium Christianorum, sed ad solam sui commendationem constat fuisse dicta. Incipimus, inquit Paulus, nosmetipsos commendare. Aut nunquid egenus sicut quidam, commendaticijs epistolis ad nos, aut ex vobis? Et post pauca subdidit illa, de quibus nunc disputamus, Idoneos nos fecit ministros noui Testamenti. Alterum quod ex beato Petro citat testimonium, etiam detorquet à vera mente eiusdem authoris. Non enim Petrus eo loco agebat de prædicatione verbi Dei, sed de laude & gratiarum actione, quam tenentur omnes Christiani reddere Deo propter immensa beneficia ab eo recepta. Nam Prophetæ & Apostoli sæpe vtuntur hoc verbo annunciare pro laudare, aut gratias agere. Vt autem aperte ostendamus hanc esse beati Petri mentem, ipsius verba paulò altius repetere oportet. Vos autem, inquit ille, genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. In quibus verbis alludit ad ea quæ filijs Israël Deus donauit, & ostendit illa omnia figuram esse eorum beneficiorum quæ toti populo Christiano per filium dedit. Populus Israël fuit à Deo peculiariter electus: vt ipsemet Deus per Oseam ait: Puer meus, & dilexi eum. Sic populus Christianus est modò à Deo electus, & ob hanc causam vocat eum Petrus populum acquisitionis. Populum Israël vocauit Deus ex Aegypto: & de populo Christiano dicit Petrus, quòd de tenebris ignorantie aut peccati vocauit illū Deus in admirabile lumen legis Evangelicæ, cui consonat illud Esaiæ: Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Sicut igitur populus Israël postq̄ ductus fuit ab Aegypto, gratias egit Deo & laudes cantauit Deo ob beneficia ab eo recepta: ita nunc admonet Petrus populum Christianū, vt gratias agat Deo ob beneficia sibi data, quia factus est populus acquisitionis, vel, vt Erasmus transtulit, populus qui in lucrum arcessit: & quia vocatus est de tenebris in admirabile lumen suum.

Et hoc est quod multò antè prædixerat Deus per Esaiam prophetam: Populum istum, inquit, formaui mihi, laudem meam narrabit. Deinde, etsi illa Petri verba intelligenda essent, non solùm de laude & gratiarum actione, sed etiam de prædicatione verbi Dei, non tamen deberent illa intelligi de publica & solenni prædicatione, sed de priuata: Et de hac fatemur, omni Christiano illam licere: quia quilibet potest sic particulariter proximū suum ad fidem exhortari, iuxta illud quod Sapiens ait: Cuilibet mandauit Deus de proximo suo, sed ex hac prædicationis potestate, ineprè colliget Lutherus omnes esse sacerdotes: quia, vt iam diximus, nõ consistit in ea præcipuum sacerdotis officium. Priori interpretationi fauet Beda, & mihi etiã magis placet, quia est magis literæ Germana. Simile cõtingit in alio testimonio quod citat Lutherus ex priore ad Corinth. epistola, vbi Paulus dicit: Potestis omnes per singulos prophetare, vt omnes discant. Nam hoc verbum, prophetare, nõ significat Paulo idem quod prædicare, sed interpretari: quia, vt Ambrosius annotat, propheta idem est in lege Evangelica, quod interpretes qui obscura declarat. Nam sicut olim propheta dicebatur, qui videbat illa quæ ab alijs videri non poterant: ita nunc propheta dicitur, qui intelligit, & sic declarare ea quæ alijs sunt obscura: & tunc prophetare dicitur, quando interpretatur obscura. Hoc autem modo interpretari, nõ omnibus Christianis concessum est, vt ex ipsa Pauli littera constat, sed illis solum qui donum huiusmodi prophetiæ, aut interpretationis

fermo.

ermonum à Deo acceperunt. Constat etiã non omnes Christianos posse prophetare, ex eo quod in epist. ad Ephesios, Paulus ait. Et ipse dedit quosdam quosdam Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores & doctores, ad consummationem sanctorū in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi. Ex quibus verbis constat nõ omnes Christianos esse prophetas, neq; omnes doctores: sed quosdam esse doctores, & quosdam prophetas. Et ideo quamuis gratis daremus Lutherò, præcipuum sacerdotis munus consistere in prædicatione verbi Dei, malè ex illo testimonio prioris epistolæ ad Corinth. colligeret Lutherus omnes Christianos esse sacerdotes: quia, secundum Paulum, non omnes sunt prophetae, neq; omnes doctores. Reliquum verò quòd Lutherus ait, sacerdotes, populi electione & vocatione fieri, aperte damnatū est in Concilio Laodiceno, cap. 13. suorum decretorum, vbi hæc verba habentur. Non est populis concedendū electionem facere eorum, qui altaris ministerio sunt applicandi. Hæc Concilium Laodicenū.

In quibus verbis non salum sacerdotes, sed nec alios altaris ministros permitit populi electione fieri. Contra primam huius hæresis assertionem est canon decimus pronunciatu sessione septima Concilij Tridentini sub Paulo Tertio celebrati, cuius verba sunt, quæ sequuntur. Si quis dixerit Christianos omnes in verbo & omnibus sacramentis ministrandis, habere potestatem, anathema sit. Hæc Concilium Tridentinum. Aduersus hunc Lutheri errorem scripsere Ioannes Eccius in libro de sacrificio Missæ, in Enchiridio, capite. 7. & Iodocus Clichthoueus in suo Antiluthero. Ioannes Mesingus scripsit de Ecclesiæ Christi sacerdotio libros duos. Ioannes Romberch Kirpensis fecit panegyricū de dignitate & officio sacerdotij Euangelici.

Secunda de hac re hæresis docet omnes sacerdotes esse pares, nullumque esse inter illos discrimen. Huius hæresis autor fuit Aërius. Eandem postea suscitauerunt Vvaldenses, Marsilius Paduanus, Ioanes Vvicleph. Sed de hoc errore iam supra in titulo de episcopis disputauimus. Illo enim loco aduersus hos eosdem hæreticos probauimus episcopū esse simplici sacerdote & dignitate & potestate superiore.

Tertia hæresis asserit sacerdotem amittere cõsecrandi potestatem si peccatum mortale commiserit. Huius hæresis autores (teste Guidone) fuerunt Vvaldenses, dicentes omnem hominem iustum suæ factionis posse consecrare corpus Domini, etiam si laicus ille fuerit. Si autem peccatū mortale commississet, dicebant illum perdidisse illam potestatem. Primã huius hæresis particulam nunc in principio huius tituli de sacerdotio, expugnauimus. Ibi enim ostendimus nullum hominem laicum posse sacerdotalia munera exercere. Alteram eiusdem hæresis particulam supra in titulo de potestate prostrauimus. Nam in illo loco conuicimus nullam potestatem siue laicam siue Ecclesiasticam amitti per letale crimen, ita vt si sit Rex, aut Imperator, aut episcopus, aut Papa, aut sacerdos, in eodem statu & dignitate maneat peccato quouis non obstante, nisi forte esset crimen hæreseos, propter quod iuxta aliquorum Catholicorum sententiam, amittitur dignitas illa aut potestas, in cuius collatione non imprimitur character, cuiusmodi est regnum, aut imperiū, aut papatus. Nec tamen per tale crimen hæreseos amittitur sacerdotalis potestas: quia character, qui in sacerdotij collatione imprimitur, indelebilis est: quapropter sacerdos semel ritè ordinatus, qualecūque postea committat crimen, semper erit sacerdos.

Quarta hæresis reprehendit sacerdotū cõlibatum, dicens sacerdotes non debere esse cõlibes. Huius hæresis autor primus (quod sciam) est Lutherus, qui Ecclesiam irridet eò quòd cogat sacerdotes abstinere ab vxoribus. Vt autem quod verbo docebat, opere confirmaret, monialem quandam

seduxit, & eam matrimonio sibi copulauit, & ex ea filios aliquot genuit, qui nunc iuuenes sunt. Idem fecit Ioannes Oecolampadius, qui monachus fuerat ordinis sanctae Brigittae. Eidem errori adhaesit verbo & opere Volfangus Capito Argentinensis. Huius uxorem, illo mortuo, accepit Martinus Butzerus, monachus & ipse ordinis sancti Dominici. Et hoc idem fecerunt omnes qui Lutherano nomine censentur. Et ideo Lutherum puto primum huius haereseos autorem. Nam qui hunc errorem confundunt cum errore Iouiniani, non recte mihi facere videntur, quoniam & si Iouinianus aequauerit nuptias virginitati, nunquam tamen reprehendit eos qui volebant coelibes manere, nec reprehendit sacerdotes carentes vxoribus, quoniam ipsemet Iouinianus (teste Augustino in libro de haeresibus, capite. 82.) carere voluit vxore, non propter maius meritum in futura vita habendum, sed vt molestijs nuptiarum careret. Vnde patet minime inter Lutherum & Iouinianum conuenire de coelibatu sacerdotum, quanquam de virginitatis merito inter eos conueniat. Aduersus ergo solum Lutherum sunt nobis arma sumenda. Et primo vt clarius pateat Lutheri temeritas, qui non veretur Ecclesiae matris suae, in qua per baptismum genitus fuit, decreta & ordinationes floccipendere, ostendamus vetustissimam huius rei in Ecclesia consuetudinem, eamque non leuem, sed perpetui decreto firmatam. Pro cuius rei intelligentia admonere oportet quod sacerdotem esse coniugatum, duobus modis intelligi potest. Vno modo, vt is qui prius fuerat matrimonio alligatus, postea consecratur sacerdos, in matrimonio eodem manens. Alio modo, vt prius sacerdos, post susceptum sacerdotium vxorem ducat. Et certe inter hos duos modos latum est discrimen: quoniam in primitiua Ecclesiae obseruatum est, vt qui vxorem duxerat, promoueretur ad sacerdotium: non tamen requirebatur ab eo qui promouendus erat, vt prius vxorem duxisset. Nam Ioannes Euangelista virgo fuit, & beatus Paulus, iuxta omnium sacrorum doctorum sententiam, fuit etiam virgo: eos tamen constat fuisse sacerdotes & episcopos. Non erat ergo necessarium vt vxorem duxisset qui consecrandus erat sacerdos, quamuis id licuisset. Haec ergo consuetudo, iuxta quam matrimonio alligatus promouebatur ad sacerdotium, inualuit vsque ad tempora Niceni Concilij, in quo (vt fertur) generali decreto statutum est, ne aliquis vxorem habens, consecratur sacerdos. Quod statutum cum ab aliquibus minime (vt decebat) obseruaretur, Siricius papa, qui parum post praedictum Nicenum Concilium Ecclesiae vniuersali praesuit, de hac re illos acerbissime reprehendit. Decretum Niceni Concilij cum non inueniatur, ideo hic non est insertum. Multa enim illius Concilij decreta (teste Isidoro) per incuriam, aut forte Arrianorum malitiam deperdita sunt. Verba Siricij papae subiungam, quoniam per illa satis aperte redarguitur petulantissima Lutheranorum libido. Is enim pontifex summus in quadam epistola ad Cumerium Tarraconensem episcopum, capite. 7. eiusdem epistolae ita ait: Veniamus nunc ad sacratissimos ordines clericorum, quos in venerandae religionis iniuriam ita per vestras prouincias calcatos atque confusos charitate tua insinuante reperimus, vt Hieremie nobis dicendum sit voce: Quis dabit capiti meo aquam, aut oculis meis fontem lachrymarum, & flebo populum hunc die ac nocte? Et infra crimen illorum narrans, ait: Plurimos enim sacerdotes Christi atque Leuitas post longa consecrationis suae tempora tam de coniugibus proprijs quam etiam de turpi coitu sobolem didicimus procreasse, & crimen suum hac praesumptione defendere: quia in veteri Testamento sacerdotibus ac ministris generandi facultas legitur attributa. Dicat mihi quisquis ille est sectator libidinum, praepceptorque vitiorum, si aestimat quod in lege Moysi passim sacris ordinibus a Deo nostro laxata sunt frena luxuriae, cur eos quibus committebantur sancta sanctorum,

Actorum, praemonet dicens: Sancti estote, quia & ego sanctus sum Dominus Deus vester? Cur etiam procul a suis domibus anno vicis suae in templo habitare iussi sunt sacerdotes? Hac videlicet ratione, ne vel cum vxoribus possent carnale exercere commercium, vt conscientiae integritate fulgentes, acceptabile Deo munus offerrent. Quibus expleto deseruicionis suae tempore, vxoris vsus solius successione causa fuerat relaxatus: quia non ex alia, nisi ex tribu Leui, quisquam ad Dei ministerium aduentu praepceptus admitti. Vnde & Dominus Iesus cum nos suo illustrasset aduentu, in Euangelio protestatur, quia legem venerit adimplere, non soluere: & ideo Ecclesiam, cuius sponsus est speciosus forma, castitatis voluit splendore radiare, vt in die iudicij cum rursus aduenerit, sine macula & sine ruga eam possit (sicut per Apostolum instituit) reperire. Quarum sanctionum sacerdotes omnes atque Leuitae insolubili lege constringimur, vt a die ordinationis nostrae, sobrietati ac pudicitiae & corda nostra mancipemus & corpora, dummodo per omnia Deo nostro in his quae quotidie offerimus sacrificijs placeamus. Hucusque Siricius papa: qui multa alia de hac re in eadem epistola differit. Nec tamen per illa verba videtur nouum condere decretum, vt noua lege sacerdotes obliget ad coelibatum, sed potius eos esse aliam obligatos declarat. Post haec tempora non reperitur quod aliquis matrimonio alligatus impune fuerit institutus sacerdos manente matrimonij vsu. Caeterum quod consecratus sacerdos, post suam consecrationem ducat vxorem, nunquam Ecclesia permisit, nec aliquando impune factum esse reperitur. Vnde apertissime conuincitur effrenata Lutheranorum audacia, & petulans eorum libido, qui non verentur post sacerdotium receptum noua nuptiarum foedera inire, cum hoc nunquam visitatum fuerit in Ecclesia, neque huius rei vestigium aliquod reperire possint: imo multis conciliorum decretis cautum est ne quid simile fiat. Nam. 27. Canon Apostolorum sic ait: In nuptijs autem qui ad clerum prouecti sunt, praecipuus vt si voluerint vxores accipiant, sed lectores cantoresque tantummodo. Haec ibi. Ex quibus verbis apertissime conuincitur ab ipsis Ecclesiae primordijs non licuisse diaconis aut presbyteris post susceptos sacros ordines ducere vxores. Concilium Neocaesariense, capite primo suorum decretorum per haec verba definit: Presbyter si vxorem duxerit, ab ordine illum deponi debere statuimus. Quod si fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit, extra Ecclesiam abijci, & ad poenitentiam inter laicos redigi oportet. Haec Concilium Neocaesariense. Et quod maxime hanc sententiam confirmat, est, quod Graeci, quibus mos est coniugatos ad sacerdotium promouere, nunquam permiserunt aliquem post susceptum sacerdotium ducere vxorem. Pro cuius rei probatione duos proferam testes. Innocentius papa huius nominis tertius in capitulo. Cum olim, titulo de clericis coniugatis, talia verba refert: Orientalis Ecclesia votum continentiae non admisit, quoniam orientales in minoribus ordinibus contrahunt, & in sepeioribus vtuntur matrimonio iam contracto. Haec ibi. In quibus verbis id est aduertendum, quod ait orientales in superioribus ordinibus vti matrimonio iam contracto. Vnde conuincimus illos post susceptos ordines sacros non contrahere matrimonia: quoniam, iuxta vulgatam iuristarum regulam, casus exceptus firmat regulam in contrarium. Et Gratianus in volumine decretorum distinctione. 28. capite de Syracusana, propè finem capituli idem refert expressius, dicens: Orientalis Ecclesia non suscepit votum castitatis. Hoc tamen indefinente obseruatione custodit, vt post adeptum sacerdotium, defuncta priori vxore, cum qua sacerdos factus fuerat, si alteram duxerit, deponatur. Haec Gratianus. Ex quibus conuincitur Lutheranos peiores esse Graecis schismaticis, & Ecclesiae rebellibus, quia Lutherani & si cum sacris fuerunt initiati, continentiae votum emiserunt, non verentur tamen post

fusceptum sacerdotium uxores ducere. At Græcis hæc fuit perpetua religio, vt nunquam fuerint ausi aliquid simile attentare. Ex his ergo omnibus colligere oportet hæc duo. Vnum est, quòd ab ipsis natis Ecclesiæ primordijs nunquam licuit alicui post susceptum sacerdotium uxorem ducere. Alterum est, quòd & si aliquando licuit matrimonio ligatum promoueri ad sacerdotium, iam modò non licet, quoniam decretum est, vt nullus ad sacros ordines suscipiatur, nisi priùs continentiam vouerit. Nam Gratianus in distinctione illa. 28. capite, Ecce ostensum est, citat beati Gregorij decretum, sic dicens: Nul lum facere subdiaconum præsumant episcopi, nisi qui se castè victurum promiserit: quia nullus ad ministerium altaris accedere debet, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata. Hæc Gregorius. Neque hoc decretum Ecclesia leuiter & sine causâ instituit, imò multis vrgentibus causis ita seruandum esse decreuit. Nam in lege veteri nullus carnes agni, qui in figura corporis & sanguinis Christi immolatus est, comedere permittebatur, nisi renes accinctos haberet. Per illam autem renem cincturam designabatur libidinis refrenatio: quoniam Dominus in Euangelio castitatem commendans, hoc vsus est elogio. Sint lumbi (inquit) vestri præcincti. Et in primo Regum libro legimus quòd cum venisset Dauid ad Achimelech sacerdotem, nõ priùs panes sanctificatos, etiam fame vrgente, recepit, quàm se suosq; mundos à mulieribus testaretur, & hoc non solum ab alienis aut concubimus, sed etiam ab vxoribus proprijs. Ita enim sentit beatus Hieronymus in commentarijs super epistolam ad Titum. Ex quo facto sacerdotis Achimelech, idem beatus pater colligit oportere multò magis eum, qui sacrum Domini corpus sit suscepturus, esse castum & pudicum: quoniam (vt ille ait) tantum interest inter panes propositionis, & corpus Christi, quantum inter vmbra & corpora, inter imaginem & veritatem, inter exemplaria futurorum, & ea ipsa quæ per exemplaria præfigurabatur. Præterea beatus Paulus in priore ad Corinthios epistola admonet matrimonij vinculo ligatos, vt non fraudent se inuicem officio coniugij, nisi fortè ad tempus, vt vacent orationi. Per quæ verba satis apertè innuit oportere eos qui orationi vacant, abstinere ab officio coniugij. Cum ergo ad sacerdotes nouæ legis pertineat quotidie pro se & populo Deum orare, conuincitur apertè iuxta Pauli sententiam, vt quotidie ab officio coniugij abstineant. Et certè ex hoc Pauli loco colligunt Ambrosius & Hieronymus, oportere sacerdotes esse aded castos, vt ab omni coitu abstineant. Nam beatus Ambrosius in expositione prioris epistolæ beati Pauli ad Timothæum, sic ait: Si plæbeis hominibus orationis causâ ad tempus se abstinere præcipit Paulus, vt vacent orationi: quantò magis Leuitis ac sacerdotibus, quos die noctuque pro plæbe sibi commissâ oportet orare? Mundiores ergo debent esse cæteris, quia actores Dei sunt. Hæc Ambrosius. Et beatus Hieronymus in commentarijs super epistolam ad Titum, eandem facit collectionem, sic dicens: Si laicis imperatur vt propter orationem abstineant se ab vxorum coitu, quid de ipso sentendum est qui quotidie pro suis populiq; peccatis illibatâ Deo oblaturus est victimas? Hæc Hieronymus. Ecce iam vides quot sint causæ vrgentes ad statuendum decretum de sacerdotum cœlibatu. Magna est ergo Lutheranorum temeritas, qui aduersus tot patrum sententias, contra tot Conciliorum decreta, non verentur post votum continentia, quod in sacrorum ordinem susceptione emisserunt, matrimonia contrahere, alijsq; vt similiter faciant persuadere.

Sed opus est vt respondeamus his quæ nobis obijciunt Lutherani. Dicunt enim oportere castitatem, sicut omne aliud opus bonum, esse liberam, & non coactam: quia non placent Deo coacta seruitia. At Ecclesia (vt illi aiunt) cogit sacerdotes ad castitatem, non facit ergo bene illos cogendo. Respondeo, Ecclesia ne-

A clefia neminem cogit ad castitatem, sed ipsemet qui consecratur sacerdos, se ipsum obligat ad castitatis obseruationem. Ecclesia autem neminem cogit ad sacerdotij susceptionem. Si Ecclesia cogeret absolutè & sine vlla conditione aliquem ad sacerdotium, iustam ille haberet querimoniam occasione. Cum autem neminem illa cogat sacerdotium suscipere, non est quòd ob hanc causam quis Ecclesiam de tyrannide arguat. Si non tibi placet cœlebs sacerdotium, abstine à sacerdotio, & noli fieri sacerdos, quòd nostri huiusmodi conditione sacerdotium annexam habere. Sed volo (inquit Lutheranus quisq;) sacerdos esse, & vxorem ducere. Respondeo, hoc non esse electionis tuæ, aut tui arbitrij, sed solius Ecclesiæ, quæ quos voluerit, potest ad sacerdotium promouere, si dignos illos inuenerit, & à sacerdotio repellere quos nouerit indignos. Non facit seipsum homo sacerdotem, sed Ecclesia illum per prælatos episcopos instituit sacerdotem. Ecclesia autem non vult aliquem ad sacerdotium recipere, nisi ille velit cœlibem vitam perpetuò agere, & cætera habeat quæ ad bonum sacerdotem exiguntur. Si placet conditio, oportet vt promissum serues. Si verò ante susceptum ordinem sacrum hæc non placet conditio, aliud tibi placens vitæ iustitutum elige, & noli ordines sacros, quibus est castitas annexa, recipere. Secundo obijciunt illud Pauli: Melius est nubere, quàm vri. Cum ergo (vt dicunt) omnes à concupiscentia vrantur, bonum erit nubere, vt per nuptias talis carnis adustio tollatur. Respondeo: Non omnis qui à carne tentatur, vratur: sed solum ille qui à carne superatur, alioqui Paulus ipse quum carnis stimulum patiebatur, adustus fuisse dicitur. Qui à carne vincitur, is aduritur. Et de his qui voto alligati non sunt, sed liberam habent sui potestatem, Paulus loquens, dicit quòd melius est nubere quàm sic viri, id est, à carne superari. Tertio obijciunt, difficillimum esse & impossibile castitatè perpetuò seruari, præsertim aliquibus qui vehementer à carne impelluntur, & ardentissimos patiuntur carnis ardores. Propter quod Saluator de his qui se propter regnum coelorum castrauerunt, loquens, dixit: Non omnes capiunt verbum hoc, qui potest capere, capiat. Respondeo, difficilem certè rem esse castitatem, sed esse difficilem homini sibi ipsi & suis solis viribus relicto: non esse autem difficile illi qui à Dei gratia adiuuatur. Omnia (inquit Paulus) possum in eo qui me confortat. Hanc autem gratiam nemini facienti quod in se est, Deus negat: sed omni petenti tribuit. Fidelis est Deus (inquit Paulus) qui nõ patitur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet cum tentatione prouentum. Et ipse Saluator ait: Quæcunq; orantes petitis, accipietis. Si ergo Lutheranus se aded stimulatam à carne sentit, vt resistere non possit, petat adiutorium à Deo, qui seipsum negare nunquam sciuit facienti quod potest. Si quis indiget sapientia (inquit Iacobus) postulet illam à Deo, qui dat omnibus affluenter. Faciat igitur Lutheranus quod Sapiens de seipso ait: Et vt sciui (inquit ille) quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientia scire cuius esset hoc donum, adij Dominum & deprecatus sum illum. Sed Ioannes Caluinus etsi fatetur bonum esse, vt à Deo adiutorium petamus ad continendum, tamen dicit hanc diuini auxilij inuocationem, non esse sufficiens remedium pro continentia seruanda: & tunc necessarium dicit esse coniugium. Nam in suo illo opere de institutione Christianæ religionis, capite quarto, dist. 18. Monachos propter votum castitatis reprehendens, hæc ait: Virginitatem Deo perpetuam promittunt, quasi cum Deo ante pepigerint, vt se à coniugij necessitate liberarent. Non est quòd cauentur, se non, nisi Dei gratia fretos, votum hoc nuncupare. Nam cum ipse non omnibus dari pronunciet, fiduciam specialis doni capere, nostrum non est. Qui habent, eo vrantur: si quando se à carne sua inquietari sentiunt, confugiant ad eius opem, cuius sola virtute possunt resistere. Si non proficiunt, nec remedium

dium quod ipsis offertur, contemnant. Certa enim Dei voce citantur ad coniugium, quibus continendi facultas denegatur. Hæc Caluinus. In quibus verbis multa sunt quæ absq; reprehensione, & redargutione præterire non licet, & ideo ea omnia singulatim examinare & corrigere oportet. Primum quidem irridet eos qui castitatem vovent, propterea quod hac ratione ostendunt se cum Deo pepigisse, vt eos à coniugij necessitate liberet. Iniuste quidem illos q̄b hanc causam subsannat. Nam ille paterfamilias, qui Dei figuram gerit, conuentione facta cum operarijs: ex denario diurno misit illos in vineam suam. Si Deus pro vita æterna; vt omnes sancti doctores illam vineæ parabolam interpretantur, nobiscum conuentionem fecit: immeritò subsannat Caluinus propterea quod ij, qui castitatem Deo promiserunt, dicant se cum Deo pepigisse, vt illos in castitate conseruet. Nam sicut Deus promissit vitam æternam seruanti mandata sua: ita promissit opem & auxilium suum omni inuocanti illum, & ad suum auxilium confugienti. Sed ne Caluinus dicat, figmentum nostrum esse, & nouum dogma, quo dicimus Deum pactum nobiscum in hac re agere, audiat quid dicat Clemens Alexandrinus libro tertio Stromatum parum post initium libri. Est ergo continentia, inquit ille, corporis displicentia, conuenienter pactis conuentis cum Deo initis. Hæc Clemens Alexandrinus, quem tanquam recentem aut trecentenarium non poterit rejicere Caluinus: quia ante mille & trecentos annos obiit. Si forè obijcit Caluinus, quod non semper Deus pactum hoc seruat, quia multi sunt qui votum castitatis non seruant. Fateor multos esse tales: hic tamen non deficit Deus in custodia pacti, sed deficiunt ipsi, qui nō faciunt quod possunt, neque Dei opem & fauorem, vt oportebat, implorant. Dixit deinde Caluinus, quod non debemus capere fiduciam specialis doni castitatis, quia Deus non omnibus dari pronunciat. Et certè si hæc sententia quicquam valeret, ex ea colligeretur, nunquam esse capiendam fiduciam in Deo ad faciendum aliquod virtutis opus, videlicet credere, sperare, Deum & proximum diligere, mandatis Dei obtemperare, à peccatis respicere, aut quoduis aliud bonum opus agere. Nam omne tale etiam est donū Dei, nec illud, nisi Deo operante, facere possumus. Et hoc ipse Caluinus in multis locis, præsertim in libello contra acta Concilij Tridentini fatetur: quia Deus est, vt Paulus ait, qui operatur in nobis velle & perficere. Cum igitur certum sit, non omnes illa virtutum opera habere, & per consequens non omnibus à Deo dari: oporteret, iuxta Caluini doctrinam, nunquam alicuius doni fiduciam à Deo habere, propterea quod illi non omnibus dare pronunciat. Non enim omnes coniugati abstinent ab adulterio, neque omnes abstinent à furto, neque omnes abstinent ab ebrietate: & tamen ad istorum quodlibet nō minus est necessarium auxilium Dei quàm ad continentiam, imò aliquando magis: quia sunt magis proni & procliuēs ad ebrietatem, aut ad furum, quàm ad libidinem: semper tamen fidendum est in Deo, & nunquam de illo desperandum in opere cuiuscunque virtutis: quia etsi ille non omnibus dare pronunciat, nescimus tamen an nos simus illi, quibus Deus virtutem illam dare decreuit. Et ideo debemus satagere, iuxta beati Petri doctrinam, vt per bona opera certam nostram vocationem faciamus. Et hanc fiduciam esse in Deo habendam, docet Paulus in priore ad Timotheum, hæc dicens: Qui enim bene ministraverint, gradum bonum sibi acquirant, & multam fiduciam in fide quæ est in Christo Iesu. Quæ verba interpretans Ambrosius in commentarijs super Paulum, ait: Qui si filios bene gubernauerint, & domos suas, id est, vernaculos aut domesticos, poterunt digni fieri sacerdotio, & fiduciam habere apud Deum, vt sciant se posse impetrare quod postulant, iam de cætero ab vltu fœminæ cohibentes. Hæc Ambrosius. Sed multò fortius & clarius est testimonium quod pro hac fiducia reddit Ioannes in sua priore epistola, sic di-

A sic dicens. Et hæc est fiducia quam habemus ad Deum, quia quodcumque petierimus secundum voluntatem eius, audit nos. Dixit insuper Caluinus in verbis illis proximè citatis, eos qui sentiunt se à carne sua inquietari, confugere debere ad opem Dei: & si non impetrant, oportere illos accipere coniugij remedium: quia dicit illos certa Dei voce vocari ad coniugium, quibus continendi facultas denegatur. Hæc sententia est omnibus alijs peior, quia magis impia, & Deo nimium iniuriosa. Vt autem hoc manifestum omnibus faciam, petere volo à Caluino, an illi, quibus dicit Deum negasse facultatem continendi, fecerunt quidquid ex se poterant ad continentiam seruandam, & sic orauerunt Deum, vt oportebat, cum seruire & confidentia; an fortè nihil horum fecerunt. Si illi fecerunt quod ad illos attinebat pro continentia seruanda, & postea Dei fauorem & auxilium cum seruire & fiducia implorauerunt, certissimum est & fide Catholica tenendū, Deum huiusmodi petenti non defuturum. Quisquis autem dixerit quod huic sic petenti continendi facultatem Deus aliquando denegabit, maximam irrogat Deo iniuriam: quia dicit illum infidelem, & promissa minimè seruantem. Deus enim nulli volenti continere, aut quoduis aliud bonum agere, denegat fauorem & auxilium suum. Vulgatum liquidem est illud Augulini, Deus recipit confugientes ad se, aliter in eo esset iniquitas. Nam ille per regium prophetam hoc promissit, dicens: Quoniam in me sperauit, liberabo eum; protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. Clamabit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. Et ipse et sine vlla exceptione omnibus promissit subuentionem, quum dixit: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Negari non potest, quod tentatio carnis sit graue onus ipsi animæ, iuxta illud sapientis: Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Qui hoc onus portant, magno labore fatigantur. Omnes ergo istos sicut & alios quoslibet laborantes, & oneratos Deus ad se vocat, & illis promittit refectiōnem, hoc est, concessiōnem eorum quæ eluriunt & iuste sitiunt. Et iterum alibi idem Saluator patris sui benignitatem & fauorem promittit, dicens: Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Et hic etiam vniuersaliter sine vlla exceptione locutus est, non particulariter hoc aut illud promittens, sed quidquid petitum fuisset. His & alijs huiusmodi promissionibus semper Deus satisfacit, faciens iuxta id quod promissit. Nam propter hanc causam dicit Paulus, nos tenere spei nostræ confessionem indeclinabilem, quia fidelis est qui repromissit. Si illos, quibus Deus denegat continendi facultatem, Caluinus dicit non fecisse quod poterant pro continentia seruanda, nec Deum pro illa ardentè & fiducialiter orasse, tunc ipsorum erit culpa, quia non fecerunt quod potuerunt. Petitis & non accipitis, inquit Iacobus, eò quod malè petitis. Culpa ergo est sacerdotum, qui dicunt, se non posse continere: quia si bene Deum orassent, impetrassent illius fauorem & auxilium. Nam, vt Prophe-tatait, propè est Dominus omnibus inuocantibus eum: inuocantibus eum in veritate. Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos. Quæ verba interpretans Hieronymus ait: Dum eos eruit vel ab instigatione diaboli, vel ab ardore peccati. Hæc ille. Sed illud annotare oportet, quod propheta addidit, inuocantibus eum in veritate. Nam sunt aliqui, qui non in veritate, sed in mendacio petunt: vt sunt illi qui tepidè petunt: quia nolent sibi dari quod petunt, & dolerent postea si petita concederentur. Istis Deus non est propè, quum inuocant illum, nec eorū preces exaudit, nec saluos facit eos ab instigatione diaboli, nec ab ardore peccati. Talem ego existimo esse Caluinū, & reliquos Lutheranos sacerdotes, qui post sacerdotium acceptum vxores duxerunt, dicentes se cōtinere non posse. Fateor

Fateor illos continere non posse: quia nihil ad continentiam seruandam necessarium, faciunt. Nam horrent ieiunia, nullam ciborum abstinentiam habent, sunt gulones & carniu voratores: vino se inebriant, & reliqua omnia continentiae inimica amplexantur. Nolite, inquit Paulus, inebriari vino, in quo est luxuria. Et Hieronymus ait: Venter mero estuans facile despumat in libidinem. Et Isidorus dicit: Ciborum fomentis, libidinis ignes increfunt: corpus autem quod abstinentia atterit, tentatio non exurit. Hæc ille. Caluinus autem & cæteri Lutherani sacerdotes, quia libidinem appetunt, & continere nolunt, ideo nolunt etiam abstinere ab ijs, quæ ad libidinem prouocant: & postea dicunt se non posse continere. Quia in re similes mihi videntur famulo, qui stupam ad custodiam sibi à Domino suo commissam, igni proximam faceret, & postea diceret se non posse ab igne illæsam seruare, sed hunc meritò Dominus puniret, propterea quòd illam ad ignem approximauit. Vt autem Caluinus & cæteri Lutherani sacerdotes intelligant suam esse culpam, quia non continent: & falsam esse excusationem, qua dicunt, Deum hoc continentiae donum illis denegasse, volo contra eos producere nobilissimos quatuor testes, & omni exceptione maiores. Hieronymus in commentarijs super Matthæum, interpretans illa Saluatoris verba, Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est, hæc ait: Nemo putet sub hoc verbo vel fatum, vel fortunam introduci, quod hi sunt virgines, quibus à Deo datum sit, aut quos quidam ad hoc casus adduxerit: sed his datum est qui petierunt, qui voluerunt, utque acciperent laborauerunt. Omni enim petenti dabitur, & quærens inueniet, & pulsanti aperietur. Et postea super illa verba, Qui potest capere, capiat, hæc ait. Quasi hortantis vox Domini est, & milites suos ad pudicitiae præmium concitantis. Qui potest capere, capiat: qui potest pugnare, pugnet, superet ac triumphet. Hæc Hieronymus. Chrysofomus Homilia. 63. super Matthæum interpretans illa verba Saluatoris, quibus de ijs qui se propter regnum cælorum castrauerunt, dixit, Qui potest capere, capiat, hæc ait: Ita magis animat atque incendit, vel quia magnitudinem virtutis ostendit, vel quia inæstimabili misericordia sua noluit rem in necessitate legis concludere. Et ad hæc, possibile id esse demonstrat, ut eligendi cupiditas crescere possit. Sed si electionis opus est id, inquit, quomodo incipiens, statim dixit: Non omnes capiunt, sed quibus datum est: Vt singulare id esse certamen perdiscas, ut non sorte datam necessitatem suspiceris. His enim datum est, qui sponte id eligunt: quod ideo dixit, ut ostenderet superiore nobis auxilio esse opus, quod quidem omnibus paratum est, si volumus in hac luctatione superiores euadere. Hæc Chrysofomus. Quibus verbis nihil potuit apertius contra Caluinum dici. Et Theophylactus eadem Saluatoris verba interpretans, ait: Postquam dixerunt Apostoli, melius esse non venire ad nuptias, dicit Dominus magnam esse virginitatis possessionem: at eam non ab omnibus recte seruari, sed ab his duntaxat, quorum cooperator Deus est. Nam hoc loco datum esse, valet, quibus cooperatur Deus. Illis autem datum est, qui petunt. Petite enim, inquit, & dabitur. Omnis enim, inquit, qui petit, accipit. Hæc Theophylactus idem quod Chrysofomus docet. Et ante hos tres eodem modo interpretatus est illa Saluatoris verba Origenes, qui Homilia. 7. super Matthæum, hæc ait: Quoniam autem quidam calumniantur quòd Christus ait: quibus datum est, quasi excusationem habentes, & volentes quidem esse in castitate, non autem praualescentes. Quibus est respondendum, si quidem accipimus simpliciter quod dictum est, Sed quibus datum est. Non autem attendimus, quod alibi dicit: Petite, & dabitur vobis: Et omnis qui petit, accipit, aut fideles non sumus, aut scientes scripturas. Qui enim vult capax esse verbi, quod de castitate positum est, petat credens dicenti, & accipiet: non dubitans de illo quod dictum est, Om-

Eph. 5.
Hieron.
Isidorus.Matth. 19.
Hieron.

Theophyl.

A est, Omnis qui petit accipit. Quis ergo est qui petit? Qui credit Christo dicenti, Si steteritis orantes, credite, quia accipietis. Debet enim qui petit, omnia facere quantum ad se, ut oret spiritu, oret & mente, memor Apostolici verbi quod ait: Sine intermissione orantes. Hæc Origenes. Ex quibus verbis constat fuisse olim tempore suo, qui eandem excusationem violatæ continentiae dabant, quam nunc Lutherani sacerdotes reddunt: sed illos Origenes dicit esse aut infideles, aut nescientes scripturas. Videant ergo Lutherani & eligant cui censura se velint subdere: an infideles se dici mallint, an ignaros scripturarum: quoniam in eorum alterum oportet eos incidere, iuxta Origenis censuram. His quatuor fidelissimis testibus volo coniungere quintum, illis omnibus verustiore, Tertullianum scilicet, qui in libro de Monogamia, hæc ait: Eunuchi Evangelici non tantum ignominia caruerunt, sed & gratiam meruerunt, inuitati ad regna cælorum, abolita lege succedendi in matrimonium fratris, atque ait: Qui potest capere, capiat: id est, qui non potest discedat. Elige quod bonum est. Si non potes, quia non vis, (posse enim te si velis ostendit, qui vtrumque tuo arbitrio proposuit) discedas ab eo oportet, cuius non facis voluntatem. Hæc Tertullianus. Ex his quinque testibus fide dignis conuincitur hominem posse continere, si velit & faciat ea quæ ad continentiam sunt necessaria: quoniam facienti quod potest, semper Deus paratus est subuenire. Sed his testimonijs omisis, ut apertius Caluinum & reliquos Lutheranos conuincam, peto ab illis qui iam vxores duxerunt, quid facerent si illorum vxores perpetua egretudine sic laborarent, ut illis nequaquam copulari possent: aut quoduis aliud impedimentum occurreret, propter quod illarum commercio perpetuo priuarentur. Nunquid aliam capient vxorem, ut appetitui carnis obtemperet? Sed hoc non licere, apertissime constat, quia duas simul habere vxores, est lege diuina prohibitum, prout supra probauimus in titulo de Nuptijs, hæresi quarta. Neque licebit alicui alteri foeminae copulari, quia id esset apertius adulterium: quia prima neque propter perpetuum morbum, neque propter perpetuam absentiam desijt esse vxor. Illa ergo viuente non poterit maritus illius citra adulterij crimen alteri mulieri adherere. Quid igitur faceret in eo casu Caluinus & quiuis alius sacerdos Lutheranus? Certè necessarium est illi continere, nisi Deum offendere mallit. Quod igitur faceret tunc pro continentia seruanda, hoc faciat nunc antequam vxorem ducat, & non dicat, se non posse continentiam seruare.

B

Quartò nobis obijciunt illud Pauli ex priori ad Corinthios epistola: Propter fornicationem vnusquisque suam vxorem habeat. Quæ verba Lutherani in hunc sensum interpretantur, ut Paulus senserit liberum esse cui libet ducere vxorem, quando à carne sua fuerit nimium sollicitatus ad venerem. Sed falluntur re vera Lutherani in intellectu istorum verborum, aut falli se fingunt, ut saltem horum colore verborum suam libidinem adumbrent. Non enim est verisimile, ut Paulus nuptias præcipiat, qui post pauca verba in eadem epistola & in eodem capite, sæpe dedit consilium de non nubendo, & sæpe hortatus est ad illud. De virginibus autem, inquit ille, præceptum Domini non habeo, consilium autem do. Et iterum, Solutus es ob vxore, noli quærere vxoré. Et rursum, Qui sine vxore est, sollicitus est quæ Dominini sunt, quomodo placeat Deo. Et post pauca subdit sic colligens. Igitur & qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit: & qui non iungit melius facit. Hæc autem omnia contradicerent verbis à Lutheranis citatis, si, ut illi dicunt, Paulus per illa aut præciperet aut consuleret ijs qui matrimonio iuncti non sunt, ut matrimonium contraherent. De illis ergo in illis verbis loquitur Paulus qui iam vxores habebant, de quibus, quoniam gentiles erant, dubium erat apud illos, an ad Christianismum conuersi, deberet necessariò illas relinquere, aut

Mar. 11.

1. Thess. 5.

Tertullianus.

1. Cor. 7.

Ibidem.

re, aut ab illarum commercio abstinere: & de hac re ipsum Paulum interrogauerant Corinthij. Illis ergo Paulus respondens, ait: De quibus autem scripsistis mihi, Bonum est homini mulierem non tangere. Propter fornicationem autem, vnusquisque suam vxorem habeat, & vnaquaque suum virum. Et consequenter declarat obligationem, quam coniuges habent ad debitum sibi inuicem reddendum. Et deinceps ex occasione oblata differit de virginibus, cuius statum matrimonio praefert, etsi vtrunque bonum esse censeat. Denique ad coniugatos, de quibus loqui coeperat, rediens indissolubile illorum coniunctionem iterum repetit, sic dicens: Mulier alligata est legi quanto tempore vir eius viuat. Ex toto itaque illius literae decursu colligitur aperte, Paulum in illis verbis, quae pro se citant Lutherani, nihil prorsus in illorum fauorem dicere: quoniam de coniugatis illis loquitur, & non de ijs qui nullo matrimonij vinculo tenentur. De illis ergo dicit: Bonum est mulierem non tangere, id est, commodum & vtile est viro abstinere a commercio vxoris & copula cum carne illius, si ex consensu illius fiat. Nam si illa viro suo vellet, obligaretur ille, vt statim Paulus docet, vxori debitum reddere. Sed ne ex hac abstinence vxoris per Apostolum commendata, occasionem adulterij sumerent, statim occasionem istam sustulit, sic dicens: Propter fornicationem autem vnusquisque suam vxorem habeat. Non dixit accipiat: sed habeat, id est, retineat, & illa vtatur. Dicens etiam suam, manifestè ostendit se de retentione & vsu illius, quae iam erat sua, loqui: & non de illa quae ducenda erat, & adhuc non erat sua. Vt autem hunc esse verum & Germanum verborum Pauli sensum manifestè conuincam, aliquot illustres viros sanctitate perinde ac doctrina clarissimos in huius rei testimonium proferam, quorum cuilibet iustius adhibenda erit fides, quam omnibus Lutheranis simul.

Ambrosius in commentarijs super Paulum praedicta verba interpretans dicit: Pravis sensibus pseudapostolorum exagitati, qui nuptias per hypocrisim, vt puriores caeteris viderentur, spernendas docebant, haec per epistolam ab Apostolo requirebant. Quia enim non oblectabantur hac sententia, praetermissis caeteris hoc solum requirunt. Quibus tamen respondit, bonum esse quidem mulierem non contingere, quanquam non illi istud simpliciter afferant. Tamen propter fornicationem, hoc est, ne quid contra legem admittatur, cum, quando quod lex non prohibet, vetatur, vnusquisque suam vxorem habeat, & vnaquaque suum virum habeat. Solent enim qui compendium quaerunt, errare. Qui enim fieri posset, vt hi ab vxoribus se abstinerent, quos in tantis vitijs reperit? Ideò ergo non permittit, ne ab licitis se abstinentes, inconcessa praesumerent, sicut faciunt Manichaei. Haec Ambrosius. Huic per omnia consentit Hieronymus, qui libro primo aduersus Iouinianum, haec ait: Paulus inquit, propter fornicationem vnusquisque vxorem suam habeat. Non ait, ducat vxorem. sed habeat, id est, prius ducta ante fidem vtatur, cum ea coeat, remque habeat. Omnis haec quaestio de his est, qui in matrimonio sunt deprehensi, an eis liceat vxores dimittere, quod & Dominus in Euangelio prohibuit, vnde & Apostolus ait, Bonum est homini vxorem non tangere. Sed quia qui semel duxit vxorem, non valet, nisi ex consensu se abstinere, nec dare libellum repudij non peccanti, reddat coniugi debitum: sponte quippe se alligauit, vt reddere cogatur. Haec Hieronymus, qui non potuit apertius contra Lutheranos loqui. Huic sententiae etiam fauet Chrysostomus, qui Homilia nona super priorem epistolam ad Corinthios, haec ait: Quare, inquit Paulus, de quibus scripsistis mihi. Et enim nonnulli scripserant, oportet ne ab vxore abstinere, an non? Quos literis suis Paulus admones, in virginittis sermonem deuenit. Inquit enim, Bonum est homini mulierem non tangere. Si bonum, inquit, & quod longè praestat, inquiris: melius omnino est, cum muliere non coherere. Sin au-

A Sin autem verisimile esset, quod in praesentia contingit, virum quidem velle, scilicet continenter viuere, mulierem autem minime, vel è contrario, Animaduerte quo pacto de vtroque disputet. Vxori vir debitum reddat honorem, similiter & vxor viro. Haec Chrysostomus. Huic subscribit Occumenus, qui praedicta Pauli verba interpretans, haec ait: Scripserunt Corinthij Paulo vtrum oporteret ab vxore abstinere, an non. Pulchrum est, inquit Paulus, & eximium, mulierem omnino non tangere, quod autem securum est, & in auxilium nostrae datum imbecillitati, vir legitima vtatur vxore, & vxor legitimo vtatur viro. Haec Occumenus. Nolo pro hac sententia plures testes adducere, ne prolixior sim: praesertim cum isti quatuor satis esse possint homini non prorsus obstinato. Si quis tamen plures videre voluerit, indice illos ostendam. Augustinus in epistola 199. quae est ad Eodiciam, Fulgentius epistola secunda, in qua agit de statu coniugali: & in epistola tertia, vbi agit de coniugali debito. Theophylactus in commentarijs super Paulum. Haymo super epistolas Pauli praedicta verba interpretans. Anselmus in eodem loco eadem ferè verba dicit quae Ambrosius. Iustius ergo erit his illustribus viris, quorum doctrina fulget Ecclesia, credere, quam bis mille Lutheranis, Epicuri & Veneris discipulis.

Quintò nobis obijciunt illud Pauli, Oportet episcopum esse vnus vxoris virum. Ex quibus verbis colligunt Lutherani, non solum licitum, sed & necessarium esse, vt episcopus & sacerdos vnam habeat vxorem, ne fortè alienas capiat dum propria caret. Si haec dicerentur à Lutheranis idiotis, non mirarer: sed cum haec dicantur ab ijs, qui se doctissimos esse iactant, & pro doctissimis haberi cupiunt, non possum non mirari, quòd adedò delyrent, vt haec dicere non erubescant. Aut ergo malicia eorum excecauit eos, aut ita se

B Paulum intelligere fingunt, vt populo, cui potissimum placere cupiunt, persuadeant, se non absque ratione & autoritate vxores duxisse. Paulus enim in illis verbis non exigit matrimonium in eo qui ad episcopatum assumendus est, vt tanquam indignus sacerdotio habeatur, qui liber ab vxoris vinculo viuere voluerit: sed per illa verba bigamum à sacerdotio relegauit, ita vt sacerdotio fungi non possit, qui bigamus fuerit. Nam aliàs, qui fieri poterat vt à sacerdotio matrimonium tanquam rem necessariam exigeret Paulus, qui aliqui virginitatem commendat, illam matrimonio praeferebat, & omnes ad illam hortans: Non enim est vero simile, vt excelsiore virtute praeditum velit esse populum, quam episcopum. Et ideò omnes sacri doctores ab Ecclesia recepti, qui de hac re differuerunt: ita illa verba Pauli interpretati sunt, sicut nos modò declarauimus. Ex illis ergo aliquot in testimonium proferam, vt illorum testimonijs conuincam Lutheranos longissimè à Pauli sententia abesse. Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum, haec ait: Non dicit Paulus, Eligatur episcopus, qui vnam ducat vxorem, & filios faciat: sed qui vnà habuerit, & filios in omni disciplina subditos. Alioqui si episcopi esse non debeant, nisi mariti: ipse Apostolus episcopus esse non debeat, qui dixit: Volo omnes homines esse, sicut ego sum. Item, tunc Ioannes Euangelista episcopus non fuisset, vt qui virgo manserit. Ergo oportet esse vnus vxoris virum, id est, qui vnam habuerit, non habeat. Et in epistola ad Oceanum, ait: In vtraque Pauli epistola, nempe ad Timotheum & ad Titum, siue episcopi siue presbyteri iubentur monogami in clericum eligi. Haec Hieronymus. Huic sententiae fauet Tertullianus, qui in libro de exhortatione ad castitatem, ait: Apud nos plenius atque strictius praescribitur vnus matrimonij esse oportere, quos eligi oportet in sacerdotalem ordinem, ac meminimus quosdam digamos loco deiectos. Haec Tertullianus, qui ferè per duo secula Nicænum Concilium praecessit. Nolo plures ex Latinis citare: quoniam hi omnes sunt in sacerdotum coelibatum haereticis suspecti, propterea quòd

quòd dicunt illos in hac parte fuisse nimis austeros. Si quis autem plures videre oportet, videat Ambrosium in commentarijs super epistolam ad Timotheum, Augustinum in libro de bono coniugali, capite. 10. Primasium huius discipulum super primum caput epistolae ad Titum: Haymonem, & Anselmum super epistolae Pauli. Ad Graecos igitur transeo, quos oportet maioris esse auctoritatis apud istos haereticos, propterea quòd vulgò iactatum est illos in Concilio Nicæno contraxisse legem de sacerdotum coelibatu. Oecumenus super primum caput epistolae ad Titum ait: Vnius uxoris vir, hoc est, solam unam nouerit, quae legitima fuerit. Haereticis coniugium abominantibus silentium imponit, cum possint alicui praesse episcopatu cum matrimonio: bigamum verò repellit, tanquam vituperio & contemptui obnoxium. Hec ille. Multo apertius docet hoc Chrysostomus, qui Homilia. 1. super epistolam ad Timotheum, ait: Oportet episcopum esse unius uxoris virum. Non hoc veluti faciens dicit, quasi non liceret absque uxore episcopum fieri, sed eius rei modum constituit. Hec Chrysostomus, qui multa alia pro hac sententia in illo loco dicit: & idem rursus confirmat in Homilia. 2. de patientia Iob. Theophylactus, sicut alijs semper, ita etiam nunc Chrysostomo subscribit, sic dicens: Porro non ut legem sanciat, hoc dixit, quòd omnino oporteat episcopum uxoratum esse: qui enim istuc statueret, cum alijs dicat, Volo vos omnes esse sicut me ipsum: Verum quia tempus ita tum postulabat, at si contingat, inquit, sit vnus uxoris vir. Id verò Iudaeorum causa dicebat: illis enim permittebatur polygamia, hoc est, cum multis conubia iungere. Hec Theophylactus. Epiphanius lib. 2. tom. primi contra haereses, dum agit aduersus Cartharos, haec ait: Re vera non suscipit Dei praedicatione post Christi aduentum eos, qui a primis nuptijs coniuncti sunt, propter excellentem sacerdotum dignitatem & honorem. Et haec certò sancta Dei Ecclesia cum syncretitate obseruat. Sed & adhuc viuente, & liberos gignente, vnus uxoris virum non suscipit: sed eum qui se ab vna continuit, aut in viduitate transegit vitam, diaconum, presbyterum, episcopum, & hypodiamonum, maximè ubi syncreti sunt Canones Ecclesiastici. Hec Epiphanius, qui proximus fuit Concilio Nicæno: & cum sit Graecus, eandem dicit tunc de sacerdotum coelibatu legem apud illos seruare, quae nunc in Ecclesia Latina seruatur. Caluinus etsi agnoscat illa verba Pauli ita ab antiquis Ecclesiae doctoribus intelligi, illis tamen omnibus contradicere non dubitat, & illos omnes velut alter Goliath ad certamen prouocare non reformidat. Nam in illo suo opere de institutione Christiana, capite. 3. dist. 68. de sacerdotum coelibatu contra Catholicos disputans, postquam illis obiecerat haec Pauli verba, Oportet episcopum esse unius uxoris virum, haec ait: Scio qualiter hoc interpretentur, nempe eligendum non esse, qui secundam habuerit uxorem. Atque hanc interpretationem non esse nouam concedo, sed falsam esse ex ipso textu palam est: quia statim praescribit, quales episcoporum & diaconorum uxores esse oporteat. Paulus inter episcopi virtutes numerat coniugium, isti intolerabile vitium in ordine Ecclesiastico esse docet. Hec Caluinus. Quis iam ferat hominem tam arrogantem, & toties tam aperte mentientem? Agnoscat illam interpretationem non esse nouam, sed falsam esse contendit. Semper ergo Ecclesia fuit in errore: quia semper illam interpretationem suscepit, & iuxta illam semper operata est. Quomodo ergo illa erit, prout Paulus illam appellat, columna & firmamentum veritatis, si tanto tempore in errore permansit? Misera ergo censenda esset Ecclesia, quae per tot secula fuit decepta, quousque Caluinus illam docens ab errore liberaret. Sed videamus arma, quibus illos omnes se vincere putat. Dicit primò, Paulum praescribere quales episcoporum & diaconorum uxores esse oporteat. Vbi nam hoc praescripsit Paulus? Disparem si hoc apud Paulum vnquam inuentum fuerit. Fortè hoc dicit Caluinus propter illa verba, quae statim subiicit Paulus, Mu-

lieres simi-

lieres similiter pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus. Sed in illis verbis, ut omnes haecenus interpretati sunt, nihil prorsus de vxoribus episcoporum & diaconorum, imò nec de vlla particulari vxore agit Paulus. Neque vllus vnquam Catholicus interpres Pauli dixit Paulum illo loco de vxoribus differere. Nam Primasius, Theophylactus, & Anselmus dicunt illo loco de diaconissis mulieribus, quae olim habebantur in Ecclesia, & aliquod in illa ministerium habebant, Paulum loqui. Ambrosius autem dicit de omnibus in vniuersum mulieribus illic agere Paulum, sic dicens: Quia sanctum praecipit creari episcopum, adaequè & diaconum: non utique disparem vult esse plebem, quippe cum dicat Dominus, Sancti estote, quia & ego sanctus sum. Ideoque etiam mulieres quae inferiores videntur, sine crimine vult esse, ut munda sit Ecclesia Dei. Hec Ambrosius, qui longissimè abest à sensu Caluini. Haymo non probat sententiam eorum, qui dicunt Paulum illo loco agere de diaconissis, non tamen declarat de quibus loquatur. Dicit insuper illam sententiam de diaconissis reiectam esse ab Augustino, sed ego hoc in Augustino inuenire non potui. Scio aliquos in hac nostra aetate locum illum Pauli interpretari de vxoribus episcoporum & diaconorum, verum hi omnes, & si non sint ab Ecclesia pro haereticis habiti, sunt tamen omnes illi quos noui, de haereticis suspecti. Dicit insuper Caluinus, Paulum inter virtutes episcopi numerare coniugium. Fortè hoc dicit propter illa verba, Oportet episcopum esse unius uxoris virum. Hec tamen verba, ut iam multis testimonijs ostendimus, non praecipunt coniugium: sed tollunt bigamiam. Si igitur contra hanc interpretationem arguens Caluinus, denuò ipsa Pauli verba obijcit, vitium in disputando committit, quod à Dialecticis dicitur petitio principij. Sed esto, Paulus in illis verbis loquatur de vxoribus episcoporum & diaconorum, non tamen inde poterit colligere Caluinus, quòd Paulus praecipiat episcopis habere uxores: sed satis est quòd permittit pro illo tempore, quo liberum erat eis, uti illis quas ante sacerdotium habebant, non tamen nouas accipere, aut plures quam vnam habuisse. Sextò obijcit Caluinus, sic dicens: Quid potuit vehementius dici, quam ubi ex Spiritu sancto Paulus denunciat, fore nouissimis temporibus homines impios, qui coniugium prohibeant, eosque non modò impostores nuncupat, sed daemones. Hec Caluinus, qui ex verbis Pauli in prioribus ad Timotheum epistola nos accusat, propterea quòd nos prohibeamus sacerdotibus nuptias, quasi illae essent ex se illis illicitae, & natura mala. Sed ego credo Caluinum optimè intelligere, nos non ita sentire, ut putemus nuptias esse ex se malas: quoniã nos apertissimè docemus contrarium, & pro hac causa contra Encratitas & Manichaeos pugnamus. Et ideo persuasus sum Caluinum, quoniam in alijs ostendit se doctum, ex industria calumniam hanc nobis parasse, ut obiecerit nobis id, quod Paulus dixit contra hostes nuptiarum. Hoc etiam Pauli testimonium obiectum est olim Hieronymo, propterea quòd nuptijs praeferebat virginitatē, & hortabatur ad illam. Cui obiectioni respondens idem Hieronymus in Apologia ad Pamachium, haec ait: Nonne quæso in principio operis mei ista praefatus sum? Neque nos Manichaei & Martionis dogma sectantes, nuptijs detrahimus, neque Tatiani Encratarum principis errore decepti, omnem coitum spurcum putamus, qui non solum nuptias, sed cibos quoque quos Deus creauit ad vtendum, damnat & reprobat. Non ignoramus honorabiles esse nuptias, & cubile immaculatum. Legimus primam Dei sententiam, Crescite & multiplicamini, & replete terram, Sed ita nuptias recipimus, ut virginitatem, quae de nuptijs nascitur, praefereamus. Nunquid argètum non erit argentum, si aurum argento preciosus est? Hec Hieronymus. Paulus ergo cum in illis verbis contra Manichaeos, & Marcionistas, & Encratitas, qui nuptias damnant, agit, nihil contra nos dicit, qui longissimè ab illis distamus.

Hanc nostram & Catholicorum omnium interpretationem subsannat Caluinus, qui in capite. 3. suae institutionis Christianae dist. 67. postquam retulit nos **C** verbis illis Pauli praefatam reddere interpretationem, haec ait: Quasi verò, *Caluini.* etiam si in illis superioribus complerum sit primò hoc vaticinium, non in istos etiam competat: aut quasi auditu digna sit puerilis ista argutiola, quod prohibere se negant: quia non omnibus prohibent. Perinde enim est, ac si tyranus iniquam non esse legem contendat, cuius iniquitate pars duntaxat ciuitatis prematur. Haec Caluinus. In quibus perinde ac in alijs, & suam arrogantiam & manifestam calumniam ostendit. Non enim ideò negamus nos prohibere matrimonium, quia non omnibus prohibemus: sed quia non prohibemus dānando matrimonium, prout Manichæi & Encratitae prohibuerunt. Aliter enim prohibet doctor, qui sine imperio aliquo, sed sola doctrina, asserit aliquid esse malum, & ideò hortatur alios vt abstineant ab illo. Aliter verò prohibet ille, qui etsi fatetur aliquid ex sua natura bonū esse, attamen quia quod alijs bonum est, alicui certae personae non conuenit, imperio vtens praecipit huiusmodi personae ab illo abstinere. Primo modo prohibuerunt Encratitae & Manichæi, & ideò a Paulo damnantur. Secundo modo prohibet Ecclesia sacerdotibus matrimonium: quia sacerdotem oportet esse Deo intentum, & cogitantem quae Dei sunt. Qui autem cum vxore est, vt Paulus ait, sollicitus est quae sunt mundi, quomodo placeat vxori. Hanc autem prohibitionem non damnat Paulus, nec de illa locutus est, vt omnes illius loci interpretes declarant. Verius tamen & rectius loquemur, si dicamus, prout in responsione ad primam obiectionem diximus, Ecclesiam non prohibere matrimonium sacerdotibus: sed Deum, cui coelibatum promiserunt, quum ad sacerdotium promoti sunt. Deus enim qui per os prophetae dixit: Vouete & reddite Deo, petit vt sibi reddatur, quod sibi promissum est. Ipse etiam qui sacerdotium ab Ecclesia suscepit, sibi ipsi matrimonium prohibuit, quia hac conditione suscepit, vt perpetuò coelibem vitam ageret. Ille ergo qui sacerdotium sub hac conditione suscepit, accepti datiq; conditione seruari tenetur, à qua resilire non potest, sicut nec à sacerdotio semel suscepto. Quòd autem Ecclesia non prohibeat huiusmodi matrimonium, testatur Theophylactus, qui in commentarijs super Paulum, praedicta verba ex priore epistola ad Timotheum interpretans, *Theophyl.* haec ait. Nuptias detractantem impraesentiarum ostendit. Quid igitur? Nunquid ipsi nuptias prohibemus? Absit. Quin potius ad coelibatum, cum exhortamur, qui nuptias fugiat, eoq; & honoratior sit: haud tamen propterea ignominiosae sunt nuptiae: sicut neq; ob id contemnitur argentum, quia maioris sit precij aurum. Haec Theophylactus, Chrysostomum secutus. Idem per omnia docet eo loco Occumenus: Eis omnibus consentit Ambrosius, & reliqui omnes sacri doctores Pauli interpretes. Septimo, obiecit nobis Caluinus Concilij Niceni decretum, quo, vt ille ait, sancitum est, liberum fore sacerdotibus, vt vxores, si vellent, ducerent. Nam in illo suo opere de institutione Christiana, capite. 3. dist. 70. haec ait: Agitatum quidem fuit in Nicæna Synodo, de indicendo coelibatu: vt nunquam defunt supersticiosuli, qui semper nouum aliquid comminiscuntur, vnde admirationem sibi conciliant. Sed quid constitutum fuit? Nempe in sententiam Paphnutij discessum est, qui pronunciauit castitatem esse cum propria vxore concubitum. Mansit ergo inter ipsos sacrum coniugium, neque aut ipsis dedecori cessit, aut maculam vllam aspergere ministerio, creditum est. Haec Caluinus. Quae verba ego legens non potui non abominari tam impudente hominis audaciam, vt non sit veritus hoc tam aperum mendacium scribere ad decipiendum. In Concilio siquidem Nicæno nunquam disputatum est, an sacerdotes possint ducere vxorem, neque de hac re aliquid dixit Paphnutius: quia hoc nunquam fuerat vsitatum apud viros Catholicos.

A tholicos. Hoc solum quaesitum est in illo Concilio, an sacerdotes aut diaconi, qui antequam ad huiusmodi ministerium fuissent promoti, vxores habebant, possent suis vxoribus vt post sacrum ordinem susceptum. Cum igitur aliquis vellet persuadere, vt lex statueretur, quae prohiberet sacerdotes vt vxoribus quas ante duxerant, huic sententiae Paphnutius restitit, & illi omnes conuenserunt. Vt autem haec quae dixi, certa faciam, & Caluini mendacium conuincam, profero testem fidelem Sozomenum, qui citatus à Casiodoro libro secundo historiae tripartitae, capite. 14. de synodo Nicæno differens, haec ait: Synodus *Sozomenus* autem corrigere volens hominum vitam, & in Ecclesijs commorantium, posuit leges, quas Canones appellamus. In quorū tractatu videbatur aliquis introducere legem, vt episcopi, & presbyteri, diaconi, & subdiaconi, cū coniugibus quas ante consecrationem duxerant, non dormirent. Surgens autem in medio Paphnutius cōfessor contradixit, honorabiles confessus nuptias, & castitatem esse dicens concubitum cum propria coniuge. Sualitque concilio ne talem ponerent legem, grauem asserent esse causam, quae aut ipsis, aut eorū iugalibus occasio fornicationis existeret. Et haec quidē Paphnutius, licet nuptiarum esset in expertus exposuit. Synodusq; laudauit sententiam eius, & nihil ex hac parte sanciuit, sed hoc in vniuersiūq; voluntate, non in necessitate dimisit. Haec Sozomenus. In quibus verbis id potissimè annotandū est, quòd dixit in Concilio Nicæno tractatum esse, vt sacerdotes non dormirent cū vxoribus quas ante duxerant. Ex quibus apertissimè constat, Caluinum falsò citasse historiam Nicæni Concilij ad suae sententiae improbationem. Meritò igitur Caluinus & alij eiusdem farinae dicere poterunt id, quod alij apud Esaiam dixerunt: Posuimus mendacium spem nostram, mendacio protecti sumus. Fortè Caluinus reliquam historiam praetermittens, solis Paphnutij verbis vult contra nos agere, quibus ille dixit, castitatem esse concubitum cum propria vxore, & inde deducere conatur castos esse sacerdotes, qui post sacerdotiū susceptū vxores ducunt, & cum illis coeunt. Sed fallitur Caluinus talem faciens collectionem: quoniam etsi concubitus cum vxore propria sit castus, tamen sacerdos qui ante susceptum sacerdotium non habebat vxorem, quando coit cum aliqua muliere, quamuis se illam tunc ducere dicat, nō coit cum vxore propria: quia non potest illam ducere in vxorem, propterea quòd sacerdotium suscipiens, se ipsum fecit inhabilem ad matrimonium contrahendum. Sed Caluinus volens culpam sui coitus excusare, facit id quod Didonem ab Aenea cognitam ad suae fornicationis excusationem dixisse, Virgilius in quarto Aeneidos libro refert.

Coniugium vocat, haec praetexit nomine culpam.

Idem facit Caluinus, reliqui omnes illius consortes, qui vt suos incestuosos concubitus excusent, illos coniugia vocant, cum nihil minus sint. *Virgilius*

Octauò denique nobis obiecit Caluinus exemplum Apostolorum, & aliorum sanctorum episcoporum qui vxores habuerunt. Nam in illo suo opere sepe citato de institutione Christiana, cap. 3. dist. 71. postquā reprehendit illos, qui docent, oportere sacerdotes esse coelibes, haec ait: Sed si mihi antiquitatem obieciat aduersarij, primum respondeo, hanc libertatem & sub Apostolis, & aliquot postea seculis exitisse, vt coniuges essent episcopi: hac, sine difficultate vsos esse Apostolos, & alios primariae auctoritatis pastores, qui in eorum locum successerunt. Illius antiquitatis Ecclesia exemplum pluris meritò deberet esse, quàm vt illicitum, vel indecorum nobis putemus, quod tunc cū laude receptum vsitatumque fuit. Haec Caluinus. In quo argumento non minus errat, & mendacio nititur, quàm in proximè praecedenti argumento. Nam etsi verum sit, Apostolos aliquos habuisse vxores, quando à Christo fuerunt ad munus Apostolatus assumpti, falsissimum tamen est, aliquem eorum postquam

quam fuit ad Apostolatam assumptus, nouam duxisse vxorem. Neq; vnquam inter Catholicos vſitatum fuit, vt sacerdos vxore carens, post sacerdotium ſuſceptum vxorem duceret, ſicut fecit Lutherus, Oecolampadius, Martinus Buzerus, Caluinus, & reliqui omnes ſacerdotes Lutheranæ ſactionis. Et propter hanc cauſam illos accuſamus, quia ſacerdotio ſuſcepto vxores, vel, vt verius dicam, concubinas duxerunt, quod nunquam Eccleſia Catholica probauit. Caluinus tamen impudētiffimè mentiens dicit, hoc cum magna laude receptum, vſitatumq; fuiſſe in Eccleſia. Peto ergo à Caluino, vt ex hiftoria fide digna proferat nobis ſaltem vnum aut alterum ſacerdotem Catholicum ex illa antiqua Eccleſia, qui poſt ſuſceptum ſacerdotium duxerit cū laude, vt ille ait, vxorem, & ſtatim cedo. Certus tamen ſum quòd nullum talem nobis proferre poterit, & idè miror quòd cū tāta impudētia auſus fuerit dicere, in illa antiqua Eccleſia hoc cū laude receptum vſitatumq; fuiſſe. Candidum ergo lectorẽ precor, vt diligenter attendat, qualibus quantisq; mendacijs iſti hæretici populum decipere, & in ſuos errores trahere procurent.

Verũm hic admonere oportet lectorẽ, ne arbitretur nos idè inuiffiſſe Lutherum & eius ſequaces hæreſeos nota, quòd nos credamus ex diuina inſtitutione eſſe neceſſarium coelibatum ad ſacrorum ordinum ſuſceptionẽ, quoniã (vt iam proximè docuimus) in primordijs Eccleſiæ coningatos legimus fuiſſe ſacerdotes. Nam coniugium non obest ex inſtitutione diuina ſacerdotio. Concilium ſiquidem Gangrenſe capite quarto ſuorum Decretorum ſic definit: Si quis diſcernit preſbyterum coniugatum, tanquã occasione nuptiarum offerre non debeat, & ab eius oblatione idè ſe abſtineat, anathema ſit. Hæc Concilium Gangrenſe. Ex cuius decreto apertiffimè conſtat non eſſe ex lege diuina neceſſarium coelibatum ad ſacrorum ordinũ ſuſceptionem. Neq; nos ob hanc cauſam Lutherum & eius ſequaces notauiſſimus, ſed idè illos de hæreſi accuſamus, quia contra Eccleſiæ ſtatum de ſacerdotum continentia, illi docent ſacerdotes vt matrimonia contrahant, & ad ſic faciendum alliciunt, irridentq; Eccleſiam, cò quòd tale ſtatuert decretum, dicuntq; illam in ſic ſtatuendo erraſſe. Ob quam cauſam omnis qui rectè (vt decet) de Eccleſiæ firmitate & certitudine ſenſerit, cenſebit merito illos fuiſſe de hæreſi notatos. De hac re aliquid infra adhuc dicemus, quoniam ea, de quibus in titulo de virginitate, & in titulo de votis diſſeremus, non nihil ad hoc negociũ ſpectare videntur. Sunt enim illa huic materiæ valde vicina.

Qvinta hæreſis docet inſimum quemq; ſacerdotem poſſe in abſentia epiſcopi exercere munus epiſcopale. Huius hæreſis autor eſt Richardus Armacanus Hibernicus, qui in libro ſexto de quæſtionibus Armenorum, capite ſexto, dicit minores ſacerdotes in abſentia epiſcopi exercere poſſe officia ſacramentalia, qualia ſunt conſecrationes altarum, olei vel chriſmatis benedictio, ordinum collatio, &c.

Hic Armacanus floruit anno Domini. M. CCC. LX. ſub Carolo quarto Imperatore, & Innocentio ſexto ſummo pontifice.

Eundem errorem tutatus eſt Ioannes Vvicleph. Aduerſus hunc errorem ſæpe iam diſputauimus. Nam in titulo de confirmatione, probauimus illud ſacramentum à ſolis epiſcopis poſſe conferri, & non ab aliquo minore ſacerdote. In titulo de epiſcopis, conuicimus tum ex ſacris literis, tum ex Conciliorum definitionibus, epiſcopos eſſe & dignitate & poteſtate alijs ſacerdotibus ſuperiores. At ſi minores ſacerdotes poſſent omnia quæ epiſcopi faciunt, & ipſi facere, eſſent proculdubio illi epiſcopis pares, neque eſſet inter eos vllum diſcrimen. Sed quoniam in illis locis nihil de ordinum collatione diſputauimus, pro illius rei definitione ſolum proferam quoddam decretum Concilij ſecundi Hiſpalenſis. Nam quinto capite Decretorum præfati Concilij, hæc quæ

Concilium
Gangrenſe.

Armacanus.

Ioannes
Vvicleph.

Concilium
Hiſpalenſe.

A hæc quæ ſequuntur, habentur r verba: Quinto iudicio ad agnitionem noſtri examinis, Agabrenſis diaconi relatu deductum eſt de quibuſdam ipſius Eccleſiæ clericis, quorum dum vnus ad preſbyteri, duo ad Leuitarum miniſterium ſacrentur, epiſcopus eorum oculorum dolore detentus, ferrur manum ſuam ſuper hos tantum poſuiſſe, & preſbyter quidam contra Eccleſiaſticum ordinem benedictionem dediſſe: qui licet propter tantam præſumptionis audaciam poterat accuſatus præſenti iudicio damnari, ſi adhuc in corpore poſſitus, non fuiſſet mortis vocatione præuentus: ſed quia iam ille examini diuino relictus, humano iudicio accuſari non poteſt, hi qui ſuperſunt, & ab eo nõ conſecrationis titulum, ſed ignominiaẽ elogium perceperunt, ne ſibi licentiam talis vſurpationis faciat, decreuimus vt à gradu ſacerdotalis vel Leuitici ordinis, quem peruerſè adepti ſunt, depoſiti, æquo iudicio abiſciantur. Tales enim merito iudicati ſunt remouendi, quia prauè inuenti ſunt conſtituti. Hæc Concilium Hiſpalenſe. Ecce de ordinum collatione concilij definitio, per quam decernitur eos non eſſe ordinatos, quibus epiſcopus manus impoſuit: quoniam benedictionem non ab epiſcopo, ſed à preſbytero receperunt. Poſt tanti ergo concilij definitionem iniuſtum eſſet nos ampliùs de hac re diſputare. Quòd ſi fortè lector curioſus plura de hac re noſſe cupit, legat Thomam Vvalden. in libro de ſacramentalibus, titulo. 7. quoniam illo loco præfatus autor ſatis copioſè de hac re diſputat aduerſus Armacanum & Ioannem Vviclephum.

SACRAMENTA.

B Ille antiquus humani generis hoſtis, innidiam humanæ gloriæ ſemel conceptam nunquam depoſuit, & ita quacunq; poteſt ſemper homini nocere ſatagit, & illum à cõſecutione æternæ beatitudinis impedire nititur. Quapropter peſſicipiens dæmon quantum adiutorium præbeant hominibus ſacramenta, quæ Deus illis reliquit ad cõſecutionem vitæ æternæ, omni qua potuit via tentauit homines ab illorum perceptione & vſu abducere. Vt autem hoc meliùs faceret, quosdam hæreticos decepit, quos tanquã ſuæ militiæ principes inſtituens, per eorum manus alios quos poſſet ſubuerteret Catholicos & fideles. Fuerunt enim plures hæretici, qui ſacramenti Eccleſiæ omnia negarent, vt Cathari, non inquam illi Cathari qui alio nomine vocantur Nouatiani, ſed alij multò illis recentiores, de quibus iam aliàs diximus. Alij fuerunt hæretici, qui & ſi aliqua admittant ſacramenta, plura tamen alia negant, prout iam oſtendimus cum de vnoquoque ſacramento in proprijs eorum titulis diſſeruiſſimus. Alij ruruſum aliqua ſacramenta admittentes, negant aliquod eorum conferre gratiam ſuſcipienti, quantumlibet ad illius ſuſceptionem præparet animam ſuam. Huius erroris autores ſunt Armeni. Iſtorum errorem tandiu ab Eccleſia exploſum recepit tutandum Martinus Lutherus, qui talia de ſacramentis verba proferit: Hæretica eſt, ſed vſitata ſententia, ſacramenta nouæ legis dare gratiam illis qui non ponunt obicem. Hæc Lutherus. Quapropter videtur mihi eſſe Lutherus tanquã alter Nabuzardan princeps militiæ Nabuchodonofor regis Babylonis, qui muros Hieruſalem in circuiſu deſtruxit, & ſuccendit domum Domini, & ſuſtulit omnia vaſa aurea & argentea & area, in quibus miniſtrabant ſacerdotes in templo Domino. Quid aliud ſunt ſacramenta, & aliæ Eccleſiæ cæremoniæ quàm vaſa quædam in quibus Deo in hac vita miniſtratur: Vaſa inquam aurea & argentea ſunt ſacramenta: reliquæ autem omnes Eccleſiaſtica cæremoniæ vaſa ſunt area. Quæ omnia cum Lutherus ab Eccleſia auferre conatur, apertè demonſtrat ſe eſſe alterum Nabuzardanum,

Cathari.

Armeni.
Lutherus.

1. Reg. 26.

dam, vnum videlicet ex principibus diabolicae militiae. Aduersus hanc pestiferam haeresim, & si de quolibet sacramento sigillatim disputatum sit, tamen hoc impraesentiarum agendum est, vt ostendamus breuissimè de omnibus sacramentis in genere, ea fore pro sacramentis habenda quae sancta mater Ecclesia velut talia recipit & tuetur. Nam quod Ecclesia non potest errare ex Dei adiutorio illi assistente, praesertim in illis, in quibus oportet non errare, iam alias saepe ostendimus. Et ex hoc collegimus Ecclesiam habere facultatem discernendi diuinas scripturas ab humanis, verumque earum sensum a falso, Deo illam quotidie illustrante, ne videlicet erraret in his, in quibus error fuisset periculosus. At nullibi periculosior fuisset iactura, quam si falsa pro veris sacramenta, & traditiones hominum, inò figmenta diaboli pro traditionibus Dei Ecclesia recepisset, quoniam tunc spem suam Ecclesia in fictis ac vanis corporalium rerum signis, prout magi faciunt, tanquam in Christi sacramentis collocasset. Si ergo Ecclesia hanc habet à Deo collatam potestatem, vt verba Dei à verbis hominum discernat, necessarium est etiam fateri illam etiam hanc habere potestatem à Deo similiter illi collatam, vt traditiones Dei discernat à traditionibus hominum. Nam aliàs vtrobique posset pari ratione vitandus error oriri. Christus enim suae Ecclesiae vsque ad consummationem seculi assistens, non solum hoc agit vt Ecclesia hoc aut illo modo non erraret, sed ne erraret villo. At nullibi maiore cum iniuria Christi posset errare, quam si fiduciam in illo ponendā solo, ponat in signis nulla prorsus fultis gratia, sed omni bono fidei vacuis atque inanibus, quoniam id notissima esset idololatria, quam Deus super omnia alia vitia abominatur. Colligitur ergo Ecclesiam non posse errare in suscipiendis sacramentis fidei, non inquam magis quam in suscipiendis scripturis diuinis, in quibus decernendis eam non posse errare iam alias ostendimus. Quapropter merito decretum est, vt quisquis aliter senserit de sacramentis Ecclesiae, quam sancta Romana Ecclesia sentit, haereticus reputetur. Et quia contra singulas haereses, quae aduersus singula sacramenta exortae sunt, iam suis locis disputauimus, non est opus vt nunc aliquid addamus: sed satis erit citare Canones, quos Concilium Tridentinum sub Paulo tertio celebratum, sessione septima protulit pro assertione sacramentorum, & sunt qui sequuntur. Si quis dixerit sacramenta nouae legis non fuisse omnia à Iesu Christo Domino nostro instituta, aut esse plura vel pauciora quam septem, videlicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Poenitentiam, Extremam unctionem, Ordinem, & Matrimonium, aut etiam aliquod horum septem non esse verè & propriè sacramentum, anathema sit.

Si quis dixerit ea ipsa nouae legis sacramenta, à sacramentis antiquae legis non differre, nisi quia caeremoniae sunt aliae, & alij ritus externi, anathema sit.

Si quis dixerit haec septem sacramenta ita esse inter se paria, vt nulla ratio ne aliud sit alio dignius, anathema sit.

Si quis dixerit sacramenta nouae legis non esse ad salutem necessaria, sed superflua: & sine eis aut eorum voto, per solam fidem, homines à Deo gratiā iustificationis adipisci, licet omnia singulis necessaria non sint, anathema sit.

Si quis dixerit, haec sacramenta propter solam fidem nutriendam instituta fuisse, anathema sit.

Si quis dixerit, sacramenta nouae legis non continere gratiam, quam significant: aut gratiam ipsam, non ponentibus obiecta, non conferre, quasi signa tantum externa sint acceptae per fidem gratiae, vel iustitiae, & notae quaedam Christianae professionis, quibus apud homines discernuntur fideles ab infidelibus, anathema sit.

Si quis dixerit, non dari gratiam per huiusmodi sacramenta, semper & omnibus, quantum est ex Dei parte, etiam si ea ritè suscipiant: sed aliquando &

A aliquibus, anathema sit.

Si quis dixerit, per ipsa nouae legis sacramenta, ex opere operato non conferri gratiam, sed solam fidem diuinæ promissionis ad gratiam consequendam sufficere, anathema sit.

Post ipsos Canones, qui ad omnia simul sacramenta spectant, succedunt alij duo Canones, videlicet nonus & decimus, qui ad particularia sacramenta spectant: & ideò illos nunc omittimus, quoniam in illis locis ad quos pertinent, iam illos citauimus. Sequitur deinde canon vndecimus ad hunc locum pertinens, qui sequentibus verbis continetur.

Si quis dixerit, in ministris dum sacramenta conficiunt, & conferunt, non requiri intentionem saltem faciendi quod facit Ecclesia, anathema sit. Hactenus Concilium Tridentinum. Aduersus hanc haeresim strenuè pugnat illustrissimus rex Angliae vno integro libello, quem pro assertione sacramentorum Ecclesiae aedit.

Secundus de hac re error est, qui negat in aliquo sacramento imprimi characterem. Et huius erroris autor est etiam Lutherus. Verum de hoc errore iam satis (vt existimo) supra disputauimus in titulo de characteribus. Non est ergo iustum vt iterum hunc errorem in contentionem reuocemus.

SANCTI.

Nihil est quod intentatum reliquerit aduersarius noster diabolus, vt nos à vitæ aeternae consecutione impediret. Nā quicquid nos ad illam beatam vitam capescendā iuuare potest, à nobis auferre conatur. Qui enim à sacramentorum perceptione hominum mentes auocare nitentur, idè etiam à veneratione sanctorum homines reuocare molitur est, quoniam videlicet scit nos plurimum illorum orationibus iuuari, ideò quosdam misit qui in spiritu erroris loquentes mendacium, dicerent sanctos non esse ab hominibus honorandos, neque oportere illos orare, vt vel sic homines hic viuentes, sanctorum qui in caelis sunt defraudaret auxilijs. Huius pestiferae haeresos autor primus (quod sciam) fuit Eustachius quidam, propter hunc errorem & multos alios in Concilio Gangrensi damnatus. Post hunc in eodem errore successit Vigilantius Gallus Barchinonensis Ecclesiae presbyter, aduersus quem beatus Hieronymus bis de hac re scripsit. Eundè errorem post multos annos tutati sunt Vvaldenses, qui omnium sanctorum festiuitates ab Ecclesia auferre conati sunt. Ioannes Vvicleph cum semper pro Vvaldensium secta pugnauerit, noluit in hac parte ab illis deficere, vt semper sui similis esset. De Ioanne Hufs non est opus dicere, cum hic in verba Vvicleph magis quam in verba Christi iurasse videatur. Bohemi verò captiuantes intellectus suos in obsequium Ioannis Hufs, hunc inter alios tutantur errores. Martinus Lutherus hodie in eadem damnatione persistit. Ioannes Oecolampadius in expositione quam aedit super Esaiam prophetam, hunc errorem saepissime inculcat. Sanctos esse honorandos aperte docet propheta regius, dicens: Mihi autem honorati sunt amici tui Deus. Amicos Dei vocat Apostolos & reliquos sanctos qui Deum sincero quodam amore diligunt. Nam ipsemet Christus promisit illis, vt post hanc transactam vitam in suam reciperet amicitiam, dicens: Jam non dicam vos seruos, sed amicos. Qui ergo à Dauid honorati esse perhibentur, non est dignum vt à nobis sine villo honore relinquuntur. Praeterea ipsamet veritas apud Ioannem ait: Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum pater meus qui in caelis est. Quid ergo insipientes haeretici garrunt? Nūquid iustum est, vt quos Deus pater honorat in caelis, nos dedignemur honorare

Concilium
tridentinum.

Lutherus.

Eustachius

Vigilantius

Vvaldenses

Ioannes

Vvicleph

Ioannes

Hufs

Bohemi

Lutherus

Oecolamp

Psal. 138.

Ioan. 12.

Ibidem

Psal. 67.
Eccle. 4.4.

in terris: Præsertim cum honor exhibitus sanctis, exhibeatur Deo, qui glorificatur in honore sanctorum. Gloriosus est enim Deus in sanctis suis, ait propheta regius. Rursum, ad honorandos sanctos hortatur nos Ecclesiasticus, dicens: Laudemus viros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua. Et postquam aliquas laudes patrum veteris Testamenti protulerat, statim subdit: Omnes isti in generationibus gentis suae gloriam adepti sunt, & in diebus suis habentur in laudibus. Qui de illis nati sunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum. Si ergo licet eos laudare, licebit etiam eos honorare, quoniam laus quaedam honoris species est. Nam per verba laudatoria testamur quam habeamus de illo, quem laudamus, existimatione: quemadmodum per genuflexiones, & capitis denudationes testamur eam, quam habemus ad alium, venerationem. Accedit ad hæc ipsius vniuersalis Ecclesiae autoritas, quæ dies festos in venerationem sanctorum quotannis calebrat, & à toto populo Christiano celebrari præcipit. Et vltra hoc præceptum quod fortè recens est, quod ad plurimos dies festos, est vetusta nimis, & sine initij memoria semper obseruata consuetudo, vt in veneratione sanctorum aliqui semper fuerint dies festi celebrati. Nam hoc ipsum testantur sermones antiquorum Ecclesiae doctorum, quos in celebratibus sanctorum, & in illorum laudem coram populo factebant. Extant sermones Ambrosij, multo plures Augustini, quos in festiuitatibus sanctorum coram populo prædicarunt, vt eundem populum allicerent ad sanctorum & imitationem, & venerationem. At si sancti non essent venerandi, Ecclesia illorum festiuitates esse celebrandas nunquam præcepisset, nec Deus Ecclesiam suam, cui semper vsque ad consummationem seculi assistit, tamdiu errare permisisset. Ostenso ergo qualiter sacris literis consona sit sanctorum veneratione, superest vt ostendamus licitum esse, ne dicam meritum, sanctos orare. Nam hoc etiam hæretici negant, quasi diuinæ clementiæ derogent, quod qui Christo ministraverit, hoc honore dignus habeatur, vt pro alijs intercedat. Abraham orat pro Abimelech, qui Saram illius uxorem acceperat, & exaudita est oratio Abraham. Et in libro Iob legimus: Voca si est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere. Quæ quidem verba quamuis illa Eliphath Themanites ad Iob dixerit, non tamen ea Iob reprehendit, sed consilium eius velut sanum libenter suscipit, cum tamen aliàs illum de malè ab eo dictis reprehenderit. Ad eundem modum Heliu dixit: Si fuerit pro eo angelus loquens vnus de milibus, & annunciet hominis æquitatem, miseretur eius Deus, & dicet: Libera eum, vt non descendat in corruptionem. Inueni, in quo ei propitius. Et in eodem libro post descriptam omnem disputationem, quam Iob habuit cum amicis suis, in qua illi amici Deum offenderant, statim ponitur præceptum Dei, quo iussit illos ire ad ipsum Iob, vt rogarent illum quatenus pro eis ad Deum orare vellet. Quod cum illi (vt Dominus præceperat) fecissent, Iob pro illis orans exauditus est. Et Centurio qui puerum habebat paralyticum, seniores Iudæorum misit ad Christum, vt pro salute pueri deprecarentur, eò quod se indignum putauit qui hoc impetrare posset à Christo. Cur non etiam nos de nostris meritis diffidentes, ad sanctos recurremus, vt ipsi pro nobis Deum orent, quò facilius nostras petitiones obtineamus? Sed quoniam hæc & alia sunt plurima testimonia sacrae scripturae, quibus conuincitur iustos viros pro alijs Deum orantes ab eo exaudiri, ad hoc asyllum confugere hæretici, vt dicant licere nobis recurrere ad sanctos viros dum hic viuunt, & illos pro nobis hic orantes exaudiri, non autem cum iam ex hac vita decesserint. Sic enim docet Oecolampadius in commentarijs super Esaiam. Hoc etiam olim teste Hieronymo dixit Vigilantius. Quapropter audiamus quid de illo Hieronymus referat. Sic enim in quodam libro aduersus Vigilantium ait: Dicis in libello tuo, quod dum viuimus, mutuo orare pos-

Gen. 28.
Iob. 5.

Iob. 33.

Iob. 42.

Luce. 7.

C

D

A orare possumus: postquam autem mortui fuerimus, nullius sit pro alio exaudienda oratio, præsertim cum martyres vltionem sui sanguinis obsecrantes impetrare nequiverunt. Si Apostoli & martyres adhuc in corpore constituti possunt orare pro cæteris, quando de se adhuc debent esse solliciti, quanto magis post victorias, coronas, & triumphos? Vnus homo Moyses sexcentis milibus armatorum impetrat à Domino veniam. Et Stephanus imitator Domini sui, & primus martyr in Christo, persecutoribus veniam deprecatur. Et postquam cum Domino esse cœperint, minùs valebunt? Paulus Apostolus ducentas septuaginta sex sibi dicit in naui animas condonatas. Et postquam resolutus esse cœperit cum Christo, tunc ora clausurus est, & pro ijs qui in toto orbe ad suum Euangelium crediderunt, mutire non poterit? meliorque Vigilantius canis viuens, quam ille leo mortuus? Rectè hoc de Ecclesiaste proponere, si Paulum in spiritu mortuum, confiterer. Hucusque Hieronymus. Sed præter hæc quæ Hieronymus objicit, sunt alia scripturae sacrae testimonia multò apertiora ad conuincendum sanctos qui iam vita defuncti sunt, pro nobis orantes exaudiri. Iacob enim propinquus morti, cum benediceret filium suum Ioseph, ait: Deus, in cuius conspectu ambulauerunt patres mei Abraham & Isaac, Deus qui pacificus me ab adolescentia mea vsq; in præsentem diem, Angelus qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis, & inuocetur super eos nomen meum, nomina quoque patrum meorum, Abraham & Isaac: & crescant in multitudinè super terram. In quibus verbis illud est aduertendum, quod Iacob præcipit inuocari super filios Ioseph nomina patrum iam defunctorum: quoniam & si mortui sint corpore, & mundo, viuunt tamen coram Deo. Nam (vt veritas in Euangelio ait) non est Deus mortuorum, sed viuorum. Omnes enim viuunt ei. Præterea Moyses pro peccato populi Deum orans, sic ait: Quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitiam populi tui. Recordare Abraham, Isaac, & Israël seruatorum tuorum, &c. Sequitur infra: Placatusq; est Dominus ne faceret malum quod loquutus fuerat aduersus populum suum. Ecce vides Moysen orantem Deum per merita patrum, videlicet Abraham, Isaac, & Iacob. Si ergo Moysi licet offerre merita patrum, quare ipsimet patres non melius offerre poterunt sua? Si dicas illos iam recepisse præmium bonorum quæ hic egerunt, nec posse amplius mereri, fateor: verum nos non dicimus sanctos orantes exaudiri ad cumulum meritorum suorum, sed hoc dicimus eos meruisse in vita, vt orantes pro nobis in patria exaudirètur. Quapropter cum exaudiuntur, potiùs cedit illis in præmium meritorum præcedentium, quam in nouum meritum. Et si eos esse extra tempus merendi est sufficiens causa, vt non possint pro nobis orantes, nobis prodesse, etià erit sufficiens causa vt illorū merita prodesse non possint, cum Moyses illa pro populo orans Deo offerebat. Et si merita illorum prodesse potuerunt, cum Moyses illa offerat Deo, multò magis prodesse poterunt si illi offerant eadem Deo. Eodem modo etiam orabat Azarias positus in fornace accensa igni: Ne quæsumus (inquit) tradas nos in perpetuum propter nomen tuum, & ne dissipes testamentum tuum, neque auferas misericordiam tuam à nobis propter Abraham dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, & Israël sanctum tuum: quibus loquutus es, pollicens quod multiplicares semen eorum sicut stellas cœli, & sicut arenam quæ est in litore maris. Sic autem orans exauditus est, quoniam liberatus est cum socijs suis de fornace ardenti. Si merita sanctorum iam defunctorum nihil prodesse possunt post eorum mortem, frustra Azarias Deum orans merita illorum patrum obtulisset Deo. At cum non frustra orauerit, sed exauditus fuerit, conuincitur merita sanctorum defunctorum nobis post eorum mortem posse prodesse: quoniam hoc viuentes meruerunt, vt post mortem suam nobis prodesse possent. Rursum, apud Zachariam prophetam angelus Dei orat Deum pro po-

Apoc. 6.

Exod. 32.
Ailo. 7.

Eccle. 12.

Gen. 48.

Mat. 22.

Exod. 32.

Dan. 3.

Zach. 3.

pro populo Iudaico in captiuitate posito, dicens: Domine exercituum vsquequo tu nō misereberis Hierusalem, & urbem Iuda, quibus iratus es? Iste iam septuagesimus annus est. Quibus verbis angelus orat Deū pro redemptione populi Iudaici, ducens in recordationem Hieremiæ prophetae oraculum, quo ex præcepto Dei prædixerat post septuaginta annos in suam patriam & libertatem populum Iudaicum fore reducendum.

Ex hoc loco Zachariæ prophetae conuincitur istorum hæreticorum impudentia, qui dicunt sanctos, qui sunt in cælo, non esse à nobis inuocandos, quia ipsi iam non possunt Deum pro nobis orare. Ideoque dicunt inanem esse talē inuocationem sanctorum, quæ ad nihilum valitura est. Istorum tamen sententiam damnat Zacharias propheta, cum ait angelum Domini iam beatum, orasse Deum pro populo Iudaico in captiuitate detento, ut illum Deus à captiuitate illa eriperet.

Deinde, Onias summus sacerdos Iudæorum, post mortem suam apparuit Iudæ Machabæo manus suas extendens, & orans pro omni populo Iudæorū. In qua visione alius similiter apparuit eidem Oniæ socius, de quo ad Iudam Machabæum Onias ait: Hic est fratrum amator, & populi Israël. Hic est qui multum orat pro populo, & vniuersa sancta ciuitate, Hieremias propheta Domini. Si ergo sancti in limbo extra statū meriti, & non adhuc Deo fruētes, pro suis orabant, quanto libentiùs id facient cū iam Deo fruuntur, præsertim quòd pro alio Deum orare est opus charitatis? Cū ergo charitas, iuxta beati Pauli sententiam, non excidat, imò perficiatur in patria, conuincitur ut ibidem pro nobis multò feruentiùs orent quàm fecerunt dum hinc viuerent, aut cū in limbo fuerunt.

Sed hoc testimonium ex libro Machabæorum Lutherani cōtemnunt, propterea quòd librum illum dicunt non pertinere ad cānonem librorum sacre scripturæ, sed esse mera somnia hominis nullam habentis auctoritatem. Hoc tamen falsissimum esse, supra libro primo ostendimus, vbi probauimus libros Machabæorum esse verè canonicos & sacros.

Deinde beatus Ioānes in Apocalypsi vidit quatuor animalia, & viginti quatuor seniores qui ceciderunt coram agno, habentes singuli citharas & psalteria aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum. Et in eadem Apocalypsi iterum vidit angelum stantem ante altare, habentem thuribulum aureum, & data sunt illi incensæ multa, ut daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum Dei. Et ascendit fumus intercessorum de orationibus sanctorum, de manu angeli coram Deo. Cū autē ex doctrina Saluatoris homines sancti in gloria sint æquales angelis Dei: conuincitur, ut si angeli pro nobis orant in patria, etiam homines sancti pro nobis orare possint, & exaudiri.

Denique diues epulo in tormentis positus, orauit pro fratribus suis in hac vita existentibus, multò ergo magis credendum est, sanctorum animas in cælo positas, quæ ardentiori erga proximos flagrant charitate, orare Deum pro salute fratrum in hoc seculo manentium. Nam si diues ille, qui dum viueret, nullam salutis fratrum curam habuit, pro salute illorum mortuus intercedit, multò iustiùs est credere sanctos qui dum viuerent pro hominibus orabant, hoc ipsum post mortem, quando iam Dei visione fruuntur, feruentiùs facturos.

Verèantur ergo hæretici contra tot sacre scripturæ testimonia, sanctorum gloriæ & honori detrudere, & illorum suffragijs viuos homines defraudare. Possent etiam ad huius rei confirmationem plura sacrorum doctorum testimonia citare, quæ prudens omitto, ne metas breuitatis promissæ excedam. Quòd si curiosus lector ea videre desiderat, assignabo ei loca vnde illa petere possit.

re possit. Bernardus sermone sexagesimo sexto super Cant. reprehendit quosdam sui temporis hæreticos, qui negabant sanctos esse orandos. Beda in Homilia super Euangelium Matthæi de muliere Chanaanæ. Damascenus libro quarto de fide orthodoxa, cap. 16. Augustinus super Ioannem tractatu. 84. & super Psalmum. 120. Cyrillus libro. 6. aduersus Iulianum apostatam. Hieronymus in libro contra Vigilantium. Cyprianus ad Cornelium papam scribens petit, ut si quis eorum prior decesserit, pro fratribus & sororibus nostris Deū oret: & est hæc epistola omnium prima. Dionysius Areopagita, capite septimo Ecclesiasticæ hierarchiæ. Post tot apertissima & efficacissima testimonia extant plurima conciliorum decreta, quæ de hac re definiunt. Concilium Gangrense, capite. 20. suorum decretorum in hunc modum, ait: Si quis per superbiam, tanquàm perfectum se existimans, conuentus qui per loca & basilicas sanctorum martyrum fiunt, vel accusauerit, vel etiam oblationes, quæ ibidem celebrantur, spernandas esse crediderit, memoriasque sanctorum contemnendas, anathema sit. Hæc ibi. Sunt etiam alia plurima concilia, quæ præcipiunt Litanias, hoc est, Rogationes sanctorum quotannis solenniter in Ecclesia fieri, in quibus ad omnes sanctos orationes & preces emittuntur ut Deum pro populo orent. Nam Concilium Aurelianense, capite. 23. suorum Decretorum, sic ait: Rogationes, id est, litanias, ante ascensionem Domini placuit celebrari, ita ut præmissum triduanum ieiunium in Dominicæ passionis solennitate soluatur: per quod triduum serui & ancillæ ab opere relaxentur, quò magis plæbs vniuersa conueniat: quo triduo omnes abstineant, & quadagesimalibus cibis vtantur. Hæc Concilium. Litanias etiam fieri præcipit Concilium Gerundense, capite tertio. Concilium Toleranum quintum, capite primo, & Concilium Toleranum sextum, capite secundo. Concilium Braccarense secundum, cap. 9. Verùm hæc rogationes, quæ ab his tribus vltimis Concilijs celebrari mandantur, aliæ sunt ab illis quas celebrari præcepit Concilium Aurelianense: quoniam illæ in vere ante ascensionem Domini fieri mandantur, hæc autem in mense Decembri celebrari præcipiuntur. De hoc tamen inter omnia illa Concilia conuenit, quoniam omnia illa Concilia decernunt & mandant ut aliquo tempore rogationes solennes celebrentur, At si sancti non essent orandi, nunquàm Concilia præcepissent tales litanias celebrari. Si enim ipsi nō audiunt orationes nostras, aut orantes pro nobis nunquàm exaudiuntur, frustra illos orare præcipiuntur. Veneremur ergo sanctos quos pater cœlestis sic honorificauit, ut amicitia sua dignos iudicauerit. In nostris necessitatibus ad eos confugiamus, eos orantes, ut pro nobis ad Deū intercessores esse velint. Nec tamen hac fiducia illos orare debemus, ut in illis omnem nostram spem colloceamus, tanquàm illi potentes sint ad præstandum ea quæ cupimus, quoniam hoc modo solum Deum orare debemus, & in illo solo puppim (ut dicitur) & proram constituere. Sed hoc solum à sanctis petere & sperare debemus, ut ipsi velint à Deo petere id quod nos assequi optamus. Hoc enim apertè innuit diuinus Psalter, dicens: Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Et ne quis deciperetur, credens quòd ipsi montes, hoc est, sancti, essent auxilium dari, statim subiunxit: Auxilium meum à Domino, qui fecit cœlum & terram. Quæ verba exponens beatus Augustinus super Psalmos, ait: Noli putare quia ipsi montes tibi dabunt auxilium. Accipiunt enim quod dent: non de suo dant. Hæc ille. Propter hoc Ecclesia à Spiritu sancto edocta, in litanijs siue rogationibus quas celebrat, alio modo orat Deū, & alio modo orat sanctos. Nam Deum orans, sic ait: Pater de cœlis Deus, miserere nobis. Fili Redemptor mundi Deus, miserere nobis. Cū autem aliquem sanctorum orat, non dicit illi, miserere nobis: sed ait: Ora pro nobis. Itaque Ecclesia orans, à Deo petit misericordiam, à sanctis autem intercessio-

Concilium
Gangrense.Concilium
Aurelianense.Concilium
Gerundense,
Concilium
Toleranum,
Concilium
Braccarense.

Psal. 119.

nem. Argumenta quibus se heretici tuentur, quoniam ridicula sunt, & nullius roboris, breuitati studens omisi, praesertim quod ex ijs quae diximus, facillime reijci possunt. Aduersus hanc haeresim disputat Iodocus Clichthoueus vno integro libro, quem inscripsit de veneratione sanctorum. Thomas de Vio Caietanus Cardinalis paruun quoddam opusculum de hac re ædidi. Albertus Pighius Campensis hanc rem perdocte tractat, in libro controuersiarum Ratificationis habitatum, controuersia tertiadecima.

SATISFACTIO.

Lutherus. **V**Nus ex pestilentissimis Lutheri erroribus est, quo docet non esse opus peccatori vlla satisfactione pro peccatis perpetratis: quonia (vt ille ait) dimissa culpa, omnis etiam poena quae culpae debebatur, dimissa manet. Sed contra hunc errorem iam satis supra disputauimus in titulo de poenitentia. Illo enim loco ostendimus ex sacris literis, post dimissam a Deo culpam oportere peccatorem pro illa aliquam, aut in hoc mundo, aut in purgatorio pati poenam. Et ita non est opus vt iterum de hac re disputemus.

SCRIPTURA

SACRA.

Can. 4. **O**Mnibus ferè hereticis hoc vnum fuit commune, sacris videlicet scripturis detrahere. Nam eas saepissimè aliter quam decet pro libito interpretantur. Et si fortè contra aliquam eorum assertionem locus aliquis adferatur tam patens, vt interpretationibus eorum quantumlibet tenebrosis minimè valeat eius claritas offuscari, statim librum illum ex canone scripturae sacrae reijcere conantur, dicentes librum illum indignum esse qui in catalogo sacrorum librorum connumeretur. Nam cum scriptura sacra sit mystica quaedam turris Dauid, ex qua omnis armatura fortium & Catholicorum virorum pendet, ideò heretici conantur scripturas sacras minuere, ne arma habeamus quibus eorum insanas doctrinas prosternere valeamus. Ideò ab aliquibus vnus liber, ab alijs alius reijcitur, prout cuique expediens videtur, & suae assertioni talis libri doctrina repugnat. Hoc tamè loco non est opus aduersus singulas eorum haereses disputare. Nam cum supra libro primo, cap. 2. iam ostenderimus sacrorum librorum catalogum, satis nunc erit solum narrare eas haereses, quae ex canone librorum ab Ecclesia recepto aliquos reijciunt libros velut apocryphos, & nullius autoritatis.

Carpocrat. **P**rima ergo haeresis est, quae totum vetus Testamentum reijcit. Huius haeresis primus autor extitit Carpocrates, à quo Carpocratiani siue Carpocratitae heretici dicti sunt. Post hunc Carpocratem successit in eodem errore Cerdon, tempore Iginij papae & martyris, qui nonus à beato Petro totius Ecclesiae summus pontifex fuit. Hoc enim tribuit Cerdoni Augustinus in libro de haeresibus, capite. 21. Post Cerdonem hanc eandem tutatus est haeresim Seuerus, à quo Seueriani dicti sunt. Hoc enim de Severo refert Augustinus in eodem libro de haeresibus, capite. 24. Eandem haeresim post aliquot annorum curricula suscitauit Manichaeus, sub quo magis innotuit: qua de causa factum est vt à multis credatur Manichaeum fuisse primum huius haeresis autorem. *Manich.* Constat tamen Manichaeum fuisse ferè ducentis annis posteriorem Cerdone. *Albanijer.* Post Manichaeum eandem amplexati sunt haeresim Albanenses. Nam Guido Carmelita in sua summa de haeresibus, Albanensium errores enumerans, hunc inter

A inter alios sexto loco collocat. Hi omnes heretici conuenerunt in vno aduersus Testamentum vetus, illi exprobrantes, quod à malo principio factum fuerit: quapropter malum esse etiam illud dicebāt. Aduersus hanc haeresim iam supra disputauimus in titulo de lege, haeresi secunda. Illo enim loco per testimonia sumpta ex nouo Testamento probauimus legem esse bonam, & à bono principio procedentem. Et in titulo de Deo, haeresi prima, probauimus ex sacris literis vnum tantum esse Deum, qui sit omnium rerum principium. Non est ergo opus vt amplius aduersus hanc haeresim disputemus.

Lutherus. **S**ecunda haeresis non recipit libros Machabæorum. Huius erroris author est Lutherus, dicens libros illos non esse canonicos, nec dignos qui sacris libris annumerentur. Hoc autem ideò facit Lutherus, quia doctrina in illis contenta apertissimè contra suam doctrinam pugnat. Lutherus enim ait orationes aut alia suffragia quae à viuentibus pro mortuis fiunt, nihil mortuis prodesse. In secundo autem Machabæorum libro laudantur talia suffragia quae pro mortuis fiunt. Ideò Lutherus suum pertinaciter defendens errorem, hos Machabæorum libros, quia suae doctrinae repugnantes, reijcit. Quod autem hi libri inter sacros sint connumerandi, restantur beatus Augustinus, Damascenus, Innocentius papa huius nominis primus: demum Concilium Carthaginense tertium inter canonicas scripturas hos Machabæorum libros censuit collocandos. Quae omnia supra lib. 1. capite. 2. protulimus. Verum Lutherus & illius imitatores obijciunt nobis Hieronymum dicentem tales libros non esse canonicos. Sed re vera aliter Hieronymus sentit quam ipsi putant. Nam in praefatione in libros Machabæorum Hieronymi verba sunt haec: Machabæorum libri licet non habeantur in canone Hebræorum, tamè ab Ecclesia inter diuinorum voluminum annotantur historias. Hæc Hieronymus. Ex cuius verbis constat hos libros esse ab Ecclesia in sacrorum numerum coaptatos. Quod si Ecclesia censuit hos libros esse pro diuinis recipiendos, quamuis in canone Hebræorum non habeantur, nullus citra haeresis notam illis repugnare valebit.

Tertia haeresis est, quae Euangelia sacra reijcit. Nam Cerdon, de quo supra diximus, solum recipiebat Euangelium Lucae, alia tria reijciens. Hoc enim de illo refert Tertullianus in libro de haeresibus. Cerdonis errorem postea suscepit Marcion eiusdem Cerdonis discipulus, prout Irenæus testatur libro primo aduersus haereses. *Cerdon.* *Marcion.*

Quarta haeresis est, quae ex omnibus quatuor Euangelij solum recipit Euangelium Matthaei, reliqua tria contemnens. Hanc haeresim tribuit Philaster Cerintho, in suo libro de haeresibus. Verum Augustinus in cap. 8. sui opusculi de haeresibus, de hoc Cerintho differens, nunquam huius haeresis meminit. Irenæus lib. 1. aduersus haereses, cap. 26. tribuit hunc errorem Ebioni, à quo dicti sunt Ebionitae heretici. *Cerinthus.* *Ebion.*

Quinta haeresis est, quae Actus Apostolorum non recipit, sed illum librum conatur auferre ex catalogo sacrorum librorum. Hanc haeresim tribuit etiam Philaster Cerintho simul cum praecedente, cuius nec meminit Augustinus, sicut nec praecedentis. Eusebius Caesariensis lib. 4. historiae Ecclesiasticae, refert Seuerum, à quo Seueriani heretici dicuntur, non recepisse librum Actuum Apostolorum. *Cerinthus.* *Seuerus.*

Sexta haeresis est, quae omnes Pauli Apostoli epistolas docet nullius esse momenti. Huius pestiferæ haeresis primus autor fuit Ebion. Hoc enim illi tribuit Irenæus lib. 1. aduersus haereses, cap. 26. Et hoc ideò Ebionem fecisse constat, quia Ebion docebat legem veterem simul cum noua esse obseruandam. Cui doctrinae cum tam aperte repugnet Paulus in pluribus suis epistolis, ideò Ebion vt suum tutaretur errorem, ad hoc confugit asyllum, vt omnes

Seuerus. Pauli epistolas rejiceret. Post Ebionē successit in eodem errore Seuerus: quam August. in lib. de hēresibus, de Seuerō faciēns sermonem, nunquā huius erroris meminit. Verū Eusebius Casariensis lib. 4. historia Ecclesiasticē, cap. 26. refert Seuerū obrectasse Paulo, & omnes illius epistolas refutasse. Et hoc idem fecisse Tatianum Encratarum principem apertē innuit, quāquam de Tatiano Augustinus differens, nunquā hoc illi impingit. Hanc eandē hēresim suscepisse Elcesaitas testatur etiam Eusebius libro sexto Ecclesiasticē historiae, capite. 27.

Tatianus. **S**eptima hēresis non recipit epistolam Iacōbi. Huius hēresis author est Martinus Lutherus. Nam licet olim ab aliquibus de illa dubitatum fuerit an esset Iacōbi, tunc tamen non erat adhuc aliquid de illa definitum ab Ecclesia. At cum modō iam sit ab Ecclesia in multis concilijs recepta, non licet iam de illa dubitare. Quapropter Lutherus qui illam contra Ecclesiā definitionem rejicit, meritō hēreticus hac ratione censetur. Quare autem Lutherus hanc Iacōbi Apostoli epistolam rejiciat, apertum est. Lutherus enim, ut in titulo de fide relatum est, sentit solam fidem iustificare. eamque solam esse satis ad vitam æternam assequendam, etiam si opera desint: Iacōbus autem in suā Canonica epistola docet fidem sine operibus esse mortuam. Quia ergo Lutherus vidit Iacōbi epistolam suā repugnare sententiā, ideō hanc epistolam negat, dicens non esse Iacōbi Apostoli, nec dignam Apostolico spiritu. Et certē miror quōd Lutherus tam effrons sit, ut negare audeat epistolam illam esse Iacōbi, cum tot illustres viri ijq̄ue vetustissimi testentur esse Iacōbi. Augustinus in libro de merit, & peccatorum remissionibus, citat testimonium ex hac epistola sub nomine Iacōbi. Hieronymus in epistola ad Cresiphontem disputans contra Pelagianos, utitur testimonio huius epistolæ. Virbanus Papa huius nominis primus, vir martyrio clarus, in epistola de cōmuni vita & oblatione fidelium, citat testimonium ex hac epistola sub nomine Iacōbi Apostoli. Et Anacletus Papa & martyr, qui (ut ipse in quadā epistola testatur) fuit à beato Petro Apostolo presbyter ordinatus, in epistola de oppressione episcoporum, circa medium citat etiam testimoniū ex hac epistola sub nomine Iacōbi. Iustum est ergo ut his sanctissimis & vetustissimis testibus credamus, quān vni Luthero fatuo atq; amenti, præsertim cū de hac re extet totius Ecclesiæ definitio, quē illam epistolam sub nomine Iacōbi inter canonicas scripturas collocavit.

Alogiani. **O**ctava hēresis non recipit Ioannis Euangeliū, nec illius Apocalypsim. Huius hēresis autores dicti sunt Alogiani, eō quod filiū Dei negabant esse verbum. Nam logos Græcè idem est quod Latinè sermo, siue verbum: hinc Alogiani dicti sunt, tanquā sine verbo. Cū ergo Euangelium Ioannis apertissimè testetur filiū Dei esse verbū, ideō illi negant Ioannem scripsisse Euangelium, negant etiam eum scripsisse Apocalypsim. Eusebius Casariensis libro. 7. historiae Ecclesiasticæ refert fuisse aliquos qui Apocalypsim Ioānis rejecerint, dicentes nihil in illa esse Apostolica gravitate dignum, sed librū esse à Cerintho hēretico fictum dicebant. Sed hoc nū ita esse, præter Ecclesiæ definitionem, quæ maximum est testimonium, plures sacri vetustissimiq; scriptores testantur, qui Apocalypsim tanquā scripturam sacram, & à beato Ioanne compositam, interpretati sunt. Omitto recentiores, quibus non tanta fides in hac parte deberur. Augustinus interpretatus est Apocalypsim, quam dicit esse Ioannis Apostoli. Dionysius Alexandrinus episcopus, ut testatur Eusebius libro. 7. historiē Ecclesiasticę, eandem Apocalypsim interpretatus est sub nomine beati Ioannis, quanquā dicit illum dubitasse an fuerit Ioannis Apostoli, an alterius Ioannis, sancti quidem viri, non tamen Apostoli. Cuiuscunque tamen fuerit, dicit illum fateri scripturam illam esse sacram, & velut talem ab illo fuisse

Alo fuisse receptam. Melito Asianus Sarderis episcopus, & Hippolytus, & Irenæus, hi omnes, teste Hieronymo in lib. de viris illustribus, Apocalypsim Ioannis sunt interpretati. Sed licet horum virorū testimonia magnam habeant vim ad hanc rem stabiliendam, multō tamen maioris autoritatis est ipsius Ecclesiæ testimonium. Cōcilium nanq; Toletanum quartum; cap. 16. suorum decretorum de hac re ita definit: Apocalypsim librum multorum Conciliorum autoritas, & synodica sanctorum præsulum Romanorum decreta, Ioannis Euangelistæ esse præscribunt, & inter diuinos libros recipiendam constituerunt. Et quia plurimi sunt qui eius autoritatē nō recipiunt, eamq; in Ecclesia Dei prædicare contemunt: si quis eum deinceps aut non receperit, aut à pascha vsq; ad pentecosten in Ecclesia non prædicauerit, excommunicationis sententiam habebit. Hæc Concilium Toletanum. Franciscus Titelmannus ordinis Minorum scripsit libellum pro assertionem huius libri contra Erasmū Roterodamū, qui in annotationibus super nouum Testamentū authoritati Apocalypsis detrahere conatus est. Titelmannus autem in illo libello multis euidētibus rationibus conuincit illum librum esse inter canonicos sacre scripturæ libros connumerandum, & à Ioanne Euangelista fuisse editum. Deinde respōdet objectionibus, quas Erasmus contra illum librum protulerat, & illas nullius esse momenti apertē demonstrat.

Adversus omnes has hēreses, quæ ex catalogo sacrorum librorum aliquem librum auferre conantur, nō est opus nunc disputare: quoniam illa quæ supra in libro primo, cap. 2. diximus, sufficiūt ad omnes has hēreses refellendas. Ibi enim adduximus aliqua concilia, videlicet Laodicenum, & Carthaginensē tertium, Florentinum, & Tridentinū, ex quibus constat omnes hos libros quos modo narrauimus, fuisse à varijs hēreticis reiectos, esse ex canone sacre scripturæ. Quanta autē sit in hac parte Ecclesiæ autoritas, non est nunc opus ostendere, cum non sit alia res in qua magis Ecclesiæ autoritas pateat. Vulgatissimum est illud Augustini: Euangelio non crederem, nisi Ecclesiæ crederem. Non enim aliundē quis scire valet (seclusa Dei reuelatione) talem aut talem scripturam esse Euāgelium, nisi ab Ecclesia dicente nobis illam scripturam esse Euāgelium. Cū ergo Ecclesia iam nos docuerit, omnes hos quos inodō narrauimus libros esse Canonicos, & sacros, non est quōd aliquis citra hēresim illis repugnare quomolibet valeat.

SCIENTIA.

Nihil est quod non temerarit Lutherus, qui nō est contentus omnia hominum opera damnare, & de peccato notare, nisi etiam sciētias omnes infamasset. Nam dicit sciētias omnes speculatiuas, errores esse dicendas. Quis iam ferre poterit hominem tam temerariū & effrontem, qui non solum ea quæ fides docet, negat, sed illa quæ sunt euidenti veritate manifesta, cōdemnat? Credo firmiter illum nescire quid sit error: quoniā si sciuisset, nequaquam dixisset omnes speculatiuas, sciētias esse errores. Pugnāt enim inter scientia & error: quōd sit ut nunquā in vno coire possint. Si scientia est, error esse non potest: si error est scientia immeritō dicitur. Et ut hæc apertiora sint, audiamus Augustinum dicentem quid sit error. Errare (inquit ille in Enchiridio, cap. 17.) est approbare falsa pro veris, aut improbare vera pro falsis, aut habere incerta pro certis, aut certa pro incertis. Hæc Augustinus. Cū ergo sciētie plures speculatiuæ doceant multas veritates euidētissimas, quomodo dicentur errores? Vera sunt quæ docent & certa, & euidētissimè manifesta, sicut sunt illa quæ docentur in Arithmetica & Geometria: non sunt ergo illæ de

illæ de errore notanda. Sed vt mendacium suum aliquo colore depingat, dicit propterea scientias omnes cenferi ab eo errores, quia procedunt necessarid ex corde malo & nondum sanato per gratiam. Nam iuxta illum (vt supra in titulo de operibus, & titulo de peccato docuimus) omnia opera quamlibet bona, sunt peccata: & iustus in omni bono opere peccat. Et propter hanc eandem causam docet omnes scientias speculatiuas esse cenfendas errores, quia ex corde malo per gratiam nondum plenè in hac vita sanato procedunt. Quæ argumētatio si bene colligeret, probaret omnes mechanicas artes, imò & omnes artes liberales, Grammaticam scilicet, Logicam, Rhetoricam, esse errores, & mathematicas disciplinas, quæ sunt omnium certissimæ, sed hoc arguit Paulus, qui in ea quæ est ad Rom. epist. ait: Lex peccatum est: Absit: sed peccatum non cognoui nisi per legem: legem (inquam) vocalem, aut scriptam, aut mentalem. At cum lex doceat nos cognoscere peccatum, scientia meritò dicetur. Et hanc Paulus negat esse peccatum. Non ergo omnis scientia dicenda est error, etiam si à peccatore procedat. Præterea etsi daremus Luthero omnem hominem esse peccato deprauatum, non propterea cogemur cōcedere, omnia quæ ab homine peccatore procedunt, esse peccata & errores: quia nō necessarid procedunt ab homine secundum id quo malus est: sed possunt ab illo oriri secundum id quo bonus est, puta secundum dona naturæ, secundum quod illa rationalis est, & capax disciplinæ, per quam virtutem naturalem nil obstat quin homo malus bonam artem inuenire possit, & veram & certam scientiam intel ligere & docere. Nam (iuxta diuinū Dionysium) naturalia in dæmonibus manserunt integra, etiam postquam obdurati sunt in peccato. Non igitur mirum, si in hominibus adhuc viatoribus, quamlibet peccato deprauatis, natura sit cæ pax veritatis, præfertim cū tot sint artes & scientiæ generi humano utilissimæ à malis hominibus repertæ: quod non nisi impudentissimè negari potest, cū tot sint graues autores qui de hac re testentur. Demum hanc peruersam Lutheri doctrinam cum alijs multis illius eiusdem classis, dānauit facultas Theologiæ Parisiensis: hoc idem fecit academia Louaniensis. Nec dignum putauimus amplius pro hac re digladiari.

S E P V L T V R A.

A Eneas Syluius in libro de origine Bohemorum, cap. 35. errores Vvaldensium recensens, hunc inter alios miscet, quo illos asserere ait nihil distare quacunq; tellure corpora humana sepeliantur, siue locus sit sacer, siue non. Et certè nescio an hæc assertio hæresis dici mereatur: quoniã si hoc solū docet, quod locus nihil faciat ad augendā vel minuendam animæ miseriam, verū est quod ait. Nam hoc ipsum docet August. libr. de cura pro mortuis agenda. Et lib. 1. de Ciuitate Dei, cap. 12. eandem astruit sententiam, sic inquit: Nullo modo enim diceret veritas: Nolite timere eos qui occidit corpus, animā autem non possunt occidere: si quicquam obesset vitæ futuræ, quicquid inimici de corporibus occisorum facere potuissent, nisi fortè quispiā sic absurdus est, vt contendat eos qui corpus occidunt, non debere timeri ante mortē, ne corpus occidant: & timeri debere post mortem, ne corpus occisum sepeliri non sinant. Falsum est ergo quod ait Christus: Qui corpus occidit, & postea non habent quid faciant, si habent tanta quæ de cadaveribus faciāt. Absit vt falsum sit quod veritas dixit: Et quibusdam interpositis subdit. Proinde ista omnia, id est, curatio funeris, conditio sepulturæ, pompa exequiarum, magis viuorum solatia sunt, q̄ subsidia mortuorum. Si aliquid prodest impio sepultura preciosa, oberit pio vilis aut nulla. Hæc Augustinus. Et hoc ipsum quod

A quod modò dixit, funera magis esse viuorum solatia, quam mortuorum subsidia, in libro de cura pro mortuis agenda, cap. 7. iterum cōfirmat, sic inquit: Et tamen ex illo humani cordis affectu, quo nemo vnquam carnem suam odio habuit, si cognoscant homines aliquid post mortē suam suis corporibus suorumque defunctorum deesse quod in sua cuiusque gente vel patria poscit solennitas sepulturæ, contristantur homines, & quod ad eos post mortem non pertinet, ante mortem suis corporibus timent, ita vt inueniatur in libris Regum Deum per prophetam minari alteri propheta, qui eius transgressus est verbum, quod non inferretur cadauer eius in sepulchrum patrum eius. Et post pauca subdit Augustinus, quanti hæc pœna pendenda sit, si secundum Euangelium cogitemus, vbi post corpus occisum nihil metuendum esse didicimus, ne membra exanima patiantur, nec pœna dicenda est: si autem humanum erga suam carnem consideremus affectum, potuit inde terreri vel contristari viuus, quod sensurus non erat mortuus: & hæc pœna erat, quoniam dolebat animus id de suo corpore futurum, quamuis cum fieret non doleret. Hactenus Augustinus. Ex cuius verbis aperte satis patet, locum sepulturæ nihil prodesse animæ ad gloriam vel miseriam eius augendam vel minuendam. Et hoc idem docet Innocentius papa huius nominis tertius, sic inquit: Licet non obstitit iustis sepultura vlla vel vilis, impijs tamen celebris vel speciosa non prodest. Hæc ille. Itaque si hoc solū Vvaldenses dixerunt, nihil videlicet prodesse corporum sepulturam ad gloriam animæ augendam, vel miseriam inferni minuendam, bene quidem senserunt, neque illorum sententia esset de hæresi notanda. Verum quoniam absolutè dixerunt nihil profus prodesse animæ quod corpus in loco sacro sepeliatur, idem meritò illorum sententia damnatur: quoniam etsi non profit ad gloriam animæ augendam, aliam tamen habet non contemnendam vtilitatem. Nam viuus, qui locum sacrum ingrediuntur, in quo corpus sepultum est, quoties recolunt vbi sepultum sit amici vel consanguinei corpus, & venit in mentem sanctus aut sancta, in cuius honorem ille locus sacratus est, illi sancto aut sanctæ animam dilectam commendant, vt Deum pro illa intercedere dignetur. Nec dubium est tales orationes illis prodesse qui in statu salutis decesserunt, quoniam cum hic viuerent, hoc meruerunt, vt talia sibi post hanc vitam prodesse possent: quamuis & hoc viuus facere possint pro illis qui in locis sacris non sunt sepulti: sed non ita recordarentur, nisi illos, vt ita faciant, admoneat sepultura. Nam cum sepulchra in locis sacris visuntur, defuncti qui illic sepulti sunt, ad memoriam reuocantur: & si ibi sepulti non essent, fortè nulla esset in loco sacro defunctorum memoria. Si autem extra locum sacrum illorum meminisse cōtingat, animus tamen non solet ibi tam paratus esse vt Deum pro illis precetur. Propter hoc enim sepulchra monumenta Latine dicuntur, quod moneant mentem, & viuos admoneant vt illic sepulcorum recordentur. Quod si tanta propinquorum & amicorum habeatur obliuio, vt etiam defunctorum sepulchris inspectis non meminerint Deum pro illis orare, est adhuc aliud quod manifestè cadaveribus in locis sacris sepultis prodesse possit: suffragia scilicet quæ in vnoquoque sacro loco ab illius loci ministris fieri solent pro illis qui intra septa suorum cœmeteriorum sunt sepulti. Propter hanc causam, sicut semper religio fuit corpora sepelire, ita etiam religio fuit quo loco sepelienda forent, cōsiderare, vt ab impijs fideles mortui perinde ac viuus discernantur. Et hoc non solū à Christianis, verum etiam à Iudæis fuit obseruatum. Nam patriarchæ de suorum corporum sepultura anxie, dum viuerent, curauerunt. Abraham siquidem agrum emit ab Ephron Etheo quadringentis siclis argenti in sepulturam Saræ vxoris suæ: in quo Iacob illius nepos sepeliri se iussit: & Thobias mortuos sepeliendo Deum promeruit. Hanc suorum corporum sepulturam patriar-

F. ALFONSI DE CASTRO MINORITAE

3. Reg. 13. patriarchae reliqui & prophetae curauerunt. Sed & apud sanctorum cadauera C
 4. Reg. 27. sepeliri optimū censebant: sicut de propheta illo Samarie, quem filijs suis pre-
 cepisse regum narrat historia: Sepelite (inquit) me quum mortuus fuero, in se-
 pulchro in quo vir Dei sepultus est: iuxta ossa eius ponite ossa mea. Quae res
 4. Reg. 27. profuit illi: quoniam Iosias rex cum templa idolorum euertere post multos
 annos, & honorem prophetae sancto deferret, iussit ut alterius prophetae, qui
 4. Reg. 27. iuxta illum sepultus erat, ossa intacta manerent. Et ex triginta argenteis à Iu-
 da proditore relatis principes sacerdotum emerunt agrum figuli in sepulturā
 peregrinorum, ne aut insepulti manerent, aut in prophano loco sepelirentur.
 Et de hoc satis.

SILENTIUM.

Psal. 144. Faltalo- rinchita. F Verunt quidam haeretici in tantū silentio studentes, ut digitum naribus
 & labijs suis opposentes, silentium quasi semper exercuerint, nō aliā rei
 quā taciturnitati studium accommodantes. Qua in re prophetae se imi-
 tari dicebant, quoniam Dauid propheta, ait: Pone Domine custodiā ori meo,
 & ostium circumstantiā labijs meis. Hi haeretici Graeca voce vocati sunt Patta-
 lorichitae. πᾶλλορῖχος Graecè, Latine dicitur palus, ῖχος est nasus. Cōstat ergo ideo
 dictos esse Patalorinchitas, quasi palum vel digitum in modum pali super na-
 rem ponentes. Ex quo patet hāc vocem in Philastro esse deprauatam propter
 librorum ignorantiam: quoniā apud Philastrum vocantur Passalorinchitae,
 cum tamen Augustinus vocet eos Patalorichitas: reddens hanc vocis etymo-
 logiam, quam nos proximè descripsimus.

Quo autem tempore hāc haeresis coeperit, aut quis illius fuerit inuētor, nec D
 Philaster neque Augustinus expressit.

Vt autem de eorum assertionem dicam, magis mihi videtur hi Patalorinchi-
 tae sequi Pythagoricam vanitatem, quā prophetarum sapientiam & pietatem.
 Nam illud prophetae, quod ex Psalmis citauimus, minimè illis suffragatur. Nō
 enim petit propheta in custodiam labiorum suorum murum, sed ostium. Pone
 (inquit Psalmista) custodiā ori meo, & ostium circumstantiā labijs meis. Nō
 dixit murum, quoniam si petisset murum, omnem videretur loquendi faculta-
 tem à se abieciſſe. Sed dixit ostium, & non qualecunq; sed circumstantis, quod
 videlicet loco & tempore aperiri valeat. Quibus verbis solam moderatam &
 temperatam petiuit loquutionem, & non perperuum silentium: ut videlicet
 cum tacendum esset, taceret: cum oporteret loqui, loqueretur. Nam (ut eius-
 dem prophetae filius post eum docuit) tempus est loquendi, quemadmodum &
 tacendi. Et si taciturnitas esset semper cōmendatione digna, nunquā Esaias
 deplorasset obseruatum à se silentium, dicens: Vae mihi, quia tacui. Certè ad-
 uersus tam vanam superstitionem piget amplius disputare. Huius haeresis nun-
 quā meminuit Guido Carmelita in sua summa de haeresibus, cum tamen Au-
 gustinus; quem ille in recensendis haeresibus imitatur, illam sexagesimotertio
 loco inter alias haereses collocauerit.

SIMONIA.

Simon Magus. F Vit quaedam execranda haeresis, qua creditū est spiritualia Dei dona pos-
 se pecunia comparari. Huius haeresis autor fuit Simon ille Magus, de quo
 in Actibus Apostolorum dicitur, quod postquā baptizatus fuerat in Sa-
 maria à Philippo diacono, videns quia per impositionem manus Apostolorū
 daretur

ADVERSUS HAERESSES, LIB. XIII. Fol. 412

A daretur Spiritus sanctus, obtulit Apostolis pecuniā, dicens: Date & mihi hanc
 potestatem, ut cuiusq; imposuero manus, accipiat spiritū sanctum. Quia er-
 go hic primus post susceptum baptismū credidit spiritualia esse venalia, ideo
 peccatum illud & haeresis ab illo nomen accepit, ut à Simone simonia dicatur.
 In eundem errorē labuntur Graeci, qui (teste Guidone Carmelita) dicunt lice
 re praelationes Ecclesiasticas vendere, & sic ab eorum patriarcha fieri asserit.
 Eodem notantur errore Armeni. Et hęc prima fuit haeresis quae post Christi in
 caelos ascensionē in Ecclesia est orta, quam statim B. Petrus redarguit, dicens:
 Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti pecu-
 nia possideri. Et statim illum declarauit excommunicatum, & à consortio fide-
 lium eiecit, ideoq; subdit illi dicens: Nō est enim tibi pars neque fors in ser-
 mone isto, hoc est, in sermone fidei. Cor enim tuum non est rectum corā Deo.
 Poenitentiam itaq; age ab hac nequitia tua, & roga Deum si fortè remittatur
 tibi hęc cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis & obligatione iniqui-
 tatis video te esse. Præterea Giezi famulus prophetae Helisei fuit à Deo lepra
 perpetua percussus, quia pecuniam recepit pro beneficio sanitatis quod Heli-
 saeus contulerat Naaman leproso. Rursum, ipse veritatis magister discipulos
 suos ad predicandum mittens, postquā illis dedit potestatem curandi infir-
 mos, sanandi leprosos, eijciendi daemonia, statim subiunxit, dicens: Gratis ac-
 cepistis, gratis date. Deinde, cum in omni emptione rerum & venditione, ser-
 uanda sit in precio rerum aequalitas, cōiungitur ut is qui credit spiritualia Dei
 dona posse precio cōparari, credat etiam pecuniam esse æquē bonam & æquē
 preciosam sicut spiritualia Dei dona. At Sapiens in prouerbis contrariū sen-
 tit, dicens: Accipite disciplinam meam, & non pecuniam: doctrinam magis
 quā aurum eligit. Melior est enim sapientia cunctis opibus preciosissimis,
 & omnē desiderabile ei non potest comparari. Vnde Tharastus Constantino-
 politanus episcopus in quadam epistola ad Hadrianum papam, sic ait: Tolerabi-
 lior est Macedonij, & eorum qui circa ipsum sunt, sancti spiritus impugna-
 torum haeresis impia. Illi enim creaturam & seruum Dei patris & filij & spiri-
 tum sanctum delirando fatentur: isti verò eundem spiritum sanctum efficiunt
 suum seruum. Omnis enim dominus quod habet, si vult, vendit, siue seruum,
 siue aliquid aliud eorum quae possidet. Similiter & qui emit, dominus eius vo-
 lens esse quod emerit, per precium pecuniae illud acquirit. Hęc ille. Quae ver-
 ba citantur à Gratiano in volumine decretorū in prima causa, quaestione etiā
 prima, capite Eos. Cum ergo tam graue peccatum sit simonia, per quam tam
 peruersa de Deo habetur opinio, ideo iustissimè multis conciliorum decretis
 cautū est, ne pro alicuius rei spiritualis collatione aliquod precii recipiatur.
 Concilium nanque Elibertinum, capite. 48. suorum decretorum, sic ait: Emen-
 dare placuit, ut hi qui baptizantur (ut fieri solebat) nummos in concham non
 mittant, ne sacerdotes quod gratis accepit, precio distrahere videatur. Hęc ibi.
 Cōcilium Toletanum vndecimum, capite. 8. suorum decretorum, sic definit:
 Quicquid inuisibilis gratiae collatione tribuitur, nunquā questu vel quibus-
 libet praemijs venundari penitus debet, dicente Domino: Quod gratis acce-
 pistis, gratis date. Et ideo quicumq; deinceps in Ecclesiastico ordine constitu-
 tus, aut pro baptizandis consignandisq; fidelibus, aut collatione chrismatis, vel
 promotionibus graduum, precia quolibet vel praemia, nisi voluntariē oblata
 pro huiusmodi ambitione susceperit, equidē si sciente loci episcopo tale quic-
 quā à subditis perpetratur, idem episcopus duobus mensibus excommuni-
 cationi subiaceat pro eò quod scienter mala contexit, & coruptionem neces-
 sariam non adhibuit. Sin autem suorum quispiam eodem nesciente de supra-
 dictis quodcunq; capitulis accipiendum esse sibi crediderit, si presbyter est,
 triuū mēsiū excommunicatione plectatur: si diaconus, quatuor. Subdiaco-
 nus ve-

nus verò vel clericus his cupiditatibus feruens, & cōpetenti pœna & debita excommunicatione plectendus est. Hæc Concilium Toletanum. Et Concilii Braccarense secundum, cap. 3. idem decernit esse faciendum. Sed de hac re factis. Contra Simoniacos scripsit librum vnum Petrus Damianus ex monacho Benedictino Cardinalis & episcopus Hostiensis. Hunc tamen librum fateor me nō vidisse, sed testimonio Ioannis Trithemij in libro de Ecclesiasticis scriptoribus id asserentis dixi.

S P E S.

Lutherus. **T**ot sunt peruersa Lutheri dogmata, vt vix sit res aliqua ad fidem aut mores pertinens, de qua non docuerit impium aliquid Lutherus. Malè quidem sentit de virtute fidei, malè docet de charitate: pessimè etiam docet de spe. Dicit enim spem non procedere ex meritis. Nec mirum quod hæc doceat: quoniam fieri nequit, vt ex impuro & corrupto fonte puram quis hauriat aquam: aut ex putrida arboris radice bonos colligat fructus. Lutherus autem dixerat omnia nostra opera nil prorsus valere: nam omnia opera nostra dicit esse peccata: ac proinde consequens est vt nullus iam (iuxta illum) operibus fidat, aut propter illa aliquid à Deo consequatur se speret. Totam enim spem suam Lutherus in fide collocat: & sic (vt aliàs diximus) fidem extollit, vt prorsus operibus detrahat: & ob hanc causam docet nequaquam spem nostram esse in operibus figendam. Quò sit, vt dum nimium fidei tribuat, spem omnino euertat: quoniam loco spei docet præsumptionem, cum homines absque operibus docet gloriam sperare. Nam etsi opera suapte natura indigna sint, quæ tanta mercede, quanta est gloria **D** celestis, donentur: tamen propter conuentionem, quam Deus cum hominibus fecit, qua gloriam bene operantibus se daturum promisit, iam nostra opera gloria digna censentur. Nam bonus ille paterfamilias conuentionem fecit cum operarijs ex denario diurno. Et cum operarij, qui primo mane venerant, sperarent se aliquid amplius accepturos, dixit vni ex illis paterfamilias: Nonne ex denario conuenisti mecum? Tolle quod tuum est, & vade, Amice non facio tibi iniuriam. Iniuriam quidem se fuisse facturum censeret, si iuxta conuentionem denarium non dedisset. Propter hanc causam dixit denarium esse mercenario debitum, sic inquinés: Tolle quod tuum est. Quid tu? certe denariū, nam ex illo cōuenerat. Propter hanc eandem causam alibi dicit idē Saluator: Dignus est mercenarius mercede sua. Ex quibus omnibus cōstat gloriā esse dubitam iusto, velut mercedē mercenario. Debitam quidem, quia promissa: quoniam nisi promissa esset, debita non esset. Nunc ergo hoc iacto fundamento, percontari volo Lutherum, quid mercenarius qui in alieno agro defudat, speret. Certū est illum sperare mercedem sui laboris, pro hac enim laborat. Sed quare sperat? Nunquid propter solā Domini, in cuius agro laborat, bonitatem & misericordiam? Non certè, sed etiam propter suum laborē. Sperat quidem in bonitate Domini: quoniam nisi illi credidisset, & in promissis illius confidisset, nunquam in agro illius laborasset. Verūm etsi illius fidem exploratam habeat, & misericordiam & bonitatem agnoscat: scit tamen certò illum mercedem non daturum nisi in agro illius laborauerit: & propter hoc dicitis domini fidens, sperat se propter labores suos mercedem accepturum. Ad hunc modum iusti omnes faciunt, qui id bonitate Domini & Clementia confidunt quòd gloriam illis dabit æternam. Verūm quia sciunt quòd tam magnā mercedem non dabit pigris & inertibus, idè laborare satagūt, vt per labores suos gloriam assequi mereantur. Hinc apud Iob dicitur: Militia est vita hominis su-

Anis super terram, & sicut mercenarij dies eius. Quæ verba pertractans beatus Gregorius in moralibus ait: Sciendum quoque quòd mercenarius sollicitè curat inspicere ne vnquam dies vacuus labatur ab opere, & expectatus finis temporis ne inanis veniat ad remunerationem. In laboris nanque studio cōspicit quid percipere in tempore remunerationis possit. Nam cum opus crescit, præmij fiducia proficit. Cum verò opus torpuerit, spes à remuneratione labascit. Vnde & electus quisque vitam suam quasi mercenarij dies pensans, tanto fidentius spe tendit ad præmium, quāto nunc robustius perdurat ad laboris incrementum. Qui sit decursus præsentis temporis, pensat. Dies cum operibus numerat. Ne à labore vacua transeant vitæ momenta, formidat. Aduersus gaudet, passione reficitur, mœrore fouetur: quia subsequens vitæ præmij tanto se remunerari largius cōspicit, quanto pro amore illius quotidianis se moribus verius impendit. Hinc nanque est quòd ciues supernæ patriæ conditoris eius, psalmistæ vocibus dicunt: Propter te mortificamur tota die. Hinc Paulus ait: Quotidie morior propter gloriam vestram fratres. Hinc iterum dicit: Ob quam causam hæc patior, sed non confundor. Scio enim cui credidi, & certus sum quia potens est depositum meum seruare in illum diem. Sancti igitur viri quot labores nunc veritatis commendantes exhibent, tot iam remunerationis suæ pignora intra spei cubiculum clausa tenent. Hactenus Gregorius. Ex cuius verbis apertissimè constat iustorum spem à meritis suum ortum habere, propterea quòd illorum vita est sicut mercenariorum, qui non sperant se suscepturos mercedem, nisi labores præcedant. Præterea hoc ipsum docet Apostolus Paulus in ea quæ est ad Roman. epistola, sic inquires: Non solūm autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quòd tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò spem. Quem locum interpretans Ambrosius ait: Spes, in eo qui probatus videtur, non immeritò dicitur: Dignus enim sciatur accepturus remunerationem in regno Dei. Hæc Ambrosius. In quibus verbis apertè docet illam solam meritò dici spem, quæ bonis operibus atque probatis innitur. Sed apertius hoc docet Anselmus, qui in commento super epistolas Pauli præfatam Pauli locum interpretans, sic ait: Probatio operatur spem, quia vnusquisque ex eo quòd per tribulationes insuperabilis probatus est, incipit habere spem, id est, certitudinem futuræ gloriæ, quæ humanæ rationi vana videtur, sed testimonio virtutis firmatur. Si quis enim nondum sibi probatus præmium sperat, nondum sperat, sed præsumit. Nam tribulationes quibus patientia fidelium probatur, non solūm eas debemus intelligere, quæ extrinsecus accidunt, id est, de damnis vel languoribus, vel ex quolibet corporis cruciatu, sed eas etiā quas intus sibi faciunt aut perferunt, dum in reipositi semetipsos affligunt & atterunt, obistendo voluptatibus suis, refrenando libidinem: & cætera quæ ad bonum continentia vel abstinentia pertinent, faciendo, ex quibus sine dubio nascitur patientia, quæ probabilis effecta generat spem. Spes autem est bonorum expectatio futurorum. Hæc Anselmus. Quid hic dicit Lutherus cōtra tam præclara testimonia? Si Ambrosium & Anselmum contemnere non veretur, dignum tamen est vt saltem Paulum vereatur, qui ait: Probatio autem operatur spem. Spes ergo nascitur ab operibus bonis, probatis & examinatis. Deinde ipsemet Paulus propter bona opera quæ multa fecerat, sperat haud dubiè se gloriam accepturum. Sic enim ait: Ego enim iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat. Bonū certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quā reddet mihi Dominus in illa die iustus index: non solūm autem mihi, sed & ijs qui diligunt aduentum eius. Si aliquis à beato Paulo interroget, vnde tam certam conceperit spem, vt magna cum fiducia dicat repositam sibi esse coronam iustitiæ: respondebit inde se certum esse de sua

de sua corona, quia bonum certamen certauit, cursum consummauit, fidem seruauit. Nec in hoc solum sperat, sed etiam in iustitia iudicis, hoc est Dei, qui nemini bene certanti vnquam coronam meritam denegauit. Accedit ad hæc, quod ipsamet scriptura sacra docet nos ex parte in bonis operibus sperare. Nam propheta regius ita ait: Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino. Quæ verba exponens Hieronymus super Psalms ita ait: Sacrificium Deo immolate iustitiam, & consequenter sperabitis in Domino. Hæc ille. Quibus verbis propheta aperte docet veram non esse spem quam non præcedit sacrificium iustitiæ. Idem etiam docet Paulus in epistola ad Titum, sic inquit: Sobriè & piè & iustè viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem, id est, vt securi possimus futuram beatitudinem sperare. Hanc enim nomine spei ibi intellexit Paulus, prius admonuit sobriè & piè & iustè viuere. Ex quibus constat veram spem aliqua ex parte ab operibus nasci. Verum Lutherus quoniam non vult sobriè aut iustè aut piè viuere, vellet spem veram absque his omnibus habere. Rursum, spem omnium illorum qui sine meritis sperant, vanam esse sacræ literæ prædicant. Nam in libro Iob legimus quod spes hypocrytæ peribit. Non ei placebit vecordia sua, & sicut tela araneorum fiducia eius. Innitetur super domum suam, & non stabit: fulciet eam, & non conseruet. Et in eodem libro iterum: Oculi impiorum deficient, & effugium peribit ab eis, & spes impiorum abominatio animæ. Et Sapiens in Proverbijs ait: Spes impiorum peribit. Et in libro Sapientiæ: Spes impij tanquam lanugo est, quæ à vento tollitur: & tanquam spuma gracilis, quæ à procella dispergitur: & tanquam fumus, qui à vento diffusus est: & tanquam memoria hospitis vnius diei prætereuntis. Et in Ecclesiastico: Vana spes & mendacium viro insensato. Vana est ergo Lutheri insensati spes, qui sine operibus confidit se gloriam æternam assequiturum. Demum hæc Lutheri impia & insana sententia reprobata est ab vniuersitate Parisensi inter alias illius multas quas facultas illa dånauit. Contra istam hæresim pugnant illa omnia quæ supra diximus in titulo de fiducia.

STVDIA GENERALIA.

Quemadmodum tyrannus aliquis, qui vi & violètia dominatur in populo, omnia arma quibus populus resistere posset tyrånica dominationi, ab eo auferit, quod facilius prout libuerit, suam exerceat tyrannidem, sic mihi fecisse videtur Ioannes Vvicleph: qui cum plurimas in populo sparsisset hæreses, ne per literarum notitiam impiè illius doctrine resisti posset à populo, omne literarum studium ab eo auferre tentauit, dicens studia generalia esse vana gentilitate in Ecclesiam introducta, & tantum prodesse Ecclesiæ, quantum prodest diabolus. Ex qua sententia satis aperte conuincitur istum voluisse enervare potentiam Christianæ religionis, sublata Christianorum scientia. Arma enim militiæ nostræ (vt ait Paulus) non sunt carnalia, sed spiritualia. Nec fides nostra defendenda est armis carnalibus, sed verbis, & rationibus & argumentationibus, præsertim ijs quæ ex sacris literis depromi possunt. Paulus enim præparans Ephesios ad spiritualem pugnam, ait: In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi extinguere: & galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei. Hæc sunt arma quibus Catholicus pugnat contra hæreticum. Hunc gladium habuerunt in manibus suis doctores sancti & catholici, & per illum fecerunt vindictam in nationibus, increpationes in populis. Vindictam inquit, quia Iudæos & Genti-

A & Gentiles, à quibus persecutionem passi sunt, per virtutem gladij spiritualis, scilicet verbi Dei, occiderunt mundo, & conuerterunt ad fidem: separauerunt à vitijs, & conuerterunt ad virtutes, increpando eorum malè acta. Viuis enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. At si hæc sunt arma quibus præliandum est, oportet in illis exerceri, ne fortè cum tempus belli aduenit, miles nunquã exercitatus, in bello succumbat. Dexterius enim pugnat militiæ assuetus, quàm is qui nunquã arma sumpsit. Idè meritorum milites hastiludia inter se exercent, vt ibidem discant qualiter hostes inuadere, & quo pacto illis resistere oporteat. Ad hunc modum oportet esse exercitium armorum spiritualium, esse ludi magistros qui doceant, esse inter discipulos certamina, contentiones, quæstiones, vt sic acutiùs ex contentione penetrent rectum earum rerum quas discunt intellectum, vt vel sic paratiores & promptiores fiant ad resistendum hostibus, hoc est, hæreticis. Cùm autè hæc in studijs generalibus meliùs quàm alibi fiant, conuincitur inde iustum esse, imò necessarium, vt studia generalia & collegia instituantur ad literarum exercitium habendum. Præterea, si studia non essent, nec doctores qui alios docerent, à quo docerentur idiotæ? Nūquid quilibet sufficit sibi ipsi, vt nullo egeat doctore? Si hoc concedit Vvicleph, audiat Salomonem contradicentem illi: Ne innitaris (inquit) prudentiæ tuæ. Et iterum: Ne sis sapiens apud temetipsum. Et beatus Paulus ait: Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Quæ verba exponens Theophylactus ait: Hoc est, nolite vestræ prudentiæ vel viribus ita confidere, vt existimetis nemine vos indigere consultore, & quæ recta sunt suggerente. Moyses enim etfi Dei colloquio frueretur, opus tamè habuit què consuleret socero. Hæc Theophylactus. Dic ergo mihi Vvicleph, viuis ne contra Sapientis & Pauli præceptum, vt quisque innitatur prudentiæ suæ: Si non oportet esse sapientes apud nosmetipsos, oportet ab alijs discere: quapropter necessarium est vt sint doctores, à quibus ij qui nesciunt, discant. At cùm hi doctores non passim habeantur, iustum est vt aliqua sint publica loca, vt puta ciuitates aut oppida aliqua, in quibus sint aliqui parati docere omnem discere volentem: sicut in republica qualibet bene gubernata sunt sua plurimis mercimonijs loca deputata, vt emere volens non discurrat vagus per oppidum, & incertus quo loco illa vendantur. Discere ergo est bonum & necessarium, præsertim ignorati. Ergo docere eadè lege erit bonum & necessarium. Nam sicut quosdam posuit Deus in Ecclesia sua Apostolos, & quosdam prophetas, ita etiam posuit quosdam doctores. Si vtrunque, videlicet docere & discere, bonum est, cur studia generalia in quibus docent aliqui, discunt alij, mala erunt? Et si docentes profunt, quomodo verum erit quod ait Vvicleph, quod studia generalia in quibus doctores docent, non magis profunt Ecclesiæ, quàm diabolus? Cæterum quod ait hæc studia generalia fuisse introducta in Ecclesiam vana quadam gentilitate, falsum est perinde ac reliquum. Nam apud Iudæos olim ante Christi aduentum fuerunt doctores, qui vocabantur scribæ, & fuerunt qui curam habebant docendi populum, & hi vocabantur Rabbini. Vnde Augustinus super Ioannem tracta. 44. exponens illud Ioannis: Et interrogauerunt eum discipuli eius. Rabbi, quis peccauit, &c. sic ait: Scitis quia Rabbi magister est. Magistrum appellabant, quia dicere desiderabant. Quæstionem quippe Domino proposuerunt tanquam magistro. Hæc Augustinus. Ex cuius verbis pater quod apud Iudæos à Rabbini disceretur tanquam à magistris, quorum munus erat docere. Rursum, Iudæi admirati de doctrina Christi, dicebāt: Quomodo hic literas scit, cum nunquã didicerit? Et beatus Paulus in posteriore epistola ad Timoth. ait: Tu verò permane in his quæ didicisti, & credita sunt tibi, sciens à quo didiceris, & quia ab infantia sacras literas nosti. Ex quibus duobus locis satis aperte conuincitur quod apud Iudæos sacrarum literarum

rum intelligentia disceratur ab aliquibus, & doceatur ab alijs. Cum ergo tam aperta sint testimonia comprobantia doctrinam & disciplinam, videamus quid Ioannem Vvicleph mouerit ad damnandum studia generalia. Quia in eis (inquit ille) pullulant inuidiæ, comparationes personarum & patriæ, & multa alia seminaria patris mendacij. Fateor hæc ibi adesse, sicut etiam alibi extra vniuersitates & studia hæc vitia adsunt: nec tamè ista oriuntur à studijs, sed à malitia ipsorum studentium. Nam alioqui nullus posset studere quin illis vitijs macularetur. At cum multi sint studètes etiam in generalibus studijs huiusmodi vitiorum expertes, conuincitur illa vitia non proficisci ab studio, sed ab ipsis personis quæ alibi etiam eisdem inficerentur vitijs. Non est (vt credo) ciuitas aut oppidulum quantumlibet paruum, in quo huiusmodi vitia, puta inuidiæ, rixæ, contentiones, suspiciones, mendacia, non sæpe contingat. Nunquid fortè damnanda erit omnis vita quæ in cõgregatione aut aliorum societate habetur, eò quòd semper in qualibet multitudine vitia nascantur? Absit, quoniam talis cõgregatio sine his vitijs haberi posset. Quòd autè talia habeantur, à malitia aliquorum prouenit: non tamen omnium, quoniam multi sine his vitijs in cõgregatione viuunt. Non sunt ergo hac occasione damnanda generalia studia, alioqui eadem lege esset damnanda omnis populi cõgregatio. Accedit ad hæc, quòd iste scholarum & studiorum vsus non est tam recens vt Vvicleph putat, sed ab ipsis Ecclesiæ primordijs inceptit. Nam Antiochiæ fuerat ab Apostolis constituta schola ad docendum, in qua erant insigens doctores ad id munus obeundum. Hoc autem ex libro Actorum Apostolorum conijci potest, vbi sic dicitur: Erant autem in Ecclesia quæ erat Antiochiæ, propheta & doctores, in quibus Barnabas & Simon qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenensis, & Manahen, qui erat Herodis Tetrarchæ collataneus, & Paulus. Ministrantibus autem illis Domino dixit Spiritus sanctus: Segregate mihi Paulum & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. Ecce opus & officium ad quod ex omnibus Christi discipulis soli quinq; sunt electi, qui Antiochiæ doceant: & ex his quinque duo fuerunt ad Apostolatam euecti, videlicet Paulus & Barnabas: Ex quo patet tunc aliud fuisse doctoris officium, aliud Apostoli. Post hanc Antiochiæ scholam alia fuit erecta Alexandria schola, de qua Eusebius Cæsariensis libro quinto historiæ Ecclesiasticæ, capite decimo, de temporibus Antonini Imperatoris loquens, per hæc verba testatur: Cum per idem tempus scholæ Ecclesiasticæ, & doctoris officio præesset vir in omni eruditione nobilissimus Panthenus, ex quo apud eos consuetudo antiquitus tradita vsque in hodiernum permanet, diuinarum scripturarum doctores inibi scholæ Ecclesiasticæ haberi viros duntaxat in scientia & in eruditione probatissimos. Huius ergo officij velut autor quidam & dux, vir de quo supra diximus, satis illustri habebatur: quippè qui etiam in philosophiis prius, qui Stoici appellantur, nobiliter florauisset. Hæc Eusebius. Post hunc Panthenum dicit idem autor successisse in eadem schola Clementem, & post Clementem Origenem, & sic successiuè alios narrat doctores qui illi scholæ præfuerunt. Non est ergo tam recens scholarum & studiorum inuentio, vt Ioannes Vvicleph putat. Sed vt huic finem liti imponamus, videamus quid Concilium Constantiensis de hac re definiat. Concilium nanque Constantiensis sessione octaua damnauit. 45. articulos huius Ioannis Vvicleph, quorum vicissim nonus sub his verbis ibidem ponitur: Vniuersitates, studia & collegia, graduationes & magisteria in eisdem, sunt vana gentilitate introducta, & tantum profunt Ecclesiæ sicut diabolus. Hæc ibi. Qui articulus simul cum alijs, vna super omnes lata sententia, ibidem damnatus est.

S V B D I T V S.

Nullus est Ecclesiæ status quem non momorderit Ioannes Vvicleph, nulla est potestas cui non detraxerit. Nec contentus est ipse obedientiam & subiectionem suis superioribus denegare, nisi etiam subditis id idem faciendum persuaderet. Neque hoc satis esse putauit, nisi subditos superiores suis prælatis, & vasallos superiores suis dominis faceret. Dicit enim populares homines posse ad libitum suum prælatos & dominos delinquentes corrigere, & ita asserit populum iustè subtrahere decimas à sacerdotibus cum eos peccatores esse cognouerint, & ab alijs dominis subtrahere tributa propter illorum peccata. Qua in re euenisse comperimus quod Paulus de hæreticis ait: Mali homines & seductores proficient in peius, errantes, & in errorem mittentes. Talis est Vvicleph, qui vt fauorem populi acquireret, in hunc lapsus est vesanum & pestiferum errorem, quo nullus alius pestilentior esse posset. Nihil est enim quod magis possit nocere paci & tranquillitati alicuius reipublicæ, quàm si cuilibet populari homini tribuas potestatem corrigendi prælatum aut dominum suum. Erit tunc quælibet respublica vmbra quædam aut imago inferni, in quo, teste Iob, nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat. Qualis quæso esse potest ordo, vbi is qui corrigendus est, corrigere vult? & qui corrigere debebat, correctionem patitur? Nullus certe esse ordo, imò maximè ordini contrarium est, vt is qui præest, corrigatur ab illo cui præest. Nullus enim tunc esset alio superior si cum eorum aliquis delinquit, se inuicem possent corrigere. O miseranda talis respublica, quæ iuxta Vviclephi sententiam gubernanda esset. In ea enim omnes rudes homines, idiotæ, scelesti, raptores, adulteri, mendaces, prælatos & dominos suos corrigere vellent, & qui peior esset, vehementius dominum & superiorem inuaderet, vt ipse à nullo puniretur, sed in sua nequitia impunis maneret. Tunc enim omnia essent confusa. Puer contra senem tumultuaretur, ignobiles surgerent in nobilem, idiotæ contra sapientes, discipuli contra magistrum, filij aduersus parentes. Et ita esset respublica puteus. quidam, vel (vt verius dicam) abyssus scandalorum. Quid non faceret populus tali licentia donatus? Est enim populus fera quædam & immanissima bestia, quia non est alia ferior aut truculentior. Prætereà, si licet cuilibet homini ex plebe dominum delinquentem corrigere: cur Dauid in spelunca existens, quam ingressus est Saul vt purgaret ventrem, non interfecit eundem Saulem, cum tunc facillimè id agere potuisset? Nonne Saul rex iam malus erat, & regno à Domino Deo priuatus? Nunquid non iam occiderat Achimelech sacerdotem, & alios. 85. viros vestitus Ephod lineo, propterea quòd Dauid esurienti panes propositionis dedisset? Nunquid non ipsummet Dauid sæpissimè occidere tentauerat iniustè, fecissetq; nisi dominus seruum suum de manu illius seruasset? Et tamen cum hæc omnia notissima essent ipsi Dauid & omni populo, noluit Dauid illum punire cum posset, sed solum oram chlamydis Saul silenter præscidit, nec tamen fortè sine aliqua quamuis leui culpa id fecit: quod ex eo conuincitur, quòd postea poenituit ipsum Dauid eò quòd abscedisset oram chlamydis Saul. Quòd sit vt multò magis poenituisse eum si personam Saul percussisset. Ideò viris suis consulentibus illi vt occideret Saul, dixit Dauid: Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem Domino meo Christo Domini, vt mittam manum in eum, quia Christus Domini est. Rursum, beatus Gregorius exponens illud Iob: Qui regnare facit hominem hypocritam, sic ait: Sed quia rectores habent iudicem suum, magna cautela subditorum

ditorum est non temerè vitam iudicare regentium . Neque enim frustra per semetipsum Dominus æs numulariorum fudit, & cathedras vendentium columbas euerit : nimirum significans , quia per magistros quidem vitam iudicat plæbium, sed per semetipsum facta examinat magistrorum. Et aliquibus interiectis, subdit: Igitur sicut prælatis curandum est ne eorum corda æstimatione singularis sapientiæ locus superior extollat, ita subiectis prouidendum est ne sibi rectorum facta displiceant. Si autem magistrorum vita iure reprehenditur, oportet ut eos subditi etiam cum displicent venerentur . Hæc Gregorius. Ex cuius verbis constat non licere subditis de vita pastoris iudicare : minus ergo licebit eis pastoris malam vitam punire. Deinde, cum superiùs in titulo de potestate iam probauerimus nullam potestatem nullumq; dominium amitti per peccatum mortale, conuincitur ex eo subditis non licere dominos suos delinquentes punire. Alioqui cum deliquissent, iam potestatem amississent, propterea quia peccantes subsunt illis ad correctionem, quibus ante peccatum præerant. Demum ex. 45. articulis Ioannis Vvicleph in Concilio Constantiensi sessione octaua damnatis, decimusseptimus, sic ait: Populares possunt ad suum arbitrium dominos delinquentes corrigere. Qui articulus simul cum alijs eiusdem ibidem damnatus est.

SVFFRAGIA DE- FUNCTORVM.

Non satis visum est Luthero viuentibus nocere, nisi etiam defunctis nocuisset. Viuentes enim à veneratione sanctorum auocat, ne videlicet eorum orationibus iuuentur, qui plurimum apud Deum possunt. Defunctos verò viuorum suffragijs fraudat. Itaque & viuorum & defunctorum hostem se esse demonstrat. De sanctorum veneratione iam disputauimus, superest vt pro suffragijs defunctorum aduersus Lutherum pugnemus. Dicit enim Lutherus nihil prodesse defunctis orationes, sacrificia, elemosymas, quæ à viujs pro illis fiunt. Nec tamen huius erroris primus autor est Lutherus, quoniam ante eum fuere Vvaldenses, & Albigenes, qui hunc tutati sunt errorem. Et autem istos eundem errorem docuerunt Græci & Armeni, qui (vt alijs diximus) negarunt omnino purgatorium, quapropter iuxta eorum sententiam oporteret orationes pro defunctis esse inutiles. Primus huius erroris autor, quod sciam, fuit Acrius quidam presbyter. Hunc enim errorem illi impingit Augustinus libro de hæresibus, capite. 55. Et certè si defuncti tales sunt quales hi hæretici, fateor non oportere sacrificia aut orationes pro illis Deo offerre, quoniam frustra offeruntur talia pro ijs qui in inferno sunt. Verùm pro ijs qui sunt in purgationis loco, pium est & vtile Deum orare, aut alia sacrificia offerre. Nam in purgatorio existentes cum charitate habeant per quam Christo capiti coniunguntur, fit vt membra sint corporis Ecclesiæ, cuius & membra sunt alij viuentes. At hoc à natura insitum est, vt vni membro patienti reliqua compatiantur, & se inuicem membra iuuent cum alterutro egent. Cum ergo in purgatorio existentes patiantur, opus est vt viuentes eos iuuent orationibus & sacrificijs. Nam si viuentes pro viujs orantes exaudiuntur, cur non etiam cum pro mortuis orant, si illi egent, & tales sunt qui iuari possunt? Membrum siquidem præciso nullum auxilium præstare potest aliud membrum in corpore manens. Membrum tamen quantumlibet languidum dum corpori adheret, ab alijs membris iuari potest. Et hac de causa orationes viuentium non profunt existentibus in inferno: quoniam hi sunt membra præcisa: existentes autem in purgatorio, membra sunt corpori cõiuncta, & ideo à

A ideo à reliquis membris iuari possunt. Cum vidisset Iesus fidem quorundam offerentium illi paraliticum, ait paralitico: Fili, dimittuntur tibi peccata tua. Si fides istorum offerentium tantum profuit paralitico viuenti, cur non fides offerentium sacrificia poterit prodesse defunctis, cum isti sint eiusdem corporis membra coram Deo viuentia? Præterea Thobias senior filium suum bonis consilijs erudiens, ait: Panem tuum & vinum tuum super sepulturam iusti constitue. Nisi enim oblationes pro defunctis factæ aliquid illis prodesse, frustra Thobias suasisset filio constituere panem & vinum super sepulturam iusti. Non enim ponuntur illa ad pascenda corpora defunctorum, sed viuentium, pauperum videlicet, & sacerdotum, vt hæc elemosyna pauperibus oblata, in vtilitatem cedat ipsius defuncti. Rursum, in 2. Machab. libro apertissimum habetur pro suffragijs defunctorum testimonium, vbi sic dicitur: Iudas facta collatione duodecim mille drachmas argenti misit Hierosolymam offerri pro peccatis mortuorum in sacrificium, bene & religiose de resurrectione cogitans. Nisi enim eos qui ceciderant, resurrecturos speraret, superfluum videretur & vanum orare pro mortuis: sed quia considerabat quod hi qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam: Sancta ergo, inquit, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. Hæc ibi. Quibus verbis nihil potuit expressius dici ad hunc errorem prosternendum. Quapropter videntes hæretici se hoc testimonio vehementissimè vrgeri, ad hoc commune illis asyllum confugiunt, dicentes illum Machabæorum librum non esse canonicum, neque esse tantæ autoritatis, vt eius testimonium sufficiat ad aliquam doctrinam refellendam. Verùm de hoc non est opus nunc disputare, quoniam ne passum talem susciperemus laborem, supra libro primo, capite secundo ostendimus catalogum eorum librorum qui canonici appellantur, quorum testimonio vti oportet in disputatione quæ de rebus ad fidem spectantibus fit. In quo catalogo inserti sunt duo libri Machabæorum, qui licet non fuerint ab Hebræis in Canone computati, vt beatus Hieronymus ait: Ecclesia tamen tanquam canonicos recepit illos libros. Cæterum & si libri canonici non essent, neq; vllum esset scripturæ sacræ testimonium apertum, efficacissimum esset testimonium pro huius rei confirmatione, totius Ecclesiæ Catholice verusissima consuetudo. Vnde beatus Augustinus in libro de cura pro mortuis agenda, capite. 1. sic ait: In Machabæorum libris legitimus oblatum pro mortuis sacrificium. Sed & si nusquam in scripturis veteribus omnino legeretur, nõ parua est vniuersæ Ecclesiæ quæ in hac consuetudine claret autoritas, vbi in precibus sacerdotis, quæ Domino Deo ad eius altare funduntur, locum suum habet etiam commendatio mortuorum. Hæc Augustinus. Sunt etiam plures alij sacri doctores, sanctitate perinde ac doctrina illustres, qui pro hac re testimonium dicunt. Et (vt recentiores omittam) à beato Gregorio initium sumo, qui libro. 4. Dialogorum capite quinquagesimo quinto sic ait: Si culpæ post mortem insolubiles non sunt, multum solet animas etiam post mortem sacra oblatio hostiæ salutaris adiuuare, ita vt hanc nonnunquam ipsa defunctorum animæ expetere videantur. Hæc ille. Quod autem dixit, si culpæ post mortem insolubiles non sunt, propter eos qui sunt in inferno, dixit, quorum peccata solubilia non sunt, nec vlla possunt iam satisfactione redimi. Theophylactus super Lucam exponens illud Lucæ: Timete eum qui potest corpus & animam mittere in gehennam, sic ait: Vide enim quod non dixit, metuatis eum qui postquam occiderit, mittit in gehennam, sed habentem potestatem mittendi. Non enim semper qui moriuntur peccatores, mittuntur in gehennam, sed sunt in potestate Dei, vt etiam dimitti possint. Hoc autem dico propter oblationes & distributiones quæ fiunt pro defunctis, quæ non parum conducunt etiam ijs qui in grauibus

F. ALFONSI DE CASTRO MINORITAE

peccatis mortui sunt. Non omnino igitur postquam occiderit, mittit in gehennam, sed potestatem habet mittendi. Ne igitur cessemus per eleemosynas & intercessionem propitium reddere eum qui potestatem habet mittendi, non semper potestate hac utentem, sed & valentem remittere quicquam. Hæc Theophylactus, qui satis aperte suffragia quæ pro defunctis fiunt, commendat, & ad illa faciendâ suadet. Beatus Chryostomus Homilia sexagesimano-na, Bernardo Brixiano interprete, huius rei vetustissimam assignat originem, dicens: Non temerè ab Apostolis hæc sancita fuerunt, ut in tremendis mysterijs, defunctorum agatur commemoratio. Sciunt enim illis inde multum contingere lucrum, vtilitatem multam. Hæc Chryostomus. Ex cuius testimonio constat hanc ab Apostolis mansisse institutionem, ut in missæ sacrificio defunctorum fieret commemoratio, ut inde aliquid lucri defuncti consequerentur. Athanasius in libro de varijs quæstionibus ad Antiochum principem, quæstione tricesimaquarta hoc modo quærit: Quid ergo? Num sentiunt aliqua beneficia etiam peccatorum animæ, cum super illis fiunt conuentus & peractiones bonorum operum & oblationum? Cui quæstioni per sequentia verba respondet: Si non aliquo beneficio participarent ex illo, non vti que in cura & exequijs fieret commemoratio. At sicut vitis florescit extrâ in agro, & odorem eius sentit in vase vinum reclusum, sicque conflorescit etiam ipsum: ita intelligimus peccatorum animas participare aliqua beneficia ab exanguis immolatione, & gratificatione pro ipsis facta, sicut solus ordinat & præcipit, qui viuorum & mortuorum potestatem gerit, Deus noster. Hæc Athanasius. Et beatus Dionysius Areopagita Pauli Apost. discipulus libro de Ecclesiastica Hierarchia, capite septimo, describens cæremonias quæ in defunctorum exequijs suo tempore fiebant, ait: Accedens deinde venerandus antistes, precem suam super mortuum peragit, postque precem & ipse præsul eum salutat, & suo deinceps ordine qui astant omnes. Præcatur oratio illa diuinam clementiam, ut cuncta dimittat per infirmitatem humanam admissa peccata defuncto, eumque in luce statuat, & regione viuorum, in sinibus Abrahamæ, Isaac, & Iacob, in loco vnde effugit dolor, tristitia, & gemitus. Hæc Dionysius Areopagita. Ex cuius verbis satis constat tempore Apostolorum fuisse seruatum hunc modum orandi pro defunctis. Post hæc illustrium virorum testimonia, ut finem huic contentioni imponam, multa diuersorum Conciliorum decreta in medium producâ. Conciliû Carthaginense quartum, cap. 95. tale statuit decretum: Qui oblationes defunctorum aut negant Ecclesijs, aut cum difficultate reddunt, tanquam egentium necatores excommunicentur. Hæc ibi. Concilium Valense, capite quarto suorum decretorum ita definit: Qui oblationes defunctorum retinent, & Ecclesijs tradere demorantur, ut infideles sunt ab Ecclesia abijciendi, quia vsq; ad inanitionem fidei peruenire, certum est hanc diuinæ pietatis exacerbationem, quia & fideles de corpore recedentes votorum plenitudine, & pauperes consolatu alimonie & necessaria sustentatione fraudantur. Hi enim tales quasi egentium necatores, nec credentes iudicium Dei habendi sunt. Vnde & quidam patrum hoc scriptis suis inseruit congruente sententia, quæ ait: Amico quippiam rapere furtum est, & Ecclesiam fraudare sacrilegium. Hæc Concilium Valense. Et Concilium Agathense, capite. 4. idem sub eisdem ferè verbis definit. Concilium Toletanum tertium, capite. 22. hanc ponit definitionem: Qui diuina vocatione ab hac vita recedunt, cum psalmis tantummodo & psallentium vocibus debere ad sepulchra deferri præcipimus. Nam funeris precamen quod vulgò defunctis cantari solet, omnino prohibemus. Sufficiat autem quod in spe resurrectionis Christianorum corporibus famulatus diuinorum impenditur canticorum. Hæc Concilium Toletanum. 3. Denique Concilium Florentinum, quod pro vnione

Chrysof.

Athanas.

Dionysius
Areopag.

Concilia
diuersa.

Græco-)


ADVERSUS HAERESSES, LIB. XIII. Fol. 417

A Græcorum sub Eugenio quarto celebratum est, ita de hac re definit. Item si verè poenitentes in Dei charitate deceaserint antequam dignis poenitentiae fructibus de commissis & omissis satisfecerint, eorum animas poenis purgatorijs post mortem purgari: & ut à poenis huiusmodi releuentur, prodesse eis fidelium viuorum suffragia, missarum scilicet sacrificia, orationes & eleemosynas, ac alia pietatis officia, quæ à fidelibus pro alijs fidelibus fieri consueuerunt secundum Ecclesie instituta.

Hæc Concilium Florentinum. Possem adhuc plura citare conciliorum decreta, sed hæc sunt satis ad conuincendos hæreticos.

FINIS LIBRI
Decimiertij.

F. ALFON-



F. ALFONSI DE CASTRO, ZAMOREN. MINORITAE, ADVERSUS HAERESIFES Liber XIII.

TEMPLVM.

N Abuchodonosor rex Babylonis, qui dæmonis figuram gerit, cum Hierosolymam inuasit, non fuit contentus templum Domini spoliare, & omnia vasa illius preciosa diripere, sed & ipsum templum foedauit, conspurcavit, imò magna ex parte destruxit, quoniam columnæ templi, & bases, & capitellum, multaque alia ab eo inde sublata sunt. Ad eundem modum fecit Antiochus rex, qui violenta manu templum Domini inuadens, postquam sustulit ab eo altare aureum, canalabrum luminis, & vniuersa vasa eius, & mensam propositionis, & libatoria, & phialas, & mortariola aurea, & velum, & coronas, & ornamentum aureum, quod in facie templi erat, & comminuit omnia, non fuit contentus hæc omnia sustulisse, sed quo nocentissimum se ostenderet synagogæ hostem, prohibuit holocausta & sacrificia & placationes fieri in templo Dei. Eodem modo ille antiquus humani generis hostis, omni qua potuit via facere tentauit. Nam (vt supra narrauimus) ministros suos, quosdam videlicet hæreticos submisit, qui vasa & alia templi ornamenta, hoc est sacramenta, & omnia sacramentalia, omnes caeremonias & ritus ab Ecclesia auferrent, dicentes ea omnia esse prorsus inutilia, merasque nugas. Ecce nunc adsunt alij ministri eius, qui templum euertant, prohibeantque, si potuerint, sacrificia & orationes in templo fieri, dicentes templa Dei nullius esse vtilitatis, neque aliquo pacto prodesse in Ecclesia Dei. Huius hæresis primus author fuit Eustachius quidam, de quo in Concilio Gangrensi fit mentio. Hic basilicas martyrum, & templa sub nomine diuorum Deo dedicata contemnebat, & omnes qui ad illa conueniebant, ibidem aut sacrificaturi, aut oraturi, reprehendebat. Hunc autem errorem iam diu sepultum, post multa secula suscitauerunt Vvaldenses, qui vt illustriores hæretici mundo apparerent, Eustachij errorem multo fusiùs extenderrunt: quoniam ille sola templa quæ in diuorum nomine sunt consecrata, irridebat: hi autem omni templo detraxerunt, dicentes templum Dei late patentis ipsum mundum esse, & coarctare maiestatem eius, qui Ecclesias, monasteria, oratoriaque construunt, tanquam propitiis in eis diuina maiestas inueniatur. Hoc enim illis impingit Aeneas Syluius in libro de origine Bohemorum, quanquam Guido nihil tale illis tribuit, etiam cum Vvaldensium errores recenser. Post Vvaldenses fuerunt alij hæretici dicti Pseudapostoli, qui adhuc maiori cum iniuria de templo Dei loquuti sunt, dicentes Ecclesiam consecratam nõ plus valere ad orandum, quam stabulum porcorum. Eundem errorem tutati sunt magis vi & armis quam scripturæ testimonijs quidam Bohemi hæretici Thaboritæ appellati. Istorum dux & princeps fuit Zischa quidam nobilis genere, erroribus Ioannis Hus infectus, qui copiam perditorum hominum congregans, Ecclesias inuasit, spoliavit, eueritque: Monasteria destruxit, monachosque fugauit, aliaque similia facinora perpetravit. Vt autem tutus in facinore esset, & alia cum vellet securus posset perficere, locum natura munatum elegit: hunc mœnibus cinxit, & vt quisque ex militibus tentoria fixerat, ita ædificare sibi domos imperauit. Huic loco Thabor indidit nomen, & comites

A comites suos fratres Thaboritas appellauit, tanquam cum tribus Apostolis Saluatoris Christi transfigurationem in monte Thabor vidissent, indeque suas opiniones mutuati essent, quas fidei veritates appellabant. Hi ergo omnes præfati hæretici concorditer sentientes, templum Dei contemnunt, quamuis vnus plus alio insanians magis illud vilipēdat. Ad hunc autem errorem reuincendum satis est quod Salomon rex ex præcepto Dei ædificauit templum Hierosolymæ. Nam cum David priùs illud ædificare cogitasset, reiectus est à Domino velut indignus ad id munus obeundum, eò quod vir bellator fuerat, & sanguinem fuderat: & hoc onus ædificandi templum transtulit in Salomonē. Si templum Dei nullius esset vtilitatis, nunquam tantum in eius constructione laborasset Salomon, nec tantam auri & argentimateriam in eo expendisset, nec dominus Deus templum illud tot tantisque priuilegijs decorasset, qualia describuntur libro. 2. Paralipomenon, cap. 7. Præterea si Dei templum non magis valeret (vt impij pseudapostoli asserunt) quam stabulum porcorum, nunquam Dominus eiecisset vendentes & ementes ab illo. Nam cū in foro vendere & emere liceat, non autem in templo, satis apertè conuincitur templum Dei esse maiori veneratione dignum, quam forum, ne dicam quam stabulum. Rursum, Dominus noster Iesus Christus eiciens ementes & vendentes de templo, ad operis confirmationem citauit pro se testimonium Esaiæ dicentis: Domus mea, domus orationis vocabitur. Ex quibus verbis satis apertè conuincitur templum Dei esse locum magis orationi destinatum, quam quicumque alius. Accedit ad hæc, quod vsus templorum non est recens in Ecclesia, sed ab ipsis Apostolis introductus. Nam Eusebius Cæsariensis libr. 2. historiarum Ecclesiasticarum, capite. 17. narrans ea quæ Philo Iudæus de moribus Christianorum scripserat, sic ait: Post hæc descriptis eorum habitaculis, vt se habeat singulorum qualitas & situs, etiam de Ecclesijs quæ apud eos sunt, ita dicit: Est autem (inquit) in singulis locis consecrata orationi domus, quæ *συναγωγὴ* vel *μοναστήριον* dicitur. *συναγωγὴ* autem in nostra lingua significare potest honestorum conuenticulum, in quo secedentes, inquit, honestæ & castæ vitæ mysteria celebrant. Hęc Eusebius Philonem scripserat narrat. Hic autem Philo (eodem Eusebio teste) fuit tempore Claudij Imperatoris, ad quem à suis legatus est missus, & Romam hac de causâ venit, vbi beatum Petrum vidit. Patet ergo fuisse tempore Apostolorum loca aliqua orationi consecrata, quæ nos Ecclesias appellamus. Demum Concilium Gangrense, cap. 5. suorum Decretorum ita definit: Si quis docet domum Dei contemptibilem esse debere, & congregationes quæ in ea sunt, anathema sit. Hęc ibi. Nec opus est aduersus tam apertum errorem pluribus agere.

TENTATIO.

Inter multos errores quos beatus Bernardus epistola. 190. tribuit Petro Abailardo, vnus est quo illum sentire ait, dæmonum in nobis suggestiones contactu fieri lapidum & herbarum, prout illorum sagax malitia nouit harum rerū vires diuersas diuicis incitandis & incendendis vitijs conuenire. Et certè si Petrus Abailardus non in vniuersum de omni tentatione dæmonis loquatur, sed de aliqua, ita vt non omnes, sed aliquas dæmonum tentationes in nobis virtute lapidum & herbarum fiant, ego non putarem hæresim, sed verā doctrinam. Nam certum est multas animæ tentationes à carne propria oriri, quoniam Paulus ait: Caro concupiscit aduersus spiritum. Et talis carnis concupiscentia, quædam tentatio est, qua anima ad peccatum impellitur, sicut Iacobus Apostolus ait: Vnusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus

lectus. Quoniam nemo est qui carnis impulsione non agitur. Et iuxta variam carnis complexionem, variae sunt hominum a propriis corporibus tentationes. Et daemones qui vniuscuiusque corporis qualitates & complexiones optime nouit, conuenientia adhibet incentiua, quibus caro iuxta suam qualitatem magis possit incendi. Vnde beatus Gregorius exponens illud Iob: Diuiditur aestus super terram, haec ait: Prius enim complexionem vniuscuiusque antiquus aduersarius perspicit, & tunc tentationis laqueos apponit. Alius namque latis, alius tristibus, alius timidus, alius elatis moribus existit. Quod ergo occultus aduersarius facile capiat, vicinas conspersionibus deceptiones parat. Quia enim laetitiae voluptas iuxta est, latis moribus luxuriam proponit. Et quia tristitia in iram facile labitur, tristibus poculum discordiae porrigit. Quia timidi supplicia formidant, pauentibus terrores intentat. Et quia elatos extolli laudibus conspiciunt, eos ad quaeque voluerit blandis fauoribus trahit. Singulis igitur hominibus vitijs conuenientibus insidiatur. Haec Gregorius. Cum ergo daemones variè hominem tentet iuxta variam (quam optime noscit) illius complexionem: cogimur certe fateri, illum posse hominem tentare per lapidum aut herbarum contactum. Multae enim sunt lapidum & herbarum virtutes, quae hominum complexionibus conueniunt. De Smaragdo dicitur & Topazione, quod libidinis ardores mitigent. Cur etiam non erit alius virtutis contraria lapis, qui ardores hominum auget? Pyropum aiunt cordis moestitiam prorsus expellere: propter quod possibile etiam censeo aliud esse lapidem, qui contra hunc virtutem sua pugnet, ita ut cor hominis moestitia absorbeat. Nullus autem dubitat daemones haec omnia optime nosse: quapropter nec ego etiam dubito daemones per illarum rerum applicationem & contactum posse aliquando homines tentare, si a Deo permittatur. Praeterea multi non contemnendae auctoritatis Theologi fatentur daemones afflictiones & vexationes posse per rerum sensibilium applicationem mitigari, sicut de Saule legimus, qui cum a demone vexaretur, Dauide citharam pulsante leuius ferebat. Hoc concedit Nicolaus de Lyra interpretans illum locum in 1. Reg. libro. Idem etiam fatetur Richardus de media villa, quod libeto 3. quaest. 8. qui tam parua dicit posse contingere daemones afflictionem, tantamque esse lapidis aut herbae virtutem, ut non solum mitiget, sed prorsus tollat daemones afflictionem. Si lapides & herbae possunt daemones afflictionem impedire, quid obstat ut alij sint contrariae virtutis lapides aut herbae, qui daemones in affligendis hominibus iuuare possint? Non est ergo contra Catholicam fidem, putare quod daemones possint per contactum lapidum & herbarum homines ad peccatum impellere. Et si hoc solum sensit Petrus Abailardus, non erat hac ratione de haeresi notandus. Verum quia ego credo B. Bernardum virum doctum perinde ac sanctum, qui non gratis & immerito Petrum Abailardum de haeresi hoc loco notasset: ideo puto illum de omni daemones tentatione fuisse locutum: ita ut nulla sit daemones in nobis tentatio, quae hoc modo non fiat contactu lapidum aut herbarum. Et si ita sensit Petrus Abailardus, apertissime errauit. Nam prima daemones tentatio non fuit mediantibus lapidibus & herbis, sed serpente medio, cuius figuram assumpsit, ut per os illius verba formaret, quibus Eua primam omnium matrem alloquens, persuaderet prohibiti cibi esum. Ut autem Adam tetaret, ipsam Eua adhibuit, non lapides, non herbas. Cognouerat quippe uxorem ad hoc opus potentior esse omnibus lapidibus & herbis. Et cum Satan appetit tetare Iob, & ad hoc licentiam a Deo petit, non postulat sibi permitti lapides aut herbas applicare: sed vallum, quo Deus vniuersam illius substantiam circumcinxerat, auferre: ut liberè posset illum per omnis substantiae deuastationem tentare. Cum autem sic parum se proficere videret, licentiam iterum postulat personam illius tangendi & percutiendi. Et percussit illum vlcere pessimo, sperans illum aduersis frangere

Iob. 38.
Gregorius.

1. Reg. 16.

Gen. 3.

Iob. 11.

A frangere posse. Deinde cum Salvatore nostrum tentauit in deserto, non applicatione herbarum aut lapidum tentauit, sed locutione, ut Euangelica narrat historia. Primum enim illi dixit: Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant, & reliqua deinceps. Praeterea multa alia sunt tentationum genera, quibus nos a daemone tentari sacra docet scriptura. Nam aliquando (ut Paulus Apostolus ait) transfiguratur se in angelum lucis: quoniam frequenter multos tetat Satanas ostendens se illis quasi angelum lucis, ut facilius illos decipere valeat. Vnde Apostoli in nauis pererriti, putabant phantasma esse. Et Petrus Apostolus dicenti Domino: Nolite timere, ego sum: non facile credens, ait: Si tu es, iube me venire ad te super aquas. Ut si firmiter posuisset pedem super aquas, sciret verum esse quod non erat phantasma quod apparebat. At nullus sanae mentis dicet talem daemones transfigurationem, qua se in angelum lucis transfiguratur, fieri contactu herbarum aut lapidum. Rursum, aliqua sunt spiritualia peccata, quae nullam habent cum carne vicinitatem, & propterea ab illa minime oriri possunt, quae Paulus vocat spiritualia nequitiae in caelestibus. Nullus autem est adeo demens, ut dicat tentationem quae ad huiusmodi peccata sollicitat, fieri contactu lapidum aut herbarum: quoniam cum haec res sint corporeae, nullam habent potestatem mouendi spiritum, nisi quatenus cognoscuntur & amantur. Possunt etiam daemones mouere phantasmata hominum, ita ut quod illis magis placuerit, offerant imaginationi, & sic hominem tentent: quoniam quod magis mouet phantasmam, illud magis viget ut cognoscatur ab intellectu: quod autem magis cognoscitur, illud vehementius voluntatem sollicitat ad amorem: praesertim si concomitetur carnis delectatio. Et de hac re dicta sufficiant. Nec vidi aliquem qui aduersus hanc haeresim disputauerit: quoniam B. Bernardus sola illius relatione fuit contentus.

Matt. 4.

2. Cor. 11.

Matt. 13.

Eph. 5.

B

T E R R A.

D E hac re fuit vna haeresis, quae docuit terram esse Deo coaeternam. Huius haeresis autor dicitur Felix quidam Manichaeus, cum quo B. Augustinus publice disputauit. Et de actis cum hoc Felice sunt duo libri editi qui inter opera B. Augustini circumferuntur: & in primo illorum librorum de hac haeresi fit mentio. Aduersus hanc haeresim non est operosum disputare: cum tam expressa sint scripturae sacrae testimonia. Nam in libro Geneseos dicitur: In principio creauit Deus caelum & terram. Si Deus in principio terram creauit, non est ergo terra aeterna: quia quod creatur, aliquando habuit initium. Et in libro Psal. propheta: Initio tu Domine terram fundasti. Et B. Paulus Apostolus in epistola ad Hebraeos eadem prophetae verba repetit. Praeterea apud Esaiam prophetam Deus ait: Ego feci terram, & hominem super eam creauit. Et iterum: Haec dicit Dominus creans caelos, ipse Deus formans terram, & faciens eam, ipse plastes eius. Non in vacuum creauit eam, sed ut habitetur formauit eam. Si Deus terram fecit, & illam formauit, fieri non potest ut sit Deo coaeterna: quoniam quod factum est, aliquando habuit initium. Denique aduersus hanc haeresim extat Concilij generalis definitio. Nam Concilium Lateranense sub Innocentio 3. celebratum, de tribus in Deo personis loquens, ait: Vnum vniuersorum principium, creator omnium visibilium & invisibilium, spiritualium & corporalium, qui sua omnipotenti virtute simul ab initio temporis vtraque de nihilo condidit creaturam, spirituales & corporales, angelicam videlicet & mundanam, ac deinde humanam quasi communem ex spiritu & corpore constitutam. Haec Concilium. Quae verba habentur in volumine decretalium, capite. 1. de Summa Trinitate & fide Catholica. In quibus verbis illud annotandum

Felix

Gen. 1.

Psal. 101.
Hebr. 2.
Esai. 45.

Concilium
Lateran.

F. ALFONSI DE CASTRO MINORITAE

dum est quod ait, Ab initio temporis omnia creata esse, spiritualia & corporalia. Si omnes creaturae sunt ab initio temporis, ergo etiam terra. Si terra est ab initio temporis, non est possibile ut simul sit aeterna. Adversus tam aperta haeresim haec pauca sufficiunt.

TIMOR DEI.

VNus ex Lutheri erroribus pestiferus est, quod docet timorem Dei seruillem esse proflus inutilem, imò etiam noxium: quoniam dicit illum esse dignum poena. De hoc errore supra satis disputauimus in titulo de contritione. Quoniam Lutherus damnat eam peccatorum contritionem, quae ex odio gehennae oritur: ideò opus fuit tunc de timore seruili disputare. Quo loco ex sacrae scripturae testimonijs ostendimus timorem Dei seruillem esse bonum, & esse numerandum inter dona Spiritus sancti: quamuis nullus per illum mereatur, nisi sit simul cum charitate: quoniam nullum est opus quod sit praemio dignum, nisi quod ex radice charitatis oritur. Verum & si loco illo dictum sit quod ad hunc errorem reuincendum sufficiat, non tamen erit inutile hoc loco aliquid superaddere quo veritas magis elucescat: praesertim cum hic sit titulus aptior, sub quo haec disputatio fieri debeat. Et primò ostendamus vnde habeat ortum iste timor seruilis, & à quibus causis generetur, ut offensa bonitate arboris clariùs pateat bonitas fructus: quoniam iuxta Saluatoris nostri sententiam, arbor bona fructus bonos facit. Et certè quatum ego conijcere possum: timor Dei seruilis, cum videlicet quis propter poenam quam timet, abstinet ab offensa Dei, duas habet origines in ipso peccatore. Vna est amor sui, & sui commodi: vnde prouenit, ut fugiat in comoda. Ideò enim peccator odit & timet poenam, quia illa auferit quietem, pacem, delectationem, & integritatem patientis. Altera origo est consideratio omnipotentiae diuinæ, & eius sapientiae, & iustitiae. Considerat enim Deum ad eò potentem, quod nullus illi resistere, aut manus illius euadere potest: tam sapientem, quod nihil illum latere potest: tam iustum, ut nullis aut precibus aut muneribus possit à iustitia flecti, ut malefactorem non puniat. Cum ergo peccator odit poenam, ad quam infligendam certò credit Deum esse potentem, sapientem & iustum, abstinet ab opere peccati, ne talem poenam patiat, sic tamen, ut in eo peccandi voluntas etiam auferatur. Talis inquam fuga peccati ad euitandum poenam, est timor seruilis, quem dicimus esse bonum & utilem, nisi voluntas peccati (ut in titulo de Contritione expressissimus) sit illi admixta. Hoc enim satis aperte ostendit parabola illa de Rege volente ponere rationem cum seruis suis, quam cum incepisset ponere, oblatum est ei vnus deens decem millia talentorum: qui cum non esset soluendo, iustus est vendi, id est, (ut Augustinus interpretatur) tormentis subijci, cum vxore & liberis, hoc est, cum cupiditate & operibus. Quam sententiam cum audisset seruus debitor, horrore & odio poenae, cui erat iam destinatus, preces ad dominum fudit, illi humiliter supplicans ut dilationem solutionis illi indulgeret. Nec tamè passus est repellam, sed dilationem petens, suscepit remissionem: quae rata permanisset, nisi ipse postmodum meruisset ne talis indulgentia cassaretur propter inhumanitatem quam erga conseruum suum exercuit. Ecce istum seruum, qui non aliter ad dominum suum conuertitur, quam ex odio poenae cui viderat se adiudicatum: & sic conuersus exauditur. At si ille timor seruilis esset peccatum (ut Lutherus ait) conuersio ex illo orta etiam esset mala: & si illa mala fuisset, nunquam fuisset exaudita. Praeterea Saluator noster suadens nobis pacem & concordiam, per hunc timorem nos ad illam inducit. Sic enim ait: Esto

ADVERSVS HAERESSES, LIB. XIII. Fol. 420

A Esto consentiens aduersario tuo citò, dum es in via cum eo, ne forte tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde donec reddat nouissimum quadrantem. Rursum: Sapienter consulit parentibus ut filios suos corrigere & flagellare non desinant, ut vel sic filij discant abstinere à malo. Qui parcit virgæ (inquit ille) odit filium suum: percuties eum virga, & liberabis animam eius à morte. Et iterum: Stultitia alligata est in corde pueri: virga disciplinae effugabit eam. Quid ergo de charitate patris nostri, qui in caelis est, erga filios suos censebis? Nonne ille etiam puniet & flagellabit filios suos, ut vel sic discant declinare à malo? Nonne castigat eos quos amat? Amat autem filios. Omnem ergo filium quem diligit, corripit. Sed quare corripit? Certè non ob aliam causam, nisi propter disciplinam, ut videlicet discant declinare à malo, & facere bonum. Hoc autem ex ipsis Pauli verbis apertissime colligitur. Nam postquam dixerat Deum flagellare omnem filium quem recipit, statim subiunxit, dicens: In disciplina perfeuerate. Tanquam filijs nobis offert se Deus. Quis enim filius quem non corripit pater? Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulterini & non filij estis. Vides iam ob quam causam Deus corripit & flagellet filios suos, quia propter solam disciplinam. Sunt enim aliqui ad eò indisciplinati, ut benignitate & misericordia nunquam mollescant, imò duriores & peiores fiant. Hos flagellare oportet, ut flagellati discant: quoniam, ut ait quidam propheta, vexatio dabit intellectum. At si timor seruilis malus esset, aut operatio ab illo timore procedens esset mala: Deus nunquam flagellis cingeret aliquem hac intentione, ut ex odio flagelli conuerteretur ad bene operandum. Deinde propheta regius ait: Bonum mihi quia humiliasti me, ut discam iustificationes tuas. Dauid testatur se didicisse iustificationes Dei propterea quod fuerit à Deo humiliatus: & propterea reddit gratias Deo, quia humiliauerit illum: eò quod ex tali humiliatione magnum illi euenerit bonum, videlicet discere Dei iustificationes. Non est ergo opus aliquod censendum malum hac sola ratione quod à timore seruili procedit. Et si opus ab illa procedens, non est hac ratione malum dicendum, nec ipse timor erit de malitia notandus: quoniam iuxta Saluatoris sententiam, arbor mala non potest bonos fructus facere. Pro hac re sunt plura sanctorum virorum testimonia: quorum aliqua in medium producere non erit inutile. Beatus Bernardus in libro de praeepto & dispensatione, sic ait: Bonus quidem obediens gradus est, si iuxta magistrum nostri sententiam, propter metum gehennae, siue propter professionem sanctam quam professus est quispiam, obediens, melior tamen eum ex Dei amore obeditur. Haec Bernardus. Richardus de sancto Victore, libro primo de preparatione animi ad contemplationem, cap. 8. dicit timorem gehennae esse initium sapientiae: & capite sequente, videlicet 9. de eodem timore loquens, sic ait: Quanto quis vehementius meruit poenam quam meruit, tanto acerbius plangit culpam quam fecit. Sed sciendum quia quacumque hora peccator conuersus fuerit, & ingemuerit, saluus erit, secundum illud: Cor contritum & humiliatum Deus non despicies. Quid tibi videtur? Nonne merito talis filius Simeon, id est, exauditio vocatur? Qui enim verè poeniter, qui veraciter dolet, absque dubio & absque mora indulgentiam accipiet. Oratio quae ex corde contrito & humiliato profertur, citius exauditur. Humiliato per timorem, contrito per dolorem. Haec Richardus. Quibus verbis satis aperte docet timorem seruillem esse bonum: quoniam asserit illum esse primum gradum ad sapientiam, eiusque primam prolem dicit esse dolorem de peccato commisso, aut contritionem, quam fatetur mereri exauditionem, tantum abest ut illam damnare velit. Beatus Augustinus cum hoc pluribus in locis asserat, expressius tamen super primam Ioannis Apostoli epistolam, tractatu nono, ubi

exponens illum locum Ioannis, Timor non est in charitate, sic ait: Quid ergo dicimus de illo qui cœpit timere diem iudicij? Si perfecta in illo esset charitas, non timeret: perfecta enim charitas faceret perfectam iustitiam, & non haberet quare timeret, imò haberet quare desideraret vt transeat iniquitas, & veniat regnum Dei: Ergo timor non est in charitate. Sed in qua charitate? Non in inchoata. In qua ergo? Sed perfecta (inquit) charitas foras mittit timorem. Ergo incipiat timor, quia initium sapientiæ timor Domini. Timor quasi locum præparat charitati. Cùm autem cœperit charitas habitare, pellitur timor qui ei præparauit locū. Quantum enim illa crescit, ille decrescit: & quantum illa fit interior, timor pellitur foras. Maior charitas, minor timor: minor charitas, maior timor. Si autem nullus timor, non est, qua intret charitas. Sicut videmus per setam introduci linum, quando aliquid iuitur: seta prius intrat, sed nisi exeat, non succedit linum: sic timor primò occupat mentem, non autem ibi remanet timor, quia idem intrauit, vt introduceret charitatem. Hucusque Augustinus. Ex cuius verbis constat quòd & si timor seruilis non stet cum perfecta charitate, stat tamen cum charitate inchoata, & via est ad charitatem perfectam. Si timor seruilis (vt Lutherus ait) peccatum esset, nunquam pararet locum charitati. Parat autem locum charitati, non est ergo peccatum. Beatus Basilius in expositione Psalmi tricessimertij, sic ait: Timor enim Saluatoris qui ad sanctitatem deducit, & animæ diuinitus insitus est, qualis existat, si cupis audire, attende. Quando fortè te ad aliquod peccatum videris paratum, illud horribile mandatum, & Christi iudicium cogita, in quo iudex in alto sedens tribunali circumfusos vndique populos coram habebit, astabitque omnis creatura eius aduentum gloriosum exhorrens, rationem gestorum redditura. Deinde qui multa in vita admiserunt, timidi ac tristes apparebunt, vicinum aspicientes ignem, seuas flammam respirantes, ob malorum prætorum impoenitentiam ingemiscientes, ob ingentem dolorem & odium ad omne commune noctis aspectibus æquipurandi. Deinde barathrum & tenebras inaccesas, ignemque obscurum, causticas alioqui vires habentem conspicientes. Inde vermium serpentiumque innumerabilem genus venenosum ac carnivororum nunquam saturum, intolerabiles dolores moribus insigens. Postremò omnium durissimam pœnam, probrum illud & verecundiam sempiternam. Hæc tu timebis, hoc demum timore institutus, quodam quasi freno tuam cohibebis à prauis concupiscentijs animam. Talem itaq; Domini timorem nos pater ille se recipere docet, non quidē eos qui audire negligunt, & ab eo procul absunt, in peccata facile ruentes, sed qui de salute propria solliciti, ad eius properant doctrinam: non inquam hospites & peregrinos à fide vtriusque testamenti, sed qui per baptismum & adoptionē Dei sunt facti domestici. Propterea inquit, venite, hoc est, per benefacta mihi vos reddite propinquos: filij lucis estote, filij per generationem dignati. Audite vos qui aures cordis patētes habetis, timorem Domini docebo vos, hunc quem paulò antè vobis descripsi. Hucusque Basilius. Quibus verbis nil potuit expressius aduersus Lutherū dici. Nam cùm de timore seruilis satis apertè loquatur, dicit illum nos ad sanctitatem deducere, & esse diuinitus inspiratum, & quem pater cœlestis nos docet. Cùm ergo tot & tam aperta produxerimus aduersus hunc errorem testimonia, non est opus vt ampliùs de illo disputemus, præsertim cùm in titulo de contritione, alia multa dicta sint.

Secunda hæresis de timore Dei, est quam docuit Petrus Abailardus, dicens timorem Domini nō esse in futuro seculo. Hunc enim inter alios errores illi impingit beatus Bernardus epistola. 190. Et certè miror quòd homo alioqui doctus in tantum tamque apertum errorem lapsus fuerit: cùm ad illum reuincendum tam manifestum sit testimonium prophetæ dicentis: Timor Do-

Amor Domini sanctus permanet in seculum seculi. Quæ verba exponens Augustinus super Psalmos, sic ait: Timor Domini nō seruilis sed castus, gratis amas, non puniri timens ab eo quem tremit, sed separari ab eo quem diligit. Iste est timor castus, non quem consummata charitas foras mittit, sed permanens in seculum seculi. Hæc Augustinus. Et Saluianus Massiliensis episcopus libro tertio Anticimendōn prope finem, sic ait: Quomodo perfecta charitas foras mittit timorem, si timor Domini castus permanet in seculum seculi? Est ergo timor seruilis, est & timor castus. Timor seruilis est ne patiaris pœnam: timor castus ne amittas iustitiam. Ergo quod Apostolus dixit, de seruilis timore egit. Quod autem Psalmista loquitur, de casto illo timore, quo in æternū Domino copulabimur, sentiendum est. Hæc Saluianus. Præterea, de angelis in cœlo manentibus beatus Iob loquens ait: Columnæ cœli contremiscunt & pauent ad nuntium eius. Quòd autem angelos columnarum nomine appellet, testatur beatus Hieronymus, qui in commentarijs super librum Iob, hunc locum interpretas ait: Stabilitatem ergo solummodo permanentem in natura angelorū columnarum nomine sentiamus, quia non solum immobiliter in sanctitate perseuerantes sunt, sed etiam æternæ beatitudinis gloria speciosi. Nam de futura immobilitate hominū ita ait filius Dei: Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei. Hæc Hieronymus, vel quicumque est illorum commentario-
Bris est, sed admirationis. Hæc Gregorius. Et certè quantum ego possum conijcere, ex hoc fonte processit error Petri Abailardi quo putauit non esse aliquem timorem qui nō sit pœnalis: aduertere enim debuisset esse aliquem timorem sine pœna, qui dicitur timor reuerentialis, vel vt veriùs dicam, nihil est aliud quàm ipsa reuerentia. Nam & timoris nomine ipsa reuerentia appellatur sapissimè in sacris literis. In Euangelio Lucæ legimus quòd postquam Dominus suscitauit adolescentem filium viduæ, accepit omnes timor, & magnificabant Deum. Quo loco timor reuerentiam designat. Omnes enim qui astabant, viso tanto miraculo reueriti sunt Deum, eò quòd talem prophetam misisset in mundum, qui tam miraculosa opera faceret. Hoc autem ex ijs quæ sequuntur, facile est conijcere. Nam postquam dixit timorem occupasse omnium animos, addidit, & magnificabant Deum. Magnificare autem Deum magis est effectus reuerentiæ quàm pœnalis timoris. Similiter Paulus Apostolus in ea quæ est ad Romanos epistola ait: Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vestigal, vestigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. Quæ verba interpretans Theophylactus, sic ait: Nec solum pecunias debere illis affirmat, quin & timorem, hoc est, pudorem & verecundiam, & honoris plurimum principibus exhibendum: ita vt cui debeatur hic honos, honos reddatur. Timor autem duplex est. Altero noxij ex malorum facinorum conscientia corripuntur: alterum vicissitudine quadam impertiuntur qui mutuo detinentur amore, cuiusmodi timor honor est quidam præcipuus, qualis illi videtur cùm inquit: Nihil deest timentibus eum. Et, Timor Domini permanet in seculum seculi. Timor autem hoc loco venerationem quandam præterdit. Hæc Theophylactus. Aliquis est ergo timor omni carēs pœna, & huc dicimus in esse beatitatis. Quòd si bene intellexisset Petrus Abailardus, nunquam negasset timorem Domini esse in futuro seculo.

TYRANNVS.

DE hac re fuit quædam hæresis docens quemlibet tyrannum posse licite & meritorie occidi per quemcunque vasallum suum, etiam per claudiales insidias, non obstante quocunque foedere inter eos inito, etiam per iuramentum confirmato, & hoc absque sententia aut mandato iudicis cuiuscunque. Huius hæresis author fuit (vt testatur Ioannes Gerson) quidam Ioannes parui. Aduersus hunc errorem multæ patent viæ per quas illum expugnare valeamus. Primò ex definitione tyranni. Tyrannus siquidem iuxta eam vocis significationem qua nunc omnes videntur, ille dicitur, qui non iure dominatur in republica, aut vltra iustas dominij sui leges potestatem suam exercet. Quapropter nomen tyranni non solum conuenit regi aut alteri principi, sed cuiuscunque alteri aliquod dominium exercet, si illud tale dominium illi non conuenit: aut si conuenit, ad plura se extendit quam permittit lex sui dominij. Et ita episcopus est tyrannus si per vim & violentiam tenet episcopatum: aut si iure possidet, non tamen secundum iura regit & gubernat, sed exactiones vltra debitum extorquet, aut alia similia exercet quæ episcopo non licent. Eodem modo papa posset esse tyrannus. Ad eundem modum maritus potest dici tyrannus erga vxorem, si illam non tanquam carnem suam, sed tanquam mancipium quoddam tractauerit. Si ergo quilibet tyrannus potest occidi à subdito suo, ex hoc sequeretur confusio totius iustitiæ: quoniam tunc etiam vxor posset occidere maritum suum quem tyrannicè in illam dominatur: possent oues interficere suum pastorem, siue ille esset vnus simplex parochus, siue episcopus, siue papa, si istorum aliquis tyrannicè regeret: possent etiam filij interficere parentem suum, si pater legem paternæ dominationis quoquo pacto excederet. Et ita assertio illa viam aperit cuilibet subdito non solum ad inobedientiam, sed etiam ad inferendam necem suo superiori, quoniam posset caufari illum esse tyrannum. Hoc autem quæ sit perniciosum, non est nunc opus docere, cum sit ipsa luce clarius. Præterea, multò peius est crimen hæreseos quam tyrannidis. Sed non licet cuilibet occidere hæreticum, ergo nec licebit etiam cuilibet occidere tyrannum. Secunda via oppugnare possumus hanc pestiferam hæresim ex ratione insidiarum: quoniam etsi licitum esset tyrannum occidere, non tamen per insidias & fraudes & deceptiones. Quamuis enim non teneamur hosti reuelare veritatem omnem, tenemur tamen nunquam illi dicere mendacium: quoniam os quod mentitur, occidit animam. Ideò Deus dedit locum refugij, in quem posset tutè confugere is, qui casu fortuito alium occiderat sine insidijs. De illo verò, qui per insidias occiderit, oppositam tulit legem, dicens: Si quis per industriam occiderit proximum suum, per insidias, ab altari meo euelles eum vt moriatur. Tertia via patet qua eadem hæresis expugnetur ex ratione foederis iuramento firmati, quia non obstante tali iuramento, asserit licitum esse vasallo interficere tyrannum. Diuinus patet ait: Perdes omnes qui loquuntur mendacium, Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus. Si omnes qui loquuntur mendacium, Deus perdet, quid illum facturum censebis de ijs qui peierant? Nunquid omnes mentientes perdens, saluabit peierantes? Absit. Nam & periurium mendacium est, & non qualecunque, sed iuramento firmatum. Quòd si quis dicat iuramentum illud cum tyranno factum, non obligare vasallum ad eius obseruationem, obstant huic responsoni plura sacræ scripturæ testimonia, quibus probatur pactum quocunque, aut foedus etiam cum hostibus factum debere seruari. Nam hac sola de causa Iacob turbatus est & iratus contra Simeonem & Leui filios suos, quia voluerant pactum cum Sychimitis initum, Et hac de causa

Asa quum alios filios moriens benediceret, istis maledixit, inquiens: Simeon & Leui fratres vasa iniquitatis bellantia. In consilium eorum non veniat anima mea, & in coetu illorum non sit gloria mea, quia in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murum. Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura. Diuidam eos in Iacob, & disperdam eos in Israél. Propter eandem etiam causam reprehenditur Sedechias rex Iuda, quia videlicet rebellauit contra Nabuchodonosor regem Babylonis, cum tamen prius illi fecisset iuramentum de fidelitate seruanda. Beatus Augustinus lib. i. de Ciuitate Dei, cap. 15. laudat Marcum Attilium Regulum Consulem Romanum, quia ne violaret fidem quam iuramento firmatam Carthaginensibus hostibus dederat, mortem elegit, eamque pati maluit, quam fidem hosti præstitam violare. Accedit ad hæc, quòd si liceret rumpere foedera etiam iuramento stabilita, via tunc aperiretur latissima ad omnem diffidentiam & omnem controuersiam patens. Nullus enim iam fideret alteri aliquid promittenti, quoniam etsi promissa iuramento confirmet, quisque iuste metueret potest ne postea contra iuramentum faciat, cum id licite facere possit. Nullus etiam erit controuersie finis, si nulla est obligatio iuramenti: quoniam (vt ait Apostolus) omnis controuersie finis est iuramentum. Alia adhuc patet via, eaque aperitissima, qua hæc pestifera hæresis prosterni possit, defectus videlicet potestatis in occidente vt aliquem iuste occidere possit. Quamuis enim aliquis sit quantumlibet scelestus & criminofus, qui mille mereatur mortes, non potest tamen iuste ab aliquo occidi, nisi ab habente potestatem & iurisdictionem. Sceleratissimus homo fuit Cain, qui primus sanguinem humanum fudit, fratremque occidit: qui cum timeret ne ob sua scelera occideretur à quolibet qui illum inuenisset, dixit illi Deus: Nequaquam ita fiet, sed omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur. Præterea, quemadmodum regula iuris docet, sententia non à suo iudice lata, nulla est. Et Paulus Apostolus hunc & similes tyrannidas aperte reprehendit, dicens: Quis es tu qui iudicas seruum alienum? Posses enim ab illo subdito, qui occidit tyrannum non expectata sententia iudicis superioris, iustissime peti: In qua autoritate hoc facis? Quis te constituit iudicem super eum? Si potestatem occidendi habes, oportet vt illam habeas à Deo: quoniam nullus habet in aliquem potestatem, nisi illa sit desuper data. Omnis enim potestas à Domino Deo est. Ostende ergo vbi Deus dedit subditis hanc potestatem, vt absque iudicis sententia possint occidere tyrannos. Nos autè facilius ostendemus hoc esse à Deo prohibitum. Nam per præceptum illud: Non occides, iuxta omnium sacrorum doctorum interpretationem, prohibetur illa hominis occisio qua propria autoritate & absque iudicis sententia fit. Qui infcio principe (inquit lex) bellum gerit, reus est læsæ maiestatis. Rursum, Rex qui supremam habet autoritatem, non potest citra iuris ordinem, aliquem non monitum, non vocatum, non conuictum interficere: multò ergo minùs hoc poterit subditus. At qui per insidias aliquem interfecit, contra iuris ordinem id facit: non ergo licet subdito per insidias interficere tyrannum. Deinde, contra naturalem legem est quòd in alicuius controuersia definitione aut decisione idem sit pars, iudex & testis; quoniam hoc soli Deo conuenit propter summam illius sapientiam & bonitatem. Cum autem subditus sine superioris iudicis sententia tyrannum occidit, tunc ipsemet est iudex, pars opposita reo, & testis. Multa sunt ergo propter quæ hæc pestifera assertio reijci meretur. Quapropter Concilium Constantiense sessione. 15. hanc doctrinam velut fidei Catholice repugnantem damnauit, ita dicens: Præcipua sollicitudine volens hæc sacrosancta synodus ad extirpationem errorum & hæresum in diuersis mundi partibus inualescentium prouidere sicut tenetur, ad hoc collecta est. Nuper accepit quòd nonnullæ assertiones erro-

neæ in fide, & bonis moribus multipliciter scandalosæ, reipublicæ statum & ordinem subuertere molientes dogmatizatae sunt: inter quas hæc assertio delata est: Quilibet tyrannus potest & debet licite & meritorie occidi per quemcunque vasallum suum & subditum, etiam per clanculares insidias, & subtiles blanditias, vel adulationes, non obstante quocunque præfrito iuramento seu confederatione factis cum eo, non expectata sententia vel mandato iudicis cuiuscunque. Aduersus hunc errorem satagens hæc sancta synodus insurgere, & ipsum funditus tollere, præhabita deliberatione matura, declarat, decernit, definit huiusmodi doctrinam erroneam esse in fide, & in moribus: ipsamque tanquam scandalosam, & ad fraudes, deceptiones, mendacia, proditones, periuria, vias dantem, reprobam, & condemnat. Declarat insuper, decernit, & definit quod pertinaciter doctrinam hanc perniciosissimam asserentes sunt hæretici, & tanquam tales iuxta canonum sanctiones puniendi. Hucusque Concilium Constantiense. Ioannes Gerson testatur fuisse æditum in Concilio Constantiensi librum quendam aduersus hunc errorem. Sed fateor me illum non vidisse. Monere tamen volui lectorem, vt si fortè illum inuenire posse crediderit, diligentiam apponat.

VERECUNDIA.

Turrelupini. **F**uit quædam hæresis, docens de nulla re quæ nobis est à natura donata, erubescendum esse. Huius hæresis autores fuere Turrelupini, qui ob hanc sententiam more Cynicorum philosophorum omnia verenda publicitus nudata gestabant, & in publica velut iumenta coibant. Et certè hanc hæresim natura ipsa redarguit, à qua insitam habemus quarundam rerum verecundiam. Quapropter partes illæ inferiores corporis humani, per quas mares & foeminae in coitu commiscuntur, à verecundia & pudore sortitæ sunt nomen, vt verenda & pudenda dicantur. Præterea sicut virtus parit honorem, & inde gloriam: ita vitium parit vituperium, & inde verecundiam. At licet partes illæ inferiores corporis humani ex se non magis vitiosæ sint quam reliquæ corporis partes, tamen hoc habent vt testimonium referant illius peccati quod primus homo per inobedientiam commisit. Nam cum Adam posthabito præcepto diuino de pomo vetito comedit, reciproca inobedientia punitus est, ita vt in suo corpore suorum membrorum pateretur inobedientiam, quam in membris genitalibus statim expertus est. Hæc autem membrorum inobedientia, velut perpetua quædam punitio in memoriam pristini peccati in nobis omnibus remansit. Cum enim omnes reliquæ corporis partes ad nutum & imperium voluntatis nostræ moueantur & quiescant, sola membra genitalia nutui voluntatis repugnant, & obedire recusant. Si vis leuare manum, leuatur illa. Si vis illam inclinari deorsum, inclinatur eadem: & ad eundem modum reliquæ omnes corporis partes obediunt voluntati. Sæpè tamen contingit vt membra genitalia repugnante voluntate erigantur, & eadem aliquando renitente deprimantur. Patimur ergo in partibus illis inobedientiam & rebellionem in testimonium illius inobedientiae quam primus parens noster aduersus Deum exereuit. Si ergo de vitio quolibet iuste erubescimus, oportet vt de illis corporis partibus erubescamus, in quibus & punitio & testimonium pristini peccati hucusque remansit. Rursum, postquam Adam peccauerat, peccatum suum cognoscens, volensque à facie Domini in paradiso ambulantis fugere, dixit Deo: Vocem tuam Domine audiui in paradiso, & timui, eò quod nudus essem. Quo loco constat timorem capi pro verecundia, quod patere facile potest ex ea quam redididit timoris causa. Timui (inquit)

A (inquit) eò quod nudus essem. Inde enim erat timor, hoc est verecundia, quia in corpore suo nudo experiabatur iam sui corporis inobedientiam, quæ sui peccati erat testimonium. Hanc etiam Adæ & Euae erubescuntiam testantur ea perizomata quæ illi fecerunt cum cognouerunt se nudos, vt illas inferiores corporis partes tegerent. Deinde, si de nulla re naturaliter data esset erubescendum, iniuste reprehenditur Cham filius Noë eò quod videns patrem inebriatum habentem verenda nudata, nunciauit fratribus suis: immeritò etiam alij fratres, videlicet Sem & Iaphet, laudarentur quia verenda patris operuerunt. At cum ob illud facinus fuerit Cham maledictus à patre, & alij filij, propterea quod patrem operuerunt, fuerint à patre benedicti, conuincitur meritò vt aliqua sint de quibus erubescere debeamus, etiam si à natura sint nobis data. Nam ob hanc solam verecundiam causam Sem & Iaphet videntes patrem nudum auerterunt facies suas, vt verenda patris non viderent. Adde quod pars sacerdotalis, qua iuxta præceptum Domini vestiendus erat sacerdos, cum intrabat in sancta, erant femoralia in tegumentum earum partium, ex quibus nudatis maxima oritur verecundia. Abeant ergo effrontes Turrelupini, & quos Deus tegit, ipsi denudare vereantur.

VINVM.

Seuerus, à quo Seueriani hæretici originem duxerunt, docuit non licere villo pacto bibere vinum, eò quod quodam fabulosa quadam vanitate (vt Augustinus ait) dicebat de Satana & terra germinasse vitem. Hunc errorem nullus ex his qui de hæresibus scripserunt (quos tamen vidisse licuit) tribuit alicui alteri quàm huic Seuero. Beatus tamè Hieronymus dicit hunc fuisse errorem Tatiani. Nam in commentarijs super prophetam Amos, interpretans illum prophetæ locum: Propinabatis Nazaraeis vinum, &c. sic ait: De hoc loco hæresim suam Tatianus Encratitarum princeps struere nititur, vinum asserens non bibendum, cum & lege præceptum sit ne Nazaraei bibant vinum, & nunc accusentur à propheta qui propinent Nazaraeis vinum. Qui si literam sequuntur in omnibus, & Iudaicas fabulas Ecclesijs ingerunt *CH X I S T I*, ergo & comam nutrire debent & vnam passam ac viridem non comedere, & super matrem & patrem mortuis non ingredi: & si fortè hæc fecerint, & fuerint humana vel fragilitate vel necessitate superati, radant capita, & irriti sint omnes consecrationis & laboris eorum. Quod si hæc non faciunt, neque possunt more Iudaicorum cauponum miscere aquam vino, vmbrae veritati, Euangelij gratia legis necessitatem, ebrietatem illam intelligant, qua curis secularibus inebriatur & obruitur animæ vigor, & illos prophetis mandare dicentes: Ne prophetetis, qui liuore superati, prohibent eruditos viros doctrinam proferre sermonem. Hucusque Hieronymus. Ex cuius verbis constat Tatianum etiam hanc docuisse hæresim. Augustinus tamen, aut Philaster etià cum errores Tatiani recenset, nunquam huius hæresis meminit. Et certè (vt candidè loquar) hæc hæresis non solum nocet animæ, sicut & quælibet alia, sed etiam nocet corpori: quoniã etsi vinum immodicè sumptum multum nocet, moderatè tamen potatum plurimas corpori præstat utilitates. Idèd Sapiens Ecclesiasticus ait: Exultatio animæ & corporis vinum moderatè potatum. Sanitas est animæ & corporis sobrius potus. Præterea, si vinum malum esset ex sua natura, Saluator noster non vertisset aquam in vinum: neque initium signorum illius fuisset vinum ex aqua factum. Et si non liceret bibere vinum, idem Saluator non præcepisset ministrantibus in conuiuio nuptiarum, vt ferrent vinum Architriclino. Rursum ipsemet Saluator cum discipulis cœnans bibit vinum, & potandum dedit discipulis suis: & vinum in

F. ALFONSI DE CASTRO MINORITAE

Luc. 22.
1. Tim. 5.

num in sanguinem suum mutavit, eosque eodem modo facere docuit, dicens: **C** Hoc facite in meam commemorationem. Deinde Paulus Apostolus Timotheo scribens, consulit ut aquam non bibat, sed modico vino utatur propter stomachum suum, & frequētes eius infirmitates. Nec opus est plura citare testimonia, cū hāresis sit tam manifesta. Ceterum quod Severus docuit vinum non bibendum, quia malum: & idē malū, quia dicebat de Satana & terra germinasse vitem: hoc non est opus nunc oppugnare: quoniam iam supra in titulo de creatura, ostendimus omnes creaturas esse ex se bonas, easque omnes esse à Deo, & non ab aliquo alio principio.

VIRGINITAS.

Iovinianus

Iovinianus monachus docuit, virginitatem non esse apud Deum maioris meriti quā coniugium, sed pares dixit esse nuptias virginitati. Ob cuius doctrinam multae virgines sacrae prouectae aetatis, posthabito voto quod emiserant, nupserunt. Ipse tamē Iovinianus, quamuis monachatus deposuit, vxorē ducere noluit: nō quia inde maius apud Deū meritum se habiturum sperabat: sed ne nuptiarū pateretur molestias, se cōtinere dicebat. Hunc errorem etiam impingit Heluidio Hieronymus. Quis autem istorū prius errorē hunc docuerit, mihi non est certum: hoc tamen constat, vtrunq; eorum fuisse Hieronymo coaevum, & Hieronymū prius scripsisse aduersus Heluidium quā aduersus Iovinianum: quoniam in .1. lib. contra Iovinianū meminit illius libri, quē aduersus Heluidium scripserat. Sed vterlibet istorū prior altero hūc errorem docuerit, constat ex verbis Hieronymi nullum istorum fuisse primū huius hāresis autorem, quia huius hāresis principatum tribuit Basilidi. In .2. enim lib. aduersus **D** Iovinianū circa finem sic ait Hieronymus: Quadringenti ferē anni sunt quod Christi praedicatione fulget in mundo, ex quo innumerabiles hāreses tunicā illius procciderunt. Vniuersus penē error de Chaldeo, & Syro, & Graeco sermone processerat. Basilides magister luxuriā & turpissimorum complexū, post tot annos ita in Iovinianum quasi in Ephorbum transformatus est, ut Latina quoque lingua haberet hāresim suam. Hāc Hieronymus. Ex cuius verbis constat hanc hāresim à Basilde initium sumpsisse. Augustinus tamen in libro de hāresibus de hoc Basilde differens, nihil tale illi impingit. Philaster etiam Basilidis errorem recensens, nunquā huius erroris meminit. Credamus ergo Hieronymo tanquam diligentissimo rerum inquisitori, praesertim cū alij nō contradicant, sed taceant. Epiphanius tamen libro .1. contra hāreses, Tomo .2. de Basilde differens, & omnes illius errores enarrans, non dicit illum equasse nuptias virginitati, sed dicit illum promiscuum coitum & liberum, aliasque nefandas libidinis species docuisse, prout Saturninus illius magister fecerat. Et forte propter hanc causam Hieronymus dixit Basildem transformatum fuisse in Iovinianum, quamuis nihil ille de virginitate dixerit. Post istos hac nostra **E** aetate surrexit Martinus Lutherus, qui Hiericho iam diu destructam cum Dei maledictione reedificauit, multo peiorem illam faciens quā olim sub Ioviniano fuerat. Nam hic non est contentus nuptias equare virginitati, prout Iovinianus fecerat: sed aded virginitatem deicere conatus est, ut non sit veritas illam dicere malam esse, & Dei praeepto contrariam. Ut autem omnibus demencia istius sit nota, verba illius citabo, quae ille in libro de votis monasticis scripsit. Coelibatus, inquit ille, virginitas, aureola, nugae sunt, & mera sathanæ mendacia. Et in libro de coniugali vita, volens ostendere esse impossibile seruare virginitatem, hāc ait: Sicut in potestate mea non est, quod minus sim mas, ita minime situm in me est, ut sim sine muliere. Et aliquibus interpositis subdit: Cre-

Heluidius

Basilides

Hieron.

E. Martini

ADVERSVS HAERESSES, LIB. XIII. Fol. 424

A dit. Crescite & multiplicamini, non est praeeptum, sed plusquam praeeptum, quod nos non possumus impedire, vel praetermittere: sed perinde necessarium est, & magis necessarium quam edere, & bibere, purgari, expuere, dormire, & vigilare. Hāc Lutherus. Ut autem hanc suam turpem & impudicam doctrinam melius toti populo persuaderet, non fuit contentus verbo & scriptura illam docere: sed eam opere confirmavit, faciens id quod alijs praedicabat. Nam cū monachus esset ex familia Eremitarum sancti Augustini, velut canis impudicus ad vomitum rediens, omnem monachatum reiecit, & vxorem duxit, quam non nisi monialem esse voluit, ut similes haberent labra lactucas. Hāc doctrina, cū sit carni amicissima, placuit illis omnibus, qui carni potius quā Deo obediunt, & ob hanc causam maxima pars monachorum & monialium Germaniae reiecit monachatum, & matrimonium suscepit. Et hāc fuit vna ex praecipuis causis vnde suscepit vires hāresis Lutherana, quia videlicet ea semper docuit quae populo placent, & idē magna pars populi Lutherum tanquam Dei prophetam venerata est, & illius doctrinam tanquam Dei oracula suscepit. Nam maior semper est in omni populo stultorum quā sapientium numerus. Stultorum siquidem, ut ait Sapiens, infinitus est numerus. Ob hanc enim causam, ut notum est omnibus qui recte sapiunt, tam magna pars mundi legi Mahumetis subijcitur: quia maxima pars hominum carnis delitijs afficitur, quas ille sua lege omnibus indulgit. Et hinc patet quā malē Lutherus gloriatur in multitudinem discipulorum suorum: quoniam eadem ratione etiam gloriari posset Mahumetes contra Christum: cū ille etiam plures quā Christus habeat discipulos & sectatores. Ioannes Calvinus etsi parum faueat virginitati, modestius tamen agit contra illam, quā Lutherus. Quae omnia postea, verbis illius hīc primum citatis, manifestē omnibus demonstrabo. Pro virginitatis commendatione efficacissimum testimonium est quod Christus Saluator noster ait: Sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnum caelorum, qui potest capere, capiat. Nam cū dixisset non licere alicui dimittere vxorem suam nisi ob fornicationem: discipuli hoc audito graue admodum existimantes onus matrimonij ob vinculum illius indissolubile, dixerunt: Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere. Quibus Christus respondit: Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est. Sed quod est hoc verbum quod non capiunt nisi illi quibus datum est? Certē hoc quod statim subiungit, dicens: Sunt enim eunuchi qui de matris vtero sic nati sunt. Et sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus. Et sunt eunuchi qui seiplos castrauerunt propter regnum caelorum: Qui potest capere, capiat. Ecce verbum quod non omnes capiunt nisi quibus datum est, videlicet castrare seipsum propter regnum caelorum. Et quia non omnes hoc capere possunt, ne videretur aliquem cogere ad id quod assequi nō poterat, in cuiusque arbitrio illud reliquit, dicens: Qui potest capere, capiat. Ex istis verbis Christi apertissime constat virginitatem esse praelatam matrimonio. Quis enim non videt multo excellentius esse illud ad quod assequendum non omnium vires sufficiunt, quā illud quod tam facile est, ut omnes illud capeffere possint? Nullus est cui integra est natura, qui coire non possit. At rarus est qui possit ab omni specie coitus abstinere. Non enim omnes hoc capiunt. Praeterea, Apostolus Paulus in priore epistola ad Corinth, viduitatem praefert nuptijs, & virginitatem praefert ambabus, dicens: Qui matrimonio iungit virginem suā, bene facit: & qui non iungit, melius facit. Quid iam amplius desideramus aduersus Iovinianum? Poterat ne forte expressius aliquid pro virginitatis assertione profiteri? Qui non iungit matrimonio virginem (inquit ille) melius facit. Et postea viduam praefereus nuptiae ait: Mulier alligata est legi quanto tempore vir eius viuuit. Quod si dormierit vir eius, liberata est à lege. Cui autem

M. 11. 199

1. Cor. 7.

autem vult, nubat, tantum in Domino. Beatior autem erit si sic permanferit, secundum meum consilium. Puto autem quod & ego spiritum Dei habeam. Antè tamen quam hanc sententiam Paulus diceret, plura disseruit per quæ ostendit latam esse inter matrimonium & virginitatem distantiam. Qui sine vxore est (inquit) sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum vxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est. Et mulier innupta & virgo cogitat quæ Domini sunt, vt sit sancta corpore & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. Circumspiciamus bene & perpendamus fideliter virginitatis & matrimonij discrimen. Virgo Domino, maritus vxori placere cupit, & vt vxori placeat, sollicitudinem gerit de ijs rebus quæ in mundo sunt, & ad mundum spectant: & ita diuisus est, quia qui adhæret Deo, vnus spiritus efficitur cum eo. Vbi autem vnitas, ibi non est diuisio. Virgo igitur non est diuisus, quia soli Deo placere cupiens, vnicum solum habet spiritum, & hunc diuinum. At maritus qui etiam placere cupit vxori, ac Deo, hic diuisus est in duas partes, vnã qua Deo placere optat, si modo optat: & aliam qua cupit placere vxori. Dicat ergo nunc Iouinianus: Nõne melius est placere Deo, quam placere vxori? Nõne præstantius est adhære Deo, & effici vnus spiritum cum eo, quam diuisum esse in multas sollicitudinum partes & miseriarum? Si placere Deo melius, consequens est vt virginitas sit præstantior matrimonio. Rursum, Sadauceis quærentibus à Saluatore nostro de muliere quæ septem fratribus successiuè nupsit, quem illorum post resurrectionem habitura esset, respondit idem Saluator: In resurrectione neque nubent neque nubentur, sed sunt sicut angeli Dei in cælo. Ex quibus verbis constat nuptias esse hominum: Continentia autem, angelorum proprium munus. Quantum ergo angeli hominibus præstant, tantum virginitas præponitur matrimonio. Deinde hoc etiam conuincit multitudine virtutum, quas ad sui sustentationem exigit virginitas, vt tanquam altera Hester illis velut suis ancillis innitatur. Oportet enim virginem esse abstemium: quoniam luxuriosa res est vinum. Exigitur abstinentia cibi: quoniam libidinis ignes, ciborum fomentis crescunt. Summè necessarium est pacifici fœdus cum oculis, prout se fecisse testatur Iob, ne cogitaret quidem de virgine: quoniam, vt ait Ecclesiasticus, speciem mulieris multi admirati reprobri facti sunt. Nec minùs oportet obseruare aures ad turpiloquia: quoniam (vt ait Menander apud Paulum) corrumpunt bonos mores colliquia mala. Est etiam necessaria oris & labiorum custodia, vt non declinet cor illius in verba malitiæ, ne fortè ex leui verbo tuo aliqua vulneretur, & vt pari referat, illa postea similibus verbis transfigat cor tuum, & blanditijs labiorum suorum protahat te, & statim sequaris eam quasi bos ductus ad victimam. Plurimas certè passurus est molestias, qui virginitatem intemeratam custodire cupit. Propter quod meritò virginitas similari solet ebori, quod propter nimiam verustatem vertitur in colorem rubeum, cum tamen à natura sit album: quia virginitas diu conseruata æquiualeat martyrio, & est quasi quædam sanguinis effusio. Denique nunquam potest esse virginitas sola, sed oportet eam velut reginam esse ingenti ancillarum comitatu stipatam. At qualiter fieri posset vt non sit nobilior virginitas, cui multò plures deseruiunt virtutes quam matrimonio? Demum hæc Iouiniani assertio, prout ratio & fidei regula exigebat, totius Catholicæ Ecclesiæ sententia bis damnata est. Nam Siricius papa, habito Romæ sacerdotum concilio, primus eam damnauit, vt ex epistola eius de condemnatione Iouiniani ad episcopos Africanos patere potest, in qua sic habetur: Nos sanè nuptiarum vota non aspernanter accepimus, quibus velamine interfuimus, sed virgines Deo deuotas maiore hono-

Mat. 22.

Iob. 31.
Eccle. 9.

1. Cor. 15.

Siricius
papa.
Iouinianus

A rificentia muneramus: Facto ergo presbyterio, constitit doctrinæ nostræ, id est, Christianæ legi, hæc omnia esse contraria: vnde Apostolicum sequenti præceptum, quia aliter quam accepimus, annunciabant, omnium nostro- rum tam presbyterorum, tam diaconorum, quam etiam totius cleri vnã factam constat esse sententiam, vbi Iouinianus, Ausentius, Genialis, Geminator, Felix, Plotinus, Martianus, Ianuarius, & Ingeniosus, qui accentores nouæ hæresis & blasphemæ inuenti sunt, diuina sententia, & nostro iudicio in perpetuum damnati extra Ecclesiã remanerent. Hæc Siricius papa. Et Africani episcopi hanc Siricij recipientes epistolam, Concilium in plebe Thelensi congregarunt, in quo re (vt decebat) plenè examinata, approbarunt damnationem Iouiniani per Siricium factam, & eidem Siricio papæ de hoc negotio rescripserunt. In quorum epistola hæc habentur verba: Agrestis enim vlulatus est, nullam virginitatis gratiam, nullum castitatis ordinem reseruare, promiscuè omnia vella confundere, diuersorum gradus abrogare meritorum, & paupertatem quandam celestium remunerationem inducere, quasi Christo vna sit palma quam tribuit: ac non plurimi abundant tituli præmiorum. Simulant se isti non donare coniugio. Sed quæ potest laus esse coniugij, si nulla virginitatis est gloria? Neque verò nos negamus sanctificatum à Christo esse coniugium, diuina voce dicente: Erunt ambo in vna carne, & in vno spiritu. Sed prius est quod nati sumus, quam quod effecti, multoque præstantius diuini operis mylterium, quam humanæ fragilitatis remedium. Iure laudatur bona vxor, sed melius pia virgo præfertur, dicente Paulo: Qui iungit virginem suam, bene facit: & qui non iungit, melius facit. Hæc enim cogitat quæ Dei sunt, illa quæ mundi: illa coniugalibus vinculis colligata est, hæc libera vinculorum: illa sub lege, ista sub gratia. Bonum coniugium, quo est iuuenta posteritas successio humanæ: sed melior virginitas, per quam regni celestis hæreditas acquisita, & celestium meritorum reperta successio. Per mulierem cura successit, per virginem salus euenit. Denique speciale sibi donum virginitatis elegit, & integritatis munus exhibuit, atq; in se repræsentauit, quod elegit in matre. Et aliquibus interiectis, circa finem epistolæ hæc verba subiunguntur. Itaq; Iouinianum, Ausentium, Geminatorem, Felicem, Plotinum, Genialem, Martianum, Ianuarium, & Ingeniosum, quos sanctitas tua damnauit, scias apud nos quoq; secundum iudicium tuum esse damnatos. Hæc Concilium Thelense. Sed quia virginitatis honorem & excellentiam illius contra illius hostes defendere statuimus, opus est vt aduersariorum obiectionibus respondeamus. Hoc autem tantò libentiùs faciemus, quantò illorum obiectiones minùs negotium nobis faceffere conspiciamus. Primò quidem nobis obijciunt illud quod primis parentibus, statim postquam illos condidit, Deus dixit: Crescite, inquit illis, & multiplicamini. In quibus verbis (vt ex verbis Lutheri supra citatis constat) dicunt virginitatis hostes, Deum omni homini dedisse præceptum de matrimonio contrahendo. Ioannes Caluinus, quem dixi non esse tam acerbum virginitatis hostem, sicut Lutherus, hoc idem asserit. Nam in illo suo opere, de institutione Christianæ religionis, cap. 3. vbi agit de lege, interpretans præceptum illud, Non moechaberis, dist. 63. hæc ait: Hac lege conditus est homo, solitariam vitam non agat, sed adiuncto sibi subsidio vtatur: deinde ex peccati maledictione in hanc necessitatem magis additus est. Hæc Caluinus. Sed quia ista poterant in bono sensu accipi, vt pro solo illo tempore intelligerentur esse dicta: ne à nobis ita possent intelligi, mentem suam nobis magis aperire voluit. Nam in eodem capite, dist. 66. postquam dixerat melius esse nubere quam scorto coire, contra sacerdotes & monachos qui castitatem perpetuam Deo promittunt, hæc ait: Nostri verò sacrificij, monachi, & moniales, omiffa huiusmodi consideratione, cœli-

Ausentius.
Genialis.
Geminator
Felix.
Plotinus.
Martianus
Ianuarius.
Ingeniosus.
Concilium
Thelense.

Mat. 19.

1. Cor. 7.

Gene. 1.

Caluinus.

barui se pares esse confidunt. Quo enim oraculo edocti sunt, constaturum sibi tota vita castitatem, in cuius finem eam vouerit. Audiunt de vniuersali hominum conditione Dei vocem, Non est bonum homini esse solū intelligunt, atque vtinam non sentirent peccatum in nobis manens, non carere acerrimis aculeis. Illam generalem vocationem qua fiducia audent excutere in totam vitam? cum donum continentiae sapius in certum tempus, prout oportunitas requirit, concedatur. Hæc Caluinus. In quibus multa sunt, per quæ ostendit se sentire, etiam hoc tempore gratiæ stare adhuc præceptum vniuersale, quod omnes obliget ad nuptias contrahendas. Nam ait omnibus etiam nunc dici, Non esse bonum homini esse solum, sine vxore. Dicit etiam non licere generalem vocationem in totam vitam excutere. Generale autem vocationem dicit esse illam, qua omnes à Deo vocamur ad matrimonium, quæ vocatio etsi differri possit, non tamen in perpetuum, vt ait, poterit reijci. Virginitatem ergo ad certum aliquod tempus limitatam, commendat: perpetuam verò damnat, quia est, vt verbis illius loquar, contra generalem Dei vocationem, hoc est, contra generale præceptum. Si tamen Deus virginitatis donum alicui in speciali concesserit, illud fateretur esse virtutem, sed hanc nemini nisi ad tempus concessam esse dicit. Verba illius in illo tertio capite, dist. 64. sunt hæc. Virginitas, fateor, virtus est non contemnenda: sed quoniam alijs negata est, alijs non nisi ad tempus concessa, qui ab incontinentia vexantur, & superiores in certamine esse nequeunt, ad matrimonij subsidiū se cōferant, vt ita in suæ vocationis gradu castitatem colant. Hæc Caluinus. Ex cuius verbis cōstat, illum hoc solo à Luthero differre, quod Lutherus omnem prorsus virginitatē damnat, Caluinus autem non omnem, sed illam solam quæ est per totum vitæ decursum: quoniā hanc dicit, nunquā esse à Deo concessā. Nam postquā dixit virginitatem esse virtutem, statim virginitatem ipsam diuidens, dixit illam alijs esse negatam, alijs non nisi ad tempus concessam. Caluinus siquidem, vt opinor, vidit apertissima sacræ scripturæ testimonia virginitatē commendantia, quibus contradicere non potuit: & ideo summo studio quæsitam viam inuenit, per quā minimam virginitatem commendaret, videlicet ad certum tempus limitatam: perpetuam verò, quæ maior & verior virginitas est, damnat. De hoc ergo conuenit inter Lutherum & Caluinū, quod vterq; dicit, nuptias esse omnibus præceptas, & virginitatē perpetuā esse diuino præcepto prohibitam. Quæ sententia est tam apertè hæretica, vt non esset opus contra illam disputare, nisi aduersus homines effrontes ageremus, quibus manifestissima quæq; probare oportet. Si virginitas tēporalis & limitata, virtus est, vt ait Caluinus, multo maior erit virtus virginitas perpetua: quia ipsa virtutis ratio multo magis reperitur in ista, quā in illa. Virtutis siquidem obiectū est, bonum difficile: quia non potest esse virtus nisi circa difficilia versetur. Quæ res adeo nota est, vt non solū Christianis, sed ipsis etiā gentilibus fuerit manifesta. Nam, vt Aristotelem & reliquos philosophos omittam, Virgilius, vel quisquis ille est, qui literam Pythagoræ mystico sensu interpretatus est, hæc dixit.

Virgilius.

*Litera Pythagoræ discrimine festabaceni,
Humane vite speciem præferre videtur.
Nam via virtutis dextram patet ardua callens,
Difficilemque aditum primùm spectantibus offert:
Sed requidem præbet sese in vertice summo.*

Ouidius.

Et Ouidius libro secundo de Ponto ait.

Difficile est, fateor, sed tendit in ardua virtus.

Si virtutis materia est bonum difficile, consequens est necessariò inde deductum, vt maior sit in illo bono virtus, in cuius affectuione maior est difficultas. Et hoc etiam docuit nobilis quidam alius poëta, Lucanus scilicet libro nono

A bro nono Pharsaliæ, sic dicens:

*Serpens, sitis, ardor, arena
Dulcia virtuti, gaudet patientia duris.
Lætiur est, quoties magno sibi constat honestum.*

LUCANUS

Cum igitur multo maior sit difficultas in conseruatione perpetuæ virginitatis, quàm temporalis ad certum tempus limitatæ, apertè conuincitur virginitatem perpetuam multo excellentiorē esse virtutem quā illa quæ ad tempus limitatam seruatur. Fortè hîc dicit Caluinus, virginitatem perpetuam, quāuis magnam habeat difficultatem, nō esse virtutē, sed peccatum, propterea quod Deus illam prohibuit, quando matrimonium præcepit dicens, Crescite & multiplicamini. Si ita responderit Caluinus, cogetur fateri, vt Deus hominibus prohibuerit id quod ex se virtus est: quoniam virginitas perpetua, nisi Deus illam prohibuisset, vt Caluinus ait, virtus ex sua natura erat. Deinde, mirū est, vt id quod hodie virtus est, cras nulla rerum mutatione facta sit vitium. Sed hæc missa faciamus, & discutiamus an verū sit quod nobis obijciunt omnibus hominibus datum esse generale nuptiarum præceptum per illa verba, Crescite & multiplicamini. Hoc falsissimum est, apertissimumq; mendacium: quia nō possum mihi persuadere vt non aliter sentiant quàm dicunt, nisi fortè nimius libidinis affectus intellectum eorum excæcauit. Non est enim verisimile illos non legisse Paulum, vbi ait: De virginibus autem præceptum Domini non habeo, consilium autē do. Et post pauca, Solutus es ab vxore: noli quærere vxorem. Si Deus generale nuptiarum præceptum omnibus dedit, vt Lutherani dicunt, ergo Paulus Deo contradicit, quum contra Dei præceptum virginitatē consulit. Absit tamen vt Paulum Deo contrarium esse dicamus. Fortè Caluinus dicit, Paulum solam virginitatem illam consuluisse, quæ ad certum tempus restringitur, quam Deus non prohibuit. Sed Pauli verba sunt tam clara & tam manifesta, vt nullo modo patiantur se in talem sensum detorqueri. Nam soluto ab vxore dicit Paulus, Noli quærere vxorem: Non dixit, noli ad hoc aut illud tempus quærere vxorem. Sed absolutè & sine vlla tēporis limitatione dixit, Noli quærere vxorem. Præterea, si fuisset generale præceptum nuptiarum omnibus sine vlla exceptione datum, peccassent omnes qui perpetuè virginitatem seruaerunt, quia præceptum Dei transgressi sunt. Peccasset ergo Ioannes Euangelista, peccasset & Ioannes Baptista, imò, quod his omnibus multo hortibilis est, peccasset illa mater Dei virginitatem perpetuam seruans. Nullæ tamen sunt piæ aures quæ hoc vel audire patiantur. Deinde, si illud est præceptum, ergo steriles quamuis matrimonio copulentur, peccant: quia non multiplicant genus humanum, neq; replent terram. Quis autem prouidens illos peccare dicit propter omissionem illius rei quam præstare non possunt. Fateatur ergo illa Dei verba continere præceptum, quod olim ante Christi aduentum & prope conditionem humanæ naturæ, homines obligabat ad solas nuptias, vt per illas humanū genus propagaretur. At postea humano genere satis propagato, iam non obligat illud præceptum, sed liberum est cuiq; aut virginē esse, aut matrimonio ligatum. Et in huius rei testimoniū est quod Hieronymus olim Heluidio illud idem præceptum contra virginitatem obijcienti, respondit sic dicens: Pro conditione temporū sancti veteris Testamenti aliæ subiacuerunt sententiæ: & aliæ nos in nouo Testamento, in quos fines seculorum deuenerunt. Quàm diu lex illa permansit, Crescite & multiplicamini, & replere terram: & maledicta sterelis, quæ non parit semen in Israël, nubebant omnes, & nubebantur, & derelictis parentibus fiebant vna caro. Quando verò vox illa peritonuit, tempus breuiatum est, vt qui habent vxores sic sunt quasi non habentes: iam plenus est orbis, nos non capit, quotidie bella secant, morbi subtrahunt, naufragia absorbent, & nihilominus de terminis litigamus.

Hieron.

Gen. 1.
Deut. 7.
Gen. 15.

rigamus. Hæc Hieronymus contra Heluidium. Et libro primo aduersus Iouinianum iterum ait: Necessè fuit priùs plantare syluâ, & crescere, vt esset quod postea posset excidi. Simulq; consideranda est vis verbi, quum dicit, Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Nuptiæ terram replent, virginitas paradisum. Qui in lege præcesserunt, seruiuerunt temporibus & conditionibus suis, & illam Domini impleverunt sententiam, Crescite & multiplicamini & replete terram. Nobis dicitur, Tempus in collecto est, superest vt qui habent vxores, sic tanquam non habentes. Hæc Hieronymus. Sed antè Hieronymum hoc etiam docuit Cyprianus in libro de habitu virginum, hæc dicens: Prima sententia crescere & generare præcepit: Secunda ad continentiam suavit. Cû adhuc rudis mundus & inanis est, copia fecunditatis generatè propagantur, & crescimus ad humani generis augmentum. Cû iam refertus est orbis, & mundus impletus, qui capere continentiam possunt, spadonum more viuenter castramur ad regnum cœlorum. Hæc Cyprianus. Sed quia in Hieronymi verbis dictum est præceptum illud durasse pro tempore veteris Testamenti, admonco lectorem, vt intelligat illo tempore fuisse præceptum, non tamen omnibus singulatim datum, sed toti hominum multitudini. Sunt enim aliqua præcepta, quæ sic obligant omnes, vt etiam obligent singulos, cuiusmodi sunt omnia præcepta decalogi. Sunt rursus alia præcepta, quæ totam rempublicam obligant, non tamen singulos quosque eiusdem reipublicæ. Talia sunt præcepta de magistratibus in ciuili reipublica: & præcepta de diuersitate pastorum in reipublica Ecclesiastica. Præceptum siquidem diuinum est, vt varij sint in Ecclesia episcopi, & vnus supremus totius Ecclesiæ pastor: non tamen obligantur omnes Christiani vt sint episcopi, neque omnes vt sint summi pontifices: sed illi soli qui ad hoc munus subeundum fuerint electi. Primam conditionem habuit præceptum illud nuptiarum, in principio quando conditus est homo: quia tunc omnes & singulos obligabat, propterea quòd tunc causa præcepti, videlicet multiplicatio generis humani, integra stabat. Postea verò quando genus humanum erat satis multiplicatum ante Christi aduentum, iam non singulos homines obligabat: sed totam rempublicam humanam, in qua necessarium erat vt aliqui matrimonio iungerentur, sed non omnes. Satis enim erat tunc ad multiplicationem generis humani, aliquos esse qui generationi vacarent. Nam si omnes tunc obligarentur ad nuptias contrahendas, consequens esset vt peccasse dicamus Hieremiam, Heliam, Helisæum, tres illos pueros in Babylonis fornacem missos: & Danielem, & Ioannem Baptistam, propterea quòd virginitatem seruauerunt. Absit tamen vt hoc illis vertamus in peccatum, de quo illos tanquam de virtute maxima, quamuis sub lege Mosaisca vixerint, laudant Ignatius, Epiphanius, Hieronymus, Ambrosius, Damascenus, alijque multi viri sancti ac docti. Postquam autem Dominus sub lege Euangelica dixit, Qui potest capere, capiat: tunc data est omnibus libertas, vt virgines possint esse si velint. Et inde extinctum est illud nuptiarum præceptum, quod olim viuerebat, ita vt neque singuli neque omnes teneantur ad matrimonium contrahendum. Et hoc aperte docet Augustinus in libro de bono coniugali, vbi primùm ait, sanctos patres veteris legis non debuisse abstinere à concubitu, propterea quòd ex illis carnem humanam filius Dei assumpturus erat: deinde in fine capituli noni hæc quæ sequuntur ait. Nunc verò, quum ad incundam sanctam & synceram societatem vndiq; ex omnibus gentibus copia spiritalis cognationis exuberet, etiam propter filios salos connubia copulare cupientes, vt ampliori continentia bono potiùs vtantur, admonendi sunt. Sed noui quosdam, qui murmurent. Quid si, inquam, omnes velint ab omni concubitu abstinere, vnde subsistet genus humanum? Vtinam omnes hoc vellent, duntaxat in charitate de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta: multò

A ta: multò citius Dei ciuitas cõpleretur, & acceleraretur terminus seculi. Quid enim aliud hortari apparet Apostolum vbi ait, quum inde loqueretur, Velle omnes esse sicut meipsum? Hæc Augustinus, qui cû aliàs sit coniugalis boni propugnator, virginitatem tamè matrimonio preferens, optat omnes esse virgines. Lutherus autem, & Caluinus, & cæteri omnes eiusdem farinae, neminem vellent esse virginem & continentem, ne soli ipsi incontinentes videantur. Sed est aliud, quod in his Augustini verbis obiter annotare oportet, illi videlicet sensisse Paulum virginem: quod ille colligit ex eiusdem Pauli verbis, vbi ait: Volo omnes esse sicut meipsum, & eandem sententiam multò fusiùs asserit libro de opere monachorum, cap. 4. vbi ex professò videtur pro Pauli virginitate pugnare. Et idem docet Ambrosius prædicta Pauli verba interpretans. Idè asserit Hieronymus in epistola ad Gerontiam, & in alia epistola ad Marcellam de laudibus Asellæ, & in alia ad Eustochium de sancta virginitate. Hæc obiter annotare fuit necessarium propter istos hæreticos Lutheranos, qui errorem suum Pauli testimonio & exemplo tutari nituntur, dicentes Paulum fuisse matrimonio ligatum, & idè vt omnes ad matrimonium hortaretur, dixisse contendunt, Volo omnes esse sicut meipsum. Hæc autem omnia falsa esse, constat ex testimonijs sanctorum virorum, quos modo citavi. Obijciunt tamen nobis Ignatium, qui epistola quinta recensens sanctos viros cõiugatos, inter eos numerat Paulum. Non est tamen verum quod aiunt: quoniam Ignatius nunquam illud de Paulo asseruit, sed hæretici, quibus mos est scripturas deprauare, illas aut addendo aut minuendo. Pauli nomen, quod Ignatius non posuerat, in illius epistola inseruerunt. Et huius rei testimonium efficacissimum est, quòd in epistolis Ignatii manu scriptis, quæ in antiquis bibliothecis reperiuntur, Pauli nomen in illo loco non habetur. Oxonia siquidem, quæ Anglicana est academia, est quoddam collegium Magdalena, in quo habentur hæc Ignatii epistolæ antiquis & pulcherrimis characteribus scriptæ: & in illa epistola citata, non est Pauli nomen, imò nec vllum illius vestigiũ. Secundò obijcit Lutherus, impossibile esse seruare virginitatem, & idè non esse bonam: quia omnes humanas vires superat: nec solũ superat, vt ait, sed vitæ propriæ dicit esse valde inimicã: quoniam ad vitæ propriæ conseruationem dicit esse ita necessarium vxoris vsũ, sicut cibus, & potus. Et hoc ante Lutherum Iouinianus dicebat erroris defensionem. Nam, vt Hieronymus de illo refert, dicebat neminè posse mutare quod institum est illi à natura, neque potest reniti indita cõiugandi inclinationi. Sed re vera isti suo pede, omnium aliorum pedes metiri volunt. Quia enim illi vtèri & non Deo seruientes, non possunt continenter viuere, iudicant illud omnibus esse impossibile. Possent ergo istis congruentissimè adaptari id quod in alia simili causa Christianus quidam poetra eleganter dixit.

*Noctua Phœbeum visu non sustinet orbem:
Hoc etiam totis armigero putat esse negatum.
Sic genus exanguè suis quod viribus impar
Antumat, Hercules excellere deputat ausar.*

Dicunt ergo isti omnes impossibilem esse continentiam, quia illi, propterea quòd carni obedire volunt, cõtinere nõ possunt. Hoc tamè quod obijciunt, si bene cõsideretur, potiùs censetur exculatio sui peccati, q̃ argumētatio. Sed hanc illorũ exculationem esse falsam, & merum mendaciũ, inde apertissimè conuincitur, quòd licet verum sit nos ex nostris viribus non posse virginitatẽ seruare, & ab omni prorsus coitu abstinere, cû diuino tamen adiutorio, quod Deus ipse semper paratus est omnibus petentibus dare, possumus virginitatem illegitam seruare, & si quæ sunt alia multò maiora fecere. Nam Paulo roganti Deũ, vt auferret ab eo stimulũ carnis, à quo nimium affligebatur, respondit illi Deus: Sufficit tibi gratia mea. Et postq̃ hoc diuinũ adiutorium multis in rebus fuerat

Philip. 4. expertus, dixit: Omnia possunt in eo qui me confortat. Si omnia, ergo & virginitatem toto vitæ decursu custodire. Sed huic argumento respondet Calvinus in illa sua institutione Christianæ religionis, cap. 3. dist. 64. hæc dicens: Neque mihi quispiam ostrepat, quod multi hodie faciunt, Dei se auxilio adiutum omnia posse. Dei enim auxilium non nisi ipsi adest, qui in vijs suis ambulat: hoc est in sua vocatione, à qua omnes se subducunt, qui præteritis Dei subsidijs, necessitates suas superare eluctantur; inani temeritate contendunt. Hæc Calvinus. Quæ omnia tam falsa & impia sunt, ut multò peiora mihi videantur, quàm ipsum huius disputationis caput, propter cuius defensionem hæc ab eo dicta sunt. Calvinus siquidem putat nullum aliud esse remedium illi, qui à carne tentatur, nisi uxorem ducere, & illi copulari. Dicit enim illi præterire Dei subsidia, qui à carne vexatus, non volat ad matrimonium: quasi nullum aliud esset Dei subsidium nisi illud. Non putat esse remedium aliquod abstinentia cibi & potus. Sine Cereæ tamè & Baccho, ut dixit quidam, friget Venus. Neque putat Calvinus remedium contra carnis ardores esse flagella, aut alias similes carnis castigationes: cum tamen in contrariam sententiam dicat Ecclesiasticus. Malitia unius horæ oblivionem facit luxuriæ maximæ. Non denique putat Calvinus orationem esse remedium in omni tribulatione aut afflictione, nedum in sola carnis tætionem. Qua in re iniuriam facit Deo qui dixit: Quidquid orantes petieritis, accipietis. Si quidquid, ergo virginitatem petentes, accipiemus. Dicit insuper Calvinus inanem temeritatem esse illius qui Dei adiutorio fretus contendit superare omnem carnis tentationem, præsertim vehementem. Aut ergo Deum impotentem credit, aut adiuuare nolentem. De omnipotentia illius non puto illum dubitare: de voluntate Dei si dubitat, aut credit illam non omnibus esse paratam, audiat quid propheta dicat. Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum. Cum dicat omnibus inuocantibus esse propè, convincitur Dominum nemini rectè inuocanti suum auxilium, denegare illud. De hac re quia satis me dixisse memini in titulo de sacerdotio, hæresi. 4. in quo loco pro sacerdotum cœlibatu pugnavi, nolo amplius nunc disputare: sed solum volo addere aliqua testimonia sanctorum virorum, qui non fuerunt in illo loco citata, ad probandum nos posse vincere carnis tentationes, quum volumus. Augustinus lib. 2. de meritis & peccatorum remissione, cap. 17. ait: Casti non sumus, non quia non possumus, sed quia non volumus. Et super Psalmum, 55. iterum ait: In te est quod voueas, & reddas. Et rursum super Psalmum, 131. hæc ait: Nemo suis viribus præsumat se posse reddere, quod vouerit. Qui te hortatur ut voueas, ipse adiuuat ut reddas. Hæc Augustinus. Idem etiam docet Chrysostomus Homilia. 16. super epistolam ad Hebræos, hæc dicens: Quid difficilius, quam cum gladijs pilarum more ludere? Quid autem grauius, dic mihi, quam profundum pelagi scrutari? Et decem milia alias artes quis dicere posset: sed omnium istarum facilius est virtus, si voluerimus & in cœlum ascendere. Velle enim hic opus est tantum, & omnia sequuntur. Non potes enim dicere, non possum: neque accusare potes conditorem. Si enim impotentes nos fecit, & deinde imperat, culpa eius est. Quomodo ergo inquis, multi non possunt? Quomodo ergo multi nolunt? si enim voluerint omnes poterunt, propter hoc & Paulus dixit: Volo omnes homines esse sicut meipsum. Quoniam sciebat quod omnes poterant esse sicut ipse. Nequaquam enim hoc diceret, si impossibile esset. Vis fieri, principium tantum apprehende. Dic autem mihi: in artibus cunctis, cum voluerimus in eis perfecti fieri, num sufficit nobis velle, an non etiam aggredimur ipsas res? Veluti quod dico: Vult aliquis fieri gubernator, non dicit volo, & hoc ei sufficit: sed etiam rem ipsam aggreditur. Vult fieri negociator, non dicit volo tantum, sed etiam rem aggreditur: in longinquo vult proficisci, non tantum dicit volo, sed etiam rem ipsam aggreditur. Et sic in omnibus non sufficit velle tantum, sed

A tum, sed etiam opus oportet addere: in cœlum autem volens ascendere, dicit tantum volo. Quomodo ergo dicebas, inquis, quia velle sufficit. De voluntate dixi, cui sit adiutum opus ipsum: quæ laboranti in ipsa re concertet. Habemus quippe cooperatorem & adiutorem Deum, tantum velimus, tantum opere accedamus ad rem ipsam, tantum curam geramus, tantum in mentem ponamus: & cuncta sequuntur. Hæc Chrysostomus. Sed ante illum Origines eandem sententiam apertius docuit, homilia nona super librum Lenitici, sic dicens. Non audistis ex diuinis scripturis, quod certamen est inter homines carni aduersus spiritum, & spiritui aduersus carnem? Nescitis, quod si carnem solum nutritis, & ipsam frequenti mollicie, ac iugi deliciarum fluxu foueatis, insolescet necessariò aduersus spiritum, & fortior illo efficietur? Quod si fiat, sine dubio cum in suam ditionem redactum, suis coget legibus ac vitijs obedire. Si verò ad Ecclesiam veniens frequenter, aurem admoueat diuinis literis, explanationemque mandatorum cœlestium capias, sicut cibis & delictis caro, ita spiritus verbis diuinis conualescet, ac sensibus, & robustior effectus carnem sibi parere coget, ac suis obsequi legibus. Nutrimenta igitur spiritus sunt diuina lectio, orationes assidue, sermo doctrinæ. His alitur cibus, his conualescit, his victor efficitur. Quod quia non facitis, nolite conqueri de carnis infirmitate: nolite dicere quia volumus, sed non possumus: volumus continenter viuere, sed carnis fragilitate decipimur, & impugnamur stimulis eius. Tu das stimulos carni tuæ. Tu eam aduersus spiritum tuum armas: & potentem facis, quum eam carnis fatias, vino nimio inundas, omni mollicie palpas, & ad illecebras nutris. Hactenus Origines. Ex cuius & aliorum verbis constat, ideo Lutheranos non posse virginitatem seruare, quia nolunt. Vellent quidem vincere, sed non pugnare: vellent peruenire ad quietem, sed nolent ire per viam, qua est necessariò eundem ad illam. Præterea, istorum temeraria sententia convincitur testimonio Helix, Ioannis Baptistæ, & Ioannis Euangelistæ, quos constat fuisse virgines, & tamen non propter hoc desierunt esse mascululi. Erubescat ergo Lutherus, dicens: Sicut in potestate mea non est quin sim masculus, ita in potestate mea non est ut sim sine muliere. Ex sua malicia vult Lutherus colligere omnium impotentiam.

B Tertiò nobis obijciunt exempla patriarcharum & Apostolorum, qui cum sanctissimi fuerint, uxores tamen habuerunt. Quis autem tam arrogans aut insolens est, ut dicere audeat se, propterea quod virgo est, meliorem esse beato Petro Apostolo, aut sanctissimo Abraham? Huic obiectioni ego non possum melius respondere quam beatus Augustinus, ac proinde illum impræsentiarum citabo, ut pro nobis respondeat, qui libro de bono coniugali, capite. 21. hæc ait: Ex quo venit plenitudo temporis, ut diceretur, Qui potest capere, capiat: ex illo usque adhuc & deinceps usque in finem, qui habet operatur, qui operari noluerit, non se habere mentiatur. Ac per hoc ab eis qui corrumpunt bonos mores colloquijs, inaniter & vana versutia dicitur homini Christiano continenti & nuptias recusanti. Tu ergo melior quam Abraham? Quod ille quum audierit, non perturbetur, neque audeat dicere, melior: nec à proposito delabatur. Illud enim non verè dicit, hoc non rectè facit. Sed dicat, ego quidem non sum melior Abraham: sed melior est castitas cœlibum, quam castitas nuptiarum. Quarum Abraham vnam habebat in usu, ambas in habitu. Castus quippe coniugaliter vixit: esse autè castus sine coniugio potuit, sed tunc non oportuit. Hæc Augustinus. In quibus verbis duo potissimum sunt annotanda. Primum est, quod vocat corruptores bonorum morum, eos qui prædicta obiectione conantur detrudere virginitati, & illius meritum & dignitatem minuire. Alterum est, quod aperte asserit, castitatem cœlibum esse meliorem, quam castitas nuptiarum. Quartò nobis obijcit Calvinus, non quidem argumentum

insolubile, sed fugillationem impudentissimam, & mendacissimam, imitatus in hac parte illum, qui est pater mendacij, velut filius patrem. Is enim in illo suo libro de institutione Christianae religionis, qui veritus diceretur desultio Christianae religionis, capite. 3. dist. 66. inuehens contra sacerdotes, & monachos, & moniales, qui coelibatum tuentur, hæc ait: Quasi verò nō aliud coelibatum esse, aliud virginitatem, luculentum ipsi documentum præbeant in sua vita: quàm tamen impudentissimè angelicam vocant. In hoc certè angelis Dei nimium iniurijs, quibus scortatores, adulteros, & aliquid multò peius ac scœdius comparant. Hæc Caluinus. Ex quibus verbis, tanquàm ex vnguibus leonè, potest facilè quiuis prudens & candidus homo estimare Caluinum. Nam omnia sunt plena mendacijs, contumelijs, & imposturis. Fatemur quidem multos esse sacerdotes scortatores, adulteros, stupratores: & aliquos etiam similes esse monachos, & moniales: sed nullius istorum vitam dicimus esse angelicam: neque illos angelis cõparamus, vt Caluinus mendaciter calumniatur, sed potius eos omnes vocamus sacrilegos, fidi fragos, Veneris progenies: proptereà quòd à sui monachatus parentibus degenerarunt, & Veneri potius quàm Deo omnium parenti obediunt. Quamuis autem tanta sit horum malicia, etsi multò maior adhuc esset, nihil tamen istorum omnium statui derogares. Coniugium plenis buccinis laudat Caluinus, quod & nos etiã laudamus, multi tamen sunt coniugati adulteri, & quod multò peius est, masculorũ concubitores: sed istorum effrenata & peruersa libido nihil derogat coniugio. Optimum est magistratus esse in republica ad rectam illius gubernatione: multi tamen huiusmodi magistratus habent, qui pessimè illis vtuntur, magnas in illis tyrannides exercentes: Sed horum malicia non cogit vt ipse magistratus in se malus sit, cum à multis alijs bene exerceatur. Optimus quidè fuit Apostolorum status, quamuis pessimus in eo fuerit Iudas. Quum de dignitate aut merito alius status siue, cuiuscunquẽ alterius rei disputamus; non oportet ea quæ accidunt aut contingunt, inspicere: sed quid in se habeat, & quid illi necessariò & ex natura sua conueniat. At persona hæc aut illa accidit statui, quia status iste potest esse in alijs valde diuersis & dissimilibus personis. Cum ergo dicimus virginitatis aut monachatus statum esse vitam angelicam, ad huius inuestigationem non sunt proponenda iu testimonium virgines fatuæ, quibus regni cœlestis ianua clauditur, & quas sponsus ipse se nescire testatur: sed virgines prudentes, quæ veram virginitatis rationem tenent. Neq; proponendi sunt in testimonium mali monachi, scortatores, adulteri, quorum Deus venter est, & gloria eorum in confusione: sed illos qui iuxta sui status rationem viuunt castè, & continentissimè, quiq; omnes libidinis occasiones fugiunt, & Deum frequentissimè orant, & in illo puppim & proram, vt dicitur, constituunt. Caluinus autem, vt mendacio calumniam suam foueret, dixit nos comparare angelis monachos scortatores, adulteros, aut scœdiore alia obscenitate infectos: quod maximum est mendacium. Nam illos solos angelis comparamus, qui in carne existentes, carnis voluptates non experiuntur. Sed neque hoc, vt ego censeo, concedit Caluinus, immo nec audire potest: quia neq; ille neq; alius quiuis Lutherano rum magister, quæ sua est superbia & ambitio, pati potest, vt illis aliquis præferatur. Et hinc enenit, vt non possint audire aliquam virginitatis excellentiam, ne aliquos sibi præferri audiant: neq; possunt pati vel modicam virginitatis laudem, ne videantur carere aliquo quod sit laudè dignum. Sed ne nos solos accuset Caluinus proptereà quòd dicimus, verè virgines, aut verè continentes esse angelis similes: & quòd hoc dicentes nullam angelis iniuriam facimus, profero ad huius sententiæ confirmationem, testimonia sanctorum patrum, quorum cuiilibet iustius est credere quàm mille Caluinis. Bernardus in sermone de natiuitate virginis Mariæ ipsam beatissimam virginem alloquens, hæc ait.

- A hæc ait. Ne timeas Maria, ne mireris angelum venientem, & maior angelo venit. Ne mireris angelum Domini, & Dominus angeli tecum. Postremò quidni videas angelum, cum iam angelicè viuas? quidni visitet angelus vitæ sociam? Quidni saluet ciuem sanctorum, & Domesticam Dei? angelica plenè vita, virginitas: & qui non nubent neq; nubentur, erunt sicut angeli Dei. Hæc Bernardus. Sed multò maius est quod dicit Hieronymus in sermone assumptionis virginis Mariæ ad Paulam & Eustochiam, vbi hæc ait: Et bene angelus ad virginem mittitur, quia semper est angelis cognata virginitas. Profecò in carne præter carnem viuere, non terrena vita est, sed cœlestis, Vnde in carne angelicam gloriam acquirere maioris est meriti, quàm habere. Hæc Hieronymus, qui non solum dicit virgines esse angelis æquales, sed maiores illas facit. Ambrosius in eo libro qui dicitur exhortatio ad virgines, hæc ait. Audisti filium quantum sit præmium integritatis, regnum acquiritur, & regnum cœleste vitam angelorum exhibet. Hoc vobis suadeo, quo nihil pulchrius, vt inter homines angeli sitis, qui nulla sibi ligantur nuptiali copula: quoniã quæ non nubunt, & qui vxores non ducunt, sicut angeli in terris sunt, vt tribulationem carnis non sentiant, seruitutem ignorent, à mundanæ cogitationis ableuentur contagio, diuinis rebus mente intendant, vt tanquam exuti corporis infirmitate, non quæ hominis sunt, sed quæ Dei sunt cogitent. Hæc Ambrosius, qui satis aperitè virgines angelis facit æquales: sed his dictis non contentus, postea in libro de viduis, illas angelis facit superiores, hæc dicens. Supergræditur virginitas conditionem humanæ naturæ, per quam homines angelis assimilantur. Maior tamen est victoriavirginum, quàm angelorum. Angeli enim sine carne viuunt, virgines verò in carne triumphant. Hæc Ambrosius. His omnibus consentit Cyprianus, qui in libro de habitu virginum, prope finem libri virgines alloquens, hæc ait. Domini vox est illa dicentis: Filij seculi huius generant & generantur. Qui autem habuerint dignationem seculi illius & resurrectionis à mortuis, non nubunt, neq; matrimonium faciunt, neque enim incipient mori, æquales enim sunt angelis Dei, cum sint filij resurrectionis. Quod futuri sumus, iam vos esse cœpistis: vos resurrectionis gloriam in isto seculo iam tenetis: per seculum sine seculo contagione transitis. Quum castè perfeueratis & virgines, angelis Dei estis æquales, tantum maneat & duret solita & illaesa virginitas, & vt cœpit, fortiter iugiter perseueret. Hæc Cyprianus. Ecce testimonia sanctorum atque doctissimorum virorum, qui virginitatis statum angelicam vitam esse dicunt, & virgines angelis æquales faciunt, imò aliqua ex parte maiores. Desinat ergo nobis succensere, & nos calumniari Caluinus, quia virgines coniugatis præferimus, & eas angelis comparamus. Qui plura aduersus hanc heresim desiderauerit, legat primum librum beati Hieronymi à duobus quos aduersus Iouinianum scripsit. Nam ibidem omnes suæ eloquentiæ vires pro virginitatis assertionem exeruit: adeoq; illam extulit, vt aliquibus (quamuis immeritò) parum æquus videatur fuisse matrimonio. Beatus Augustinus scripsit etiam alium librum pro eiusdè virginitatis assertionem, qui inscribitur de sancta virginitate.

VNCTIONIS EXTRE- MÆ SACRAMENTVM.

Non minùs est ab hæreticis conculcatum extremæ vnctionis sacramentum quàm reliqua alia. Nam Græci, teste Guidone Carmelita, afferunt hoc sacramentum non prodesse infirmis ad salutem corporis. Vvaldenfes autè (vt testatur Aeneas Syluius libro de origine Bohemorum, cap. 35.) extremam

mam vnctionem inter Ecclesiae sacramenta non admittunt. Huius tamen erro-
 ris meminit Guido cum errores Vvaldensium recenset. Hunc errorem impin-
 git Heracleonitis frater Bernardus de Lutsemburgo in suo catalogo haereti-
 corum, nescio quem secutus: quoniam Augustinus de Heracleonitis loquens,
 nihil tale illis tribuit. Philaster de eisdem differens, nullam huius erroris facit
 mentionem. Guido qui Augustinum & Isidorum in enarrandis haeresibus imi-
 tatur, nunquam huius erroris meminit ut eum Heracleonitis impingeret. Omit-
 to quod bonus homo in suo catalogo confundit Heracleonitas cum Hierachi-
 tis haereticis, credens esse eosdem, solo nomine differentes. Constat autem ex
 Augustino & Isidoro diuersas esse factiones sub altero & altero principe mili-
 tes. Nam de Heracleonitis differit Augustinus, cap. 16. libri de haeresibus, di-
 citque illos sic vocari ab Heracleone eorum principe, At Hierachitarum princi-
 pem vocat Hierarcham, & de his differit, cap. 47. Et illa quae de Heracleonitis
 catalogus refert, quos ipse putat etiam dici Heraclitas, sumpta sunt ex hoc. 47.
 cap. Augustini, & eisdem verbis quibus ab Augustino referuntur, nisi quod bo-
 nus homo aliqua inserit ex suo cerebro, quale est hoc de sacramento extremae
 vnctionis, de quo ait illos asserere quod non fuerit à Deo institutum: cum tamē
 Augustinus neque Heracleonitis neque Hierachitis quicquam simile impingat.
 Quapropter mirari non desino quod Iodocus Clichthouæus, vir aliqui do-
 ctissimus, eodem modo fuerit deceptus, tribuens hunc errorem Heracleonitis,
 prout catalogus fecerat. Nam in eo libro quem fecit pro assertionem veritatum
 in Concilio Senonensi definitarum, capitulo de sacramentis Ecclesiae, de sacra-
 mento extremae vnctionis differens, dicit quod negare extremam vnctionem
 esse sacramentum, fuerit error Heracleonitarum. Et tamen idem Iodocus in eo-
 dem capite de sacramento baptismi disputans, testatur se in notandis haereti-
 cis imitari eam haereticorum descriptionem, quam Guido Carmelita fecit, de
 quo Guidonē iam diximus quod nihil tale Heracleonitis impingit. Hūc eun-
 dem errorem Iodocus Clichthouæus impingit Ioanni Vviclepho, cum tamen
 in Concilio Constantiensi, in quo errores illius dānati sunt, non fuerit de hoc
 errore notatus: sed apud Thomam Vvalden, qui diligentissime huius Vvicle-
 phi errores explorauit, certum huius erroris reperio vestigium. De Luthero
 tamen certō constat illum reijcere sacramentum extreme vnctionis: quoniam
 negat extremam vnctionem esse inter sacramenta computandam. Nam in il-
 lo suo libro de captiuitate Babylonica, haec ait: Si vsquam antea deliratum est,
 in extrema vnctione nunc praecipue deliratum est. Et iterum ibidem. Figmen-
 tum est, ex hac Apostoli sententia, Si quis infirmatur, &c. à nobis oportere ho-
 minem vngi, cum non sacramentum, sed figmentum sit. Haec Lutherus. Huic
 consenserunt reliqui omnes, qui Luthero nomina dederunt, Martinus But-
 zerus, Philippus Melancthon, & alij multi quos longum esset omnes recensere.
 Ioannes Caluinus in illo suo opere, quod vocauit institutionem Christianae
 religionis, capite. 19. postquam negauit vnctionem illam, de qua Iacobus
 Apostolus loquitur, esse sacramentum, dixitque illam non ad hanc aetatem, sed
 tantum ad tempus Apostolorum pertinere, fuisseque solam gratiam curationis,
 haec ait: Quanquam etiam si obtinuerint huic aetati conuenire, quod de vnctio-
 ne ab Iacobo praecipitur: (à quo longissime absunt) nec sic quidem adhuc mul-
 tum promouerint in approbanda sua vnctione, qua hactenus nos illeuerunt.
 Iacobus omnes homines vult inungi: isti non infirmos, sed semimortua cada-
 uera, sua pinguedine inficiunt: quum iam iam anima in primoribus labris labo-
 rat, vel ut ipsi loquuntur, in extremis. Si praesentem habent medicinam in suo
 sacramento, qua vel morborum acerbitem leuiant, vel saltem aliquod ani-
 mae solatium adferant, crudeles sunt, qui nunquam in tempore medentur. Iac-
 obus vult infirmum vngi à senioribus Ecclesiae: isti vnctorem non admittunt,
 nisi sa-

nisi sacrificulum. Haec Caluinus. Quamuis tamen Caluinus oblatret, & toris
 viribus reluctetur, nos Deo duce probabimus vnctionem illam, qua aegroti
 iuxta ritum à beato Iacobo declaratum vnguntur, esse verum sacramentum à
 Christo Iesu institutum, habereque omnia quae ad consummatam sacramenti
 rationem exiguntur. Nam illud est manifestum quod Marcus Euangelista
 describens executionem illius mandati, quando Christus misit duodecim Apo-
 stolos binos, dans illis certam quaedam legationis regulam, quam sequi debe-
 rent, ait. Et exeuntes praedicabant, ut poenitentiam agerent: & daemonia mul-
 ta eijcebant, & vngebant olio multos aegros, & sanabantur. Hanc autem
 olei vnctionem Apostolos non ex sua sola autoritate & presumptione, sed ex
 Christi mandato fecisse, inde pie & Christiane conuincitur, quia non est cre-
 dendum Apostolos in tali ac tanta legatione formam mandati à Christo il-
 lis dati excessisse. Nam si quid, quod non fuisset illis mandatum, in ea legatio-
 ne fecissent, postquam ad Christum redierunt, merito fuissent ab eo reprehē-
 si, quia cum essent illius discipuli, voluerunt supra magistrum suum esse, ten-
 tantes facere id de quo non fuerant ab eo admoniti. De hac enim re, ne quid
 simile facerent, illos tunc, ut Matthaeus refert, admonuit, sic dicens. Non est
 discipulus super magistrum, nec seruus super Dominum suum. At Apostoli
 ex hac legatione ad Christum redeuntes, ut Marcus testatur, renunciauerunt
 ei omnia quae egerant, & docuerant: neque tamen de illa olei vnctione ad a-
 egrorum sanitatem, fuerant à Christo reprehensi. Christus autem quum illos
 ad praedicandum misit, ut Matthaeus ait, praecipit illis ut infirmos curarent,
 & cum ipsi Apostoli hoc mandatum exequentes olei vnctione aegros sanaret,
 & ad Christum reuertentes & hoc illi renunciantes, non reprehendantur ab
 eo, conuincitur inde hanc olei vnctionem fuisse illis à Christo mandatam. Si
 illi non ex propria autoritate, sed ex Christi mandato aegros oleo vnxe-
 runt, & hac vnctione sanauerunt, illud non sola naturali olei virtute faciebant:
 quia etsi oleum in aliquibus aegritudinibus medicinale sit, non tamen in om-
 nibus: quia multae sunt aegritudines, quibus magis potest obesse quam pro-
 desse oleum. Deinde, si oleum ex sua naturali virtute sanitatem praestare po-
 terat, nulla ex illa curatione poterat sumi confirmatio aut comprobatio do-
 ctrinae Euangelicae, prout sumebatur ex alijs eorum operationibus miraculo-
 se factis, quarum potestatem ad sermonis confirmationem Christus illis de-
 dit, quando illos ad praedicandum Euangelium misit. Quamuis etiam haec esset
 olei naturalis virtus, ut omnibus subuenire posset corporis aegritudinibus,
 non tamen animae sanitatem perinde praestare potest. Christus autem quum
 discipulos ad praedicandum misit, non fecit illos corporum chyrurgos, aut
 medicos, ut solis corporibus mederentur: sed potius animabus. Nam ipse
 Christus illorum magister, ut omnes sacri doctores concorditer docent, ne-
 minem sanauit in corpore, cui non etiam animae salutem praestaret, ut verē di-
 cere possit, se totum hominem in sabbato sanasse. Ex his omnibus conuincit-
 ur illam olei vnctionem à Christo Apostolis mandatam & ab ipsis factam,
 sacramenti alicuius rationem habuisse, quod magis ad salutem animae quam
 corporis fuit institutum. Et huic nostrae & Catholicae assertioni testimonium
 reddunt, non solum scholastici Theologi, quos isti haeretici dedignantur, &
 trecentenarios vocant, sed antiqui doctores sancti perinde ac docti, ex qui-
 bus aliquot impraesentiarum citabo. Beda in commentarijs super Marcum,
 interpretans illa verba, quibus ait Apostolos oleo vnxisse multos aegrotos,
 haec ait: Dicit Apostolus Iacobus. Infirmatur quis in vobis, inducat presbyte-
 ros Ecclesiae, & orent super ipsum, vngebentes eum oleo in nomine Domini.
 Et si in peccatis sit, dimittentur ei. Vnde patet ab ipsis Apostolis hunc sanctae
 Ecclesiae morem esse traditum, ut energumeni, vel alij quilibet aegroti, vngan-
 tur oleo,

tur oleo, pontificali benedictione cōsecrato. Hæc Beda. In quibus verbis multa sunt, quæ annotare oportet. Primum est, quod oleum illud, quo Apostoli, Christo viuentē, ægros ungebant, dicit esse idem cū eo de quo Iacobus Apostolus loquitur. Alterum est, quod oleum illud debet esse pontificali benedictione consecratum, & hoc non ex recenti Ecclesiæ constitutione, sed ipsorum Apostolorum traditione. Ex qua sententia redarguitur Calvinus, & alij omnes Lutherani, qui hanc olei benedictionem pontificalem irridunt atq; subsannant.

Theophyl. Theophylactus prædicta Marci verba interpretans, ait: Quod unxerint oleo Apostoli, solus Marcus narrat, quod & frater Domini Iacobus in Catholica epistola dicit: Infirmatur quis inter vos, aduocet presbyteros Ecclesiæ, & orēt super illū, ungentes eum oleo. Est igitur oleum, & ad labores vtile, & lucis fomentum, & hilaritatis effectiuum, significatque misericordiam Dei, & gratiam spiritus, per quā à labore liberamur, & lucem ac gaudium, & hilaritatem spiritualem accipimus. Hæc Theophylactus. In quibus verbis id potissimum annotare oportet, quod dicit oleum illud esse signū gratiæ spiritualis. Quæ sententia satis est ad conuincendum, vñtionem illam esse sacramentum, iuxta illam sacramenti definitionem, quæ ab omnibus recepta est, & sic ait. Sacramentum est signum sensibile, ex institutione diuina gratiam significans, quā Deus dare promisit omnibus illud suscipientibus. Calvinus tamen, & reliqui Lutherani negant gratiam in tali vñctione dari, & huius gratiæ vllam à Deo esse datā promissionem. Sed præter Theophylactum qui illis in hac parte contradicit, audiatur Hieronymus, qui in commentarijs super Marcum, prædicta illius verba interpretans, hæc ait: Mittuntur deinde duodecim Apostoli, & datur eis potestas præcepta docendi, vt comitetur verbum simul & factum: & cū promissis inuisibilibus visibiles virtutes miscant: & cū ungebant oleo ægros, infirmitatem fidei virtute corroborant. Hæc Hieronymus, qui virtutem illius vñtionis dicit esse, infirmitatem fidei virtute corroborare: dicit etiam promissa inuisibilia esse mixta cum visibilibus virtutibus. Plura adhuc aliorum sanctorum virorum testimonia infra in aliud propositum citabo, quæ etiam huic rei seruire poterunt, si illa diligens lector bene aduerterit. Ex his omnibus conuincitur apertissime, falsum esse quod Calvinus & reliqui eiusdem farinae aiunt, vñtionem illam ad tempus Apostolorū, in quo vigeat gratia curationum, spectasse, & non ad hanc nostram ætatem, in qua talis gratia non floret. Nam Beda dicit ab Apostolis ad suam vsque ætatem vñtionem illam per oleum episcopali benedictione consecratum in Ecclesia durasse. Et Iacobus Apostolus, qui hæc vñtionem diuino spiritu actus expressit, non præscripsit vllum tempus ad illius exercitium & virtutem: sed sine vlla temperis limitatione locutus est. Vos igitur Lutherani, qui tam improbè soletis à nobis in omnibus exigere verbū Dei, date nobis verbum Dei, quod dicat illam vñtionem pro solo illo tempore fuisse datam. Hoc autem verbū cū non possitis ostendere, consequens est, vt iuxta vestram doctrinam, vobis in hac parte non sit credendum: quia pro vestra sententia nullum Dei verbum profertis. Deinde, quod vñtio illa non sit solā gratia sanitatum dicenda, conuincitur ex eo, quod non est data ad solam corporis medelā, sed ad augendam animæ gratiam, vt fortior sit anima in illo tempore, in quo dæmon solet diligentius & fortius ad peccatum sollicitare. Nam constat, quod tempore Apostolorum nō omnes presbyteri hanc gratiam curationum habebant: quia diuersa sunt, vt Paulus ait, dona gratiarum: Aliquibus enim datam esse ait Paulus gratiam sanitatum, nō omnibus. At Iacobus de omnibus presbyteris loquitur, adhortans eos vt ungant infirmos: ergo vñtio illa, de qua Iacobus loquitur, plus aliquid habet quā gratiam sanitatum, videlicet gratiam per quam remittuntur peccata venialia. Sed quia istos hæreticos parum mouent testimonia quorumcunque hominum etiam

A sanctorum & doctissimorum, cū tamen ipsi alijs totis viribus conantur illorum suffragijs adiuuari, idē alio apertissimo sacræ scripturæ testimonio contra illos iam agere volo. Contra hanc hæresim apertissimum profert testimonium beatus Iacobus, qui in sua canonica epistola ita inquit: Infirmatur quis in vobis: inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, & unget eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & si in peccatis sit, remittentur ei. Ecce huius sacramenti proclamationem ab Apostolo Iacobo factam. Nam ex verbis Apostoli constat in extremæ vñtionis collatione omnia adesse quæ ad sacramentum perfectum exiguntur. Est enim ibi materia, videlicet oleum sacrum quo ungetur infirmus. Exprimitur etiam forma, sacerdotis videlicet oratio. Effectum autem huius sacramenti expressit dicens: Et si in peccatis fuerit, remittentur ei. Verum Lutherus videns se hoc testimonio conuinci, illud ita rejicere conatur, vt epistolam illam neget esse Apostoli Iacobi. Et si Apostoli Iacobi esset, dicit non licere Apostolo sua autoritate sacramentum instituere, hoc est, diuinam promissionem cum adiuncto signo dare, cū hoc solius Christi sit munus proprium. Duobus itaque modis enervare conatur illud Apostoli testimonium. Primum, quod epistola illa non sit Iacobi Apostoli. Deinde, & si sit Apostoli, illi tamen dicit non fuisse facultatem instituendi sacramentum. Horum primum iam satis (vt existimo) supra lib. 1. cap. 2. confutauimus, cū de canonicis scripturæ libris disputauimus. Illo enim loco ex pluribus conciliorum decretis ostendimus eam Iacobi Apostoli epistolam in catalogo librorum canonicorum esse locatam. Veniamus ergo ad id in quo aperte oppugnat Apostolum, dicens: Et si sit Iacobi Apostoli, illi tamen non licuit instituere sacramentum. Non est iam quod miretur aliquis Lutherum conuictis insēctari pontificem & Cæsarem, cū de tam atroci crimine notet Apostolum, vt sine autoritate & contra fas ausus sit instituere sacramentum. Nullus certè fuit vnquam tam demens, ac impiæ maledicentiæ, qui diceret Apostolum fuisse tam arrogantem, vt pro sacramento traderet populo quod nō esset sacramentum. Ceterum quod ait Apostolum non habere potestatem instituendi sacramentum, nos etiam fatemur: quanquā aliorum sit opinio, quæ mihi nunquā placuit, Ecclesiam posse instituere sacramentū. Dicimus ergo Apostolum non instituisse sacramentum, sed verbis illis id tradidisse populo quod ipse acceperat à Christo, qui alia mundo volebat insinuare per Matthæum, alia per Marcum, per Lucam alia, alia rursum per Ioannem. Sunt enim peculiaria quædam cuiusque Euangelistæ, quorum nullus aliorum meminit: de qua re extat canon ab Eusebio Cæsariensi æditus. Quid ergo vetat vt quædam etiam nobis innotescere voluerit Christus per Apostolum suum Iacobum, de quibus nec Euangelistæ vllum sint verbum loquuti? Præsertim cū constet multa nobis per Apostolum Paulum insinuasse, quæ omnino ab Euangelistis prætermissa sunt. Hoc autem ita esse testimonio beati Augustini persuademus, qui lib. 2. de visitatione infirmorum, docens infirmum debere cōfiteri, & Eucharistiam sumere, & oleo sancto ungi, ita inquit: Nec prætermittendū est illud Apostoli Iacobi præceptū: Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei. Ergo si roges de te & pro te fieri, sicut dixit Apostolus Iacobus, imò per Apostolum suum Dominus, ipsa videlicet olei sacri delibutio, intelligitur Spiritus sancti typica vñtio. Hæc Augustinus. In quibus verbis illud est aduertendum, quod ait, imò per Apostolum suum Dominus. Quibus verbis satis aperte innuit Apostolum Iacobum fuisse illius sacramenti duntaxat præconem, non autem institutorem. Præterea: Innocentius papa huius nominis primus, in quadam episto-

F. ALFONSI DE CASTRO MINORITAE

la ad Decentium Eugubinum episcopum, capite ultimo, sic ait: Sanè quoniam de hoc, sicuti de cæteris, cõsulere voluit dilectio tua, adiecit etiam filius meus Celestinus diaconus in epistola sua esse à tua dilectione positum illud quod in Apostoli Iacobi epistola conscriptum est: Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & suscitabit illum Dominus: & si in peccatis fuerit, remittentur ei. Quod non est dubium de fidelibus ægrotantibus accipi vel intelligi debere, qui sancto oleo chrisimatis perungi possunt, quod ab episcopo confectum, non solum sacerdotibus, sed omnibus vti Christianis licet, in sua aut suorum necessitate inungendo. Cæterum illud superfluum videmus adiectum, vt de episcopo ambigatur, quod presbyteris licere nõ dubium est. Nam idcirco de presbyteris dictum est, quia episcopi occupationibus alijs impediti, ad omnes languidos ire non possunt. Cæterum si episcopus postea dignum ducit aliquem à se visitandum, & benedicere, & tangere chrismate sine cunctatione potest, cuius est ipsum chrisma conficere. Hæc Innocentius, vir quidem sanctitate perinde ac scientia illustris. Ex cuius verbis constat non esse recentem (vt Lutherus somniat) huius sacramenti institutionem. Innocentius siquidem ante mille & centum annos Ecclesiæ vniuersali præfuit, qui ex testimonio Iacobi Apostoli docet infirmos oleo sancto debere inungi. Sed ad pleniorẽ huius rei declarationem, attendat lector quid dicat, Beda prædicta Iacobi verba interpretans in commentarijs super epistolas canonicas. Nam super illa verba, Et orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, hæc ait: Hoc & Apostolos fecisse in Euangelio legimus, & nunc Ecclesiæ consuetudo tenet, vt infirmi oleo consecrato vngantur à presbyteris, & oratione comitante sanentur. Nec solum presbyteris, sed (vt Innocentius papa præscribit) etiam omnibus Christianis vti licet eodem oleo in sua aut suorum necessitate vngendo. Quod tamen oleum non nisi ab episcopo licet confici. Nam quod ait, Oleo in nomine Domini, significat oleum consecratum in nomine Domini. Vel certè quia etiam cum vngunt infirmum, nomen Domini super eum inuocare debent. Hæc Beda. In quibus verbis etiam annotare oportet illa duo, quæ supra annotauimus in alijs verbis illius ex commentarijs super Marcum. Sed illud Innocentij, vbi cõcedit omnibus Christianis, vt hoc oleo benedicto possint vti, in sua aut suorum necessitate inungendo, sic intelligendum est, quod permittitur cuilibet Christiano, vt necessitate occurrente se aut alios illo oleo vngere possit, si illum ad hoc faciendum mouet deuota olei illius affectio, & ideò sperat ex illo salutem assequi posse. Non tamen est sic intelligendum, quod quilibet Christianus sic vngens oleo illo infirmum, conficiat sacramentum vntionis: quia papa non posset hoc concedere cuilibet Christiano, vt posset esse minister huius sacramenti, quod ex institutione diuina à solo sacerdote ministrari potest. Quod autem hoc solum concesserit Innocentius, ex ipsius Innocentij verbis, quæ proximè citauimus, facile colligi potest. Nam solum concessit vt oleo vngerent, non autem vt verba quibus hoc sacramentum conficitur, dicerent. De qua re opus fuit admonere lectorem propter calumnias Caluini. Nam is in loco supra citato de extrema vntione loquens, volens probare illam non esse sacramentum, neque solos sacerdotes esse illius ministros, hæc ait: Referunt enim Innocentium papam, qui Augustini ætate Romanæ Ecclesiæ præfuit, instituisse, vt non presbyteri modò, sed omnes etiam Christiani oleo vterentur, in suam suorumque necessitatem vngendo. Author Sigibertus in Chronicis. Hæc Caluinus, qui apertè testatur se non legisse Innocentium, sed illud didicisse ex Chronicis Sigiberti: quod si ipsum Innocentium legisset, illiusq; sententiæ ac quiescere voluisset, planè intellexisset vntionẽ olei à beato Iacobo descriptã, quæ non

ADVERSVS HAERESSES, LIB. XIII. Fol. 432

A quæ non solum oleum, sed etiam verba complectitur, à solis presbyteris aut episcopis posse ministrari: sed huic non obstat quod simplicem tantum olei vsum cuilibet Christiano concessit, qui non concessit, vt reliqua faceret, ex quibus à vero ministro peractis, integrum constat sacramentum. Demum, hoc ipsum confirmat Ecclesiæ Catholicæ definitio, quæ ad hunc vsque diem semper & vbique sensit extremam vntionem esse sacramentum vnum è seipsum ab ea receptis. Concilium namque Florentinum sub Eugenio quarto celebratum, sic ait: Quintum sacramentum est extrema vntio, cuius materia est oleum oliuæ per episcopum benedictum. Hoc sacramentum nisi infirmo, de cuius morte timetur, dari non debet: qui in his locis vngendus est, in oculis propter visum: in auribus propter auditum: in naribus propter odoratum: in ore propter gustum vel locutionem: in manibus propter tactum: in pedibus propter gressum: in renibus propter delectationem ibidem vigentem. Forma huius sacramenti est hæc: Per istam vntionem & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quicquid deliquisti per visum: & similiter in alijs membris. Minister huius sacramenti est sacerdos: effectus verò eius est mentis sanatio, & in quantum animæ expedit, etiam corporis. Hactenus Concilium Florentinum. Sed multò locupletius & apertius de hoc sacramento differuit Concilium Tridentinum, quod in sessione quarta sub Iulio tertio celebrata (fuerunt enim in eodem concilio aliæ plures sessiones sub Paulo tertio illius prædecessore) hanc dedit circa hoc sacramentum doctrinam. Visum est autem sanctæ synodo, præcedenti doctrinæ de pœnitentia adiungere ea quæ sequuntur de sacramento extremæ vntionis, quod non modò pœnitentiæ, sed totius Christianæ vitæ, quæ perpetua pœnitentia esse debet, consummationem existimatum est à patribus. Primum itaque circa istius institutionem declarat & docet, quod clemētissimus Redemptor noster, qui seruis suis quouis tempore voluit de salutaribus remedijs aduersus omnia omnium hostium tela esse prospectum, quemadmodum auxilia maxima in sacramentis alijs præparauit, quibus Christiani conseruare se integros dum viuerent ab omni grauiori spiritus incommodo possint: ita extremæ vntionis sacramento finem vitæ tanquàm firmissimo quodam præsidio muniuit. Nam etsi aduersarius noster occasiones per omnem vitam quærat, & capet, vt deuorare animas nostras quoquo modo possit, nullum tamen tempus est, quo vehementius ille omnes suæ versutiæ nervos intendant ad perdendum nos penitus, & à fiducia etiam, si possit diuinæ misericordiæ deturbandos, quàm cum impendère nobis exitum vitæ prospicit. Instituta est autem sacra hæc vntio infirmorum tanquàm verè & propriè sacramentum noui Testamenti à Christo Domino nostro, apud Marcum quidem insinuatam, per Iacobum autem Apostolum ac Domini fratrem fidelibus commendatam ac promulgatam. Infirmatur, inquit, quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo sancto in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei. Quibus verbis, vt ex Apostolica traditione per manus accepta Ecclesia didicit, docet materiam, formam, proprium ministrum, & effectum huius salutaris sacramenti. Intellexit quidem Ecclesia, materiam esse oleum ab episcopo benedictum: nam vntio aptissimè Spiritus sancti gratiam, qua inuisibiliter anima ægrotantis inungitur, representat: formam deinde esse illa verba, Per istam vntionem, &c. Res porrò & effectus huius sacramenti illis verbis explicatur, Et oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit, dimittentur ei. Res etenim hæc, gratia est Spiritus sancti, cuius vntio delicta, si quæ sint adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit, & ægroti animam alleuiat, & confirmat, magnam in eo diuinæ misericordiæ fiduciam excitando;

Concilium Florentinũ

Concilium Tridentinũ

Iacob. 5.

citando, qua infirmus saepe uatus; & morbi incommoda ac labores leuius fert, & tentationibus dæmonis calcaneo insidiantes facilius resistit, & sanitatē corporis interdum, ubi salutē animæ expedierit, consequitur. Iam verò quod attinet ad præscriptionem eorum, qui & suscipere & ministrare hoc sacramentum debent, haud obscure fuit illud etiā in verbis prædictis traditum. Nam & ostenditur illic proprios huius sacramenti ministros esse Ecclesiæ presbyteros, quo nomine eo loco non ætate seniores, aut primores in populo intelligendi ueniunt, sed aut episcopi, aut sacerdotes ab ipsis ritè ordinati per impositionem manuum presbyterij. Declaratur etiam esse vnctionem infirmis adhibendam, illis verò præsertim qui tam periculose decumbunt ut in exitu uitæ constituti videantur, unde & sacramentum excurrentium nuncupatur. Quòd si infirmi post susceptam hanc vnctionem cõualuerint, iterum huius sacramenti subsidio iuari poterunt, quum in aliud simile uitæ discrimen incidierint. Quare nulla ratione audiendi sunt, qui cõtra tam apertam & dilucidam Apostoli Iacobi sententiam docent, hanc vnctionem vel figmentum esse humanum, vel ritum à patribus acceptum, nec mandatum Dei nec promissionem gratiæ habentem, & qui illam iam cessasse afferunt, quasi ad gratiam curationum duntaxat in primitiua Ecclesia referenda esset: & qui dicunt ritum & usum quem sancta Romana Ecclesia in huius sacramenti administratione obseruat, Iacobi Apostoli sententiæ repugnare, atq; idèd in alium cõmutandum esse: & deniq; qui hanc extremam vnctionem à fidelibus sine peccato contemni posse affirmant. Hæc enim omnia manifestissimè pugnant cū perspicuis tanti Apostoli verbis. Nec profecto Ecclesia Romana aliarum omnium mater & magistra aliud in hac administranda vnctione, quantum ad ea quæ huius sacramenti substantiam perficiunt, obseruat, quàm quod beatus Iacòbus præscripsit: neq; verò tanti sacramenti contemptus absque ingenti scelere, & ipsius sancti Spiritus iniuria esse posset. Hactenus doctrina Concilij Tridentini. Verù ne quis cõtra illam doceat, aut quouis modo loqui temerè audeat, quatuor canones latè anathematizantem sententiam continentes contra huiusmodi temerarios assertores protulit, & sunt qui sequuntur.

1. Canon. Si quis dixerit, extremam vnctionem non esse verè & propriè sacramentum à Christo Domino nostro institutū, & à Iacobo Apostolo promulgatum: sed ritum tantum acceptum à patribus, aut figmentum humanum, anathema sit.

2. Canon. Si quis dixerit, sacram infirmorum vnctionem non conferre gratiam, neq; remittere peccata, neq; alleviare infirmos: sed iam cessasse, quasi olim tantum fuerit gratia curationum, anathema sit.

3. Canon. Si quis dixerit, extremæ vnctionis ritum & usum, què obseruat sancta Romana Ecclesia, repugnare sententiæ beati Iacobi Apostoli, ideoq; eum mutandum, posseq; à Christianis absq; peccato contemni, anathema sit.

4. Canon. Si quis dixerit, presbyteros Ecclesiæ, quos beatus Iacòbus adducendos esse ad infirmum vngendum hortatur, non esse sacerdotes ab episcopo ordinatos: sed ætate seniores in quavis communitate, ob idq; proprium extremæ vnctionis ministrum non esse solum sacerdotem, anathema sit.

Hi sunt Canones Concilij Tridentini de extremæ vnctionis sacramento. Inter quos primus à Catholicis annotandus est, ut ex illo intelligat, reiectam esse illam sententiam quorundam Theologorū scholasticorum dicentium, sacramentum extremæ vnctionis esse à beato Iacòbo institutum. Quæ sententiæ, ut in principio huius capituli dixi, nunquā mihi placuit: & quāuis ante Concilij huius definitionem absq; crimine hæresis uterq; defendi potuit, nunc tamen citra hæresim eam tueri non licet. Sed opus est ut hæreticorum obiectionibus respondeamus, quanquā illæ tam ridiculæ sunt, ut responsione indignæ merito censeri possint. Caluinus in illo loco supra citato hæc obijcit nobis, Cur

A bis: Cur non aliquam natatoriam Siloe destinant, in quam certis temporum vicibus se immergant malè habentes? Cur non mortuis incubant, quoniam puerum mortuum illi incubando suscitauit Paulus? Cur non lutum ex spu- & puluere sacramentum est? Hæc Caluinus. Et eodem argumento se reuertunt Vvirtembergenses in confessione fidei quam obtulerunt in Concilio Tridentino. Hoc Lutheranorum omnium argumentum manifestissimè ostendit illorum omnium ignorantiam: quia sic argumentantur, quasi nos idèd solum dicamus extremam vnctionem esse sacramentū, quia Apostoli illa vngentes sanabant corporum infirmitates. Nos tamen non idèd vnctionem dicimus esse sacramentum: quia Apostoli vnctione illa ægrotis sanitatem corporis conferebant: sed quia sic corpora sanantes, animam ad bonum per gratiam roborabant, quam Deus illis ægrotis per Apostolorum ministerium tunc dabat, & nunc per aliorum sacerdotum ministerium confert. Lutum illud, quo cæcus vnctus est, nullam habuit sanandi virtutem, aut si aliquam habuit, tunc solum illam continuit, cū Christus illo liniuit oculos cæci: neque postea vlllo cæco dedisset visum, etiam si illo aliquis alius linitus, & postea in natatoria Siloe lotus fuisset. Esto, cæcis corporis visum dedisset, non tamen perinde animæ gratiam contulisset: quia Deus nullam de his dederat promissionem, & idèd sacramentum dici non potest, cū ab sit diuina promissio de donatione gratiæ. Et idem per omnia de natatoria Siloe dicimus. At vnctio illa qua Apostoli vngent infirmos, vsque ad finem seculi durat, & æqualem semper circa animam, ad quā potius quàm ad corpus respicit, habebit virtutem ex Dei promissione, quam ipsemet Deus per Iacòbum suum ministrum & præconem manifestauit. Et si in peccatis sit, inquit Iacòbus, remittentur ei. Ecce Dei promissionem: quia talis peccatorum remissio non nisi à Deo donari potest, neq; vn-

B quàm sine gratiæ collatione donatur. Nunquā autem tantus Apostolus illā promissionem remissionis peccatorum fuisset ausus dare, nisi Deo inspirante, qui solus remissionem peccatorum dare potest. Et hinc apertissimè conuincitur mendacium Vvirtembergensium, qui in sua fidei confessione de extrema vnctione differentes, dicunt non extare vllum verbum Dei quod promitteret, diuulgato Euangelio Christi externam vnctionem valere ad delenda peccata. Secundò sic obijcit Caluinus. Affirmant quidem etiamnum vim suæ vnctioni ineffe: sed aliter experimur. Hæc ille. Et idem dicunt Vvirtembergenses in suæ fidei confessione. Et isti omnes etiam in hoc argumento suam miseram ignorantiam ostendunt perinde ac in præcedenti. Sic enim argumentantur, ac si nos diceremus, effectum indubitatum huius sacramenti, & verum illius signatum esse corporis sanitatem: & idèd dicunt se certa experientia cognoscere, non esse talem vim conferendæ sanitatis corporalis in hoc sacramento, quia vident multos qui post susceptam vnctionem magis à sua ægritudine grauantur, tantum abest ut sanentur. Sed nos dicimus indubitatum huius sacramenti effectum esse animæ consolationem & robur per gratiam quā Deus semper, nisi malitia obstat, animæ ægrotanti cõfert, ut dæmoni tunc fortiter tentanti viriliter resistere possit. An autem Deus hanc gratiam ægrotis post susceptam vnctionem conferat, an non, neque Caluinus neque Vvirtembergenses experiri possunt: quia gratia Dei non subest hominum experientiæ, sanitas autem corporalis & si sæpè per vnctionis sacramentum conferatur, non est tamen certus & indubitatus illius sacramenti effectus: quia non habet Dei promissionem, nisi quatenus salutē animæ, quam potius hoc sacramentum respicit, Deus magis conuenire optimè prospicit. Tertio nobis obijcit Caluinus hæc dicens: Iacòbus omnes infirmos vult inungi, isti non infirmos sed semimortua cadauera sua pinguedine inficiunt, quum iam iam anima in primoribus labris laborat, vel, ut ipsi loquuntur, in extremis. Si præsentè habent medi-

cinam in suo sacramento, qua vel morborum acerbitatem leniant, vel saltem aliquod animæ solatium adferant, crudelēs sunt, qui nūquam in tempore medentur. Hæc Caluinus. Idem prorsus argumentum contra nos mouent Vvirtembergenses, paucioribus tamen verbis maiorem parant calumniam, dicentes nos non solere hanc vñctionem adhibere, nisi ijs de quorum corporali vita desperatum est. Sed hoc argumentum ex eadem ignoratiā procedit ex qua & alia duo præcedentia processerunt, & falsam insuper addit calumniam. Semper enim argumentantur, ac si nos diceremus, certum & indubitatum huius Sacramenti effectum esse sanitatem corporalem, & quasi nos doceremus, hoc Sacramentum ad hoc tantum esse institutum, vt tantum corporum sit medicina, & non animarum. Quod autem dicunt, nos hanc vñctionem illis solis ministrare, qui in extremis laborant, vel de quorum salute desperatum est, manifesta est calumnia, & apertissimum mendacium. Nam ecclesiæ regula aut consuetudo hoc non habet, sed docet & hortatur, vt omnes qui propter infirmitatem habent verisimile mortis periculum, hanc olei sacri vñctionem recipiant: vt tunc gratiæ robur per hoc Sacramentum accipiant, quando fortius à dæmone tentantur. Et ob eandem causam in minutis & leuibus infirmitatibus non administratur hoc Sacramentum: quia cum dæmon tempore illo non semper ita fortes adhibeat tentationes, sicut quando est proxima mors, idè non eget tam potente adiutorio gratiæ Dei, vt dæmoni resistere possit: sed satis est illi gratia diuina, quam per alia Sacramenta acquisiuit, aut per penitentiam tunc assequi potest. Fortè isti hæretici aspicientes ad nomen extremæ vñctionis, putarunt illam solis ijs qui in extremis laborant, esse dandam: quia extrema vocatur vñctio. Sed si ita ex nomine colligunt, maximè falluntur: quia non ob eam causam extrema vocatur: sed quia vltima est ex illis quatuor quas Ecclesia omnibus Christianis administrare consuevit vñctiones. Nam etsi plures quàm quatuor Ecclesia habeat vñctiones, illas tamen non omnibus Christianis, sed aliquibus specialibus quos constituit sacerdotes aut episcopos ministrare solet. Quatuor autem tantum sunt, quas omnibus Christianis Ecclesia parata est congruis temporibus ministrare: & istarum vltima est, qua per manus sacerdotum vnguntur infirmi. Prima est, qua vnguntur cathecumeni: Altera qua iam baptizati vnguntur: Tertia est qua vnguntur qñ confirmationis sacramentum suscipiunt: Quarta & vltima, qua per manus sacerdotum vnguntur ægroti, quum aliquod habent mortis periculum: & quia hæc est vltima, idè vocatur extrema vñctio à recentioribus Theologis, quæ ab antiquis patribus vñctio ægrotantium, aut infirmorum vocata est. Quartò nobis objicit Caluinus sic dicens: Iacòbus vult infirmum vngi à senioribus Ecclesiæ: isti vñctorem non admittunt nisi sacrificulum. Hæc ille. In quibus verbis nos aperte accusat de ministro huius sacramenti, quem dicimus esse solum sacerdotem: ille verò, quamuis concederet vñctionem hanc esse sacramentum, dicit non solum sacerdotem esse ministrum huius sacramenti: quia Iacòbus dicit, Inducat presbyteros, quæ vox cum Græca sit, significat idem quod Latine dicimus, seniores. Fateor quidem vocem illam esse Græcam & significare eos quos Latine dicimus seniores: sed sacra scriptura seniores istos non ætate sed sapientia indicat, & sæpe presbyteros vel seniores vocat, non qui multos ætatis annos habent, sed qui multa sapientia pollent: & quia sapientem esse oportet illum qui sacerdotali dignitate decorandus est, idè sacerdotes potius quàm alios sacra scriptura presbyteros appellat. Vnde Anacletus papa à beato Petro Apostolo presbyter ordinatus in epistola secunda differens quales oporteat eligi sacerdotes, hæc ait: Porrò & Moyse præcipitur, vt eligat presbyteros. Vnde & in Prouerbijs dicitur. Gloria senum canicies. Hæc verò canicies sapientiam designat,

Caluinus.

Anacletus.
Exod. 29.
Nom. 11.
Prou. 20.

Agnat, de qua scriptum est. Canicies hominum prudentia est. Cumq; nongentis & amplius annos ab Adam vsq; ad Abraham vixisse homines legerimus, nihil aliud prius appellatum est presbyter, id est, senior, nisi Abraham, qui multò paucioribus vixisse annis conuincitur. Non ergo propter decrepitam senectutem, sed propter sapientiam presbyteri nominantur. Hæc Anacletus. Ex cuius verbis constat, idè omnes sacerdotes vocatos esse presbyteros, quia oportet esse sapientes eos qui ad sacerdotium eligendi sunt. Nam de sacerdotum electione loquitur Anacletus, quum illa dixit. Præterea, quòd solos sacerdotes Paulus appellet presbyteros, conuincitur ex illis verbis quibus ad Titum loquitur, sic dicens. Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi. In quibus verbis episcopos, qui etiam sacerdotes sunt appellauit presbyteros, prout omnes sacri doctores interpretantur. Nam Titus ad hoc relictus est Cretæ, vt presbyteros, per suæ manus impositionem faceret, & illos per ciuitates distribueret, vt singulus singulæ ciuitati præficeret, & non vnus omnibus. At si per presbyteros, interpretamur seniores, absurdum erit Pauli mandatum: quia Titus eos qui senes non erant, nõ poterat facere senes. Quia ergo nomen presbyteri solis sacerdotibus, in quibus potissimum necessaria est sapientia, attributum est: idè Iacòbus Apostolus solos sacerdotes vocauit presbyteros, cū dixit, inducat presbyteros Ecclesiæ, &c. Et quòd de istis solis locutus fuerit Iacòbus, testatur Chrysoströmus, qui libro tertio de sacerdotio, sacerdotum dignitatè laudans, inter alia multa hæc pauca ait. Neque enim solum cum nos regenerat, sed postmodum etiam condonandorum nobis peccatorum facultatem obtinent: Infirmitur, inquit, inter vos aliquis? accersat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei saluum reddet laborantem, & eriget eum Dominus, & si in peccatis erit, remittentur ei. Hæc Chrysoströmus. In quibus verbis duo potissimum annotare oportet. Primum est, Iacòbum in prædictis verbis solos sacerdotes appellasse presbyteros: nam aliàs malo illorum verborum testimonio vnus esset Chrysoströmus ad probandam sacerdotum dignitatem. Alterum est, quòd sacerdotes dicit per illam vñctionem nobis peccata condonare. Intelligent ergo Caluinus & Vvirtembergenses, cæteri q; omnes recentes hæretici, vñctionem infirmorum non ad solum tempus Apostolorum esse referendam, neq; illam esse solam gratiam curationum, quum per illam remittantur peccata.

Tit. 1.

Chrysostr.

V O T V M.

Qvorundam hæreticorū sententia fuit, nihil esse ex necessitate faciendū, sed omnia debere fieri liberè, propterea quòd propheta dixit: Volūtariè sacrificabo tibi. Huius hæresis autores dicti sunt Lamperiani, qui hac ratione ducti, omnia vota dānabant, dicentes ea nihil prodesse, eò quòd necessitate & coactionem quandā videntur hominibus inferre. Hanc hæresim iā diu sepultā, post multa secula suscitauerunt Pseudapostoli, dicentes opera illa quæ sine voto fiunt, esse ad maius præmium destinata, quàm illa quæ ex voti necessitate fiunt. Eandem hæresim tutatus est Ioannes Vvicleph. Vltimus huius hæresis propuguator est nūc Martinus Lutherus, cuius verba in libro de votis monasticis sunt hæc. Vota monastica sunt impia, Gentilia, Iudaica, sacrilega, mendacia, erronea, demoniaca, hypocritica, apostatica, etiā sanctorum exempli aduersantia: quare cū fiducia reuocanda & deserenda sunt, etiam si pia & seria opinione emissa fuerint. Hæc Lutherus. Sed neq; his contentus, vt apertius ostenderet odium quod aduersus monastica vota cōceperat, contra monachos qui

Psal. 3.
Lamperiani.

Pseudap.

Ioannes
Vvicleph.
Lutherus.

taliam vota profitentur, hæc in illo eodem libro ait: Cupio eradicata, extincta, & abolita esse omnia monasteria, quæ vti nam Dominus igne & sulphure coelesti ad exemplum Sodomæ & Gomorrhæ demergat, adeo vt ne memoria quidem illorum supersit: neque enim satisfuerit, illis anathema impreari. Hæc Lutherus, qui cum monachus fuisset, & à monachatu ad seculum rediisset, vellet vt nullum esset alicuius monasterij vestigium, ne vllum maneret suæ apostasiæ testimonium. Hunc Lutherum secuti sunt in hac parte omnes recentiores hæretici, imò propter hanc solam hæresim multi ex omni ordine monachi alios illius erroris amplexati sunt. Aduersus hanc hæresim disputantes, duo nos oportet ex sacris literis probare. Primum, quod vota semel emissã sunt opere complenda, & non debent pro cuiusque arbitrio tolli. Alterum, quod opus ex voto factum cedit in maius ipsius operantis præmium, quàm si liberè & absq; voti necessitate fuisset effectum. Ad prioris partis probationem satis efficax testimonium est illud quod in libro Numerorum Dominus ait: Si quis virorum votum Domino vouerit, aut se confrixerit iuramento, non faciat irritum verbum suum, sed omne quod promissit, implebit. Præterea idem præceptum iterum in lib. Deuteronomij expressius reperitur, vbi sic dicitur: Cum votum voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus. Et si moratus fueris, reputabit tibi in peccatum. Si nolueris polliceri, absq; peccato eris. Quod autem semel egressum est de labijs tuis, obseruabis, & facies sicut promissisti Domino Deo tuo, & propria voluntate & ore tuo loquutus es. Rursum, Sapiens Ecclesiastes ait: Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere. Displicet enim ei infidelis & stulta promissio. Sed quodcumque voueris, redde. Multoq; melius est nõ vouere, quàm post votum promissa non reddere. Deinde, per prophetam Baruch de dijs Gentium Dominus loquens ait: Neq; si quid mali patiuntur ab aliquo, neq; si quid boni, poterunt retribuere: neq; regem constituere possunt, neque auferre. Similiter neque dare diuitias possunt, neq; malum retribuere, Si quis illis votum vouerit, & non reddiderit, neque hoc requirunt. Ex quibus verbis constat quod Deus requiret ab eo qui votum vouit, si non reddit. Et propheta regius sapientissimè in suis Psalmis quos Deo decantabat, votorum meminit, non vt tollenda sint, sed vt opere compleantur & reddantur Deo ea quæ semel promissa sunt. Immola Deo (inquit ille) sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. Et rursum: Reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt tibi labia mea. Et iterum: Vouete, & reddite Domino Deo vestro omnes qui in circuitu eius adfertis munera. Ecce vides quot sint testimonia ex veteri instrumento, quæ vota comprobent. Verum quidam ex istis hæreticis, nempe Lutherani, videntes tam aperta testimonia pro votorum assertionem, ad hoc asyllum confugiunt, vt dicant vota pro certo tempore tenenda posse emitti: non autem illa, quibus homines ad perpetuam aliquarum rerum obseruationem se astringunt: quoniam (vt aiunt) per talia vota fiunt homines serui, quos tamen Deus libertate donauit. Et non attendunt miseri quod seruire Deo, regnare est, & quod ab hac seruitute Christus non liberauit nos, sed à seruitute peccati: quam libertatem nullus melius tenet, quàm is qui Deo seruit. Nam Apostolus ait: Liberati autem à peccato, serui facti estis iustitiæ. Præterea, qui duxit uxorem, se ipsum irretiuit vinculo indissolubili, ita vt viuente uxore non possit ab ea separari, neq; aliã superducere. Quid igitur obstat vt in voto perpetuo aliquid simile contingat? Si illa seruitus, in quam homo per matrimonium incidit, nõ repugnat libertati per Christum donatæ: nec etiam repugnat libertati Christianæ seruitus illa quæ per votum suscipitur, præsertim quod per matrimonium vterq; coniugum subditur alteri: per votum autem subditur Deo. Sed iam ipsam, quam execrantur votorum perpetuitatẽ, per scripturas sacras examine-

A minemus. Pro qua re audiamus quid in primo Regum libro de Anna Samuelis matre antequàm illum concepisset, dicatur. Et Heli sacerdote (inquit historia) sedente super sellam ante postes domus Domini, cum esset Anna amaro animo, orauit ad Dominum flens largiter, & votum vouit dicens: Domine exercituum, si respiciens videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederisque seruæ tuæ sexum virilem, dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius. Ecce vides votum matris de filio consecrando Deo in ministerium templi omnibus diebus vitæ eius: post quod votum exaudiri meruit, tantum abest vt votum illius apud Deum fuerit damnatum. Et si Anna de filio, quem adhuc non conceperat, potuit tale votum perpetuum emittere, cur non poterit quilibet de seipso aliquid simile vouere? præsertim quod quilibet habet plus iuris in se, & in suam voluntatem, quàm mater quæcumque in filium. Præterea, Beata illa Deipara virgo votum de virginitate perpetuò obseruanda emiserat, quod manifestè testantur illa verba quæ ipsa angelo annuncianti conceptionem filij Dei respondit, dicens: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Illa enim negatio verbo presentis temporis adiuncta, non sic accipienda est, vt solum neget actum presentis temporis, sed vt dicat votum de negatione actus in posterum. Nam alioqui nulla suberat dubitationis causa, & sine occasione quæsiuissè videretur: quoniam vt mulier quæ nunquàm antea virum cognouit, in posterum concipiat, non est quid difficile, neq; illa duo vel in speciem pugnare inter se videntur. At votum de perpetua virginitate, & concipere, velut ex diametro pugnare videntur. Ideo merito querit: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? hoc est, nunquàm me virum cognituram sponendi. Hunc autem esse verum & germanum literarum sensum testantur aliqui doctores sacri.

B Beatus Bernardus Homilia quarta super Euangelium, Missus est, sic ait: Non dubitat de facto, sed modum requirit & ordinem. Nec enim querit an fiet istud, sed quomodo. Quasi dicat: Cum sciat Dominus meus testis conscientiarum mearum, votum esse ancillæ suæ non cognoscere virum, qua lege, quo ordine placebit ei vt fiat istud? Si oportuerit me frangere votum, vt pariam talem filium: & gaudeo de filio, & doleo de proposito. Fiat tamen voluntas eius. Hæc Bernardus. Et venerabilis Beda in Homilia eiusdem Euangelij, sic ait: Quomodo (inquit Maria) fieri potest vt concipiam partumque filium, quæ in castimonia virginitatis vitam consummare disposui? Non autem quasi incredula verbis angeli, quomodo hæc impleri valeant, requirit: sed certè quia oporteret impleri quod & tunc ab angelo audiebat, & prius à propheta dictum legerat: sed quo id ordine implendum sit, interrogat: qua videlicet propheta qui hoc futurum prædixit, quomodo fieri posset, non dixit, sed angelo dictum referuauit. Hæc Beda. Et beatus Augustinus libro de sancta virginitate, cap. 4. de virgine Deipara loquens, sic inquit: Ipsa quoque virginitas eius gratior & acceptior, quia non eam conceptus Christus viro violaturo quam conseruaret ipse præripuit, sed priusquam conciperetur, iam Deo dicatam, de qua naceretur, elegit. Hoc indicant verba, quæ sibi foetum annuncianti Angelo Maria reddidit. Quomodo, inquit, fiet istud, quoniam virum non cognosco? Quod profecto non diceret, nisi Deo virginitatẽ antè vouisset. Sed quia hoc Israëlitarum mores adhuc recusabant, desponsata est viro iusto, non violenter ablaturo, sed potius contra violentos custodituro quod illa iam vouerat. Hæc Augustinus. Ecce protulimus trium factorum doctorum testimonia, ex quibus apertissimè constat virginem Deiparam emisissè votum de perpetua virginitate seruanda. Hoc etiam votum creduntur emisissè Apostoli de paupertate seruanda, quando relictis omnibus secuti sunt Christum, Sic enim sentit Augustinus, qui lib. 17. de ciuitate Dei, cap. 4. ita inquit: Dixerant enim po-

Mat. 19.

1. Tim. 5.

Calvinus.

tentes illi: Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. Hoc votum potentissimi voverunt. Sed vnde hoc illis, nisi ab illo de quo dictum est: Dans votum vouenti? Hæc Augustinus. Rursum, hoc ipsum apertissime comprobatur ex beati Pauli testimonio, qui in priore ad Timoth. epistola, sic ait: Adolescentiores viduas deuita. Cum enim luxuriatæ fuerint, in christo nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Quid est dicere, primam fidem irritam fecerunt? Hoc est, quod votum, quod in viduitate emisserant de continentia seruanda, violauerunt, cum post tale votum emissum nupserunt. Et si Paulus dicit viduas iuniores habere damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt: quid dicitur esset de Luthero, Oecolampadio, Conrado Pellicano, Lamberto, Martino Butzero, alijque eiusdem farinae hominibus, qui reiecta cuculla, quam semel induerunt, contempto voto quod Deo voverant, tanquam vxor Loth respexerunt retro, vxores ducentes? Sed hæc verba Pauli, quamuis clarissima sunt, hæretici in alium sensum à litera & mente Pauli longissimè distantem detorquere conantur. Nam Calvinus in illo suo opere de institutione Christianæ religionis, capite. 4. vbi de votis differit, obijciens contra suam sententiam præfata Pauli verba, illis respondens, hæc quæ sequuntur ait: Ego verò illis minimè nego viduas, quæ sese suasque Ecclesiæ operas addicebant, perpetui coelibatus legem suscepisse: non quia in eo religionem aliquam statuerent, vt postea fieri coeptum est: sed quoniam nisi sui iuris, & iugo martiali solutæ, functionem illam sustinere non possent. Quod si data fide ad nouas nuptias respicerent, quid hoc erit aliud quàm Dei vocationem excutere? Non igitur mirum quod talibus desiderijs lasciuiare in christum eas dicit: Postea verò amplificandi causa subiungit, adeò ipsas quod Ecclesiæ pollicitæ sunt, non præstare, vt primam quoque fidem in baptismo datam violent ac irritam faciant, in qua hoc comprehenditur, vt vocationi quisque suæ respondeat. Et aliquibus interpositis subdit. Sed primum nego, alia ratione professas esse coelibatum, nisi quia coniugium, cum ea quam subibant functione minimè conueniret: ac omnino se ad coelibatum adstrinxisse, nisi quatenus ferret vocationis suæ necessitas. Deinde, ita obligatas non concedo fuisse, quin illis tunc quoque satius esset nubere, quàm vel carnis aculeis sollicitari, vel in aliquam prolabi obscœnitatem. Hæc Calvinus. Quibus verbis, vt priorem sententiam, quam temerè protulerat contra votorum obligationem, tueatur, mendacium mendacio addit. Dicit itaque fidem illam, quam primò viduas dedisse ait Paulus, esse fidem Christianæ religionis in baptismo promissam, & non votum castitatis perpetuò seruandæ, quamuis fatetur illas, quum ad ministerium Ecclesiæ fuerant electæ, accepisse castitatis seruandæ conditionem, non tamen se ad perpetuam illius obseruationem obligasse. Sed hæc Calvinus interpretatio longissimè distat à Pauli litera. Nam Paulus in illo loco differit de viduarum electione, & docet, vt notissimum est, quales oporteat esse viduas quæ sunt eligendæ: & inter cætera præscribit ætatem sexaginta annorum: quia ætas illa, vt in plurimum, caret improbis carnis sollicitationibus, & ideo aptior est ad castitatem seruandam. Ob eandem causam præcipit iuenculas viduas non esse eligendas: quia ætas illa feruet ad libidinem, præsertim in illis quæ carnis delicias sunt semel expertæ. Et hinc euenit, vt carne nimium stimulante facile luxurientur: quod cum contigerit, nubere volunt vt carni placeant. De his autem sic nubentibus dicit Paulus eas habere damnationem: causam autem huius damnationis dicit esse, quia primam fidem irritam fecerunt. At fides data in baptismo, non fuit promissio de non nubendo, sed de obseruatione mandatorum Dei, inter quæ nullum est de viduali castitate perpetuò seruandâ: ergo viduæ illæ non fecerunt irritam fidem in baptismo da-

A

B

mo datam, propterea quod nupserunt. Et inde apertissime conuincitur, vt fides illa quam viduæ nubentes violauerunt, non sit alia quàm votum de seruanda castitate viduali. Et huic interpretationi fanent omnes sacri doctores qui de illis Pauli verbis vllam fecere mentionem, quorum cuiuslibet multò iustius est credere quàm mille Calvinis, aut Lutheris, aut quibusuis alijs similis farinae hominibus. Augustinus in multis varijsque locis hanc reddidit prædictis Pauli verbis interpretationem, sed apertius in expositione Psalmi. 75. interpretans illa verba, Vouete, & reddite Domino Deo vestro, vbi hæc ait: Quis quod vouere voluerit, voueat, illud attendat, vt quod voverit, reddat vnusquisque Deo. Quod vouet, si respicit retrorsum, malum est. Nescio quæ castimonialis nubere voluit. Quid voluit? Quod & virgo quælibet. Quid voluit? Quod & mater ipsius. Aliquid malè voluit? Malè planè. Quare? Quia iam vouerat Domino Deo suo. Quid enim dixit de talibus Apostolus Paulus, cum dicat viduas adolescentulas nubere si velint? Sed tamen ait quodam loco: Beatior autem erit si sic permanserit secundum meum consilium. Ostandit beatior si sic permanserit, non tamen damnandam, si nubere voluerit. Quid autem ait de quibusdam quæ voverunt, & non reddiderunt? Habentes, inquit, damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Quid est, primam fidem irritam fecerunt? Voverunt, & non reddiderunt. Et paucis interiectis subdit: Vidua quæ iam sic permanere vouerat, voluit nubere. Hoc voluit quod licuit ei quæ nupsit: sed illi non licuit, quia de loco suo retrò respexit. Hæc Augustinus. Et in libro de sancta virginitate, capite. 33. iterum ait: Curiosas & verbosas malas nuptas Paulus Apptolus notat, & hoc vitium dicit venire ex ocio. Simul autem, inquit, & ociosæ discunt circumire domos, non solum autem ociosæ, verum etiam curiosæ & verbosæ, loquentes quæ non oportet. de his superius dixerat: Iuniores autem deuita. Cum enim in delictijs egerint, in Christo nubere volunt, habentes damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt, id est, in eo quod primo vnerunt, non steterunt. Nec tamen ait, nubunt: sed nubere volunt: multas enim earum reuocat à nubendo, non amor præclari propositi, sed aperti dedecoris timor, veniens & ipse à superbia, qua formidatur magis hominibus displicere quàm Deo. Hæc igitur quæ nubere volunt, & ideo non nubunt, quia impune non possunt, quæ melius nubent quàm vrerentur, id est, quàm occulta flamma concupiscentiæ in ipsa concupiscentia vastarentur, quas pœnitet professionis, & piget confessionis, nisi correctum cor dirigant, & Dei timore rursus libidinè vincant, in moruis deputandæ sunt. Hactenus Augustinus. Ex cuius verbis constat, primam fidem, de qua Paulus in prædictis verbis locutus est, non esse promissionem in baptismo factam, sed votum continentia, contra quod agunt non solum viduæ quæ post tale votum nubunt, sed etiam quæ nubere volunt, & illas dicit esse inter mortuas computandas. Augustinus consentit in hac parte Primasius il-
 libidem.
 Primasius.
 Isidorus.
 Hieron.
 1. Cor. 7.
 si qua

F. ALFONSI DE CASTRO MINORITAE

si qua nupserit, habebit damnationem, quia primam fidem irritam fecit. Si autem hoc de viduis dictum obiecerit Iovinianus, quanto magis de virginibus præualebit: cum enim his non liceat, quibus aliquando licuit? Virgines enim quæ post consecrationem nupserint, non tam adulteræ sunt quam incestæ. Et in commentarijs super caput. 44. Ezechielis iterum ait: Quicumque aliquid voverit, & non impleuerit, reus voti est. Vnde & de viduis dicitur, cum luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt, Melius est enim non promittere, quam promittere & non facere. Hæc Hieronymus. Neque latum, ut dicitur, pilum ab his discedit Ambrosius, qui in commentarijs super Paulum, interpretans illa verba, Cum luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt, hæc ait: Prohibet adolescentulas viduas in hac suscipi professione. Lubricæ enim ætatis fides facillè haberi nõ debet: quippè cum quarundam exempla præcedant, quæ post professionem vitæ, deliciarum oblectatione, nomen non opera viduitatis habent, & conuersæ nuptijs sollicitantur. Et postea interpretans illa verba, Habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt, hæc ait: Quid maneat tales ostendit, ne facillè audeant quod implere difficillè est: aut si animus est huic deuotioni deditus, apud se interim teneat: quia dicit temerariù esse profiteri quod adhuc inuenuili ætati credi non debet. Hæc Ambrosius, qui satis apertè declarat, fidem illam, quam adolescentulæ viduæ fecerunt, irritam esse continentiaæ professionem: & quia illam violauerunt, dicit illas habere damnationem. Basiliius Magnus, sanctissimus perinde ac doctissimus, in libro de virginitate, cap. 55. hæc ait: Quum inordinate se gesserint erga Christum, nubere volunt, habentes iudicium, quia fidem reprobauerunt: non nuptias, sed adulterium per vitam malè persequentes. Nullus igitur seruus in tantam impietatem stimuletur, ut herilem sponsam contrectet. Nullus adeo furiosus sit sacrilegus, ut im pollutam sacerdotem petulantibus manibus contingat. Hæc Basiliius ille Magnus. In quibus id attendat lector, quod virginem Deo dicatam appellauit sacerdotem impollutam: quia cù Deo virginitatem promissit, sui corporis sacrificium fecit, illudq; Deo obtulit. Eodem modo interpretatur illa verba Chrysostomus Homilia. 19. super priorem epistolam ad Corinthios, cuius verba inferius in alium finem citabuntur in hoc eodem capite. Possent adhuc plures alios sanctos & peruestos Ecclesiæ doctores pro hac re in testimonium citare, qui omnes prædicta Pauli verba interpretantur de voto continentiaæ, & nõ de fide in baptismo data: sed ne prolixitate nimia fastidirem lectore, illos omnes prætermittere decreui, præsertim quia isti satis sunt ad cõuincendum Caluinum & reliquos Lutheranos de praua intelligentia verborum Pauli. Nam iustum est, ut in rebus fidei, & in interpretatione sacræ scripturæ potius his sanctis viris sanctitate perinde ac doctrina clarissimis, quam Caluino & Luthero & reliquis omnibus eiusdem farinae credamus. Neque singuli sacri doctores seorsum scribentes, verba illa Pauli, ut diximus, interpretantur: sed aliquot Concilia, in quibus multi viri doctissimi congregati sunt, ita illa verba intelligenda esse docuerunt. Nam Concilium quartum Carthaginense, in capite ultimo suorum decretorum ita ait: Sicut bonum castitatis præmium, ita & maiori obseruantia & præceptione custodiendum est, ut si quæ viduæ quantumlibet adhuc in minoribus annis positæ, & matura ætate à viro relicta se deuouerunt Domino, & veste laicali abiecta sub testimonio episcopi & Ecclesiæ, religioso habitu apparuerunt, postea verò ad nuptias seculares transferunt, secundum Apostolum damnationem habebunt, quoniam fidem castitatis, quam Domino voverunt, irritam facere ausæ sunt. Tales ergo personæ sine Christianorum communione maneant, quæ etiam nec in conuiujs cum Christianis communicent. Nam si adulteræ coniuges reatu sunt viris suis obnoxia:

ADVERSUS HAERESSES, LIB. XIII. Fol. 437

A noxiæ: quanto magis viduæ quæ religiositatem mutauerunt, crimine adulterij notabuntur, si deuotionem quam Deo sponte obtulerunt, libidinosam corruerint voluptate, atque ad secundas nuptias transitum fecerint? Quæ etsi violentia irruente ab aliquo prærepta fuerint, ac postea delectatione libidinis permanere in coniugium raptori vel violento viro consenserint, damnatione superius comprehensa teneantur obnoxia. De talibus ait Apostolus: Cum luxuriatæ fuerint, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Hucusq; Concilium quartum Carthaginense. Et Concilium Toletanum quartum, capite. 55. sic inquit: Duo sunt genera viduarum, seculares, & sanctimoniales. Seculares viduæ sunt quæ adhuc disponentes nubere, laicalem habitum non deposuerunt. Sanctimoniales sunt quæ iam mutato habitu seculari, sub religioso cultu in conspectu sacerdotis & Ecclesiæ apparuerunt. Hæc si ad nuptias transferint, iuxta Apostolũ non sine damnatione erunt, quia se primũ Deo vouentes, postea castitatis propositum abiecerunt. Hæc Concilium Toletanum quartum. Ex quorum duorum Conciliorum verbis constat hanc esse Apostoli Pauli sententiam, viduas videlicet quæ perpetuam castitatem Domino voverunt, fore damnandas si ad secundas nuptias transferint. Et certè quod nuptiæ eorum qui semel se Domino deuouerunt, sint damnandæ, plurima testantur concilia. Nam Concilium Valentinum, cap. 2. suorum decretorum, sic ait: De puellis verò quæ se Deo voverunt, si ad terrenas nuptias sponte transferint, id custodiendum esse decreuimus, ut poenitentes non statim ad poenitentiam recipiantur, & cum data tamen fuerit, nisi plene satisfecerint Deo in quantum ratio poposcerit, eisdem communicari. Hæc ibi. Et Concilium Atracense, cap. 27. sic definit: Ut viduitatis seruandæ professione coram episcopo in secretario habita, inpositam à presbytero vestem vidualem non esse violandam. Eius verò repudiatorem, vel ipsam talis professionis desertricem meritò esse damnandam. Et capite. 28. idem Concilium iterum ait: Hi verò qui sunt desertores professæ castitatis, præuicaciores habendi, & omnibus per poenitentiam legitimam consulendum. Hæc ibi. Multaque alia sunt conciliorum decreta huic fauentia proposito, quæ citare omisi, ne nimia prolixitate grauarem lectorem. Verum quia aliquis fortè ea legere desiderabit, loca solum lectori designabo vbi illa inuenire possit. Concilium Aurelianense, capite decimosextimo. Concilium Elibertinum, capite. 13. Concilium Toletanũ quartum capitibus quadagesimo octauo & quinquagesimo primo. Ex his omnibus patet quàm iniuste aliqui votis monasticis conantur inferre calumniam: quoniam si de aliqua re perpetuum votum emitti licet, meritò iustius id licebit de illis tribus rebus per quas triplex mundi huius concupiscentia prosternitur, videlicet obedientia, castitate, & paupertate. Nam per obedientiam superbia vitæ edomatur. Per castitatis votũ, carnis concupiscentia coërcetur. Per votum verò paupertatis, illa insatiabilis concupiscentia oculorum cohibetur. Vnde conuincitur, ut si noxiæ sunt illæ tres mundi concupiscentiæ, salutifera contra sint tria quæ in monachatu emittuntur vota, quoniam hæc velut quedam antidota sunt aduersus illa tria quæ mundus propinat venena: præsertim quod hæc tria de quibus sunt monachorum vota, sunt valde à Christo commendata. Nam obedientiam cõmendauit dicens: Si quis vult venire post me, abneget semetipsam, & tollat crucem suam, & sequatur me. Non enim potest quis verius seipsum abnegare, quàm cum se totum superioris arbitrio committit, ut non suam iam velit facere voluntatem, sed sui superioris. Castitatem perpetuam extulit dicens: Sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnum cœlorum, qui potest capere capiat. Paupertatem verò commendauit cum dixit: Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me, & habebis thesaurum in cœlo. Cũ ergo

tam aperta sint testimonia vota monastica comprobantia, vereantur Lutherani Monachi respicere retrò ad seculum, cum iam semel manum ad aratrum miserint: & caueant ne illis contingat quemadmodum vxori Loth, quæ de Sodomis exiens, conuersa est in statuam salis, eò quòd retrorsum ad Sodomam, vnde exierat, respexit. Cùm enim vnus ex discipulis suis dixisset Christo: Dimitte me vt sepeliã patrem meum, respondit illi Christus: Sine mortuos sepelire mortuos suos. Quæ verba interpretans Theophylactus ait: Si autem illis nec patrem sepelire licuit, vā his qui monasticen professi, ad mundana regrediuntur negocia. Hæc ille. Vā ergo libidinoso Luthero, eiusque complicibus, qui monasticen professi, suæ professionis immemores ad seculum redeuntes, vxores duxerunt. Ex duobus quæ probanda suscepimus aduersus hos hæreticos, iam vnum eorum (vt existimo) absoluimus. Superest iam vt alterum probemus, opus videlicet ex voto factum, esse melioris conditionis, maiorisque apud Deum meriti, quàm si fieret sine voto. Diuinus Psaltes suadet nobis vt Domino Deo aliquid voueamus, dicens: Vouete, & reddite Domino Deo vestro omnes qui in circuitu eius adfertis munera. At si nullum ex voto accresceret meritum vouenti, malè consuleret Propheta vt voueremus: præsertim cùm non reddentes, rei fiant eorum, quorum non essent rei si non vouissent: & ita iuxta hæreticorum sententiam, vouens exponeret se per votum periculo peccati si non reddit, & sub nulla spe præmij si reddit. Si ergo ista esset voti conditio, apertè conuinceretur malè egisse prophetam cùm votum consuluit. Præterea quantò aliquod opus à meliore virtutis radice oritur, tantò melius est. Nam inde est quòd opus ex charitate factum, sit melius, quàm quoduis opus ex alia virtute procedens: quia videlicet charitas, à qua procedit, melior est quàm quæuis alia virtus. Non enim aspicit Deus quantum quis offerat, sed ex quanto. Et idè laudata est vidua illa, quæ cùm solum duo minuta obtulisset, dicta est obtulisse plus omnibus alijs. Ex quo apertè conuincitur, apud Deum non tam æstimari rei oblata quantitatē, quam ipsius offerentis affectum. Cū ergo opus ex voto factum procedat ex radice obedientiæ, quæ melior est quàm victima: opus autem simile liberè & non ex voto factū, ex illa virtute non oriatur, sequitur vt hoc nō sit ita bonum sicut illud. Nam is qui ex voto aliquid facit, obediēs facit, & vt obediat facit: ergo cū sic facit, præter meritū quod habet respondens operi, habet etiam meritum ex obedientia: quod meritum alius nō habet qui liberè aliquid facit. Rursum, pro hac re sunt plurima sacrorum virorū testimonia. Beatus Hieronymus pertrahens illud Hieremiæ in Threnis: Bonum est viro cū portauerit iugum ab adolescentia sua, hæc ait: Militum ergo Christi perfectio est exutam mentem habere à cūctis terrenis negocijs, & tumultu seculi, iuxta illud Apostoli: Nemo militans Deo, implicat se negocijs secularibus, & cætera: eamq; quantum humana imbecillitas finit, festinat vnire cum Christo: quam quidem speciem conuersationis boni eremita, & monachi qui voto monastica discipline obligati sunt, imitari contendunt: sed rara est, & paucissimis dono Dei hæc perfectio concessa. Is enim verè & nō ex parte perfectus, qui & in eremo squallorē solitudinis, & in cænobio infirmitates fratrum equali magnanimitate sustentat. Et idè in vtraq; professione per omnia consummationem inuenire difficile est: quia nec anchoreta contemptum ac priuationem materialium rerum, nec cænobita theoreticam ad integrum potest assequi puritatem. Sed tamen quantum superexcellat serenitas tranquillæ vitæ turbulentiam secularis conuersationis, nouit qui hanc expertus est. Hactenus Hieronymus. In quibus verbis multa sunt notata digna. Primum est, quòd tempore Hieronymi monachi se voto attingebant, quod tamen Erasmus Roterodamus pertinacissimè negat in plerisque suis operibus, præsertim in vita Hieronymi, quam idem Erasmus scri-

mus scripsit. At non ita esse vt Erasmus ait, verba quæ nunc ex Hieronymo citauimus, apertè conuincunt. Secundum est, quòd talis monachorum vita voto obligata est bona, & ad imitationem perfectionis Christianæ. Tertium est, quòd hæc monachorum vita præferenda est vitæ aliorum qui secularibus miscentur negocijs. Et hoc est quod nostro proposito deseruit, quod etiam Erasmus negare non erubescit. Nec tamen miror: quoniam hoc experientia docente cognouimus, nullum esse acerbiorē & magis infestum hostem aliquorum, quàm qui transfuga & desertor ab illis defecit. Erasmus autem monachatum, quem semel vouerat, reijcere non erubuit, & hinc euēnit vt monachis semper detraheret, & illos quoad licuit atrocissimè persequeretur: vt vel hoc argumento alijs persuaderet se bene fecisse cùm monachus iugum quod semel susceperat, reiecit. Et tamen Hieronymus bonum esse iudicat portare hoc monachus iugum.

Sed vt apertius Erasmus Roterodamum aliosque monasticæ professionis hostes, de impudentissimo mendacio conuincam, alium testem multò Hieronymo vetustiorē proferre volo, Diuum videlicet Dionysium Areopagitam Pauli discipulum, qui in libro Ecclesiasticæ Hierarchiæ, capite sexto, describens ritum consecrationis professionisque monasticæ, qualis ab Apostolis institutus tunc seruabatur in Ecclesia, sic ait: Porrò purgandorum omnium excelsior & sublimior est ordo Monachorum sacra dispositio, aut sancta distinctio. Expiatione omni, tota virtute, atque exactissima suarum operationum castitate mundata, &c. Inde diuini duces nostri appellationibus eos sacris dignati sunt, partim Therapeutas, id est, cultores, à sincero Dei famulatu & cultu: partim Monachos, ab indiuidua & singulari vita vni Deo intenta, appellantes: tanquam quæ sanctis complicationibus, aut conuolutionibus inseparabilium, illos ipsos in diuinam, & Deo gratam vnitatem promoueat. Quapropter & perficientem eis donauit gratiam diuina sanctio: & quadam eos consecratiua inuocatione dignata est. Deinde formam illius consecratiuæ inuocationis, & monasticæ professionis describens, ait: Stat quidem sacerdos ante sacrum altare, monasticam imprecationem psallens. Ille autem post sacerdotem astat, non vtrunque ponens genu, non alterum, non habens imposita sacra eloquia capiti: verum sacerdoti tantū astant, mysticam super illum inuocationē persequenti. Quæ finita sacerdos ad eum accedens, interrogat primū, an renunciet diuilibilibus omnibus, non solum conuersatione, sed etiam phantasijs eorundem. Deinde perfectissimam ei vitam exponit. Illud apertè contestans, oportere illum medio longè antecedere. Vbi verò ille hæc omnia intentè promiserit, cōsignans eum signo crucis sacerdos tondet, trinas diuinæ beatitudinis personas inclamans, exutumq; veste omni, aliam induit. Et cùm sanctis alijs qui ipsum astant viris, ipsum salutis, diuinorum mysteriorum participem facit. Hactenus beatus ille Dionysius. In quibus verbis multa notare oportet. Primum est, Monachos tunc professionem per voti promissionē facere. Quod manifestè ostendit, cū dixit: Vbi verò ille hæc omnia intentè promiserit. Non solū ergo tempore Hieronymi, sed multo antè tempore, vtputa in ipsis Ecclesiæ primordijs, Monachi se voto Domino obligabant, promittentes rerum diuilibilibium, hoc est, rerum terrenarum quæ à nobis per mortem diuiduntur & separantur, renunciationem. Alterum quod ex Dionysio constat, est monasticam vitam, in qua soli Deo vacatur, & curis secularibus renunciatur, esse omnibus alijs excelsiorem & sublimiorem.

Beatus Augustinus in epistola ad Armentarium, qui mundo contempto & relicto votum simul cum vxore vouerat, sic ait: Priusquam esses voti reus, liberum fuit quo esses inferior: quamuis non sit gratulanda libertas, qua fit vt non debeatur quod cum lucro redditur. Nunc verò quia tenetur apud Deum

sponsio tua, non te ad magnam iustitiam inuito, sed à magna iniquitate deterreo. Non enim talis eris si non feceris quod uouisti, qualis mansisses si nihil tale uouisses. Minor enim tunc esses, non peior. Modò autem tantò, quod absit, miserior, si fidem Deo fregeris, quantò beatior si persolueris. Nec ideo te uouisse poeniteat, imò gaude iam tibi sic non licere, quod cum tuo detrimento licuisset. Aggredere itaq; intrepidus, & dicta imple factis: ipse te adiuuabit, qui uota tua expetit. Felix est necessitas, quæ ad meliora compellit. Hæc Augustinus. In quibus uerbis multa sunt, si bene lector aduertat, quæ uota commendant. Beatus Gregorius Homilia uicesima super Ezechielem, sic ait: Hoc inter sacrificium & holocaustum distat, quòd omne holocaustum sacrificium est, sed non omne sacrificium holocaustum. In sacrificio enim pars pecudis, in holocausto uerò totum pecus offerri consueuerat. Vnde & holocaustum Latina lingua totum incensum dicitur. Pensemus ergo quid est sacrificium, quid holocaustum. Cùm enim quis suum aliquid Deo uouit, & aliquid non uouit, sacrificium est: Cũ uerò omne quod habet, omne quod uiuit, omne quod sapit, omnipotenti Deo uouerit, holocaustum est. Nam sunt quidam qui adhuc mente in mundo retinentur, sed tamẽ, ex possessis rebus subsidia egentibus ministrant, oppressos defendere festinant. Isti in bonis quæ faciunt, sacrificium offerunt, quia aliquid de actione sua Deo immolat, & aliquid sibimetipsis reseruant. Et sunt quidam hæc qui nihil sibimetipsis reseruant, sed sensum, linguam, vitam atq; substantiam quam acceperunt, omnipotenti Deo immolant. Quid isti nisi holocaustum Domino offerunt? Imò magis holocaustum sunt. Israëliticis etenim populus primò sacrificium in Aegypto obtulit: secundum uerò in eremo. Qui ita adhuc mentem habet in seculo, sed boni iam aliquid operatur, Deo sacrificium obtulit in Aegypto. Qui uerò præsens seculum deserit, & agit bona quæ ualet, quasi iam Aegypto derelicta sacrificium præbet in eremo: quia repulso strepitu desideriorum carnalium, in mentis suæ quiete atq; solitudine Deo immolat quicquid operatur. Quamuis ergo, sicut dictum est, sacrificium sit etiam holocaustum: maius tamen est holocaustum sacrificio: quia mente, quæ huius mundi delectatione non premitur, totum in omnipotentis Dei sacrificio incenditur quod habetur. Hucusque Gregorius. In quibus uerbis illud est aduertendũ, quòd ait, maius esse holocaustum sacrificio: maiusque fuisse sacrificiũ eremi, quàm sacrificium Aegypti. Ex quibus uerbis constat, monachos qui ex toto negauerunt uoluntatem suam, se totos in professione Deo per uotum obedientiæ immolantes, fecisse holocaustum. Et ita conuincitur eadem lege eorum uotum esse sacrificium eremi, & per consequens melius quàm opus à secularibus liberè factum, quoniam illud est sacrificium Aegypti. Beatus Chrysofostomus pro uoto perpetuæ paupertatis testimonium reddit, qui Homilia. II. super epistolam ad Hebræos ita inquit: Sunt alia sacrificia quæ uerè sunt holocaustomata, ut sanctorum martyrum corpora, ubi & anima & corpus sunt. Illa enim olfactum magnum bonæ odoratiõis habent. Potes & tu, si uolueris, tale sacrificium offerre, non utique comburendo corpus, sed alio igne potes, igne scilicet inopiæ uoluntariæ, qui est ignis magnæ tribulationis. Cùm enim liceret in delicijs & multis impensis esse, eligis laboriosam & duram uitam: nonne tunc holocaustum fis? id est, holocaustum mortificationum corporis, corpus crucifigens, & accipiens martyrii huius coronam? Quod enim illic gladius operatur, hic desiderium facit, ne te comburat neque detineat pecuniarum amor, sed comburatur & extingatur desiderium hoc incompetens igne spiritus, & incidatur cultro gratiæ. Hæc Chrysofostomus: qui satis apertè ait in professore uoluntariæ paupertatis hoc agere eiusdem paupertatis electionem, hoc est uotum, quod gladius materialis operatur in carne: hic enim facit martyrem Christi corporaliter in publico, illic autem fit martyr in occulto. Et

Gregorius.

Exod. 11.
Exod. 15.

Chrysof.

to. Et sicut sine gladio uel aliqua alia re æquivalente non posset esse martyr Christi publicus, ita secluso uoto & desiderio paupertatis, quamuis ab inopia sua prematur, non erit tamen martyr priuatus. Accedit ad hæc, quòd omitteus id quod se facturum Deo uouerat, grauius peccat quàm si non uouisset. Sapiens nanque ait: Multò melius est non uouere, quàm post uotum promissa non reddere. Hoc loco certè dicitur melius id quod est minus malum, sicut alibi dicitur: Melius erat ei si natus non fuisset. Non quòd alterum illorum esset bonum, sed quia minus malum esset non nasci, quàm Christum uendidisse. Ita etiam hoc loco intelligendum est, quòd minus malum est (prout malum est omnis bonitatis defectus) non uouere, quàm post uotum promissa non reddere. Sic enim Urbanus primus huius nominis pontifex in epistola de communi uita & oblatione fidelium, ait: Et quicumque uestrum communem uitam susceptam habet, & uouit se nihil proprium habere, uideat ne pollicitationem suam irritam faciat: sed hoc quod Domino est pollicitus, fideliter custodiat, ne damnationem, sed præmium sibi acquirat: quoniam satius est non uouere, quàm uotum prout melius potest non perficere. Grauius enim puniuntur qui uotum fecerunt, & uotum non perfecerunt: aut fidem perceperunt, & in malis uitam finierunt, quàm illi qui uitam sine uoto finierunt, aut sine fide mortui sunt, & tamen bona egerunt opera. Hæc Urbanus papa & martyr. Ex cuius uerbis constat tunc temporis fuisse iam homines, qui paupertatem uouentes, in communitate uiuerent, prout nunc monachi faciunt. Constat etiam grauius fore puniendos qui uotum fecerunt, & uotum non perfecerunt: quàm illos qui uitam sine uoto malè finierunt. Si grauius puniuntur qui uota non reddunt, oportet ut etiam largius præmientur cùm reddunt. Alioqui enim nõ esset Deus pronior ad misericordiam quàm ad punitionem. Demum ne amplius de hac re contendamus, audiamus Ecclesiæ definitionem. Concilium Toletanum quartum, capite. 49. suorum Decretorum sic ait: Clerici qui monachorum propositum appetunt, quia meliorem uitam se qui cupiunt, liberos eis ab episcopo in monasterijs largiri oportet ingressus, nec interdici propositum eorum qui ad contemplationis desiderium transire nituntur. Hæc Concilium Toletanum. 4. Ex cuius sententia hoc constat, quòd monachorum uita est perfectior quàm aliorum secularium: quod non aliunde prouenit nisi ex uoto quod emiserunt, quod maiorem perfectionem malusque meritum illorum operibus tribuit. Superest autem ut hæreticorum obiectionibus, quibus nos oppugnant, respondeamus, & ostendamus illas omnes esse prorsus inanes. Primò nobis obijciunt illud Pauli ex priore ad Corinthios epistola. Si nupserit uirgo, non peccauit. Ex quibus uerbis colligere nituntur hæretici sententiales, quæ castitatem Deo uouerunt, non peccare, quum uiris nubunt, & illis copulantur. Sed aliter se res habet: quoniam Paulus in prædictis uerbis loquitur de uirginibus quæ sunt sui iuris, quibus nubere aut non nubere licet: & non de illis quæ per uotum castitatis quod uouerunt, nubendi potestatem à se prorsus reiecerunt. Et iuxta hunc sensum interpretatur illa uerba Hieronymus libro primo aduersus Iouinianum, prout facile est uidere in uerbis illius, quæ supra in alium finem citauimus. Eidem interpretationi fauet beatus Chrysofostomus, qui Homilia. 19. super priorem ad Corinthios epistolam interpretans prædicta Pauli uerba, ait: Neque de ea quæ sibi elegerit uirginitatem, loquitur, quippè quæ iam peccauit. Nam si uiduæ, quæ secundis se nuptijs alligarunt, iudicium subeunt, si semel uiduitatem elegerint: multò magis uirgines. Hæc Chrysofostomus, qui obiter etiam docet illa uerba Pauli ex priore ad Timotheum epistola, de quibus supra disputauimus, esse intelligenda de uoto continentiæ, & non de uoto in baptismo emissio. Eandem interpretationem prædictis Pauli uerbis reddit Theophylactus, perpetuus Chrysofostomi imi-

Ezech. 5.
Matt. 26.

Urbanus
papa.

Concilium
Toletanum.

1. Cor. 7.

Chrysof.

Theophyl.

mi imitator, sic inquit: Virginem hic dicit, non eam quæ Deo cōsecrata sit: ea enim si nupserit, peccauit omnino, ceu ea quæ mœchū superinduxerit sponso suo Christo: sed in nuptam dum puellam. Ea enim si nupserit, non peccauit: nec enim res impura est matrimonium. Hęc Theophylactus. Eodem modo interpretatur Isidorus, qui libro. 2. de officijs Ecclesiasticis, cap. 17. hæc ait: Qui tentationem carnis non tolerant, necesse est vt portum coniugij petant. Vnde & idem Apostolus, qui se, inquit, non cōtinēt, nubat: meliūs est enim nubere, quàm vri. Et iterum: Si acceperis, inquit, vxorē, nō peccasti. Si nupserit virgo, non peccauit: & si nō vis maior esse, esto vel minor: quia liberæ voluntatis es. Nuptiæ enim peccatum nō sunt, sed per solitudinem mundi, qui nubunt, legem Dei vix seruant. Sed illos dicit nō peccare si nubant, qui nōdum vouerūt Deo castitatem: ceterū vel qui corde suo promisit, si aliud fecerit, habet damnationem. Quod enim erat per naturam licitum, per votum sibi fecit illicitū. Hęc Isidorus. His omnibus in hac parte consentit Photius, qui ab Occumeno citatus, hæc ait: Virginem hic Paulus intelligit, non Deo consecratam, sed in nuptam puellam. Illa enim, quæ iam Deo consecrata est, si nupserit, adulteriū inducit Christo, cui nupta est. Hęc Photius. Ex verbis istorum omnium sacrorum doctorum apertissimè constat, illa Pauli verba non contra nos, sed potius pro nobis pugnare.

Secundò obijcit Lutherus in illo suo libro de votis monasticis, sic inquit: Vota monastica rectæ rationi contrā nituntur: & in primis votum castitatis: quandoquidem recta ratio decernit, si quicquā impossibile nobis factum fuerit, nos ampliūs ad illud non astringi. Quare quoduis votum quantumcunque rectum & pium fuerit, si non possit à nobis impleri, desinit esse votum. Sed in religioso, qui voto castitatis se astrinxit, infirmitas carnis potest esse tāta, vt nec ieiunijs, nec orationibus, nec exercitijs domari possit. Is igitur impunè votum castitatis, quod implere non valet, soluere poterit: & ad coniugalem statum se conferre. Quin imò quum tale coram Deo votum edidit, id sub cōditione debuit interpretari, se scilicet seruaturum cōlibatum, si modò senserit illum sibi possibilem, & quādiu potuerit, integrè illum conseruare. Hęc Lutherus. Ex quibus verbis facilè quisq; si diligenter aduertat, agnoscat ingenium Lutheri, & intelligat quā parum sibi constet, & qualiter in omnem figuram, velut alter Protheus se vertat. Nunc vt vōta oppugnet, dicit hominem non obligari ad impossibile, qui cū aliās contenderet de intelligentia duorum præceptorum, videlicet de dilectione Dei, & de concupiscentia vitanda, dixit hominē à Deo obligatum esse ad impossibile. Nos verò obiectioni illius respondentes, fateamur neminem ad impossibile posse obligari: ac proinde si quis aliquid vouerit, quod tunc aut postea est illi impossibile, non obligatur ad illius voti impletionem. An autem illud sit sibi impossibile, an non, non debet ille solus iudicare: quia nullus in causa propria potest esse bonus iudex, præsertim vbi res ipsa habet aliquam dubitandi rationem: sed oportet consulere superiorem, qui re bene vndiq; circumspecta iudicabit de possibilitate & impossibilitate illius, & si ille cēsuerit esse impossibile, eo ipso erit liber ab illius voti obligatione. Negamus tamen tantam posse esse infirmitatem carnis, vt illi necessariò cedere homo aliquando cogatur: quia nunquā potest esse tam vehemens carnis tentatio, vt diuino adiutorio fulti, quod Deus omni rectè petenti semper paratus est dare, nō possimus resistere. De qua re satis me dixisse memini supra in titulo de virginitate, & in titulo de sacerdotio, hæresi quarta. Ceterū quod ait votum castitatis vouendum esse sub cōditione, ridicula res est: quoniā ea cōditio sæpè anam violationis voti præberet. Nam quoties carnis delicias experiri vellet, diceret se continentiam seruare non posse, propterea quod tanta sit carnis tentatione vexatus, vt iam illi resistere non valeat.

Tertia

Tertia Lutheri obiectio est, qua hæc ait: Prorsus rectæ rationi aduersum est, pariter & absurdum, id aliquem vouere Deo, quod nullo modo in sua est collocatum potestate, sed omnino in alterius arbitrio constitutum. Vt ineptus is haberetur, qui voueret Deo se fore episcopum, Apostolum, Principem aut Regem, cū sciat nihil horum esse in potestate vouentis: sed in alterius, vt vocantis autoritate. At, qui castitatem Deo vouet, rem vouet quæ prorsus non est, nec potest esse in manibus suis, cū sit solius Dei donum, quod accipere non offerre potest homo. Hęc Lutherus. Si hæc argumentatio aliqua haberet vires, etiam probaret nos nihil posse Deo vouere, imò ipsam Christianam promissionem, quam in baptismo facimus, nullius prorsus esse valoris: quia nihil eorum quæ in baptismo promittimus, in sola nostra situm est potestate. Nam fidei firmitatem, mandatorum Dei integram obedientiam, sathanæ ab renunciationem sine speciali Dei adiutorio præstare non possumus. Sine me, inquit Saluator, nihil potestis facere. Et Paulus Apostolus ait: Non quod sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. Fateamur ergo neminem vouere posse id, quod in sua non est situm potestate: negamus tamen castitatis obseruationem non esse in nostra potestate collocatam: quia & si homo suis solis viribus innitens, illam tenere non valeat, valet tamen cū Dei adiutorio, quod ille paratus est dare omnibus in veritate inuocantibus illum. Omnia possum, inquit Paulus, in eo qui me confortat. Si omnia potest, ergo & castitatem integram seruare. At quod Deus ipse petentibus auxilium suum, nunquā illud deneget, ipsemet restatur, qui apud Marcum ait: Omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis, & eueniet vobis. Si omnia, ergo carnis continentiam. Nunquā autem dicimus aliquid in nostra esse potestate, propterea quod illud sine Dei auxilio efficere possumus: sed quia illud possumus cum Dei adiutorio, quod ille semper paratus est dare. Et ob hanc causam dicimus non esse in nostra potestate situm, esse episcopum aut Apostolum, Regem aut Principem: quia etsi ad quoduis munus istorum possumus cum Dei adiutorio peruenire, Deus tamen non semper est paratus ad cōferendum omni homini tale adiutorium. Inepta igitur & ridicula est similitudo, quam proposuit Lutherus: quia longè alia est potestas in nobis ad episcopatum consequendum, & ad castitatem seruandam. Nam ad hanc semper Deus est paratus nos adiuuare, ad illum autem non.

Quarta Lutheri obiectio sequentibus illius verbis continetur: Nonnulli leguntur etiam viri sancti ex monasterijs assumpti in episcopatum, in cardinalatum & summum pontificatum, vbi certè in res proprias è voto paupertatis sunt translati. Neque enim hic quis dicere potest, Papam, Episcopos, & Cardinales, atque similes Ecclesiasticos rectores, non possidere res proprias, cū eis pro arbitrio vtantur. Esto siquidem quod monachorum præpositi curent res non proprias: at illi certè præfules Ecclesiastici proprias curant res, quanquā de Ecclesia acceptas, vt nihil sit quod dicere quis possit, non suas sed Ecclesiæ esse res eas, quas administrant. Quod si in præfibus propter obedientiam & statum perfectionis quem assumunt, soluitur votum paupertatis, nam tunc sunt diuites proprietarumque rerum possessores: cur propter eandem causam non soluitur in eis votum castitatis? Hęc Lutherus. Ex quibus verbis constat apertè quā irreconciliabili odio prosequatur Lutherus votum castitatis quod in monachus professione vouerat. Nam vt hoc à se excutere possit, nullum non mouet lapidem, & idè contra hoc multò vehementiùs & frequentius quā contra alia vota pugnat. Sed in hoc argumento nihil prorsus agit: quoniam vt falsum probet, aliud perinde falsum assumit. Falsum enim est, eos qui ex monachatu ad episcopatum assumpti sunt, liberos

F. ALFONSI DE CASTRO MINORITAE

esse à voto paupertatis : quia etsi ad episcopatum assumantur, manent tamen ad paupertatem obligati, prout antea obligabantur. Et hoc apertè declarauit Innocentius Papa, in capit. De monachis. 16. quæst. 1. Cuius hæc sunt verba: De monachis, qui diu morantes in monasterijs, si postea ad clericatus ordinem peruenerint, statuimus non debere eos à priori proposito discedere. Hæc ille. Verù hæc sententia de illis solis rebus intelligenda est, quæ ad substantiam monachatus sunt necessaria, & quæ simul cum dignitate episcopali seruari possunt, qualia sunt castitas & paupertas: nam ab alijs quæ cum ipso munere episcopali pugnant, prout est obedientia, ieiunium, silentium, fatemur eos esse liberos: quia illa non possunt simul coherere cum functione muneris episcopalis. Quòd autem obijcit Lutherus illos esse dominos illarum rerum, quæ ratione muneris episcopalis illis obueniunt, falsum est: quia illarum rerum non domini, sed tantùm dispensatores & administratores sunt. De qua re videat qui uolet sanctum Thomam Aquinatem in sua secunda secundæ, quæstione. 185. articulo octauo, ubi optimè de hac re disserit.

Quintò Lutherus obijcit contra votum obedientiæ, hæc dicens: Circa obedientiæ votum bifariam peccant religiosi, tum quòd illam reponunt sub consilio, cum sit de præcepto: scilicet quòd inferior obediat superiori, ut filius patri, uxor viro, & seruus domino: tum quia per eam vni scilicet suo præfidenti se obligant, & ab omnibus alijs superioribus & æqualibus se subtrahunt, dicentes se soli suo superiori eam debere. Est igitur illud obedientiæ votum irrationabile & damnandum. Hæc Lutherus. In quibus verbis bis ille mentitus est. Primò quidem quum dicit, illam obedientiam, quam monachi vouent, esse sub præcepto. Est enim illa sub præcepto post votum obedientiæ emissum: tamen non est sub præcepto ante votum illud, sed tantùm sub consilio. Nam etsi lege diuina omnis inferior teneatur præstare obedientiam suo superiori, non tamen lege diuina sancitum est, ut prælatus alicuius monasterij sit superior illo, qui monachatum non est professus, & idèd hic non tenetur ex lege diuina illi obedire, quàm diu non fuerit illi subditus. Est ergo sub consilio, ut homo, qui aliàs liber est, spontè sua se velit alteri propter amorem Dei subdere, ut ab illo regatur & gubernetur: est autem sub præcepto ut illi obediat, postquam obedientiam illi præstare, Deo promisit. Secundò mentitus est Lutherus, quum dixit, monachos per votum obedientiæ vni soli præfidenti se alligare, & ab omnibus alijs superioribus se subtrahere. Nam ea ratione qua monachus subditur proximo præfidenti suo, eadem ratione subditur etiam omnibus alijs, quibus præfidentis ille subditus est, & omnibus illis non minorem, imò multò maiorem obedientiam exhibere tenetur. Et hoc semper à monachis fuit obseruatum, neq; contrarium lex aliqua vnquam apud eos statuit. nec usus seruauit. Ex quibus omnibus apertissimè conuincit-

ADVERSVS HAERESSES, LIB. XIII. Fol. 441

A nijs: Et paucis interpositis, tandem colligit, sic dicens: Sunt itaq; vota monastica contra libertatem Euangelicam, & diuinis mandatis omnino prohibita: est quæ votorum institutum seruilis hominum doctrina, nequaquam toleranda. Hæc Lutherus. In quibus verbis Lutherus aperuit totius suæ doctrinæ basim & fundamentum, per quod tantam hominum multitudinem ad se traxit. Nam sub furo & nomine Christianæ libertatis effrenatam omnium vitiorum licentiam hominibus prædicauit, indulgens illis quicquid facere liberet, dummodo crederent se per misericordiam Dei fore saluos. Hæc vitiorum licentia, quam Lutherus libertatem Christianam vocat, pessima seruitus est: quoniam, ut Saluator noster ait, qui facit peccatum, seruus est peccati. Cæterùm, falsum est, quòd ait, libertatem Christianam in hoc sitam esse, ut nullis hominùm mandatis obedire teneamur. Nam hac ratione oporteret fateri nullum esse in Christiana religione magistratum, nullum regem, nullum principem, nullum ducem: periret quæ hac ratione omne regnum, omnisq; res publica, si nullis hominum mandatis homines obedire tenerentur. Sed de hac re meminimus iam satis me dixisse supra in titulo de Ecclesia, hæresi tertia: illo enim loco ostendimus ex sacris literis, esse in Ecclesia potestatem condendi leges, cui omnes Christiani obedire teneantur. Deinde, falsum est etiam quòd Lutherus ait, votorum obligationem esse ex instituto humano. Fateor quidem votum ipsum ex humana voluntate pendere, & non ex præcepto diuino: quia Deus non præcipit, sed tantùm consulit nobis, ut aliquid illi voueamus. At postquam quis aliquid sponte sua vouit Deo, tunc iam ex præcepto diuino obligatur ad reddendum Deo id quòd vouit. Pro qua sententia tot ac tam aperta protulimus supra in hoc capite, sacræ scripturæ testimonia, ut non nisi cum summa impudentia, possit illis contradici. Non est ergo votorum institutum, ut Lutherus impudentissimè ait, seruilis hominum doctrina: sed doctrina Dei dicentis: Vouete, & reddite Domino Deo vestro. Falsum est etiam quòd Lutherus ait, vota monastica esse diuinis mādatis prohibita, quia omnia illa, ut iam probauimus, sunt quædam Christi consilia, quæ monachi non solum facere, sed ad illa per voti emissionem se obligare voluerunt: Omnia itaque quæ Lutherus in hac obiectione coniunxit, falsa sunt, & plena mendacijs, & à patre mendacij procedentia.

Septimò contra votum castitatis pugnat Caluinus in illo suo opere de institutione Christiana, capite. 4. dist. 18. quo loco nobis obijcit quædam verba Cypriani, & tacet locum vnde illa sumpsit: quòd idèd illum subtraxisse suspicor, ne lector ad ipsum Cyprianum recurrens, possit facillè deprehendere mendacem calumniam: Ego verò, ut Caluini astutiam reuelem, & verba Cypriani copiosius quàm Caluinus citabo, & locum indicabo lectori, ut ipse possit ad illum accedere, & in illo verum sensum agnoscere. Cyprianus

quàm in ignem delitijs suis cadant. Hæc Cyprianus. Post hæc Cypriani verba Caluini hæc ait: Quibus probis non lacerarent nunc eum, qui continentiae votum tali æquitate temperare vellet? Lōgè ab illo vetusto more discesserūt, qui non modò nullam admittunt Moderationem aut veniam, si quis præstando voto impar deprehendatur: sed grauius peccare nullo pudore pronunciant, si accepta vxore, carnis intemperantiæ medetur, quàm si scortando corpus & animam contamine. Hæc Caluinus. Fisto, illa Cypriani verba ita, vt Caluinus putat, intelligenda essent, nō tamen illi soli plūs credere oporteret quàm reliquis omnibus tam multis, quorum testimonia contra Lutherum & Caluinum suprà citauimus. Sed bene res habet quòd Cyprianus in illa eadem epistola nobis apertissimè fauet, tantum abest vt pro Lutheranis sententiam dicat. Nam in illis verbis Cyprianus non loquitur de virginibus, quæ virginitatem Deo vouerunt: sed de ijs quibus liberum est nubere vel non nubere, prout sunt illæ quas moniales appellare solent nouitias, propterea quòd sunt in eo anno, qui datus est illis ad probationē, vt in illo experiri vires suas possint, & videre an sentiant se idoneas ad votum castitatis seruandum. Hæc si quidem virgines, etli firmum virginitatis propositū habuerunt, & per tale propositum se Deo dicauerunt: quia tamen non vouerunt adhuc virginitatem, si perseuerare nolunt vel non possunt, melius est vt nubant, quàm in ignem, vt ait Cyprianus, delitijs suis cadant. Istæ enim sunt illæ virgines, de quibus ait Paulus, Et si nupserit virgo, non peccauit. Quod autem hic sit verus & germanus verborum Cypriani sensus, apertissimè colligitur ex alijs quæ circa calcem eiusdem epistolæ, de virginibus quæ virginitatem vouerunt, loquitur, sic inquit: Si superueniens maritus sponsam suam iacentem cum altero videat, nōne indignatur & fremit, & per zeli dolorem fortassis & gladium in manū sumer? Quia Christus Dominus & iudex noster quom virginem suam sibi dicatam, & sanctitati suæ destinatam iacere cū altero cernat, quàm de dignatur & irascitur? Et quas pœnas in cœstis huiusmodi cōiunctionibus comminatur? Et post pauca de eisdem virginibus Deo dicatis subdit. Si autem ex eis aliquæ corruptæ fuerint, depræhensæ agant pœnitentiam plenam: quia quæ hoc crimen admisit, non mariti sed Christi adultera est. Hæc Cyprianus. Ex quibus verbis apertissimè conuincitur Cyprianum in alijs verbis prius citatis nō fuisse locutum de virginibus quæ iam virginitatem suam Deo vouerant, sed de alijs. Nam si de illis tunc loquebatur, quomodo potest esse verum quod dixit, melius esse vt nubant, quàm in ignem delitijs suis cadant, si illa quæ cuius homini copulatur, vt in verbis vltimò citatis dicit, adulterium committit & incestum? Nam de illa quæ cum altero viro, quicumque ille sit, iacet, dicit illam incesta coniunctione pollutam. Si illius coniunctio cū quouis altero viro est incestus & adulterium, consequens est vt illa etiam in ignem delitijs suis cadat: & idè non est possibile vt melius sit illi nubere: quia siue nubat, siue absque nuptijs fornicetur, semper adulterium aduersus Christum, cui desponsata fuerat, committit. Ne ergo Cyprianum secum pugnare dicamus, necessariò fateri oportet priora illius verba de virginibus quæ virginitatem nondum vouerunt, esse intelligenda: posteriora verò de alijs quæ se per votum Deo altrinxerunt. Hinc facillè intelligi potest hæreticorum versutia, qui sanctorum testimonia, quæ aliquoties in fauorem suæ sententiæ proferunt, ferè semper manca & truncata citant, vt ipsorum fallacia non detegatur. Contra hanc hæresim scripsit Iodocus Clich thoueus in suo antiluthero, libro tertio. Scripsit etiam Richardus Smithæus Anglus libellum paruū, pro defensione cœlibatus, & votorum monasticorum.

Secunda

A Secunda hæresis est, quæ & si fatetur vota esse bona & sancta, negat tamen aliquid posse Deo voueri, quod non sit ab illo præceptum. Et ob hæc causam damnat omnia vota monastica, quamuis multa alia vota probat: quia vota monastica sunt de illis rebus, quas Deus non præcepit, videlicet de castitate, & paupertate, & obedientia. Huius hæresis authores sunt posteriores Lutherani, qui apertè cognoscentes esse contra sacram scripturam, damnare omnia vota, & obstiuatè volentes vota monastica persequi, hoc commentum finxerunt, vt dicerēt, illa sola vota Deo placere, quæ sunt de ijs quæ ille præcepit: reliqua verò omnia nimium Deo displicere, & esse prorsus damnata. Hanc hæresim docent Vvirtembergenses in sua cōfessione fidei, vbi in titulo de votis, hæc dicunt. Nō est dubiū, quin vota pia, iusta & legitima, seruanda ac soluenda: & vota impia sint rescindenda. Sed haud immeritò disputatur, in quo votorum genere collocanda vota sint monachorum, de virginitate seu cœlibatu, paupertate, & obedientia. Nam manifestum est, quòd cœlibatus non sit verbo Dei præceptus. Et aliquibus interpositis hæc addunt. Quare qui vouet virginitatem vel cœlibatum, aut vouet eum vt singularem Dei cultū, tunc quia status cœlibum non est verbo Dei mandatus, pertinet hoc votū ad mandata hominū, de quibus Christus dicit: Frustra colunt me, docentes doctrinam & præcepta hominum: Aut vouent eum, vt meritum remissionis peccatorum & vitæ æternæ, tunc est manifestè impium votum, cui nullus est obnoxius. Hæc illi Vvirtembergenses, qui idè postea dicunt de paupertate & obedientia. Caluinus in suo illo opere de institutione Christiana, capite quarto, in quo de monachatu & votis differit, distingt. hæc ait: Porro si nolumus errare iudicando quæ vota sint legitima, quæ præpostera, tria expendere conuenit: nempe quis sit is cui votum nuncupatur, qui simus nos qui vouemus, quo animo denique voueamus. Primum eò spectat, vt cogitemus nobis cum Deo esse negotium, quem ad eò delectat nostra obedientia vt ἰδωδρνοκίας omnes, quamlibet in oculis hominum speciosæ sint: ac splendidæ, maledictas esse pronunciet. Si voluntarij omnes cultus, quos sine mandato excogitamus, Deo sunt abominabiles, sequitur nullum eum acceptum esse posse, nisi qui eius verbo approbetur. Ergo ne tantum licentiæ nobis sumamus, vt audeamus Deo vouere, quod nullum testimonium habeat, qualiter ab ipso æstimetur. Hæc Caluinus. Ex quibus verbis constat illum sentire, nihil posse Deo voueri, nisi quod ab illo præceptū est: quia hoc solū, vt ille docet, habet apertum testimonium, quòd Deo placeat. Nam isti hæretici nullam, prout in titulo de præcepto hæresi secunda retulimus, inter præceptum & consilium ponunt differentiam, & idè dicunt nihil Deo placere nisi quod ab illo præceptum est. Ex hac itaque falsissima sententia deducunt, nihil posse Deo voueri, nisi quod ab illo præceptum est: quia nihil aliud, dicunt, constat nobis placere Deo. Ad hanc hæresim reuincendam satis esse possunt ea, quæ in titulo de præcepto, hæresi secunda & tertia diximus. Nam in illis locis probauimus, latum esse discrimen inter præceptum & consilium, & aliquid deo placere quod non sit ab illo præceptum. Ex quibus omnibus facillè colligitur homines posse aliquid Deo vouere, quod ille non præcepit: sed præter illa omnia volo aliqua in speciali contra hanc hæresim proferre argumenta, vt multò apertius illius falsitas omnibus innotescat.

Primum quidem offero testimonium ex libro Numerorum, vbi Dominus per Moysen ait: Si vxor vouerit, & iuramento se constrinxerit, vt per ieiunium & carcerum rerum abstinentiam affligat animam suam, in arbitrio viri erit siue faciat, siue non faciat. Quod si audiens vir tacuerit, & in alteram diem transulerit sententiam, quicquid vouerat atque promiserat, reddet, quia statim vt audiuit, tacuit. Ex hac Dei lege apertissimè constat, aliquid pos-

quid posse Deo voueri, quod non sit ab eo præceptum. Nam ieiunium poterat vxor vouere, & tale non erat à Deo præceptum: quia si fuisset à Deo præceptum, non posset maritus illius contradicere tali voto, & irritum facere illud. Poterat autem maritus, vt ex ipsa lege constat, statim vt audisset, irritare votum: ergo ieiunium illud quod vxor vouerat, non erat à Deo præceptum. Rursum, illud est manifestum quod sacra historia refert de Anna vxore Elcanæ, quæ cum filium non haberet, & illum anxie desideraret, surrexit postquam comederat, & biberat in Silo. Et Heli sacerdote sedente super scellam ante postem domus Domini, cum esset Anna amaro animo, orauit ad Dominum flens largiter, & votum vouit dicens: Domine exercituum si respiciens videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec obliuisceris ancillæ tuæ, dederisque seruæ tuæ sexum virilem, dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius, & nouacula non ascendet super caput eius. Hoc votum quod emisit Anna, vt manifestè constat, non fuit de re quam Deus vnquam illi præceperat, & tamen votum illud sic placuit Deo, vt propter illius meritum Deus dederit Annæ petitionem suam. Nam post circum dierum concepit Anna, & peperit filium, vocauitq; nomen eius Samuel, eò quòd à domino postulasset eum. Placet igitur Deo votum de re bona, quamuis non sit ab illo præcepta. Præterea, virginitatem Deus non præcepit, Paulo testante, qui ait: De virginibus præceptum Domini non habeo. At de ipsa virginitate perpetuò seruanda votum Deo vouit gloriosa Dei genitrix semper virgo Maria, quæ Deo vsque adeò placuit, vt illam in matrem suam elegerit. Non igitur displicet Deo votum omne, quod est de ab illo non præcepta. Deinde, Apostoli votum paupertatis emiserunt, prout constat ex testimonio Augustini, quod in proximè præcedente hæresi citauimus. Nulum est autem datum à Deo præceptum, sed solum consilium de paupertate seruanda, per quam omnia bona temporalia actu deseruntur. Quantum autem hoc paupertatis votum Deo placuerit, apertè ostendit illa magnificētissima Dei promissio, qua largiſsimam propter illud votum promisit illis mercedem. Quæſuerat enim Petrus à Christo redemptore nostro, quid daturus esset illi & suis discipulis propterea quòd omnia reliquissent, vt illi sequerentur. Cui interrogationi Saluator noster respondit, sic dicens: Amen dico vobis, quòd vos qui secuti estis me, in regeneratione quum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. Quis ergo tam demens; vt dicat, displicuisse Deo id, propter quod tantum præmium reddere dignatus est: Iuste igitur & sanctè potest homo vouere Deo, quòd ille non præcepit. Accedit ad hæc omnia concursus sanctorum virorum sententia, qui omnes docent, posse hominem sanctè Deo vouere, quòd minimè ab illo præceptum est. Augustinus libro primo de adulterinis coniugijs, capite. 24. hæc ait: Quod enim cuiquam antequam vouisset licebat, quum se nunquam facturum vouerit, non licebit: si tamen id vouerit quòd vouendum fuit, sicut est perpetua virginitas, vel continentia post experta connubia solutis à vinculo coniugali, vel ex consensu viuentibus, & carnalia debita sibi inuicem relaxantibus fidelibus castisque coniugibus: quòd alterum sine altera vel alteram sine altero vouere fas non est. Hæc ergo & si quæ alia sunt, quæ restitissimè vouentur, quum homines vouerint, nulla conditione rumpenda sunt; quæ sine vlla conditione vouerunt. Quia in hoc Dominum præcepisse intelligendum est, vbi legitur: Vouete, & reddite Domino Deo vestro. Vnde Apostolus de quibusdam, quæ continentiam vouent, & postea nubere volunt, quòd eis antequam vouissent, vtiq; licebat, Habentes, inquit, damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt. Hæc Augustinus. In quibus verbis multa contra istos hæreti-

A hæreticos annotare possumus: sed illud est præcipuum, quòd inter vota iusta & minimè rumpenda numerat: votum virginitatis, quam constat non esse à Deo præceptam. Neque votum temporariæ sed perpetuæ virginitatis dixit esse iustum, & per omnia seruandum. Ex quibus verbis etiam conuincitur Caluinus, qui & si aliqua vota admittat & probet, omnia tamen vota perpetua damnat. Et in commentarijs super Psalms, declarans versum illum ex Psalmo 75. Vouete & reddite Domino Deo vestro, iterum ait Augustinus: Alius uet. Deo castitatem coniugalem, vt præter vxorem suam non nouerit aliam: sic & foemina, vt præter virum suum non nouerit alium. Alij etiam vouent, & si experti tale coniugium, vltra nihil tale pati, nihil tale concupiscere aut sustinere: & ipsi vouerunt aliquid maius quàm illi. Alij virginitatem ipsam ab ineunte ætate vouent, vt nihil tale vel experiantur, quale illi experti reliquerunt: & isti vouerunt plurimum. Alij vouent domum suam esse hospitem omnibus sanctis aduenientibus, magnum votum vouent. Alius uouet relinquere omnia sua distribuendo pauperibus, & ire in communem vitam, & societatem sanctorum: magnum votum vouit. Vouete & reddite Domino Deo vestro. Quisque quod uoluerit, uoueat: illud attendat, vt quòd vouerit reddat. Hactenus Augustinus. In quibus verbis vota illarum rerum quas Deus non præcepit, non solum laudat, sed dicit esse multò meliora quàm vota illarum rerum, quas Deus iussit. Huic sententiæ fauent Hieronymus, Chrysostomus, Photius ab Oecumeno citatus, Theophylactus, Isidorus. Nam hi omnes interpretantes illa verba Pauli, Si nupserit virgo, non peccat, dicunt seruandum esse votum virginitatis, quam constat non esse à Deo præceptam. Horum verba non est opus nunc impræsentiarum citare, quia in proximè præcedente hæresi fuerunt per me citata,

B

V S V R A.

G Vido Carmelita in sua summa de hæresibus dicit Græcos sentire, non esse peccatum dare aliquid ad vsuram. Et certè miror quòd homines in sacris literis versati, & qui illis aliquam fidem præbent, in tam apertam hæresim lapsi sint, contra quam tot tamque manifesta sint sacre scripturæ testimonia. In Exodo enim lex Domini ait: Si pecuniam mutuò dederis pupillo meo pauperi qui habitat tecum, non vrgebis eum quasi exactor, nec vsuris opprimes. Et in Leuitico. Si attenuatus fuerit frater tuus, non accipies ab eo vsuras. Et in Deuteronomio: Non fceneraberis fratri tuo ad vsuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem: sed alieno. Quòd autem dixit, sed alieno, permissio est Iudæis concessa ob eorum nimiam auaritiam: sicut & alijs permissus est illis libellus repudij ad duritiam cordis eorum. Non autem permittuntur nisi ea quæ mala sunt. Malum est ergo ad vsuras dare etiam alieno. Diuinus Psalter cū prius interrogasset Deum quoniam esset in tabernaculo illius habiturus, postea eidem quæſtioni ipsemet respondens ait: Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, & munera super innocentem non accepit. Sunt & alia multa in veteri instrumento pro hac re testimonia, quæ quoniam apertissima sunt, prudens omitto. Ex nouo etiam instrumento apertissimum est illud quòd Saluator noster apud Lucam ait: Mutuum date, nihil inde sperantes. Verùm ne aliquis poterit etiam his auditis testimonijs, adhuc Catholica fidei pertinaciter repugnare conetur, operæ precium erit de hac re Ecclesiæ definitionem in medium producere. Concilium Viennense sub Clemente papa huius nominis quinto celebratum, talem de vsuris definitionem præbet: Sanè si quis in illum errorem incide-

F. ALFONSI DE CASTRO MINORITAE

inciderit, vt pertinaciter affirmare p̄sumat, exercere vsuras non esse peccatū, **C** decernimus eum velut hæreticum puniendum, locorum nihilominus ordinarijs, & hæreticæ prauitatis inquisitoribus iniungentes, vt contra eos quos de errore huiusmodi diffamatos inuenerint aut suspectos, tanquàm contra diffamatos vel suspectos de hæresi procedere non omittant. Hęc Concilium Viennense. Quæ verba habentur in libro Clementinarum Decretalium, in titulo de vsuris, capitul. Ex graui. Neq; opus est vt aduersus hanc hæresim plura citemus testimonia, aut de hac re amplius disputemus. Nam discutere quid sit vsura, & qualiter committatur, prolixum nimis exigit tractatum, & à nostro instituto nimis alienum: quoniam non de alia re suscepimus disputationem, quàm de hæresibus. Cùm ergo iam satis (vt opinor) conuicimus esse hæresim asserere licitas esse vsuras, non est quòd iuxta promissum nostrum amplius possit à nobis exigi.

Repetitis. **H**AE sunt Serenissimè REX, hæreses quæ ab Apostolicis temporibus ad hunc vsq; diem Ecclesiam vexauerūt: an autem omnes collegerim, me latet, quoniam multæ fuerunt hæreses adedò occultæ, vt in paucorū & fortè nullius noticiam venerunt. Aliæ rursus quæ & si multis fuerunt notæ, non tamen fuerunt qui de illis vllam in suis libris facerent memoriam: quapropter necessum est vt sint longo temporis decursu traditæ obliuioni. Hoc tamen fateor, me nullam assertionem in hoc opere omisisse ex ijs quas Ecclesia proscripsit, cuius memoria apud aliquem scriptorem ex his quos videre licuit, habeatur.

F I N I S.

A V G V S T. I N C A N O. N I C A M I O A N.

Omnia quæ leguntur in scripturis sanctis, ad instructionem & salutem nostram intentè oportet audire. Maximè tamen memoriæ commendanda sunt quæ aduersus hæreticos valent plurimùm, quorum insidiæ infirmiores quosq; & negligentiore circumuenire non cessant.

S O L I D E O G L O R I A.

A N T V E R P I A E,

Typis Ioannis VWithagij.

1 5 6 5.

Præfatio ad Lectorem.

selectæ, à nobis ventilarentur: ac si legitur accurate legi, & accente speculandas fore, ab studiosis lectoribus precor. Quæ omnia, & singula in cuiuslibet tomi finibus, indices Distinctionum, Questionum, Articulorum, & Exercitiorum, ac nostrarum distincturarum, & partitionum per paragrafos indicabunt.

Epitome materiarum, quæ in hoc tomo primo disputantur.

In fine huius tomi ponuntur sex indices, quibus indicantur omnia, quæ in eo tractantur, nunc autem breviter inæ-
riarum epitome insinuantur.

QUÆSTIONES de Supernaturalitate for-
marum, deque naturali capacitate potentia, in ordine ad recipiendas illas, & ad Deum suum finem ultimum.

De libris Canonicis, & de necessitate eorum, de- que Traditionibus, Conciliis, & certitudine eorum, quæ decernit Ecclesia, seu Pontifex summus.

De qualitate Theologiæ plura Prolegomena, quæ ad omnes scientias pertinent.

De necessitate Theologiæ, & de fide acquisita, & de explicita adulatorum.

De ultimo fine hominis.

De visione beata locupletissime.

De fructione, & usu, & alijs actibus voluntatis.

De existentia Dei.

De infinitate Dei.

De simplicitate Dei.

De unitate Dei.

VITA

Generalis studij s. Francisci Salmanticensis
circa puritatem textus Scoti

De mandato Reverendissimi Patris nostri Fratris Bernardini de Senno sacris-
simum Ordinis Minorum Generalis studij Salmanticensis circa puritatem textus
Salmanticensis Academiæ, & generalis studij per multos annos moderato-
ritate tractatum sub titulo Magistri. Quid profundissimi ingenij, & inestimabilis
ingenij, & singularis ingenij, articulo hæc præclara demonstratio in se habet, quidem
& excellentia operis, & actoris in se ipsa volat per Ares: hæc rursus, nec præclara
ex Aristotelis oedipia subiacet: sed nostri in se ipsa volat per Ares: hæc rursus, nec præclara
tur de omnibus quatuor libris sententiarum articulorum, & veterum factus in viro-
que videlicet textu candent inuariatam litteram prout est: nec quidem in apice, nec
potest inuariari: præterquam quod Scoti profunditatis littera, articulatione, qua longe præ-
clarior red dignior est, non quoad ordinem, sed quoad methodum articulationis, in
rithmo committatur, & inuariatam articulationem in omnibus Scoti littera puritate: pro-
bis iam certis inestimabilis est: in se ab auctore nostro articulatus, quam in hoc
Magistro Salmanticensi in se ipsa volat per Ares: hæc rursus, nec præclara
Magistro Salmanticensi in se ipsa volat per Ares: hæc rursus, nec præclara
Magistro Salmanticensi in se ipsa volat per Ares: hæc rursus, nec præclara

Facultas Reverendissimi P. N. F. Bernardini
de Senno, totius Ordinis Minorum
Generalis Ministri.

Fratrum Minorum, doctorum, dilectisque nobis in Christo Patri Fratris Marthæ de
Soto, nostre Provincie S. Iacobbi Distincti, ac lectori inibi, necnon sacre Theo-
logiæ in nostro Generali Salmanticensi studio primario professori, salutem in eo, qui est
vera salus. Cum ex iussu, & commissione nostra, docti, gratissimi viri, & Patres, librum à
re compositum, & inscriptum, articulatione, & illustrato Oxoniensis libri primi Sententia-
rum subtilissimi P. Fratris Iuanis Duns Scoti, & cum tres comos distinum viderent, na-
ximèque probarent: quod ipse hæcna eruditione, & studij pollicebatur conceperat: reno-
re præteritum, & prædictum librum typis, & prælo mandes, copiam facimus: dummodo
qua sacrosancta Tridentina Synodus, & Regia Sanctio perhibent, ad vnguem obte-
ent. Vt autem opus prædictum in lucem dignius prodcat, tibi meritum sanctæ obedien-
tiæ immingimus. Datum Manteuæ Carpenariae, die decimo quinto Junij, anno reparatae sa-
luta. 1626.

Fratres Bernardinus de Senno
Minister Generalis.

Fratres Petrus Ladron de Guercia,
Fratres Sebastianus Fajardo,
Fratres Laurentius de Villakal.

Anno vigesimo sexuo, Kalendis Junij.
In sacro Palatio Francisci Salmanticensis. Anno Domini millesimo sexcento

Præfatio ad Lectorem.

appertinet inuenire, & qui eius signacula solueret, Apertus est tibi liber Scoti
tra per eum: comede illum, & diuina gustabis nectaria, in textu namque sic il-
lustrato, facillime sacra mysteria profundissimis fundamentis enucleata, fir-
missimis sacre pagine eloquijs conuictata, sacrorum Conciliorum, & Ecclesiæ
testimonijs, confirmata, Sanctorumque Patrum auctoritatibus roborata, hæc no-
strum illius rationem distinxerunt obprobata reperit. Et vti iam Commen-
tarij nostri supra ipsius libri textuales articulos, & distinxerunt, quæ à nobis
excitantur ex textu, cedant (vt de hæro) in maiorem eiusdem libri textuales
litteræ claritatem. Si quid autem incubationum illustratum commendatione
dignum existat, in gloriam eius, à quo omne datum optimum, & omne dona
perfectum est, cedere, æquo animo proferret. Quod vero incipiam reperitur,
meum est: & ideo quæ non sicut reuoluitur martem, hic, & in toto hoc opere dispu-
tando, obferendo, concludendo, aut soluendo, quomodo liber profecto: tan-
quam humana fragilitas percussum, pedibus sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ,
& fidei orthodoxæ submittit.

Omnis itaque quatuor libros Sententiarum Scoti textuales articulos,
tanquam mei inbecillis ingenij prolem, & articulos committatur, ac dis-
tinguat, sed dignior est, non quoad ordinem, sed quoad methodum articulationis, in
rithmo committatur, & inuariatam articulationem in omnibus Scoti littera puritate: pro-
bis iam certis inestimabilis est: in se ab auctore nostro articulatus, quam in hoc
Magistro Salmanticensi in se ipsa volat per Ares: hæc rursus, nec præclara
Magistro Salmanticensi in se ipsa volat per Ares: hæc rursus, nec præclara
Magistro Salmanticensi in se ipsa volat per Ares: hæc rursus, nec præclara

prologum eiusmodi concentibus, ante Distinctiones primi libri inter Pro-
logum ad illam, Insipere distinxerunt de vltimo fine, de distinctione, & vltimo, de vi-
sione Dei, de ipso, de Deo, de quæ eius vitare, inuariatæ, simpliciter, & exli-
tenta, quæ omnia sub prima Distinctione, & per tres quæstiones secundæ, Do-
ctor perit ad actus, satis elucidas inuenies. In secundo vero como à quæstione
quarta Distinctionis secundæ, vsque ad trigessimam quintam Distinctionem, My-
sterium sanctissime Trinitatis, & plura, quæ ad cognoscibilitatem Dei pertinent,
locupletissime extant. Distinctio vero decima septima, quæ de Trinitatis mys-
terio tractum perit: à ceterarum Distinctionum numero, & ordine, consilio
excitantur. In tertio tandem como prædicta Distinctio decima septima
obtinere locum, sub qua de habitibus naturalibus, & supernaturalibus in genere
agitur, in specie vero de habitu charitatis, de merito, de quæ assis, quæ sub tali
Distinctione Doctor cõcilat. Quæ sunt à Distinctione trigesima quinta, vs-
que ad finem huius primi libri, distinxerunt de atributione diuinis scolarum, de
scientia Dei, de eius voluntate, de prædestinatione, de reprobatione, & de
auxilijs (quatenus pronunc nobis permittitur) & de alijs, quæ ad huius libri
complementum spectant, ipsum, nostra crassa minuetur, perfricent. No plerum
nullo resolo, sine ne urgente necessitate, ritulos distinxerunt inuoluptem: &
quoniam quam plurimas, quæ nobis dispundæ venierant, scoticus textus lo-
cupletissime tractat. In nostris artam committatur, seu articulos expostio-
tionibus, quæ distinxerunt, exacte enucleantur, ac si vt distinxerunt
scoticus textus.